[Corpus iuris canonici]

Decretalium

D. Gregorii Papae Noni
Compilatio

(part 2)

5199.3b

~~BV 188 1588 fol~~

Canon Law
BV
154.
1588
v.2
t.2
folio

LIBER TERTIVS.
DE VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

¶Quia ſuprà viſum eſt de iudicijs, & iudices maximè clerici non debent eſſe in peccato, maximè cum iudicant. 3. quæſtio. 7. iudicet. ideo poſt tractatum iudiciorum ſubijcitur qualiter clerici debeãt ſe habere in vita & honeſtate, vt ſic vitẽt omnem maculam peccati. Item poteſt continuari: vt ſupra in proœmio continuatur. Nam in primo libro dixit de perſonis, & officijs earũ. In ſecũdo de actibus hominũ in iudicio: reſtat videre de actibus hominum extra iudicium tam reſpectu clericorũ quàm laicorũ. Et quia clerici ſunt digniores laicis, primò hic tractat in tertio de actibus clericorũ: In quarto verò de actibus laicorum. Tractaturus igitur auctor in hoc tertio libro de actibus clericorum, voluit præmittere iſtam rubricam de vita & honeſtate clericorum: quia præ omnibus debent clerici vita & honeſtate fulgere. Et dic quòd verbum, vita, concernit neceſſaria ad victum clericorum: verbum autem, honeſtate, concernit ipſos reſpectu morum, & ſic nihil ſuperfluit.

De hac materia habetur. 12. quæſt. 1. & 21. quęſt. 4. & 23. diſtin. cap. clerici comam. vſque ad finem diſtin. & capit. his bene ergo. & 35. & 41. & 43. & 44. & 86. & 91. & 92. diſtin. per totum. & de conſecratione. diſtinc. 5. nunquam, vſque ad capitulum de ſpiritu.

† Cap. 13. vt refert Burchardꝰ li. 3. decre. capit. 102. & Iuo par. 2. ca. 137. ſed Antonius Auguſtinus ĩ notis antiquę cõpilationis. c. 1. eo. tit. ait hoc cap. in cõcilijs eſſe ex cõcilio Turonenſi 2. c. 4. & vide l. nemo Apoſtolorum & ibi glo. & Doctores. C. de ſac. ſan. eccle.

†Aliàs ita: quæ à cancellis.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De vita, & honeſtate clericorum.

¶Ex concilio Maguntino †.

¶Cum celebratur, diuiſus eſſe debet clerus à populo.

CAP. I.

VT laici [a] ſecus altare [b], qñ ſacra myſteria celebrãtur, ſtare, vel ſedere inter clericos non præſumant: Sed pars [c] illa, quę † cancellis ab altari diuiditur, tantũ pſallentibus pateat clericis. Ad orandum verò, & communicandum laicis, & fœminis (ſicut mos [d] eſt) pateant ſancta ſanctorum [e].

¶Ex concilio Pictauieñ. †

¶Breue eſt, nec poteſt breuius ſummari.

† Pictaueñ.

CAP. II.

CLerici † arma [f] portãtes, & vſurarij [g] excommunicentur.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilatio. Vide ĩ Clemen. de exceſſib. prælato. adde notas huiꝰ capitis.

¶Ex concilio Maticeñ. †

¶Presbyter habens populum, debet habere clericum qui ſecum cãtet, & in alijs hic expreſſis, eum iuuet.

† Maticeñ.

CAP. III.

VT † quiſque presbyter, qui plebem [h] regit, clericum habeat [i], qui ſecum cantet: & epiſtolã, [k] & lectionem legat: & qui poſſit ſcholas [l] tenere, & admonere ſuos parochianos, vt filios ſuos ad fidẽ [m] diſcendam mittant ad eccleſiam: quos ipſe cum omni caſtitate erudiat.

†Burchardus li. 2. de cre. ca. 56. Iuo par. 6. ca. 152. & c. 7. eo. tit. in 1. cõpil. Et vide notas noſtras in hanc decretalem.

VT laici.] Laici prope altare, vel in choro dum officia celebrantur, ſtare non debent, ſed cauſa orandi ire, vel accedere poſſunt. hoc dicit. Tria ſunt dicta. Secũdum: ibi, *Sed pars*. Tertium: ibi, *Ad orandum*. Abbas.

C ASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd laici non debent ſedere in choro inter clericos, quando cantantur diuina officia, ſed in ſancta ſanctorum. Nota, quòd laici inter clericos ſedere non debent. Item eccleſia debet habere duas partes, ſ. chorum, qui per cancellos diuiditur ab altari, & ſancta ſanctorum, id eſt, partem inferiorem eccleſiæ, quæ vulgariter dicitur, nauis eccleſiæ.

a ¶*Vt laici.*] ſupple, ſtatuimus.

¶Glo. ſeq. reddit cauſam, & textum fortificat.

b ¶*Secus altare.*] Laici enim ibi ſtare non debent, ſed tantum clerici vt liberius intendant diuinis officijs 1: vt de conſec. diſt. 2. ſacerdotum. conſecratæ etiam mulieres incenſum circa altare portare non debent. 23. diſtinct. ſacratas. & in cap. non liceat. & de conſecra. diſtinct. 1. in ſancta. & infrà titu. proxi. cap. 1. in fin.

1 Pro laicis qui cãtant in eccleſia non in pulpito arguit Io. 92. diſt. nõ liceat. Ioã. And.

¶Glo. ſeq. cum ſeq. ponit quadruplex nomen loci inter cancellos: ſed in quarto aliqui variant.

c ¶*Sed pars illa.*] id eſt, chorus, in quo morantur clerici ad cantandum, qui diuiditur ab altari per cãcellos: vt patet, per exemplum in eccleſia Bonoñ. & locus infra cancellos appellatur ſacrarium. vnde inſacrati homines ibi ſacrata vaſa contingere non debent. de conſe. diſt. 1. in ſancta. & appellatur ſacrarium diaconium, eo quòd diaconus miniſtrat ibi altari. 23. diſtin. non oportet. dicitur etiam presbyterium. de conſecra. diſtin. 2. ſacerdotum.

d ¶*Sicut mos eſt.*] Et ita eſt hic arg. pro conſuetudine.

e ¶*Sancta ſanctorum.*] In qua ſummus ſacerdos intrabat: ſed hodie laici & fœminæ ad orandum, & communicandum tantum poſſunt intrare. Alij exponunt, ſancta, id eſt, maior pars eccleſiæ, ſiue corpus.

A DDITIO. Quæ pars dicitur nauis eccleſiæ à vulgaribus.

CLerici.] Pro ſummario nota quòd armorum delatio clericis eſt inhibita, in tantum quòd contra facientes grauiter peccant, hoc colligitur ex eo quia tale delictum eſt excõmunicatione dignum: vt hic; ſed excommunicatio non infertur niſi pro graui crimine, vt in c. nullus. & in c. nemo. 11. q. 3. Abbas.

C ASVS. Patet. Nota quòd clerici arma portare non debent: nec vſurari eſſe debent.

f ¶*Clerici arma.*] Clerici arma portare non debent. 23. quæſt. vlt. clerici. & cap. quicunque. ſine iuſta cauſa 2. Iuſtam cauſam intellige ſi per loca periculoſa tranſitum faciãt, tũc poſſunt portare arma ad terrorem latronũ, licet percutere non debeant. argum. 23. quæſtio. 3. Maximianus. aliter portare non debẽt: & ſi tertio admoniti non deſtiterint, perdũt priuilegium illius canonis. 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. & infrà de ſentent. excommu. in audientia. & c. contingit.

2 Concor. tex. in Authẽ. ſtatuimus. cum not. C. de epiſ. & cleric. & Bal. in 10. col. de pa. te. c. ſi clericus.

¶Glo. ſequens differentiam ponit, à qua in fine recedit.

g ¶*Vſurarij.*] Hoc intellige 3 de laicis, qui ſunt excommunicandi niſi reſtituant vſuras. ĵ. de vſu. præterea. & clerici ab officio & beneficio ſuſpendendi, vt ibi dicitur, & repellendi ſunt etiam à dignitatibus. ĵ. de exceſ. præla. inter dilectos. & ẽt deponi debent, ſi de hoc conuincant. 47. diſt. qm̃ multi. & nihilominus excommunicandi ſunt, ſi eas non reſtituant.

3 Secundũ Tancr. & Vincẽ. Io. And.

VT quiſque.] C ASVS. Statutum fuit in cõcilio Maticeñ. quòd quilibet rector eccleſiæ habeat clericum, qui ſecũ cantet, & epiſtolam & lectionem legat, & qui poſſit docere Pueros, & Parochianos ſuos monere, vt mittant filios ſuos ad diſcẽdam fidem catholicam, id eſt, Credo in Deum: quos ipſe doceat diligenter. Nota ex hac decre. ꝙ duo ad minus debent eſſe in eccleſia. Item nota quòd ſolus presbyter non debet diuina officia celebrare. Itẽ nota ꝙ ſacerdotis intereſt docere parochianos ſuos ſymbolum, & eos inuitare ad fidẽ.

h ¶*Plebem.*] id eſt, populum: quæcunque ſit eccleſia, ſiue plebs, ſiue capella: vt ſ. de filijs presbyterorum, propoſuit.

¶Gloſſa ſequens arguit.

i ¶*Clericum habeat.*] Argu. quòd eccleſia dedicari non debet, niſi dos pro duobus ad minus ſufficiat clericis. 1. q. 2. placuit. & de conſe. diſtin. 1. nemo.

A DDITIO. De hoc dic, vt ĵ. de conſec. eccl. vel alta. cap. cum ſit in glo. nec etiam.

¶Gl. ſeq. ſignat cõtrarium, & ſoluit, demum quærit, & ſoluit.

k ¶*Epiſtolam.*] Sic acolythus debet legere epiſtolam. contra 34. diſtinct. ſi ſubdiaconus. hoc intellige in neceſſitate, in eccleſiijs illis, vbi non ſunt ſubdiaconi, aliàs intellige ſecundum illud 49. diſtinct. quoniam videmus. Nec diaconus etiam epiſtolam legere debet, quia videretur ab ordine ſuo recedere 4. 74. diſtinct. ſi qui clerici. argumen. de conſecrat. diſtinct. 1. capitu. 1. & 2. in fin. & 92. diſtinct. in ſancta. Sed pone quòd ibi non ſit ſubdiaconus, ſed presbyter, diaconus & acolythus: quis dicet epiſtolam? Acholythus, & diaconus dicat Euangelium, quod eſt eius officium: ſed ſi acolythus dixit prophetiam, diaconus dicat epiſtolam. Vincen.

4 Hoc nõ probãt iura ſeq. nec approbat conſuetudo, ſecundum Hoſt. Si presbyter dicat Euãgeliũ, nunq̃d vtatur ſtola vt diaconus. ſcilicet ſuper ſiniſtrũ humerum tãtum, vt 25. diſt. vnum not. 23. diſtin. eccleſiaſtica. Ioã. And.

l ¶*Scholas.*] docendo pueros Pſalterium, & cantare.

m ¶*Ad fidem.*] id eſt, Symbolum. id eſt, Credo in Deum patrem: quod antiquitus ante baptiſmum didicerant baptizandi. de conſec. diſt. 3. ante viginti. & 10. q. 1. placuit.

Si quis

SI quis ex clericis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi aliquis ex clericis comam relaxauerit, ſcilicet in contemptũ eccleſiæ: anathema ſit. Nota, quòd clericus qui comam nutrit, excommunicandus eſt.

a ¶Si quis ex clericis.] Iſtud capit. habes 23. diſtinct. ſi quis ex clericis.

¶Glo. ſeq. caſum excipit, & ponit verſus.

b ¶Relaxauerit.] habitum ſemel ſuſceptũ non debet dimittere. 20. quæſt. 3. procliuis. niſi ex iuſta cauſa. ỹ. e. clerici, vnde cum quidam reprehenderetur à Papa, reſpondit.

Tutius vt peterem lai ci ſub imagine Romã, Fas fuit vt ſinerẽ luxuriare comam. Bern.

c ¶Anathema ſit.] id eſt, fiat. nõ enim eſt excommunicatus ipſo iure. 30. diſtinct. quaſi per totum.

CLericus.] CASVS. patet. Nota quòd clericus comam, nec barbam nutrice debet, niſi ex iuſta cauſa, ſcilicet ex timore.

d ¶Nutriat.] Niſi ex iuſta cauſa, vt dictum eſt in proxi. cap. & infrà eo. clerici. imo detonſo capite, & patentibus auribus incedere debet 1. 23. diſtin. nõ liceat 2.

CLericus.] Legi poteſt hoc cap. ſic, quòd principium & finis ponat vnum caſum, medium verò ponit aliũ, & ſecundum hunc intellectum. h. d. Si clericus non in ſacris contrahat matrimonium, vxorem non dimittat: & ſi profeſſus contrahat ſeparabitur ab vxore, & iterum ton debitur. Abbas.

¶Gregorius nonus †.

¶Non poteſt breuius ſummari.

CAP. IIII.

SI quis † ex clericis [a] comã relaxauerit [b], anathema ſit [c].

¶Ex concilio Carthaginenſi †.

¶*Breue eſt, & non aliter ſummatur.*

CAP. V.

j CLericus neque comã nutriat [d], neque barbam.

¶Ex concilio Tribnrienſ.

¶*Clericus non profeſſus, nec in ſacris exiſtens poteſt vxorem ducere, ſed iterum tondebitur ſi vult gaudere priuilegio clericali, vel diſpenſati uè tenere beneficium. h. d. ſecundum modum, qui eſt magis conſentaneus literę, ſecundum quem ponit vnum caſum dumtaxat.*

CAP. VI.

ij CLericus † ſi tonſura dimiſſa vxorem acceperit, qui quidẽ ſit ſine gradu [e], nec monaſterio à parentibus traditus [f]: vxorem permittatur habere, & iterum tondeatur [g]: nec in vita ſua vxorem dimittere audeat.

¶Alexand. iij. Cantuarienſ. Archiepiſcopo.

¶*Clericus debet tonſuram deferre: & ſi non vult, poteſt inuitus à ſuo ſuperiore tonderi.*

CAP. VII.

CLericis †: & infrà. ¶Clerici qui comam nutriunt

CASVS. Aliquis clericus qui non eſt in ſacro ordine, nec eſt profeſſus aliquam religionem, accepit vxorem, & dimiſit tonſuram: quæſitum eſt in cõcilio Triburienſ. quid ſit de iſto clerico faciendum? ſtatuit cõcilium, quòd vxorem retineat, & iterum tõdeatur, nec in vita ſua eam dimittat. Nota quòd clericus coniugatus debet portare coronam.

e ¶Sine gradu.] ſacro. ſim. 32. diſt. ſi quis eorum.

f ¶Traditus.] Si enim traditus fuiſſet, ita quòd monachus eſſet, non poſſet habere vxorem, quam poſtmodum accepiſſet, aliàs non prohibetur 2 redire ad ſeculum: ỹ. de reg. & tranſ. ad reli. cum ſimus. & 20. q. 1. quam progenitores. & 32. diſt. placuit. & c. feriatim. & c. ſi qui vero.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

g ¶Tondeatur.] arg. eſt hic quòd clericus coniugatus debet portare coronam. argu. ad hoc. 20. q. 3. eos qui. & c. procliuis. ſed argu. contra. ỹ. de cleri. coniu. Ioannes. vbi de hoc.

CLericis.] Capitulum iſtud ponitur 23. diſtin. clerici. & eſt pars illius ỹ. ne cleri. vel mo. c. clericis. Bernardus.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd clerici qui comam nutrierint, tondeantur ab archidiaconibus ſuis etiam inuiti. Not. quòd clerici tonſuram portare debent.

¶*Glo. ſeq. duo elicit argumenta.*

h ¶Inuiti.] argumen. quòd aliquis cogendus eſt ad bonum, & ad id præcipuè quod iam ſuſcepit. 45. diſtinct. de Iudæis. in fin. & infrà de bap. & eius effect. maiores. verſus finem. aliàs nemo debet compelli ad bonum: vt ibi dicitur. & 23. quæſtio. 5. ad finem. Item argumen. quòd beneficia conferuntur in inuitos. 45. diſtin. & qui emendat. & 23. quæſtio. 5. non vos. circa me. & quæſt. 4. diſplicet. & 74. diſt. placuit. & cap. conſuluit.

†In pluribus antiqs deeſt vox, nonus.
† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilat.
Et videto notas ĩ hãc decretalẽ.
† Conciliũ Carthaginenſe. 4. c. 44. Adde notas noſtras hic.
† Burchardus libr. 8. decre. cap. 97. Iuo par. 7. cap. 115. & ca. 6. eo. tit. in 1. compilatione. Et videto notas noſtras huius capitis.
1Et quid ſignificet ratio capitis, habes 11. q. 1. duo ſunt. ſecundum Phil. & Gof. & dicam ſecũdũ Hoſ. infrà eod. clerici. verſic. coronam. Ioan. And.
† Capit. 6. ne clerici vel monachi in 1. cõpilatio. Et videto hic notas noſtras.
2 Sano modo hoc intelligas, videlicet nõ phibet redire ad ſeculum ante profeſſionẽ emiſſam. & ita loquuntur, & intelliguntur iura hic citata.

MOnaſteria.] CASVS. Quidam clerici monaſteria monialium nimis frequentabant: ſtatuit Lateranenſ. concilium, quòd ſine manifeſta & rationabili cauſa vlterius frequentare non præſumant: quod ſi fecerint, per epiſcopum arceantur: & ſi non deſtiterint, ab officio ſuſpendantur: ſi laici fuerint, excommunicentur. Nota quòd cum aliquis facit contra prohibitionem canonis, non ſufficit ad hoc quòd excuſetur cauſa rationabilis, niſi ſit manifeſta. Item hoc verbum, frequentare, in vitium ſonat. Item crimen propter quod excommunicatur laicus, deponit clericum.

i ¶Rationabili.] 18. quæſtio. 2. pernicioſã. & c. diffinimus. & 91. diſtin. clericus. nec ſufficit cauſa rationabilis, niſi ſit manifeſta: vt hic videtur.

ADDITIO. Et arg. 11. q. 3. nõ ſunt. & 12. quæſt. 1. nolo.

¶*Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

k ¶Frequentare.] Solam frequentiam reprobare videt: ſed frequẽtia videtur ex duabus vicibus 25. quæſt. 2. ita nos. argum. opt. 26. diſt. vna tantũ nec repetita. quia remiſſionem veniæ crimina, niſi ſemel commiſſa, non habet. C. de epiſ. audi. l. 3. ſic ergo vltra vnam vicem ſine manifeſta, & rationabili cauſa, nullus illuc ire debet: quia ſtatim malũ præſumitur.

[& barbam †] etiam inuiti [h] à ſuis archidiaconis tondeãtur.

¶Idem in concilio Lateranenſ. †

¶*Frequentans monaſteria monialium, & monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, deponitur: ſi laicus, excommunicatur.*

CAP. VIII.

MOnaſteria ſanctimonialium ſi quiſquam clericus ſine manifeſta, & rationabili [i] cauſa frequentare [k] præſumpſerit, per epiſcopum † arceatur: & ſi non deſtiterit [l], ab officio eccleſiaſtico reddatur immunis: Si laici, excommunicationi ſubdantur †, & a cœtu fideliũ fiant penitus alieni.

¶Gregorius ſeptimus †.

¶*Epiſcopus poteſt ſtatuere in eccleſia certum numerum clericorum, ſecundum ipſius facultates, qui viuãt in communi, & contradictores ad hoc compellere: & iſtos in communi viuentes poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa, propter iniectionem manuum in ſocium.*

CAP. IX.

QVoniam † (vt ait ſcriptura): & infrà. ¶Statuimus, vt facultatibus eccleſiarum veſtrarum, prouẽtibus †, & expenſis [m] diligenter inſpectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum: &

l ¶Non deſtiterit.] Argum. quòd admonitio ſemper præcedere debet vindictam. vt ſe corrigat quis ante quam puniatur. 12. quæſtio. 2. indignè.

QVoniam.] Tria ſunt dicta. Secundum: ibi, *Si qui.* Tertiũ: ibi, *Indulgemus.* Abbas.

CASVS. Quia tot clerici inſtituebantur in eccleſijs, quòd honeſtè de bonis ipſorum non poterant commodè ſuſtentari: ſtatuit Gr. vij. vt ſecundum facultates eccleſiarum, conſideratis expenſis, certus numerus clericorum ſtatuatur in eis, & bona clericorum veniãt in communi, & in vna domo comedant, & dormiant ſub vno tecto, & ſi qui contra hoc ſtatutum facere præſumpſerint, per ſuſpenſionem officij, & beneficij ad hoc compellantur, & etiam ſi opus fuerit grauius puniantur. ſecundò dicit, quòd ſi aliquis eorum qui ſimul viuunt manus violentas in ſocium miſerit, indulget Papa prælatis eorum poteſtatem abſoluendi eos, & pœnitentiam imponendi: niſi forte atrocitas facti grauiorem pœnam exigat. Not. ex hac decretali, quòd ſecundum facultates eccleſiarũ clerici ſunt inſtituendi in eis. Item canonici regulares de iure communi debent communiter viuere. Item cum regularis verberat regularem, prælatus eius poteſt eum abſoluere, niſi delictum ſit enorme.

¶*Glo. ſeq. not. de ipſis expenſis rationem habendam, & de reſi duo numerum taxandum. alleg. 5. concord.*

m ¶Et expenſis.] Iſtud notabile eſt, quòd in facultatibus æſtimandis habenda eſt ratio expenſarum 3, quæ ſunt in hoſpitalitate, & ad quam tenentur eccleſiæ. Item in epiſcopalibus perſoluendis. ỹ. de præben. de monachis. & recipere nuncios & legatos Apoſtolicæ ſedis. ỹ. de cenſi. cum inſtantia. & arg. ad hoc. 2. quæſtio. 5. nobilis. Illi enim fructus æſtimãdi ſunt, qui ſuperſunt deductis expenſis. C. de fru. & li. expen. l. 1. 4 & ita tot ſunt ponẽdi in eccleſijs, quot ex fructib. illi poſſint honeſtè ſuſtentari, vt hic euidenter patet, & ỹ. de inſti. cap. 1. & cap.

†Hæc duo verba & barbã, deſunt in omnibus manuſcriptis.
†Cõcilium Laterã. ſub Alex. iij. c. 11. & cap. 8. eod. titu. in 1. cõpil.
† Aliàs ita: ab epiſcopo arceatur.
† Vide l. nemo. C. de epiſc. aud. & l. 1. cum glo. §. Iulianus. ff. d ini. actu. pri ua.
† nonus.
† Octauus.
† quartus.
† tertius. Sed vt plurimum legitur: octauus, tã in vetuſtiſſimis quàm in recẽtioribus.
† Cap. 10. eo. tit. in 1. cõpilatio. confert cõcilium Toletanum 4. cap. 23. refert Gratia nus. 12. q. 1. cap. 1.
† Aliàs ita: atque prouentibus. &c.
3 Concor. text. in l. 4. cum gl. ff. vbi pu. educ. deb.
4 Hoc fructum nomine continetur, qđ iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt. Io.

& cap.auctoritate:& j̄. de conceſ.præb.ex parte. in fin.& s̄.de conſt.cum M.Ferrarieñ.& j̄.de verb. ſign.c. vlt. & hæc exceptio legitima eſt:cum facultates non ſufficiunt, ſiue 1 ſint diſtinctæ præbendæ in eccleſia, ſiue non.

1 Aliàs ita: ſiue ſit diſtinctus numerus canonicorū, ſiue non.

¶*Gloſſa ſequens alleg.tres canones pro, & duos contra.quos dupliciter ſoluit.*

ſtatuere, vt bona eorum veniant in commune: in vna domo [a] veſcantur, atque ſub vno tecto dormiant, & quieſcant. ¶ Si qui verò contradictores extiterint, licitum vobis ſit per ſuſpenſionem officij, & beneficij, aut grauiori etiam pœna, ſi opus fuerit: ad hanc obſeruantiam eos appellatione compellere non obſtante. ¶Indulgemus etiam, vt ſi quiſquam eorum, qui ſimul viuunt [b], pro manus † iniectione in ſocium, à communione meruerit fieri alienus, reconciliandi, & pœnitentiam imponendi, poteſtatem, plenariam habeatis, niſi forte atrocitas [c] facti pœnam grauiorem expectet †.

† manum

† expoſcat

¶Innocentius tertius.

¶*Eccleſiaſtici iudices, & delegati gratis iudicare debent, nec exigere poßunt decimam, vel aliam quotam litis, etiam ſi hoc habeat cōſuetudo.*

a ¶*In vna domo.*] Sic 32. diſtin. præter hoc. & de conſec. diſtin. 5. in omnibus.& 13.q.1. neceſſaria.argum.contra 12.quæſtio.1. quia tua.& 32.diſtin.ſi quis vero. Solu. quod dicitur hic, & in concor.ſignatis, ius commune eſt, & honeſtum eſſet, vt ſeruaretur: ſed derogatur huic iuri per cōtrariam cōſuetudinē, quàm Papa ſcit, & tolerat. Capitula contraria loquuntur ſecundū antiqua tempora de quibuſdam clericis cōiugatis, quibus dabantur beneficia extra cōſortium aliorum, potius de gratia quàm de iure: quia de nouo conuerſi fuerant, & loquitur in vtroque capitulo de epiſcopo Anglorum.ſic.35. quæſtio.3. quædam lex. & c.quod ſcripſi. Si vis intelligere capitulum iſtud de regularibus planū eſſet: quia nō dicitur hic de quibus loquatur: & hoc videtur ex eo quod dicitur infrà indulgemus, vt ſi quiſquam eorum qui ſimul, &c. qui ſimul in eodem refectorio comedere, & dormitorio dormire debent.infrà de ſta.reg. cum ad monaſterium.

¶ *Gloſſa ſequens reci.per q.de quibus clericis hoc intelligatur.*

b ¶*Qui ſimul viuunt.*] ex hoc videtur, quòd loquatur hoc capitulum de regularibus, qui ſimul viuunt & dormiunt, quibus tamen conceſſum eſt vt à ſuis prælatis abſolui poſſint. infrà de ſenten.excommu.monachi. & capit.cum illorum.& hoc idem priuilegium conceſſum eſt hoſpitalarijs Hieroſolymitanis, vt per ſuum Priorem, qui ſacerdos eſt abſoluantur infrà de ſenten.excommu.canonica. Alij verò prælati ſecularium eccleſiarum hoc priuilegium non habēt: quia cum regularibus tantum concedatur, vt patet per iura prædicta, alijs denegatur.25.diſtinct.qualis.& argumen. ſuprà de præſum, cap.nonne.& ff.de iud. cum prætor.non enim quod vni perſonæ per priuilegium ſigillatim conceditur, alijs conuenit indulgeri.16.quæſtio.1.hinc eſt etiam. in fin. & 7.quæſt.1.petiſti. Omnibus enim illud beneficium eſt prohibitum, niſi ſpecialiter ſit conceſſum: & ſic intelligitur hoc capitulum tantum de regularibus. Bernardus.

c ¶*Atrocitas.*] hoc ſemper excipitur.infrà de ſent. excommu.cum illorum.

C*Vm ab.*] Primo reprehendit auaritiam iudicum. Secundò ponit reprehenſionis cauſam. Tertiò concludit iuſtitiam.partes patent. Abbas.

CASVS. Quidam iudices à ſede Apoſtolica delegati faciebant pactum cum litigantibus ſuper decima parte litis, vel etiam alia, ſecundum conſuetudinem loci, more ſecularium, recipientes de hoc pignora pro ſalario præter expenſas victualium, non conſiderantes quòd eccleſiaſtici redditus ad hoc ſint eis deputati, vt inde honeſtè viuant, peruenit hoc ad notitiam domini Papæ; vnde mandat quòd decætero ab his indebitis exactionibus debeant abſtinere, & gratis iudicium ſuum litigantibus debeant impertiri, eo non obſtante quòd quidam dicebant, quòd illud faciebant nomine aſſeſſorum: cum non liceat iuſtum iudicium vendere, & venales ſententiæ ſecularibus legibus improbentur. Nota ex hac decretali, quòd non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. Item expenſæ poſſunt peti à delegatis; & hoc intellige cum proficiſcuntur extra domicilium ſuum, cum expenſæ hic non reprobentur. Item delegati, quibus beneficia ſua ſufficiunt, ſalarium accipere non debent, & multò minus ordinarij, ſed gratis reddere debent iudicium. Item venales ſententiæ non valent, ita quòd appellare non eſt neceſſe.

CAP. X.

CVm † ab omni ſpecie mali præcipiat Apoſtolus abſtinere [d]: & infrà. ¶Sanè ad audientiā Apoſtolatus noſtri peruenit, quòd cum ex delegatione noſtra cauſas ſuſcipitis pertractandas: more † ſecularium [e] ſuper decima litis, vel parte alia, pro diuerſa terrarū conſuetudine præter expenſas [f] victualium cum litigantibus receptis pignoribus pro ſalario conuenitis. ¶ Nos † attendentes, quòd ad hoc vobis, & alijs clericis ſint eccleſiaſtici redditus deputati, vt ex ipſis honeſtè viuere debeatis: & infrà. Ideoque mandamus, quatenus ab huiuſmodi exactionibus decætero abſtinētes †, vigorem iudiciarium gratis [g] ſtudeatis litigantibus impertiri: non obſtante quòd in fraudem à quibuſdam proponitur, quòd id exigatur no-

† Cap.1.e.1.cōpilat. Et quibus pſonis ſint cauſæ eccleſiaſticæ committēdæ vide cōcilium Triden.ſeſſio.5. de reformat. c. 10. 1.Theſſ. 5.

† In codice Barbatiæ ita: more ſecularium iudicum.

† Aliàs, nō.

¶*Gloſſa ſequens caſum excipit quem determinat, & ſignat contrarium.*

d ¶*Abſtinere.*] Niſi vbi quis redimit ius ſuum; vt 1. quæſtio.3. quæſitum. Argumen. infrà de ſimo.dilectus. vbi de hoc ſemper tamen præſumitur eſſe malum: vt 1.quæſt.1. nullus 2. 2 niſi manifeſtè probetur contrariū: videtur enim corrumpere iudicem. licet ſit argumen. contra.14. quæſtio.5.non ſanè. Vincen.

2 Hoſt. dicit ꝙ redimere vexationem nō eſt malum, nec ſpecies mali. 11.q.4. qui peccat.canon ille ad hoc inducitur. ad contrariū: quia dans repetit. pro ſolu. vide quod ibi nota.& 11.q.3.qui recte. Ioā. And.

¶ *Gloßa ſequens reci. per q. an ſecundum l. &c.ſoluit quòd non.allegat contrarium, & ſoluit.*

e ¶ *More ſeculariū.*] mos iſte de decima parte litis exigenda cōtra legem eſt. vt in Authen.de iud.§. ne autē. coll. 6. Vbi delegatus etiam à principe non habet niſi duos aureos in principio litis, & duos in fin.& hoc cum cauſa excedit centum aureos: aliàs nihil: vt ibi dicitur.argumen.C.de teſtament.l.conſulta. ordinarius 3 autem non debet habere niſi ſportulas. 3. quæſtio. 3.cap.induciæ.§.offeratur.argumen.contra. C. de epiſcop.& cle.Authen.generaliter. ſed ibi decima pars datur aduerſario, ſed non iudici: vnde nō cōtradicit, Aduocatus etiā ſuper certa parte litis cum clientulo paciſci non debet. C. de poſtulan.l.ſi quis aduocatorum.

† Vide l. 3. ff. quod cuiuſque vni. & in l.quæ onerandæ. ff. d optio. legata.

3 Ciuilis fori: quia in eccleſiaſtico ſportulæ non debentur, ſuper quo vide qđ not. de plus peti.c.vnico, ſuper glo. pe.Io.An. Adde oīno Romanum ſing. 183.incip. Tuſcis.quę dixi.lib. 3. comment. in Directoriū Inquiſitorū Scho. 148.

¶*Gloßa ſequens recitetur per q. an debeantur expenſæ iudici, & diſtinguit inter delegatum Papę, & ordinarium, vel delegatum ordinarij.*

f ¶*Pręter expenſas.*] Delegati enim iudices debent habere expenſas quando proficiſcuntur extra domicilium ſuū ſicut teſtis.4.quæſtio.3.cap.ſi teſtes.§.venturis.quia nemo cogitur ſuis ſumptibus militare. infra de ſimo. cum ſit Romana.& ſupra de præſcri.cum ex officij.& 28.quæſt.1. iam nūc. & de ſuo non tenetur quis facere beneficium.10. quæſtio.2. præcariæ.Munera enim non ſumptus prohibentur.1.quæſt.1. iudices.& modica xenia recipere poſſunt.ff. de offic.præſſi.l. plebiſcita.xenia 4 enim non ſunt lucra.ff.de offic.procon.l. ſolent.§.vltim.ea tamen moderatione, ne perducantur ad nimiam quantitatem: vt ibi. & ne litigatoribus enorme damnum infligant.argumen.10.quæſtio.3.illud.imo ſi pauperes ſunt litigantes, debent etiā à ſumptibus abſtinere, quia tunc nec ordinarius habet ſportulas: in Auth.de man.prin.§. ſi tibi quoque.coll. 3. Ordinarius autem nunquam debet habere expenſas, nam ideo ſtipendia ſunt ei conſtituta. 23. quæſtio.1.militare. imo & cum de mandato principis ad aliam prouinciam proficiſcitur, debet expēdere illa quæ domi expenderet.in Auth.de man.prin.§.illud tamen.coll. 3. quandoque tamen ordinarius recipit expenſas, cum eccleſiā conſecrat.infrà de ſimo.cum ſit Romana. & cum viſitat prouinciam ſuam.infrà de cenſi.cum Apoſtolus.& c.ſopitæ. & cap. cum nuper. Item ſi ordinarius dat delegatum, tunc ordinarius debet ei facere expenſas. ſuprà de offic. or. inter cætera. licet quidam contrarium faciant 5, quod tamen facere nō debent. vnde poſſet ab eis repeti tanquam indebitum. argumen.infrà de magiſ.prohibeas. & infrà de cenſi. procuratores.in fin.& 18.diſtin.quoniam.& cap.ſeq.

4 In eſculētis & poculentis tantum. quod dic vt infrà de reſcrip. ſtatutum. inſuper. libr.6. Ioan. And.

5 De hoc articulo vide Specula.tit.de ſala.§.1. ibidē habes pleraq; alia huc ſpectantia.

g ¶*Gratis ſtudeatis.*] Gratis ergo debet iudex iudiciarium ordinem impertiri, non tamen propterea reprobantur expēſæ. teſtis enim gratis debet ferre teſtimonium, & tamen recipit expenſas.4.quæſtio.4.cap.ſi teſtes.§. venturis. Sic & pro-

curatori

curatori non prohibentur ſumptus, ſed paciſci de certa parte litis prohibetur.ff. de pact.l. ſumptus. & fideiuſſori prohibetur de certa parte paciſci, qui fideiuſſerat iudicatum ſolui. ff.mandat.l.ſi remunerandi.§.Maurus. Ber.

a ¶*Nomine aſseſſorum.*] aſſeſſor enim bene poteſt petere mercedem: quia ſuis ſumptibus ad hoc non cogitur.28.q.1.iā nūc. nemo enim de ſuo beneficium facere cogitur.10.q.2.precariæ. & ſ̃.de præſc. cum ex officij.& merces ſibi pro labore ſuo conſtitui debet.12.q.2.charitatem. & iuriſconſultus bene poteſt vendere rectum conſilium.11.q.3.non licet.& 14.q.5.non ſanè. 1 & dicit lex quòd ſpe præmiorum inuitandus eſt aſſeſſor.C. de aſſeſ.l.1.

† Aliàs ita: & venales ſententiæ ipſis etiam ſeculari-bus legibus reprobantur.

mine aſſeſſorum [a]: cùm nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat: & venales ſententiæ † ab ipſis etiam ſecularibus legibus reprobentur [b].

¶Idem Liuonień.Epiſcopo,& eis qui cum ipſo ſunt fratribus.

¶*Ad euitandum ſcandalum,poſſunt religioſi diuerſi habitus miſſi ad prædicandum de nouo conuerſis, ſe in vnum ſuperiorem habitum, & propoſitum conformare.*

CAP. XI.

DEus † qui eccleſiam ſuā noua ſemper prole fœcundat:& infrà. ¶Ne igitur,ſi diſpar in vobis obſeruātia fuerit, & diſſimilis habitus, apud eos quibus vnum Euāgelium prædicatis, ſcandalum ſuſcitetur: ¶Mandamus, quatenus eo nō obſtāte, quòd inter vos monachi ſunt, & canonici regulares, vel alij etiam regularem vitam ſub alia diſtrictione † ꝓfeſſi [c]: omnes pariter in vnum regulare propoſitum,& honeſtum habitum, quantum ad hoc ſpectat officium, conformetis †.

¶Idem.

¶*Ludi theatrales etiam prætextu conſuetudinis in eccleſiis, vel per clericos fieri non debent.*

1 Concor. text.cū gl. & Bart. in l.1.ff.de var.& extraor. cogni.

† Cap.2.e. tit.in 3.cō pilat.

Et de materia huius decretalis vide oīno extrauagantem Alexā.iiij. inci. cum hora quā inſeruimus poſt Directoriū Inquiſitor.inter literas Apoſtolicas.

† diſtinctione.

† Hūc tex. dicit hic Abbas. eſſe ſingul. ad hoc ꝙ vbi ex difformitate habitus oritur ſcādalum,aut ex varietate obſeruantiæ. poſsūt ſe conformare in vnum honeſtū habitū & propoſitum.

b ¶*Reprobentur.*] ita quòd non ſit opus appellare.2.q.6.§. venales. & C. quando prouoca.non eſt neceſſe.l. venales. Si autem fuerit ſententia arbitri. tenet: ſed agens ex ea repellitur doli exceptione.C.de arbit.l.3. Ber.

DEus qui.] Primò ponit exordium. Secundò cauſam mandati: ibi, *Ne igitur.* Tertiò mādatum: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

C a s v s. Liuonienſes de nouo conuerſi erant ad fidem: datus fuit eis epiſcopus, & quidam alij fratres ad prædicandum Euangelium: quia iſti prædicatores diſſimilem habitum habebāt,murmurabant, ſcandalum inter Liuoń. ſuſcitabatur ex tali diuerſitate: ſcribit Papa epiſcopo Liuoń.& alijs fratribus dicens, ne propter diſſimilem habitum ſcandalum ſuſcitetur inter illos, quibus vnum Euangelium prædicant: mandat eiſdem, quòd omnes debeant ſe conformare in vnum regulare propoſitum, & honeſtum habitum,quantum ſpectat ad hoc officium: non obſtante eo quod quidam illorum ſunt monachi, quidam vero canonici regulares. Ex hac decre. nota, quòd propter ſcandalum receditur à iure, & ab habitu regulari: ſed iſtud fit ad tempus ex cauſa. Item in ijs quæ ſpectant ad profeſſiones auctoritas Papæ intelligitur excepta, ſicut dicitur de iuramento.

¶*Glo.ſeq.arg.& illud determinat.*

c ¶*Profeſſi.*] argumen.quòd ſicut in quolibet iuramēto auctoritas Papæ intelligitur excepta: vt ſuprà de reſcrip. conſtitutus.à contrario ſenſu. & ſuprà de iure iur. venientes. ita & in profeſſione.argumen.infrà de re.& tranſe.ad. reli. quia in inſulis. hoc verum intellige quantum ad ſolemnitates ſecus tamen eſt in ijs, quæ ſunt de ſubſtantiā ordinis: vt infrà de ſtat. re. cum ad monaſterium. in fin. Cum autem iſti ſint diuerſarum profeſſionum, ſimul non poſſunt eſſe in vna eccleſia: quia dicit canon: Homines diuerſæ profeſſionis, non ſociabis in vno eodemque officio. 16.q.7. innoua. quia quilibet ſe cōformare debet moribus eorum, inter quos viuit, vt 41.diſt. quiſque. nam ex diuerſitate habitus generatur ſcandalum.33.q.5.quod Deo pari. Conformabunt autem iſti ſe in ſuperiori habitu: ſed interius ferant veſtes congruentes ſuæ religioni. Et eſt hic arg.pro opinione Hug.ꝙ canonicus regularis poſſit fieri canonicus in eccleſia ſeculari. arg.74.diſtin.quorūdam.& 58.diſt.c.2.ſicut monachus poteſt eſſe epiſcopus in eccleſia ſeculari. 18.q.1.c.1. Ioan.

CVm decorem.] Primò ponit factum reprehenſibile. Secundò illud præcipit emendari: ibi, *Fraternitati.* Abb.Sicu.

C a s v s. Quidam ludi qui dicuntur theatrales. fiebant in eccleſijs,in quibus introducebantur monſtra laruarum: propter quos ludos, honeſtas eccleſiæ deformabatur: & presbyteri & diaconi in quibuſdam feſtiuitatibus, ſcilicet, ſancti Stephani, ſancti Ioannis, & Innocētium, ludibria ſua exercebant: mādat Papa prædictam conſuetudinem ludibriorum,imo potius corruptelam de prædictis eccleſijs penitus extirpari: ne propter huiuſmodi turpitudinem honeſtas eccleſiæ inquinetur. Nota quòd conſuetudo inhoneſta & turpis debet ab eccleſiā aboleri.

CAP. XII.

CVm † decorē domus Dei: & infrà. ¶Interdum ludi fiunt in eccleſijs theatrales, & nō ſolum ad ludibriorum ſpectacula introducuntur in eis monſtra laruarum [d], verum etiam in aliquibus feſtiuitatibus [e] diaconi, presbyteri, ac ſubdiaconi inſaniæ ſuæ ludibria exercere præſumunt: & infrà. ¶Fraternitati veſtræ mādamus, quatenus ne per huiuſmodi turpitudinem, eccleſiæ inquinetur honeſtas, prælibatam ludibriorum conſuetudinem, vel potius corruptelam [f], curetis à veſtris eccleſijs extirpare.

† Cap.4.e. tit.in 3. cōpilatione concilium Tridē. ſeſſio. 24. de refor.c.12. §. veſtitu inſuper. Vide Nauarrum in manuali confeſſariorū. c.19. adde notas noſtras ī hāc decretalē.

¶Idem in concilio generali †.

¶*Clerici debent continere, & caſtè viuere: contra facientes punit: & ſeuerius puniuntur illi qui poßunt legitimo matrimonio vti.*

CAP. XIII.

VT clericorum mores, & actus in melius reformentur, continenter & caſtè viuere ſtudeant vniuerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti: ab omni libidinis vitio præcauentes, maximè illo, propter quod ve-

† Cōcilium generale Lateranē. ſub Innocentio. iij. c. 14. & c. 2. eod. tit. in 4. cōpilatione. Iā de continentia clericorū, & de pœnis incontinētium vide quid nouiſſimè ſtatuerit concilium Triden.ſeſſio. 25. de reform.c.14.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit inter ludos laſciuiæ, & compunctionis.*

d ¶*Monſtra laruarum.*] Prohibitum eſt etiā cauſa ludibrij vti habitu monachali, vel alio religioſo, & grauiter punitur qui hoc facit. in Auth. de ſan. epiſc.§.vltim.coll.9.& argumen.C.de epiſ. audien.l. minime. Non tamen hic prohibetur repræſentare præſepè Domini, Herodē, Magos, & qualiter Rachel plorabat filios ſuos,& cætera, quæ tāgunt feſtiuitates illas, de quibus hic fit mentio, cum talia potius inducant homines ad compūctionem quàm ad laſciuiam, vel voluptātē: ſicut in paſcha, ſepulchrum Domini, & alia repræſentantur ad deuotionem excitandam. Et ꝙ hoc poſſit fieri, eſt arg.de conſe.diſt.2.ſemel.& diſt.4. quæris.verſus fin. Et quodlibet feſtum eſt ſignum,& repræſentatio præteritarum rerum.75.diſt. ꝙ die dominico.

e ¶*Feſtiuitatibus.*] ſcilicet ſancti Stephani, ſancti Ioannis, & Innocentium.

f ¶*Corruptelam.*] Turpis conſuetudo potius dicitur corruptela, quàm conſuetudo: quæ citius eſt extirpanda.8.diſt. mala conſuetudo.& ſ̃.de conſue.cum inter vos. & c. cum venerabilis.& j̃.de exceſ.præla.c.inter dilectos.

VT clericorum.] Quinque ſunt dicta. Primò indicit clericis honeſtatem, & caſtitatem. Secundò imponit pœnam. Tertiò aggrauat. Quartò punit prælatos negligentes,& corruptibiles. Quintò punit Græcos incontinentes. Secūda: ibi, *Ne verò.* Tertia: ibi, *Si quis igitur.* Quarta: ibi, *Prælati.* Quinta.ibi, *Qui autem.* Abbas.

C a s v s. In prima parte huius cap. ſtatuit concilium Lateraneń. quòd clerici mores & actus ſuos reforment in melius, & viuant caſte,& præcipuè in ſacris ordinibus conſtituti, ab illo vitio præcauentes, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ. Secundò dicitur, ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, ſtatuit, vt qui deprehenſi fuerint vitio incontinentiæ laborare, puniātur ſecundum canonicas ſanctiones, prout plus, vel minus peccauerint: vt quos timor diuinus à malo non reuocat, pœna temporalis compeſcat: & ſi quis propter hoc ſuſpenſus diuina præſumpſerit celebrare, eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur: & etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur: prælati verò qui tales ſuſtinuerint in ſuis iniquitatibus, & præcipue obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporali pari pœna puniantur. Illi vero qui matrimonio poſſunt vti ſecundum morem regionis ſuæ: ſi lapſi fuerint,

fuerint, grauius puniantur. Nota quòd aliqui puniuntur, vt cæteri ſimilia facere pertimeſcãt. Item qui plus peccat, plus debet puniri. Item quos timor Dei à malo non reuocat, pœna temporali puniantur. Item qui ſuſpenſus ab homine celebrat diuina, debet deponi. Item agentes & conſentientes pari pœna puniri debent.

nit ira [a] Dei in filios diffidentiæ, quatenus in cõſpectu omnipotentis Dei, puro corde, ac mundo corpore, valeant miniſtrare. ¶Ne verò facilitas [b] veniæ, incentiuum tribuat delinquendi, ſtatuimus, vt qui comprehenſi fuerint incontinentiæ vitio laborare, prout magis †, aut minus peccauerint, puniantur † ſecundum canonicas ſanctiones, quas efficacius, & diſtrictius præcipimus obſeruari: vt quos diuinus timor à malo non reuocat, temporalis ſaltem pœna [c] cohibeat à peccato. ¶Si quis igitur hac de cauſa ſuſpenſus prę̨ſumpſerit celebrare diuina: non ſolum eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur: verum etiã pro duplici culpa perpetuò deponatur [d]. ¶Prælati verò qui tales prę̨ſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant vltioni. ¶Qui autem † ſecundum regionis [e] ſuę̨ morem non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur: cum legitimo matrimonio vti poſſint.

¶Idem in eodem. †

¶Clericus crapuloſus, vel ebrioſus monitus non deſiſtens, ab officio, vel beneficio ſuſpenditur.

a ¶*Ira Dei.*] Vt ĩ.de exceſ. præla. clerici. & 32. quæſtio.7. flagitia. & in Auth. vt non lu. cont. na. coll. 6. 1 & tales vltimo ſupplicio puniuntur. C. de adul. cum vir.

b ¶*Facilitas.*] 23.q.4.eſt iniuſta. Et ſi ea, quæ malè vſurpantur omittimus, exceſſus viam alijs aperimus. 35.q.9.loci.& 93. diſt. peruenit.

c ¶*Pœna.*] ſimile dicit lex: quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non reuocãt, correctionis ſaltẽ medicina compellat. C.de emenda.propin.l. vnica.& ſuprà de ele. cum in cunctis. in fine. & 62.diſtin.docendus eſt populus. & neceſſe eſt vt ferro abſcindantur vulnera, quæ, & capit. 82.diſtin. plurimos.in fin. & ferrum quippe noſtræ mentis. &c. 7. quæſt.1.capit.aduerſitas.§.cum autem.

d ¶*Deponatur.*] ecce quãta eſt pœna illius, qui celebrat ſuſpenſus ĩ.de cleri.excom. min. clerici. & c.latores.

ADDITIO. niſi ꝓbabili ignorantia excuſetur.cod.titu. Apoſtolicæ.

e ¶*Regionis.*] Hoc dicitur propter Orientales, qui vtũntur matrimonio iam contracto, etiam in ſacris ordinibus.infrà de cler.cõiug.cum olim. 31.diſtin.aliter. Bern.

1 Hanc & ſequ. vide in præ. ca. clerici. ſuper 1.& vltim.gl. Io. And.

† Aliàs ita: prout magis, vel minus peccauerint, &c.

† Vide l. ex diuerſa. §. 1. cum no. ff. de rei vend. & in ſtit. de pu. iud.§.item lege Iulia.

† Hoc dicitur propter Græcos.

† Eodẽ cõcilio Lateraneñ. ſub Innocẽtio iij.cap.15. & c. 3. eo. tit.in 4. cõpilatione. Adde concilium Triden.ſeſſio. 22. de reform. c. 1. & de materia vidẽ plenè per vtrũq; Thomã.2. 2. q. 148.per totũ. vbi de gula & Nauarrum in manuali cõfeſſariorum. c. 23.

A *Crapula.*] Primò prohibet crapulam, & ebrietatem. Secundò abuſum ſe obligantium ad potum: ibi. *Vnde illum.* Tertiò pœnas ſtatuit: ibi, *Si quis.* Abbas.

CASVS. Primò dicitur, quòd clerici abſtinere debent à crapula & ebrietate, & vinum ſibi temperare, & ſe vino. Secundò dicitur, quòd non incitent ſe ad inuicem ad bibendum: quia ebrietas vitium libidinis eſt, & mentis exilium. Tertiò dicitur, quòd non inuitent ſe ad æquales potus, vt qui plus bibit laudetur. Quartò dicitur, quòd tales, niſi ceſſauerint, ſuſpendantur ab officio & beneficio. Nota quòd clerici ſobrij debent eſſe. Item ebrietas parit vitium libidinis, & mẽtis exilium inducit. Item æquales potus ſub pœna officij, & beneficij prohiberi debent.

f ¶*A crapula.*] 4.diſtin. denique. Crapula dicitur quantũ ad ſuperfluitatem ciborũ: & dicitur crapula quaſi cruda epula 2. Ebrietas quãtum ad potum. & dicitur ebrietas ab e, qđ eſt ſine, & bria, quod eſt menſura. Vnde ebrius eſt qui ſine menſura bibit: vnde Horatius.

Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?

¶*Glo.ſeq. quærit, & remittit.*

g ¶*Vel beneficio.*] hoc relinquitur arbitrio ſuperioris, vt delinquentem ſuſpendat ab officio, vel beneficio. Quid ſi dicat iudex, ſuſpendo te ab officio, vel beneficio? Dic ſuper hoc vt not.infrà de cler.excommu.mi.latores. in notula, quæ incipit, etiam. Bernardus.

2 Vide ad hoc de cõſecra. diſt. 5.ne tales. & Eccleſiaſtici. ca. 27. vide Hieronymũ ad Ruſticum. 2. c.& ad Titum cap.1.

C *Lerici.*] Aduerte ad vnum verbum Innocentij diligenter: dicit enim quòd hoc cap.loquitur de honeſtate. Petrus verò dicebat, quòd quædam ſunt honeſtatis, & quædam præcepti. Abbas.

CASVS. In hac conſtitutione ponuntur quatuordecim articuli, ſcilicet, quòd clerici officia ſecularia non exerceant, nec ſint ioculatores, nec intrẽt tabernas niſi ex iuſta cauſa, nec ludant ad talos, nec huiuſmodi ludis interſint, coronam habeant cõgruentem, clauſa deferant deſuper indumenta in longitudine & breuitate decentia, pãnis rubeis, & viridibus non vtantur, ſotulares & manicas non habeant cõſuticias, frę̨nis, ſellis, pectoralibus, calçaribus deauratis non vtantur, cappas manicatas ad diuinum officium non gerant, nec alibi niſi ex iuſta cauſa, ſcilicet timoris, ſacerdotes & perſonæ fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes: vel annulos, niſi quibus competit ex dignitate. Secundò dicitur quòd pontifices habeant in publico ſuperindumẽta linea, niſi ſint monachi, qui habitũ ſemper habebunt monachalem, pallijs diffibulatis non vtãtur in publico, niſi poſt collum, vel ante pectus connexis. Quicquid in iſta conſtitutione continetur, notabile eſt.

CAP. XIIII.

A Crapula [f], & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant: vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino: Nec ad bibendum quiſpiam incitetur: cum ebrietas & mentis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum. ¶Vnde illum abuſum penitus decernimus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales, ſuo modo ſe obligant potatores: & ille iudicio taliũ plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. ¶Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit, ab officio †, vel beneficio [g] ſuſpendatur.

¶Idem in eodem. †

¶A negotijs.perſonis, locis, ludis, veſtibus inhoneſtis, & ornatu minus honeſto prę̨cipit clericos abſtinere, & habitu honeſto vti: cuius vanitatem in pluribus exprimit, & deteſtatur.

CAP. XV.

CLerici officia, vel commercia ſecularia nõ exerceant [h], maximè inhoneſta: Mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant: Et tabernas [i] prorſus euitent, niſi fortè cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas [k], & taxil-

h ¶*Non exerceant.*] Quod qui fecerint, ab officio ſuo degradentur.91. diſtin.clericus. imo nunquam de manu ſua exeat pſalterium.de conſec.diſt. 5.nunquam. in prin.

i ¶*Et tabernas.*] 44. diſtin.cap.clerici.

¶*Glo.ſeq.tex. fortificat. Secundò obijcit, & ſoluit. Tertiò quærit, ponit opin. Pla. & contrarium. & ſoluit,*

k ¶*Ad aleas.*] hic prohibetur clericis non tantum ludere, ſed ne interſint ludo, intantum quòd qui publicè aleator eſt, repellitur à promotione. infrà de exceſ. præla. inter dilectos. Nec debent eſſe inſpectores ludi huiuſmodi. in Authen.de ſanct.epiſcop.§.interdicimus.col.9. & tribus annis arceantur à miniſterio, vt ibi dicitur. Sed videtur quòd primò ſit admonendus antequam puniatur: vt 35. diſtinct.capit.1.ſed hoc credo in beneficio obtento. ſecus in obtinendo: quia multa impediunt promouendum quæ non deijciunt. 15.quæſtio. 1.§. vltim. & ſupra de iureiu. quemadmodum.& infrà de exceſ. præla.inter dilectos. Sed nunquid 3 poteſt repeti quod perditur in alea? Dicunt quidam quòd non, ſed pauperibus eſt eroganda pecunia illa. argumen.14. quæſtio.5.non ſanè. Nam cum turpitudo verſatur ex vtraque parte, melior eſt conditio poſſidentis. ff. de condi. ob tur.cau.l.ſi ob turpem.§.porro.& l.vbi autem.hæc fuit opin. Pla. Alij dicunt & melius quòd poſſit repeti. ff. de alea.l.vlt. in fin.vbi dicitur, quòd ſi ſeruus, vel filiusfam.amiſerit in ludo, patri vel domino dabitur repetitio, & etiam vſque ad 50. annos, vt dicit græca conſtitutio. Et ſi quis exiſtens in alea rem ſuam vendidit, non tenetur de euictione. ff. quarum re. ac.non da.l.2.§.1.& C.de reli.& ſum.fu.in Authen. alearum vſus. Seruandum eſt quod ibi dicitur.

† In concilio ita: beneficio vel officio ſuſpendatur.

† In eodẽ cõcilio Laterañ. ſub Innocẽtio iij.c.16. & c.4.eo. tit. in 4. compilatio. Idem confirmat concilium Tridentinum ſeſſio. 14. de reformat.c.6.& ſeſſio.22.đ reform. c. 1. & vide notas noſtras ĩ hãc cõſtitutionem.

3 De materia huius gloſſæ vide plenè ꝑ Couarruuiam in regula: peccatum de reg.iu. lib. 6.1 2.par.relectiõis. §. 4.& Dominicum Sotum libr.4. de iuſt. & iure.q.5.artic.2.

Congruen-

a ¶*Congruentem.*] vt videantur differre à monachis.
b ¶*Non notanda.*] argumen. pro medio ſpectando. ſuprà de offic. delegat. quærenti. ff. de acquir. re. do.l. adeo.§. cum quis.
c ¶*Deauratis.*] hoc ſine licentia principis etiam laicus habere non debet. C. de veſti.olo. & aura.l. nemo.lib.11. tamen conformabunt ſe in veſtibus conſuetudini regionis, ne videantur hypocritæ: vt 30. diſtinct.ſi quis virorum. & 4. diſtinct. erit autem.ne vileſcat dignitas clericalis. 80. diſtin. epiſcopi. De hac materia dicit 21.quæſtio.4.in ſumma. Ioannes.

† Quibus ludis poſſunt clerici intereſſe, & ludere, vide p Bal. in l.fi. ff. qua re. act.nõ. da. & C.de epiſ. & cle. Authẽ. interdicim⁹.

los non ludant: nec huiuſmodi ludis interſint †. Coronam, & tonſurã habeant cõgruentem[a]: Et ſe in officijs eccleſiaſticis, & alijs bonis ſtudijs exerçeant diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda[b]. Pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis, aut ſotularibus conſuticijs, frænis, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis[c], aut aliam ſuperfluitatem gerentibus, non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiam nõ gerant, ſed nec alibi qui ſunt in ſacerdotio, & perſonatibus conſtituti: niſi iuſta cauſa[d] timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omninò non ferant: neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes: ſed nec annulos[e], niſi quibus cõpetit ex officio dignitatis.

¶ Pontifices autem in publico, & in eccleſia, ſuperindumentis lineis omnes vtantur niſi monachi[f] fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Pallijs diffibulatis non vtantur in publico, ſed vel poſt collum, vel ante pectus hincinde connexis.

d ¶*Cauſa.*] Tunc enim habitus monachalis propter hoc ſuſceptus, non præiudicat .ſuprà quod metus cauſa, perlatum. & ita clericus iuſta de cauſa poteſt poſtponere habitum clericalem, nec cenſetur Apoſtata.
e ¶*Annulos.*] per annulum enim præſumitur matrimonium. argumen. 30. quæſtio. 5. fœminæ. & ſuprà de præſump. illud. in fin.
¶*Gloſſa ſequens arg. remittit, & ſignat contrarium.*
f ¶*Niſi monachi.*] Argumen. quòd monachus 1 factus epiſcopus non penitus abſoluit à regula monachali. De hoc not. 16.quæſtion.7. inuentum 2 .argumen.contra, 18.quæſtio. 1.ſtatutum. Bernar.

1 De hoc articulo vide plenè p B.Thomã. 2.2.q.185. art.8.
2 Et melius.q.1.c. 3.in fin.ibi ſoluit.Ioã. And.
† Ambien.
† Abieñ.
† Abianeñ.
† Abieneñ.

EX literis.] Primò ponitur querela, Secundò prouiſio: ibi, *Mandamus*. Abbas.
CASVS. In terra comitis Pontini erant quidam clerici, qui potius intrudebant ſe negotijs ſecularibus quàm diuinis officijs: iſti volentes gaudere priuilegio clericali, nolebant ſubiacere ſtatutis patriæ: ſed quando ſtatuta illa pro ſe faciebant, tamquam laici ſtatutis illis ſe volebant defendere: Iſte comes Pontinus ſignificauit hoc domino Papæ, vnde mandat Papa epõ Ambiañ. vt clericos illos moneat tertio: & ſi non ſe correxerint, & prætermiſſis officijs diuinis talibus negotiationibus ſe immiſcuerint, non defendat eoſdem, quo minus de facultatibus ſuis ſubiaceant ſtatutis patriæ, dum talibus ſe implicant: quia ipſo facto renunciant priuilegio clericali. Ex hac decre. not. quòd vſque ad tertiam admonitionem gaudent clerici priuilegio clericali. Item ipſo facto renunciat quis priuilegio ſuo. Item clerici clericaliter viuentes in rebus proprijs debent defendi ab eccleſia: quod eſt bene notandum.
¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium.*
g ¶*Se tuentur.*] cum iſti ſtatuta patriæ approbant pro ſe, tenentur ea recipere contra ſe. 19.diſtinct.ſi Romanorum.& 4.quæſt.3.§.ſi quis teſtibus, & 3.quæſt.8.ca.accuſatores.§.cuius in agendo. & ſi illa reprobant, non debent ex eis commodum habere.ĩ.de cenſi.cap.cum olim.C.de reb.cred.l.generaliter.1.reſpon.in fine.arg.contra.10.diſtin.cap.1. & 37. diſtin.ſi quid veri 3 . & 2.quæſt.7. ſi hæreticus. & argumen. ſ.de excep.cap.cum venerabilis.

3 Ibi ſoluitur, & circa hoc cõtrarium vide q̃d dixi de except. cum venerabilis in gl.quaſi dicat.verſic. ſed contra Ioan.And.

¶ Honorius iij. Ambianeñ. † Epiſcopo.

¶*Clericus, qui tertiò monitus à negotiationibus ſecularibus non abſtinet, interim perdit quo ad bona priuilegium clericale: hoc dicit. Et eſt textus multũ notabilis, & qui quotidie allegatur.*

CAP. XVI.

EX † literis Pontini comitis intelleximus, ꝙ quidam clerici terræ ſuæ, potius ſecularibus negotiationib⁹, † quàm officijs diuinis intendunt: & gaudere volentes priuilegio clericali †, nolunt ſtatutis patriæ (quibus quotiens expedit ſicut laici ſe tuentur[g]) in negotiationum ſuarum quæſtibus † ſubiacere: & infrà. ¶Mandamus, quatenus ſi tales tertiò[h] à te commoniti, ab huiuſmòdi non reſipuerint: ſed prętermiſſis diuinis officijs, negotiationibus[i] inſtiterint † ſupradictis: cum[k] facto priuilegium abijciant clericale †: tu quo minus, dum his ſe implicant, de ſuis facultatibus[l] ſtatutis, & cõſuetudinibus patriæ ſubiaceant, non defendas eoſdem.

TITVLVS II.

De cohabitatione clericorum, & mulierum.

¶ Ex concilio Maguntiñ. †

¶*Clericus non debet retinere in domo mulierem ſuſpectam de incontinentia, etiam ſi ſit mater, vel alia conſanguinea.*

†In codice Barbatiæ ita: ſed per ſuperiorẽ tuum, &c.

CAP. V.

D Iuerſis † fallacijs: & infrà. ¶ Accepimus autẽ, quòd quidam clerici tuæ diœceſis, qui matrimonium contraxerunt, eccleſiaſtica beneficia detinere contendunt: in quorum conuerſatione cithara [a] cum pſalterio malè concordat. ¶ Cum ergo vir cogitet quomodo placere poſſit vxori: & ideo minus quæ Dei ſũt valeat cogitare, cum quaſi diuiſus [b] in duo †, plenam ſui nõ habeat poteſtatem, vt ei, à quo ſtipendium recipit, plenius famuletur: Mandamus, quatenus huiuſmodi clericos beneficijs eccleſiaſticis, quæ in tua diœceſi ſunt adepti, prius appellatione remota: præſertim cum rerum eccleſiaſticarum ſubſtantia per tales ſoleat deperire [c]. Niſi fortè tu talibus ſcienter [d] contuleris eccleſiaſtica beneficia, quibus eos non per [e] te, ſed † per ſuperiorem decernimus ſpoliandos [f].

a ¶*Cithara.*] per citharam intellige vitam actiuam, ſeu laicalem: per pſalterium intellige vitam contemplatiuam, ſiue clericalem: ſed aliquis non poſſet eſſe ſimul contemplatiuus. & actiuus. & ſic coniugatus eccleſiam habere non debet: quia non bene conueniunt. ſuprà. eo. quod à te. Contra ſuprà. de renun. niſi cum pridem. vbi quis poteſt eſſe contemplatiuus pariter & actiuus. Sed de alia contemplatione dicitur hic.

1 Hęc gloſſula, nec ẽ Bernardi, nec habet in antiquis exemplaribus.

b ¶*Diuiſus.*] quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus: & dum ad vtrumque feſtinat, neutrum bene perficit. 16. q. 1. presbyteros. C. de aſſeſſo. nemo.

ADDITIO. Vnde verſus.

Qui binos lepores vna ſectabitur hora.
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

c ¶*Deperire.*] 28. diſtin. de Siracuſanæ.

d ¶*Scienter.*] Secus 1 ſi ignoranter: quia tunc poſſet eos priuare. ſ. de electio. cum Vintonien.

¶*Glo. ſeq. arg. alleg. quatuor iura. in contrarium alleg. ſex. ponit duas opi. ſcilicet Ioan. & Lau.*

e ¶*Non per te.*] argu. quòd nemo poteſt venire contra factum ſuum. ſimile de fil. presby. veniens. 12. quæſt. 2. monemus. ff. de adoptio. poſt mortem & ff. de ſer. ru. prædi. per fundum. arg. contra. ſuprà. de elect. noſti. infrà. de præb. cum non ignores. infrà. de re. eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. 55. diſtinct. pœnitens. & 35. quæſt. 9. quod quis cõmiſit. & C. de agri. & cenſi. quemadmodum. lib. 11. Ad hoc 2 dicit Ioan. ꝙ vbi agitur de reuocatione rei malè alienatæ, idẽ qui alienauit, poteſt repetere: quoniam quilibet in alienatione rei eccleſiaſticæ auditur, volens contradicere. 12. quæſt. 2. non liceat Papæ. tum in fauorem eccleſiæ, tum in odium illius qui recipit rem eccleſiæ minus legitimè 2. Vbi verò agitur de repetitione beneficij, ſecus eſt: & hoc ideo, ne detur via malè volentibus reuocare liberalitates ſuas, vt 16. quæſt. 2. viſis. & C. de do. ſi quis argentum. §. fin. & quia hic eſt tantum fauor. & non odium. Laurentius dixit, quòd vbi factum reprobatur à iure: ille idem qui fecit poteſt venire contra factum ſuum, niſi in pœnam ei interdicatur, vt hic, in verecundiam epiſcopi hoc fit, qui ſcienter, talibus contulit beneficia. vbi autem factum non tenet ex alia cauſa, puta in re communi, ibi qui conceſſit non poteſt venire contra: vt in l. per fundum. quia quod ſuum proprium erat conceſſit. Cap. illud veniens. loquitur diſpenſatiue, & illud ſoluitur ibi.

2 Ioannes Monachus in decre. ſi tibi abſẽti de præb. li. 6. dicit, ꝙ prælatus nõ agit nomine ſuo, ſed alieno, ſicut ꝓcurator non dñs. ſ. de dona. ca. 1. đ dil. literæ. & ob hoc male agẽs alienando, de quo nõ habet mãdatũ, agere poteſt đ reuocãdo, de quo hẽt mãdatum ad hoc. ff. de procu. ꝗ duos. & l. ſeq. Ioã. And.

¶ Idem Archerontino Archiepiſcopo.

¶ *Filius ſacerdotis Gręci ex vxore genitus, licitè inter Latinos promouetur, ſi ſcandalum non obſiſtat. h. d. Et eſt caſus notabilis.*

CAP. VI.

C Vm † olim ad noſtrã audientiam peruenisset, quòd canonici Anglorieñ. † cantorem Tricariceñ. † ſibi elegerant in paſtorem, & infrà ¶ Licet tibi de forma electionis canonicæ, ac idoneitate perſonæ, in † alijs conſtitiſſet, mouit te tamen, quòd cum pater eius Græcus fuerit, † & iuxta ritum Græcorum vxorem duxerit † in minoribus [g] ordinibus conſtitutus, cantorem ipſum ex vxore legitima in ſacerdotio ſuſcepiſſet. ¶ Nos igitur attendentes, ꝙ Orientalis eccleſia votũ [h] cõtinentiæ non admiſit, quoniã Orientales in minoribus ordinibus † contrahunt, & in ſuperioribus vtuntur matrimonio iam contracto; Mandamus, quatenus niſi pro eo quòd in-

Cap. monemus. intelligitur poſtquam iam depoſitus eſt alienator: ne ſit contra. cap. illud quod quis commiſit.

¶*Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit.*

f ¶*Spoliandos.*] Sed quis conferet illa beneficia poſt ſpoliationẽ? Credo quòd conferri debeant ſecundum diſtin. illius cap. ſ. de ele. cum in cunctis. in fin. & cap. nihil eſt. vt ſi canonici cõſenſerunt epiſcopo, per archiepiſcopum conferantur. ſi nõ conſenſerunt, per capitulum conferantur: & hoc in illis beneficijs, in quibus deuoluitur poteſtas à capitulo ad epiſcopum, & econuerſo: in alijs per archiepiſcopum, per quem iſti remouentur.

†c Capi. 2. eo. ti. in 3. compilat.

†Aglon.

†Triacan.

†Aliàs ita: & in alijs &c.

†fuerat.

†duxerat.

C *Vm olim.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abbas ſiculus.

CASVS. Vacante Anglorieñ. eccleſia, canonici eiuſdem cantorem Tricariceñ. in epiſcopum elegerunt: archiepiſcopus Archerontinus electionem illius examinans & perſonam, inuenit ꝙ pater eius ſacerdos & Græcus fuit, & iuxta morẽ Græcorum in minoribus ordinibus conſtitutus vxorem duxit, & ex illa in ſacerdotio ſuſcepit eundem; dubitauit archiepiſcopus, vtrum electionem illam deberet confirmare? Conſultus Papa rem conſiderans, quòd orientalis eccleſia non admiſit votum continentiæ, imo in minoribus ordinibus contrahere poſſunt, & in ſuperioribus matrimonio vti contracto: mandat quòd ſi aliud non obſiſtat, illum confirmet, niſi conſuetudo regionis repugnet pro eo quòd inter Latinos Gręci huiuſmodi conuerſantur. Not. ꝙ occidentales clerici tenentur ex voto ad continentiam. licet quidam dicant ꝙ ex conſtitutione eccleſiæ tantum. Item Græci poſſunt contrahere in minoribus ordinibus conſtituti, & in ſuperioribus vti matrimonio. Item conſuetudo regionis eum facit ineligibilem, qui aliàs eſt eligibilis.

†Aliàs ita in minoribus conſtituti cõtrahunt.

g ¶ *In minoribus.*] vt 32. diſt. ſi quis eorum.

¶*Glo. ſeq. arg. quod clerici occidentales. &c. & ponit duas opiniones, & ſuam ſolutionem.*

h ¶*Votum continentiæ.*] 31. diſt. Nicæna. & c. quoniam. & c. aliter. Et ſic eſt arg. ex hoc, ꝙ occidentales clerici ex voto ad continentiam tenentur, quod quidam negant dicentes, ꝙ tantum ex conſtitutione eccleſiæ hoc fit. arg. 84. diſt. cum in præterito. vnde 3 dicunt, ꝙ Papa poteſt diſpenſare, vt aliquis cõtraheret in ſacro ordine, etiam ſi concederetur quòd cõtra votum diſpenſare non poſſet. Vin. dixit, ꝙ vbi clericus in ordinũ promotione exprimit votum, tenetur ad id: & ſi Papa diſpenſaret in hoc, contra votum diſpenſaret. Si vero non exprimit, ſi promouendus eſt iuriſperitus eodem modo teneretur. Si vero eſt iuris inſcius, non tenetur ex voto, ſed ex conſtitutione. Et ſi Papa diſpenſat cum tali, non intelligitur diſpenſare contra votum, ſed contra conſtitutionem eccleſiæ. tamen non diſpenſat quòd aliquis in ſacro ordine contrahat. Illud verum eſt, ꝙ ex conſtitutione eccleſiæ introductum eſt, vt qui ad ſacros ordines vult promoueri, prius continentiam debeat profiteri expreſſe. 28. diſtin. c. nullum, aut etiam tacitè, vt ea diſtin. diaconi. arg. Eo enim ipſo quod quis promouetur ad ſacrum ordinẽ, tacitè intelligitur vouere continentiam, & ſi nulla fiat mentio de voto continentiæ.

3 De materia huius gloſſæ grauis eſt concertatio inter doctores ſed vide B. Thomam & ibi Caietanũ 2. 2. q. 88. arti. 11. & Turrecrematã i c. đ illo clerico. diſt. 32.

a ¶*Repugnet.*

a ¶*Repugnet.*] Sic ergo conſuetudo facit aliquem ineligibilem, qui aliàs eligibilis eſt. 1 ſic & qui legitimus eſt ad matrimonium contrahendum, per conſuetudinem ſit illegitimus. j. de cogna. ſpiri. cap. ſuper eo, & 32. diſt. placuit. & ſic conſuetudo arctat & ampliat iuriſdictionem. ſupra de offic. delega. quod translationem. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. non tantum. Et ſic conſuetudo in electione præcipuè conſideratur. ſupra de cau. poſ. cum eccleſia & ſupra de cõſuet. cum dilectus. & 24. quæſtio. 1. pudenda. argum. ff. de decu. l. non tantum. argu. contra, ſupra de conſue. cum venerabilis. Ioan. And.

† Vox, canonicũ. deeſt in antiquioribus.

I*Oannes.*] Primò ponitur quæſtio. Secundò Papæ diffinitio: ibi, *Quoniam igitur*. Abbas Siculus.

C a s v s. Quidam nomine Ioannes in acholythatus ordine cõſtitutus contraxit matrimonium cum quadam muliere dimiſſa tonſura: epiſcopus loci compellebat eum tõſuram clericalem portare, propter quod vxor eius ſcandalizabatur, de conſuetudine tamen loci clerici non compellebantur inuiti portare coronam: vnde iſte Ioannes conqueſtus eſt domino Papæ ſuper hoc ſcribit Papa epiſcopo dicens, quòd idem clericus etiam tonſuratus non poteſt priuilegio clericali gaudere: vnde mandat, quatenus dictum Ioannem ſuper tonſuratione huiuſmodi nõ moleſtet, dummodo nullum beneficium eccleſiaſticum recipiat, ratione cuius debeat portare tonſuram: quia huiuſmodi tonſura redundaret in opprobrium ordinis clericalis, cum ipſum oporteat negotijs ſecularibus immiſceri. Nota quòd clericus coniugatus etiam tonſuratus non gaudet priuilegio clericali. Item clerici coniugati non debent compelli ad portandum tonſuram clericalem in ſcandalum vxorum, dummodo beneficium eccleſiaſticum non percipiant.

† De materia huius decretalis, an ſcilicet clericus cõiugat⁹ gaudeat priuilegio clericali, vide Geminianum in ca. 1. eo. tit. li. 6. & Lapũ allega. 40.

† Adde textu in l. pa. §. ad crimen. & ibi Bar. ff. de pub. iud. Spe. in tit. de ſta. mo. verſi. 36.

1 Et econuerſo 12. diſtin. nos cõſuetudinẽ. 1. diſ. c. pe. Inn. ſup ru. de coniue. quod tamẽ ſcripſi eod. tit. c. fi. ſup glo. & quã poſt pri. dicit, ꝙ hic ſcandalum facit iſtum ineligibilẽ poti⁹ quam cõſuetudo. ſic ecõuerſo in c. nos cõſuetudinẽ. fuit diſputatio ꝓpter ſcandalũ poti⁹ quam conſuetudo. Idem H. de tempor. ordi. cum ſecundum vbi vide ſup ver. Latini. ad fi. Ioan.

2 Adde & j. de big. altercationis lib. 6. Ioan.

ter Latinos Græci huiuſmodi conuerſantur, regionis cõſuetudo repugnet [a], ſi aliud [canonicum †] non obſiſtat, ad cõfirmationem, & cõſecrationem eiuſdem, ſine dubitatione procedas.

¶ Idem Epiſcopo Pictauien.

¶ *Clericus coniugatus non beneficiatus, non cogitur deferre tonſuram.*

CAP. VII.

IOannes † nobis conquerendo monſtrauit, quod tu eum quanquam iam dudum vxorem legitimam duxerit, pro eo quòd prius in acolythum fuerat ordinatus, compellere niteris, vt tonſuram deferat clericalem ex qua inter ipſum, & vxorem ſuam poſſet ſcandalum generari: cum de conſuetudine terræ tuæ clerici vxorati non cogantur inuiti portare tonſuram. ¶ Quoniam igitur idem etiam tonſuratus non poteſt [b] priuilegio clericali gaudere: Mandamus, quatenus ipſum ſuper tonſuratione huiuſmodi non moleſtes: dummodo nullum percipiat beneficium eccleſiaſticum [c], cuius ratione teneatur clericalem deferre tonſuram: quia cum eum oporteat ſecularibus negotijs immiſceri, tonſura ipſius ſecularia exercentis, videretur profectò in miniſterij noſtri vituperium redundare.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit diſtinguendo duplex priuilegium.*

b ¶*Non poteſt.*] Arg. contra, quòd clericus etiam non tonſuratus gaudet priuilegio clericali vſque ad trinam admonitionem. infrà. de ſent. excommun. ſi verò aliquis. & cap. in audientia. cap. contingit. imo nec poſſet renunciare: vt cap. contingit. ſuprà de foro competen. & ſi diligenti. ergo multo fortius tonſuratus retinet priuilegium, & clericus vxoratus tenetur portare coronam. ſuprà. de vi. & hone. cle. clericus. De quo ergo priuilegio intelligitur? Dicas quòd non loquitur de illo priuilegio 17. q. 4. ſi quis ſuadente. quia clericus tonſuratus volens vti priuilegio clericali, etiam vxoratus habens intentionem redeundi ad clericatum illi priuilegio non poteſt renunciare 2, præcipuè ſi recipiat beneficium eccleſiaſticum: vt patet per iura prædicta, & talis tenetur portare tonſuram. ſuprà de vi. & hone. cle. clericus. cum clericus etiam depoſitus teneatur viuere ſecundum regulam eccleſiaſticam. 81. diſt. dictum. Vbi clericus coniugatus nullum percipit beneficium eccleſiaſticum, & qui nullam ſpem habet redeundi ad clericatum nullo priuilegio clericali gaudere debet, nec eſt compellendus aliquid de clerico oſtendere: vt ille qui contrahit cum vidua. 84. diſtin. quiſquis vnde iſte non erat compellendus ad tonſuram, cum nullum beneficium eccleſiaſticum habuit. infrà e. cap. vlti. Quod ergo dicit, etiam tonſuratus priuilegio non poteſt clericali gaudere, intellige de priuilegio quod clerici habent, ne vexentur aliquibus exactionibus in perſona, vel rebus proprijs. vt C. de epiſco. & cleri. l. 2. hoc priuilegium perdit clericus poſt trinam admonitionem. ſuprà. de vi. & hone. cle. cap. vlti. infrà. eodem ex parte. ergo multo fortius cõiugatus & tonſuratus, qui exercet negotia ſecularia, iſto priuilegio gaudere non poteſt, ſicut iſte de quo loquitur decre. Priuilegium clericorum in multis conſiſtit, & licet in vno amittatur, in alio adhuc retinetur.

A d d i t i o. Vide cap. 1. eo. tit. [lib. 6.] quod eſt ſingulare pro materia iſta.

c ¶ *Beneficium eccleſiaſticum.*] Clericus 3 coniugatus ex diſpenſatione Papæ poteſt beneficium habere. Vel ſecundum Hoſt. intelligitur de clerico coniugato habente ſtipendium ab eccleſia, non tamen in titulum: nam ſi conſuetudo eſt, tonſuram ferre debet.

¶ Idem.

¶ *Vxorati non admittuntur ad eccleſiaſticas dignitates, & coguntur dimittere quas habent.*

CAP. VIII.

CVm † decorem: & infrà. ¶ Eos qui ſunt publicè vxorati, non admittatis [d] de cætero ad eccleſiaſticas dignitatates: dimiſſis [e] ab eis, quas non poſſunt ſine prauo exemplo, & graui ſcandalo [f] retinere.

¶ Hono. iij. H. quondam reginæ Anglorum.

¶ *Clerici coniugati in rebus ſuis non gaudent priuilegio clericali.*

CAP. IX.

EX † parte tua fuit propoſitum, quod nonnulli literati terræ tuæ (habitu & tõſura clericali relictis †) publicè ducunt vxores: & infrà. ¶ Vt tamen conſuetis iuſtitijs [g], & debitis obſequijs [h] te defraudent, tonſuram reſumunt † abiectam: & infrà. Quidam etiam accepta prima tonſura ſimiliter contrahunt, & eandem tonſuram deferunt, vt eodem † prætextu excuſari valeant à prædictis: & infrà. ¶ Cum igitur reddenda ſint quæ ſũt Cęſaris Cęſari, &

† Capit. 4. eo. tit. de vita & hone. cleri. in 3. compilat.

† De materia vide Geminianũ, Gloſſam & alios ĩ c. 1. eo. ti. lib. 6. & Baldum in margarita verbo: clericus.

C*Vm decorem.*] C a s v s. Dicitur hic quòd clerici vxorati non debent admitti ad eccleſiaſticas dignitates. & ſi quas habent, illas amittant: quia ſine ſcandalo & malo exemplo eas retinere nõ poſſunt. Nota quòd clerici vxorati non debent admitti ad eccleſiaſticas dignitates, & habitas amittere debent.

3 Hæc gloſſula, vt patet, non eſt Bernardi, nec habet in antiquis codicibus.

† dimiſſis.

† duxerunt.

† reaſſumũt

† eo.

d ¶*Non admittatis.*] ſic ſ. eo. c. ſanè.

e ¶*Dimiſſis.*] quia coniugati ſimplicia beneficia poſſidere non poſſunt, & ideo eis ſunt priuandi. ſ. eo. c. 1. & c. diuerſis. & c. quod à te. & c. ſanè. Bern.

Matt. 22. Mar. 12. Luc. 23.

f ¶*Scandalo.*] Ob hoc ſolum quandoque repellitur quis à beneficio. infrà de præb. cum teneamur. quia nihil cum ſcandalo faciendum eſt. ſ. de præſcri. nihil prodeſt. ſ. de temp. ord. ad aures.

E*X parte.*] Commuuis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Cum igitur*. Abbas Siculus.

C a s v s. Quidam literati de terra & regione Anglorum, habitu & tonſura dimiſſis ducunt vxores: tamen ad hoc vt declinent iuriſdictionem reginæ, & eam defraudent debitis obſequijs, tonſuram reſumunt. Inſuper quidam alij prima tonſura recepta ſimiliter contrahunt, & eam deferunt, vt excuſari valeant à prædictis: ſignificauit hoc regina domino Papæ, & ipſe reſpondet, cum ergo reddenda ſint Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ ſunt Dei: patienter ſuſtinebit ſi à talibus clericis iuſtitias ſuas exegerit, ſicut ab alijs coniugatis. Not. quòd cuilibet ius ſuum ſeruandum eſt. Item clerici vxorati amittunt priuilegium clericale.

g ¶*Conſuetis iuſtitijs.*] Prætextu huiuſmodi clericatus declinant ſubire iudicium reginæ, nec volunt ibi reſpondere alicui conquerenti.

h ¶*Obſequijs.*] id eſt angarijs & perangarijs à quibus clerici

debent eſſe immunes. j. de immu. ecc. non minus. & C. de epi. & cler. l. 2. & 16. q. 1. §. nouarum.

a ¶*Quę ſunt Dei Deo.*] verba iſta ſunt 23. q. 8. c. conuenior. in fi. & c. ſeq. vnde eccleſia de agris ſuis tributũ ſoluit Imperatori. 11. q. 1. ſi tributum. & c. magnum. & 23. q. vlt. tributum. & c. conuenior.

Additio. Vnde verſus.
Reddite (Chriſtus ait) ea quę ſunt Cęſaris illi:
Reddat quiſq; Deo quæ legit eſſe Dei.

¶*Gloſſ. ſequens ſignat contrarium, & remittit.*

b ¶*A talibus.*] & ſic patet quòd clericus cõiugatus, & tonſuratus non gaudet priuilegio clericali; vt ſ. eo. Ioannes. De hac materia dic vt ibi 1, imo & clerici non coniugati perdũt hoc priuilegium poſt trinã admonitionẽ dũ ſe immiſcent negotijs ſecularibus: vt cap. vlt. ſ. de vi. & ho. cle. c. vlt. Item argu. contra. de ſent. excommunic. contingit. Solue vt ibi.

VT *conſultationi.*] Casus. Quidam conſtitutus in minori ętate, tõſuram & coronam clericalem accepit, poſtea factus fuit miles: quærebatur an deberet cõpelli portare habitum clericalẽ? Et reſpondet quòd nõ debet compelli. Nota quòd ſi tonſuratus ad malitiam ſe transfert, non eſt compellendus deferre tonſuram.

¶*Glo. ſeq. ponit opinionem quam reprobat.*

c ¶*Conſtitutus.*] Ob hoc ſumũt quidã arg. quod propter minorem ætatem excuſetur, ne portet coronam: ſed hoc non eſt verum vnde dicas maxime. vt ſ. eo. Ioannes. vbi de hoc.

d ¶*Non eſt cogendus.*] Quia licitũ eſt ei renũciare huic priuilegio clericali, cum nullum recipiat beneficium eccleſiaſticum, vt dicit decre. Ioannes.

† Aliàs ita: vt à talibus &c. ſed in antiquis legitur vt eſt impreſſũ.

† Vide notas noſtras in hanc decretalem.

1 Dicebat hic Abbas ꝙ in his q̃ ptinent ad res ſubſunt domino tẽporali. In his vero q̃bus vrget perſona, ſecus. dic vt j. eo. c. vni. lib. 6. Ioã. And.

† De materia huius tituli vid. q̃d nouiſſime cauerit cõcil. Tridẽ. ſeſſio. 6. de refor. c. 1. & 2. & ſeſſio. 23. de refor. ca. 1.

† Aliàs ita: eccleſia pbendaria.

† Conciliũ Sardinẽſe cap. 1. Burchardus li. 1. decr. c. 79. Iuo par. 5. huc ſpectat canõ Apoſtolorum. 14. vbi vide Theodorũ Balſamonẽ, ſed lege notas huius capitis.

quę a ſunt Dei Deo: æquanimiter duximus tolerandũ, ſi † à talibus b iuſtitias debitas vel ut ab alijs vxoratis exigas, & ſeruitia conſueta.

¶Idem.

¶*Si clericus in minoribus militet, non eſt cogendus deferre tonſuram, vel habitum clericalem.*

CAP. X.

VT † cõſultationi tuę breuiter ſatisfiat, Reſpondemus, quòd R. miles tuæ diœceſis, qui olim cũ in minori eſſet cõſtitutus c ætate tonſurã tantum, & coronam clericalem aſſumpſit, non eſt cogẽdus d deferre habitum clericalem.

TITVLVS IIII. De clericis non reſidentibus † in eccleſia †, vel præbenda.

¶Ex concilio Sardicenſi †.

¶*Epiſcopo non licet ſine licentia Papę tranſire ad alium epiſcopatum, ipſum acceptando: aliàs priuatur habito, & ambito, & hoc intendit cũ glo.*

CAP. I.

NOn liceat epiſcopo de ciuitate ſua trãſire e ad aliam: Manifeſta eſt enim cauſa f, pro qua facere hoc attentat: Cum nullus ſit inuentus epiſcopus, qui ad minorem g de maiori ciuitate tranſiret.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS, &c.

¶*Quia clerici non ſolum inhoneſtè viuunt ſectando mulierum conſortia, ſed etiam in beneficijs eorum non reſidendo, & fructus eorum capiendo, meritò ſubijcitur hęc rubrica. Abbas.*

De hac materia tractatur. 7. q. 1. per totum. & principaliter. c. quia frater. §. ambitionis.

NOn liceat epiſcopo.] Primò ponitur dictum. Secundò ratio: ibi, *Manifeſta*. Tertiò rationis ratio: *Cum nullus*. Abbas.

Casus. Statuit concilium Sardicenſe, quod nullus epiſcopus tranſeat ad aliam ciuitatem de ſua ciuitate: cum cauſa quare hoc fiat, videatur manifeſta, ſcilicet ambitio: quia nullus reperitur, qui de maiori ciuitate tranſire velit ad minorem. Nota hic dubia in peiorem partem interpretari Item qui creſcit, de minori ad maius creſcere debet.

e ¶*Tranſire.*] Sine licentia domini Papæ, vt 1. quæſt. 1. ſi quis. aliàs perderet habitam & ambitam. ſ. de tranſla. inter corporalia. & c. quanto. nec alij inferiores ſine licentia ſui epiſcopi. ſ. de renunciatione, admonet.

f ¶*Manifeſta eſt enim cauſa.*] ſcilicet ambitio maioris dignitatis. Et eſt hic arg. dubia in peiorem partem eſſe interpretanda. ſ. de elect. cap. 2. Arg. contra. j. de regu. iur. eſtote. & ff. de reb. dub. quotiens 2.

Additio. Sed iſtud eſt propter talem præſumptionem.

g ¶*Ad minorem.*] Nec tamen illud eſt faciendum: quia qui creſcit de minori ad maius creſcere debet. 93. diſt. legimus. in fi. & ſuprà. de tranſlatio. cap. 1. & 74. diſtin. cap. geſta. argu. Facilius enim diſpenſatur, vt quis tranſeat ad maiorem quam ad parem, vel ad minorem, propter maiorem vtilitatem. ſ. de tranſlatio. licet. Bernardus.

¶Leo tertius.

¶*Deponitur Cardinalis, qui in ſuo titulo non reſidet. h. d. Et eſt iſte textus multum notabilis.*

CAP. II.

EX † geſtis: & infrà. ¶In ſynodo Anaſtaſius presbyter Cardinalis tituli beati Marcelli, ab omnibus h canonicè eſt depoſitus i: Eo quòd parochiã ſuam per annos quinque, cõtra canonum inſtituta † deſeruit: & in alienis vſque hodie demoratur.

¶Ex concilio Laterañ. †

¶*Vni plures dignitates, vel eccleſiæ conferri non debent, & eccleſia eſt conferenda illi qui reſidere, & regere valeat per ſeipſum, aliàs perdit eccleſiam, & donans conferendi poteſtate priuatur.*

CAP. III.

QVia nonnulli modũ auaritiæ non imponentes, dignitates k diuerſas eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales contra ſacrorum canonum inſtituta l nituntur accipere, vt cũ vnũ officium vix m implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum: ne

EX *geſtis.*] Primò narrat depoſitionẽ Cardinalis. Secundò eius cauſam: ibi, *Eo quòd* Abbas.

Casus. Quidam presbyter Cardinalis tituli ſancti Marcelli, per quinque annos deſeruit parochiam ſuam contra canones: & quia admonitus redire noluit, in ſynodo priuatus fuit dignitate ſua. Nota quòd prælatus nõ debet eccleſiam ſuam derelinquere: quod qui fecerit, priuari debet per ſententiam.

h ¶*Ab omnibus.*] id eſt, omnibus approbantibus ſuam depoſitionem: quoniam ſolus Papa ipſum depoſuit.

i ¶*Depoſitus.*] id eſt, à dignitate ſua remotus 2, eo primo monito legitimè vt rediret. j. eo. ca. inter quatuor. & c. vlti. aliàs non debet priuari quantunque vagabũdus diſcurrat. j. eo. ex tuæ.

QVia *nonnulli.*] Tria facit. Primò ponit vitium. Secundò adhibet remedium: ibi, *Cum igitur*. Tertiò imponit pœnam: ibi, *Quòd ſi*. Abbas Siculus.

Casus. Quidam cupiditate ducti diuerſas dignitates, & plures parochiales eccleſias contra canones recipiunt, quibus deſeruire non poſſunt, cum etiam vni eccleſiæ vix ſufficere poſſunt: ſtatuit Lateranẽ. concilium quòd iſtud decætero non fiat: ſed cum beneficium eccleſiaſticum committi debuerit, tali committatur perſonæ, quæ reſidere in loco poſſit, & per ſeipſum officium ſuum exercere: & qui contra hoc fecerit, quod accepit amittat: & ille qui dedit, conferendi poteſtate illa vice priuetur. Nota quòd nullus poteſt habere plures dignitates vel plures parochiales eccleſias. Item per ſeipſum debet quis reſidere, & non per vicarium. Item qui in indigno confert beneficium, debet priuari poteſtate conferendi beneficium illud, & vt indignus debet remoueri.

¶*Gloſſa. ſequens. ponit quinque modos, quibus accipitur dignitas.*

k ¶*Dignitates.*] Dignitas dicitur quandoque quędam prærogatiua in eccleſia, quæ alio nomine perſonatus appellatur: vt hic, & ſ. de reſcr. ad aures. & j. de præb. de multa. quandoque enim accipitur pro ſeculari prærogatiua. 23. q. 5. adminiſtratores. & 43. diſt. cap. 1. interdum pro poteſtate accipitur. ff. de of. quæſto. l. vnica. in prin. Interdum pro ordine. 4. diſt. denique. Quandoque pro conditione accipitur veſtire enim debet fructuarius ſeruos ſecundum dignitatem eorum, id eſt, conditionem. ff. de vſufruc. & quemadmodum quis vtatur. ſed & ſi quid. §. 1. De pœna iſtorum qui retinent plures dignitates, habes. j. de præben. de multa. & ſ. de electione. dudum 2. & j. eo. conquerente. Vin.

l ¶*Inſtituta.*] vt 21. q. 1. per totum. & 10. q. 3. vnio. & 16. q. vltim. per laicos. & 89. diſt. ſingula. & ſ. de ætate & qualitate. eam te. & j. eo. conquerente.

m ¶*Vix.*] 16. q. 1. presbyteros. & C. de aſſeſſo. l. nemo.

† Capit. 2. eod. tit. in 1. cõpilat. Et videto notas noſtras ĩ hãc decretalẽ.

† ſtatuta.

† Conciliũ Laterã. ſub Alexã. iii. c. 1. nã cũ aliud non dicitur, intelligendũ eſt Laterã. ſub Alexã. iii. & habetur cap. 3. eod. tit. in 1. compil.

2 Et plures teſtes requiruntur ad eum conuincẽdum. 2. q. 3. pſul. & c. ſequẽ. Ioan. And.

† Aliàs ita: vt id decętero non fiat.

† officium.

a ¶Per

id † decætero fiat diſtrictius inhibemus. ¶Cũ igitur eccleſia, vel eccleſiaſticum miniſteriũ † cõmitti debuerit, talis ad hoc pſona q̃ratur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſeipſam[a] valeat exercere. Quòd ſi aliter actum fuerit: & qui receperit, quod contra ſacros canones accepit†, amittat: & qui dederit, largiendi poteſtate priuetur[b].

¶Alex. iij. Eboraceñ. Archiepiſcopo.

¶Præſentatus ad eccleſiam non confirmatus, ſi apparet quòd nolit reſidere, non debet inſtitui per ſuperiorem: confirmatus autem & ex non iuſta cauſa non reſidens, priuatur appellatione remota.

CAP. IIII.

Relatum † eſt nobis, quòd cum in Lateraneñ. concilio[c] ſtatutum ſit, vt perſonæ tali eccleſia, vel beneficium eccleſiaſticum cõferatur, quæ reſidere in loco, & curam eius per ſe valeat exercere, nonnulli ad eccleſias præſentati hoc ſe poſſe affirmant, ſed efficere contradicunt[d]: & infrà. ¶Cum igitur verba accipienda ſint cum effectu[e]: tales ſi † præſentati fuerint, non debẽt admitti, & admiſſi poterunt amoueri[f]: niſi fortè de licentia ſuorum prælatorum[g], vel ſtudio literarum, vel pro alijs honeſtis cauſis contigerit eos abeſſe: nec patrocinari debet eis appellationis diffugium[h], ſi contra huiuſmodi intentionem decreti[i] fuerit interiectum †.

¶Idem.

CAP. V.

Fraternitati † tuę: & infrà. ¶Præterea clericum alterius diœceſis, abſq; commendatitijs[k] literis ſui epiſcopi, non debes recipere: niſi pro eo receperis ab Apoſtolica † ſede mandatum.

¶Idem.

¶Qui non reſidet in beneficio etiam modicæ æſtimationis, illo priuatur.

CAP. VI.

Conquerente † nobis R. presbytero accepimus, quòd G. clericus ab eo, pro eccleſia ſua, de qua vitæ[l] neceſſaria[m] vix poteſt percipere[n], annuatim viginti ſolidos extorquere conatur, aſſerens beneficium illud in eadem eccleſia ſibi fuiſſe collatum: & infrà. ¶Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quòd dictus G. habeat eccleſiaſtica beneficia ſibi ſufficientia[o]: vel quòd eidem eccleſiæ non deſeruiat[p], ſibi ſu-

a ¶*Per ſeipſam.*] Hoc quidem ius commune eſt, vt in ea eccleſia in qua intitulatus eſt, debeat deſeruire. 21. q. 1. c. 1. & 70. diſt. ſanctorum. & 71. diſt. c. clericos. & 91. diſtin. Eleutherius. Quandoque tamen 1 in caſu poteſt quis ſeruire per vicariũ: vt cum parochialis eccleſia annexa eſt dignitati, vel præbendæ. j̃. de præbendis. extirpandæ. §. qui vero. & c. expoſuiſti. Sunt autẽ quædam, quæ per alios fieri non poſſunt de iure, vt officium in eccleſia, niſi in caſibus, vt dixi: vt hic patet. ff. de ſolutionibus inter artifices. & s̃. de offic. deleg. quoniam apoſtolica. §. 2. arg. 2. q. 3. c. ſi quem. §. abolitio. Quædam verò ſunt, quę per alios fieri poſſunt. C. de caduc. toll. l. vnica. §. ſin autem.

b ¶*Priuetur.*] j̃. de p̃bend. de multa. & s̃. de electio. cum in cunctis. & ibi augetur pœna, & dic, priuetur ea vice. Bernard.

Relatum.] Primò ponĩt exceſſus. Secundò prouiſio: ibi, *Cum igitur.* Abbas.

Casvs. Dictum eſt in prædicto cõcilio, ꝙ eccleſia, vel beneficiũ eccleſiaſticum tali perſonæ debet committi, quæ per ſe curã ipſius valeat exercere: ſed quidam affirmant ſe hoc facere velle, ſed illud efficere contradicunt: peruenit hoc ad Papã: vnde mandat Papa archiepiſcopo Eboracẽ. quòd cum verba cum effectu ſint accipienda, ſi tales præſentati fuerint, ipſos non admittat, & qui recepti ſunt remoueantur, niſi de licentia ſuorum prælatorum fuerint abſentes, puta ſtudio literarum, vel alijs honeſtis cauſis: & ſi contra hoc appellauerint, eorum appellatio nõ valebit. Not. ꝙ ex promiſſione ſua quis obligatur. Item verba cum effectu ſunt accipienda. Item nõ debet quis ſe abſentare ab eccleſia ſua ſine licentia ſui prælati, quantumcunq; cauſam habeat honeſtam. Item ſi aliquis appellet ne faciat reſidentiam, non valet appellatio, ſed hoc intellige de eo qui promiſit reſidentiam.

c ¶*Lateranen. concilio.*] s̃. cap. proxi.

d ¶*Contradicunt.*] ipſo facto, recedendo ſcilicet.

e ¶*Cum effectu.*] Nota quòd verba cum effectu ſunt accipiẽda. de pœn. diſt. 1. c. hæc autem verba. & ff. ne quis eum qui in ius vocan. eſt. l. ſi per alium. §. docere. ff. quod quiſque iu. l. 1. §. hoc autem. C. communia. de leg. l. 2. & 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & 23. diſt. pſalmiſta. & 16. q. 1. in canonibus. verſi. cuſtodes chartarum. & c. 9. q. 2. inſtituti. ex quo enim intitulati ſunt, debent ibi perpetuo permanere. 70. diſt. ſanctorum. & 71. diſt. c. clericos. & 21. q. 1. c. 1.

f ¶*Amoueri.*] j̃. de præbend. quia in tantum. & c. cum non ignores. præmiſſa tamen admonitione. j̃. eod. inter. & c. vlti. & cap. ex tuæ.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

g ¶*Prelatorum.*] Clericus enim ſine licentia ſui prælati abeſſe non debet, etiam ex iuſta cauſa, ſiue cauſa ſtudiorum, vt hic patet: ſiue alijs iuſtis cauſis, puta cauſa peregrinationis. de conſec. diſt. 5. non oportet. vel pro negotijs ſuis. 7. q. 1. præſentium. ergo multo minus abeſſe debet ex non iuſta cauſa.

h ¶*Diffugium.*] Arg. contra s̃. de appellatio. peruenit 2. Sol. hic loquitur de eo qui habet curam animarum, & qui expreſsè promiſit reſidere: ibi de ſimplici beneficio. & de eo qui expreſſe non promiſerat reſidere: ibi tamen pendente appellatione per alium deſeruitur in eccleſia de beneficio illius.

i ¶*Decreti.*] De hoc no. s̃. eo. c. proxi. Bern.

1 Vide cõcil. Tridẽt. ſeſſio. 6. de refor. c. 2.

† Aliàs ita: vt id de cætero non fiat.

† officium.

† receperit

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compilat. Et poſt cõcil. Latera. ſub Alexã. iij. part. 15. cap. 1.

† In codice Barbatiæ ita: tales ſi præſentati fuerint, nõ admittanẽ, ſed admiſſi poterunt amoueri.

Fraternitati.] Casvs. Dicitur ꝙ clerici alterius diœceſis, non recipiantur ſine literis cõmendatitijs ſuorum epiſcoporum, niſi ſuper hoc Apoſtolicum habeatur mandatum. Not. quòd creditur literis epiſcoporum.

k ¶*Commendatitÿs.*] Literæ cõmendatitiæ, ſiue dimiſſoriæ dicuntur, quibus dimittitur & abſoluitur à poteſtate ſui epiſcopi, in quibus perhibetur teſtimonium 2 de vita & ordinibus illius. De iſtis literis ſatis habes 71. diſtin. c. primatus. & c. extraneo. & duobus capitulis ſequenti. & ſine iſtis literis epiſcopus non debet recipere clericum alterius epiſcopi, vt ibi dicitur, nec ordinare, nec retinere: vt 72. diſtin. per totum. & clericus ſine licẽtia ſui epiſcopi eccleſiam ſuã dimittere non debet. s̃. de renun. admonet. Itẽ dicuntur dimiſſoriæ, q̃ dantur appellantibus, quæ vulgo apoſtoli dicuntur. ff. de verb. ſigni. dimiſſoriæ.

Conquerente.] Primò ponitur impetrantis querela. Secundò commiſſionis forma: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidã preſbyter R. conqueſtus eſt domino Papæ, quòd G. clericus requirebat ab ipſo xx. ſolidos annuatim ꝓ eccleſia ſua, de qua idem presbyter vix neceſſaria percipere poterat: dicens beneficium in eadem eccleſia ſibi fuiſſe collatum, cum alia beneficia ſibi ſufficientia obtineret, nec eidem eccleſiæ deſeruiret: mandat Papa, ſi conſtiterit quòd dictus clericus habeat alia beneficia ſufficientia, vel ꝙ ipſi eccleſiæ non deſeruiat, dicto G. ſuper beneficio ipſo ſilentium imponatur. Not. ꝙ. qui beneficium ſufficiens habet, ſuper alio nõ eſt audiendus. Item ſi non deſeruiat, nihil percipere debet.

l ¶*Vitæ.*] Verbo victus, veſtis etiam continetur. ff. de verbo. ſignifica. verbo, victus.

m ¶*Neceſſaria.*] Vnde potius fuit ſibi ſubueniendum. arg. j̃. de cenſibus. licet. & C. noua vecti. l. 1. & 10. q. 3. vnio.

n ¶*Percipere.*] Ad 3 hanc non ſe refert Papa in ſequentibus, & hoc ideo quia tẽpore collationis poteſt illud opponi, non poſtea. 8. q. 2. dilectiſſimi. ex quo conſentit in eum, licet paupertate laboret non poteſt diſſentire. 91. diſt. clericus. Vin.

o ¶*Sufficientia.*] In hac ſufficientia cõſiderantur plura: nobilitas, ſcientia: quia tales perſonæ maioribus redditibus ſunt honorandæ, j̃. tit. proxi. de multa. in fine. Dignitas conſideranda eſt. ff. de vſufruc. ſed & ſi quid. §. 1. quòd poſſit ſufficere ſibi & ſuis, & hoſpitalitatem ſeruare, & iura epiſcopalia ſoluere. j̃. tit. proxi. de monachis.

p ¶*Deſeruiat.*] quodcunque iſtorum conſtiterit, ſufficit ad repulſionem ipſius. arg. s̃. de reſcri. inter cætera. & ſic patet, ꝙ clericus reſidentiam facere debet in eccleſia ſua: aliàs poteſt ea de iure communi priuari. s̃. de ap. peruenit 2. & j̃. eod. inter. & c. vlti. & præcipue cum habet in eccleſia aliquam dignitatem. j̃. eod. ex parte. nec in abſentia aliquid percipere debet. j̃. c. proxi. arg. niſi conſuetudo in contrarium ſe habeat 4 s̃. de conſti. cum omnes. & j̃. eod. ad audientiam. argu. quia ibi ius commune fuit iuramento firmatum. Et eſt arg. quòd de iure communi nullus poteſt habere plura beneficia, quorum alte-

rum

† Vide l. ſi qua pœna. cũ cõcor. ff. de verb. ſignific.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpila. Et vide Abbatẽ in c. cum iam dudũ. j̃. de præb.

† Aliàs ita: apoſtolicæ ſedis. &c.

† Cap. 2. e. titul. in 2. compil.

2 Et hoc reſpectu dñr cõmendatitiæ: ad hoc j̃. ti. 1. in Later. in fi. dñr etiã formatæ, quia dãtur ſub certa forma. vt patet. 73. diſt. ꝑ totũ vbi ponĩt earum tenor. Si tñ eſſent amiſſæ poterũt probari ꝑ teſtes. de cleri. pere. tuæ ſecundum Vin. Gof. & Ho. Ioan. And.

3 Hãc gloſſulam non habent vetuſtiores codices.

4 Hic hodie ꝓut diffiniuit concil. Triden. ſeſſio. 6. de reforma. c. 2. & ſeſſione 23. de refor. c. 1.

rum ſufficiat.ȷ̃.tit.proxi.cum teneamur.& s̃. de reſcri.cū adeo.

D *Ecætero.*] Ponit dictum, à quo excipit: ibi, *Niſi.* Et hoc dicit. Qui eſt in ſeruitio prælati, fingitur reſidere. Abb.

C A S V S. Quidam epiſcopus quandoque ducebat ſecum aliquos de canonicis eccleſiæ ſuæ: alij ſubtrahebant illis, qui cū epiſcopo erant qđ conſueuerant percipere de communitate: ſtatuit Papa, ne canonicis illis, qui in ſeruitio epiſcopi fuerint, aliqđ ſubtrahi debeat, vel auferri: niſi forte ſint victualia, quæ abſentibus dari non conſueuerunt. Not. ꝙ dum quis eſt in ſeruitio epiſcopi pro præſente, & deſeruiente debet haberi: & ſic eccleſiæ deſeruire intelligitur.

† Aliàs ſublato appellationis obſtaculo.

† Cap. 4. tit. de præbend. in 1. compil.

a ¶*In ſeruitio.*] Not. quòd q eſt in ſeruitio epiſcopi pro præſente reputatur quo ad perceptionē beneficij, & eccleſiæ ſeruire intelligitur. arg. 7.q. 1. ſcire. & 16.q.1. ſimiliter.& 12. q. 2. hæc huius placiti. & ȷ̃. e. ad audiētiā. arg. ff. de excu. tuto. iuriſperitos. & C. de excuſ. tuto. l. vlti. & qui eſt in ſeruitio Papæ, pro præſente habetur. ȷ̃. eodem cum dilectus.

† Clemens

b ¶*Victualia.*] Huiuſmodi victualia, ſiue diſtributiones non dant ſtudentibus in Theologia. ȷ̃. de præb. licet.

† Cap. 8. eo. tit. in 2. compil. Et vide Felin. in c. 2. s̃. de reſcript. & Oldr. cōſi. 225. incip. art. domin. Arnoldi.

E X *parte.*] Communis diuiſio. Secūda: ibi, *Quia ergo.* Abbas Siculus.

C A S V S. Decanus cuiuſdam eccleſiæ tranſtulit ſe ad partes Gallicanas, & ibi per x. annos moram fecit, ita ꝙ non fuit reuerſus ad eccleſiam ſuam: capitulum ipſius eccleſiæ ſignificauit hoc domino Papæ: Reſpondet Papa, ꝙ non vult ꝙ ipſa eccleſia decani officio defraudetur: mandat capitulo, vt ſcribant ei, ꝙ ad ſuam eccleſiam reuertatur, & ibi exerceat officium decani: ꝙ ſi venire noluerit ad terminum ſibi datum, dat eis licentiam decanum alium eligendi. No. ꝙ licet aliquis longo tempore abſens fuerit ab eccleſia ſua, ſemper tamen citandus eſt vt redeat, antequam ipſe beneficio ſuo priuetur.

† Aliàs ita iam per decem annos

c ¶*Per decem annorum.*] Et ita videtur eccleſiā habere pro derelicto. per minus ſpatium priuari potuit. s̃. eo. c. 2. & 7. q. 1. prẹſentium. tamen primo debet moneri vt redeat. ȷ̃. eo. c. prox. & c. inter. & c. vlt. aliàs non debet priuari iure ſuo non citatus, non conuictus, vel confeſſus, vel per cōtumaciam abſens. s̃. de maio. & obed. c. inter quatuor. imo & ſi eſſet vagabundus, primo ad eccleſiam ſuam citari debet. ȷ̃. eo. ex tuæ. Et ſic patet, ꝙ quantocunque tempore aliquis ſit abſens ab eccleſia ſua, ſemper eſt monendus, 1 vt redeat. Tamen ſi alibi ſe intitulari permiſit: ſecundum beneficium recipiendo ipſo iure videtur vacare primum: poteſtque priuari ipſo iure quantum ad poſſeſſionem. ȷ̃. de conceſ. præben. literas. & c. cum noſtris.

1 Niſi licētiatus fuiſſet ad certum tēpus quo caſu ſi vltra illud tp̄s abfuerit, priuari pōt: niſi iuſtā cauſam habeat. 7. q. 1. præſentium. vt ſic dies interpellet ȷ̃. de loca. c. potuit. ſecundum Goff. iſtud ꝓcederet, ſi in datione licentiæ monitus fuiſſet redire ī termino vt etiam dixi vt lite non conte. qm̄. §. porro. ſuper glo. de hac. Ioan. And.

d ¶*Officio.*] Quod ſit officium decani, ex conſuetudine potius colligitur, & ſic decanus ad reſidentiam tenetur: aliàs priuatur decanatu, vt hic patet.

e ¶*Ex tunc.*] id eſt, niſi redierit ad terminum ſibi præfixum, ex tunc, id eſt, poſt terminum eligant.

f ¶*Concedimus.*] Niſi iuſtam cauſam oſtenderit, quare venire non poſſit. ȷ̃. eo. c. inter. & c. vlt.

Q *Valiter.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Diſcretioni*, Abbas Siculus.

C A S V S. Archiepiſcopus Raguſinus ab eccleſia ſua receſſit,

per præſcripto beneficio ſilentium, ſublato † impedimento appellationis, imponas.

¶Idem.

¶*Qui eſt in ſeruitio epiſcopi, percipit fructus beneficij tamquam reſidens, præter diſtributiones quotidianas. Abbas.*

C A P. VII.

D Ecætero †: & infrà. ¶Statuimus ne canonicis, do nec in ſeruitio [a] tuo fuerint, quicquā ſubtrahi debeat, vel auferri, quod de communitatis ſibi beneficio debetur. ¦Niſi fortè ſint victualia [b], quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi.

¶Celeſtinus iij. †

¶*Priuandus eſt prælatus, vel clericus non reſidens, qui citatus non reuertitur in termino ſibi præfixo, niſi habeat iuſtum impedimentum. h. d. cum duobus ſequentibus.*

C A P. VIII.

E X † parte veſtra noſtro fuit Apoſtolatui reſeratum, quòd eccleſiæ veſtræ decanus, qui in partibus Gallicanis ſibi potius habitationē elegit, iam † per decem annorum [c] ſpatium eccleſia veſtra, ipſius præſentiam habere nequiuit. ¶Quia igitur noluimus, vt eadem eccleſia decani officio [d] defraudetur: Mandamus, quatenus ſcribatis eidem, quòd ſuum ibidem officium vt decanus debeat exercere. Quòd ſi vocatus venire noluerit, eligendi alium, qui præeſſe eccleſię veſtrę valeat, & prodeſſe, vobis extunc [e] cōcedimus [f] liberā facultatem.

¶Innocentius iij. capitulo Raguſino.

¶*Summatum eſt in capitulo præcedenti.*

C A P. IX.

Q Valiter † archiepiſcopus veſter temeritate propria receſſit ab eccleſia Raguſinenſi, nec iam vltrà quadriēnium [g] expectatus redierit [h], per literas etiam veſtras reuocatus: & infrà. ¶Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus (niſi forſitan iam redierit) vos poſt menſem [i] à receptione præſentium, perſonam vobis idoneam in archiepiſcopum eligatis.

¶Idem Conſtantinopolitano patriarchæ.

¶*Summa vt in capitulo, ex parte. ſupra eodem.*

C A P. X.

I Nter † quatuor animalia: & infrà. ¶De clericis, qui eccleſias, vel præbendas ſibi conceſſas, ſine iuſta [k] & neceſſaria cauſa deſerunt [l], tuo præſertim nō accedente con-

iam per quadriennium expectatus & reuocatus etiam per literas domini Papæ, nec redire voluit mandat Papa capitulo Raguſino, vt poſt menſem à receptione literarum, aliam perſonam idoneam ſibi eligant in paſtorem, niſi forſitan reuerſus ſit. Not. ꝙ citandus & expectandus eſt quis, antequam priuetur eccleſia ſua, & de gratia datur huic vnus menſis poſt primam citationem. Item not. ꝙ non eo ipſo quòd clericus recedit ab eccleſia ſua, habet ipſam pro derelicta, ſed cum vocatus non redit.

g ¶*Quadriennium.*] Imo vltra annum abeſſe non debet, niſi iuſſio imperialis cū detineat. in Authen. quomodo oporteat epiſcopos ad ordi. §. & illud etiā diffinimus. coll. 1. & in Authen. de ſan. epi. §. interdicimus. coll. 9. tamen quamdiu non renunciat, clericus ſemp eſt: & licet vagetur, non habet eccleſiam pro derelicto, niſi contrahat cōtrariam negotiationē, vt ſi fiat miles, vel ſi cōtrahat matrimoniū, vt s̃. de cle. coniu. c. 1. vel niſi admonitus non redierit: vt ȷ̃. eod. titu. c. proxi. & c. vlti. & 7. q. 1. peruenit.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compil. & qualiter hodie procedatur contra p̄latos non reſidētes, prẹſcribit concil. Tridentin. ſeſſio. 6. de refor. c. 1. & ſeſſione 23. de reforma. c. 1. qđ videto.

¶*Gloſſ. ſeq. notat tempus receptionis, & c. ſignat contrarium.*

h ¶*Redierit.*] Sufficit ſi reuerſus fuerit tempore receptionis literarum, vel vſq; ad menſem reuertatur poſt receptionē: quod eſt notabile, vt tempus receptionis conſideret. arg. s̃. de for. comp. licet. & s̃. de appe. ſuper eo. & ȷ̃. tit. proxi. dilectus 2. vbi de hoc. s̃. de reſcrip. eam te. & ȷ̃. de vſu. quia fruſtra. in literis contra vſurarios conſideratur tempus ſubſequens, non tēpus datæ. 2 Arg. contra. s̃. de reſcrip. eam te. & c. conſtitutus.

† Capit. 2. eo. tit. in 3. compilat. pars huius decretalis ȷ̃. de relig. domib. inter quatuor s̃. de maiorit. & obed. inter quatuor. & de cleri. pere. īter quatuor.

A D D I T I O. Quod ſoluetur. ȷ̃. tit. proximo, dilectus.

i ¶*Poſt menſem.*] Adhuc indulget ei vnum menſem poſt receptionem literarum, ſi non ſit reuerſus.

I *Nter quatuor.*] Primò ponitur dictum: Secūdò exceptio: ibi, *Dummodo.* Abbas.

2 Vt ſi impetrans ēt poſt datā exigit vſuras. non audiatur per reſcriptum niſi prius illas reſtituat. Ioan. And. Item cōcor. tex. in l. cū quidā. §. diuus ff. de vſur. Bal. in l. aduerſus. C. eo. & in l. meminiſſes. cū glo. ff. eod.

C A S V S. Quidam clerici patriarchæ Conſtantinopolitani, ſine licentia ipſius abſentabant ſe ab eccleſijs ſuis, ſine iuſta & neceſſaria cauſa: quæſiuit patriarcha qualiter cum illis eſſet agendum? Reſpondet Papa, ꝙ expectet illos congruo tempore, ſecundum quod ei videbitur: & niſi redierint ad terminum eis præfixum, pn̄t priuari eccleſijs ſuis, dummodo nō ſint iuſto impedimēto detenti. Not. ꝙ ſine licentia ſui prẹlati clerici ab eccleſijs ſuis ſe abſentare non debent. Itē clerici abſentantes ſe citandi ſunt, & expectandi congruo tempore antequam priuentur beneficijs ſuis. Item iuſto impedimento detenti nun debent ſuis beneficijs ſpoliari.

¶*Glo. ſeq. dicit arg. à contrario ceſſare, & arg. quòd bonum eſt.*

k ¶*Sine iuſta cauſa.*] Quod facere nō debet, imo ſi iuſta cauſa ſubſit, debet petere licentiam ab epiſcopo ſuo. s̃. eo. c. relatum. & de conſe. diſt. 5. non oportet. & ſic non eſt arg. à contrario ſenſu, ſcilicet vt iuſta cauſa poſſint eſſe abſentes ſine licentia prælati. Vnde eſt arg. ꝙ bonum non eſt faciendum ſine licentia prẹlati. s̃. eo. relatum. & 16. q. 1. monachi. Et hoc ideo eſt ne obediētia cōtemnatur: quia propter obedientiam etiam bonum debet intermitti. 11. q. 3. quid ergo.

l ¶*Deſerunt.*] Huiuſmodi clerici, qui ita deſerunt eccleſias ſuas, deſertores appellantur in canone. 21. q. 2. placuit. & capi

poſſunt

poſſunt ab his, quorum conſortium declinare nituntur. arg. 18.q.2. abbates.

a ¶*Congruo tempore.*] Hoc ad arbitrium epiſcopi refertur conſideratis circunſtantijs viarum & diſtantiæ. ſ. de appellatio. cum ſit Romana.

ſenſu, hoc tibi duximus reſpõdendum: quòd poſtquam cõgruo tempore[a] fuerint expectati, niſi redierint ad illas, poſſunt eis iuſtè priuari[b]: dummodo non ſint iuſto impedimento[c] detenti.

¶Idẽ Archiepiſcopo Panormitano. †

¶*Si neſcitur vbi ſit clericus tribus publicis edictis citabitur in eccleſia ſua: & ſi infra ſex menſes non reuertatur, priuabitur eccleſia ſua. h. d. vſque ad ver. contra eos.*

CAP. XI.

EX † tuæ deuotionis †: & infrà. ¶In eccleſijs eorũ, qui ſe frauduleͤter abſentãt †, nec ad ipſos valet citatio peruenire, trinæ citationis edictum facias publicari[d]: & ſi nec ſic curauerint obedire, & vltrà ſex menſes[e] ſuas deſeruerint eccleſias, [iuxtà † ſanctiones canonicas] eis debent merito ſpoliari[f].

¶*Iſte verſiculus non ſummatur propter varietatem lecturarũ, & quia ſecundum vnum intellectum non facit ad rubricam.*

¶Contra eos etiam procedatur, vt ipſos[g] per ſuſpenſionis, & excommunicationis ſentẽtiam, ad tuam obedientiam venire compellas. Quòd ſi nec ſic eorum † malitia poterit emolliri, eos B. tituli ſanctæ Suſannæ presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus à ſpiritualium[h] adminiſtratione remoueat[i] †: & quibus præſunt

b ¶*Iuſtè priuari.*] Niſi redierint in termino eis conſtituto poſt admonitionem. j. eo. cap. vlt. & ſ. c. proxi. in fi. iuſto impedimẽto ceſſante, vt dicit litera ſeq.

c ¶*Impedimẽto.*] Quo probato, ſint reſtituendi. 7. q. 1. præſentiũ. & j. eo. tit. c. vlt. Bern.

EX *tuę.*] Duo ſunt dicta. Secundum. j. ibi, *Contra.* Abbas.

CASVS. Quidam prę lati eccleſiarum, ſubditi archiepiſcopi Panor. abſentarũt ſe ab eccleſijs ſuis, ita ꝙ citari non poterant: quæſiuit archiepiſcopus à Papa, qualiter cum illis eſſet agendum? Reſpondet Papa, ꝙ edictum trinæ citationis faciat proponi apud eccleſias ipſorum: & ſi nõ venerint, & vltra ſex menſes eccleſias deſeruerint, debent eccleſijs ſpoliari, ſed prius procedãt contra eos per ſententias ſuſpenſionis & excommunicationis, vt ad obedientiam ipſius archiepiſcopi redeant: & ſi eorum malitia ſic compeſci non poterit, cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus remoueat eos ab adminiſtratione ſuarum eccleſiarum, & eccleſijs illis de pſonis idoneis faciat prouideri: ſed eos non deponat, vt cum eis, ſi expedierit, miſericorditer agi poſſit. Not. ꝙ qui non apparet, apud domicilium ſuum debet citari trinis edictis: & antequam procedatur contra eum, debet expectari per ſex menſes. Item arg. quòd cum depoſito non ſit diſpenſandum.

d ¶*Publicari.*] Sic ſ. de dol. & contum. cauſam quæ. & c. vlti. ff. de dam. infec. l. 4. §. prætor. ff. de libe. agno. l. 1. 1. reſpon. nec ob. ff. quę ſen. ſine ap. reſcin. l. 1. §. item cum ex edicto. 1 quia ibi non ſolemniter poſitum eſt edictum.

¶*Gloßa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit. contra ſolutionem allegat duo iura.*

e ¶*Sex menſes.*] Arg. cõtra. ſ. eo. c. 2. & c. qualiter. & in Auth. de ſan. epiſco. §. interdicimus. coll. 9. Arg. contra. ſol. hoc tempus ſtatutum ab homine interpellat, & loco admonitionis habetur. infra de loca. potuit. 16. q. 3. placuit. vnde in caſu iſto mora non purgatur. arg. 20. q. 2. puella. niſi iuſtum impedimentum oſtenderit, quare venire non potuit, vt 7. q. 1. pręſentium. & j. eo. c. vlt. Arg. cõtra. quod mora purgetur. 100. diſtin. quoniam. & arg. 88. diſt. perlatum.

f ¶*Spoliari.*] id eſt, ſuſpendi iuxta canonicas ſanctiones ab adminiſtratione temporalium, procedendo poſtea contra eos, prout ſequitur in litera.

g ¶*Vt ipſos.*] ſcilicet vagabundos prælatos, quia hic loquitur litera de prælatis tantum, ex eo ꝙ dicit, ab adminiſtratione remoueat, & quibus præſunt eccleſijs. Qualiter ſit procedendum contra iſtos & alios abſentes, plenè dictum eſt ſ. vt lite non conteſta. quoniam frequenter. §. porro.

h ¶*A ſpiritualium.*] 2 Aliàs à ſpiritualium, aliàs ab epiſco-

†Petraceñ. †paticiceñ. †Patriceñ. †Patriceñ. † Patreceñ vt plurimũ

† Capit. 3. eo. tit. in 3. compilat. Et vide cõcil. Tridẽt. citatum ſ. eo. c. qualiter.

† dilectionis.

† Vide l. hę res meus ff. de cond. & demon. & l. in fraudem. ff. de iure fiſci.

†Parẽtheſi incluſa deſunt in antiquis & in oĩbus manuſcriptis.

† iſtorum † illorum.

†amoueat.

1 Dicit Hoſtien. cum latitant ſufficit edictũ publicari ad domos vel eccleſias per prima iura. ſed ſi j. prouinciam faciũt ſui copiã, procedi non poſſet ex edicto qđ non perueniſſet ad eos: nec cõtra latitantes ex edicto non ſolemniter propoſito: & ſic loqtur cõtrarium. Ioan. And.

2 Hæc gloſſa non eſt Bernardi, nec habeẽ in vetuſtis libris.

pali, vel melius ab epiſcopatuum. & ita eſt in regiſtro, vt dicit Innocentius.

i ¶*Remoueat.*] Ex iſto mãdato ſpeciali ſi ſunt epiſcopi, aliàs non poſſet legatus ex generali mandato. ſ. de offi. legat. quod translationem. quo ad alios prælatos poteſt ex generali mandato, etiam lit. non cõteſta. priuãtur eccleſijs ſuis. ſ. vt lite non conteſt. quoniam frequenter: ſecus ſi de crimine ageretur: vt not. ſ. de dol. & contu. veritatis. in notula magna. Ber.

eccleſijs, de perſonis idoneis faciat prouideri. Sed in eos degradationis ſententiam nõ promulget, vt cum eis miſericorditer (ſi expediat) facilius agi poſſit[k].

¶Idem Altiſſiodorenſi † Epiſcopo.

¶*Priuilegiatus vt abſens in ſtudio fructus prębendę recipiat. Exiſtens in villa, vel caſtello, vbi nullum eſt, vel minus competens ſtudium, priuilegio non vtitur.*

CAP. XII.

TVæ † fraternitatis diſcretiò poſtulauit: & infrà. ¶Quæſiuiſti præterea, vt cum interdũ canonici, quibus ſtudiorum gratia eſt indultum[l], vt in abſentia ſua fructus percipiant præbẽdarum ſuarum, accepta licentia ſe ad villas[m] transferunt, vel caſtella, in quibus nullum eſt, vel minus cõpetens ſtudiorum[n] exercitiũ: vtrum præbendarum ſuarum fructus ſint talibus conferendi? ¶Ad quod † breuiter reſpondemus, eis qui huiuſmodi fraudem committunt[o], (cũ fraus & dolus nemini debeat † patrocinium impertiri) præfatam indulgentiam competere non debere.

¶Honorius iij. præpoſito de Valerijs.

¶*Qui iurauit in eccleſia reſidere, pro ſeruitijs eccleſię licitè ſe abſentat.*

CAP. XIII.

EX † parte tua fuit propoſitum, quòd tẽpore quo

¶*Gloß. ſeq. quęrit, & ſoluit. Item arg. alleg. 3. iura, & duo alleg. in contrarium.*

ſtram, non niſi communi, tam præpoſiti quàm capituli [a] conſenſu poſſit dimittere: vel cuiquam præbendæ illius anniuerſarium delegare [b]. ¶Quā ſiquidem inſtitutionem †eatenus cōfirmamus, vt prædictus ſacerdos, niſi infirmitate corporis fuerit impeditus, aſſiduè debeat obſequium ſuum impendere eccleſiæ memoratæ, & quantò frequentius poteſt (ſalua [c] honeſtate ſua, & debita deuotione) Miſſarum ſolēnia celebrare: nec ſibi liceat hoc illi ſubtrahere, ſiue cauſa voluptatis [d], ſiue ſe ad aliā eccleſiam transferendo.

¶Idem Vigorieñ. †Archiepiſcopo.

¶ *Ad præſentationem religioſorum in eccleſijs nullus debet inſtitui per epiſcopum, niſi prius ei congrua portio redditũum aſſignetur.*

CAP. XII.

DE† monachis, qui vicarios parochialium eccleſiarum grauant, vt hoſpitalitatem [e] tenere non poſſint, eam prouidētiā habeas, quod ad præſentationem monachorum nullum recipias, niſi tantum ei de prouentibus [f] eccleſiæ coram te fuerit aſſignatū, vnde iura epiſcopalia poſſit perſoluere, & congruam ſuſtentationem habere.

¶Idem Salernitano † Archiepiſcopo.

¶*Plures dignitates, vel perſonatus in vna, vel in diuerſis eccleſijs quis habere non poteſt.*

CAP. XIII.

AD† hæc licet: & infrà. ¶Illud eſt omni rationi cōtrarium, vt vnus clericus in vna [g], vel diuerſis eccleſijs, plures dignitates, vel perſonatus obtineat: Cum ſingula officia [h] in eccleſijs aſſiduitatem exigant perſonarum.

¶Idem Burdegaleñ. Archiepiſcopo.

¶*Habens plures dignitates, alterā dimittere compellitur.*

a ¶*Quàm capituli.*] Iſtud præter ius fuit appoſitum, quoniā ſufficit conſenſus prælati. s. de renunc. c. admonet.

b ¶*Delegare.*] i. non poteſt committere alicui officiū ſuum, & dic, anniuerſarium, id eſt, officium.

c ¶*Salua honeſtate ſua.*] Hoc ideo dicit, quia non eſſet honeſtum, vt bis, vel ter miſſam in die celebraret. de conſe. diſt. 1. ſufficit. & j. de celebra. miſſ. te referente. vel, ſalua: id eſt, ſine peccato mortali, quod eſſet inhoneſtum.

d ¶*Voluptatis.*] Tamen religionis cauſa poſſet ad aliam eccleſiam ſe transferre petita licentia, quamuis non obtenta. j. de reg. licet quibuſdam.

DE *monachis.*] Reputatur materia huius cap. difficilis propter iura vario modo loquentia. Et hodie hoc capitulum extenditur etiam ad religioſos exemptos; vt in cap. 1. j. eod. titu. lib. 6. Et adde nouam prouiſionem, quæ circa hoc habetur in cle. 1. de iure pat. & vide de eccleſijs iſtorum regularium textum in cle. quia regulares. de ſupplen. negli. prælat. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam monachi habent eccleſias ſuas, in quibus ponunt vicarios ſuos, & iſtos vicarios intantū grauant, quòd hoſpitalitatem ſeruare non poſſunt, nec epiſcopalia iura ſoluere: Mandat Papa Vigorień. archiepiſcopo, in cuius iuriſdictione ſunt iſti monachi: quòd nullum recipiat ad præſentationem monachorum, niſi tantum ei de prouentibus eccleſiæ coram ipſo fuerit aſſignatum, vnde poſſit hoſpitalitatem ſeruare, & epiſcopalia iura perſoluere. Hanc portionē non poterunt monachi diminuere, ſine conſenſu epiſcopi. & ſic poteſt intelligi capitulum. ſuprà eodem auaritiæ. Nota, ꝙ clerici tenentur ad hoſpitalitatem. Item competenter debet quis beneficiari, ita ꝙ poſſit commodè ſuſtentari, & epiſcopalia perſoluere.

e ¶*Hoſpitalitatem.*] ad quam clerici præcipuè 1 tenētur, 62. diſt. §. 1. & 85. diſtin. Florentinum. quia quicquid habent clerici, pauperum eſt. 16. q. 1. c. vlti.

1 Tullius lib. 2. de off. Decorū valde eſt, patere illuſtribus hoſpitibus domos virorum illuſtrium. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. tractat quomodo monachi interdum ex conceſſione epiſcoporum, interdum ex fundatione habent eccleſiam quoad temporalia, interdum ius patronatus tantum. & ſubdit quo caſu locum habeat hoc cap.*

f ¶*De prouentibus.*] Per hoc patet, quòd loquitur de eccleſijs, quæ ſunt monachorum quo ad temporalia: in quibus poſſunt monachi ſibi omnia appropriare, reſeruata honeſta ſuſtentatione presbytero, vt hic dicit: multò magis vbi hn̄t eccleſias quoad ſpiritualia & temporalia. Si verò habent eccleſiam ex conceſſione laici, vel confirmatione epiſcopi, idem eſt: quia temporalia tunc habent. argumē. 15. q. 1. cap. vlti. & inf. de priuileg. cum & plantare. §. in eccleſijs. ſi non accedit conſenſus epiſcopi, nihil valet 2 conceſſio laici. inf. de iure patro. cap. quod autem. in fi. & c. illud. Si habent eccleſiam ex conceſſione epiſcoporum, ſi certa forma fuit appoſita, illa ſeruetur. ff. de pact. in traditionib. ſi pleno iure ipſam cōtulit, pleno iure habent eam. ſi ſimpliciter contulit eccleſiam, cathedraticum, & coërctionem retinet epiſcopus. infrà de do. paſtoralis. Si verò ex fundatione monachi eccleſias obtinent habent eas tantum quoad temporalia. 16. quæſtio. 2. cap. 1. & pen. & vlti. niſi eſſent priuilegiati cum omnibus capellis habitis, & habendis. & ſi non habent priuilegium, habebunt temporalia, reſeruata ſufficienti ſuſtentatione presbytero, & epiſcopus habet ibi inſtitutionem ad præſentationem monachorum, & ei ſubeſt presbyter quoad ſpiritualia. & ſic poteſt intelligi hæc decret. & inf. de priuileg. cum & plantare. §. in eccleſijs. Quandoque monachi habent ius 3 patronatus tantum: & tunc nihil habent niſi ſolam præſentationem. inf. de iure patrona. cum ſecundum. cum tranſeat cum vniuerſitate: vt ibi. In quo ergo caſu locum habet quod dicitur, quòd cenſualis penſio non augeatur. s. de pact. cum clerici. & j. de cenſi. prohibemus. & s. eo. auaritiæ? poteſt dici, quòd vbi monachi habent eccleſias ex donatione epiſcoporum quoad temporalia, cenſus prius impoſitus non debet augeri: vel cum ex donatione laicorum ius tantum recipiunt patronatus, cenſus ꝗ ab initio fuit impoſitus, augeri non debet. j. de cenſi. ſciētes. ſine iuſta cauſa & rationabili, & de conſenſu epiſcopi: vt dictum eſt s. eo. auaritiæ. In alijs vero caſibus, puta, cum pleno iure habent eccleſias quo ad temporalia & ſpiritualia, poſſidere eas poſſunt pleno iure. Quandoque tamen monachi totum applicant vſibus ſuis, reſeruata honeſta ſuſtētatione presbytero: vt hic. Quādoque certam partem recipiunt, ſiue certam dimittunt presbytero, aliud totum ſibi retinent: vt j. eo. auaritiæ. & hoc ſecundum conſuetudinem diuerſorum locorum. Dic de hoc vt 16. q. 2. in ſumma. Bern.

†Sal. epo.

2 Imo valet quo ad ius pat. inf. de iu. patr. cap. vnico. lib. 6. Ioan. And.

† Ca. 7. tit. de teſta. in 1. cōpil. & poſt concilium Lateraneñ. par. 29. c. 6. Et vide l. fi. ꝑ Bal. C. de indic. vide & l. his. C. de reuoc. don.

3 Ius patronatus quibus habere liceat, cōci. Trid. ſeſſio. 14. de reform. cap. 12. & ſeſſio. 25. de reform. c. 9.

AD *hęc.*] Ponit dictum, & eius rationem ſubdit: ibi, *Cum ſingula.* Abb.

CASVS. In hoc capitulo, & ſequenti dicitur, ꝙ nullus poteſt habere plures dignitates, vel perſonatus in vna eccleſia, aut ēt in diuerſis: & hoc ius continetur in iſtis duobus capitulis. No. ex iſtis duobus capitulis, quòd nullus poteſt habere plures dignitates, vel perſonatus.

g ¶*In vna.*] j. eo. de multa. in fi. idem in diuerſis, vt ibi. & j. c. proxi. & s. eod. quia intantum. & ſup. de cleri. non reſi. quia nonnulli.

h ¶*Singula officia.*] i. dignitates, vel perſonatus. 89. diſt. cap. ſingula. & 21. q. 2. ſicut. & ſup. eo. cum non ignores. & j. eo. de multa. niſi per diſpenſationem Apoſtolicæ ſedis, vt ibi, & ſuprà de elect. dudum.

PRæterea.] Primò narrat caſum eius, quod ſecundò corrigi mandat: ibi, *Mandamus*. Abb.

a ¶ *Regulariter.*] Arg. ꝙ canonicus regularis poteſt fieri archidiaconus. arg. 58. diſt. c. 1. & 74. diſt. quorundam. & inf. de ſta. reg. quod Dei timore. Sic nec monachus in diuerſis monaſterijs eſſe pôt, nec abbas præfici. j. de reli. domi. c. vlt. Sic non poteſt quis habere plures perſonatus in eadẽ eccleſia, aut etiam in diuerſis. inf. eo. de multa. & s. c. proxi.

†Ca. 4. tit. de exceſſibus prælat. in 1. cõpil. & poſt cõci. Latera. par. 24. c. 5.

¶ *Glo. ſeq. alleg. concor. ponit ius nouum, & inducit tria ſimilia.*

b ¶ *Maluerit.*] ſic ſup. eo. c. referente. & ſic habuit optionem ſecundum iſta iura. 1 hodie non hẽt optionem, imo recipiendo ſecundam dignitatẽ ipſo iure vacat prima: & ſi cõtenderet retinere vtrãque, priuaretur vtraq; j. eo. de multa. cũ enim militiæ ſint diſtinctæ, & perſonæ illis deputatæ debent eſſe diſtinctæ. vnde nemo poteſt eſſe in duobus collegijs ſimul. ff. de coll. illi. l. 1. §. vlt. nec duas militias habere. C. qui mili. non poſ. l. 4. & l. 5. §. in poſterum. libro 12. nec duos honores. ff. ad muni. libertus. §. præſcriptio. ergo multò fortius hæc ſunt in ſpiritualibus honoribus obſeruanda.

†Ca. 1. eo. tit. in 2. cõpil. Et vide qd per hũc textũ ſcribat Abb. in c. 2. inf. de iu. patr.

1 Quæ hodie locum habent in caſu. inf. de reſcri. gratia. lib. 6. poſſent ẽt locum habere, cum ſecũdũ beneficiũ eſt minus, & vtilius, ſecundũ Hoſtiẽ. qui dicit æquum in ſcholis: fatetur tñ in iudicijs, & in curia ſimpliciter teneri decreta. de multa. Io. And.

CAP. XIIII.

PRæterea† de G. qui in tua & Toloſana eccleſia, eſt archidiaconus conſtitutus, & in vtraque eccleſia regulariter [a] profeſſus: Mandamus, quatenus eundem altero, quẽ maluerit [b], archidiaconatu facias eſſe contentum.

¶ Idem Genuen. Archiepiſcopo.

¶ *Si electus ad ſecundam eccleſiam noluerit dimittere primam, eligentes poſſunt reſilire, & electum non acceptare.*

CAP. XV.

CVm† non ignores, quòd vna eccleſia [c] vnius debeat eſſe ſacerdotis: & infrà. ¶ Cum igitur nuncius presbyteri, qui in duabus eccleſijs locum habere contendit [d], & quidam clerici alterius eccleſiæ ad noſtram præſentiã acceſſerint contra eum: Nos attendentes non eſſe conueniens, vt idem presbyter locũ habeat† in duabus eccleſijs: Mandamus, quatenus ipſum beneficio quod habet, facias manere contentum. [e] ¶ Quòd ſi forte archipresbyter, & clerici alterius eccleſię in eũ conſenſerint [f]; ſeis nunc diſſentiẽtibus†, cum ipſorũ ſcandalo [g] non debet locum in ipſa eccleſia quærere, vel habere.

†haberet

†diſſidentibus.

¶ Innocentius tertius Zamoren. †Epiſcopo.

¶ *Ordinato ad ſacros per epiſcopum ſine titulo, nemine præſentante, ordinator, vel ſucceſſor compellitur in neceſſarijs prouidere, donec titulum habuerit.*

†Vide Vaſeum in annalibus Hiſpaniæ. ca. 21.

CAP. XVI.

CVm† ſecundum Apoſtolum qui altari ſeruit, viuere debeat de altari [h]: & qui ad onus eligitur, repelli [i] non debeat à mercede: patet à ſimili, vt clerici viuere debeãt de patrimonio Ieſu Chriſti, cuius obſequio [k] deputati ſunt.

†Ca. 1. eo. tit. in 3. cõpilat.

1. Cor. 9.

CVm non ignores.] Hodie poteris ſeruare hoc c. in beneficijs reſidentiam requirentibus, & etiam in curatis, ſi de facto nollet dimittere primam eccleſiam. Primò ponitur cã mandati. Secundò mandatum: ibi, *Cum igitur*. Tertiò ſoluit obſtaculum: ibi, *Quod ſi*. Abb.

CASVS. Archipresbyter, & clerici cuiuſdem plebis elegerunt quendam presbyterum rectorem cuiuſdam eccleſiæ in ſuum presbyterum, ſiue in capellanum ſuum, & ipſe conſenſit electioni, volebat tamen locum habere in vtraque eccleſia: archipresbyter & clerici cõtradicebant, volentes ꝙ in ſua eccleſia reſideret: & ſic orta fuit ſuper hoc qõ inter ipſos. Vnde nuncius presbyteri, & quidam clerici alterius eccleſiæ ad ſedem Apoſtolicam acceſſerunt: dominus Papa auditis hinc & inde propoſitis, conſiderans ꝙ non eſt conueniens, vt idẽ presbyter locum habeat in duabus eccleſijs, mandat archiepiſcopo Ianuen. vt dictum presbyterum beneficio quod hẽt, faciat manere contentum: & ſi archipresbyter & clerici cõſenſerint, & modo diſſentiant, non debet cum ipſorum ſcandalo in eorum eccleſia locum habere. Not. ꝙ vna eccleſia vnum tantum debet habere rectorem, cum in vno corpore duo capita eſſe non debeant, nec vnus rector debet præeſſe pluribus eccleſijs. Item propter ſcandalum aliquis repellitur ab obtinendo beneficio. Item arg. ꝙ ex quo aliqui conſentiunt in aliquem, poſſunt diſſentire: & hoc propter ſcandalum: & iſti diſſentiebant, quia presbyter ille nolebat dimittere primam eccleſiam.

c ¶ *Vna eccleſia.*] Hoc generaliter verum eſt, ꝙ vnus debet eſſe ſacerdos vnius: vt s. eo. c. proxi. & j. eo. de multa. De hac materia dicitur s. de elec. dudum 2.

d ¶ *Contendit.*] Vnde hodie priuari debet vtraque. inf. eod. de multa.

e ¶ *Contentum.*] s. eo. c. proxi. & c. ad hæc.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

f ¶ *Conſenſerint.*] ſi ſemel conſenſerunt in eum, nõ poſſunt amplius diſſentire. s. de elec. cum inter canonicos, & 8. q. 2. dilectiſſimi. & 32. q. 5. horrendus. Quid eſt ergo quod dicit, eis nunc diſſentientibus: & ſic contradicit hæc decre. prædictis iuribus? 2 Sol. ſic intellige quod dicitur hic, ꝙ ſacerdos ille electus fuit ad curam aĩarum, & ſimul ad continuam reſidentiam, ad quam de iure tenetur. s. de cleric. non reſid. quia nonnulli. ſed ipſe volebat retinere priorem eccleſiam cũ illa, ad quam electus erat ſecundò ab archipresbytero & clericis. vñ cum ipſe nollet primam dimittere, licitum fuit archipresbytero, & clericis ab electione ipſius recedere, & meritò: q̃ vtranque de iure habere non poterat. Si aũt vellet dimittere primam, & ſecundam recipere: tunc non poſſent archipresbyter & clerici ab electione eius diſcedere, ex quo ſemel in eum conſenſerunt, & ſic intelliguntur prædicta iura.

2 Concor. tex. in l. in fraudẽ. & ibi Alb. de Roſa ff. de teſt. & l. fi. & ibi Cyn. C. ad Maced.

g ¶ *Scandalo.*] Arg. ꝙ propter ſcandalũ quãdoque receditur à iure. s. eo. cum teneamur. & s. de tẽp. ordi. ad aures.

CVm ſecundum Apoſtolum.] Primò ponitur cã cõſtitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui promulgatio. Secundò determinatio caſus propoſiti ſpecialiter. Secunda: ibi, *Inde eſt*. Abb. Sume caſum ad medietatẽ capituli: ibi, *Inde eſt, &c.*

CASVS. Eps Zamoren. ordinauit in ſubdiaconum quendã clericum G. noĩe ſine aliquo titulo: tñ morte pũentus eidem clerico in bñficio eccleſiaſtico non prouidit: poſtmodũ ſucceſſor illius requiſitus nõ prouidebat eidem: acceſſit ad Papã exponens eidem qualiter ꝑdeceſſor illius ordinauerat ipſum in ſubdiaconum: ſcripſit Papa quibuſdam, vt illum ſubdiaconum examinarẽt ſi dignus eſſet ad eccleſiaſticum beneficium obtinẽdũ, prius epo Zamoren. citato, vt examinationi interſit: vñ ſcribit Papa Zamorenſi epo, ꝙ cum clericus ille à prædeceſſore ipſius ordinatus fuerit ſine certo titulo, ſi examinatores prædicti eo citato, vt examinationi ipſius interſit per ſe vel ꝑ alium, & vt liceat ſibi proponere quicquid rõnabiliter duxerit proponendũ, tã ſuꝑ idoneitate perſonę, q̃ ẽt ſuꝑ quantitate & qualitate bñficij, illum inuenerint eſſe dignum: tamdiu neceſſaria vitæ ſibi miniſtret, donec in eccleſia Zamoren. vel alia, ꝑ ipſum beneficium fuerit competens aſſecutus: ſciturus pro certo ꝙ ſi dignus repertus fuerit, & ipſe eps ei neglexerit prouidere, cum Papa ſuper hoc fuerit requiſitus compellet ipſum per diſtrictionem eccleſiaſticam ad prouiſionẽ ipſius: occaſione huius negotij Papa ꝑmittit illa, q̃ præcedunt, hoc modo: dicit Apoſtolus: Qui altari ſeruit, viuere dẽt de altari: & qui ad onus aſſumit, emolumentum inde dẽt habere. ergo patet, ꝙ clerici qui deputati ſunt obſequio Ieſu Chriſti, de ipſius patrimonio viuere debent: clerici. n. à cleros, qđ eſt ſors appellantur: & iõ dum ordinanẽ, vel aſſumunẽ in hęreditatem Dñi, vel aſſequunẽ hæreditatem in ipſo. licet aũt prędeceſſores Innocentij, ordinationes eorum q ſine certo titulo promouenẽ quantum ad executionẽ irritas eſſe voluerint, & inanes in iniuriã ordinantium: Innocẽtius tñ volens benignius agere cum taliter ordinatis, ſtatuit, ꝙ per ipſos ordinatores, vel ſucceſſores eorum tãdiu prouideatur ordinatis, donec ꝑ eos beneficia eccleſiaſtica fuerint conſecuti. No. ꝙ qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Item ad quem ſpectat onus, & emolumentum. Item qui aliquem ordinat, vel ordinari facit ad ſacrum ordinem, prouidere tenet eidem donec per ipſum ordinatus beneficium eccleſiaſticũ fuerit aſſecutus. Itẽ ſi epo ſimpliciter ſcribaẽ, vt alicui prouideat in eccleſia ſua: nõ ſolũ in cathedrali eccleſia poteſt prouidere, ſed etiã in parochiali.

h ¶ *De altari.*] 12. q. 1. ex his.

i ¶ *Repelli.*] ad quem ſpectat onus, & emolumentum. 12. q. 2. charitatẽ. & c. quicunque. & c. eccleſiaſticis. 3 & econuerſo non eſt ferendus is, qui lucrum amplectitur, onus autẽ ſubire recuſat. C. de ca. toll. l. vnica. §. pro ſecundo.

3 Concor. tex in l. ſecundũ naturã. ff. de re. iu. & l. fi. §. ſed cũ. ff. de fur.

ADDITIO. Vnde verſus:

Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis.

k ¶ *Obſequio.*] Non tibi, ſed domino grauis eſt, cui ſeruit egeſtas. arg. 93. diſt. diaconi. verſi. mendicat. Lau.

a ¶ No-

tantur, vt ipſa nominis [a] ratio perſuadet. Cum enim à cleros, quod eſt ſors [b], vel hæreditas, clerici appellētur: quia in ſui † ordinatione vel aſſumuntur [c] in hereditatem Domini: vel aſſequuntur [d] hæreditatem in ipſo, † vt verè poſſint pſallere cum propheta, Domin⁹ pars hereditatis meę: dignum [e] eſt, vt eccleſiæ ſtipēdijs ſuſtententur, in qua, & † per quam diuinis obſequijs aſcribuntur. Licet autem prædeceſſores [f] noſtri, ordinationes [g] eorum qui ſine certo titulo promouentur, in iniuriā ordinantium irritas [h] eſſe voluerint, & inanes: Nos tamen benignius agere cupientes †, tamdiu per ordinatores, vel ſucceſſores [i] eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos eccleſiaſtica beneficia cōſequantur. ¶ Inde eſt quod cum G. lator præſentium, à prædeceſſore tuo fuerit ad † ſubdiaconatum nullo preſentante promotus; Mandamus, quatenus ſi eum hi, quibus examinationem ipſius duximus committendam, te citato legitimè, vt per te ipſum, vel idoneum reſponſalem interſis: & tam ſuper idoneitate perſonæ, quàm etiam ſuper quantitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat [k] quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum eſſe repererint, tamdiu ei vitę neceſſaria congruè ſubminiſtres, donec [l] per te in Zamoreñ. eccleſia, vel alia fuerit cōpetens beneficium eccleſiaſticum aſſecutus; ſciturus pro certo, quòd ſi per examinationem eorum † fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxtà mandatum noſtrum neglexeris prouidere; cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per diſtrictionem eccleſiaſticam compellemus.

¶ Idem Archiepiſcopo Senoñ.

¶ *Qui hoc ignoranti ſcienter contulit præbendam quam non potuit, illa euicta, aliam quam poteſt conferre tenetur hoc dicit, & eſt ſingularis diſpoſitio.*

CAP. XVII.

INter † cætera: & infrà. ¶ Facta reſignatione à G. † quondam canonico Lauduñ. † de præbenda eiuſdē eccleſię, quę per commutationem præbendarum H. tunc Sicluneñ. † canonico auctoritate Apoſtolica aſſignari [m] debebat: magiſter P. per Lauduñ. † epm de prębenda fuit inueſtitus eadē. Super quo cū inter magiſtrū ipſum, & dictum H. controuerſia ſuborta fuiſſet, per C. Papā prędeceſſorem noſtrū omnia retractata fuerunt: & infrà.

a ¶ *Nominis ratio.*] 21. diſt. cleros, & clericos. & 16. q. 1. ſi cupis. & nomina debent eſſe conſonantia rebus. Inſti. de do. §. eſt & aliud.

b ¶ *Sors.*] 12. q. 1. cui portio.

c ¶ *Aßumuntur.*] vt qui ordinantur ſine beneficio, vel aſſumuntur, vt habeant hæreditatem Domini.

d ¶ *Aſſequuntur.*] ſcilicet qui ad beneficiū recipiuntur, iſti in ſua ordinatione ſtatim cōſequuntur hæreditatē Domini.

e ¶ *Dignum.*] 12. q. 2. eccleſiaſticis.

f ¶ *Prędeceſſores.*] 70. diſt. neminem. & capit. ſanctorum.

g ¶ *Ordinationes.*] Niſi promotus ſit ad titulum patrimonij ſui. infrà eo. tuis. & ſ. eo. epiſcopus ſi.

h ¶ *Irritas.*] quo ad executionem, non quo ad veritatem, quia ordinem non amittunt.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit, & ſolu. determinat.*

i ¶ *Succeſſores.*] Sed quare conuenitur hic ſucceſſor ex delicto defuncti, cum regulariter crimina morte extinguantur. 23. diſtinc. quorundam. & C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. 2. & ſucceſſor non cōuenitur ex delicto defuncti. C. ne ex delict. defun. l. vnica? Reſpondeo, ne in cleri opprobrium mendicare cogantur. 93. diſtinctio. diaconi. argumen. ſup. de cleri. coniug. Ioannes. in ſi. Vel dic quòd non tam ſucceſſor quā eccleſia [1] punitur in hoc caſu, quæ non reſiſtit epiſcopo in tali ꝓmotione: nam ſine cōſilio eccleſiæ non facit ordinationem. 24. diſtinct. cap. penul. vnde punitur ſi ei delinquenti non reſiſtit. 2. quæſtione 7. cap. quapropter. & hoc intelligo quando ipſe epiſcopus examinauit. ſi autem alij examinauerint, ipſi tenebuntur. 54. diſtinc. ſi ſeruus. 24. diſt. quando. & hoc innuit quod dicitur infrà nullo præſentante. Et in hac prouiſione dignitas promoti eſt attendenda. arg. 41. diſt. non cogantur. ff. de iudi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 2. ff. de vſufr. ſed & ſi quid. §. 1. & ſ. eo. c. de multa. & ff. de do. l. ſi filiusfamilias. Item conſiderantur facultates eccleſiæ. arg. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. cum tutor. & ff. de reli. & ſump. fu. ſi quis ſepulchrum. §. ſumptus. & hic inferius. Bernar.

¶ *Glo. ſeq. in prin. reci. per obiect. & ſolutionem. Deinde dat duo ſimilia. Iterum obijcit, & ſoluit. Tertiò obijcit, & ſoluit.*

k ¶ *Liceat.*] ſi ſcriberetur ipſi ordinatori, ipſe non poſſet aliquid obijcere niſi hoc literis cōtineretur: quia quos idoneos reputauit ad ordines, debet reputare idoneos ad beneficium. ſ. de æta. & qual. c. accepimus. ſed ſucceſſor poteſt. & ita ſemel approbatus iterum probatur, & reprobatur, ſicut medicus. [2] ff. de munc. & hono. l. vt gradatim. §. reprobari. & virgo ſemel probata iterum probatur. [3] 27. q. 1. nec aliqua. & melius ſ. de proba. c. pen. & vlt. & 2. q. 5. habet hoc proprium. & c. Mennam. ſed hoc totū gratia eſt: quia de facto vnius ſæpius quæri non debet. ff. nau. cau. ſtabu. l. licet. in fine. Sed nonne pręſumi debet pro ordinato? Sic argu. ſup. de proba. poſt ceſſionem. niſi probetur contrarium. Item qualiter cognoſcit poſtea de eius idoneitate: cum ſententia epiſcopi, qua pronunciauit ipſum idoneum, tranſiuit in rem iudicatam, à qua non fuit appellatum. ſup. de electio. cum dilecti. in fine? Reſpondeo, totum ſit de gratia. Vel dicas quòd tantum quæritur de noua cauſa poſtea emergente. argumen. ſuprà de æta. & qualita. ordin. cap. 1.

¶ *Glo. ſeq. quęrit, ſoluit. alleg. pro, & contra. ponit opi. Vinc. demum ſoluit.*

l ¶ *Donec per te.*] quid ſi epiſcopus ordinauit eum ad aliquem titulum, & ille eſt euictus ab eo, nunquid epiſcopus tenetur de euictione? Arg. ꝙ non: quia donator non tenetur de euictione. ff. de ædil. edi. l. ad res donatas. ar. contra. 7. q. 1. præſentium. & ſ. eo. inter cætera. Dixit Vinc. quòd epiſcopus ſpāliter non tenetur ſi dedit ei beneficium ſufficiens, & factum ſit inſufficiens & exinanitum: ſufficit enim minori ab initio adire locupletem hæreditatem. ff. de mi. verum. §. ſi locupleti. tenetur tamen generali obligatione, quia tenetur prouidere & ordinare eccleſias oēs ſui epiſcopatus. de conſec. diſt. 1. c. omnes. Tu dicas melius cum T. ſi fraudulenter contulit ei beneficium alterius, quo alius non fuit iuſtè priuatus, ſiue alij debitum, & ipſe cui contulit, hoc ignorauit, [4] tunc ſpecialiter tenet epiſcopus ei prouidere in æquiualenti beneficio. arg. 7. quæſtio. 1. præſentium. & inf. eodem, inter cætera. & infrà, de iure patronatus, capitulo paſtoralis.

INter cętera.] Narrat primò factum. Secundò mandat decerni, & caſum exprimit: ibi, *Supradicto epiſcopo.* Abbas.

CASVS. H. & G. [5] permutationem ſuarum præbendarum affectantes, eas in manu Papæ renunciauerunt: poſtmodum mandauit Papa decano Remeñ. vt de præbenda G. inueſtiret H. ſed epiſcopus loci hoc intelligens contulit eam magiſtro P. vnde orta lite inter magiſtrum P. & H. dominus Papa reuocauit præfatam renunciationem, & vtrique reſtituit beneficium ſuum: & ne magiſter P. remaneret fruſtratus ſpe ſua; Mandat Papa epiſcopo, vt præbendam alicui non cōferat, donec aſſignauerit magiſtro P. beneficium præbendale in eadem eccleſia: & ſi contra fecerit illud caſſat: ne fraudulenter viſus ſit illi contuliſſe præbendam. Bernar. Nota, ꝙ vbi ponitur iſta clauſula: ꝙ ſi contra factum fuerit decernimus irritum & inane: quod ſit poſtea, ipſo iure non tenet. Item qui dat beneficium quod dare non poteſt, tenetur ad beneficium quod dare poteſt: ne fraudulenter viſus ſit beneficium contuliſſe.

¶ *Glo. ſeq. reci. per obiect. vlt. alleg. concor. remittit. ſignat contrarium, ſoluit, & diſtinguit.*

m ¶ *Aſſignari debebat.*] Ex quo G. reſignauit tali modo, vt daretur H. & non fuit ei data, ſed magiſtro P. non videbatur ei renunciaſſe: nec videtur eam perdidiſſe, ſicut nō amittit poſſeſſionem qui eam ſub modo alij tradidit, niſi modus exiſtat. [6] videtur enim ſub conditione eam tradidiſſe. ſ. de reſti. ſpo. olim 1. & ff. de acq. poſ. qui abſenti. §. ſi quis. & qui ſub conditione tradidit poſſeſſionem, & recedit à poſſeſſione, non perdit eam. ff. eodem ſi cum me. vnde iſte non videbatur amiſiſſe poſſeſſionem beneficij ſui: ſed certe verum eſt

† ſua

† Aliàs: ita Chriſto. Pſal. 15.

† Aliàs, vel

† Vide l. cū tps in teſtō ff. de re. iu. & l. quotiens. eod. tit.

† Aliàs ita: in ſubdiaconum.

1 Nō video in quo puniat eccleſia, vel capitulū cū epalis menſa grauat ſecundum Hoſt. Ioan. And.

2 Quod eſt ſpāle propter hominum ſanitatem, Ioan. And.

3 Quia ſæpe manus fallit, &c. vt ibi.

† illorum

† Ca. 3. eo. tit. in 3. cō pilat.

† vv.

† Laudenſi

† ideñ

† Laudeñ.

4 Ad hoc inf. eod. ſi beneficia. lib. 6. Ioan. And.

5 Hic caſus Barnardi eſt, & in antiquis exēplaribus reperitur.

6 Text. eſt in l. verba. ff. de cōdi. inſtit. & in l. actus. ff. de reg. iur.

eſt q amiſerat per renunciationem, ſed Papa poſtea ex officio ſuo vtrumque reſtituit propter diſcordiam ſuſcitatam.

a ¶ *Irritum.*] ſimile C. de legi. non dubium. 1 & C. de reb. eccl. non alie. l. ſancimus. & 10. diſt. c. vides. ſi hoc verbū non contineretur in literis, & ipſe conferret, videtur q conceſſio teneret, licet eſſet facta contra mandatum Papæ. j. eo. dilectus filius G. vbi de hoc.

1 Factū cōtra legē habetur p in fecto. Ioā. And.

† mādatis.

b ¶ *Aſſignauit.*] hic expreſsè habes, q ſi eps conceſſit mihi beneficium quod concedere non potuit, tenetur mihi ad aliud conſimile. 7. q. 1. præſentium. de hoc dicitur ſ. c. proxi. ſim. ſ. de ſi. presby. veniens. arg. ff. de pig. act. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. ad Velleia. quāuis. §. ſi conuenerit. & ff. qui ſatiſd. cog. l. quotiens. ff. de leg. 1. l. ſi filiusfā. §. ſi quid alicui. & ff. de leg. 2. l. mortuo. §. Labeo. quia adiuuari beneficijs nos oportet, non decipi. ff. commodati, l. in commodato. §. ſicut. in fi. & ſ. de commo. c. vni. in fi. Et ſic eſt contra id quod dicit lex, q donator nō tenetur de euictione. ff. de ædil. edi. l. ad res donatas. ſed hic in veritate non dicitur donare, quia neceſſe habet eam donare, & in neceſſitate nemo liberalis exiſtit. ff. de adimen. leg. l. rem legatam. in fi. & de hoc dictum eſt ſ. eo. c. relatum. & hoc intellige qn̄ eps ſciuit q eam donare non poterat, & ille qui recepit, ignorauit, vt dixi ſ. c. proxi. ſi enim recipiens hoc ſciebat, non credo, q habeat petitionem contra epiſcopum ad aliam præbendā, inſtar illius qui ſciens emit liberum hominem, quia emptio nulla fuit: ſecus ſi ignoranter emit. ff. de contrah. emptio. l. liberi hominis. Io.

† Ca. 4. eo. tit. in 3. cō pila. Et de materia vide Ca. cō. 3. & Oldr. conſi. 67.

† Bitunia. † Biturnia

¶ Supradicto epiſcopo dedimus in præceptis †, vt donec idem magiſter in eadem eccleſia fuerit præbendale beneficium aſſecutus, nulli alij præbendam aſſignare præſumat: quod ſi forte præſumpſerit, id irritum [a] decernimus & inane: decet enim, vt quia præbendam ei, quam de iure non potuit, aſſignauit [b], eam quam de iure poteſt, aſſignet: ne præbendam ei fraudulenter viſus ſit aſſignaſſe.

¶ Idem Epiſcopo, & cantori Tornaceñ.

¶ *Caſſatur electio illius, qui poſſidet plures dignitates, atque præbendas, & idem ſi detinetur aliquo vitio hic ſcripto.*

CAP. XVIII.

CVm † iamdudum: & infrà. ¶ Verum quoniam ab R. Siclun. canonico, I. de Bythinia † quædam obiecta fuere: multitudo [c] videlicet tam dignitatum quàm etiam præbendarum, ambitionis, & auaritiæ [d] vitium: cui nondum finem imponens, contra diffinitionis noſtræ [e] tenorem, & Lateranen. [f] ſtatuta concilij, † ad obtinendam præpoſituram Siclunen. † ſe ingerit, & ingeſſit: & quòd die intruſionis ſuæ ante confirmationem [g] † præſumpſerit miniſtrare: ſicut & poſt confirmationem caſſatā. ¶ Mandamus, quatenus ſi inueneritis prædictum I. habere plures alias dignitates, atque præbendas [h]: aut † aliquid aliud [i] præmiſſorum, quod ad caſſationem eius ſufficiat, inueneritis eſſe verum, ei ſuper iam dicta præpoſitura ſilentiū imponatis, ab impetitione ipſius, Siclunen. † eccleſiam [k] abſoluentes. Cum multa per patientiam [l] tolerentur †, quæ ſi deducta fuerint in iudiciū, exigente iuſtitia, nō debeant † tolerari †.

CVm iamdudum.] Opponenti plura contra electum, ſufficit alterum probare quod ad caſſationē eius ſufficiat. h. d. Primò ponit ſex quæ opponebantur contra electum. Secundò diffinitionem quæſtionis conditionalem. Tertiò reſpondet tacitæ quæſtioni, vel obiectioni. Secunda: ibi, *Mandamus.* Tertia: ibi, *Cum multa.* Abb. Sicu.

CASVS. Vacante præpoſitura Siclunen. à quibuſdam canonicis eccleſiæ Siclunen. electus fuit quidam nomine Ioānes de Bythinia, maiore parte capituli prius appellante, & quibuſdam canonicis abſentibus & non vocatis: ad petitionem ipſius Ioannis commiſſa fuit cā quibuſdam iudicibus: iudices illi confirmauerunt electionem ipſius Ioannis: tandem cā commiſſa fuit alijs iudicibus ad petitionem partis aduerſæ, & illi caſſauerunt confirmationem priorum iudicum: demum Papa caſſauit proceſſus priorum & ſecundorum iudicum. reducens cauſam in eum ſtatum in quo erat ante primam commiſſionem: iſtis omnibus ſic peractis R. Siclunen. canonicus oppoſuit ſe iſti Ioanni, proponens multa contra ipſum, ſ. pluralitatem dignitatum, & beneficiorum, contra cōcilium Lateranen. & q die intruſionis ſuæ ante confirmationem, adminiſtrare præſumpſit, & poſt caſſationem confirmationis electionis ſuæ miniſtrauit. his & alijs auditis; Mandat dn̄s Papa quibuſdam iudicibus, q ſi inuenerint prædictum Ioannem habere plures dignitates atque præbendas, aut aliquod aliud de præmiſſis (quod ſufficiat) inuenerint eſſe verum, eidem Ioanni ſuper ipſa præpoſitura ſilentium imponant, ab impetitione ipſius Siclun̄. eccleſiam abſoluentes. In fine r̄ndet Papa quaſi tacitæ q̄oni: poſſet quis opponere dn̄o Papæ, quare vos iſtum repellitis? multi ſunt qui h̄nt pluralitatem dignitatum, & beneficiorum? R̄ndet. Multa per patiētiam tolerant, quæ ſi in iudicium deducerentur, exigente iuſtitia caſſarentur. No. q qui habet plures dignitates, ſeu perſonatus, ſine diſpenſatione Papæ ineligibilis eſt. Item ante confirmationem nemo debet adminiſtrare, quod ſi fecerit, debet eius electio caſſari. Item per patientiam multa tolerātur, quia non denunciantur, vel accuſantur, quæ ſi in iudiciū deducerentur, ſecundū iuſtitiam caſſarentur.

c ¶ *Multitudo.*] quę eſt canonibus inimica. ſ. eo. quia in tantum.

d ¶ *Auaritię.*] quæ à promotione repellit. 85. diſ. c. Florentinum. quam etiam dixit lex legitimis ictibus feriēdam. C. de inoffi. teſt. l. ſi quis in ſuo. & eſt ſeruitus idolorum. ſ. eo. c. auaritiæ. Ber.

e ¶ *Noſtræ diffinitionis.*] quam nō habes in hac compilatione, quæ olim erat de inſtitu. c. tua nuper.

f ¶ *Lateranen. cōcilij.*] ſ. eo. quia in tantum.

g ¶ *Confirmationem.*] Hoc ita intellige, q ſuper hac electione fuit cā commiſſa ad petitionem illius electi, & iudices illi electionem confirmauerunt, & poſtea alij iudices, quibus eadem cā fuit cōmiſſa, confirmationem illam caſſauerunt, ſicut hoc totum habetur in compilatione Inno. ſ. de re iudi. c. 1. de quibus hic fit mentio.

h ¶ *Prębendas.*] De hoc dictū eſt ſ. de elec. c. dudum 2.

† ſub Alex. iij. c. 13. & 14.

† Siden.

† Aliàs, ante cōfirmationē ſuā.

† Aliàs ita: aut aliqd præmiſſorum, &c.

† Seden.

† In antiquis: tolerantur.

† deberent

† Vide l. 1. §. pe. ff. de his qui no. infa. & l. 1. §. 1. ff. ſi qs in ius voc. non ierit.

† Ca. 5. eo. tit. in 3. cō pilat.

† Lingon.

¶ Idem Archiepiſcopo, & archidiacono Senoneñ.

¶ *Recepto in canonicum quam cito facultas ſe obtulerit debetur præbenda, & interim habebit quotidianas diſtributiones.*

CAP. XIX.

j DIlectus † filius T. canonicus Linconien. † propo-

i ¶ *Aliud præmiſſorum.*] ſ. q ante confirmationem miniſtrauit. ſ. de elec. qualiter. vel q miniſtrauit poſt caſſationē confirmationis: quia Papa etiam totum caſſauit quicquid factū fuit per iudices priores, & poſteriores.

¶ *Gl. ſeq. alle. vnā concor. in contrarium alleg. 7. iura & ſoluit.*

k ¶ *Eccleſiam.*] & ita videt̄ q eccleſia, q̄ ipſum elegit, ſciens ipſum habere plures dignitates atq; p̄bendas, non poſſit ipſum repellere. ar. ſ. eo. cū non ignores. ar. cōtra. ſ. de excep. cū eccleſiaſticæ. & melius. ſ. de elec. cū inter canonicos. 8. q. 2. c. dilectiſſimi. & 32. q. 5. horrendus. j. de conceſ. p̄b. cum ſuper. & ſ. de cle. coniug. c. diuerſis fallacijs. & j. de don. c. inter dilectos. Sed hæc locū non h̄nt: qa iſte non fuit electus ab eccleſia: imo eccleſia ſe ibi opponebat, & electus fuit à quinque ſolūmodo, alijs appellantibus prius, & quibuſdā abſentibus, vt hic patet, in decre. quæ olim erat in compilatione Innoc. de re iudi. c. 1. hæc decr. de illa electione loquitur. Ber.

l ¶ *Per patientiam.*] hic reſpondet tacitæ q̄oni: diceret aliquis, multi ſunt habentes plura beneficia, quare ipſum reprobatis dn̄e Papa? & ipſe reſpondet: multa per patientiam, &c. & tamen per talem patientiam non fit diſpenſatio. arg. inf. de cogn. ſpi. ſuper eo. & ſup. de iureiur. mulieri. arg. talis patientia voluntatem requirit. ff. de tribu. l. 1. 2

DIlectus filius.] Continet quatuor dicta. Primò mādatum Apoſtolicum. Secundò: ibi, *Ad inſtantiam.* iuſtum & iniuſtum præceptum legati. Tertiò: ibi, *Cum ergo.* iuſti proceſſus confirmationem, & iniuſti reprobationem, Quartò: ibi, *Facientes.* Papalem ſubiunctionem. Abbas.

2 Dominus ſciens ſeruū mercari in re pecu. tenetur tributoria, nō tamē requiritur q velit, ſed ſatis eſt q nō nolit, ex quo ſciuit d. l. 1. §. ſcientiam. Io. And.

CASVS. Eps Lincon̄. de mandato dn̄i Celeſtini Papę, cuidam clerico. G. noīe quandam præbendam in eccleſia Lincon̄. aſſignauit: ſed capitulum Lincon̄. noluit ipſum recipere ad eandem: tandem ad inſtantiam Remen̄. archiepi, tunc epi Præneſtini, Apoſtolicæ ſedis legati, talis compoſitio inter capitulum & G. interceſſit, q receptus fuit in canonicum & in fratrem, conceſſo ſibi ſtallo in choro, & loco in capitulo, & participatione diuinorum, ita tamen quòd fructus præbendæ recipere non deberet, niſi loco proximo vacaturæ: ſed quia plures præbendæ poſtmodum vacauerunt, nec eidem G. ali-

G.aliquam aſſignauerunt,acceſſit ad Papam,proponens eidem omnia ſupradicta: ſcribit Papa iudicibus dicens,dictum G.in canonicum recipi in canonicis non obuiare inſtitutis, ſed vacaturam expectare præbendam,eſſe contra Lateranen. concilium,vnde Papa factum legati in eo ꝙ dictum G. recipi fecit in canonicum & in fratrem,approbauit,ſed ꝙ nihil reciperet niſi loco proximè vacaturæ, reprobauit: quia verò indignũ eſt, vt receptus in canonicum beneficio careat; Mandat iudicibus, vt epm & capitulum cõpellant,vt ei præbendã (cum ſe facultas obtulerit)aſſignent:& portiones quotidianas, q̃ fiunt in eccleſia, faciãt aſſignari eidem. No.ꝙ aliquis poteſt recipi in canonicũ ſine aſſignatione præbendæ,dummodo aliquid ſibi aſſignetur tanquam canonico: & ſi additur ꝙ nihil percipit niſi cum vacauerit prebẽda,hoc nõlicet,ſed ſic põt recipi: Recipimus te in fratrem,& prouidebimus tibi cũ facultas ſe obtulerit, iſtud nõ eſt cõtra concilium. Itẽ ſnĩa pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item vtile non vitiatur per inutile, nec licitũ per illicitum.

†Lingon. †Lingon. †Lingon. †proximè. †ſub Alex. iij. c. 8. & habetur infra de conceſ. præb. c. nulla.

fuit, quòd cum de mãdato C. Papę prædeceſſoris noſtri Linconien.† epiſcopus quandam præbendam aſſignauit eidem in eccleſia Linconien.† quia capitulum ipſum ad eandem recipere contemnebat: & infrà. ¶ Ad inſtantiam Remen. archiepiſcopi, tunc epiſcopi Præneſtin. Apoſtolicæ ſedis legati,& auctoritate ipſius, talis inter eum & epiſcopum,& canonicos Linconien.† compoſitio interceſſit : ꝙ ipſo ab eis recepto in canonicum, & conceſſo ſibi ſtallo in choro, & participatione qualibet diuinorum,idem fructus præbẽdæ percipere non deberet [a], niſi loco proximè † vacaturæ: & infrà. ¶ Cum ergo dictum T.in canonicum recipi,canonicis non obuiet inſtitutis, & vacaturam expectare præbendam Lateranen.concilio† nõ ſit dubium obuiare:Nos facto eiuſdẽ legati illicito [b] reprobato,quod eſt licitum approbantes [c] †: quia videtur indignum,vt receptus in canonicum præbendæ beneficio defraudetur [d]: Mandamus,quatenus dictos epiſcopum, & canonicos,vt ei præbendam (cũ ſe facultas [e] obtulerit) non differant aſſignare [f], appellatione poſtpoſita compellatis: Facientes eidem portiones quotidianas, quæ fiunt in eccleſia memorata, ſine diminutione qualibet aſſignari.

¶Glo.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.

a ¶*Percipere non deberet.*]iſtud fuit contra concilium.j.de conceſ.præb.nulla.Sed contrarium videtur.s.co.relatum.vbi tenet promiſſio vacaturæ præbendæ.Sol. hic nihil percipiebat,ſed ibi ſic: vt patet ex illo verbo : integritate præbendæ gaudere:& ex eo quod dicit,quorum communis eſt vſus : & hic hoc ſolum additur ꝙ percipiat ea,quæ de communi conferuntur,& ita non contradicit,ſed concordat:& hic vitium fuit expreſſum.

¶Glo.ſeq.ſignat contrarium,& dupliciter ſoluit.

b ¶*Illicito.*]Arg.contra.s.de conſti.cum M.ver.quatuor receperunt ad vacaturas,&c.ſolu. Papa illud reprobauit. vnde præcepit quòd eis prouideatur ex ſuperexcreſcentibus,&c.& ita concordat cum iſta . vel ibi recepti fuerunt ſimpliciter, vt ibi nota.

Additio. Vel non reprobatur receptio in ius canoniæ,ſed receptio ad vacaturas.

¶Glo.ſeq.arg.inſtruit,quęrit opi.ponit,& ſoluit.

c ¶*Approbantes.*]ar.ꝙ ſententia,ſiue donatio tenet pro parte,& pro parte non.ſic s.de arbi.cum tẽpore.1 2.q. 2.ſi quos. & 17.q.4.quæſti.ſunt. & 22.q.4.inter cætera. 1 & j.de teſta. Raynutius.& c. Raynaldus.Caueas tñ qualiter fiat electio:ſi dicatur eligimus te ad proximã vacaturam, nulla eſt electio. j.de conceſ.præb.c.nulla.& c.relatum.& c.ex tenore. Si vero dicatur:eligimus te in fratrem & ſocium, & promittimus tibi conferre beneficium cum primum vacauerit, tenet electio talis.s.eo.relatum.& j.de conceſ.præbẽ. cum ſuper.aſſignando eidem quotidianas diſtributiones,aliàs compellerentur ad hoc,vt dicitur hic in fin. & ille intelligitur electus ad quoddam ius de nouo creatum.j.eo. dilecto. & illud ius perit quàm cito aſſignatur beneficium vacans.non.n.diu poſſet manere tale ius ſine re corporali. 1.q. 3. ſi quis obiecerit. & talis canonia auget numerum canonicorum, ſed non præbẽdarum.Sed nunquid plures pñt taliter eligi;ſi duo pñt eligi, eadem rõne & plures,ſ.tres & quatuor.& quotcunque?Dicit Io.ꝙ ſecundum numerum præbendarum pñt plures, vel pauciores eligi.Sed certe non videtur ꝙ tot pñt eligi, quot ſunt ibi canonici,pp diutinã expectatiõe:ſed ſufficit ꝙ pauci eligant,ſaltẽ duo, vel tres;vel quinq;.s.de conſti. cũ M. Ferra.

d ¶*Defraudetur.*]Sic s.co.relatum.

e ¶*Cum ſe facultas.*]Hoc idem erat ei promiſſum in illa compoſitione:ſed archieps auctoritatem pſtare non potuit : imo illud ſolum caſſat ꝙ nihil percipere deberet: Lau. Itẽ ex eo quod dicit hic, patet ꝙ legatus non põt diſpenſare cõtra cõcilium. 2 j.de conceſ.præb.nulla.ſed ſolus Papa. Itẽ aliud eſt dicere,cum facultas ſe obtulerit, & aliud cũ beneficium vacauerit, vt hic patet. & j.de conceſ.præben. accedens.

1Regulariter.n. non vitiať vtile per inutile inf.de reg. iur. vtile.libro 6.

¶Gl.ſeq.recit.per obiectionem,& ſolutionem.

f ¶*Aſſignare.*]hoc idẽ poterat cõſequi ex illa cõpoſitione, vt videť: dicit Io.ꝙ non:qa tpe cõpoſitionis vacabant ibi bñficia,& volebant ipſum expectare proximam vacaturam. Item aliud addiť compoſitioni:ꝙ ipſe habeat quotidianas diſtributiones, ſiue victualia, q̃ de cõi conferunť:quę tñ pñtibus danť. s.de cle. non reſi.de cętero.& j.cod. licet.Perceptio.n.taliũ pbendarum nõ facit canonicum,quia ſola ſalarij perceptio nõ facit decurionẽ. ff. de decu. ſola. 3 & j.eo.dilecto.

2Concedẽdo ius in vacatura, poteſt tñ reſeruare. qđ dic vt inf.de iure pat.cum dilectus. de off. leg. c. 3. & 4.lib. 6. Io.And.

† Vide l. ſi cõuenerit. cum gl. ff. de pig.act. melius in l. nec non. §. 2.cũ gl. non prohibeat. ff. ex qui ca.maio.

¶Idem Epiſcopo Brixien.†

†Burdeg.

¶Non tenet electio cum ad vnam præbendã duo ſimpliciter eliguntur.

CAP. XX.

TVæ † fraternitatis deuotio:& infrà. ¶Cum ſępè contingat,ꝙ ad vnam præbendam duo clerici propter importunitatem [g] petentium eligantur.Nos attendẽtes,quòd ſi duo vnam præbendam tenerent, illud eſſet cõtra cõciliũ Turonen.[h] quod prębendarũ inhibet ſectionem [i]:&†ſi vnus

†Ca. 6.eo. tit.in 3. cõpilat.

T*Væ fraternitatis.*] Primò ponitur deciſa facti narratio,& cõſultatio. Secundò reſponſio:ibi,*Nos*.Abb. Casvs. Aliqñ contingit ꝙ ad vnam prębendã vacantem, duo eligunť pp importunitatem petentium:quæſitum fuit à Papa an talis electio de iure teneat.Papa conſiderans ꝙ ſi duo vnam præbendam tenerent eſſet contra concilium Turonen. quod præbendarum inhibet ſectionem:& ſi vnus illorum præbendam haberet,alter illorum ſub expectatione contra Lateranen. concilium remaneret: Reſpondet ꝙ talis electio de rigore iuris eſt caſſanda.No.ꝙ quæ per importunitatem fiunt, valere non debent.Item præbenda diuidi non debet. Item electiones contra iura factæ non valent,& ipſo iure nullæ ſunt.

3Aliàs. Herennius. & vide in c. dilecto.ſuper 3. glo. Io.And.

† Aliàs ita: quod ſi vnus ipſorum, &c.

g ¶*Importunitatem.*] electio facta ad importunum clamorem non valet.s.de elec.Oſius.61.diſtin.miramur.& per importunitatem non concedenda ſæpe concedimus, dicit imperator.C.de petitio.bon.ſub.l.1.lib.10.

h ¶*Concilium Turonen.*]s.eo.maioribus.& j.vt eccle.bene. vt noſtrum.& 1.q.3.c.ſi quis præbendas.

¶Glo.ſeq.duas obiectiones ſoluit.

i ¶*Sectionem.*] Sed cum vna parochia poſſit diuidi in duas. 16.q.1.præcipimus.& 10.q.3. c. vnio.de conſec.diſt.1.omnes.j.de ec.ædi.ad audientiam.quare vna præbenda non põt diuidi in duas? Rñdeo,duę parochiæ licitè fiunt ex vna,iuſta cã interueniente,ꝙ vtraque ſit parochia per ſe,& habeat propriam limitationem:ſed ꝙ duæ ſint ſub vna limitatione, nõ poteſt.16.q.1. plures. & eodem modo vna præbenda põt diuidi in duas,ita ꝙ ſint ibi perpetuo duo canonici,dummodo facultates illius præbendæ ſufficiant competẽter duobus. j. eo.c.vacante.ſicut vna domus põt diuidi, & de cætero erunt duæ domus:& vnus fundus ſi diuidatur,erunt duo fundi . ff. cõia prædiorum.l.ſi qs duas. §.1. ſed pbenda diuidi non dẽt, vt ſub noĩe vnius præbendæ cenſeať vterque quaſi dimidius canonicus,qa vnitas non recipit diuiſionẽ.24.q.1. c. loquiť. nulla.n.ſeruitus diuidiť,licet vſusfructus diuidať.ff.ad legem Falcid.l.1.§.ſi vſusfructus.& ff.de vſu & habita.vſus pars.Sed nonne hoc modo põt diuidi pbenda, ꝙ idem ius apud vtrũque remaneat: quia & iura incorporalia apud plures pñt inſolidum reſidere.j.de iu.pa.c.1.& ff.de ſerui.l.viæ.& ff.de bo. liber.l.libertus.in fi?In præbenda hoc eſſe non poteſt,vt dictum eſt j.eo.dilecto.licet. n.dicatur idem ius eſſe apud plures,reuera tamen quilibet ſpeciale, & ſeparatũ ius habet . ff. quemad.ſerui.amit.l.aquam.Et no.ꝙ ſicut de vna præbenda pñt duæ fieri, ſi facultates ſufficiant : ſic ex cauſa neceſſaria poſſunt & debent diminui præbendæ, 4 j.de verb.ſig.c.vlt.

4Ideſt,numerus pbẽdarum: ut ſic augeantur ſingulæ præbendæ. hoc intendit. Io.An.

a ¶*Lateranen.concilij.*]ĵ.de conceſ.præben.c.nulla.

b ¶*De rigore iuris.*] Innuit quòd de patientia poſſit tolerari,& confirmari, quaſi diſpenſando, quod ſatis poteſt concedi: quia talis diſpenſatio non eſt perpetua,ſed ad tempus: nec propriè dicitur facere contra concilium. Ad quid ergo diceret, de rigore iuris? aliàs ſimpliciter reſpondiſſet dicendo, quòd talis eſt caſſanda; & multæ tales electiones tolerantur,& ex cã poſſet iuris rigor relaxari. argumen. op. infrà eod. capitu.vacante. & cap. cum cauſam. vbi tenetur integrare præbendam tali modo collatam, neç mãdatur caſſari.

† ſub Alex. iij.c. 8.

† Aliàs ita ſuper quo t.1. reſpondemus.

N*Iſi eßent viri proui di.*] Primò recuſat ſuſpectam ordinationẽ, & ipſius duo mẽbra declarat. Secundò præmiſſis motiuis ſub certa moderatione illã approbat.ſecunda: ibi, *Quia igitur*. Abbas Siculus.

† Ca. 7.eo. tit.in 3.cõpil. Et vide qđ ꝑ hoc cap. dicit Bal. in §. ſi autẽ inter pares. de lege Corradi. in vſib. feudo.

C A S V S. Vacante quodam Prioratu duo fuerũt electi ad ipſum: cauſa commiſſa fuit ſuper his duabus electionibus, vt negotiũ poſſet facilius expediri, partes compromiſerũt ſuper iſtis duabus electionib. in iudices delegatos: retenta ſibi iuriſdictione delegata: iudices iſti ſiue arbitri, ꝓ bono pacis & concordiæ ordinauerũt quòd vnus electus prioratũ haberet, alter verò viginti libras perciperet annuatim de redditibus capituli, & xl. libras perciperet annuatim de prouentib. prioratus: & hæc ordinatio ab oĩbus recepta eſt & approbata: tandem petiuerunt illam ordinationem per ſedẽ Apoſtolicam confirmari: Super hoc ſcribit Papa dicens, ꝙ illam ordinationem haberet valde ſuſpectam propter malum exemplum, niſi tam illi qui eam fecerunt, quàm illi circa quos facta fuit, eſſent viri prouidi & honeſti: quod enim factum fuit per illos, vt vnus de duobus electis habeat prioratum, hoc factum fuit ſecundum iuſtitiam ex delegata iuriſdictione: quod de altero factum eſt, vt ipſe habeat viginti libras de redditibus capituli, & xl. de prouentibus prioratus percipiat annuatim, hoc ſecundum prouidentiam fuit ordinatum ex arbitraria poteſtate, cum in delegatos fuerit compromiſſum, qui retenta iuriſdictione delegata, pro bono pacis & concordiæ confeſſi ſunt ſe hoc feciſſe: quia ergo ordinatio iſta ab omnibus eſt recepta,& Prior & capitulum prouiſionem iſtam ſine grauamine poſſunt exhibere, quæ facta fuit non ex pactione partium, ſed ex iudicum prouiſione ꝓ bono pacis: Papa eam tolerat hoc modo, vt videlicet dignitas prioratus non remaneat onerata, ita quòd defuncto priore, ſucceſſor eius ad præſtationem quadraginta librarum nullatenus teneatur, ne circa prouentus prioratus aliqua ſectio fieri videatur. Nota, propter honeſtatem perſonæ præſumitur pro ipſo. Item aliquis poteſt vti ſimul delegata, & arbitraria poteſtate. Item pro bono pacis aliqua ſunt toleranda, quæ aliàs reprobarentur. Item quæ fiunt ex pactione partiũ circa ſpiritualia, illicita præſumuntur. Item prouiſio iſta fuit perſonalis, non enim tranſit ad ſucceſſorem.

† Aliàs, triginta.

† recipiat.

c ¶*Honeſti.*]ex qualitate perſonæ præſumitur licitũ, quod aliàs eſſet illicitum.arg.9.q.2.Lugduneñ.

illorum ipſam obtineret præbendam, ſub expectatione alius contra Lateraneñ. † concilij[a] ſtatuta remaneret. Inquiſitioni † tuæ taliter reſpondemus, quòd talis electio de rigore[b] iuris penitus eſt caſſanda.

¶Idem.

¶*Si duo electi ad aliquam dignitatem compromittant in iudices, poterit iudex alteram confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentibus prouiſionem facere. Iſta eſt pulcherrima diſpoſitio, & in toto corpore iuris non habes conſimilem.*

CAP. XXI.

NIſi † eſſent viri prouidi & honeſti[c], tam qui ordinationem fecerunt, quàm illi circa quos eſt facta ordinatio in eccleſia veſtra, ſuper negotio Prioratus, ordinationem illam valde ſuſpectam, propter exempli perniciem haberemus. ¶Quod ergo poſt concertationem diutinam ordinatum eſt circa vnum de duobus electis, vt ipſe habeat prioratum, hoc ex iuriſdictione delegata, ſecundum iuſtitiam videtur eſſe ſtatutum. quod autem ordinatum eſt circa reliquum, vt ipſe viginti † libras de redditibus capituli, & quadraginta de prouentibus Prioratus percipiat † annuatim: hoc ſecundum prouidentiam intelligitur eſſe præceptum ex arbitraria[d] poteſtate: cum in delegatos † fuerit compromiſſum, qui auctoritatem ſibi retinendo commiſſam, ſe pro bono pacis, & vtilitatis hoc ordinaſſe fatentur. ¶ Quia igitur hæc ordinatio ab omnibus eſt recepta, poſſuntque licitè Prior, & capitulum de prouentibus ſuis propter cauſas prædictas, non quidem ex pactione partium, ſed ex iuſſione[e] iudicum prouiſionem huiuſmodi exhibere: Nos eã hoc adhibito moderamine toleramus, vt ad præſtationem quadraginta librarum non dignitas Prioratus[f], ſed perſona Prioris maneat onerata: ne fortè circa prouentus[g] aliqua videatur facta ſectio Prioratus: ita quòd ipſo Priore defuncto, ſucceſſor ipſius ad præſtationem quadraginta librarum minimè teneatur.

¶Glo.ſeq.obijcit, & ſoluit. Secundò quærit. ar. affirmatiue, & contrarium ſoluit.

d ¶ *Ex arbitraria.*] Et ita poteſt aliquis ſimul vti arbitraria, & delegata poteſtate. ſic ſuprà de præſumptio. capitu. literas, ſed iſtud non videtur poſſe conſtare, quia ſi ratione delegatę poteſtatis adiudicauerunt alteri prioratum, ſecundum hoc ꝙ conſtabat eum canonicè electum, qualiter per arbitrium potuerunt ipſum condemnare ad ſoluendum alteri parti indebitum, cũ alij ſolui non poſſit quod eſt alij debitum. ſuprà de iureiurã. eamte. quia ſi prioratus fuit iſti debitus, conſtat quòd ſolutio pecuniæ eſt indebita. Poteſt dici quòd iſti non fuerunt arbitri, ſed arbitratores, id eſt compoſitores, quorum arbitrium ſi iniquum ſit, auctoritate ſuperioris retractatur. ſuprà de arbi.non ſine.vel reducitur ad arbitrium boni viri. ff. pro ſocio. ſi ſocietatem. Sed nunquid ratione talis arbitrij poſſent ipſi adiudicare alteri prioratum. Argumen. quòd ſic, ſuprà de tranſactio. capit. de cætero. ſed non eſt verum: quia talia ſpiritualia poſſideri non poſſunt, niſi ex iuſta inſtitutione canonica. 2.quæſtio.1. legum. ſic & in matrimonio non poteſt interuenire arbitrium. ſuprà de tranſactio. capitu. vltim. & ſuprà de in integrum reſtitutione, capitulo penultimo, in fine, & hic verſic. hoc ex iuriſdictione delegata. Bernard.

† In iudicẽ delegatum poteſt cõpromitti. Doct. in c. cum tẽpore. ſup. de arbit. Spec. tit. de arbi. §. 1. adde Lanfrancũ trac. de arbit.

† Vadeñ. † Vádeneñ.

† Vatien.

† Ca. 8.eo. tit.in 3.cõpilat.

¶Idem Valdeñ. † Epiſcopo, & Abbati Vatiañ. †

¶*Canonici priuilegiati à Papa ſuper certo numero, ſi ſponte receperunt aliquem ſupra numerum, contra impetrantes à Papa, exceptione numeri vti non poßunt.*

CAP. XXII.

PRo † illorum prouiſione: & infrà. ¶Burdegaleñ. archiepiſcopo mandauimus, vt

e ¶ *Ex iuſſione.*] ex pactione partium non liceret, nec illam tolleraſſet Papa: vt ſuprà de pactis cum pridem. ſed quia iudicis auctoritate factum fuit, & ad tempus ſuſtinetur. ſuprà de tranſact. de cætero. ſic enim excuſatur ab infamia, qui iuſſu iudicis paciſcitur de furto. ff. de his qui not. infam. l. furti. §. qui iuſſu. Et quòd Papa hic tolerauit huiuſmodi compoſitionem, hoc fecit propter cauſas prædictas, ſcilicet pro bono pacis & vtilitatis; quia placuit omnibus: & ſi Papa compoſitionem non toleraſſet, auctoritas iudicis non ſufficiebat: quia de iure hoc facere non poterat: vnde dicit Papa, Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, & ad tempus tantum, vt ſequitur. & occaſione huiuſmodi prouiſionis 1 aſſumunt quandoque alicui cauſam malefaciendi.

1 Aliàs cõpromiſſionis.

f ¶*Prioratus.*] niſi hoc eſſet appoſitum, confirmatio talis, ſiue tolerantia fuiſſet realis. arg. s̃. de tranſac. veniens. & ĵ. de inſti. cum veniſſent.

g ¶*Prouentus.*] quoniam ſicut ius diuidi non poteſt, ſic nec fructus: vt 1.q.3.c.vlt.& ĵ.vt eccle.bene.vt noſtrum.& 16.q.1.c. ſi monachus.

P*Ro illorum.*] In prima ponitur facti narratio. In ſecunda cauſæ commiſſio: ibi, *Quia*. Abbas.

C A S V S. Dominus Papa mandauit archiepiſcopo Burdegaleñ. vt in aliqua eccleſiarum ſuarum magiſtro P. competens beneficium faceret aſſignari, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo: recepto iſto mandato, mandauit decano, & capitulo Xantoñ. vt dictum magiſtrum reciperent in canonicum, & in fratrem: Canonici Xantoñ. ex ad-

magiſtro P. in aliqua eccleſiarum [a] ſuarum, vbi ei expedire cognoſceret: competens faceret beneficium aſſignari, contradictores [b] eccleſiaſtica diſtrictione compeſcens: qui decano & capitulo Xantonen. † auctoritate noſtra mandauit, vt ipſum admitterent in canonicum, & in fratrem. Cumque ijdem reluctaretur canonici, ac indulgentiam de quadragenario † canonicorũ numero ei opponerent: quia archiepiſcopus cognouit illos † in eluſionem [c] mandati noſtri indulgentia eis conceſſa irreuerenter abuti, prædictum magiſtrum [d] de prębenda, & canonica † Xantonen. † eccleſiæ inueſtiuit [e], contradictores vinculo excommunicationis aſtringens: & infrà. ¶ Quia verò quod per dictum archiepiſcopum, de memorato magiſtro auctoritate noſtra prouidè [f] factum eſt, firmitatem, volumus obtinere: Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit prædictos canonicos, indulgentiam, quam habent de certo canonicorum numero, non ſeruaſſe, & aliquem vltra conſtitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepiſſe [g]: cum nobis legem imponere non debeant, quam ipſi negligunt obſeruare, latam in ipſos excommunicationis ſententiam à prædicto archiepiſcopo, tamdiu denuncietis, ſublato appellationis obſtaculo, ſeruandam †, donec ſæpedictum magiſtrum recipiant in canonicum [h], & ea, quæ ad canonicatum [i] pertinent, cum ſtallo chori, & loco capituli, ei ſtudeant aſſignare.

ex aduerſo dicebant, ꝙ habebant certum numerum canonicorum, & ideo ipſum recipere non tenebantur: Archiep̃s intelligens ꝙ ipſi abuſi fuerant indulgentia de certo numero canonicorum, dictum magiſtrum de præbenda & canonica Xantoñ. eccleſiæ inueſtiuit, & contradictores excõicauit; & quia canonici non recipiebant eundem; iterum acceſſit ad Papam petens ſuper hoc ſibi prouideri: Scribit Papa quibuſdam dicens, quia quod de prædicto magiſtro per dictũ archiepiſcopum prouidè factum fuit, auctoritate ſua vult ratum habe- († Sãctonẽ.) ri: mandat quatenus ſi cõſtiterit prædictos canonicos indulgentiam de certo canonicorum numero non ſeruaſſe (†quadragesimo.), & auctoritate propria aliquem vltra conſtitutum numerum in canonicum recepiſſe († eos.): ſniam excõicationis, quã tulit archiep̃s in eoſdem, tandiu faciant obſeruari, donec dictum magiſtrum recipiant in canonicum & in fratrẽ († canonicatu, alias, canonia.), & ea quæ ad canonicatum pertinent († Sancton.), duxerint aſſignanda: cum legem dño Papæ imponere non poſſint, quã ipſi negligunt obſeruare. No. ꝙ ſi ſcribit Papa archiepõ vt det alicui in aliqua eccleſiarum ſuarum præbendam, poteſt dare p̃bendam in qualibet eccleſia ſui ſuffraganei. Item per hanc decretalem probatur, ꝙ ex vi hmõi mandati non poſſit executor mittere in poſſeſſionem corporalem: licet ſit arg. contra ex eo quod dicit, de Xantoñ. eccleſia præbenda inueſtiuit: ſed hoc ſoluitur in gloſſa quæ incipit, per talem. Item qui auctoritate ꝓpria venit contra indulgentiam, in hoc caſu amittit eam. Itẽ excõicati recipiunt aliquem in fratrem, & valet receptio. & ſic eſt arg. ꝙ excommunicati pñt eligere, ſed non eſt verum.

a ¶*Eccleſiarum ſuarum.*] Sub hoc termino comprehenduntur omnes eccleſiæ ipſius prouinciæ, etiã epiſcopales, 1 vt hic patet. & s̃. de vſu pal. c. 1. ſiue habeant ius conferendi, ſiue non: ſed in aliqua prælatura per hanc formam prouidere nõ poſſet. j̃. eo. c. vlt. & hoc in quibus ius habet, ſecus in alijs. ſecus ſi dixiſſet: in aliqua eccleſiarum tuæ prouinciæ, quia tũc non refert vtrum ius habeat, vel non ratione ordinariæ poteſtatis, cum auctoritas talis generalior ſit quam alia: tamen Papa in hoc non reprobat factum archiepiſcopi. Et ſic largè ſumitur quod dicit ſuarum.

1 De hoc vide Ioan. And. in ca. quãuis. eo. tit. lib. 6.

2 Hæc gloſſula nec eſt Bernardi, nec habetur in vetuſtis exẽplaribus.

b ¶*Contradictores.*] hac ſñia non cõprehenduntur niſi partes, & alij etiam qui de facto contradicunt, & non de iure.

c ¶*Eluſionem.*] Multę enim viæ ſunt hominibus ad malitiam, in Auth. de nup. §. minores. in fi. colla. 4.

d ¶*Prædictum magiſtrum.*] Innocentius 2 dicit, ꝙ in regiſtro ſic habetur poſt iſta verba: Cum conſenſu & voluntate tua, frater epiſcope, de præbenda, & canonicatu Xantoneñ. eccleſiæ. &c.

¶*Glo. ſeq. reci. per quæſtionem, an executor datus per hæc verba: facias prouideri, vel aſſignari, poſſit inueſtire. ponit opi. ꝙ poſſit, ſoluit contrarium, ad hanc decre. reſpondet, & remittit, allegat contrarium, & ſoluit.*

3 Innocentius diſtinguit hic inter formã, facias prouideri, & formam, facias aſſignari: quaſi prima forma contineat ꝙ faciat ius cõferri: ſecunda ꝙ ius cõferat, & faciat factum [alias beneficiũ de facto] aſſignari, ſed vide hic reliqua per Io. An.

e ¶*Inueſtiuit.*] Per talem inueſtituram non adipiſcitur quis poſſeſſionem, niſi corporaliter in poſſeſſionem mittatur. j̃. de do. per tuas. De tali inueſtitura habes s̃. de re iud. cũ olim. & j̃. de his quæ fi. à maio. par. cap. ex ore. & hoc probatur per hoc, ꝙ Papa mandat, ꝙ ſolummodo ſentẽtia lata in eos obſeruetur donec dictum magiſtrum recipiant in fratrem. Si enim in poſſeſſionem miſſus fuiſſet, Papa mandaſſet, vt in poſſeſſionem inductus defenderetur. Et ſic per hanc decre. non probatur, ꝙ per hanc formam: Mandamus, vt talem facias recipi in canonicum & in fratrem talis eccleſiæ, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, & c. vel facias competens beneficium aſſignari. 3 ꝙ poſſit mitti in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, nec inueſtiri, cum hoc ei non mandetur, cum certa forma ſecundum quã procedere debet, ſit præfixa. Quidam tamen dicunt per hanc decre. ꝙ p talem formã põt mittere in poſſeſſionem, ſiue inueſtire; quod ego nõ credo, prout no. j̃. de conceſ. præben. cum noſtris. Arg. contra. s̃. de exceptio. cum eccleſiaſticę. Non eſt contra: quia ille iam fuit per Papã inueſtitus, & in corporalem poſſeſſionem de mandato ipſius inductus, vt patet in integra. Et quod dixit hic, inueſtiuit, fecit vltra formam ſibi datam: qđ patet per reſpõſionem Papæ, quæ de inueſtitura nullam fecit mentionem, ſed de excõicatione, quam præcepit obſeruari quouſq; ipſum reciperent, & ideo dicit, prouidè.

f ¶*Prouidè.*] 4 Excuſauit eũ Papa, ſed re uera non bene ꝓceſſit inueſtiendo: ſed refert vtrum mandet: facias prouideri, vel facias beneficium aſſignari. In primo caſu delegatus non põt inueſtire: quia prouiſio non eſt ſibi demandata, ſed faciat prouideri. In ſecundo põt inueſtire, & faciet beneficium aſſignari: quia modo ſibi eſt prouiſio reſeruata, & illi ſic inueſtito fructus poſtea debebuntur. s̃. eo. dilectus. & c. relatũ. & hoc, quia forma reſcripti ſeruanda eſt. s̃. de reſcri. dilecta. cum ſimilib.

4 Hãc gloſſam non inuenio ĩ antiquis, nec credo eſſe Bernardi.

† obſeruandam.

¶*Glo. ſeq. ar. alle. duo iura, & remittit. alleg. 4. in contrarium quærit, & ſoluit.*

g ¶*Auctoritate propria recepiſſe.*] Et ita qui ſemel facit cõtra priuilegium ſuum, ſibi præiudicat in illo. s̃. de reſcri. conſtitutus. & s̃. de conſti. cum M. & c. cũ acceſſiſſent. vbi de hoc. arg. j̃. de priuil. accedentibus. & c. ſi de terra. §. 1. & C. de excu. tut. l. voluntariæ. Et hoc attende, ꝙ dicit, auctoritate ꝓpria; quia ſi hoc auctoritate Papæ feciſſent, nõ intelligerentur veniſſe contra priuilegium ſuum, etiam ſi eſſet iuramento firmatum: quia auctoritas Papæ ſemper intelligit̃ excepta. s̃. de iureiu. venientes. & s̃. de elec. ſignificaſti. Sed qđ ſi veniſſent cõtra indulgẽtiam auctoritate Cardinalis legati Apoſtolicæ ſedis, nunqđ excuſarent̃. Non credo: qa non poſſet illos cõpellere ad hoc vt cõtra indulgẽtiã Papæ aliquem reciperent.

¶*Glo. ſeq. no. quòd excommunicati canonicos recipere poſſunt. alle. duas rationes, & duo ſimilia: ponit lecturam contrariam, quam non approbat.*

h ¶*In canonicum.*] Et ita ea quę faciunt excõicati in eorum præiudicium, bene valent, & ita excõicati recipiunt aliquem in canonicum, & valet talis receptio: & ea quæ faciunt excõicati in eorum præiudicium bene valent. s̃. de excep. cum inter. cum ſuis ſi. ſicut excõicatur quis vt in cã procedat. ſup. de offi. ordi. ſignificauit. & quia iſti non debent abſolui niſi ſatiſfaciant, vt s̃. de offi. deleg. ex literis. ſed ſatisfacere nõ poſſunt niſi ipſum recipiant, nec per talem participationem erit excommunicatus; ſic excommunicati admittuntur ad iuramentum quandoque antequam abſoluantur. j̃. de ſent. excom. ex tenore. & s̃. de reſcrip. cap. capitulum ſanctæ crucis. Vel expone, donec dictum magiſtrum recipiant, id eſt, donec cautionem præſtent quòd iuri parebunt; & hoc, vbi habent cauſam defenſionis, ſed in hac decre. non habebant iuſtam cauſam defenſionis, imo falſam, vt litera dicit.

¶*Glo. ſeq. no. quòd fracto numero canonicorum, &c.*

i ¶*Ad canonicatum.*] Mandat hic Papa dari huic illa quæ pertinent ad canonicatum, & non prębendam, & ſic dabunt ei quotidianas diſtributiones quouſque vacabit præbenda, vel quouſque fructus fuerint augmentati. Et ſic patet hic ꝙ licet canonici aliquem recipiant vltra numerum, etiam ſua auctoritate, non augent numerum præbendarum, licet augeant numerum canonicorum. s̃. de conſti. cum M. habuiſti idem s̃. eo. dilectus. & j̃. eo. tit. dilecto.

¶Idem Biſuntino Archiepiſcopo.

¶*Nõ beneficiatus habens ſufficiens patrimonium, ad ſacros legitimè promouetur.*

CAP. XXIII.

TVis† queſtionibus reſpondemus, quòd clericos in minoribus ordinibus conſtitutos, de patrimonialibus[a] bonis habentes vnde poſſint congruè ſuſtentari[b], & ſi nõdum fuerint beneficium eccleſiaſticum aſſecuti, (Dummodo aliud canonicum non obſiſtat) ad ſuperiores poteris ordines promouere.

¶Idem Epiſcopo Zamoreñ.

¶*Abſenti poteſt conferri beneficiũ alio mediante: nec refert vtrum abſens inueſtiatur per perſonam mediam, vel perſona media inueſtiatur pro abſente. h.d. coniungendo vtrunque intellectum. Et eſt caſus notabilis, & quotidie practicatur.*

CAP. XXIIII.

ACcedens† ad Apoſtolicam ſedem; & infrà.

TVis queſtionibus.] Ponit dictum, cuius vnam determinationem interſerit: ibi, *Dummodo*. Abb. Sicu.

CASVS. Quidam clerici in minoribus conſtituti, nondũ fuerant beneficium eccleſiaſticum aſſecuti: habebant de bonis patrimonialibus vnde poterant commodè ſuſtentari: volebant promoueri ad ſacros ordines: Reſpõdet Papa conſultus, ꝙ bene poſſunt ad ſuperiores ordines promoueri, dum aliud canonicum non obſiſtat: & intelligitur ordinatus ad titulum ſui patrimonij. Not. quòd quis poteſt ordinari ad titulum ſui patrimonij.

†Ca. 9. eo. tit. in 3. cõpila. huius vero decretalis deciſionem hodie accipere debem⁹ iuxta ordinationem cõcilij Triden. ſeſſio. 21. de refor. c. 2.

¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

a ¶*De patrimonialibus.*] Habent ergo iſti patrimonium pro titulo. ſic. ſup. eod. c. epiſcopus ſi aliquem. nec debent ab epiſcopo beneficiũ petere, ex quo tali mõ intitulati ſunt: & iudicium ſibi manducant & bibunt, qui de ſuo habent, & alienum recipiunt. 16. q. 1. quoniam quicquid. & 12. q. 2. c. & ſi illi. & 1. q. 2. clericos. Sed quid ſi patrimonium iſtorũ periret chaſmate, vel alluuione, nunquid tenebitur iſtis prouidere? Dominicalis 1 q̃ſtio conſueuit eſſe, tamen ſatis videtur quòd epiſcopus debeat eis prouidere in beneficio eccleſiaſtico: quia cum iſti ad ſeculum redire non poſſint, redundaret in opprobrium ordinis clericalis. argumen. 93. diſtinct. diaconi. & argumen. s̃. de cle. coniug. Ioannes. & s̃. de renun. ad ſupplicationem.

† Latonié.

†Baton.

†Vide c. ſi tibi abſenti. eod. titu. lib. 6. & l. q mihi donatum. per Bar. ff. de dona.

1 Dominicalem qõnẽ vocat, quam olim iuris canonici doctores diebus Dominicis ſolebant tractare, extra curſum legendi ordinariũ: ſicut Sabbatinam qõnem appellant legiſtæ, quã in ſabbatis, cum ab ordinarijs lectionibus ceſſabat̃, ſuis diſcipulis explicabant.

¶*Glo. ſeq. ſoluit dubium. Secundò quærit. arg. pro & contra, ponit opinionem Vincen. contra quam alle. decre. tua. ponit opi. Tanc. & ſoluit. Tertiò quærit & ſoluit. Quartò quærit, ponit primò opi. Vin. ſecundò opi. Tanc. quam approbat.*

b ¶*Congruè ſuſtentari.*] Aliàs non debet ipſum promouere: quod ſi fecerit, tenetur ei ad ſupplementum. ſuprà eod. cap. 2. & cap. cum ſecundum Apoſtolum. Sed nunquid tenetur ſoluere decimas de tali patrimonio, ad quod eſt promotus, quaſi ad titulum? Argum. quòd non. 16. q. 1. ſimiliter, & inf. de deci. nouum genus. Argum. contra 16. q. 1. ſi quis laicus. Dixit Vinc. quòd tenetur ſoluere decimas. arg. illius cap. ſi quis laicus. Arg. contra quòd non debeat ſoluere, vt infra de ſimo. tua. T. dixit, quòd ſi ab alijs clericis recipit diuinum officium, & alia ſacramenta, debet eis ſoluere decimas, alioquin contra: quia de beneficio ſuo non tenetur ſoluere decimas. credo quòd propter clericatum iſtius licet ſit ordinatus ad patrimonium ſuum, eccleſia quæ primũ decimas percipiebat prædiales, iure ſuo non debeat defraudari: quia res ſemper remanet cum ſua cauſa, & ſine culpa ſua priuari non debet, nec eſt etiam iuſta cauſa quare priuari debeat. Item quæritur an iſte poſſit tranſire ad aliam eccleſiam ſine licentia epiſcopi? Dicas quòd non. 71. diſtinc. primatus. Sed nunquid poteſt 2 vendere patrimonium tale? Videtur quod non: quia inde viuere debet, & eccleſiaſticum onus ſuſtinere; quod confitetur Vincen. ſed Tanc. dixit quòd poteſt vendere: quia qui pretio fruitur, rem habere videtur. ff. de vſufruc. quia qui pretio. & poteſt illud donare, quia & beneficio eccleſiaſtico poſſet renunciare, quod credo verius.

2 Tene de hoc quod ſtatuit concilium Triden. ſupra proxime citatum, ne cum gloſſa fallaris.

ACcedens.] Abſens poteſt inueſtiri de beneficio alio mediante. Vel ſic poteſt ſummari. Poteſt quis inueſtiri de beneficio pro abſente. Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Inquiſitioni*. Abb. Sicu.

CASVS. Quærebatur hic, vtrum aliquis abſens de beneficio eccleſiæ poſſit inueſtiri: Reſpondet quòd aliquis nomine, ac vice abſentis de beneficio eccleſiæ poteſt inueſtiri: q͞a ille dicitur inueſtiri, cuius nomine alius inueſtitur. Nota quòd abſens poteſt per alium inueſtiri.

¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd clericus abſens per alium, vel alius[c] magis pro ipſo, poterit de beneficio eccleſiaſtico inueſtiri.

¶Idem Treceñ. Epiſcopo.

¶*Si ad vnum canonicatum, & ad præbendam duo ſunt recepti ſimpliciter, receptio non tenet etiam interueniente Apoſtolica auctoritate. hoc dicit, & eſt notabile capitulum: quare tene ſemper menti, & nota ipſum.*

CAP. XXV.

DIlecto† filio P. ſanctæ Pudentianæ † presbytero Cardinali, Cellerario Treceñ. & R. procuratori tuo, auditore conceſſo, idem Cellerarius propoſuit coram eo, quòd cum in manibus Remeñ. archiepiſcopi tunc Apoſtolicæ ſedis legati, intendentis prouidere G. nepoti ſuo in Treceñ. eccleſia prębẽ-

†Ca. 1. eo. tit. in 4. cõpilat.

† Pudẽtianæ nomen hic ẽt reſtituimus, cũ Prudentianæ legatur in omnib. cõtra hiſtoriæ veritatẽ, de quo vide notas ad c. 35. ſupra de electio.

¶*Gl. iſta quærit, & tripliciter ſoluit. ſecundò obijcit, & ſoluit.*

c ¶*Vel alius.*] Sicut vnus nomine alterius poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſ. quicquid. vterque enim poſſidet. ff. eodem tit quod meo. & ſuprà vt lit. non conteſt. quoniam. §. in alijs. &. ſup. de reſtitu. ſpolia. cum veniſſent. & ſup. de præſcrip. ſi diligenti. ita & vterque põt dici inueſtiri. Sed q̃ fuit dubitatio? Forte iſte epiſcopus dubitabat, an carnale matrimonium inter abſentes contrahatur, & ideo dubitauit an & ſpirituale. Prima quæſtio expeditur 32. q. 2. honoratur. & inf. de conuer. coniu. ex parte. & ff. de ri. nupt. denique. Secunda dubitatio hic explicatur, vtrum clericus abſens poſſit inueſtiri per alium. vel dubitatio fuit illa, an inueſtiretur quis pro abſente & ignorante; & certè bene, & acquirit ei poſſeſſionẽ: & cũ iſte ſciuerit, habebit cãm vſucapiendi. C. de acqu. poſſ. l. 1. Vincen. Vel iõ dubitauit: q͞a ſicut hæreditas tp̃alis ꝑ procuratorẽ acquiri nõ põt. ff. de acqu. hęr. per ꝓcuratorẽ. 3 ita videbatur ꝙ hæreditas ſpiritualis acq̃ri nõ poſſet; ſed nõ videt̃ ꝙ dñium ſit q̃ſitum ꝑ traditionẽ abſenti. ff. de acqui. re. dom. res ex mandato. Item nec poſſeſſio videtur acquiri per inueſtituram. inf. de his quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. & inf. de do. per tuas. Dicas quòd ſi vel dans, vel accipiens intendit acquirere dominium abſenti, tunc eſt ei quæſitũ: & ſic loquitur. ff. de acq. re. do. ſi procurator. ff. de do. qui mihi donatum. Sed ſi neuter hoc intendit, non ſtatim acquiritur dñium. & ſic loquitur. ff. de acqui. re. do. res. dominium tamen, vel poſſeſſio non acquiritur per geſtorem negotij. ff. de neg. geſt. ſi ego. Io.

3 Dicunt legiſtę quod tp̃alis hęreditas non poteſt per procuratorem acquiri pro eo ꝙ acquiritur & adit̃ ſolo animo, ex quo verò dedi ꝓcuratorem ad adeundum iã apparet animus aditionis: & iõ impoſſibile eſt illam adiri: ſed illud verum de hæreditate iã delata: et quã ſcio delatam, in deferenda locum habeat quod ſtatim dicam. Ioan. And.

DIlecto.] Diuiditur in quatuor partes. Primò ponitur factum, & allegatio pro Cellerario. Secundò allegatio cõtra eum: ibi, *Procurator*. Tertiò diffinitio: ibi, *Vnde*. Quartò proteſtatio: ibi, *Ita quòd*. Abb.

CASVS. Archiepiſcopus Remeñ. dum in Francia legationis officio fungeretur, intendebat prouidere cuidam nepoti ſuo G. nomine in Treceñ. eccleſia: Cellerarius Treceñ. vt gratiam legati ſibi acquireret, in manibus legati renunciauit præbendam, quam in Treceñ. eccleſia obtinebat: dictus legatus nepotem ſuum, & dictum Cellerarium inſtituit in canonicos Treceñ. & Archiepiſcopus & capitulum communiter aſſignauerunt vtrique ſtallum in choro, & locum in capitulo, vt fructus illius præbendæ diuiderent inter ſe, donec idẽ G. integraliter eſſet beneficium aſſecutus: & procurator generalis epiſcopi tunc abſentis iſta omnia comprobauit, & dictus Cellerarius lectionem, & Euangelium legit in ſua ſeptimana, & alia fecit quæ alij canonici conſueuerunt; defuncto epiſcopo, tempore cuius hæc facta fuerunt, alter ſucceſſit: & dum accederet ad ecleſiam conſecratus, dictum Cellerarium recepit ad oſculum pacis, & tunc non recipiuntur ad oſculũ niſi canonici: & per biennium ſine quæſtione ſic permanſit: Poſtmodum epiſcopus excitatus à ſomno, cœpit mouere quæſtionem contra ipſum Cellerarium ſuper præbenda prædicta, & ſic quæſtio inter epiſcopum & Cellerarium ad ſedẽ Apoſtolicam eſt delata: datus fuit quidã Cardinalis vtrique parti auditor, coram quo Cellerarius propoſuit omnia ſupradicta: petens dictum epiſcopum à ſua moleſtatione compeſci: ꝓcurator epiſcopi propoſuit ex aduerſo, quòd ad vnicum beneficium quod vacabat in eccleſia Treceñ. nõ licuit ipſi legato duos inſtituere, allegando ad hoc concilium Turoñ. quod prębendarum inhibet ſectionem, & concilium Lateraneñ. quod præbendarum prohibet expectationem. Præterea in eccleſia vbi non eſt certus numerus præbendarum, nulla

dam,quam ibi obtinebat,liberaliter reſignauit [a] †: dictus legatus præfatum G. & eundem Cellerarium in canonicos Trecẽ. inſtituit, & ambobus capitulum Trecẽ.ſtallum in choro, & locum in capitulo, & idem archiepiſcopus ſupradictæ præbendæ fructus diuidendos communiter aſſignarunt, donec idem G. integrum eſſet præbendale ſtipendium† aſſecutus: & infrà. Quorum receptionẽ procurator generalis [b] prædeceſſoris tui,in partibus Conſtantinopolitanis tunc agentis, poſtmodum approbauit. ¶Dictus quoque Cellerarius lectionem, & Euangelium in hebdomada ſua legiſſe digno ſcitur:& tam decani quàm epiſcopi electioni, & aliorum negotiorum tractatibus, ſicut canonicus Trecẽ. interfuit: & domum quandam per capitulum memoratum obtinuit, quæ non niſi canonico conſueuerat aſſignari: tuque † cũ ad eandem acceſſiſſes eccleſiam conſecratus, eum cum canonicis alijs ad oſculum recepiſti [c]: cum tunc nõ niſi canonici ad oſculum admittãtur: & eidem ſuper prædictis non mouiſti per bienniũ quęſtionem: propter quod petijt vt te ab ipſius ſuper hoc moleſtatione [d] indebita, compeſcere dignaremur: & infrà. ¶ Procurator tuus propoſuit ex aduerſo, quòd ad vnicum ius ſpirituale, quod vacabat ibidem,inſimul duos canonicos inſtituere prædicto legato non licuit:nam ſi duo vnicam præbendam haberent, id eſſet contra Turoñ. concilium [e], quod præbendarum inhibet ſectionem. Si verò duobus receptis vni tantum præbenda daretur, ſub expectatione alius contra Lateranẽ.†concilium [f] remaneret. ¶Præterea licet in eccleſia,in qua non eſt certus numerus præbendarum,nulla etiam vacante in canonicum quis poſſit aſſumi,cum intelligatur ad quoddam ius eligi, quod ex electorum aſſenſu de nouo creatur †, & cum electo in canonicum naſcitur, & deſinit cum defuncto: in eccleſia tamen, quæ determinatum habet numerum præbendarum, vno indiuiduo iure vacante, duo ſimul eligi non poſſunt ad illud: eo quòd huiuſmodi ſpirituale ius, diuidi [g], ſeu communicari nequeat inter eos:quamquam interdum hi, ad quos ſpectat electio, de communi aſſenſu augmentare [h] valeant numerum præbendarum, quoddam ius ſpirituale de nouo creando: niſi fortè ſtatutum aliquod obuiaret, quòd eſſet iuramento firmatum: vel cui ſedis Apoſtolicæ confirmatio acceſſiſſet,huiuſmodi clauſula [i] prohibitionis adiecta, vt ſi quicquam contra id fieret, non valeret: propter quod inſtitutionem præfatam nullã fuiſſe dictus aſſeruit procurator: cũ in Trecẽ. eccleſia certus ſit prębẽdarum numerus, quem capitulũ,vel legatus augmentare [k] † minimè intendebat, vel ius aliquod de nouo creare. ¶ Vnde dictum Cellerarium ad reſtitutionem eorum,quæ ratione prædictę inſtitutionis tenebat,ſententialiter duximus condemnandũ: ei ſuper præbenda ipſa, vel eius parte ſilentium imponẽtes: Ita quòd per hoc prædicto G. nullum præiudicium generetur: cum res inter alios acta, regulariter alijs non obſiſtat. [l]

† reſignaret.
† beneficiũ
† tu quoq;
† Lateran. ſub Alexã. iij.c.8.
† crearetur
† Aliàs non intẽdebat.

nulla etiam præbenda vacante, poteſt aliquis in canonicum aſſumi: quia intelligitur eligi ad quoddam ius quod de nouo creatur, & cum electo naſcitur: ſed vbi eſt certus numerus præbendarum, duo ad vnam præbendam eligi non poſſunt:cum illud ius ſpirituale diuidi nõ poſſit: propter quod dictus procurator aſſerebat inſtitutionẽ præfatam non valere,cum in Trecẽ. eccleſia certus ſit numerus prebẽdarum, quem capitulum, vel legatus augmentare non intendebant,vel ius aliqđ creare de nouo:His & alijs auditis Papa dictũ Cellerarium cõdemnauit ad reſtitutionem eorũ, quæ tenebat ratione prædictæ inſtitutionis, imponendo ſilentium eidem ſuper dicta præbenda,vel parte ipſius: ita tamen quòd p hoc prædicto G.nepoti legati nullum præiudicium generetur: quia res inter alios acta, alijs obeſſe non debet. No. quòd legatus non poteſt inſtituere duos ad vnam præbendam contra concilium Turoñ.Item beneficij ſpiritualis perceptio non dat ius, ſed ſola canonica inſtitutio. Itẽ res inter alios acta, alijs obeſſe non debet.

a ¶*Reſignauit.*] purè ſine aliqua conditione & modo, aliàs ſimoniacus fuiſſet.1.quæſt.2.quàm pio.& ſup. de pact. pactiones.

¶*Gl.ſeq.obijcit, & ſoluit.*

b ¶*Generalis.*] vnde videbatur quòd contra factum procuratoris venire non debebat.argum.ſup.de offi. deleg. cum olim. quia factum procuratoris, qui generalem habet adminiſtrationem,domino præiudicat.ff. de iureiuran. iuſiurandũ. §.vlti.ff.de pact.nam & nocere. ſed tamen ſecus eſt, quia generali mandato non videtur delegaſſe, niſi id quod legitimè 1 fieri poteſt.ff.de condi.indebi. ſi procurator. & ff. de his quæ fi. in frau. credi. ſi pater. vel ꝙ fraudulẽter aliquid faciat. ff.mand.creditor.§.Lucius. vnde cum talis inſtitutio contra ius eſſet,non tenebatur epiſcopus illam ratam habere.ſ.eod. tit.tuæ.& cap.maioribus.

1 Et præpoſito pecunijs non vĩ eſſe mãdatum vt ſoluat niſi q̃bus debet ff.de ſolut. ſi is cui. ſecundũ Abba. Io.An.

2 Adde ad hoc bonã gl. quę dat etiã meliorem rõnem in ſi. in l.1. C. vbi de cri. agi opo.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& ſoluit.*

c ¶*Recepiſti.*]Per hoc videbatur conſentire inſtitutioni ipſius. 2 ſi.63.diſt.Hadrianus. & j̃. de his quæ fi. à maio.par. cap.ex ore.& j̃.de priuile. cum olim.arg.C.ad Velleia.Auth. ſiue à me.& j̃.de ſpon.ad id quod. Item quia in præſentia ſua geſſit ſe tanquam canonicum : vnde quia ipſum non remouit,ſtatim videtur ipſum approbaſſe.arg. ſup.de offic.delega. coram.C.de acqui.poſ.l.1.C.de pa. po.ſi filium.20.q.1.quem progenitores.talis patientia 3 non facit canonicum, ſed tantum canonica electio.ff.de decur.Herennius.& j̃.de inſti. ex frequentibus.& C.de lib.cau. non id circo.Ber.

3 Nec etiã expreſſus conſenſus, ſecundum Inno.no.ſi. quod .dicã de con. pben.c.1.ſu per glo. 1. Io.And.

d ¶*Moleſtatione.*]Et ſic agebat i interdicto, Vti poſſidetis.

e ¶*Turonen.concilium..*]ſ.eo.maioribus.Ber.

f ¶*Lateranen.concilium.*]j̃.de conceſ.præb. nulla.

g ¶*Diuidi.*] quia vnitas nõ recipit diuiſionem.24.q.1.loquitur. De hoc dictum eſt ſuprà eo. tuæ fraternitatis.ſimile ſup.eo.c. inter cætera.

h ¶*Augmentare.*] ſuprà de conſtit. cum M.

¶*Glo.ſeq.reci.per quæſtionem.*

i ¶*Huiuſmodi clauſula.*] imo & ſi clauſula illa non eſſet adiecta, tamen ſine eius auctoritate non videt quòd poſſit contrauenire, ex quo confirmatio Papę acceſſit. ſup. de confir. c.1.& 2. Nam vbi princeps confirmat, idem eſt ac ſi ferat ſententiã. C.de vete.iur.enu. l. 1. §.ſed neque.ver.omnia noſtra facimus &c. Verius eſt, quòd non obſtat eis talis confirmatio,cum eorum fauore facta ſit, quin poſſint contrauenire, ſi volũt. ſup.de conſti. cum M. & cap. cũ acceſſiſſent. niſi clauſula huiuſmodi ſit appoſita: decernatis irritum, & inane. Ioan.

k ¶*Augmentare.*]hęc fuit ſufficiens rõ, quia intendebat idem ius,& eandem præbendã conferre pluribus, quare non valuit.ſup.eo.tuæ. ſed ſi intendiſſet vtrũque eligere in canonicum,talis electio bene valuiſſet.ſup.eod.dilectus.& cap.relatum.qa ad duo iura intelligũtur eos elegiſſe, ita tamen quòd facultates ſufficerent duobus. j̃. c.proxi.

¶*Glo. ſeq. remittit,ſecundò obijcit,& ſoluit, tertiò quęrit.ar.pro,& contra ſolu.quartò ſoluit quæſtionem.*

l ¶*Non obſiſtat.*]Hãc regulam, & eius expoſitionem habes. ſup. de re iudic.c.penu. ſed videtur quòd cauſę iſtorum ita ſunt cõiunctæ, quòd ſententia lata cõtra vnum obſtet alij. ſic 3.q.6.hæc quippe.& 81.diſtin.tantis Daniel.ſim.j̃.de accuſ.ad petitionem. & 58. diſtinc. ordinatos. ſed ſecus eſt hic: quia agendo contra vnum, non agitur de iure alterius: ſed in præmiſſis caſibus agitur de vtroque. ſic inf.de adulte.ſignificaſti.ff.de adulte. denunciaſſe. 4 ſed quid ſi poſtea agitur contra ſecundum,& ille ſecundus obtinet,nunquid prodeſt alij,vt per hoc retractetur ſententia lata? Videtur quòd ſic, quia ſententia lata pro vno ex ſocijs, prodeſt alijs:vt 2.quæſt.6.c.ei qui.§.diffinitiua. ver.quandoque.& ſup.de appel.c.pen.& ff.ſi ſer.vendi.loci.§.2. Sed non eſt ita,quia illa intelliguntur cum ſententia proceſſit contra omnes in communi cauſa. lex illa, loci.§. 2. loquitur de ſerui-

4 Vide de ſimo. dilectus. 2. ſup 3 gl. Ioan. And.

ſeruitute, quæ communis eſt, & indiuidua: & pro parte quis agere non poteſt. Per decre. iſtam bene videtur ſolui illa quæſtio, qua quæritur, duo fratres ex eodem patre & matre eadẽ contraxerunt matrimonium cum duabus ſororibus ex eodẽ patre & matre eadem: fuit lata ſententia contra matrimoniũ inter vnum virum, & eius vxorẽ propter cõſanguinitatem: Quæritur vtrum ſentẽtia, iſta præiudicet alteri fratri, & eius vxori, qui non fuerunt in lite. Dicas quòd non ſit eis præiudicium.

¶ Idem.

¶ *De vna prebenda vacante poßunt fieri duæ, ſi eius ſuppetant facultates, aliàs diuidens integrare tenetur.*

CAP. XXVI.

VAcante † quadam præbenda in eccleſia tua, duas ex ea conſtituens, ad illas de conſenſu † capituli tui duos canonicos aſſumpſiſti: quorum altero viam vniuerſæ carnis ingreſſo, prebẽdam, quã defunctus habuerat, quidam clericus nomine Hyppolytus, fuit auctoritate ſedis Apoſtolicæ aſſecutus. Verum cum idem Hyppolytus te ſuper integritate præbendę, per quaſdam noſtras literas inquietet, & alius idem ius aduerſus te ſe habere proponat, quid facere debeas requiſiſti. ¶ Super quo ſic duximus reſpondendum, quòd cum Turoneñ. ſtatuta [a] concilij ſectionem inhibeant præbendarũ, teneris vtrique de his, quæ vacare contigerit †, integrare [b] præbendam: niſi rationabili

†Ca. 3. eo. tit. in 4. cõpila. Et de materia, an ex cã rationabili de vna præbenda poſſint fieri duæ, vide Doc. ſupra hoc ti. c. auaritiæ.

† aſſenſu.

† contigerint.

V*Acante.*] Duę ſũt partes. Secunda: ibi, *Super quo.* Abbas Sicu.

CASVS. Vacante quadam præbenda in quadam eccleſia cathedrali, epiſcopus ex illa p̃benda cõſtituit duas, & ibi inſtituit duos canonicos, altero illorũ defuncto quidam clericus nomine Hyppolytus prębendam illius defuncti auctoritate Apoſtolica fuit adeptus: iſte Hyppol. impetrauit literas à domino Papa contra epiſcopum, vt integraret illi præbendam illam: & alius dicebat ſe habere idem ius contra ipſum epiſcopum: quæſiuit epiſcopus, quid facere deberet? Reſpõdet Papa, quòd cum Turoñ. cõcilij ſtatuta diuiſionem præbendarum inhibeant, epiſcopus tenetur illas præbendas redintegrare de vacaturis, niſi ex certa & rationabili cauſa de prædicta præbenda conſtituerit duas, & tot ſint prouentus vtriuſque, ꝙ poſſint competenter vtrique ſufficere. Nota, quòd vna præbenda poteſt diuidi in duas, dumtamen vtrique ſufficiant illius prouentus, aliàs non poteſt: & ſi diuiſa fuerit, redintegrari debet.

a ¶ *Turonen. ſtatuta concilij.*] ſ. eo. maioribus.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & tripliciter ſoluit.*

b ¶ *Integrare.*] ſed quare tenetur integrare, cum talis electio nulla fuerit. ſup. eod. cap. proximo? Reſpondeo, iſti duo ſimpliciter fuerunt electi in canonicos, vnde tenuit electio. ſup. eod. relatum. & c. dilectus. Ioan. dicit 1 quòd licet non valuerit talis electio, epiſcopus tamen tenetur integrare præbendam, cum ipſe non poſſit reuocare quod fecerit. argum. j. de dona. inter dilectos. & j. de conceſ. præben. cum ſuper. & ſup. de cleri coniuga. diuerſis fallacijs. Vel alia ratio poteſt reddi. Iſti electi fuerunt ad duo iura de nouo creata, & non ad vnicum, & non intendebat epiſcopus facere contra concilium, cum duas conſtitueret 2 præbendas ex vna, credens ſufficere facultates ad duos: vnde ſi reperiatur quòd nõ ſufficiat duobus, tenetur integrare de vacantibus. infrà eodem cum cauſam. & ſic videtur quòd epiſcopus poſſit tolerare ſi aliquando aliqui eliguntur ad vnum beneficium, vt dicitur ſup. eod. tuæ.

c ¶ *Conſtitutæ.*] hic ergo patet, quòd de vna præbenda poſſunt fieri duæ. 3 & ſecundum hoc erunt duo noua iura: ſicut vna parochia poteſt diuidi in duas. 16. quæſtio. 1. præcipimus. & inf. de eccle. ædi. ad audientiam 1. De hoc dictum eſt ſup. eod. tuæ.

ij D*ilectus filius.*] Si Papa mandat ei ad quem ſpectat vt beneficium conferat vni, collatio per eum alteri facta tenet, ipſe tamen ex transgreſſione punitur, vt hic dicitur. Prima pars querelam deciſam continet. Secunda iudices præbet: ibi, *Fraternitati.* Abb. Sicu.

CASVS. Quidam clericus G. nomine obtinuit literas à domino Papa ad capitulum Nouarieñ. per quas mãdabatur eidem, vt dictum G. reciperent in canonicum, & in fratrem,

1 Alternatiue. quia & eius fuit ſolutio. ſupra proxime. Io. And.

2 Quod potuit. inf. de exceſ. pla. ſicut vnire. ſecundum Inn. quod eſt verum ex cã, ſecũdum Hoſt. vt dixi. Io. And.

3 Hic vides poſſe epos ex cã diuidere p̃bendas: p̃nt ẽt & beneficia diuerſa vnire, vt patet in concilio Trid. ſeſſio. 21. de refor. c. 5. & ſeſſio. 24. de refor. ca. 13. quod videto.

& prębendam (ſi qua vacaret) conferrent eidem: capitulum mandatum Apoſtolicum noluit adimplere, imò præbẽdam vacantem, quam dominus Papa prædicto G. conferri mandauit, alijs aſſignauerunt: vnde idem G. petijt à domino Papa, vt quod de ipſo mandauerat, faceret adimpleri: Ex parte capituli allegabatur, ꝙ præbenda non vacabat ibidem: Papa his auditis, mandat, quatenus, ſi conſtiterit quòd in Nouarieñ. eccleſia, prę benda vacaret eo tempore, quo Nouarieñ. canonici literas receperunt, dictum clericũ faciant recipi in canonicum & in fratrem, cũ præbendã illam in deriſionem mãdati Apoſtolici duxerint cõferẽdam: & de prouẽtibus illius eccleſiæ aliquos redditus annuatim faciant aſſignari eidem, donec præbendale beneficium fuerit aſſecutus. Nota, quòd licet Papa mandet, vt alicui conferatur præbenda, & canonici eã alij conferunt tenet collatio: ſed ipſi compellendi ſunt vt illum poſtea recipiant: & quod dicit in fine de redditibus prouideatur, &c. credo appoſitum fuiſſe in pœnam capituli, qa mandatum Apoſtolicum contempſit, quia illud non 4 erat in antiqua.

¶ *Gloſſa ſequens reci.*

cauſa de vacante ſupradicta præbenda duæ fuerint conſtitutæ [c]: ac tot ſint vtriuſque prouentus, quòd per vtranque ſit vtrique prouiſum in beneficio competenti.

¶ Idem Vercelleñ. Epiſcopo.

¶ *Si Papa mandat capitulo, vt aliquem in canonicum recipiant, et prębendam ſi qua vacat conferant: ſi de mandato ſcientes alij conferunt, coguntur primum recipere, & de redditibus eccleſiæ loco beneficij prouidere donec prębendam habeat.*

CAP. XXVII.

ij DIlectus † filius G. clericus nobis expoſuit † conquerendo, quòd cum pro eo ad Nouarieñ. capitulum mandatum Apoſtolicum miſſemus, vt eum in canonicũ reciperent, & in fratrem, præbendã (ſi qua tunc vacabat †) conferentes eidem: & infrà. ¶ Fraternitati tuę mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quod in Nouarieñ. eccleſia præbenda vacaret [d] tempore, quo eiuſdem eccleſię canonici noſtras literas receperũt [e]:

†Ca. 4. tit. de conceſſio. præbẽ. in 4. cõpil.

† propoſuit

† vacaret.

per q. an vnum ſit mandatum, &c.

d ¶ *Vacaret.*] ergo videtur à contrario ſenſu, quòd ſi tunc nulla vacabat, non tenerentur ratione illius mandati eũ recipere, & ſic videtur tantum vnum mandatum. ſed videtur ꝙ duo, quia mandauit eum recipi in fratrem: quod vnum mandatum eſt; & præbendam conferri: & vnum eſt conſecutiuum alterius: vnde ſtatim tenebantur illum recipere, & poſtea beneficium conferre, vel ſtatim, vel quàm cito poſſent.

¶ *Glo. ſeq. primò arg. tempus receptionis inſpiciendum. Secundò de tempore datæ. Tertiò de vtroque. Quartò arg. ad quęſtionem, quam ſol. vlt. ſol. contraria.*

e ¶ *Receperunt.*] hic conſideratur tempus 5 receptionis literarum, & non datæ. ſic ſup. de foro competen. licet. ſuprà de reſcript. capitulum ſanctæ crucis. Sic in literis impetratis contra vſurarios. inf. de vſur. quia fruſtra. ſic quandoque conſideratur tempus oblati libelli, licet tunc non rectè agatur: ſi tamen poſtea incipit ius competere, perfici poteſt iudicium. ff. de pigno. actio. ſi rem. §. vlti. & ff. de rei vendic. ſinautem. §. 1. arg. contra. quia tempus datæ eſt conſiderandum. ſ. de reſcript. eam te. & cap. conſtitutus. Item argu. contra. ff. ad exhi. l. tigni. §. vlti. Item argu. quòd ſi iudex tempore impetrati reſcripti ſit excommunicatus, & tempore receptionis abſolutus. quòd valeant literæ: arg. ſup. de appel. ſuper eo. arg. ſup. de reſcrip. paſtoralis. ad fin. & ff. de iudi. cum furioſus. & ſup. de æta. & quali. præterea. ff. de acquiren. hæred. mutum. Io. quod non credo. imo literæ non valent, cum ab initio nullæ fuiſſent: vnde poſtea per abſolutionem conualeſcere non poſſunt. Quare ergo potius hic conſideratur tempus receptionis, & in illa, eam te. & cap. conſtitutus. tempus datæ? Hic cõſideratur tempus receptionis, & non datæ, quia quam cito vacat beneficium, pertinet collatio ad capitulum ſeu epiſcopum, cum ſtatim poſſint beneficium conferre quouſque interdicatur eis, vel mandatum recipiant ſuper hoc: vnde ſi vacat tempore, quo literæ dabantur, non præiudicat capitulo quouſque ad ipſos mandatũm perueniat: quia non tenentur diuinare. inf. vt eccle. bene. vt noſtrum. vnde collatio medio tempore facta legitima eſt; ſed mandato recepto tunc primò præiudicatur eis, vnde poſtea nõ debent contrarium facere: quod

4 Imo in antiqua cõpilatione idem continebat his verbis: & eidem de redditib', ipſius eccleſiæ ſingulis annis cõpetẽtes aſſignari prouentus, &c.

5 De materia huius gloſſe vide Federicum conſi. 290. & Felin. in c. eã te de reſcri. vbi pleniſſime. Bald. in c. cõſtitutus ſup. de reſcrip.

quod ſi fecerint, procederetur contra eos prout dicitur hic, niſi diceretur in mandato, quòd ſi ſecus feceritis, illud decernimus irritum & inane. ſup. eod. inter cætera. & cap. dilecto. ſed in decret. eam te. conſideratur tempus datæ, quia tempore datæ, & tempore receptionis vacauit præbenda, & q̃a mandatum fuit capitulo de conferenda præbenda: & capitulum non poterat conferre, quia non pertinebat ad ipſum, ſed ad epiſcopum, & archidiaconus fuit poſtea electus: & ſic mandatum ſequitur ibi illum, qui potuit conferre: & ſatis mandabatur illi, quando mandabatur capitulo, cum ipſe tempore datæ eſſet de capitulo: vnde ipſe epiſcopus non poterat ſe excuſare, ꝙ non recepiſſet mandatum. In illa, conſtitutus. dicas ꝙ cum aliquis impetrat literas ſuper beneficio: tunc ſi numerus ſtatutus iuramento eſt firmatus in eccleſia contra quam impetrat, illud debet tunc dicere, aliàs non valerent literæ. Sed ſi tunc nullus eſſet ſtatutus numerus, de eo quod non eſt, mẽtio fieri non poteſt: vnde ſi poſtea medio tempore ſtatuatur, non prẹiudicat impetranti.

cum eam alij in eluſionem mandati noſtri duxerint conferendam[a], eundem clericũ, ſi non habet † ſufficiens[b] beneficium eccleſiaſticum, in canonicum recipi[c] facias: & ſibi de redditibus eccleſiæ ſingulis annis aſſignari[d] prouentus, donec ei ſit in beneficio præbendali prouiſum.

† habeat.

¶ Idem in concilio generali.†

† Conciliũ gn̄ale Lateran. ſub Inno. iij. cap. 29. & c. 4. eo. tit. in 4. compil.

¶ Habens perſonatum, vel beneficium curatum, ſi ſecundo tale receperit, vacat primum: quod ſi retinere contenderit, etiam ſecundo priuabitur. hoc primo. Et is ad quem ſpectat beneficij curati collatio, licitè confert ſtatim cum inſtitutus aliud recepit: & ſi infra ſex menſes non conferat, deuoluitur ad alium collatio, & alter punitur. hoc ſecundò. Cum ſublimibus verò & literatis perſonis circa pluralitatẽ beneficiorum incompatibilium ſolus Papa diſpenſat. hoc tertiò. hoc dicit iſtud capitulum vtile, & famoſum.

CAP. XXVIII.

DE multa prouidẽtia fuit in Lateraꝰ.[e] † concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales reciperet contra ſacrorum canonum inſtituta: alioquin recipiens ſic acceptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia verò propter præſumptiones, & quorundam, cupiditates, nullus hactenus, aut rarus de prædicto ſtatuto fructus prouenit: Nos euidentius, & expreſſius occurrere cupientes: Præſenti decreto ſtatuimus, vt quicunque receperit aliquod beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus: & ſi forte illud retinere contenderit[f], etiam alio ſpolietur. ¶ Is quoque, ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem[g] alterius liberè conferat, cui merito viderit conferendum: & ſi vltrà ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundum

† In Lateranen. concilio ſub Alexandro. iij. c. 13. & cũ hoc decreto cõuenit conci. Triden. ſeſſio. 7. de refor. c. 2. & 4. & ſeſſio. 24. de reform. c. 17.

¶ *Glo. ſeq. obijcit inducens quatuor, & ſoluit.*

a ¶ *Duxerint conferendam.*] Videtur ꝙ talis collatio non teneat. arg. ĩ. de conceſſ. præben. propoſuit. quia Papa ibi conſimilem 1 donationẽ caſſauit. Item eoipſo ꝙ Papa prẹcepit iſti dari, prohibuit alij dari. ff. de condi. & demonſtr. cum ita. & ff. de procu. Pomponius. §. ſed & is qui. Item talis electio facta eſt contra legem animatam: quæ durius agit quàm inanimata. ff. de arbi. Celſus. & l. præcedenti. in fi. & ita nulla eſt. 10. diſt. vides. Item ratione præcedentis denunciationis non valẹt quod factũ eſt. C. de rei vendi. ſi fundum. ĩ. de no. oper. nuncia. c. 2. ff. ad leg. Falcid. dolo. ff. de eden. quædam. §. is autem. Sed verum eſt ꝙ hæc collatio tenuit, licet contra mandatum Papæ, vt ſatis patet hic, & ĩ. de conceſ. præben. propoſuit. nec ſolum mandatum Papæ ſufficit ad hoc vt ius habeat. ff. de pigno. act. non eſt mirum. §. ſciendum. & ſ̃. de re iudic. cum aliquibus. Item licet canonici obligari videantur, ipſa tamen præbenda non eſt illi obligata. arg. ff. de pollici. l. 2. & ff. de contrahen. empt. l. vlti. in ſi. Et ita electio talis quantum ad canonicos non videtur canonica, ſed quantum ad electum ſic: ſicut ſacerdos in mortali exiſtens quoad ſe illicitè celebrat, quo ad alios 2 licitè. ſup. de cohabitatio. clerico. & mulie. cap. fina. ſic donatio poteſt eſſe vitioſa, & tamen donum tenet. argum. infrà de iure patrona. cura paſtoralis. & C. de rei vendi. quotiens. Vel licet peccent recedendo à mandato Papæ, non tamen peccant alium eligendo. ſimile 27. q. 1. nuptiarum. & ideo puniuntur, quia compelluntur illum recipere pro quo mandatum receperunt: & hoc verum eſt, licet Papa mandet beneficium vacans, vel cum primum vacauerit, alicui concedi, valet tamen collatio alij facta: 3 niſi clauſula illa adiecta fuerit; ꝙ ſi contra feceritis, id decernimus irritum & inane. ſuprà eo. inter cætera, & c. dilecto.

1 Non fuit conſimilis quia ibi datus fuerat executor ad ꝓuidendum, hic non. Ioan. And.

2 Id eſt alij nõ peccat ipſum audiendo, cũ ignorent eum eſſe in peccato mortali.

ADDITIO. Niſi Papa aliàs ſuam intimauerit voluntatem. ĩ. de conceſ. præb. quia in cunctis. lib. 6.

3 Quod dic hodie vt infra de con. præb. ſi capitulo. & c. ſeq. & ibi plene de hoc lib. 6. in fin. licet ſit arg. contra. C. de legi. nõ dubium. Ioã. And.

b ¶ *Non habet ſufficiens.*] & ita ſi non habet ſufficiens, non nocet, ſi de illo non fecit mentionem. argumentum eſt hic, & ſ̃. eo. cum teneamur. & c. poſtulaſti. De hoc dixi ſup. de reſcrip. ſi proponente.

c ¶ *Recipi.*] Et ſic patet ꝙ prior electus non remouetur, vt dictum eſt: licet contra mandatũ ſit receptus. ſic ĩ. de ijs quæ fiunt à maio. par. c. ex ore.

d ¶ *Aſſignari prouentus.*] Sic. 4 ſuprà eodem dilectus. in fine. Iſtud additum fuit, quod non erat in antiqua compilatione.

4 Hãc gloſſulam non reperio in manuſcrip. nec credo eſſe Ber.

DE *multa.*] Diuiditur: quia primò narrat ius antiquum. Secundò ſubijcit nouum: ibi, *Præſenti.* Vel poteſt diuidi in tres partes: prout videntur tria dicta. Secundum: ibi, *Is quoque ad quem.* Tertium: ibi, *Circa ſublimes.* Abbas Siculus.

CASVS. In Lateraꝰ. concilio ſtatutum fuit, quòd nullus diuerſas dignitates & plures eccleſias parochiales reciperet, alioquin recipiens ſic acceptum amitteret & conferens concedendi poteſtate priuaretur: ſed quia iſtud ſtatutũ male obſeruabatur, Innocẽtius volens obuiare huiuſmodi cupiditati, ſtatuit, vt quicunque de cætero receperit aliq̃d beneficium curam habens animarum annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, ipſo iure ſit priuatus eodẽ: & ſi illud contenderit retinere: alio ſpolietur: & ille ad quem ſpectat collatio prioris beneficij, illud conferat cui viderit conferendum: & ſi vltra ſex mẽſes conferre diſtulerit, ipſius collatio ad alios deuoluatur ſecundum ſtatutum Lateraꝰ. concilij: & inſuper tantum cogatur de ꝓuentibus ſuis in vtilitatem ipſius eccleſiæ aſſignare, quãtum à tempore vacationis conſtiterit eſſe perceptum: & hoc idem in perſonatibus, ſiue dignitatibus obſeruetur; addit inſuper, vt nullus in eadem eccleſia plures dignitates, vel perſonatus habere præſumat, etiam ſi curam non habeant animarum: tamen circa ſublimes & literatas perſonas, quæ maioribus beneficijs ſunt honorandæ, per ſedem Apoſtolicam poterit diſpenſari. Not. quòd qui habet curam animarum, vel perſonarũ, ſi ad conſimile beneficium eligatur, poſtquam illud receperit, ipſo iure vacat primum. Item qui non vult dimittere, quod ſuum non eſt: debet priuari eo quod ſuum eſt. Item cum quis receptus eſt ad ſecundum beneficium, ſecundũ iura primum alteri debet conferri. Item nota pœnam negligẽtis conferre beneficium. Item nota pro venerabilibus & literatis perſonis. Item ſolus Papa poteſt diſpenſare, vt aliquis habeat plures dignitates, vel curas animarum.

e ¶ *Lateran. concilio.*] ſuprà de cleri. non reſid. capitu. quia nonnulli.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtionem quando dicatur contendere, & ante litem conteſt. &c.*

f ¶ *Contenderit.*] i. in iure contentioſè retinere voluerit. Si enim ante litem conteſtatam deſtiterit, non priuabitur vtraque, ſicut eſt in alijs ſtatutis ſub pœna. ff. rem ra. habe. hoc amplius. ff. de in ius vocan. l. quamuis. ſic ponitur. 16. quẹſtio. 1. ſtatuimus. 5 & ſic ipſo iure hodie priuatus eſt qui recipit ſecundum beneficium habens curam animarum, ſi prius tale obtinebat. Olim habebat optionem vtrum primum, vel ſecundum vellet retinere. ſuprà eodem referente. & capitulo præterea.

5 Dicit Hoſtiẽ. ibi intelligendũ contẽderit vt dixi ſup. vnde in fi. illius c. ſequitur excõicatio, q̃ nõ litis cõte. ſed monitio præcedere debet. 12. q. 2. indigne. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. ponit caſum exceptum, & exponit de qua receptione loquatur hęc litera.*

g ¶ *Poſt receptionem.*] Fallit in epiſcopatu, quia non ſtatim vacant priora beneficia, niſi poſt tempus conſecrationis. ſ̃. de elec. cum in cunctis. §. cum vero. nec per ſolam receptionem perdit primum, ſed per receptionem corporalem, vt hic dicit. & 21. q. 2. ſi quis iam translatus. Qui enim habet plures perſonatus, ſine diſpenſatione Apoſtolicæ ſedis, intelligibilis eſt. ſ̃. de elec. dudum. vbi de hac materia ſatis dicitur.

a ¶ *Late-*

Lateraň.† concilij [a] ſtatutum eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum de ſuis cogatur prouentibus [b] in vtilitatem eccleſiæ, cuius eſt illud beneficium, aſſignare, quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit† eſſe perceptū.

¶ Hoc idem [c] in perſonatibus eſſe decernimus obſeruandum: addentes vt in eadem [d] eccleſia, nullus plures dignitates, aut perſonatus habere pręſumat, etiam ſi curam non habeant animarū. ¶ Circa ſublimes [e] tamen, & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ: cum ratio † poſtulauerit, per ſedem Apoſtolicam [f] poterit diſpenſari.

¶ Idem in eodem. †

¶ *Concilium generale à beneficiorum collatione ſuſpēdit eos, qui poſt ſecundam correctionem indignis beneficia conferunt: prouidet etiam quis interim beneficia conferat, & illam ſuſpenſionem relaxat ſolus Papa, vel ſolus Patriarcha.*

a ¶ *Lateranen. concilij.*] j̃. de conceſ. præb. nulla.

¶ *Gloſſa ſeq. recita. per q. de quibus prouentibus intelligatur litera.*

b ¶ *Prouentibus.*] Bene dicit, de ſuis, id eſt, proprijs. ſi. proprium habet. 1 s̃. de appel. reprehenſibilis. alioquin delictū perſonæ. & c. s̃. de excep. cum venerabilis. & 16. q. 6. c. ſi epiſcopum. aliàs ſi proprium non habet, puniatur alia pęna ad arbitrium iudicis. 16. q. 6. illud. & 14. q. 6. ſi res. vel repetatur ab eo, qui recipit illud tamquam indebitum, quia tamquam inuaſor poſſidebat: cum vacauerit ipſo iure poſt receptionem ſecundi, & mala fide, vnde fructus omnes ab eo tempore reſtituere dēt. 2 C. de rei ven. certum. s̃. eo. c. dilecto.

c ¶ *Hoc idem in perſonatibus.*] quia de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium. ſup. de elect. dudum. quæ facit mentionem de hoc. & s̃. de tranſlatio. inter corporalia. & ſup. de confir. cum dilecta.

¶ *Glo. ſeq. ponit opi. Io. quam reprobat.*

d ¶ *In eadem eccleſia.*] Not. quòd non facit mentionem de præmiſſa pœna, vnde videtur quòd ſi quis in eadem eccleſia plures recipiat dignitates, non ideo perdit priorem: quia pœnæ potius ſint arctandæ quàm extendendæ. de pœn. diſt. 1. pœna. & ff. de pœ. l. interpretatione. hoc confitebatur Io. Contrarium credo: quia idem iudicium eſt habendum de perſonatibus non habentibus curam animarum, & habentibus. s̃. de elec. dudum. & pœna præmiſſa repetita intelligitur; quæ enim in præfationibus præmittuntur, in ſtipulationibus repetita intelliguntur. ff. de ver. ob. Titia. §. 1. & 32. q. 7. cap. Apoſtolus.

¶ *Glo. ſeq. arg. alleg. octo iura, & ad vltimum remittit, alleg. 2. in contrarium.*

e ¶ *Sublimes & literatas.*] Eſt ergo arg. ꝙ ſecundum qualitatem perſonarum beneficia ſunt conferenda. arg. 41. diſt. non cogantur. & ff. de vſufruct. ſed & ſi quid. §. 1. & 12. q. 2. Vulteranæ. & c. ſeq. & 74. diſt. conſuluit. & 1. q. 2. c. vlti. & is gradus cæteros antecellat, quem ſtipendia longiora, & labor prolixior fecerint anteire. C. de of. ma. offi. l. nemo. & ſup. de maio. & obe. c. ſtatuimus. vbi de hoc. Argum. contra. 16. q. 7. capitu. 1. & ſup. de conſtitu. cum omnes. Et ita ſcientia nobilitat hominem, quæ pretio nummario comparari non poteſt. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. §. eſt quidam. Et ſi vis appellari philoſophus, non debes eſſe auarus. C. de mu. pat. profeſſio. lib. 10.

¶ *Glo. ſeq. ar. à contrario quod dupliciter fortificat & approbat, & ponit opin. Io. contrariam. Secundò reci. per q. (ſed aliter) argumen. à contrario, & remittit, & ponit opinio. contrariam.*

f ¶ *Per ſedem Apoſtolicam.*] Ex eo quòd dicit, per ſedē Apoſtolicam, patet à contrario ſenſu, quòd per alios in talibus non poteſt diſpenſari: quia quod de vno conceditur, de alio negatur: ſicut quod de vno negatur de alio conceditur. 25. diſtinc. qualis. & ſup. de præſump. nonne. argum. 95. diſtinct. illud. & j̃. de ijs quæ fi. à præla. ſine conſenſu cap. cum Apoſtolica. ff. de condi. & demon. cum ita. Et ſic reſtricta eſt poteſtas epiſcoporum circa diſpenſationem huiuſmodi beneficiorum; imo præter iſtam conſtitutionem videbatur quòd diſpenſare non poſſunt: quia epiſcopus priuabatur poteſtate conferendi illud beneficium, qui illud conferebat habenti conſimile. s̃. de ele. non reſi. quia nonnulli. Vnde ſequitur ꝙ non poterat diſpenſare: quia ſi poſſet, non puniretur. Et ſic planum eſt dicere, ꝙ ſolus Papa poteſt in talibus diſpenſare.

1 Vel dic, ſuis. i. ſui, beneficij, quos ſuos facit: ad hoc inf. de fideiuſ. ca. 2. ſecūdū. Ho. Io. An.

† ſub Alex. iij. c. 8.

† In concilio ita: conſtiterit ex eo eſſe perceptum.

2 De iu. pa. cum dilectus. in fin. Io. And.

† Eſt autē triplex rō, vtilitas eccleſiæ, neceſſitas, & prærogatiua perſonæ.

† Cap. 30.

Et ꝙ ita ſit intelligenda iſta conſtitutio, probatur apertè. s̃. de elec. dudum 2. vbi de hoc. 3 Io. notauit hic ꝙ epiſcopi adhuc poterant in talibus beneficijs diſpēſare: & vaga & indiſcreta diſpenſatio tantum prohibetur epiſcopis per hanc cōſtitutionem, vt dixit: & poſuit hic magnam notulam, quæ nō multum eſt hic neceſſaria. Olim enim ꝑ antiqua iura bene diſpenſabant epiſcopi, vt aliquis haberet plura beneficia curam animarum habentia. 70. diſt. ſanctorum. ſed illud hodie recipit immutationem per hanc conſtitutionem; & hoc mutatum fuit propter indiſcretas & ſtultas diſpenſationes epiſcoporum. Item & illud notabis: quia hic prohibetur tantum diſpenſare in perſonatibus & beneficijs curam animarum habentibus, & ita circa alia beneficia poſſunt epiſcopi diſpenſare ſicut prius: qa vnum negando, aliud concedere videtur. s̃. de præſump. nonne. De hoc dixi in decre. prædicta. dudum 2. Alij dicunt & idē in beneficijs intelligendum: nā canon antiquus prohibet ne diſpenſent epiſcopi in præbendis. 70. diſt. ſanctorum. Et niſi expreſſe vetus ius corrigatur, remanet ſimul cum nouo. C. de ap. præcipimus. in fi. & quotiens noua actio inducitur, vetus non tollitur. ff. de actio. & obl. l. quotiens. & arg. s̃. eod. cum iamdudum. vbi dicit Papa, cum multa per patientiam tolerantur, & c. ſic j̃. de conceſ. præb. c. literas. quæ ſatis facit ad hoc. 4

CAP. XXIX.

Graue † nimis eſt, & abſurdum, quòd quidam eccleſiarum prælati, cū poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non verentur indignos: quibus nec morum honeſtas, nec literarum ſcientia ſuffragatur: carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis: vnde quanta eccleſijs damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. ¶ Volentes igitur huic † morbo mederi, præcipimus, vt pręteriſſis indignis, idoneos aſſumant, qui Deo & eccleſijs velint, & valeant gratum impendere famulatum: fiatque de hoc in Prouinciali cōcilio diligens inquiſitio [g] annuatim: ita vt, qui poſt primā & ſecundam correctionem [h] fuerit repertus culpabilis †, à beneficijs conferendis per ipſum concilium ſuſpendatur [i]:

G*raue.*] Primò narrat delictum. Secundo prouidet: ibi, *Volentes.* Abbas.

Casvs. Quidam prælati eccleſiarum carnali affectione ducti non iudicio rationis, promouent indignos: vnde multa pericula imminent eccleſijs: volens concilium huic morbo mederi, præcipit, vt ꝓtermiſſis indignis promoueant idoneos, qui Deo & eccleſijs valeant deſeruire, & de hoc fiat diligens inquiſitio in concilio annuatim, & ſi quis poſt trinam admonitionem culpabilis repertus fuerit, per ipſum concilium ſuſpendatur: & ibi perſona idonea inſtituatur, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficijs conferendis, & hoc idē circa capitula obſeruetur: delictum vero metropolitani ex parte concilij domino Papæ nuncietur: & vt iſtud ſtatutum melius obſeruetur ſententia huiuſmodi ſuſpenſionis ſine licentia Romani Pontificis, vel proprij Patriarchæ non relaxetur. No. hic pœnam illorum qui promouent indignos. Itē aliquis poteſt condemnare, non tamen abſoluere. Item vbi conditor iuris ſibi reſeruat abſolutionem, alijs prohibere videtur.

g ¶ *Inquiſitio.*] Cum per famam, ſeu clamorem de hoc ad ſuperiorem peruenerit: imo ex officio ſuo poteſt inquirere ſuperior ſemiplenè inquirendo: vt j̃. de accuſ. ſicut olim.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, ponit opi. Io. ſol. & remittit.*

h ¶ *Correctionem.*] Cum ergo in hoc caſu poſſit ſe epiſcopus corrigere, non videtur ꝙ eoipſo ꝙ confert beneficium indigno, perdat ius conferendi, & ſic eſt contra. s̃. de elec. nihil. eſt & c. cum in cunctis. Io. dixit ꝙ illa conſtitutio intelligenda eſt cum dicto iſtius: ſed tu ſolue vt dixi in illa conſtitutione, quia legitur de maioribus dignitatibus curam animarum habentibus. hæc & illa in diuerſis caſibus loquitur, & circa maiora maius periculum vertitur. ff. ad Carbo. l. 1. §. ſi quis vero. 43. diſt. quieſcamus. & ideo plus ibi puniuntur.

i ¶ *Suſpendatur.*] Et etiam ordinati, qui non ſunt idonei, remouentur vt videtur, licet hoc non dicatur. ſed verius videtur ꝙ iſti non remoueantur: niſi forſitan eſſent irregulares: aliàs non haberet locum admonitio.

3 Itē quia aliàs cum nullus dubitet quin Papa poſſit, nugatorium fuiſſet hoc dicere, niſi intelligatur de Papa ſolo: ita ēt ꝙ legatū de latere dicamus excluſum, & ſic ſeruamus. faciūt iura noua. ſup. proxi. alleg.

† Ca. 5. eo. tit. in 4. cōpil. vide cōcil. Tridē. ſeſſio. 7. de refor. c. 3. vbi hæc innouat. ad de ſeſſione 24. de refor. c. 18.

† In codice Barbatiæ ita: huic morbo adhibere medelam.

† Vide l. 3. cum vulg. C. de epiſ. aud. l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi pub.

4 Imo parū facit. quia loquitur in præbendis eiuſdē eccleſię. Io. And.

¶ *Glo.*

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium de decre. nulla, & ſoluit. item de decre.cum in cunctis. & ſoluit.*

a ¶*Perſona.*] Arg.contra.j̃.de conceſ.præb.nulla. vbi transfertur poteſtas ad capitulum. ſed illud contingit propter negligentiam: quia non eligunt infra tempus ſtatutum: iſtud propter culpam prælatorũ, quia eligunt indignum infra tempus. ſed propter culpam p̄lati non transfertur poteſtas ad capitulum: vt inf.de conceſ. præben. quia diuerſitatem.ſicut nec vacante ſede. infrà ne ſed.vac.c.2. Itẽ arg. contra ſup.de elect. cũ in cunctis. in fin.vel in alio caſu loquitur ibi quam hic: illud in dignitatibus, hoc in beneficio ſimplici.

b. ¶ *Relaxetur.*] Ex hoc patet, ꝙ vbi conditor canonis non reſeruauit ſibi abſolutionẽ, cæteris indulſiſſe videtur.j̃.de ſenten.excom. nuper.

† De quib⁹ vide Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi par.4.cõſideratio. 9.

E*Xtirpandæ.*] Principium iſtud vſque ad §.*Qui vero.*diuidit: quia primò ponitur exceſſus. Secundò prouiſio: ibi, *Cum igitur.* Abbas Sicu.

†cap. 32.

C ᴀ ꜱ ᴠ ꜱ. Patroni eccleſiarum, & alij quidam, prouentus ipſarũ ita ſibi vſurpant, quòd presbyteri de ſua portione nequeant ſuſtentari, ita ꝙ presbyteri in quibuſdam locis non obtinent niſi quartam quartæ, id eſt ſextamdecimam decimarum, & ideo ibi nullus ſacerdos inuenitur, qui habeat peritiam literarũ: cum ergo qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, ſtatuit concilium, vt non obſtante aliqua conſuetudine alicuius perſonæ, presbyteris ipſis ſufficiens portio relinquatur.

†Ca. 6. eo. tit. in 4. cõpil. & vide concilium Tridẽ. ſeſſio. 25. in decreto de refor. c. 9. §. patroni autem beneficiorũ.

†nequeunt

c ¶*Perſonę.*] ſ.epi. 1 & alij qui habent ius reſtituendi, vt j̃.ſequit.

1 Qui maximè in his delinquũt: cõtra quos Hyeronimus 93. diſtin. diaconi. ibi ſolus eps, & c.ſecundũ. Hoſtiẽ. Io. An.

d ¶*Triturantis.*] Vt 13.q.1.c. eccleſias.ver. item non alligabis.

inſtituta in eodem concilio perſona [a] prouida, & honeſta, quæ ſuſpenſi ſuppleat defectũ in beneficijs conferendis. Et hoc ipſum circa capitula, quę in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani verò delictum, ſuperioris iudicio relinquatur, ex parte concilij nunciandum. ¶Vt autem hæc ſalubris prouiſio pleniorem cõſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſententia, pręter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchæ, minimè relaxetur [b]: vt in hoc quoque quatuor† Patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.

¶ Idem in eodem. †

¶ *Rector eccleſiæ non obſtante conſuetudine epiſcopi, vel patroni debet de redditibus eccleſię ſufficientem habere portionem. hoc dicit vſque ad §.qui verò.*

C A P. XXX.

EXtirpandæ † conſuetudinis vitium in quibuſdã partibus inoleuit, quòd ſcilicet parochialium eccleſiarũ patroni, & aliæ quædam perſonæ [c], prouentus ipſarum ſibi penitus vendicantes, presbyteris earumdem ſeruitijs deputatis, relinquunt adeo exiguam portionem, quòd ex ea nequeant† congruè ſuſtentari. nam (vt pro certo didicimus) in quibuſdam regionibus, parochiales presbyteri ꝑ ſua ſuſtentatione non obtinent niſi quartam quartæ, id eſt, ſextam decimam decimarum. Vnde fit, vt in his regionibus penè nullus inueniatur ſacerdos parochialis qui vllam, vel modicam habeat peritiam literarum. ¶ Cum igitur os bouis ligari non debeat triturantis [d], ſed qui altari ſeruit, de altari viuere debeat: ſtatuimus, vt (conſuetudine qualibet epiſcopi, vel patroni, ſeu cuiuſlibet alterius non obſtante) portio presbyteris ipſis ſufficiens [e] aſſignetur.

Deute. 25.

¶ *Priuatus eſt parochiali eccleſia rector in ea non reſidens, niſi ſit annexa dignitati vel prębendæ: quo caſu debet ibi habere perpetuum vicarium. Et in fine prohibet in fraudem rectoribus de ipſius prouẽtibus penſionem in beneficium dari. h. d. Vel ſic, Non reſidens in eccleſia parochiali, vel non ponens vicariũ quando eſt annexa beneficio maiori, priuatus eſt ea.h.d.*

¶Qui vero parochialem habet eccleſiam, non per vicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat, in ordine [f] quem ipſius eccleſiæ cura requirit: niſi forte dignitati, vel præbendæ parochialis eccleſiæ ſit annexa: in quo caſu concedimus, vt qui talem habet præbendam [g], vel dignitatem, cum oporteat eum in maiori [h] eccleſia deſeruire, in ipſa parochiali eccleſia, idoneũ & perpetuum [i] habeat vicarium canonicè inſtitutum, qui (vt prędictum eſt) congruentem habeat de ipſius eccleſiæ prouẽtibus portionem: alioquin †illa ſe ſciat auctoritate huius decreti priuatum [k], liberè alij conferenda, qui velit & poſſit quod dictum eſt adimplere. Illud † autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus eccleſiæ, quæ curam habere debet proprij ſacerdotis, penſionem alij quaſi

¶*Glo ſeq.reci.per q.quæ dicatur ſufficiens.*

e ¶*Sufficiens.*] ſic j̃.co.expoſuiſti.talis vt ſufficiat ſibi & ſuis: vt 50.diſt.ſtudeat.& vnde honeſtè, & ſufficiẽter ſe poſſit procurare, & hoſpites recipere.s̃.eo.tit.de monachis. tñ hęc ſufficientia perpendit̃ ex qualitate perſonarum.s̃.eo. de multa.in fi. 2 qa minus ſufficit pauperi, q̃ diuiti.41. diſ.non cogant̃.

2 Concor. tex. ſing.in l.fina. ff.de act. & obl. & ibi doc.

Q ᴠ ɪ ᴠ ᴇ ʀ ᴏ. Iſte §.habet duo dicta. Secundum: ibi, *Illud*.

C ᴀ ꜱ ᴠ ꜱ. Dicitur in §. iſto, quòd qui habet parochialem eccleſiam, in propria perſona deſeruiat ibidem in ordine debito, & non per vicarium: niſi forte illa parochialis eccleſia ſit annexa dignitati, vel præbendæ, in quibus caſibus, per vicarium ibi poterit deſeruire canonicè inſtitutum, qui habeat de prouentibus ipſius eccleſiæ congruam portionẽ, alioquin ſciat ſe illa priuatum auctoritate huiuſmodi decreti: & alij conferatur qui velit & poſſit quod dictum eſt adimplere, id eſt, deſeruire in eccleſia per ſeipſum. in fine dicit, quod nullus de prouentibus eccleſiæ, quæ debet habere curam proprij ſacerdotis, alicui conferat pro beneficio penſionem. Nota quòd laici & patroni bona eccleſiarum ſibi vſurpare non debent, nulla conſuetudine obſtante. Item qui altari ſeruit, de altari viuere debet. Item presbyteris debet competens beneficium aſſignari. Item quilibet rector parochialis eccleſiæ per ſe, & non per vicarium debet deſeruire in ipſa: niſi in duobus caſibus, q hic ponuntur, ſcilicet cum annexa ſit dignitati, vel præbendæ. Item vicarius debet habere cõgruam portionem. Item qui renuit ordinari, priuari debet beneficio. Item nulla pẽſio conſtitui debet pro beneficio in parochiali eccleſia.

f ¶*In ordine.*] ſupra de cleri.non reſi.quia nõnulli.& ſup.de elect.cũ in cunctis. & ſuprà de ætate & qualita. cap.1. & 24. diſtinct. presbyteri.

g ¶*Præbendam.*] Ex hac litera colligitur, ꝙ ſi quis habet curam animarum, & recipiat talem præbendam, ꝙ ipſo iure non vacat prima, imo licitè poteſt vtranque habere ex diſpenſatione epiſcopi, vt hic dicitur. & hoc concedunt quidam, qa ceſſat ratio prohibitionis, vt hic quidam dicunt: quia in tali eccleſia annexa præbendæ non oportet reſidere. & ſic illa cõſtitutio, de multa. non habet locum in hoc caſu, vt dicunt: ſed contrarium credo.

h. ¶*Maiori.*] Hic manifeſtè videtur, quòd non poteſt quis ſimul habere prębendam, & eccleſiam, dummodo eccleſia ſit ſufficiens. De hoc dicitur. ſupra de electio. capitu. dudum 2.

† Aliàs ita: alioquin ipſe illa ſe ſciat, &c.

i ¶*Perpetuum.*] Eo ipſo intelligitur perpetuus, quòd auctoritate epiſcopi eſt inſtitutus. ſuprà de offic. vica. ad hæc. 3 In iſtis ergo caſibus tãtum licitum eſt conſtituere vicariũ, aliàs non.

† Vide concilium Triden. ſeſſio. 24. de refor.c. 13.

3 Adde ad hoc l. eum debere. cũ ibi no.ff.de ſer.vr.prædi.

¶*Glo.ſeq.reci.per contrarium de decre. inter. & dat quatuor ſolutiones.*

k ¶*Priuatum.*] ipſo iure.ſimile ſup. eodem, de multa. quod poteſt intelligi poſt admonitionem, aliàs contra, ſup.de cleri.non reſiden.inter.& capitu.ex tuæ.cum ſuis ſimilibus. Vel poſſet referri ad proximè dictum, de illis qui per vicarios ſeruire debent: cum quibus durius eſt agendum. Vel dic, & verius, alioquin id eſt, ſi non reſideat per ſeipſum in eccleſia quæ dignitati, vel præbendæ eſt annexa, ſciat ſe priuatum illa ipſo iure.& ſic reſpicit principium §. & non ver. niſi forte &c. & ita ſine aliqua admonitione priuatus eſt. 4 & ſic videntur correcta illa iura prædicta, vbi dicitur, quòd prius monendus eſt quis antequam priuetur eccleſia: quod eſt honeſtius. Sed hoc eſt rigor quod hic ſtatuitur, vt ipſo iure ſit priuatus. Vel quod dicit: alioquin, poteſt reſpicere vtrumq; caſum, ſcilicet quando per ſe debet ſeruire, & quando per vicarium: ſed verum eſt quòd tantum primum caſum reſpicit, & non ſecundum.

4 De hoc videto hic Hoſt. & Io. And. declarantes qualiter hoc intelligat̃.

A ᴅ ᴅ ɪ-

Additio: Et ex hoc potes dicere, ꝙ illa capitula, inter.&,ex tuæ.non obſtant:quia ibi erant abſentes,& forte habebant iuſtam cauſam abſentiæ, vnde meritò primitus ſunt monendi,hic autem ſecus. Vel dic,ꝙ prius dictum intelligatur cum habet prębendam & eccleſiam,quæ non eſt ei annexa: quas ſimul habere non poteſt.ī.eo. expoſuiſti.vnde priuatus eſt ipſo iure.contraria autem loquuntur in alio caſu, quando non ſunt annexa.

† Ca.61.& refertur in c.7.eo.tit. in 4.cõpil.

a ¶Pro beneficio.] Hoc enim poſſet in poſterũ eſſe pernicioſum eccleſiæ.ſimile ſup. de arbit. peruenit. quia eccleſia videretur quaſi cenſualis,& portio presbyteri diminueretur, quod eſſe non debet. ſup.eo. auaritiæ.

†ſub Alex. iij. c. 9.cuius initium eſt.cum & plantare.

IN Lateranen.] Primo ponit tenorem concilij Lateraneñ. Secundò approbat & reuocat:ibi, Nos autem. Tertiò addendo declarat:ibi,Sanè.Abbas Siculus.

† nominatim qd ſit vide l. 2.ff. de liber.& poſthu. & §.nominatim Inſtit. de exhærede. liberor.

Casus. Quod dicitur hic, habetur inf. de priuilegijs, cum & plantare.vſque ad §.ſanè.in quo prædicto cõcilio præcipitur, vt tales repræſentare procurent in eccleſijs quę ad ipſos pleno iure nõ ptinent,quos vel cõuerſatio illorũ notos reddat, vel commendet teſtimonium prælatorũ. Nota, ꝙ patroni non debent aliquos præſentare niſi diſcreti ſint, & honeſtæ famæ.

† curabimus.

b ¶Concilio.] ī.de priuileg. ca. cum & plantare.

† Vide concilium Triden.ſeſſio. 25. de refor.c.9.

c ¶Laici.]16.q.1.quoniam quicquid.

d ¶Sanè.] Hucuſque ſunt verba conciiij.& ab hoc loco.ī. additur prædicto concilio.

pro beneficio [a] conferre præſumat.

¶Idem in eodem. †

¶Nõ debent religioſi eccleſias, vel decimas à laicis ſine diœceſanorum conſenſu recipere,excommunicatos, vel interdictos ad diuina admittere: in eccleſiis quoque, quæ ad eos non pleno iure pertinent, inſtituere vel deſtituere,ſed pręſentabunt diœceſanis ad eas viros idoneos.

CAP. XXXI.

IN† Lateranenſi concilio [b] noſcitur fuiſſe prohibitũ, ne quilibet regulares eccleſias,ſeu decimas, ſine epiſcoporum conſenſu,de manu laici [c] præſumant accipere: nec excommunicatos, vel nominatim †interdictos admittant aliquatenus ad diuina. ¶Nos autem id fortius inhibentes, tranſgreſſores digna curauimus†animaduerſione punire: ſtatuentes nihilominus, quatenus in eccleſijs, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, iuxtà eiuſdem concilij ſtatuta,epiſcopis inſtituendos presbyteros repræſentent, vt illis de plebis cura reſpõdeant: ipſis verò pro rebus temporalibus rationem exhibeant cõpetentem: inſtitutos verò remouere non audeant epiſcopis inconſultis. ¶Sanè [d] adijcimus †, vt illos repræſentare procurent, quos vel conuerſatio [e] notos reddit, vel commendat probabile teſtimoniũ prælatorum [f].

¶Honorius tertius Abbati, & Priori ſanctæ Genoueſæ.

¶Abſens in theologiæ ſtudio, fructus beneficiorum ſuorum percipit in abſentia;ſed quotidianas diſtributiones non.

CAP. XXXII.

LIcet† vobis direxerimus ſcripta noſtra, vt magiſtro N.†Eboraceñ. †archidiacono in ſacra pagina cupienti ſtudere,prouentus ſuos eccleſiaſticos faceretis integrè miniſtrari: Nolumus tamen, vt quotidianas diſtributiones [g], quæ tantum reſidentibus in eccleſijs, & his qui interſunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

¶Idem Veſprimeñ.†Epiſcopo.

¶Propter paupertatem præbendarum eccleſiæ cathedralis, poſſunt eis annecti capellæ, reſeruata ipſarum presbyteris congrua portione.

CAP. XXXIII.

EXpoſuiſti † nobis, quòd eccleſiæ tuæ canonici, diminuta ipſorum prouiſione à tempore concilij generalis [h], cum eis ex tunc non fuerint ad eorum ſuſtentationem conceſſæ capellæ, ſicut ante fieri [i] conſueuit, de redditibus præbẽdarum ſuarum nequeunt † ſuſtentari: & infrà. ¶Si euidens neceſſitas [k], vel vtilitas exigat, præbendas eccleſiæ tuæ poteris de capellis in perpetuũ annectẽdis eiſdẽ

e ¶Conuerſatio.]Hoc ideo dicit, quia promouendus debet eſſe bonæ famæ & opinionis,ita ꝙ in nullo vacillet eius opinio.33.diſt.laici.ad idem facit 24.diſt.quando.

f ¶Prælatorum.]Et etiã ab ijs qui foris ſunt, oportet promouendum bonum habere teſtimonium.8.q.1.licet ergo. & 63.diſt.vota ciuium.

LIcet.]Summatur in rubro. Vel ſic ſecundum alium intellectum.Diſpenſatus ſuper habendis fructib.in abſentia, quotidianas diſtributiones non percipit. h. d. Primò ponit priuilegij tenorem: Secundò eius interpretationem:ibi, Nolumus.Abb.Sicu.

Casus. Mandauit dominus Papa abbati & Priori ſanctæ Genoueſæ, quatenus magiſtro R. archidiacono Eboraceñ. in ſacra pagina ſtudere volenti, prouentus ſuos eccleſiaſticos facerent integrè miniſtrari,dubitabatur,vtrum deberent ei facere dari diſtributiones,quæ tantum reſidentibus conceduntur? Reſpondet Papa,ꝙ non vult ꝙ ei faciant dari diſtributiones,quæ tantum reſidentibus conceduntur, & his qui interſunt horis canonicis. Nota,ꝙ conſtitutio Honorij non intelligitur de huiuſmodi diſtributionibus quotidianis licet dicat ꝙ integrè percipiant ſua beneficia in theologia ſtudentes.& hoc eſt quod dicit.

¶Gl.ſeq.exprimit quomodo hęc decretalis interpretatur decr. ſuper ſpecula.ſecundò quærit,& ſoluit.

g ¶Diſtributiones.]Simile ī. de cle.non reſi.de cætero.vide qualiter iſta decre.interpretatur illam conſtitutionem, ſuper ſpecula.ī.de magiſtris.quia licet dicatur, integrè percipiant fructus ſuarum præbendarum,tamen nõ percipiunt integrè, quia de huiuſmodi diſtributionibus,ſeu denarijs, qui dantur illis qui interſunt horis ſtatutis, non intellexit Papa, ſed de corpore prębendę ſuę, quam alij de iure communi in abſentia ſua percipere non debent clerici:arg.ī.de conſti. cum omnes. Et ſic intelligitur iſta indulgentia: & ita prætextu huiuſmodi indulgentiæ poſſunt habere integrã præbendam,ac ſi eſſent præſentes, niſi ſint huiuſmodi diſtributiones: in quibuſdam eccleſijs conſuetudo ſeruatur,vt pręter præbẽdam qui horis interſunt, certum quid percipiant: & ita quod hic dicitur, reſpicit cõſuetudinem eccleſiæ. In quibuſdam verò eſt talis conſuetudo, vt qui non interſunt horis, nõ percipiant aliquid de huiuſmodi diſtributionibus, licet ſint pręſentes: ergo multo fortius in abſentia nõ debent talia percipere. Et ſic poteſt intelligi hæc conſtitutio, quia principis beneficium potius debet ampliari quàm reſtringi. inf. de verbo.ſigni.olim. ff.de conſti.princ.l.vlt. quia vbi Dominus largus eſt, non debemus eſſe tenaces. 26.q. 7. alligant.in fi. Sed quid dices ſi præbendæ diſtinctæ non ſunt, ſed omnia percipiunt de communi, nec datur aliqd illis qui non interſunt horis? Tunc credo ꝙ integrè debeant habere beneficia in theologia ſtudentes,habita ratione victus quotidiani. 1 aliàs parum valeret talis indulgentia,quantum ad illos qui non habent beneficia diſtincta.

† Vide concilium Triden.ſeſſio. 5.de refor. c.5.in fi.& Horatium Luciũ tracta.de priuil. ſchol. priui. 98.

† R.

†Ebroycẽ.

†Veſprinẽ. † Veſpeñ. † Veſpertumieñ. † Veſpanienſi. † Veſprimicen.

† De hac maceria vide decreta cõcilij Triden. ſeſſio. 21. de refor.c. 5. & ſeſſio. 24. de reform. c.13.&15.

† nequiuerint.

1 Idẽ Hoſt. ſup.tit. proxi.de cætero.dicebat Inn. ꝙ prouidebit ſtudentib.detracto eo qđ cõi mẽſæ debetur de cõibus prouentib.

EXpoſuiſti.] Primò ponitur petitio.Secundo prouiſio:ibi, Si euidens.Abb.Sicu.

Casus. Canonici Veſprimeñ. ante concilium gñale.ī.eo. extirpandæ.conſueuerunt habere capellas ad ſui ſuſtentationem,cum de maiori eccleſia non poſſent commodè ſuſtentari,ſed occaſione prædicti concilij ſubtractæ fuerunt capellæ canonicis illis,vñ non potuerunt de redditibus præbendarũ ſuarum ſuſtentari: eps ſignificauit hoc dño Papę; Mandat Papa epo,ſi euidens neceſſitas,vel vtilitas exigat,bñ poterit pbendas eccleſiæ ſuæ augmentare adiungendo capellas in ppetuũ eiſdẽ pbendis,reſeruata congrua portione capellanis. No.ꝙ eps pot & dẽt augere prębendas canonicis ſuis, ſi non pñt de ſuis præbendis commodè ſuſtentari, & hoc de capellis vel aliunde, reſeruata tamen portione debita capellanis.

h ¶Concilij generalis.]ī.eo.extirpandæ.

i ¶Ante fieri.] Et intellige ꝙ capellæ iſtæ non erant annexæ præbendis,quia non fuiſſent priuati canonici, ſi annexæ fuiſſent,ſed de cætero erunt annexæ,vt dicit litera,in perpetuum annectendis.Bern.

¶Gl.ſeq.reci.per q.quis dicatur prælatus eccleſiæ, canonicus, vel ſacerdos.ponit duas opi.& primam approbat.

k ¶Neceſſitas,vel vtilitas.] Iſta duo frequenter diſpenſationẽ inducunt,vt 1.q.7.tali. propter neceſſitatẽ licitum eſt

alicui

alicui habere duas eccleſias. 10.q.3.vnio.& ſ̃.de ęta.& quali. eam te. Et pp hanc neceſſitatem adiunguntur capellæ præbẽdis maioris eccleſiæ: reſeruata cõgrua portione presbytero. Et credo ꝙ canonici iſti erunt prælati illarum capellarum,& ſacerdos erit loco vicarij perpetui: vt ſ̃.eo. extirpandæ.§.1.& ita ex cã capella, ſiue parochialis eccleſia poteſt adiungi præbẽdæ. ſic ex eadem cã vna eccleſia vnitur alteri. 10. q.3.vnio,cum ſuis concor. Vel dic ꝙ ſi clerici iſti certam portionẽ percipiunt de capellis, nec exercent ibi iuriſdictionem aliquã: ſed ſacerdos hẽt ibi curam ſpiritualium, ſacerdos erit prælatus, & hẽt ibi curam animarum, & p epiſcopum inſtituet; neſcio tamen qđ iſtorum ibi obſeruet. Sed verius videtur quòd ſacerdos ſit loco vicarij: vt in cap.extirpandæ.

† de Bern. † Bech. † In vno peruetuſto codice ita: epõ Pictauień. & Priori,&c.

† expoſuit

a ¶ *Diſcretione.*] quę eſt mater omnium virtutum.ſ̃. de offi. cuſto. c.1.& 1.q.5.præſentiũ.

b ¶ *Augmentare.*] Et ita tenetur eps redintegrare præbendã, ſi fuerit diminuta, vel diuiſa,ſine iuſta cã.ſ̃.eo.vacante.& j̃.eo.c.cũ cãm.

c ¶ *Congrua.*] Vnde iura epalia ſoluere poſſit,& hoſpites recipere. ſ̃.eod.de monachis.vbi de hoc.Bern.

(ſicut diſcretione [a] præuia expedire videris) augmentare [b]: reſeruata tamen congrua [c] capellarum presbyteris portione.

¶ Idem Epiſcopo,& Priori, & archidiacono Herfordeñ.†

¶ *Licet eccleſia ex donatione laici beneficium conferat, tenet illius beneficij impetratio de hoc mentione non habita.*

CAP. XXXIIII.

iij Dilectus filius G. clericus nobis propoſuit†, quod cum decano, & capitulo Andegaueñ. preces direxerimus & præcepta, vt ipſum quam citò facultas ſe offerret, in canonicum reciperent, & in fratrem, vobis ſuper hoc executoribus ſibi datis: quia decani, & capituli procurator excipiendo propoſuit literas non valere, pro eo quòd in eis mentio non fiebat, quòd præfatus decanus ex donatione regis [d], prębendarum eiuſdem eccleſiæ collationem haberet: vos mandati noſtri executores non eſſe interloquendo dixiſtis†: & ſic duæ præbendæ, quę medio tempore vacauerunt, alijs ſunt collatæ [e]: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus occaſione huiuſmodi (quam reputamus friuolam [f]) non obſtante, mandatum noſtrum exequi [g] procuretis.

¶ Gregorius ix. Argẽtineñ. Epiſcopo.

¶ *Pueri, & aliàs beneficiati nõ ſunt idonei ad beneficia conſequenda. h.d. inhęrendo verbis literæ.*

CAP. XXXV.

Super† inordinata ordinatione: & infrà. ¶ Cum autem illi ſint in eccleſijs idonei reputãdi, qui ſeruire poſſunt,& volunt in ipſis: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd pueri [h], & beneficiati [i], qui non poſſunt in eadem eccleſia deſeruire, in ea non debent idonei reputari.

¶ Idem Archiepiſcopo, & magiſtro R. Turoneñ.

¶ *Pro vnius præbendæ integratione alia diuidi non debet.*

CAP. XXXVI.

Cum cauſam, quæ inter Aurelianen. epiſcopũ, & I. de Bleſis canonicum ſan-

iij *Dilectus.*] In prima ponitur impetrantis querela. In ſecunda prouiſio: ibi, *Mandamus.* Abb.

† Infero ꝙ ſi à iudice pronunciāte ſe nõ iudicem; appellet: non extinguit ſua iuriſdictio. notãt Doc. in l. ſi per imprudẽtiam. ff. de euict.

Casvs. Papa mandauit decano,& capitulo Andegaueñ. vt quendam G. nomine reciperent in canonicum & in fratrem, quam cito facultas ſe offerret: quibuſdam ſuper hoc executoribus deputatis, coram quibus cum ex parte capituli eſſet excipiendo propoſitum, ꝙ literæ non valebant pro eo ꝙ non faciebant mẽtionem, ꝙ collatio præbendarum ad ipſum decanum ex donatione regis pertinebat, ipſi executores interloquendo pronũciauerunt, ſe per illas literas procedere non debere; vnde mãdat Papa, ꝙ exceptione huiuſmodi non obſtante, ad executionem mandati Apoſtolici procedant. No. ꝙ dominus Papa friuolas exceptiones non admittit.

¶ *Glo. iſta reci. per obiect. & ſoluit.*

d ¶ *Ex donatione regis.*] Hæc ratio mouit iſtos ad exceptionem huiuſmodi proponendam: quia ſi rex conferret ratione iuriſpatronatus huiuſmodi præbendas, non poſſet compelli per Papam 1 ad hoc de iure j̃. de iu.patr. cum dilectus. vnde decanus cum ſuccedit in hoc iure regi, non deberet compelli ad hoc: quia qui in locum alterius ſuccedit, vtitur eodẽ iure. C. de temp. in integ. reſtit. ea quæ. arg. ſed hoc non eſt verum in caſu iſto, quia ex quo collatio iſtorum beneficiorum incipit pertinere ad eccleſiaſticam perſonam, ſtatim res ſortitur naturam aliorum beneficiorum: quia res eccleſiaſtica nõ debet duplici iure cenſeri. 12. q. 2. cognouimus. in fi.& j̃. de deci. cum in tua.& ita ex hoc exceptio non valuit. vnde male interlocuti fuerunt iſti iudices.

1 De legato probat c. alleg. de Papa non, vnde ſecũdum Hoſt. Papa conferre poſſet tale beneficiũ, pp connexionem ſpũalitatis de iudi. quanto. & de gratia tolerat laicos in illo. iure. de iu.pat. c.3. Io.And.

¶ *Glo. ſeq. arguit, & remittit.*

e ¶ *Collatæ.*] Arg. ꝙ ſi Papa mandat alicui dari præbendam, & canonici eam alij conferant, tenet collatio, licet ſit contra mandatum Papæ. De hoc dictum eſt. ſ̃. eo. inter cætera. ſic. ſ̃. eod. dilectus.

f ¶ *Friuolam.*] & meritò, quia iam incipit præſentare decanus ex donatione non tamquam laicus, ſed tamquam clericus,& ita ſubeſt domino Papæ, nec præiudicatur patrono, ſi quandòque etiam per legatum ſedis Apoſtolicæ aliquis inſtituatur eo inconſulto. ſ̃. de offi. lega. dilectus.

¶ *Glo. ſeq. quærit. & ſoluit & ponit opinio. contrariam.*

g ¶ *Exequi.*] Sed qualiter exequentur mandatum iſtud? nunquid dabunt huic aliquam de prædictis prębendis, quæ alij ſunt collatæ? Non credo, ſed exequentur mandatum, quia facient ſtatim illum recipi in fratrem, & quam cito facultas ſe obtulerit, facient ei beneficiũ aſſignari ſecundum tenorem ptioris mandati. De hoc dixi ſup. eo. dilectus.& c. inter cętera. licet quidam cõtrarium dicant. Bern.

S*Vper.*] In prima ponitur deciſa conſultatio. In ſecunda ratio nis ratio. In tertia reſponſio. Secunda: ibi, *Cum autem.* tertia: ibi, *Conſultationi.* Abbas Siculus.

† De ętate reqſita vide Lapum allegat. 36. & Geminianum in ca. indẽnitatibus. de electio. lib. 6.

Casvs. Quærebatur vtrum pueri, & beneficiati dicantur idonei ad beneficium aliquod obtinendum: & reſpondetur, ꝙ cũ pueri, & beneficiati ſeruire non poſſunt, vel nõ poſſint in eccleſia, non debent dici idonei in eadem. Not. quòd qui ſeruire non poſſunt in eccleſia, non reputantur idonei in eadem.

¶ *Glo. ſeq. quærit obijciendo, & dupliciter ſoluit.*

h ¶ *Pueri.*] Sed quos dicimus pueros? vſque ad 14. annum dicitur quis puer. 2 22. q. 5. pueri. & ſup. de ęta. & quali. indecorum. & c. ex ratione. ſed tales bene poſſunt habere beneficia, & ordinari vſque ad ſacros ordines. ſim. 28. diſt. de his.& 77. diſt. in ſingulis. & c. quicunque, Quid eſt ergo quod dicit ꝙ pueri non ſunt idonei, quia ſeruire non poſſunt? Dicas ꝙ pueri hic appellantur quantum ad hoc vſque ad ſeptem annos, 3 quia tunc ſeruire nõ poſſunt, quia nec diſcretionem habent: vnde non reputant̃ idonei. Poſt ſeptem annos bene reputantur idonei ad ordines minores, quoniam ſunt doli capaces. j̃. de delict. pue. pueris. & hoc per iura prædicta. c. de his. c. in ſingulis. c. quicunque. Vel poteſt intelligi quantum ad dignitatem, vel curam animarum, 4 ad quam non reputantur idonei. 1. q. 1. pueri.& c. eſtote.& ſ̃. de æta.& quali. ex ratione.& c. ſeq. & ſ̃. de elect, cum in cunctis. Sed huic ſtandum eſt tamquam poſteriori, vt ad receptionem talium nulli ſint compellendi, cum ſeruire non poſſint, vt hic dicit, quia propter ſeruitutem tantum datur beneficium.

2 De hoc vide quod no. in pœ. 6. lib. circa fi. Io. And.

3 Adde ꝙ dicitur ẽt puer q eſt infra decimumoctanum annũ. l. 1. §. pueritia. ff. de poſtu.

4 Vel regimen eccleſiarũ ſecũdũ Gof. ad hoc ſup. de æta. & quali. indecorũ. Io. And.

Additio. Iuuenis dicitur qui præcedit adoleſcẽtiam, & durat quouſque poterit inter ſenes computari. ff. de leg. 3. non aliter.

i ¶ *Beneficiati.*] No. ꝙ qui beneficium habet ſufficiens, non reputatur idoneus ad aliud beneficium primo retento, quia in vtroque ſeruire non poteſt: quia dũ ad vtrunque. & c. 16. q. 1. presbyteros. Et ſic patet ꝙ in duabus eccleſijs de iure qs intitulari non poteſt. 5 arg. ſ̃. eo. extirpandæ. §. 1.& 70. diſt. ſanctorum.& ſup. de elect. dudum. vbi de hoc.& eſt hic argumentum, quòd qui non facit mentionem de beneficio ſuo, non valent literæ. ſ̃. eo. cum teneamur.& ſup. de reſcri. ſi proponente. Bernar.

5 Hinc probat Hoſtiẽ. hic ꝙ præbenda reqrit reſidentiã: & hoc modo reſidentia prębendę præiudicat reſidẽtiæ parochialis eccleſiæ. ſup. c. extirpãdæ. §. fi.

C*Vm cauſam.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abb. Sicu.

Casvs. Quidam canonicus S. Crucis noĩe Ioannes, non habebat integram prębendam, vnde orta fuit contẽtio inter ipſum,& epm Aurelianeñ. ſuper integratione præbendę: impetrauit cãm committi ſuper hoc, vt præbendam ei facerent integra-

integrari: dubitauerunt iudices, vtrum alia præbenda deberet ſcindi pro integratione præbendæ p̄dicti Ioannis: cõſultus Papa r̄ndet, ꝙ non fuit intentionis dñi Papæ, ꝙ aliqua præbenda de nouo ſcinderetur pp redintegrationem prædictam. No. ꝙ præbenda non debet diuidi: & ſi diuidatur, tenetur diuiſor ad redintegrandum præbendam: & ſic talis diuiſio põt tolerari: ſed de rigore iuris talis collatio deberet caſſari.

a ¶ *Intentionis.*] Nota recurrẽdum eſſe ad intentionem mandantis. ĵ.eo.c.vlt.ſ.de procur. petitio.ſ.de arb. expoſita.ſ.de reſti.ſpo.audita. & ſ.de reſcri. mandatũ.

b ¶ *Integratione.*] Et ita præbenda diuidi nõ debet, ſed integra conferri.ſ.eo.vacante.& 1.q.3.c.vlti.& ĵ.vt eccle. benef. vt noſtrum. qđ ſi fiat, ille qui hoc fecerit, tenetur illam redintegrare de vacantibus, vt hic patet.ſ.eo.vacante.& non aliud beneficium diuidere, vt hic in fi. dicit. Et eſt arg. ꝙ ſi ſectio aliqua fiat præbendarum: ꝙ tolerari poſſit quouſque integretur. De hoc dixi ſ. eo. tuæ fraternitatis.

mittendi ſunt. 40. diſt. nos qui. & 56. diſt. vndecunque. & cap. nunquam. ĵ. de inſti. ad decorem. quia non ſanguini, ſed vitæ meritis beneficia ſunt conferenda. 8. q. 1. Moyſes. vt hic ſequitur. verſi. nos igitur.

d ¶ *Liberum.*] Hæc fuit bona exceptio, quia ſerui promoueri non poſſunt, niſi libertatem primò fuerint conſecuti. ſ. de ſer. non ordin. c. 1. & 2. & 54. diſt. nullus. & quaſi per totum. ſed hic non aſſumit liberum, eo ꝙ ille fuiſſet, ſeruus: quod ſi fuiſſet, bona fuiſſet exceptio.

ctæ Crucis ſuper integratione præbendæ ipſius canonici vertebatur, vobis duxerimus cõmittendam: & infrà. ¶ Conſultationi veſtræ taliter reſpõdemus, quòd noſtrę intentionis [a] non extitit, vt pro integratione [b] præbendæ ſupradicti canonici, præbenda de nouo aliqua ſcinderetur.

¶ Idem.

¶ *Clerici ignobiles, & non eminentis ſcientiæ, propter hoc non debent à præbendis repelli, etiam in eccleſia, quæ tales admittere non conſueuit.*

CAP. XXXVII.

VEnerabilis frater noſter Portueñ. epiſcopus ſupplicauit†, vt cum quandã præbendam, quæ in Argentineñ. eccleſia tamdiu vacauerat, quòd donatio eius erat ad ſedem Apoſtolicam deuoluta, I. clerico contulerit, dum † in illis partibus legationis officio fungeretur, ſuam collationem benigno proſequeremur affectu. ¶ Verum procurator Argentini capituli propoſuit ex aduerſo, quòd idem capitulum hoc audito, conſuetudinem [c] allegans antiquam inuiolabiliter obſeruatam, iuxtà quam nullum, niſi nobilẽ † & liberum [d], & ab vtroque parente illuſtrem, honeſtæ conuerſationis, ac eminentis ſciẽtiæ, in ſuum conſortium hactenus admiſerant: ne contra hoc fieret (maximè cum nulla tũc præbenda vacaret, antequam monitorias, vel executorias literas recepiſſet) ad ſedẽ Apoſtolicam appellauit: & infrà. ¶ Nos igitur attendentes, ꝙ non generis [e], ſed virtutum nobilitas, vitæque honeſtas, gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem: ad cuius regimen, non multos [f] ſecundũ carnem nobiles, & potentes elegit, ſed ignobiles ac pauperes, eo quòd non eſt perſonarum [g] acceptio apud ipſum †: & vix ad culmina dignitatum (nedum ad præbendas) viri eminentis [h] ſcientiæ valeant reperiri, exceptiones huiuſmodi non duximus admittendas: & infrà. ¶ Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit, prædictam præbendam vacaſſe, quando ipſam dicto I. contulit [i] epiſcopus memoratus, ipſum ad eam recipi faciatis.

¶ Idem.

¶ *Si mandatur, prouideri in eccleſia, non poteſt de eccleſia prouideri.*

CAP. XXXVIII.

CVm † olim Priori ſanctæ M. dederimus † in mandatis, vt G. † diacono in aliqua eccleſia ciuitatis, vel diœceſis [k] Lucañ. auctoritate Apo-

†Aliàs: ſupplicauit nobis.

† Cum.

VEnerabilis.] Defectus nobilitatis, vel eminentis ſcientiæ non repellit quẽ à conſecutione præbendæ, etiam in eccleſia, q̃ nobiles dumtaxat viros, & eminentis ſcientiæ recipere conſueuit. In prima ponit̃ facti narratio. In ſecunda exceptionis repulſio, & cauſæ commiſſio: ibi, *Nos igitur.* Abb.

†De materia nobilitatis, quatenus ad hunc locũ ſpectat, p̃ter doctores hic, vide Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi par. 8. conſiderat. 5. cũ multis ſeq. Adde Paulum de Caſt. conſ. 108. & 209. & Ferdinãdum Vaſquium lib. 1. controuerſiarũ illuſt. c. 25.

Casvs. In eccleſia Argentinenſi quædam p̄benda vacauerat tanto tempore, ꝙ ipſius collatio ad ſedem Apoſtolicam fuerat deuoluta: ep̄s Portueñ. tunc legatus in partibus illis, contulit præbendam illam cuidam clerico I. nomine, ſed capitulũ illius eccleſiæ non recipiebat eundem: Vnde præfatus epiſcopus petijt à Papa, vt ſuam collationem faceret obſeruari: ex aduerſo propoſuit procurator capituli, quod hoc audito capitulum allegauit antiquam conſuetudinem illius eccleſiæ, ꝙ nullum adhuc receperant in ſuum conſortium, niſi nobilem, liberum, & ab vtroque parente illuſtrem, honeſtę cõuerſationis, & eminentis ſcientiæ: & ne contra hoc fieret, ad ſedem Apoſtolicam fuit appellatum, cum nulla præbenda vacaret, antequam monitorias literas recepiſſent: Dñs Papa cõſiderans, ꝙ nobilitas generis non facit Deo gratum & idoneum ſeruitorem, ſed potius virtutum & vitæ honeſtas: & dominus non ſolum nobiles & potentes ad ſuum elegit ſeruitium, ſed ignobiles & pauperes, cum non ſit perſonarum acceptio apud Deum, & vix ad dignitates inueniantur eminẽtis ſcientiæ viri, nedum ad præbendas: vnde Papa huiuſmodi exceptiones non admiſit: vnde mandat Papa, ꝙ ſi conſtiterit prædictam præbendam vacaſſe, quando legatus dicto Io. ipſam contulit, illum faciant recipi ad eandem. Nota ꝙ nobilitas generis non eſt attendenda in collatione beneficiorum in eccleſia Dei, ſed potius virtutum, & vitæ honeſtas. Itẽ non eſt acceptio perſonarum apud Deum.

c ¶ *Conſuetudinem.*] hæc conſuetudo quantuncũque ſit obtenta, & etiam antiqua, non eſt obſeruanda: quia in talibus nulla diſtinctio nobilitatis eſt conſideranda, ſed vndecũque nati fuerint legitimè, dummodo honeſtæ vitæ fuerint, ad-

Rom. 2. Gal. 2. Ephe. 6. Col. 3.

e ¶ *Non generis.*] vt 32. q. 4. cap. recurrat. §. is ita.

f ¶ *Non multos.*] hoc dicit propter Paulum, & propter beatum Bartholomeum, qui nobiles fuerunt. Alij verò Apoſtoli ignobiles, & pauperes fuerunt, & tamen electi fuerunt ad regimen eccleſiæ: 1 qa apud Deum non gradus elegantior, ſed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. ſicut excellentiam, nec conſiderandum eſt qs maior ſit in loco, vel ordine, ſed quis iuſtior. 40. diſt. non loca. & c. multi. in fi. Arg. contra. 60. diſtin. c. vlt. & ſ. eod. de multa. in fi.

† Aliàs: Deum.

1 B. Bernardus: Licet magna & diuina planè fuerint miracula, quæ dominus geſſit in terris, hoc tñ ſup omnia alia emicuit, ꝙ in paucis, ſimplicib⁹, & pauperibus totum mundũ, & oẽm eius latitudinẽ ſibi ſubiugauit. Ioã. And.

g ¶ *Perſonarum.*] ſup. de iudic. nouit. 32. q. 4. c. recurrat. §. is ita. & 3. q. 9. cap. vlti. & 4. q. 4. c. 2. 2

h ¶ *Eminentis.*] Sufficit enim prælato ꝙ ſit ſufficientis ſcientiæ, licet non ſit eminentis. ſ. de elec. cum nobis. aliàs pauci ad dignitates promouerentur, vt hic dicit: & ita multò fortius toleratur mediocris ſcientia in beneficijs, vt hic dicit: meritò ergo hæc conſuetudo, & exceptio non fuit admittenda.

† Vide Oldradũ conſil. 306.

† dedimus in antiqs.

† V.

i ¶ *Contulit.*] Aliàs non potuit ei beneficiũ non vacans conferre. ſ. de conceſ. præb. nulla. ſolus Papa hoc poſſet facere. poteſt tamen donationi ſuæ reſeruare primam vacaturam. ĵ. de iu. pat. cum dilectus.

CVm olim.] Reſcriptum, quo mandatur alicui beneficio prouideri, rectoriam, vel dignitatem non includit. h. d. Prima pars narrat executoris proceſſum. Secunda reuocari mandat, dicens quare: ibi, *Cum igitur.* Abb. Sicu.

2 Concor. l. hos accuſare. ff. de accu. & in Authen. de monaſt. §. hinc autẽ. colla. 1.

Casvs. Papa mandauit Priori ſanctæ Mariæ, vt V. diacono faceret prouideri in aliqua eccleſia ciuitatis, vel diœc. Lucane: dictus Prior præfatum V. deſignauit in rectorem eccleſiæ ſancti Petri de Vico, in qua per clericos eiuſdem eccleſiæ rector eligi conſueuit: & qa clerici non recipiebant eundem, excommunicationis vinculo innodauit eoſdem: ſignificatum fuit hoc domino Papæ, & ipſe reſpondet dicens, cũ mandatum Apoſtolicum ad talia ſe non extendat, nec ſit intentio domini Papæ de conferenda rectoria, vel dignitate, cũ pro ſimplici beneficio ſcribit: mandat quatenus inſtitutionẽ & excommunicationem denunciet non tenere. No. ꝙ quando ſcribitur pro ſimplici beneficio, prouidere non poteſt huiuſmodi executor in rectoria, vel dignitate. Item cum ſic mandat: prouideas, ſiue facias p̃uideri in aliqua eccleſia ciuitatis, vel diœceſis: forma iſta ad ſimplex b̃ñficium tm̃ extenditur. Item intentio mandãtis ſemp̃ attendenda eſt, & ſeruãda.

k ¶ *Diœceſis.*] Niſi hoc adiunxiſſet, non poſſet ei prouidere niſi in eccleſia aliqua ciuitatis. ſ. de reſcri. Rodulphus.

¶ *Glo.*

ſtolica prouideret a: idem præfatum G. † eccleſiæ ſancti Petri de Vico rectorem auctoritate huiuſmodi niſus † eſt deſignare: in qua rector ab eiuſdẽ eccleſiæ clericis eligi conſueuit, excommunicationis ſententiam nihilominus proferẽs in rebelles. ¶ Cum igitur mandatum huiuſmodi ſe ad talia b non extendat, nec ad rectoriã, vel dignitatẽ noſtra feratur † intentio, cum pro ſimplici beneficio iuſſio noſtra manat †: Mandamus, quatenus tam inſtitutionem huiuſmodi, quàm excommunicationis ſententiam propter hoc latam, denuncies non tenere.

† V. † viſus. † præferatur. † maneat.

TITVLVS VI.

De clerico ægrotante, vel debilitato.

¶ Gregorius Candido † Epiſcopo Vrbeuetañ.

¶ Clericus infirmus integrè percipit fructus beneficij ſui.

CAP. I.

Cvm pcuſſio corporalis: & infrà. ¶ Fraternitatẽ tuã hortamur, quatenus latorem præſentium, ad percipienda quæ conſueta ſunt ab eccleſia tua, ægritudo ſua non debeat impedire c: Quia ſi alij eius eſſent exemplo deterriti, fortè nõ poſſet, qui militaret d eccleſiæ, inueniri: ſed ſecundũ eius ordinem e, quæcunque ei, ſi ſanus eſſet, poterãt miniſtrari, de ipſa exiguitate, quæ eccleſiæ poteſt accedere, fraternitas tua præbeat ægrotanti f.

† Gregori' lib. 2. epiſtola 5. vbi extat integra. & c. 1. eod. tit. in 1. compilatione. Et vide l. ſeruus. ff. d euict. & gloſſam in l. nauis. §. cũ autem verbo, duplici. ff. ad legẽ Rho. de iactu.

† Gregorius ſed in omnibus manuſcriptis. vt eſt impreſſum.

¶ Eugenius † Papa.

¶ Presbyter cui medietas palmæ cũ duobus digitis eſt abſciſſa, Miſſam non celebrat, ſed cęteris ſacerdotalibus officijs fungi poteſt.

CAP. II.

Presbyterum †, cuius duos digitos cũ medietate palmæ à prædone abſciſſos ſignificaſti, Miſſam non permittimus g celebrare: quia nec ſecurè propter debilitatem, nec ſine ſcandalo h propter deformitatem i † membri, hoc fieri poſſe confidimus. Ipſum autem cæteris officijs ſacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

† Poſt concilium Lateran. ſub Alexã. iij. part. 16. c. 15. & c. 1. eo. tit. in 1. compilatione.

† deformationem.

¶ Lucius tertius.

¶ Si rector eccleſię ſit leproſus, dandus eſt ei coadiutor.

CAP. III.

De † rectoribus eccleſiarum lepræ macula vſque adeo infectis, ꝙ altari ſerui-

† Poſt concilium Lateran. ſub Alexã. iij. par. 32. ca. 4. & c. 3. e. tit. in 1. cõpilat.

¶ Glo. ſeq. diſtinguit inter executorem ad prouidendum, & ad compellendum, dicens, &c.

a ¶ *Prouideret.*] Cum mandatur alicui ſub hac forma: prouideas tali in aliqua eccleſiarũ ciuitatis, vel diœceſis, vel conferas tali beneficium in aliqua eccleſiarũ, & c. poteſtas prouidendi ſibi data intelligitur: & per conſequẽs Papa abſtulit poteſtatem canonicis illius eccleſiæ prouidendi. argum. illius. decre. j. de conceſ. præb. conſtitutus. Poteſt etiam talis iudex reſeruare ſibi primam vacaturam, vel interdicere ne eligant, & decernere irritum quòd contra fieret, ſicut video in generali legato, qui poteſt ſibi reſeruare donationem primæ vacaturæ. j. de iure patro. cum dilectus. Et quod dicit, abſtulit poteſtatem prouidendi, hoc intellige poſtquam executor inſinuauerat illi, ad quẽ poteſtas pertinet conferendi, quòd velit cõferre præbendam illi, pro quo mãdatur, collationem illius interdicendo, vel decernendo irritum ſi ſecus fieret, vt hic probatur: & j. de conceſ. præb. quia in cunctis. §. ex parte. ver. nõ ſic autẽ. [li. 6.] Sed antequam hoc fiat per executorem, bene poteſt conferre præbendam ille, ad quem collatio pertinet, non obſtante tali mãdato: vt dicit decret. quia in cũctis. §. ex parte. ſecus eſt ſi datus eſſet executor ad compellẽdum: tunc enim non poteſt interdicere, nec cõferre, nec inueſtire, ſed tantum per excommunicationem compellere: & ſi canonici alium eligant, valet electio, ſeu collatio illius beneficij. ſ. eo. dilectus filius. De hoc not. ſ. de reſcri. abbatem. in gl. per hanc.

b ¶ *Ad talia.*] ſcilicet ad dignitates, vel rectoriam: quia nec intentio domini Papæ talis fuit, ergo nec intentio iudicis, ſeu executoris alia debet eſſe. ſ. eod. cum cauſam. & ſ. de arbi. expoſita. Et eadem ratio, quę mouet delegantem, moueat delegatum. ſ. de reſcrip. ſuper literis. in fin. Et forma mandati diligenter ſeruari debet. ſ. de reſcrip. cum dilecte. & ſ. de offi. deleg. cum olim. & c. cum venerabilis. & C. de procu. l. ſi procurator. 1 ergo quicquid factum eſt contra formam mandati. non tenet. Et ita nec excommunicatio, nec inſtitutio talis tenuit: quia vires mandati non patiebantur. Et ſic patet ꝙ cum Papa mandat alicui prouideri, de ſimplici beneficio tãtum intelligendum eſt, niſi in literis hoc contineatur. ſ. de reſcri. abbatem. in fi. quia non omnis qui cenſetur dignus ad beneficium: dignus eſt ad dignitatẽ, vel perſonatum 2, vel rectoriam: quia pueri ſimplex beneficiũ poſſunt habere, non tamen dignitatem. ſ. de æta. & quali. ex ratione. & c. indecorum. & ſ. eod. ſuper. vbi de hoc dicitur. Et in dignitatibus is gradus cæteros antecellat, quem labor. & c. C. de off. magiſtri officiorũ. l. nemo. & 61. diſt. miramur. Hoc quod dicitur hic, quòd pueri poſſunt habe e beneficium, intellige ſecundum quod not. ſ. eo. ſuper. in fi. illius gl. ſed quos, & cætera.

1 Vide vt lit. non cõte. c. 1. ſup glo. fin. Io. And.

2 Vide qđ no. infra e. cũ in illis. libr. 6. Ioã. And.

DE CLERICO ÆGROTANTE, VEL DEBILITATO.

¶ Suprà viſum eſt de clericis non reſidentibus, & de præbendis non conferendis eiſdem. Sed quia dubitari poterat, nunquid eis ęgrotantibus ſint prouentus eccleſię ſubtrahendi, meritò ſubijcit iſtam rub. Abb.

De hac materia tractatur 7. q. 1. & q. 2. & 33. diſt. per totum. 3. q. 6. indicas. & 17. q. 2. Gonſaldus.

Cvm percuſſio.] Diuiditur: quia primò ponit dictum cuius rationẽ interſerit: ibi, *Quia ſi.* Abbas.

Casvs. Quidam ſacerdos infirmitate detentus non poterat eccleſiæ deſeruire, propter quod epiſcopus ſuus ſubtrahebat ei cõſueta ſtipendia ſua: Sacerdos conqueſtus eſt domino Papę: mandat Papa illi epiſcopo, ꝙ propter hoc conſueta ſtipendia ſua ei non ſubtrahat, ſed omnia ſibi tribuat quæ ſi ſanus eſſet, ab ipſa eccleſia percipere poſſet: qa ſi alij exẽplo huiuſmodi eſſent deterriti, inueniri forte non poſſet qui vellet eccleſiæ militare. Nota quòd infirmus ſeruire intelligitur eccleſiæ, & omnia percipere debet ac ſi ſanus eſſet. ſatis. n. affligit ipſa infirmitate.

c ¶ *Impedire.*] ſimile 7. q. 1. cum percuſſio. & 3. q. 9. indicas. & 5. diſtin. ad eius verò.

d ¶ *Militaret.*] 23. q. 1. militare. & 1. q. 3. ſeruato. circa mediũ. C. de epiſ. & cle. Authen. ſed hodie.

e ¶ *Ordinem.*] ſecundum ordinẽ cuiuſcunque & dignitatem conſtituenda ſunt bñficia. 12. q. 2. conceſſo. De hoc dixi ſ. de ma. & obe. ſtatuimus.

f ¶ *Ægrotanti.*] quia famuli ægri, quos curamus, nobis ſeruire intelligunt. ff. de ſta. lib. l. 4. §. Stichus. & tpe infirmitatis paſcẽdi ſunt. ff. commo. in rebus commodatis. §. poſſunt. Sic & clerici in ægritudine ſtipendijs ſuis priuari non debent.

Presbyterum.] Primò prohibet, & cauſam reddit. Secundò permittit: ibi, *Ipſum autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam ſacerdos amiſerat duos digitos cũ medietate palmæ, per quendã prædonem abſciſſos: eps illius, quæſiuit vtrum deberet permitti celebrare Miſſam? dicit Papa ꝙ nõ permittat illum Miſſam celebrare: quia nec pp debilitatẽ ſecurè, nec ſine ſcandalo pp deformitatem poteſt celebrare: in alijs ſacerdotalibus officijs permittit illũ celebrare. Nota quòd ab initio libere poteſt exequi, ex poſtfacto infirmatur, vt patet in iſto ſacerdote. Item deformitas & ſcandalum remouent aliquem ab executione ſacrorum ordinum.

¶ Glo. ſeq. arg. alle. 2. iura, ad contrarium alle. vnam legem.

g ¶ *Non permittimus.*] arg. qđ initio valuit, ex poſtfacto infirmatur. 33. diſt. vſque adeo. & c. cõiter diffinimus 3. arg. cõtra, quod enim factum eſt rectè, ex ſuperuenienti delicto corrumpi non poteſt. ff. de itinere actuque pri. l. nec enim. Bern.

3 Concor. text. in l. ſi tibi decẽ. & ibi Bart. §. ſ act'. ff. de pac. Io. And.

h ¶ *Scandalo.*] Propter ſcãdalũ. n. multa ſunt dimittẽda. ſ. c. prox. & ſ. de temp. or. ad aures. & ſ. titu. proxi. cum teneamur.

i ¶ *Deformitatem.*] Ex hoc verbo apparet quæ deformitas impediat ordinandum, cum ſuſpendat ordinatum. hoc tamẽ poteſt ipſo facto melius perpendi, quam ali quo ſtatuto exprimi. j. de do. Apoſtolicæ. Bern.

De rectoribus.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Hoc volumus.* Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur in hac decre. quòd leproſi nõ poſſunt, nec debent

debent miniſtrare altari propter ſcandalum aliorum, qui ſani ſunt, ſed dandus eſt illis coadiutor, qui habeat curam animarum, & de facultatibus eccleſiæ habeat ſuam portionem, vnde poſſit ſuſtentari. Not. quòd nihil eſt cum ſcandalo faciendum. Item propter ſcandalum remouetur aliquis ab officio ſuo. Item ægrotanti dandus eſt coadiutor, & hoc verum eſt, & ſpeciale in leproſo.

re non poſſunt: nec ſine magno ſcandalo [a] eorum, qui ſani ſunt eccleſias ingredi: Hoc volumus tenere, quòd eis dandus eſt coadiutor [b], qui curã habeat animarum [c]: & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationem ſuam, congruam recipiat portionem [d].

¶Clemens tertius †.

¶Si rector eccleſiæ ſit leproſus, ab adminiſtrationis officio remouetur: ſed de bonis eccleſiæ ſuſtentatur.

CAP. IIII.

TVa † nos duxit fraternitas conſulendos: & infrà. ¶De ſacerdote, qui diuino iudicio lepræ morbo repercuſſus †, in parochiali eccleſia prælationis officio fungitur: Dicimus, quòd pro ſcandalo [e], & abominatione populi, ab adminiſtrationis [f] debet officio remoueri: ita quòd iuxtà facultates eccleſię, ſibi neceſſaria, quandiu vixerit, miniſtrentur [g].

¶Innocentius iij. Arelateñ. Archiepiſcopo.

¶Epiſcopo qui propter morbum incurabilem paſtorale officium exercere non poteſt, dandus eſt coadiutor.

a ¶*Scandalo.*] Nota nihil cum ſcandalo eſſe faciendum. ſ. c. proxi. dummodo ſine peccato mortali poſſit omitti. j. de no. ope. nũ. cum ex iniuncto.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

b ¶*Coadiutor.*] Et ita videtur quòd propter lepram non remoueatur prælatus 1, ſed cõtra. j. c. proxi. vbi de hoc dicitur.

c ¶*Curam animarũ.*] Ergo ille coadiutor videtur eſſe prælatus, ex quo habet curam animarum. j. eo. cap. prox.

d ¶*Portionem.*] Et ſic prouidebitur ei de bonis eccleſiæ. j. eod. cap. proxi. Sed pone ꝙ eccleſia non poſſit ſufficere vtrique. Reſpondeo ille qui ſeruit eccleſiæ, habebit redditus, & illi infirmo prouidebit eps 2. 82. diſtin. §. 1. & cap. 1. & ex hoc verbo eſt argu. ꝙ non ſit prælatus.

ADDITIO. Ex eo ꝙ dicit, congruam recipiat portionem.

TVa nos.] Cõis diuiſio. Secunda: ibi, *Dicimus*. Abb. Sicu.

† In vno ita: Clemens. 3. Pictauien. epiſcopo.

1 Vin. contra. niſi ex toto remoueatur prælat⁹: & tũc ille non dicitur coadiutor. Io. And.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilat.

† percuſſus.

† reſperſus.

2 Vin. dixit hãc ſibi nõ placere: de bilioribus enim in loco conſulitur. 18. q. 2. in nullo. Ioan. And.

CASVS. Quidam ſacerdos diuino iudicio fuit lepra percuſſus: quærebatur an deberet propter hoc remoueri ab officio prælationis? Reſpondet Papa, quòd remoueri debet ab adminiſtratione populi: ita tamen, quòd neceſſaria ſecundum facultates eccleſiæ ſibi, dum vixerit, miniſtrentur: Nota ꝙ propter ſcandalum aliquis remouetur ab adminiſtratione ſua. Item nota, quòd leproſi & clerici ægrotantes, licet eccleſiæ non ſeruiant, non tamen debent beneficia amittere, ſed eis debet eccleſia prouidere.

e ¶*Scandalo.*] ſ. cap. proxim.

¶*Glo. ſeq. obijcit, ponit opin. Hug. & Lau: Secundò opi. Bar. Tertiò opin. Vin. & Tan. quam approbat.*

f ¶*Adminiſtrationis.*] Ex hoc videtur ꝙ propter morbum lepræ ſit remouendus prælatus. Sed contra videtur. ſ. eod. capit. proxi. & ita ſine culpa punitur: quod eſſe non debet. 56. diſtin. ſatis peruerſum. & 16. q. 7. inuentum. Super hoc eſt diuerſitas inter doctores. Hu. dixit, quod nunquam ſubſtituitur aliquis viuo, niſi eo renunciante. & in hac opi. fuit Lau. & dãdus eſt ei coadiutor: vt ſ. c. proxi. & j. eod. cap. penul. & vlt. Et quod dicit hic, ab adminiſtrationis officio debet remoueri, dicit Lau. ab officio quod eſt in actu, ſed quo ad ius retinebit officium. B. diſtinxit, vtrum morbus ſit curabilis, vel incurabilis. Dicas cum Vin. & Tan. quòd quãdiu aliquis poteſt remanere in collegio ſuo ſine ſcandalo, & horrore, non ſubſtituitur ei aliquis: aliàs alius erit ſubſtituendus, vt hic, qui erit prælatus in totum, & infirmo prouidebitur de bonis eccleſiæ. ſuprà eod. cap. proxim. Ad idem ſatis concordat, quia talis coadiutor prẹlatus eſt ex toto. Et hoc patet ex eo quòd dicit, quòd habet curam animarum, & eſt hoc ſpeciale in lepra propter abominationem populi & ſcandalum, ſicut etiam iudex mutatur ſi non poteſt dare operam iudicio 3: vt ff. de iudic. ſi longius. aliàs autem obtinet ſententia H. & Lau. & datur tunc coadiutor. infrà capit. proxim. Et ſic eſt caſus vbi aliquis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ſim. ſ. vt lit. non conteſta. quoniam frequenter. §. ſi verò aliter. in fin. In quibus caſibus priuatur quis ſine culpa, 4 ſed non ſine cauſa, dicitur. j. de priui. antiqua.

3 Et ꝓpter nimiã ſenectutẽ. C. d of pſ ori. ſi quos ꝑ qđ dicunt quidam idẽ in ꝑlato: qđ non placet Phi. Ioan. And.

4 Tex. ẽ ad hoc in l. fi. & ibi Bar. C. de naui. lib. 11. Ad. de Bald. in l. 1. ff. de of fi. eius cui man. eſt iuriſ.

g ¶*Miniſtrentur.*] ſuprà cap. proxi. ex quo cum infirmitas non crimẽ abduxit: vt 7. quæſtio. 1. quamuis triſte. quia non eſt afflictis addẽda afflictio. 7. quæſtio. 1. cum percuſſio. criminoſus eñ dignus eſt vt egeat. ff. depoſiti. bona fides. Lau.

CAP. V.

EX † parte tua fuit propoſitum, quòd cum Auraſienſis † epiſcopus graui, & incurabili morbo ferè per quadriẽnium laborauerit, ita quòd paſtorale officium non poteſt vllatenus exercere: princeps terræ illi⁹, ac ciues [h] ciuitatis eiuſdem, à te poſtulant inceſſanter, vt ipſis (cum ſis metropolitanus eorum) ſtudeas prouidere. ¶Verum cum ipſum ad ceſſionem compellere non poſſis [i], nec debeas vllo modo, nec afflicto afflictio [k] ſit addenda, imò potius ipſius miſeriæ miſerendum †, eo quòd † idem vir bonus extiterit, & eccleſiam ſalubriter ſibi commiſſam gubernauerit: Nos volentes tam epiſcopo quàm eccleſiæ prouidere; Mandamus, quatenus illi coadiutorem [l] aſſocies virum prouidum, & honeſtum, per quem tam epiſcopo, quàm populo vtiliter conſulatur.

¶Honorius iij. Epiſcopo Auerſano.

¶Breue eſt, & non ſummatur.

CAP. VI.

COnſultationibus: & infrà. ¶Archidiacono autem, quẽ morbo paralytico la-

† Cap. vnico. e. tit. in 3. compil.

† Aren.

† Auraſicen.

† Auraicẽ.

† miſerandum.

† Aliàs ita: eo quòd ipſe bonus extiterit.

EX parte.] Sunt duæ partes. ſecũda: ibi, *Verum*. Abb. Sicul.

CASVS. Eps Auraſienſis graui morbo, & incurabili ferè per quadriennium laborauit, ita quòd epiſcopale officium nõ potuit exercere: propter quod & ciues illius terræ petebant ab archiepiſcopo Arelateñ. metropolitano ſuo inſtanter, vt eis ſuper hoc prouideret: archiepiſcopus ſignificauit hoc domino Papæ: Reſpondet ꝙ non poteſt illum ad renunciandum compellere. nec addenda eſt afflictis afflictio: ſed eſt ei potius miſerendum, cum ille in officio ſuo laudabiliter ſe habuerit: vnde Papa volens tam epiſcopo quàm eccleſiæ prouidere: mandat archiepiſcopo, vt det illi coadiutorium ſiue coadiutorem virũ prouidum & honeſtũ, per quem & epiſcopo & eccleſiæ conſulatur. Nota quòd aliquis non debet compelli ad renunciandum propter infirmitatem. Item afflictis non eſt addẽda afflictio. Item dare coadiutorium epiſcopo morbo detẽto, ſpectat ad archiepiſcopum.

h ¶*Ciues.*] Sic 7. quæſt. 2. nuper.

i ¶*Non poſſis.*] 7. quæſtion. 1. ſcripſit qualiter. & cap. quamuis triſte.

k ¶*Afflictio.*] Simile 7. quæſtion. 1. cum percuſſio. 3. quæſtion. 9. indicas. & 5. diſtinctio. ad eius vero. ff. ad leg. Rho. de iac. l. nauis. §. cum autem. In leproſo tamen ſecus conſueuit dici à quibuſdam: vt ſuprà capitulo proximo vbi de hoc, idem Io. dicit circa leproſum quod Hug. & Lau.

¶*Glo. iſta notat, alle. 6. iura & alleg. tria in contrarium.*

l ¶*Coadiutorem.*] Sic infrà capitu. proxim. & ita patet, quòd propter infirmitatem ſuperuenientem non priuatur prælatus, quia eccleſiaſtica beneficia non ſunt temporalia. 55. diſtinct. præcepta. & ff. de adop. ſi tibi. ff. de hæredi. inſti. hæreditas. ff. de regul. iur. actus legitimi. ſic ff. de manumiſ. teſtament. libertas. ff. de pecu. peculium. §. 2: quod eſt verum. Argumen. contra. ff. de offi. præ. ſi forte. & 7. quæſtio. 1. paſtoralis 5. 12. quæſtion. 2. nobis. Sol. verum eſt quod beneficia eccleſiaſtica perpetua ſunt, & ideo propter caſum ſuperuenientem ſine culpa non priuatur prælatus: ſed datur ei coadiutor: vt hic patet. & capitu. ſeq. In caſu tamen alius viuenti ſubſtituitur, ſecundum quoſdam. ſuprà capitulo proximo, vbi de hoc. & 7. quæſtion. 1. paſtoralis omni tamen caſu prouidebitur infirmo de bonis eccleſiæ, & coadiutor illi datur etiam inuito. argumen. infrà de eccleſi. ædifi. ad audientiam.

5 Dic vt ibi, & ſupra de fil. presby. veniens. in vltim. gl. Io. And.

COnſultationibus.] CASVS. Quidam archidiaconus morbo paralytico laborans officium linguæ amiſit: quæritur quid iuris? Dicit Papa, ꝙ dãdus eſt ei coadiutor. Nota quòd

prælatis

prælatis impotentibus officium ſuum exercere, dandi ſunt coadiutores.

a ¶*Officium linguæ.*] Idem eſt ſi amiſerit officium oculorum.argumen. 55. diſtinct. ſi Euangelica. & quia eſt oculus epiſcopi.94.diſtinct. diaconi eccleſiæ.

b ¶*Coadiutor.*] Et de hoc dictum eſt in proximis duobus capitulis.

borantem officium [a] linguæ aſſeris amiſiſſe, coadiutor [b] eſt meritò adhibendus.

DE INSTITVTIONIBVS.

¶*Suprà viſum eſt de collationibus præbendarum, ſed quia parum eſt conferre niſi ſequatur inſtitutio, ideo ſubijcitur hęc rubri. Vel aliter: quia dubitari poſſet ad quem pertinet collatio, ſeu inſtitutio præbendarum, & beneficiorum: ideo poſt rubricam de præb. ſubijcit hanc. Abbas.*

De hac materia tractatur 16. q. 7. omnes. vſque ad c. quoniam in quibuſdam.

† Hæc eſt ſynodus Arelatẽſis 4. ſub Carolo Magno imperatore, & habet hoc ibi ca. 8. & c. 1. eo. tit. in 2. compilatione.

† In aliquot manuſcriptis ita: Eugenius Papa.

† Cap. 3. e. tit. in 2. cõpilat.

Rectè autẽ Contius addit hic omiſſa à Raymundo, ex antiqua compila.

1 Et C. de ſacr. ſanct. ec. nõ plures, & hoc ne ad menſuram perſonarũ q̃ramus poſſeſſiones: qđ nimis auarũ eſt, ſed ex poſſeſſionibus q̃ ſunt, metiamur expẽſas, vt in Authen. vt deter. ſit nu. cleri. vltra med. 1. coll. ſecũdũ Gof. Ioan. And.

2 Quaſi dicat ſecundum Hoſt. ſi recipitis laicũ, curret vobis ſemeſtre tp̃s: quaſi nihil interſit, nullũ, vel minus idoneum recipere. ſupra đ ſup. neg. præla. c. 2. vide quod dicã infrà tit. 1. cum noſtris. in gl. ergo vacabat. Ioã. And.

TITVLVS VII.

De inſtitutionibus.

¶Ex concilio Arelateñ. †

¶*Numerus clericorum debet inſtitui in eccleſijs collegiatis, ſecundum facultatem ipſarum.*

CAP. I.

NOn amplius ſuſcipiatur in monaſterio monachorũ, aut clericorũ, ſeu etiã puellarũ, quàm quot ſe regere de bonis eccleſiæ abſque penuria [c] poſſint.

¶Eugenius †.

¶*Laici in canonicos non poſſunt inſtitui.*

CAP. II.

IN † eccleſia veſtra certum numerum canonicorum (ſicut nobis innotuit) communiter inſtituere curauiſtis: & infrà. ¶Cum laici [d] non debeant in canonicorum numero computari: nec vos debeatis differre [e], quo minus ſtatutum numerum, de alijs clericorum perſonis idoneis [f] ſuppleatis: tales [g] ad ſupplendum numerum inuenire curetis, per quos Deo in diuinis officijs, per eccleſiaſticos ordines congruè ſeruiatur.

NOn amplius CASVS. Dicitur ꝙ non plures recipiantur in monaſterio monachorum, aut clericorũ, vel etiã monialium, quàm qui poſſint commodè de bonis eccleſiæ ſuſtentari. Nota ꝙ non debent tot eſſe canonici in eccleſia quod ſint pauperes.

c ¶*Abſque penuria.*] Semper enim conſiderandi ſunt redditus eccleſiarum, vt ſecũdum eos clerici inſtituantur in eis. ſ. de vita & ho. cleri. quoniam vt ait. 1 vbi de hoc. Ita etiam ꝙ hoſpitalitatem ſeruare poſſint, & ſoluere iura epalia. ſ. de præb. de monachis. & ſ. de ſup. neg. præla. ſicut nobis. & econuerſo tot ſunt ponẽdi quot ex ipſis facultatibus poſſint cõmodè ſuſtẽtari. ſ. de cõſt. cũ M. & j. e. auctoritate à cõtrario ſenſu. j. de cẽſi. cũ inſtãtia. arg. 12. q. 1. pcipimus. 16. q. 7. oẽs baſilicæ. Tñ pp nimiũ incremẽtũ nõ credo recedendũ à numero cõſueto. ar. C. de allu. l. pen. & vlt. ergo tñ dẽt eſſe augmentũ, de quo alius æquale ſtipendiũ cũ alijs habeat, vel ſaltem ſufficiẽs, & honeſtum. ſ. de conſtit. cum M. Ferrarieñ.

IN *eccleſia.*] Primò deciſè narrat factum. Secundò prouidet: ibi, *Cum laici.* Abbas Siculus.

CASVS. In quadam eccleſia erat certus numerus canonicorum, & tandem vacauerunt ibi quædam præbendæ: in eadem eccleſia quidam laici erant intitulati: querebatur vtrum tales laici deberent computari in numero clericorum: vt ſic numerus clericorum reputaretur plenus: Reſpondet Papa ꝙ laici non debent in clericorum numero computari, nec differant numerum canonicorum adimplere de perſonis idoneis: & tales aſſumendi ſunt, per quos in diuinis Deo cõgruè valeat deſeruiri. Nota quòd ius canoniæ non cadit in laicũ. Item vbi certus numerus clericorum eſt conſtitutus, non debet diminui, ſed adimpleri. Item perſonæ idoneæ debent in eccleſijs inſtitui.

d ¶*Laici.*] & meritò, quia homines diuerſæ profeſſionis in eodem officio aſſociari non debent. 16. q. 7. in nona actione. & ſ. de elect. cum cauſam.

e ¶*Differre.*] Vltra ſex menſes, 2 alioquin transfertur poteſtas ad ſuperiorem. j. tit. proxi. nulla. Bern.

f ¶*Idoneis.*] Qui dicantur idonei, habes. ſ. de præben. ſuper inordinata.

¶*Gloſſa iſta reci. per q. an in laicum conuerſum, cadat ius canoniæ.*

g ¶*Tales.*] qui ſunt idonei & morum honeſtate, & literarũ ſcientia. ſ. de præb. graue, aliàs puniuntur: vt ibi dicitur. Hæc fuit quæſtio, vtrum laici intitulati in eccleſia iſta poſſint cõputari in numero clericorum? Et dicitur ꝙ non: quia non reputantur idonei, cum ſint laici. Et ita ius canoniæ non cadit niſi in clericum: ſicut ius eligendi in eccleſia collegiata non cadit in laicum. ſ. de elec. ſacroſancta. & c. Maſſana. hoc tamen intelligendum eſt de laicis profeſſione & habitu, & non de conuerſis. Si enim conuerſus aliquis alicuius eccleſiæ incedat tonſura tus, volens eſſe clericus, cũ iã deſtinatione animi ſit clericus, vt 23. q. 1. paratus. iam eccleſiaſtica perſona cenſetur, vñ tale ius cadit in eũ: & ius cõuerſi ſpirituale eſt: vñ de q. cõmit illud, ſimoniã cõmittit: vt 1. q. 3. Salua.

¶Alex. iij. Cantuareñ. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

¶*Inſtitutio beneficiorum ſpectat ad epiſcopos, vel eorum officiales.*

CAP. III.

EX † frequentibus querelis didicimus, in partibus veſtris conſuetudinem prauã, à multis retroactis temporibus inualuiſſe, quòd clerici eccleſiaſtica beneficia, ſine conſenſu † epiſcopi diœceſis, vel officialium [h] ſuorum † (qui hoc de iure poſſunt) recipiũt [i]: minus quàm deceat cogitantes, quomodo id à ſanctorum patrũ eſt inſtitutionibus alienum, & eccleſiaſticæ contrarium honeſtati. Vnde cum tu, frater archiepiſcope, ex officio [k] tibi commiſſo, tam iniquam conſuetudinem de prouincia tua velis (ſicut debes) radicitus extirpare †, tam in illos, qui eccleſiaſtica beneficia taliter occupata ſcienter detinent [l], quàm in eos, qui decætero occupare præſumpſerint, excõmunicatio-

† Poſt concilium Lateran. par. 18. ca. 11. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpilatione.

† aſſenſu in antiquis.

† ipſorum.

† Vide l. omnes. C. de decurio. lib. 10.

EX *frequẽtibus.*] Primò ponitur abuſio. Secundò refrænatio, ibi, *Vnde.* Tertiò, Papę confirmatio ibi: *Nos itaque.* Abb.

CASVS. In archiepiſcopatu Cãtuarieñ. quidam praua conſuetudo inoleuit, quòd clerici beneficia eccleſiaſtica recipiebant ſine licentia epiſcoporum, vel officialium ſuorũ, non conſiderantes ꝙ illud erat contra inſtituta ſanctorum patrũ & eccleſiaſticam honeſtatem: propter quod archiepiſcopus volens illam conſuetudinem penitus extirpare, omnes illos qui ſcienter beneficia taliter detinent temere occupata, vel qui decætero præſumpſerint occupare, excõmunicauit, & dominus Papa conſirmauit eandem, mandans quatenus prædicti clerici qui ſententiam illam incurrerint, nullatenus abſoluantur, niſi prius ſatisfecerint. Nota, quòd conceſſio eccleſiæ facta à laico, nõ valet ſine conſenſu epiſcopi. Item beneficia eccleſiaſtica recipienda non ſunt niſi ab his, ad quos pertinent, ſ. ab epiſcopo, vel eius officiali, qui gerit vicem epiſcopi, vel ab alijs ad quos pertinet collatio. & qui contra fecerit, excommunicandus eſt. Item conſtitutio tranſit ad præterita, vt hic dicitur, quia priuat iam inſtitutos, & ſimiliter inſtituendos: quod verum eſt cum facit mentionem de præteritis.

h ¶*Officialium.*] Officiales dicuntur, quibus epiſcopi committunt vices ſuas: qui poſſunt inſtituere vice epiſcoporum, vt hic dicitur.

¶*Gloſ. iſta ponit dicta, duo ſignat contrarium, cui dicit ſtandum. ſecundò ſignat contrarium, & ſoluit.*

i ¶*Recipiunt.*] Si à laicis recipiant, ſuſpenſi ipſo iure per canones antiquos videntur. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps. Argu. contra. j. de iure pat. cura. cui ſtamus. ſic ergo patet ꝙ auctoritas inſtituendi eſt penes epiſcopum, licet capitulũ quandoque eligat. j. titu. proxim. nulla. tamen de conſenſu capituli epiſcopus inſtituere debet. j. de his quæ fiunt à prælat. nouit. nec obſtat 70. diſtin. ſanctorum. quia ibi capellæ ſubditæ ſunt præpoſito quo ad ſuſtentationem, non quo ad inſtitutionem, & adminiſtrationem. Lau.

k ¶*Ex officio.*] legationis quantum ad ſuffraganeos diœce. ſuprà de offi. leg. cap. 1.

l ¶*Detinent.*] Vnde nullam poſſunt habere excuſatio-

nem quantocunque tempore ea tenuerint, quia diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget. ȷ. de ſimo. non ſatis. & cap. cum in eccleſiæ corpore. & 24. quæſt. 1. ſchiſma. ſu pra de conſue. quanto. ſecus ſi ignoranter, quia ignorantia, niſi ſit craſſa & ſupina, tales excuſat. ſuprà de ordi. ab epiſcopo qui renun. epiſcopa. cap. 1. & 8. diſtinct. conſuetudo.

a ¶ *Confirmantes*.] poſt quam confirmatione archiepiſcopus ſententiã relaxare non poſſet, niſi illud quod ſequitur, fuiſſet appoſitum. argum. ſ. de confir. c. 1. & 2. & de conſecr. diſtin. 2. cap. vlt. & ſ. de temp. ordi. cum in diſtribuendis. Bern.

† incurrerunt.

A *Vctoritate*.] C a s v s. Statuit hic, quòd in eccleſijs non inſtituantur vltra quã de ipſarum facultatibus commodè ſuſtententur. Nota ꝙ cum clerici inſtitui debent in eccleſijs, prouentus eccleſiarum conſiderã di ſunt.

† Cap. 1. ti. de iudi. in 2. compilatione.

† ſufficiãt

b ¶ *Facultates*.] Hæ ſemper ſunt conſiderã dæ. vt ſuprà eod. cap. 1. vbi de hoc, & ſ. de vita & honeſta. cle. quoniã. vbi habetur ſimiliter de hoc.

† P. ſancti Marcelli, &c.

† Vnũ vetus ita: P. ſancti Marcelli, & B. ſãctæ, &c.

c ¶ *Inſtituatur*.] Inſtituere eſt ius canoniæ in eccleſia, vel in eccleſiaſtico beneficio tribuere. ȷ. de hær. cum ex iniuncto. Inueſtire eſt quaſi poſſeſſionem illius iuris conferre: indifferenter tamen vnũ accipitur pro altero, verbi gratia: Inſtituere eſt ſpiritualis beneficij, vel dignitatis poſ ſeſſionem corporalem tradere. ſ. de offi. archi. ad hæc. c. vt noſtrum. quod ſpectat de iure communi ad archidiaconum, vt ibi dicitur. & ſic intellige. infrà eodem cum veniſſent. Inueſtire eſt ius canoniæ, vel dignitatis tribuere, quod poteſt fieri per annulum, vel librum. & ſic intelligitur infrà eodem cum veniſ ſent. ſed per hoc non adipiſcitur quis poſſeſſionem, niſi poſtea corporaliter inſtituatur. infrà titu. proxim. cum noſtris. & de præb. pro illorum.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõ pilat.

† Aliàs ita. Sicut noſtris eſt auribus intimatum.

¶ *Glo. iſta arg. à contrario.*

d ¶ *Inuitis*.] nullus epiſcopus eſt dandus inuitis. 61. diſtinc. nullus. dumtamen iuſtam cauſam oſtendant. ergo eis volentibus poteſt dari, licet facultates non ſufficiant. 1 & ita poſ ſunt ſibi in hoc præiudicare, & victum poſtea ſibi quærant. 91. diſtinct. clericus victum. & in cap. ſeq.

1 Dũ tamẽ ex his, licet parci⁹ viuere poſ ſint Goffr.

A *D decorem*. Primò ponit exceſſum patriarchæ. Secundò illum corrigi mandat, & non parenti comminatur. Secũ da: ibi, *Quocirca*. Abbas.

C a s v s. Patriarcha Conſtantino. in eccleſijs Conſtantinopolitanis inſtituebat Venetos tantum, non cõſiderans quòd qui iuſtitiam facit, acceptus eſt Deo, & beneficia eccleſiaſtica per ſucceſſionem poſſideri non poſſunt: vnde Papa mandat cuidam legato exiſtenti in partibus illis, quatenus moneat eũdem patriarcham, vt clericos literatos & ideo vndecunque fuerint inſtituat in eccleſijs prædictis, & præcipuè in maiori eccleſia: quod ſi non fecerit, indignum ſe reddet, vt iſti legati compellant aliarum nationum clericos ad ſuam obedientiam venire: nec diſſimulent quin ſignificent hoc domino Papæ, vt ipſe per hoc intelligat, vtrum ſit verum quòd ipſe patriarcha (vt dicitur) hoc promiſit. Not. quòd in eccleſia Dei non debet locum habere ſucceſſio hereditaria. Itẽ qui iuſtitiam facit, Deo acceptus eſt. Item qui iuſtitiam alijs non facit, eſt illi deneganda iuſtitia.

nis ſententiã protuliſti. ¶Nos itaque eandem ſententiam ratam habentes, & eam auctoritate Apoſtolica cõfirmãtes [a]; Mandamus, quatenus clericos ipſos, qui ipſam ſentẽtiam incurrerint †, niſi congruè ſatisfecerint, abſoluere minimè præſumatis.

¶Clemens iij. clero Conſtantinopolitano.

¶*Vltrà facultates non debet quis inſtitui inuitis clericis eccleſiæ.*

CAP. IIII.

A Vctoritate † Apoſtolicæ ſedis: & infrà. ¶Statuimus inſuper, vt nullus in eccleſijs veſtris, vltrà quam facultates [b] earum ſuſtineant †, vobis inſtituatur [c] inuitis [d].

¶Innocentius iij. † ſancti Marcelli, & ſanctæ Suſannæ Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato.

¶*Cum in eccleſiis oportet extraneos inſtitui, non debent inſtitui clerici certæ originis tantum, ſed vndecunque ſint, dum tamen ſint idonei.*

CAP. V.

A D † decorem: & infrà. ¶Sicut noſtris † auribus eſt ſuggeſtum, Conſtantinopolitanus Patriarcha aliarum nationum clericos ſpernens, Venetos tantum in Conſtantinopolitanis eccleſijs ſatagit collocare: non attendẽs quòd in omni gente, qui facit iuſtitiam acceptus [e] eſt Deo, nec ſanctuarium Dei conuenit iure hæreditario [f] poſſideri. ¶Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem, vt viros literatos, & aliàs † idoneos vndecunque [g] originem duxerint, in prædictis eccleſijs, & maximè in maiori, inſtituere non poſtponat: alioquin indignum [h] ſe reddet, vt vos aliarum clericos nationum ad eius obedientiam compellatis [i]. Nec † diſſimulare poteſtis [k], quin hoc noſtris auribus inti netis, vt ex hoc ipſo, an verum ſit quod ſuper hoc Venetis dicitur promiſiſſe [l], cõnijcere valeamus.

¶Idem Helien. Epiſcopo, & archidiacono Noruicen.

¶*Inſtitutiones & cuſtodiæ poſſunt de iure ſpeciali ad nõ epiſcopum pertinere, & pendente lite cum diœceſano defenditur in poſſeſſione. hoc dicit. vel ſic: ſi poſſidet ius inſtituendi is, ad quem de iure communi non ſpectat, pendente iudicio proprietatis in poſſeſſione defenditur.*

CAP. VI.

C Vm † veniſſent ad Apoſtolicam ſedem archidiaconus Richemundiæ, & procuratores Eboracen. archiepiſcopi, ex parte archiepiſcopi fuit propoſitum, quòd inſtitutio perſonarum, & cuſtodia eccleſiarum vacantium, ad eum in diœceſi

e ¶ *Acceptus*.] 32. quæſt. 4. cap. recurrat. §. his ita.

¶ *Gloſſa iſta alleg. concor. ex generali verbo. arg. & reſpondet. arg. tenẽs contrarium.*

f ¶ *Hereditario*.] ſic. 8. quæſtio. 1. Apoſtolica. & ſic videtur quòd nõ ſolum filij ſed nec collaterales in eccleſiaſticis beneficijs non ſuccedant. infra de iure pat. conſuluit. ſed tamen poſſunt. argumẽ. ſuprà de offic. delega. ex parte. dũmodo non fiat iure ſucceſſionis: vt ſuprà de elect. venerabilem. verſus finem.

† & alios

¶ *Glo. ſeq. iſta alle. con. cor. ſignat cõtraria, & ſoluit.*

† Aliàs ita: Nec vos.

g ¶ *Vndecunque*.] Argumen. quòd nihil refert de quo loco ſit natus clericus, vel de quibus parentibus. argumen. 40. diſt. nos qui. & cap. non loca. & 56. diſtinct. vndecunque. & cap. naſci. & cap. dominus. Argumen. contra ſuprà de ſer. nõ or. capit. 1. & ſuprà de fil. presby. capit. 1. & 2. & per totum. & 98. diſtinct. aphros. ſuprà de elect. cap. fin. vbi dicitur quòd prælati quidam inſtituebant clericos de alienis epiſcopatibus ignorante epiſcopo: quod eſſe non debet: ſed hic omnes erant extranei 2 tam Veneti quàm alij, & ideo vndecunque eſſent, debebant in eccleſia Conſtan. inſtitui, & nõ Veneti tantum. verum eſt quòd locus nõ obſtat, dummodo conſtet de bonitate perſonæ. & illud ca. aphros. de incognitis loquitur. ſ. de elect. bonæ. ad fi. Si autem ex damnato coitu natus ſit aliquis, non obeſt ei quantum ad vitam æternam, ſed obeſt ei quantum ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica. argu. ſ. de elect. innotuit.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõ pilat. Adde quid per textũ hũc dicat Felynus ſupra c. 1. de præſcrip.

2 Quia nulli erãt ibi clerici: ꝙ terra erat de nouo conuerſa. Ioan. And.

h ¶ *Indignum*.] Simile. ȷ. de vſu. quia fruſtra. & 2. q. 6. quis ſcit. & eſt hic arg. culpam 3 culpa compenſandam. 95. diſtin. eſto. ff. ad l. Aquil. item Mela. 1. reſpon. 4 ȷ. de diuor. ſignificaſti. ȷ. de adul. c. pe. & vlt. & ȷ. de pœ. conſtitutis.

3 Hoc ſano modo intelligas: non enim facienda ſunt mala vt veniant bona.

4 Adde ꝙ d. l. itẽ Mela. non bene probat. facit meliu l. ſi ambo. ff. de compen.

i ¶ *Compellatis*.] & hoc primo petierat patriarcha à domino Papa.

k ¶ *Poteſtis*.] id eſt, debetis. ſic 22. q. 2. faciat homo.

l ¶ *Promiſiſſe*.] Quod eſſet iniquum, quia nullo pacto, & nulla conditione beneficia eccleſiaſtica ſunt conferenda. 1. quæſt. 2. quàm pio. ſ. de pact. pactiones. ȷ. vt eccl. bene. vt noſtrum. vnde ſimoniacum eſſet.

C *Vm Veniſſent*.] Diuiditur in tres partes. In prima ponitur allegatio pro archiepiſcopo. In ſecũda allegatio ꝓ arch. ibi, *Inter alia*. In tertia interlocutio, & ſub certa forma diffinitiuè commiſſio: ibi, *Nos igitur*. Abbas.

C a s v s. Inter archiepiſcopum Eboracen. ex vna parte, & archidiaconum Richemundiæ ex altera, quæſtio vertebatur, ſuper inſtitutionibus perſonarum, & cuſtodia eccleſiarum vacantium, vnde procurator archiepiſcopi & archidiaconus acceſſerunt ad Papam, procurator archiepi ꝓponebat, ꝙ inſtitutio pſonarum, & cuſtodia eccleſiarũ vacantiũ ſpectabãt ad ipſum in diœceſi ſua, tã de iure cõi quàm de cõſuetudine generali, ſed quidã anteceſſores illius cõmiſerũt qbuſdã archid.

ſua ſpectat, tam de iure † communi,[a] quàm de conſuetudine generali. verum quidã prędeceſſores ipſius quibuſdam archidiaconis Richemundiæ, tam inſtitutionem, quàm cuſtodiam perſonaliter commiſerunt: & infrà. ¶Inter alia verò archidiaconus ipſe † reſpondit †. quòd archiepiſcopus tã inſtitutiones, quàm cuſtodias[b], non perſonaliter archidiacono qui tunc erat, ſed perpetuo de conſenſu capituli archidiaconatui reali conceſſione donauit. Cum autem archidiaconatus ipſe in continua poſſeſſione tam iſtarum, quàm aliarum libertatũ, multorum archiepiſcoporum, & archidiaconorum tẽporibus extitiſſet, & archiepiſcopus ſine conditione † qualibet conceſſiſſet ipſum[c] eidem, poſt conceſſionem aſſeruit, quòd ipſum conceſſerat, inſtitutionibus, & cuſtodijs vacantium eccleſiarum exceptis. Ipſe[d] † verò timens, ne ſi negaret expreſsè, cum nondum eſſet archidiaconus † poſſeſſionẽ adeptus: vel impediret † penitus factum eius, vel diutius differretur, reſpondit, quòd non ſolum de illo, ſed de omnibus redditibus ſuis faceret quod ſibi placeret: & infrà. ¶Nos igitur interlocuti fuimus, archidiaconum eſſe in plena libertatum eiuſdem archidiaconatus poſſeſſione tuendum, donec probatum[e] legitimè fuerit ex aduerſo, libertates † ipſas archidiaconis, ab archiepiſcopis perſonaliter fuiſſe[f] conceſſas: cum in hoc caſu, tã ante, quàm poſt, & in ipſa etiam conceſſione, archiepiſcopus eas † retinere potuerit licitè tamquam ſuas: vel donec legitimè probatum fuerit, eaſdem libertates archidiaconum abiuraſſe[g].

¶Sed in hoc caſu, ſi conceſſio illa fuerit realis, archiepiſcopo nihil iuris, vel vtilitatis accederet: quia nos vel ad petitionem Eboraceñ. eccleſiæ[h], vel per nos ipſos ſuper hoc ardiaconatui con-

† Iuriſdictione in vulgatis, ſed in omnibus antiquis vt in textu.

† ille

† Aliàs ita: reſpõdit dicens.

†Contradictione.

†Idem vero.

† Archidiaconatus

† impediretur.

† Aliàs ita: eaſdem libertates.

† ipſas

chid. Richemundiæ perſonaliter, tam inſtitutionem quàm cuſtodiam: vnde petebat procurator vt archi. illas dimitteret liberas & quietas: ex aduerſo reſpondit archidiaconus quòd archiepiſcopus non perſonaliter ſed realiter perpetuo conceſſit tam inſtitutionem quàm cuſtodiam. archid. qui tunc erat de conſenſu capituli ſui, & archidiaconatus fuerat in continua poſſeſſione iſtarũ dignitatum, & aliarum libertatum temporibus multorum archiepiſcoporum & archidiaconorum, & ipſe archiepiſcopus ſine aliqua conditione archidiaconatum ipſum cõceſſit eidem, ſed poſt conceſſionem dicebat archiepiſcopus quòd conceſſerat ei archidiaconatum, exceptis inſtitutionibus, & cuſtodia eccleſiarum. Præterea dicebat archiepiſcopus, quòd archidiaconus abiurauerat illas dignitates: Dominus Papa his & alijs auditis, interlocutus fuit, quòd archid. defendendus eſſet in plena poſſeſſione ipſarũ libertatum, donec ex parte archiepiſcopi ꝓbaretur, quòd libertates prædictæ conceſſæ fuiſſent archidiaconis perſonaliter, & in hoc caſu & ante conceſſionem archidiaconatus & poſt, & in ipſa conceſſione dictas dignitates potuit licite retinere; vel donec probatum fuerit archidiaconum illas abiuraſſe: ſed in caſu iſto ſi conceſſio fuit realis, nihil vtilitatis accreuit archiepiſcopo, quia Papa ad petitionem Eboraceñ. eccleſiæ, vel etiam per ſeipſum archidiaconatui ꝓuidebit: ſi alterutrũ iſtorũ fuerit ꝓbatũ, ſilẽtiũ imponat archid. ſup libertatibus illis: & ſi neutrũ ꝓbatũ fuerit: imponat ſilẽtiũ archiepiſcopo. Not. ꝙ qui eſt in poſſeſſione, debet defendi in ea donec conſtet de iure. Item conceſſio perſonalis cum perſona finitur, realis perpetua eſt, quæ fit non perſonæ, ſed eccleſiæ. Item factum prælati in damnum eccleſiæ non præiudicat eccleſiæ. Item iuramentum prælati in dãnum eccleſiæ præſtitum, ipſi prælato non eccleſiæ præiudicat. Item eccleſia ſine prælato agere poteſt: ſed hoc eſt propter iuramentum, quod ſeruari poteſt ſine præiudicio eccleſiæ ab ipſo prælato.

a ¶*Communi.*] arg. ad hoc ſ. de offi. ord. cum vos. & 70 diſt. cap. 2. 1. q. 5. c. 3. & c. res eccleſiæ. & c. peruenit. & 16. q. 7. nullus omnino. ſed contrarium eſt verum, quia de iure communi inſtitutio perſonarum, & cuſtodia vacantium eccleſiarum ſpectat ad archidiaconum. ſ. de offi. archi. ad hæc. & c. vt noſtrum. & 63. diſt. ſi in plebibus. niſi conſuetudo repugnet, vt hic videtur ad fi. ca. & ex cõfeſſione archidiaconi hoc poteſt colligi, & hic loquitur de inſtitutione corporali: quia collatio dignitatum, & præbendarum pertinet ad archiepiſcopũ. ı. titu. proxim. quia diuerſitatem, & c. poſt electionem & hic, vt patet ex confeſſione archidiaconi. Bern.

ADDITIO. Secus obtinet alicubi de conſuetudine. arg. ſ. de app. bonæ.

b ¶*Cuſtodias.*] ſcilicet, vacantium eccleſiarum.

c ¶*Ipſum.*] ſcilicet archidiaconatum.

d ¶*Ipſe.*] ſcilicet archidiaconus.

¶*Glo. iſta obijcit quare archiepiſcopo, pro quo facit ius commune, indicitur onus probandi. Reſpondet id fieri propter duas præſumptiones poſſeſ. & confeſ. demum diſtinguit inter donationem factam perſonæ & factam eccleſiæ.*

e ¶*Probatum.*] Sed quare incumbit onus probandi archiepiſcopo, cum de iure communi hæc ſpectent ad ipſum, vt hic videtur: vnde eo ipſo videtur fundata eius intẽtio. 16. q. 7. omnes baſilicæ. C. de prob. ſiue. & ı. de cen. olim? Reſponderi poteſt, ꝙ hic duæ fuerunt præſumptiones bonæ pro archidiacono cõtra archiepiſcopum: quia archidiaconus, & ipſius anteceſſores fuerunt in pacifica poſſeſſione, vnde præſumitur conceſſionem fuiſſe realem: & quia archiepiſcopus cõfeſſus fuit quòd anteceſſores ſui conceſſerunt illas dignitates, licet perſonaliter, & archidiaconus dicebat cõceſſionem fuiſſe realem: vnde præſumitur contra archiepiſcopũ, & ideo onus probandi incumbit archiepiſcopo, quòd cõceſſio fuit perſonalis, & licet perſona inſerat̃ pacto, nõ ideo eſt perſonale, ſed vt oſtendatur cum qua perſona ſit factum. ff. de pact. iuriſgentium. §. pactorum. & l. tale pactum. Plerumque enim conſulimus ſucceſſoribus noſtris ſicut & nobis. ff. de proba. ſi pactum. ſed tranſactio potius præſumitur perſonalis quàm realis, niſi fuerit per ſuperiorẽ confirmata. ſ. de tranſa. veniens. & c. de cætero. & ſ. de præb. niſi. hoc tamen adiecto, ꝙ ſi epiſcopus alicui perſonæ det rem eccleſiaſticam, potius præſumitur donatio perſonalis quàm realis. 10. q. 2. hoc ius. 16. q. 1. poſſeſſiones. Sed ſi donat eccleſiæ præſumitur realis donatio, & perpetuo donaſſe. 16. q. 1. c. vlt. ı. de ijs quæ ſi. à prela. cum Apoſtolica. arg. hoc ideo eſt, quia eccleſia non poteſt mori. 12. q. 2. liberti. 2. 1 Sed hic præſumit̃ conceſſionem fuiſſe realẽ, vt dixi: quia archidiaconus ille, & anteceſſores ſui fuerunt in quieta poſſeſſione. Ioan.

1 De reſcr. ſi gratioſè. libr. 6. Ioã. And.

f ¶*Fuiße.*] Præſumitur hic conceſſionem realem fuiſſe, ex quo eſt in poſſeſſione, & ideo tuendus eſt in illa quouſque probetur contra eum ceſſionem factam fuiſſe perſonalem. imo ſi perſonæ facta fuit, præſumi debet perſonalis, ſi dignitati realis 2.

2 Concor. tex. in l. donatiões. §. ſpecies. & ibi Bart. ff. de do. idẽ in l. 1. C. de pe. bo. ſub. & in l. pater filiæ. ff. de ſer. leg.

¶*Glo. iſta ponit opin. Lau. & ſoluit. demum elicit 4. no.*

g ¶*Abiuraße.*] Obijciebatur archidiacono quòd abiurauerat huiuſmodi libertates: vnde contra iuramentum non fuerat audiendus. Sed quare nõ auditur archidiaconus licet abiurauerit huiuſmodi libertates, cum iuramentum illud temerarium fuerit, & in præiudicium archidiaconatus, & ideo nõ ſeruandum. ſ. de iureiu. ſicut 2. & c. intellecto? Lau. dicit quatenus iuramentum tangit rem familiarem, obſeruandum eſt: vt nihil vtilitatis vel honoris ad ipſum perueniat ratione illarum dignitatum ſi eas abiurauerit. arg. ſ. de iureiu. quemadmodum. Vel dic, quod bene potuit renunciare & abiurare ius inſtituendi, vt nunquam vteretur eo, & tñ dignitati pp hoc non præiudicetur, quia eccleſia poſſet tunc vti iure ſuo, vt hic colligit̃. Et ſic põt ſeruari iuramentũ ſine ꝑiudicio eccleſiæ: & ſine interitu ſalutis æternæ. ſ. de iureiu. ſi vero. §. 1. ſim. ı. de ſpon. commiſſum, abiuratio talis, ſiue renunciatio non tenet in damnũ eccleſiæ. Tria notabilia notant̃ hic. Primũ ꝙ factum prælati non præiudicat eccleſiæ. Secundum ꝙ iuramentũ præſtitum à prælato in damnũ eccleſiæ ſeruat̃ ab ipſo prælato, qđ eſt contra id ſ. de iureiu. ſicut. Tertium eſt ꝙ eccleſia habens prælatũ ſine ipſo agere poteſt, qđ eſt cõtra id ꝙ dici conſueuit, quia nec prælatus ſine cõſenſu capituli, nec capitulum ſine conſenſu prælati agere põt. ſ. de proc. c. 1. & ſ. de iudi. cauſam. & no. ꝙ agenti interdicto, Vti poſſidetis, non põt opponi ꝙ rem illam abiurauerit pro qua agit, ſicut nec agẽti interdicto, Vnde vi. ſ. de reſt. ſpol. cap. ſolicite.

h ¶*Eccleſiæ.*] Arg. bonum quòd eccleſia vacante capitulum fungitur vice prælati: ſed contrarium arg. colligitur.

a ¶*Archidiacono.*] Sed non archidiaconatui.
b ¶*Ad ipſum.*] ſcilicet abbatem.

C*Vm ad noſtram.*] Primò ponit dictum. Secundò ipſius rationem: ibi, *Quia cum ratione*. Abbas.

Casvs. Vacante quadā abbatia cuſtos illius eccleſiæ electus in abbatē ſibi nihilomin⁹ retinebat cuſtodiā: quærebat, vtrū de iure illam poſſet retinere, cum collatio ipſius ad ipſum abbatem pertineat: Rñdet Papa ꝙ poſtquā fuit abbas effectus, cuſtodiam de iure nō potuit obtinere: quia cū donatio illius cuſtodiæ, & aliarū dignitatū illius eccleſiæ pertineat ad abbatem ipſum, à ſeipſo eā nō potuit recipere, cū inter dantem & recipientem debeat eſſe diſtinctio perſonarū: & ab alio eam nō potuit habere, cum alius ius non haberet conferendi. Not. ꝙ eoipſo ꝙ aliquis adeptus eſt aliquā dignitatem, vacat prima, ſi quam habet. Itē nullus pōt dare ſibijpſi. Item differentia debet eſſe inter dantem, & accipientē. Item nota decretalem iſtā contra, epos & prælatos, q poſtquam ſunt promoti, dignitates prius habitas, vel de nouo vacantes retinent.

†approbatum.

†Cap.4.e. tit.in 3.cō pilat.

†Inſtitut⁹.

c ¶*Dantem & recipientem.*] Simile 24.q.1. didicimus. j. de iu. pa. per noſtras. j. de bapti. debitum. ff. de auct. tu. l.1. & ff. de tu. & cura. da. l. ius dandi. §. prætor. aliàs, lex eſt. nemo enim vicē pluriū perſonarū ſuſtinet. 16.q.1. presbyteros. & C. de aſſeſ. nemo. 89. diſtin. ſingula. ff. de pact. ſi plures. ff. de off. præſi. l. vlt. arg. cōtra. ff. de adop. ſi conſul. & ſ. de ele. cum inter canonicos. Sed qd ſi ipſe conferret alij poteſtatem, conferendi illā dignitatem, nunquid poſſet ab illo illam recipere, vt ſic non videretur eā recipere à ſeipſo? Non, ar. ſ. de teſt. licet. & ar. 18.q.4. quæſti. ff. de auct. tut. pupillus. ff. de re mil. milites. §.1. ff. de admi. re. ad ci. perti. l.2. §.1. ſ. de præb. de multa. in fi. arg. cōtra, qa multa poſſumus per alios, quæ nō poſſumus per nos. 88. diſt. epiſcopus 5.q.3. cap. vlt. ff. quæ res pig. ob. poſ. Ariſto. in fin.

†In vno vetuſto nulla eſt inſcriptio.

ſulemus. Si ergo alterutrum ipſorum fuerit legitimè comprobatum †, archidiacono [a] ſuper libertatibus ipſis: ſi neutrum, archiepiſcopo ſilētium imponatur.

¶Idem Epiſcopo Treceñ. & archidi. Pariſienſi.

¶*Is ad quem ſpectat collatio dignitatum, ſeipſum inſtituere non poteſt.*

CAP. VII.

CVm † ad noſtram: & infrà. ¶Illud autem nolumus vos ignorare, quòd poſtquam M. fuit abbas effectus †, cuſtodiam de iure non potuit obtinere, quia cū ratione abbatiæ ad ipſum [b] pertineat donatio tam cuſtodiæ, quàm aliarum dignitatum, ac etiam præbendarum in eccleſia Patraneñ. cuſtodiam ipſam recipere non potuit à ſeipſo. Cum inter dantem, & recipiētem [c] debeat eſſe diſtinctio perſonalis: ſed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet.

TITVLVS VIII.

De conceſſione præbendæ, & eccleſiæ non vacantis.

¶Gelaſius † Papa ad Romanos.

¶*Inſtitutus ſcienter in beneficium viuentis, deponendus eſt.*

CAP. I.

QVi † in viuorum ſacerdotum loco ponuntur, hoc ipſo ſunt ab eccleſiaſtica communione [d] pellēdi [e], quo ſe paſſi ſunt ſucceſſores viuis [f] ſacerdotibus adhiberi.

†Cap.1.e. tit.in 1.cō pil. & c.2. tit.de ætate & qualit. in 1.cō pilat.

¶Ex concilio Lateraneñ. †

¶*Beneficia non vacantia cōcedi, vel promitti non debent: & cum vacauerint, concedi debent infra ſex menſes: quibus elapſis de epiſcopo ad capitulum, & econtra, demum ad proximum ſuperiorem deuoluitur collatio.*

†ſub Alex. iij. cap. 8.

CAP. II.

NVlla † eccleſiaſtica miniſteria [g], ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ tribuantur alicui, ſeu promittantur antequā vacent [h]: Ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum. Cum enim in ipſis etiam legibus gētiliū inueniatur inhibitū, turpe eſt, & diuini plenum animaduerſione iudicij, ſi locum in eccleſia Dei, futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quā ipſi etiam gentiles condemnare [i] curarūt. ¶Cum verò præ-

†Cap.2.e. tit. in 1.cō pilat. Et concordat concilium Trid. ſeſſiōe. 24. de refor. c.19. vbi hoc decretū roboratur. & c. deteſtanda. eo. titu. lib.6.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ. &c.

¶*Supra viſum eſt de præbendis, & dignitatibus ac earum inſtitutionibus: ſed quia ſæpe præbendæ & dignitates conferuntur, ſeu promittuntur antequam vacent, & quandoque ipſæ vacantes non conferuntur, ſed remanent diu vacantes. meritò reſtabat videre, & prouidere tam circa prouiſiones uon vacantium quàm circa negligentiam in conferendo vacātia. Abbas.*

De hac materia tractatur 1.q.2. & q.5. per tot. & q.3. in quibuſdam. & 16.q.7. §. cum ergo. & ſeq. cap. & 3.q.3. audiuimus. 2.q. in 1. primis. 7.q.1. non furem.

Q*Vi in viuorum.*] Faciens ſe poni in beneficium viuentis, ab eccleſiaſtica communione repellitur. Vel clarius ſic vt in rubro: & non diuiditur propter breuitatem. Abbas.

d ¶*Communione.*] id eſt, participatione corporis & ſanguinis Domini. 7.q.1. eum qui.

e ¶*Pellendi.*] & nihilominus deponendi. 2.q.1. in primis. 7.q.1. nō furem. & c. eum qui. niſi ignorans quis inſtituatur aliquo remoto: quo caſu excuſatur. ff. depoſi. ſi quis inficiatus. & epiſcopus tenetur ei in alio beneficio prouidere. 7.q.1. præſentium. & ſ. de præb. inter cætera. Sed pone, ꝙ aliquis eſt iniuſtè depoſitus, alius hoc ignorās in locum eius ſubſtituitur, & ſtetit ibi per xl. annos, & poſtea ſcit de iure ad alium pertinere, nunquid debet cedere, & illi reſtituere? Videtur ꝙ ſic, ſ. de præſcrip. vigilanti. & c. ſi diligenti. 34.q.2. ſi virgo. & de re iudi. conſanguinei. & c. lator. argu. contra. 16.q.3. placuit. §. quas actiones. & ſ. de præſcript. de quarta. Solu. Dicunt quidam theologi, ꝙ quandocūque ſciuero rem pertinere ad alium, teneor rem reſtituere. De hoc dictū eſt ſ. de præſcr. vigilanti. Sed hoc nō credo quòd teneatur dimittere, quia eoipſo ꝙ condemnatus non appellauit, acquieuit ſententiæ, & ita tranſiuit in rem iudicatam. ſ. de ſen. & re iudi. quod ad conſultationem. & ſic alius iuſtè fuit inſtitutus.

f ¶*Viuis.*] niſi iuſta ratione depoſitis. 6.q.1. eos. 50. diſtinc. poſtquam. Bern.

N*Vlla.*] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Cum verò*. Prima prouidet circa beneficia non vacantia, & diuiditur in tres partes: nam primò ponit prohibitionem: Secundò eius cauſam, ibi: *Ne deſiderare*. Tertiò fortificat, ibi: *Cum enim*. Secunda pars principalis prouidet circa beneficia vacantia. Et primò ſtatuit tempus ad conferendum. Secundò punit negligētiam non conferētium: ibi, *Si autem*. & cotidie allegat in practica maximè. in 2. parte, & iō nota bñ ipm. Abb.

Casvs. Quidam prælati ante conciliū Lateraneñ. conferebant eccleſias, ſeu beneficia, & etiam dignitates, antequam vacarent, & ſic deſiderabāt mortē proximi ſui, in cuius locū credebant ſe ſuccedere, & ideo ſtatuit concilium Lateraneñ. ꝙ de cætero nulla eccleſiaſtica beneficia, miniſteria, vel eccleſię concedant alicui, ſeu promittant, antequam vacent, ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum ſe credit ſucceſſurum, cum in legibus gentilium hoc ſit inhibitum: Turpe enim eſt, ꝙ expectatio futuræ ſucceſſionis in eccleſia Dei habeat locum. Cum enim prædicta officia, miniſteria, vel eccleſias vacare contigerit, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed infra ſex menſes perſonis idoneis conferantur, ſi hoc eps diſtulerit, per capitulum poſtea ordinētur: ꝙ ſi ad capitulum pertinuerit, & infra dictum tempus hoc nō fecerit, eps hoc ſecundum Deum cum conſilio religioſorū exequatur: & ſi omnes fuerint negligentes, metropolitanus abſque alicuius contradictione de illis ſecundum Deum diſponat. Nota, ꝙ ex promiſſione beneficij vacaturi, de facili cauſatur votum captandi mortem proximi: ideoque à tali promiſſione abſtinendum eſt. Nota, quòd capitulum poteſt habere poteſtatem conferendi beneficia epo excluſo Nota, ꝙ poteſtas cōferendi beneficia deuoluitur gradatim ad ſuperiorē. Item plura alia ſunt notatu digna, q̄ per ſe patēt in ipſo contextu.

g ¶*Miniſteria.*] ideſt, officia, ſiue dignitates.

h ¶*vacent.*] Nota quòd beneficium antequam vacet, nō poteſt promitti, quod ſi fiat, non valet. j. c. proxi. & j. eo. tit. ex tenore. Et ſic obligatio nulla contrahitur ex tali promiſſione, quia eſt contra ius. arg. cōtra, ſ. de preb. relatum, & ibi ſoluitur. imo ibi receptus fuit ſtatim in fratrem.

i ¶*Condemnare.*] Quia pactum de futura ſucceſſione

non

non valet. C. de inuti. ſti. ex eo inſtrumẽto. C. de pact. l. vlt. niſi de conſenſu eius, cuius eſt hæreditas: vt in l. prædicta. C. de pact. eodem modo non tenet promiſſio de præbenda non vacante, etiam de conſenſu eius, qui tenet eam, cum nulli poſſit eam concedere. infrà de iure patr. quod autẽ. in fi. ſim. in li. feu. tit. 1. §. ſi vero archiepiſcopus.

bendas eccleſiaſticas ſeu quęlibet officia, in aliqua eccleſia vacare contigerit, non diu maneant in ſuſpenſo: ſed infra ſex menſes [a], perſonis quæ dignè adminiſtrare valeant, conferãtur. ¶Si autem epiſcopus, vbi ad † eum ſpectat [b], conferre diſtulerit, per capitulum ordinetur †. Quòd ſi ad capitulum [c] pertinuerit, & infra pręſcriptũ terminũ hoc non fecerit, epiſcopus ſecundum Deum hoc cum religioſorum virorũ [d] cõſilio exequatur: Vel ſi omnes fortè neglexerint, metropolitanus de ipſis ſecundum Deũ abſque illorum contradictione diſponat.

† In codice Barbatiæ ita: vbi ad eũ ſpectat collatio.
† ordinentur.

¶ Alexand. iij. Eboraceñ. archiepiſcopo.

¶ Beneficia vacantia conferuntur non obſtante appellatione illorum, quibus promiſſa fuerant antequam vacarent.

C A P. I I I.

RElatum † eſt auribus noſtris: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd cum in Lateraň. concilio [e] promiſſiones factæ de eccleſijs non vacantibus ſint caſſatæ: prætextu appellationis [f]

¶Glo. ſeq. primò ponit quando incipit currere tempus ſemeſtre. Secundò an ſit vtile, vel continuum. Tertiò vtrum ibi poſſit mora purgari. Quartò an ſufficiat huius canonis authoritas ad ſupplendum quod hic dicitur. Quintò in quibus beneficijs locũ habet hæc conſtitutio. Addũt Vincen. Goffre. & Hoſtien. textum, an negligentia, &c.

a ¶*Infra ſex menſes.*] Tempus iſtud ſex menſium incipit currere à tempore ſcientiæ generaliter, & non à tempore vacationis. j. eo. quia. in fin. argum. ff. de cal. annus. C. qui admi. ad bon. poſ. l. 2. & qui ſcit, certiorari non debuit. ff. de act. empt. l. 1. in fin. ſuprà de elect. cum inter vniuerſas. in fin. & expreſſum eſt s. de ſup. neg. præ. licet. & s. de præb. de multa. §. 1. argu. Item tempus iſtud vtile eſt, quia tẽpus illud non currit à tempore ſuſpenſionis ſententiæ, quo eligere non poſſunt. j. eo. quia diuerſitatem. Arg. contra, ꝙ currat, licet eligere non poſſint. ſuprà de elect. capit. vltim. Nunquid poſſunt canonici eligere poſt tempus elapſum? Quidam dicunt quòd ſic, ſed contrarium eſt verum, quòd non poſſint: & ſi eligant, non tenet electio. ſuprà de ſup. neg. prælat. capit. licet. & capit. vltim. niſi de patientia toleretur. infrà eodem titulo literas. quia pro non dato habetur, quod ab illo datur qui non poteſt de iure donare. infrà de iur. patr. quod autem. in fin. Argumen. contra. ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres. ff. de arb. Celſus. & auctoritate huius canonis, ſemeſtri tempore ſtatim elapſo, poteſt eligere ille ad quem deuoluta fuerit eligendi poteſtas, nulla licentia à ſuperiore petita. & conſtitutio iſta tantum locum habet vbi diſtinctæ ſunt præbendæ, & certus eſt canonicorum numerus conſtitutus. infrà eodem ex parte. Item locum habet in dignitatibus & perſonatibus omnibus. ſed in epiſcopatibus. 1 & archiepiſcopatibus olim locum non habebat. infrà eodem dilectus. hodie locum habet in epiſcopatibus, & archiepiſcopatibus, & abbatijs, vt poteſtas eligendi transferatur ad ſuperiorem: ſed minus tempus datur in his. ſcilicet trium menſium. ſuprà de elect. ne pro defectu. & ita in hoc æquiparantur, & differunt à minoribus beneficijs, & dignitatibus. quia minus tempus datur propter maius periculum: quia mora periculoſa eſt in talibus. ſuprà de elec. cum inter. & s. vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. §. porro.

† Cap. 39. tit. de app. in 1. cõpil. Et poſt cõcilium Lateran. par. 47. cap. 7.

1 Vide concilium Tridẽt. ſeſſio. 24. de reformat. c. 1. quales & qualiter prælati eligendi.

b ¶*Spectat.*] j. de ijs quæ fiunt à prælat. ſi. con. ca. ea noſcitur. & s. de elect. cum eccleſia Vulterana. ad fin.

c ¶*Capitulum.*] ſuprà de elect. cum in cunctis. ſim. 9. q. 3. cum ſimus.

d ¶*Religioſorum virorum.*] Sic s. de elect. ne pro defectu. vbi dicitur qualiter hæc verba intelliguntur. & 63. diſtinct. obeuntibus. vbi de hoc. Bern.

R*Elatum.*] Duæ ſunt partes, deciſa cõſultatio, & reſpõſio. Secunda, ibi: *Conſultationi.* Abbas.

C A S V S. Aliqui recipiebant promiſſionem de eccleſijs nõ vacantibus: poſtmodum cum vacabant, illi appellabant ne alijs conferri deberent: quæritur an tali appellationi ſit deferendum? Reſpondet Papa, cum tales promiſſiones in concilio Lateran. prædicto ſint caſſatæ, nunquam prætextu talis appellationis debet omitti, quin ordinentur cum vacauerint. Not. vbi non tenet promiſſio, ſuper hoc non tenet appellatio. Item ſi non tenet principale, nec acceſſorium.

eorum, qui dictis promiſſionibus innituntur, omitti non debet, quin eccleſiæ cum vacauerint, de perſonis idoneis ordinentur.

¶Innoc. iij. Præpoſito, & Capitulo Cameraceñ.

¶Si ſcribitur ei, ad quem ſpectat collatio, dato executore ad prouidendum, per præſentationem literarum collatori factam afficitur præbenda: ita quòd collatio alteri facta non tenet. h. d. ſecundum verum intel. vide c. ſi capitulo. eo. tit. in 6.

C A P. I I I I.

PRopoſuit † nobis T. preſbyter, quòd cum C. Papa prædeceſſor noſter, pro receptione ipſius in fratrem, & aſſignatione [g] præbendæ ad donationem veſtram ſpectantis in eccleſia veſtra proximò vacaturæ, mandatum Apoſtolicum vobis deſtinaſſet, decano Remenſi executore [h] conceſſo, decanus ipſe vos contumaces inueniens, ipſum de præbenda primò vacatura in eccleſia veſtra, quæ ad donationem capituli pertinet, auctoritate Apoſtolica inueſtiuit [i]: & infrà. Sed cum

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilat. Et vide Federicũ cõſil. 299.

e ¶*Lateran. concilio.*] ſuprà cap. proxim.

f ¶*Appellationis.*] Tali appellationi non eſt deferendum, cum eorum non interſit. 2. quæſtio. 6. non ſolent. & s. de elec. cum inter R. quia ex tali promiſſione nihil iuris acquirit. ſic nec emptor habet actionem furti in re vendita ſubtracta, ſi ei res non fuit tradita. ff. de fur. l. cum qui emit. Bernar.

P*Ropoſuit.*] C A S V S. Celeſtin⁹ Papa mãdauit præpoſito & capitulo Cameraceñ. vt T. presbyterum reciperent in canonicum & in fratrem, & aſſignarent ei præbendã proximo vacaturam, quæ ad donationem ſuam ſpectaret in eccleſia ſua, decano Remenſi ſuper hoc executore conceſſo: ſed cum decanus inueniſſet eos contumaces, dictum presbyterum inueſtiuit de prębẽda primo vacatura ĩ eccleſia Cameraceñ. pertinẽte ad donationem ipſorum: tandẽ vacauit vna prębenda, & ipſi eam alij aſſignauerunt: Celeſtinus hoc intelligens, & volens ratum haberi quod ab eodem decano factum fuit, caſſauit collationem factam à capitulo, & dictũ presbyterum de ipſa per annulum inueſtiuit: ſed cum dictus presbyter præbendam illam adhuc quietè habere non poſſet, cum alius eam poſſideret, acceſſit ad dominum Innocentium, & expoſuit ei omnia prędicta: Dicit ergo Innocentius. licet nõ ſit intentionis ſuæ inueſtituras de vacaturis factas habere ratas, qui poteſt ſuper ius diſpenſare, tamen conſiderans, quòd dictus presbyter non fuit inueſtitus de vacatura, ſed de vacãte per Celeſtinum, quæ poſt caſſationem conceſſionis, quam fecit capitulum, intelligebatur vacare, mandat Papa præpoſito & capitulo Cameracenſi, quatenus amoto ab ea quolibet detentore, dictã præbendam præfato presbytero aſſignare procurent. Not. hic, quòd collatio facta contra mãdatum Papæ valet, ex eo quod Celeſtinus irritauit conceſſionẽ capituli, & ex eo quod dicit Innocentius: quę poſt caſſationem conceſſionis à capitulo factæ. & ſic tenuit conceſſio capituli contra mandatum Papæ, & contra inueſtituram decani, & ſic eſt arg. quòd per inueſtituram ius non acquiritur. Itẽ nota quòd Papa poteſt diſpenſare contra ius.

g ¶*Aſſignatione.*] facienda, cum vacauerit, eidem presbytero. & hoc probatur in antiqua compilatione, vbi eſt illud verbum, facienda 2. vnde videtur quòd nihil valuit s. de præb. inter cætera. vbi de hoc.

2 Antiquæ cõpilationis verba loco initio huius capitis citato ita habẽt: & aſſignatione præbendæ ad donationẽ veſtrã ſpectantis in eccleſia veſtra proximo vacaturæ eidẽ faciẽda, &c.

h ¶*Executore.*] dato forte ſub hac forma: mandatum noſtrum exequaris.

i ¶*Inueſtiuit.*] ideſt, aſſignauit, vt patet per hoc quod dicit. ſuprà eodem aſſignatione prębendæ, & cap. executor hoc fecit, & male, vt ſatis patet per literam inferiorem: ſed litera illa, ratum volens, & cap. contradicere videtur. ſed Celeſtinus hoc ideo dicit, vt excuſaret decanum, & aſſumeret cauſam caſſandi collationem capituli. & hoc ſatis patet per verba Inn. factum enim decani fuit cauſa quare Celeſtinus caſſauit conceſſionem capituli, aliàs non debuiſſet caſ-

ſet caſſaſſe. ſuprà de præben.dilectus filius G.non eſt alia ratio,niſi quia ipſe voluit,quia de eo [1] quod nihil eſt, poteſt aliquid facere de conſe.diſt.2.reuera.verſus fin.& ſimile.ſ.de præbendis.cap.proxi.illorum.ibi, quod de memorato magiſtro prouidè,&c.

1 Intellige hoc dictū gloſſæ iuxta id qđ notaui ſupra.de trāſact.c.3. ſuper gloſſa in verbo: veri Dei vicem.

a ¶ *Aſsignaſtis.*] Vnde videtur quòd nihil valuit.ſ.de præben.inter cætera. imo bene valuit: vt ſuprà de pręben. dilectus filius. & hoc probatur p hoc c. vt j. patet, vbi de hoc.

b ¶ *Ratum.*] cum effectu.

c ¶ *Irritauit*] id eſt, irritum nunciauit. Ioan. imo propriè tenetur, vt ſeq. probant. Bern.

d ¶ *Inueſtiuit.*] per talē inueſtiturā cōtulit ei ius canonię, cum nihil pri' habuerit p decanū.

e ¶ *De vacaturis.*] Innocentius & Celeſtinus videntur diuerſi. Innocentius non vult habere ratū factū Celeſtini: Celeſtinus videt habere ratam inueſtituram de præbenda vacatura facta per decanum, vbi dicit: ratum volens factum decani haberi, cum tamen decanus non haberet illud in mandatis. Inno. voluit habere ratā inueſtituram de vacatura: quia Celeſtinus inueſtiuerat presbyterū de vacante poſt caſſationem conceſſionis, & ſic non poterat ratam habere inſtitutionem de vacatura, cum iam eſſet inueſtitus de vacante per Celeſtinum: nec etiam Celeſtinus ratam habuit inueſtituram de vacatura: imo inueſtiuit illum de vacante. Ex hac decre. volunt quidam dicere, quòd ſi Papa mandat aliquem recipi in canonicum, & alius recipiatur, quòd debet caſſari, vt hic fecit Celeſtinus. vnde ſignatur contrà. ſuprà de præb. dilectus 2. ſed hoc fecit Celeſtinus ex plenitudine poteſtatis, & iniuriam fecit illi inſtituto, quem caſſauit, cum de iure teneret electio, vt hic colligitur.

† De hoc articulo vide Felynū. in c.poſtulaſti. ſupra de reſcrip. verſi.quartus caſus Adde notas huius loci, quibus declaratur gloſſa in verbo, diſpenſare.

f ¶ *Inſtituta.*] ſ.eod.c.1.& ſ. de præben. dilectus.

g ¶ *Supra ius.*] pro nihilo hoc dicit, quia hic non diſpenſat, ſed propter hoc dicit, quia decanus illum inueſtiuit de vacatura, [2] & poterat illam eandem confirmare, & ita diſpenſaſſet ſupra ius, ſed non habebat hoc locum hic: quia Celeſtinus illum poſteà inueſtiuit de vacante.

¶ *Glo. iſta ponit 5. caſus quibus Papa diſpenſat, & 5. quibus non diſpenſat, ſed quintum determinat.*

h ¶ *Diſpenſare.*] nam 2 contra Apoſtolum diſpenſat. 34. diſtin.lector.& cōtra canones Apoſtolorum 82.diſt.presbyter. Item contra vetus teſtamentum in decimis non dandis. j.de deci.ex parte.& cap.ſeq. Item in voto.j. de vo. & vo.redemp.cap.1.Item in iuramento.15.quæſt.6.cap.2.& ſ.de reſcri.conſtitutus. A contrario ſenſu.de his duobus dixi ſ.de iureiu. quanto. tamen contra vniuerſalem eccleſiæ ſtatum diſpenſare non poteſt.24.q.1.memor ſum. Nec poteſt diſpenſare quòd monachus habeat proprium. j. de ſta.mo. cum ad monaſterium.in fin. Nec contra quatuor Euangelia. 14. diſtin.ſicut. Nec contra præceptum Apoſtoli.25.q.1.ſunt quidam. quod intelligo in ijs, quæ ſpectant ad articulos fidei. Item ſecundum quoſdam non diſpenſat in ſecundo gradu conſanguinitatis. ſuprà de reſtitut. ſpol. literas. quòd non eſt verum infrà de diuor. Deus qui. quod intelligo de collaterali.

2 Hęc gloſſa in multis recētioribus ē deprauata, quam reſtituimus ex antiqs codicibus, vt eſt impreſſa iā, vt eā recte intelligas vide Turrecrematam in ſum. de eccleſia libr. 3.c.53.54. & ſequ. & Melchiorē Canū libr. 3. de locis Theolog. c.5. vide ēt notas noſtras ī hūc locum, vbi omnia hęc dogmata declarant.

i ¶ *Inueſtitus.*] per talem inueſtituram contulit ei ius canoniæ.

k ¶ *Poſt caßationem*] quoad factum referas, ſecundum Io.

¶ *Glo. iſta arguit, & remittit.*

l ¶ *Conceſſionis.*] argumen. expreſſum, quòd ſi Papa mandat alicui dari præbendam, & detur alij, tenet collatio, licet contra mandatum. De hoc dicitur. ſuprà de præben. dilectus 2.

¶ *Glo. iſta ſignat contrarium, & ſoluit.*

m ¶ *Vacare.*] ſic ergo videtur, quòd per ſententiam ſtatim perditur dominium. Inſt.de off.iu.§.vltim.contra id.ff.de rei vend. in fundo. & C. de pact. l. traditionibus. & Inſtitut. de re. di. §. per traditionem. Sed hoc ideo quia Papa caſſauit conceſſionem illam: à qua ſententia non appellatur, vnde ſtatim dominiū perditur.

¶ *Gloſſ. ſeq. recit. per obiect. & triplicem ſolutionem.*

n ¶ *Aſſignetis.*] i.collatam dimittatis. vel intellige aſſignetis, id eſt conferatis iterum de facto. ſic infrà de iu. pat. ſi vero. Vel iſtam aſſignationē potes referre quo ad poſſeſſionem, cum de iure eam habuerit per celeſtinū Papam, & etiam per decanum de mandato Celeſtini: vnde dicitur. ſuprà ratum volentes habere quod ab eodem decano factum fuerat, vt dicebat I. ſed factum decani nullum fuit, vt dictum eſt. ſuprà.

præbenda, quæ ad donationē veſtram ſpectabat in eccleſia Cameraceñ. vacaſſet, eam alij aſſignaſtis[a]: & infrà. Idem autem prædeceſſor noſter quod ab eodem decano factum fuerat ratum[b] volens haberi, collationem præbendæ factam à vobis penitus irritauit[c], & eū de ipſa per annulum inueſtiuit[d]. ¶ Licet autem intentionis noſtræ non ſit, inueſtituras de vacaturis[e] factas, contra canonem inſtituta[f] ratas habere, qui ſecundum plenitudinē poteſtatis de iure poſſumus ſupra[g] ius diſpenſare[h] †: attēdentes tamen quòd idem presbyter, non de vacatura, ſed de vacante per prædeceſſorem noſtrum fuit inueſtitus[i], vtpote quæ poſt caſſationem[k] conceſſionis[l] à vobis factæ intelligebatur vacare[m]: Mandamus, quatenus amoto ab ea præbēda quolibet detentore, eam ipſi cum plenitudine honoris canonici aſſignetis[n].

¶ Idem P. Sanctę Mariæ in via lata diacono Cardi. Apoſt. ſedis legato.

¶ *Semeſtre ad eligendum, ſeu conferendum à iure præfixum non currit legitimè impedito: nec incipit currere, niſi à die notitiæ vacationis. h.d. Et eſt textus multum allegabilis, & cotidianus.*

CAP. V.

QVia † diuerſitatem corporum[o], diuerſitas ſæpè ſequitur animorum: & infrà. ¶ Conquerebatur inter cętera Eboraceñ. archiepiſcopus, quòd cum ad eum in eccleſia Eboraceñ. & alijs[p] ſuis eccleſijs collatio pertineat pręb endarum, tempore ſuſpenſionis ipſius, & poſtmodum etiā, quidam præter eius auctoritatem ſe intruſerunt † in ipſas: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus eos, qui præbendas, vel dignitates eccleſiæ Eboraceñ. vel aliarum ad donationem eius ſpectātes, præter auctoritatem acceperūt † ipſius, ad eas reſignandas monitione

† Cap.2.e. tit.in 3. cōpilat. Huc ſpectat illud: q̄ ſæpe animi mores corporis temperaturam ſequātur. de quo Alfonſus Caſtrus li. 2. de iuſta hære. punit. cap. 9.

† Hinc diſces q̄s dicatur intruſus, de quo vide Calderinū cōſil.7.tit. de verb. ſignificat.

† receperint.

QVia diuerſitatem.] CASVS. Archiepiſcopus Eboraceñ. fuit ſuſpenſus à Papa, tempore ſuſpenſionis ſuæ, & etiam poſtea quidam præter auctoritatem ipſius intruſerant ſe in eccleſiam Eboraceñ. & alias eccleſias, in quibus collatio beneficiorum pertinet ad ipſum: ſuper his conqueſtus eſt archiepiſcopus domino Papæ: mandat Papa legato Apoſt. ſedis, qui erat in partibus illis, quatenus compellat omnes qui acceperunt præbendas, vel eccleſias & dignitates pertinentes ad collationem archiepiſcopi præter auctoritatem ipſius, ad reſignationem ipſarum per ſentētiam excōicationis, & ſubtractionem aliorum beneficiorum ſuorum non obſtante cōfirmatione aliqua à ſede Apoſtolica, in forma cōi obtēta, niſi forte aliqui illa habuiſſent ſpeciali auctoritate Apoſtolicæ ſedis, vel auctoritate Lateranenſis concilij; ita tamen q̄ tempus ſuſpenſionis intra ſex mēſes nullatenus cōputetur: quia concilium Lateranenſe contra negligētes tantum fuit promulgatum: & tunc archieps non potuit vti propria poteſtate in conferendis beneficijs: & ſi propria culpa ſuſpenſus fuiſſet à poteſtate conferendi, tamen ad capitulum propter illā culpam collatio beneficiorum non erat deuoluta, ſed ad dominum Papam donatio pertinebat, qui præter culpam aliquam poteſt conferre præbendas: tempus etiam, quo acceſſit ad Papam, & permanſit ibidem, & receſſit, infra ſex mēſes nullatenus computetur. tempus ſex menſium computetur, non à tempore vacationis præbēdarum, ſed à tpe notitiæ ipſius archiepiſcopi. Nota q̄ per confirmationem in forma cōmuni, nihil iuris acquiritur. Item ſuſpenſus ab homine non poterit eligere. Item tempus quo quis ſuſpenſus eſt non currit, nec computatur in ſex menſibus. Item ſex menſes currere incipiunt à tempore ſcientiæ, non à tempore vacationis.

¶ *Glo. ſeq. ponit quatuor ſimilia.*

o ¶ *Diuerſitatem corporū.*] quia quot ſunt capita. tot ſunt ſententiæ. de conſec. diſt.4. ſicut in ſacramentis. ff. de arbi. itē ſi vnus. §. principaliter. Et voluntates hominum ſunt variæ. ff. ad Treb. quia poterat. & illud:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Item Ouidius.

Pectoribus mores tot ſunt, quot in orbe figuræ.

ADDITIO. Et illud vulgare: Quot capita, tot ſenſus.

p ¶ *Alijs Eccleſiis.*] ſic j. de excel. prælato. ad aures. & 19. quæſt.7. nullus omnino.

a ¶ *Benefi-*

præmiſſa per excommunicationis ſententiam, & ſubtractionem aliorum beneficiorum[a], non obſtante confirmatione à ſede Apoſtolica obtenta ſub forma communi[b], quæ confirmat beneficia, & prębēdas, ſicut iuſtè, & pacificè poſſidentur, appellatione remota compellas: Niſi fortè aliqui eas, vel ex ſpeciali mandato Apoſtolicæ ſedis, vel auctoritate Lateraneñ. concilij[c] ab Eboraceñ. capitulo ſint adepti: Sic tamen, vt tempus ſuſpenſionis[d] in ſex mēſibus nullatenus computetur: cum illa Lateraneñ. concilij conſtitutio, contra negligentes[e] tantum fuerit promulgata: &† tūc ſi voluerit, non tamen[f] valuerit archiepiſcopus ipſe in conferendis prębendis vti propria poteſtate, à qua[g] etſi fuerit † ſua culpa ſuſpenſus[h], non tamen ad ipſum capitulum ex illa culpa prębendarum erat donatio deuoluta: ſed ad illum tempore ſuſpenſionis illius † præbendarum donatio pertinebat, qui præter[i] eius deſidiam, & negligentiam, poterat præbendas donare. † Tempus etiam, quo ad Apoſtolicā ſedem acceſſit[k], & apud illam permanſit, vel receſſit ab illa, infra ſex menſes nullatenus computetur. Semeſtre autem tempus, non à tempore vacationis præbendarum, ſed notitiæ[l] ipſius potius volumus cōputari.

¶Idem Baſilienſi † Epiſcopo, & abbati ſanctæ Mariæ.

† Aliàs ita: Baſil. epo. aliàs ita: Baſilen. & Belicē. epiſcopis, & abbati. &c.

¶Non valent literę ad beneficium impetratę, quę de alterius colorata facti poſſeſſione non faciunt mentionem. hoc dicit ſecundum verum & communem intellectum Et eſt textus multum allegabilis, & habet materiam cotidianā. Et fuit deciſio multnm ſubtilis.

CAP. VI.

CVm † noſtris fuerit olim auribus intimatum, quòd præpoſitura eccleſiæ Lauſaneñ. † tempore † tanto vacaſſet, vt ſecundum ſtatuta Lateraneñ. concilij ad nos eſſet eiuſdem donatio deuoluta: epiſcopo, & canonicis Lauſañ. † mandauimus, vt præpoſiturā ipſam theſaurario Lauſaneñ. conferrent, quibuſdam ſuper hoc executoribus deputatis: & infrà. ¶Verum præfati epiſcopus, & canonici, literis † receptis, prædictam præpoſituram nō vacare dixerunt: quia licet ille qui Præpoſitus fuerat, in epiſcopū fuiſſet

† Cap. 3. e. ti. in 3. cōpilat.

† Lauſoñ.

† Aliàs. tanto tēpore vacauiſſet.

† Lauſon.

† Aliàs ita: literis noſtris receptis.

a ¶*Beneficiorum.*] ſic ſnpra. de æta. & quali. quæris. & 12. q. 1. §. 1. circa fin. verſi. ne dum quæritis vſurpare quod veſtrum non eſt, &c.

¶*Glo. ſeq. dat vnum ſimile, & ponit tres effectus confirmationis.*

b ¶*Forma communi.*] per confirmationem enim non creatur ius nouum. ſuprà. de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. c. 1. & quaſi per totum. ſic & innouatio priuilegij. infrà. de priuil. quia intētionis. quia qui confirmat, nō donat. ſuprà. de fide inſtrum. inter dilectos. & ff. de iur. om. iud. & qa. Veruntamen tria operatur confirmatio. Per cōfirmationem fit maioris auctoritatis res. 11. diſtin. quis neſciat. & ſi fuerit minus valida, fit magis valida per confirmationem, ſi ex certa ſcientia hoc fiat. ſuprà. de tranſact. ca. 1. Item quia nullus præter auctoritatem confirmantis poteſt de illo iudicare. s̃. de con. vti. cap. 1. & 2. qualiter hoc intelligatur, ibi exponitur.

† Codex Barbatiæ ita: & tunc ſi voluit, non tamē valuit, &c. alij duo vetuſti ita: & tunc ſi voluerit, non tñ valuit.

c ¶*Lateran. Concilij.*] s̃. eod. nulla.

¶*Glo. ſeq. dat duo ſimilia, & remittit, vltimo determinat.*

† fuit.

d ¶*Suſpenſionis.*] & ita tēpus, in quo quis eligere non poteſt nō currit. Sed contra. s̃. de electio. c. vlt. ſic & impedito agere, non currit tempus. C. de an. except. l. 1. §. vlti. & C. de iure dot. in rebus. ſic nec tempus deliberationis 1 imputatur creditori. C. de iure delibe. ſancimus. §. donec. in fi. arg. ff. quemad. ſeruit. amit. ſi quis alia. §. vlti. & l. ſi locus. Quando non currat præſcriptio, dictum eſt ſupra de præſcrip. illud. & c. cum non liceat. & hoc dicit litera iſta. ſed ſi ante ſuſpenſionem, vel poſt abſolutionem capitulum ſuppleuit negligentiam archiepiſcopi, valebit factum capituli. & hoc quòd tempus iſtud non currit, intellige cum non eſt negligens in petenda abſolutione: ſicut archiepiſcopus non fuit negligens: quia ſtatim poſt ſuſpenſionem ſuam iuit ad curiā pro abſolutione, aliàs imputaretur ei, arg. d. c. quoniā. & s̃. de reſcri. ſi autem. ſimile. ff. de reg. iur. qui poteſt. & ff. de re milita. non omnes. §. qui captus. Lau.

† ipſius.

† Vide l. pupillus. ff. đ priu credito. & l. graui. ff. đ his qui no. infam.

1 Id eſt, tēpus quo deliberat hæres an velit adire, non imputatur creditoribus hæreditariis in aliqua tēporali prę̨ſcriptione. Io. And.

e ¶*Negligentes.*] ſicut cæteræ præſcriptiones. s̃. de præſcrip. vigilanti. & 16. q. 3. c. placuit. §. poteſt.

¶*Glo. ſeq. inducit duas concor. & vnum contrarium, demum ſignat contrarium, & remittit.*

f ¶*Non tamen valuerit.*] hæc tamen bona ratio eſt, & ideo non præiudicat ei. C. de anna. except. l. 1. §. vlti. & ff. de vſur. cum quidam. §. ſi pupillo. arg. contra. ex quib. cau. ma. item ei. Item ſignatur contra. ꝙ ſuſpenſus eligat. j̃. de cleri. excomm. min. ſi celebrat. ibi ſoluitur.

g ¶*A qua.*] Ex hoc loco colligitur, ꝙ archiepiſcopus eſſet ſuſpenſus ab officio, & iuriſdictione, vt dicebant Lau. & Io. s̃. de conſue. cum dilectus.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium.*

h ¶*Suſpenſus.*] ſic patet quòd licet culpa ſua inciderit in excommunicationem, vel ſuſpenſionem, non imputatur ei qđ ex illa culpa proceſſerit. 15. quæſtio. 1. ſi concupiſcentia. & c. inebriauerunt. & eſt ſimile, vbi culpa procedit: & tamen non imputantur ea quæ ex culpa ſua proceſſerunt. j̃. de ſponſal. veniens ad nos. ff. de fur. l. verum. & l. qui iniuriæ. in prin. ff. de pub. & vect. ſed ij qui. §. ſinautem. arg. cōtra. 50. diſt. ſæpe. & c. ſtudeat. ff. quod metus cau. l. ſi mulier. Io.

i ¶*Præter eius.*] quia dominus Papa poteſt concedere præbendas ſiue fuerit negligens, ſiue vigilans. arg. 9. q. 3. per principalem. C. de quadrien. præſcrip. l. bene à Zenone. & s̃. eod. propoſuit. Item argu. eſt hic quòd bona clerici damnati deuoluēda ſunt in fiſcum eccleſiæ. s̃. de cleric. non reſi. c. pen.

k ¶*Acceſſit.*] ſic miles cōmeatu accepto, id eſt ſtipēdijs, quib. cōmeare, id eſt, abire debet, reipublicæ cauſa abeſſe videtur quouſque in domum ſuam perueniat: cum eſt in domo, non abeſt cauſa reipublicæ: quādiu eſt in itinere habet priuilegiū. ff. ex quibus cau. maio. l. miles. & l. qui mittuntur. in fin. ſic & totum iſtud tempus quouſque receperit ſe in domum ſuam, non currit.

l ¶*Notitiæ.*] Sic s̃. de ſup. negli. præla. licet. de hoc dictum eſt. s̃. e. c. nulla. nam is qui neſcit poteſtatem experiendi non habet. ff. de calum. annus. in fin. & 2. quæſt. 6. biduū. & ff. de ædil. edict. cum ſex menſes.

C*Vm noſtris fuerit olim.*] Diuiditur. nam primò ponit gratiam & executionem theſaurario cōceſſam. Secūdò exceptionem contra illam. Tertiò proceſſum executorū Quartò pronuntiationem auditoris. Quinto pronunciationis confirmationem. Secunda: ibi, *Verum.* Tertia: ibi, *Quod dicti.* Quarta: ibi, *Auditor.* Quinta: ibi, *Nos vero.* Abbas Siculus.

CASVS. Significatum fuit domino Papæ, quòd præpoſitura Lauſañ. eccleſiæ tanto tempore vacauerat, quòd donatio illius ad ſedem Apoſtolicam fuerat deuoluta, vnde Papa mādauit epiſcopo & canonicis Lauſañ. vt præpoſituram ipſam conferrent theſaurario Lauſañ. quibuſdam ſuper hanc executoribus ſibi datis: epiſcopus & canonici coram executoribus propoſuerunt, quòd illa præpoſitura non vacabat, quia licet ille qui fuerat præpoſitus, electus fuit in epiſcopum, tamen poſt ſuam conſecrationem fuit electus denuo in præpoſitū, & eam ſicut antea poſſidebat: executores dicentes hoc eſſe contrarium iuri, ipſam præpoſituram de iure vacantē præfato theſaurario aſſignarunt: hæc omnia propoſita & allegata fuerunt coram auditore dato à Papa, & alia plura: auditor de mandato Papæ decreuit, vt quicquid factum fuerat à prædictis executoribus obtentu prædictarum literarum, haberetur irritum & inane, eo quòd per falſi ſuggeſtionem, & veri ſuppreſſionem fuerant impetratæ, cum illa præpoſitura non vacaret de facto, quamuis de iure vacaret, quia talis poſſeſſio plus haberet facti quam iuris, & dominus Papa ſententiam illam ratam habet, & firmam, & mandat quibuſdam, vt niſi præfatus epiſcopus ſufficienter oſtenderit quòd vel ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, vel ex alia iuſta cauſa & neceſſaria poſt conſecrationem ſuam præpoſitura conceſſa fuiſſet eidem, compellant ipſum ad reſignationem ipſius præbendæ, deinde moneant, & inducant capitulum Lauſañ. vt theſaurario conferre procurent. Not. quòd cum aliquis tranſit de vna dignitate ad aliam dignitatem, prima vacat de iure, licet ille de facto primam retineat cum ſecunda. Item per ſubreptitias literas non datur iuriſdictio. Item licet benefi-

cium

cium de iure vacet, & non de facto, tamen mentio facienda eſt in literis ſuper hoc impetratis de ipſo facto, aliàs non valent, vt hic patet. Item in iure canonico ſunt quædam quæ plurimum habent facti, & parum iuris. Item propter iuſtam & neceſſariam cauſam poteſt epiſcopus, vel alius prælatus habere plures dignitates etiã inconſulto Papa.

aſſumptus, ad ipſam tamẽ præpoſituram poſt conſecrationem ſuam denuo fuerat ab ipſis canonicis electus, & eam ſicut anteà poſſidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium eſſe iuri, ipſam præpoſituram de iure [a] vacantem auctoritate Apoſtolica præfato theſaurario aſſignarunt [b]: & infrà. ¶Auditor igitur ſuper hoc datus à nobis, de mandato noſtro decreuit, vt quod à memoratis executoribus factum fuerat obtentu literarum noſtrarum, eo quòd per falſi ſuggeſtionem [c], & veri ſuppreſſionem fuerant impetratæ, cum præpoſitura illa non vacaret de facto [d], quia talis poſſeſſio [e] plus habet [f] facti quàm iuris, haberetur irritum & inane. ¶Nos verò ſententiam eiuſdem ratam habentes; Mandamus, quatenus niſi prædictus epiſcopus ſufficienter oſtenderit, quòd vel ex indulgentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, vel ex alia iuſta cauſa [g], & neceſſaria, ſibi poſt cõſecrationem ſuam præpoſitura conceſſa fuerit memorata, ipſum ad reſignationem ipſius (ſi ſponte noluerit) compellatis †. Deinde Lauſañ. capitulum ad conferendam eam theſaurario ſupradicto, diligentius inducere [h] procuretis.

¶Idem † archidiacono Richemundiæ.

¶Vbi conſtat beneficium collatum per habentem poteſtatem, per exceptionem abiurationis & renunciationis non debet poſſeſſio retardari.

CAP. VII.

POſt † electionem, & cõfir-

a ¶*De iure.*] de facto tamen non vacabat, vt j. ſequitur.

¶*Glo.ſeq. quærit, arg. pro & contra, ſoluit contrarium. in fine quærit, ponit opin. Ioan. ſed contrarium ſoluit.*

b ¶*Aſſignarunt.*] Sed nunquid poſſunt hoc facere executores, quibus 1 hoc ſolum mãdatum eſt, vt aliquos moneant recipere aliquem in fratrem, eoſdem ſi noluerint compellendo? Videtur ꝙ ſic, cum omnia acceſſoria intelligantur ſibi commiſſa 2 ſ. de offi. dele. præterea. & c. prudentiam. in fi. ff. de procu. ad rem mobilem. & l. ad legatum. Sed non eſt ita, quia forma mãdati diligenter eſt ſeruanda. ſ. de reſcri. cũ dilecta. & ſ. de off. dele. venerabilis. & 27. q. 1. ſi cuſtos. ſed ſi mandet ſub hac forma, Mãdatũ exequi non tardetis, ſecundũ qđ mandabatur iſtis executoribus, vt patet in integra: tunc poſſunt facere quod dicit litera iſta, ſecundum quòd iſti fecerunt: ſed factũ iſtorum effectum non habuit, quia non vacabat præpoſitura de facto: & literæ non valebãt impetratæ tacita veritate, vt dicitur in fine. Si verò ſimpliciter mandetur ſub hac forma, Mandamus, vt tales compellatis, vt talem recipiant in canonicum, & in fratrem: tunc non poſſunt illum ponere in poſſeſſionem, ſiue inueſtire, ſed ſimpliciter compellere. hoc vidi de facto. Sed ſi mandetur, vt illum mittant in poſſeſſionem præbendæ, nunquid poſſunt excommunicare cõtradictores & impedientes? Io. dicit quòd non: quia executio tantum, & non coërtio eis mandata eſt. Ego credo quòd poſſunt: quia illa executio nulla eſſet ſi coërtionem aliquam non haberet. ſ. de offi. delega. ex literis. & ff. de iuriſdi. om. iud. l. 3.

1 In antiquioribus ita: quibus hoc ſolum mãdatum eſt, vt aliquos compellãt recipere aliquẽ in fratrem.

2 Illa allegatio caderet in caſu conuerſo: compulſio enim bene eſſet acceſſoria ad ꝓuiſionem, ſed nõ prouiſio ad cõpulſionẽ. & gl. intellexit, ꝙ ꝓ compulſionem venit in prouiſionẽ, ſed per cõpulſos fiendam. Io. And.

¶*Glo.ſeq.notat, & remittit.*

c ¶*Falſi ſuggeſtionem.*] Ex hoc videtur quòd ſi commiſſio per falſi ſuggeſtionem ſit impetrata, & iudex eam ſecutus tulit ſententiam, quòd ſententia non teneat ipſo iure 3 arg. ſ. de reſcript. conſtitutus. & ſ. de re iudi. cum I. & A. & C. ſi ex fal. inſtr. falſum, ſecus videtur ſi eam non ſequitur, vt in c. cũ I. & A. De hoc dictum eſt ſ. de reſcrip. ad audientiam 2.

3 Adde pro deciſ. huius q. l. querelam. & ibi Cy. C. de fal. l. 4. & l. 1. C. ſi ex fal. inſtru. Ioan. And.

¶*Glo.ſeq.arg.ad quæſtionem quid de primo reſcripto, quando de eo non fit mentio in ſecundo.*

d ¶*Non vacaret de facto.*] Ex hoc videtur quòd ad hoc vt reſcriptum non ſit vitioſum, non ſolum ea, quę iuris ſunt, narranda ſunt, ſed etiam ea quæ ſunt facti: pari ratione videtur, quòd ſi ſecundum reſcriptum non faciat mentionem prioris reſcripti, inualidi: quòd non valeat ſecundũ. ſed non eſt ita. 4 ſ. de confir. vti. bonæ, quia literæ priores non dicuntur priores, ſed nullæ potius exceptione oppoſita. 7. quæſtio. 1. factus eſt nec literæ quæ non valent, debent præſtare impedimentũ ſecundis, quæ valent. j. de iure pa. illud. ff. de leg. 1. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus. ff. de verb. oblig. ſi dari ſtipuler. vbi ſtipulatio, quæ poteſt elidi per exceptionem, non impedit ſecundã. ſic poſſeſſio non dicitur vacua, quam alter quocunque modo poſſidet, vel detinet, licet reuera nullus poſſeſſor ſit. ff. de act. emp. & vend. l. 2. §. vacua. Bernar.

4 Itẽ no. ſupra de reſcri. ex tenore in fi. 1. glo. de hoc infra. de reg. iur. non pſtat. Io. And.

e ¶*Talis poſſeſſio.*] ſ. q̃ habet ab eo, qui hẽt plures dignitates.

¶*Glo.ſeq.tractat de triplici poſſeſſione.*

f ¶*Plus habet facti.*] Not. quòd alicui poſſeſſio acquiritur quandoque quæ habet plurimum iuris, & minimum facti, vt ſi acquiritur mihi poſſeſſio per ſeruum: vel per eum, quem habeo in poteſtate: vt ff. de acqui. poſ. poſſeſſio quoque? & tunc ignoranti acquiritur poſſeſſio, & currit vſucapio. ff. pro ſoluto. l. 2. in fi. Quandoque poſſeſſio habet multum iuris & facti, cum acquiritur per procuratorem, & ignorãti acquiritur: ſed vſucapio non procedit niſi ſcienti. C. de acqui. poſ. l. 1. ff. pro ſolu. l. 2. cum l. ſeq. & ff. de. acqui. poſſeſ. poſſeſſio quoque. §. 2. quandoque poſſeſſio habet parum iuris, & plurimum facti, vt illa quæ corpore noſtro acquirit, quia ibi animus noſter neceſſarius eſt. C. de acq. poſſ. licet. & tunc vſucapio non procedit ſine corporali poſſeſſione. ff. ex qui. cau. ma. l. denique ſi emptor. cum l. ſeq. & talis eſt hæc poſſeſſio, quia habet plus hic facti quam iuris, imo nihil iuris habet hic: niſi oſtendat quòd poſt conſecrationem præpoſitura iuſta de cauſa fuerat ei conceſſa: quia ſi haberet aliquid iuris, non compelleretur ad renunciãdum ſine cauſa. 16. q. 7. inuentum. 56. diſtin. ſatis peruerſum. Item in acquirenda poſſeſſione plurimum facti cõſiſtit, & parum iuris quoniam ſine corporali actu nõ procedit, vt pdicta l. licet. in retinẽdo plurimũ iuris eſt, qm̃ ſolo animo retinetur. C. de acq. poſ. nemo ambigit. & l. licet. & ſolo animo perdit. ff. de acq. poſ. poſſideri. §. in amittẽda.

† Vide l. filius. §. inuitus ff. de ꝓcur. & l. inuitum. & vtrobique Alex. ſ. de ſerui. vrba. præd.

† In antiquis ita: magiſtro. H. Archidiacono, &c.

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpilat.

¶*Glo.ſeq.quærit, & ſoluit. & huic decre. dupliciter reſpondet.*

g ¶*Iuſta cauſa.*] Not. ꝙ ex iuſta cauſa poteſt quis habere plures dignitates ſecũdum antiqua iura inconſulto domino Papa, vt hic colligitur. hodie vero non licet ſine ſpeciali diſpenſatione domini Papæ. ſ. de præben. de multa. iuſta cauſa poſſet eſſe paupertas epiſcopatus. arg. 10. q. 3. vnio. & ſ. de præben. expoſuiſti. Sed pone ꝙ aliquis habens beneficium cum cura animarum, recipit aliud beneficium cum cura animarũ, & nihilominus retinet primum quod vacat ipſo iure: alius dicens beneficium vacare, impetrauit literas à domino Papa ad delegatum, vt illud beneficium ſibi conferat, ſi eſt ita, nulla mentione habita in literis de tali poſſeſſione, nunquid valent literæ taliter impetratæ? Credo ꝙ valeant, & ſicut ille ad quem pertinet collatio illius beneficij, poteſt illud conferre poſſeſſore irrequiſito, vt dicit decre. illa, de multa. & ſ. de elę. cum in cunctis. quæ loquitur in epiſcopo ſicut hic: ita delegatus iſte poteſt conferre beneficium illud, cum in hoc eandẽ habeat poteſtatem: non obſtante ꝙ de hoc in literis mentio non habetur. Sed hic non valuerunt literæ, quia ex noua cauſa potuit eligi de nouo poſt ſuam conſecrationem ad præpoſituram eandem vacantem, prout Papa mandat inquiri: ſecus ſi non fuiſſet poſtea electus, ſed præpoſituram retinuiſſet ex prima conceſſione, credo ꝙ tenuiſſet collatio executorum per decre. prædictas. Vel dicas, literas tales non valere iure nouo illius decre. de multa. & idem credo in perſonatibus & beneficijs curam animarum habentibus, ſecus in beneficijs ſimplicibus 5, aut ſi vnum beneficium ſit cum cura vel perſonatu, aliud ſine cura, vel perſonatu, tunc eſt facienda mentio de poſſeſſione facti, aliàs non valent. Ber.

5 Innocentius dicit idem in beneficiis vel præbendis qñ receptione ſecunde vacat prima, puta, ſi hoc habet ſtatutũ vtriuſque eccleſiæ ſecundum Hoſt, vel ſynodale: vel pone in iure cõi in caſu j. e. literas. Ioã. And.

¶*Glo.ſeq.quęrit, & ſoluit.*

h ¶*Inducere.*] Et nunquid poſſunt ad hoc eos compellere, vt eum recipiant, ſecundum ꝙ poſſunt epiſcopum compellere, vt renunciet? Non credo ꝙ poſſint compellere eos: quia monitores tantum eſſe videntur.

P*Oſt electionem.*] Contra agentem poſſeſſorio adipiſcẽdæ, non obſtat exceptio reſignationis & abiurationis, ſed iſte intellectus non facit ad titulum, & idem ſummatur ſecundo, ꝙ dignitas non vacans alteri conferri non põt. Et ſunt duæ partes. In prima facti narratio. In ſecũda ipſius diffinitio: ibi, *Quoniam.* & quælibet pars ſubdiuidit: vt de ſe patet. Abbas.

CASVS. Magiſter H. & R. de ſancto Cadmundo contendebant ad inuicem de archidiaconatu Richemũdiæ, propter quod acceſſerunt ad dñm Papam, In præſentia eius ex parte R. de ſancto Cadmundo, in hunc modũ fuit propoſitũ: Vacante

cante archidiaconatu Richemundiæ, Archiepiſcopus Eboraceñ. in remotis agens, hoc audito, archidiaconatum ipſum cõtulit magiſtro H. mandans capitulo Eboracen. vt eum in archidiaconum reciperent: ſed ipſi mandato ipſius acquieſcere noluerunt: quia prędeceſſor Innocentij inter cætera quæ decano & capitulo Eborañ. ſub priuilegio cõceſſit, decreuit ordinationem canonicorum ſeu perſonarum liberã eſſe: vt videlicet, idonea, & honeſta perſona, cui archiepiſcopus vacantem prębendam, vel dignitatem in eccleſia Eboraceñ. duceret conferendam, ſecũdum antiquam cõſuetudinem eccleſiæ præſentareṫ decano & capitulo Eboraceñ. & ſi quis contra hoc eſſet introductus, nec pro perſona, nec pro canonico haberetur; & ſi archiepiſcopus infra tp̃s Laterañ. concilij ſecũdum formam priuilegij hoc non faceret, tunc liceret decano & capitulo prędicta conferre: Sed quia de ipſo decano in literis archiep̃i mentio nõ fiebat, per quẽ debebat in capitulo inueſtiri: ipſius mandato fuit cõtradictum, & ſic collatio archiep̃i reprobata, credentes auctoritatẽ cõferendi ad capitulum deuolutã R. de Sancto Cadmundo archidiaconatum cõtulerunt, inſtallantes eundem: proponebat inſuper dictus R. ꝙ magiſter H. renunciauerat & abiurauerat collationi archidiaconatus, quam ſibi fecerat archiep̃s, & poſt illam renunciationem eidẽ archiep̃s cõtulit archidiaconatũ, vnde dictus R. tã ratione primæ conceſſionis quàm ſecundę, petebat aſſignatum ſibi archidiaconatum confirmari. His & alijs auditis, quia conſtitit dño Papæ archidiaconatum prædictũ magiſtro H. per archiep̃m primò fuiſſe conceſſum, & ꝙ inſtitutio facta de ipſo H. non fuiſſet ſecundum iuris ordinem reprobata, archidiaconatus non vacans alteri conferri non potuit: ſed magiſtro R. qui contra iuſtitiæ regulam in locum alterius prouehi ſe conſenſit, ſuper ipſo archidiaconatu ſilentium impoſuit, decernens, vt inſtitutio facta per archiepiſcopum de magiſtro H. ſortiatur effectum: & ſi poſtmodum aliquis apparuerit, qui contra ipſum aliquid velit opponere ſuper renunciatione, vel abiuratione, vel aliquo præmiſſorum, ordine iudiciario poterit experiri. Nota, ꝙ prima electione celebrata, ea non caſſata, non eſt alia facienda. Item qui in locum viuentis inſtitui conſentit, debet repelli. Item poſt factã conſtitutionem poteſt apponi abiuratio, vel renunciatio: ne per ſurreptionem habeat dignitatem.

mationem[a] epiſcopi Elieñ. vacante archidiaconatu Richemundiæ, quem tenuerat; Eboraceñ. archiepiſcopus eũ tibi propria liberalitate conceſſit, dãs Eboraceñ. capitulo in mãdatis, vt te in archidiaconum recipere procurarent: cuius noluerunt mandato parere, quia prædeceſſor noſter inter alia, quæ decano, & capitulo Eboraceñ. ſuo priuilegio noſcitur indulſiſſe, ordinationem[b] canonicorum, ſeu perſonarum, liberã eſſe decreuit: vt videlicet idonea, & honeſta perſona, cui archiep̃s vacantem in eccleſia Eboraceñ. prębendã, vel dignitatem duxerit † conferendã, ſecundũ antiquã ipſius eccleſiæ conſuetudinem, pręſentaretur decano & capitulo ſupra dictis: & infrà. ¶Si † quis contra conſuetudinem huiuſmodi, in eccleſia ipſa eſſet per aliquem introductus, nec pro perſona, nec pro canonico haberetur. Quòd ſi archiep̃s infrà terminũ Laterañ.† concilij ſecundũ formã præſcriptã perſonę idoneæ non conferret, liceret decano, & capitulo auctoritate Apoſtolica iuxtà eiuſdem concilij ſtatuta conferre. ¶Cũ igitur in literis archiep̃i directis capitulo, de decano mentio nullatenus[c] haberetur, per cuius manum debebas in capitulo inueſtiri: eius mandato extitit contradictum: & inftà. ¶Ipſius igiṫ inſtitutione[d] propter præmiſſas rationes à capitulo reprobata[e], ipſi intelligentes archidiaconatus donationem, ad eos tã auctoritate Laterañ. concilij, quàm indulti ſibi priuilegij deuolutam, R. de ſancto Cadmundo † illum vnanimiter contulerunt, inueſtientes eundem de ipſo, & ſolemniter inſtallantes. Proceſſu verò temporis præfatus archiepiſcopus, poſt reſignationẽ[f] & abiurationẽ à te factam, & receptã ab ipſo, eidem R. archidiaconatum contulit antedictum: qui archidiaconatum ipſum tam ratione primæ, quàm ſecundæ conceſſionis ſibi aſſignatum, per ſedem Apoſtolicã petijt confirmari[g]: & infrà. ¶Quoniam conſtitit[h] nobis archidiaconatum prædictũ, tibi per Eboraceñ. archiepiſcopũ primitus fuiſſe conceſſum, & quòd inſtitutione[i] facta per ipſum, ſecundum iuris ordinem minimè reprobata[k], archidiaconatus non vacans, non potuit, nec debuit in alium ritè trãsferri: memorato R. qui cõtra iuſtitiæ regulam[l] in archidiaconatum alterius prouehi ſe conſenſit, ſuper eo duximus ſilentium imponendum: ſententialiter decernentes, vt inſtitutio facta per archiepiſcopum de te, ſortiatur effectũ[m]. Exinde † ſi ſuper renunciatione[n], vel abiuratione, vel aliquo præmiſſorũ, aliquis, qui velit, & valeat, aduerſus te quicq̃ duxerit proponendum, ordine poterit iudiciario experiri.

† duceret.

† In multis antiqs ita: Et ſi quis.

† ſub Ale. iij. c. 8.

† Eadmundo.

† Aliàs ita: Exinde vero.

¶Glo.ſeq.rec. per contrarium de dec. cum in cunctis. quòd dupliciter ſoluit.

a ¶*Confirmationem.*] ſupple, & conſecrationem, quia aliàs nõ dicitur vacare, plenè. s̃. de elec. cum in cunctis. vel ipſe electus conſenſit, vt archidiaconatus ipſius daretur magiſtro H. & ſic verè vacauit.

¶Gl.ſeq.ſignat contrarium, & ſoluit, impugnat allegationem, quam in fine coadiuuat.

b ¶*Ordinationem.*] i. inſtitutionem. Sed contra. j̃. eo. ver. ꝙ ſi archiepiſcopus infrà terminum Laterañ. concilij ſecundũ præſcriptam formam perſonæ idoneæ non conferret: Sol. ad capitulum & decanũ pertinet inſtitutio in capitulo & in ſtallo: ad archiepiſcopum autem pertinet inſtitutio in prębenda, & dignitate. ideſt, collatio beneficij vel dignitatis: vt j̃. ver. perſonæ idoneæ.

c ¶*Mentio nullatenus.*] Nec erat neceſſe facere mentionem de parte, id eſt, de decano: cum pars contineatur in toto. 94. diſt. legimus. in fi. & 14. q. 5. pœnale. de conſecr. diſtin. 5. nõ mediocriter. ff. quod me. cau. l. 1. ff. de regu. iur. in toto. ſic etiam ep̃s in eccleſia. 7. q. 1. ſcire. Sic nomine populi cõtinentur ſenatores. Inſti. de iur. na. §. plebs. Sic & familiæ appellatione, ipſe dñs familiæ contineṫ. ff. de verb. ſig. familiæ. qñque tñ nomine eccleſiæ non comprehenditur ep̃s. 63. diſt. c. ſacrorũ. §. ex his, & j̃. de verb. ſig. cum clerici. & 56. diſt. Apoſtolica. & j̃. de teſta. requiſiſti 1 arg. contra prædicta ꝙ plus valet ſpecialis nominatio, quàm generalis. 23. diſt. quamq̃. cũ ſuis cõcor. & s̃. de reſcr. ſedes Apoſtolica. cum ſuis concor. & c. eã te.

d ¶*Inſtitutione.*] id eſt, collatione 2.

e ¶*Reprobata.*] id eſt, non admiſſa.

f ¶*Reſignationem.*] hoc proponebatur, ſed non fuit probatũ: ſed ſi probareṫ, qa tñ petebaṫ confirmatio rõne primæ conceſſionis, q̃ non tenuit, nõ prodeſſet, ſed forte tenuiſſet ratione ſecundæ conceſſionis ab archiep̃o factæ: imo videtur ꝙ non, dummodo locum viuentis ſcienter 3 occupauerit. 1. q. 1. in primis. verſus princi.

1 Hæc iura loquuntur qñ expreſſo ep̃o ſub mittiṫ eccleſia: vel qñ dicitur per eccleſiã epiſcopum eligi. Io. And.

2 Cõcor. l. illud. ff. de mino. & l. itẽ apud. §. hoc edi. ff. de iniur.

3 Secus ſi ignorãter. 7. q. 1. præſentiũ. In no. de præben. inter cætera. ſecundum Hoſt. Ioã. And.

¶Glo.ſeq.obijcit, & ſoluit.

g ¶*Confirmari.*] Ex hac litera videṫ ꝙ R. erat in poſſeſſione archidiaconatus, & hoc petebat ei reſtitui: qa agebat poſſeſſorio cõtra R. vt diciṫ in gl. de his. cõtra tñ dicit decr. s̃. de teſti. cõſtitutus. vbi diciṫ ꝙ H. non ſpoliauit iſtũ R. ſed litera illa inferior. ſ. ſuper eo duximus ſilentiũ imponendũ, &c. potius oſtendit ꝙ agereṫ de proprietate: qđ verius puto ex eo qđ dicit: petijt cõfirmari, ſi actum fuiſſet poſſeſſorio contra R. non fuiſſet condemnatus ſuper ipſo archidiaconatu, ſed ſuper poſſeſſione ipſius, vel quaſi.

ADDITIO. Tu dic ꝙ vterque agebat, & petitorio & poſſeſſorio. s̃. de cau. poſ. & proprie. cum ſuper electione.

h ¶*Conſtitit.*] ꝑ confeſſionẽ R. vt patet in antiqua decretali.

i ¶*Inſtitutione.*] de te facta.

k ¶*Reprobata.*] q̃ primo debuit reprobari anteq̃ trãſitus fieret ad ſecundã. s̃. de elec. conſiderauimus. c. bonæ memoriæ 2.

l ¶*Regulam.*] s̃. eo. c. 1. & 7. q. 1. non furem.

m ¶*Effectum.*] quia non conſtitit ꝙ tempus ſex menſium fuiſſet elapſum ex reſponſione R. vt patet in antiqua.

¶Glo.ſeq.ponit quatuor lecturas.

n ¶*Renunciatione.*] De his enim coram Papa fuit propoſitum, ſed non probatum, vt dixi ſuprà. ſed Io. dixit ꝙ ſiue hoc

fuiſſet

fuiſſet probatum ſiue non. ex quo iudex proceſſit ad ſententiam, amplius audiri non debet. s̃. de re iud. inter monaſteriũ. & c. ſuborta. & ideo nõ admiſit eum in modum exceptionis: quia calumnioſè hoc obijcere videbatur 1 videlicet nõ admittatur in modum exceptionis, admittitur tñ in modũ accuſationis. ſic s̃. de app. cõſtitutus. in fin. vbi de hoc. Vel intentabatur poſſeſſorium, vnde nõ habet locum hic talis exceptio. s̃. de reſti. ſpolia. c. 2. Ex antiqua bene colligitur, ꝙ poſſeſſorium intentabatur. Vel ideo non fuit auditus iſte R. quia ſi vellet probare ꝙ alter renunciaſſet, vel abiuraſſet, propterea non obtinuiſſet, ex quo ſua electio non tenebat. argu. s̃. de reſcri. olim. Et idem R. nitebatur ex conceſſione capituli, quæ non tenebat. arg. s̃. de reſcrip. olim. Vel illa eſt potior cauſa, quare hæc poſſunt poſtea opponi, ne videlicet per ſubreptionem habeat dignitatem: qa ſi renunciauerit, vel abiurauerit, vel poſt tẽpus elapſum electus fuerit, non poteſt licitè remanere, quia non habet canonicũ ingreſſum. s̃. de elect. cum dilectus. s̃. de appella. conſtitutus. & ſic patet quòd talis ſententia, ſiue confirmatio nihil noui tribuit, ſi probabitur aliquid de præmiſſis: & ita quaſi ſub conditione ſententiauit Papa: Item habes hic quòd mora non poteſt purgari. De hoc dixi s̃. eo. nulla.

1 Aliàs exceptio ab iurationis debuiſſet admitti. ſupra de reſti. ſpo. accepta. nec placet illa ſolu. ꝙ hic poſſeſſorio agebatur, ſecundũ Phi. & Abb. Ioã. And.

¶Idem C. canonico Tridentino †.

¶Recepto in canonicum tenetur capitulum prouidere quam cito facultas ſe obtulerit.

CAP. VIII.

CVm † ſup quæſtione Trideñ. † præbendę: & infrà. ¶Cum autem conſtet te in canonicũ Trideñ. † eccleſiæ fuiſſe receptum, licet receptionẽ tuam factam contra Lateraũ. † cõcilium [a] pars aduerſa proponat: quia tamen probatũ non [b] extitit, nec ipſi canonici videbantur tibi hoc opponere poſſe [c] de iure, qui ſe fatentur te contra ſtatuta præfati concilij recepiſſe: Sententialiter † decernimus, vt tibi quamcitò ſe facultas obtulerit, prębendale beneficiũ in Trideñ. † eccleſia conferatur: cum ex quo receptus es in canonicum, non debeas carere præbenda [d].

† Tridonẽ.
† Aliàs ita: Idẽ canonicis Tridonen.
† Cap. 5. e. tit. in 3. cõpil.
† Tridon.
† Tridon.
† Aliàs ita: Lateran. cõcilij ſtatuta.
† Aliàs ita: Sententiãdo decreuimus.
† Tridon.

CVm ſuper.] Primò ponit rationem diffinitionis, & allegationem contra illam, & duas reſponſiones ad eam. Secundò diffinit ex ratione concludens: ibi, *Sententialiter*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clericus C. nomine quæſtionem habebat cum canonicis Trideñ. ſuper præbenda eccleſiæ Trideñ. pp quod partes acceſſerunt ad dominum Papam: proponebat dictus. C. ꝙ canonici Trideñ. eum receperant in canonicum, & in fratrem nulla præbenda ſibi aſſignata: nec mentione facta primæ, vel ſecundæ præbendæ, vnde petebat à domino Papa canonicos prædictos compelli, quatenus præbendam aſſignarent eidem in eccleſia Trideñ. Ex aduerſo reſpondebatur, ꝙ non tenebantur ei beneficium aſſignare, cum receptus fuiſſet contra concilium Lateraneñ. vnde non debebant ad hoc cõpelli. Dominus Papa his auditis, quia non fuit probatum ꝙ receptus fuiſſet contra concilium Lateraneñ. licet obiectũ, nec illi canonici videbantur hoc poſſe probare cõtra illum. C. qui confitetur ſe illum contra concilium Lateraneñ. recepiſſe: ſententiando decreuit, vt quam cito facultas ſe obtulerit, prædicto C. præbendale beneficium in Triden. eccleſia conferatur: quia ex quo receptus eſt in canonicum, nõ debet carere præbenda. Nota arg. ꝙ allegans ſe feciſſe contra concilium, ex eo ſubſidium habere non debet. Item hic poteſt ſumi illud generale: Fruſtra implorat auxilium legis qui committit in legem. Item ex quo aliquis eſt in canonicum receptus, debet habere beneficium.

a ¶*Lateran. concilium.*] s̃. eo. capitulo ſecundo.

b ¶*Non extitit.*] Ideo tibi non nocet. C. de probat. cũ precibus. ſed nocet ipſis confitentibus. C. de fide inſtru. l. 3. vnde puniri poſſunt tanquam confeſſi. ſuprà. de confeſſis. cum ſuper. Bernar.

¶Glo. ſeq. coadiuuat tex. per tres rationes. Contra primas duas alle. 2. iura. contra tertiam tria. demum obijcit, & ſoluit dupliciter.

c ¶*Poſſe.*] quia fruſtra legis auxilium inuocat, qui committit in legem. j̃. de vſur. quia fruſtra. & mutua delicta pari compenſatione tolluntur. j̃. de adul. c. pe. & c. vlt. & ff. de dona. l. ſi duo. ff. ſol. mat. viro. s̃. de exce. cum eccleſiaſticæ. argu. contra. j̃. de ſim. veniens. & j̃. eod. ex tenore 2. vbi de hoc. præterea turpitudinem ſuam allegabant, vnde non debuerunt audiri. j̃. de dona. inter dilectos. Et ſic obſtat alicui proprium factũ, licet ſit iniuſtum. ſic s̃. de cle. coniug. diuerſis fallacijs. & de ſi. presby. veniens. 28. diſt. diaconi. ff. de adop. poſt mortem. ff. de ſeru. ruſt. præd. per fundum. arg. contra. 55. diſt. pœnitens. 35. quæſtio. 9. quod quis. ſuprà. de præben. cum non ignores. Sed nonne in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio excipientis. ff. de condi. ob turp. cau. vbi autẽ. s̃. de præben. relatum. & c. dilecti? Item contra. j̃. eo. ex tenore Sol. hic clericus ille iam erat receptus in canonicum, & ideo potior fuit eius conditio 3: ſecus ſi promiſſionem ſolum habuiſſet: vel receptus fuiſſet ad proximam vacaturã: quæ non tenet. j̃. eo. ex tenore. & s̃. eod. c. 2. & 3. & quia probatum non fuit quòd contra conciliũ receptus fuiſſet; hoc potius ſoluit contrarium.

2 Concor. text. in l. fi. & ibi Cy. C. de compenſa. Ioã. And.

3 Nec obſtat de diuort. ſignificaſti. de adul. intelleximus. ibi enim datur agẽti replicatio contra exceptionem in fauorem matrimonii.

¶Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.

d ¶*Carere prębenda.*] Nota quòd qui receptus eſt in canonicũ, diu præbenda carere non debet. ſic ſupra. de præben. & digni. relatum. & c. dilectus. ſed illa, dilectus. contradicere videtur: ibi. n. mandat Papa ꝙ diſtributionẹs cotidianæ conferantur, & hic expectat quouſq; vacauerit beneficium: quare non mandat hic dari diſtributiones? Reſpondeo, hic fuit receptus ſimpliciter in fratrem, & ſocium nulla mentione habita de aliqua vacatura. & ſic debet expectare vacaturam, vt hic dicitur. & in c. dilectus. fuit receptus in fratrem, ita quòd nihil perciperet niſi loco proximæ vacaturæ, quod non licuit. & ideo fuit illud caſſatum. vnde Papa voluit ꝙ illi darent eccleſiaſticas diſtributiones propter vitium expreſſum: quod credo fuiſſe factũ ex gratia. hic noluit facere hanc gratiam. antequam iſte. C. fuit receptus in fratrem, vacauit præbenda, & alius eam habuit 4, vt habetur in integra. Bernardus.

4 Magiſter meus dicebat ꝙ hic nõ erãt cotidianę diſtributiones. Abb. vide quod poſt Inno, dixi de cõſti. cum M. ſuper glo. hic poteſt, Ioan.

† Cap. 6. e. tit. in 3. cõpila.

¶Idem Epiſcopo, & magiſtro † P. canonico Hildeſemenſi.

† Aliàs ita: magiſtro P. & epiſcopo. R. ca.

¶Si habens præbendam in eadem eccleſia recipit dignitatem cum præbẽda, vel aliam præbendam, vacat prima: & quamuis à ſuperiore ſibi confirmetur, tamẽ valet impetratio per alium facta de ipſa, etiam tacito de poßeßione alterius, quę colorata non eſt. hoc dicit. ſecundum verum intellectum. Panor.

CAP. IX.

LIteras † veſtras accepimꝰ, quòd cum pro D. clerico vobis ſcripſerimus, vt eum de præbenda vacante ſancti Vuiſcardi Bremeñ. quam dicebat ad donationem noſtram fuiſſe iuxtà Lateraneñ. cõcilij ſtatuta deuolutam, curaretis auctoritate Apoſtolica inueſtire: & infrà. ¶De facto fuit propo-

LIteras.] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Cum igitur*. Prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit formam mandati pro actore directi. Secundò allegationem actoris: ibi, *De facto*. Tertiò defenſionem rei: ibi, *Sed præpoſitus*. Quartò elicit dubia ex prædictis: ibi, *vnde*. Abbas.

CASVS. Significatum fuit domino Papæ, quòd in eccleſia S. Vuiſcardi Bremenſis quædam præbenda vacauerat tanto tempore, quòd ipſius donatio ſecundum concilium Lateraũ. ad ipſum fuerat deuoluta: vnde Papa mãdauit quibuſdã, quatenus D. clericum inueſtirent de ipſa: coram iſtis executoribus ex parte illius D. fuit propoſitum, quòd H. præpoſitus quondam ſimplex canonicus illius eccleſiæ fuit electus in canonicum maioris eccleſiæ, & poſtmodum anno elapſo electus fuit in præpoſitum ſancti Vuiſcardi, nihilominus retinens priorem præbendam, quam in ipſa eccleſia tunc habebat: vnde petebat illam præbendam ſibi conferri, quæ de iure vacabat: ſed præpoſitus allegauit econtra, quòd erat de cõſuetudine generali, quòd vnus in eadem eccleſia plures præbendas haberet: & quando archiepiſcopus Bremeñ. ipſum de præpoſitura inueſtiuit, tam præpoſituram quàm præbendam illam de conſenſu capituli, ei confirmauit: dubitabant iſti executores, cum aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam, vtrum ſtatim prima vacare intelligatur, an per ſententiam debeat abiudicari eidem: & an propter confirmationem prædictam, præbenda illa debeat dici non vacare: ſuper hoc conſuluerunt dominum Papam: & ipſe reſpondet, quòd ſi eſt ita, præbenda illa & ſi de iure vacet, de facto tamen non vacat: vnde mandat, quatenus dictum præpoſitum compellant, vt illam reſignet: & cum de facto vacauerit, illam prædicto clerico aſſignare procurent. Nota, quòd præbenda dicitur vacare de iure, & non de facto: & ſic de ipſo facto facienda eſt mentio in literis domini Papæ ſuper illo beneficio obtentis.

a ¶*Propo-*

a ¶*Propoſitum.*] ab ipſo D.clerico.
b ¶*Electus.*] Nihilominus retinuit præbendam:& canoniā minoris eccleſiæ,prout ſequitur.
c ¶*Ex conſuetudine.*] Hæc conſuetudo potius fuit cenſenda corruptela.ſ.de cōſue.ad noſtram.& duobus c.ſeq. quia quot præbendæ vel perſonatus ſunt in eccleſia,tot canonici debēt conſtitui.arg.ſ.eo.nulla.& ſ. de inſtit. in eccleſia. & 89.diſt.ſingula.& ſ. de præben.de multa.
d ¶*Confirmauit.*] qđ facere non potuit.ſ.de elect.dudum 2.
¶*Gl.ſeq.reci.per quæſtionem, an epiſcopus poſſit eidem confirmare plura beneficia in vna vel diuerſis eccleſiis.alleg. ꝙ non. ſubdit illud verū in prohibitis per decre. de multa. vel in beneficijs eccle.alleg.2. iura, & remittit. Demum tenet etiā in vna diſpenſari poſſe ex cā.*
e ¶*Vacare noſcatur.*] Per hoc videtur ꝙ epiſcopus non poteſt alicui conferre plura beneficia,ſ.de prębendis. de multa. quia non poteſt diſpenſare ꝙ aliqs habeat plures eccleſias, vel præbendas intitulatas. 70. diſt. ſanctorum.item eo ipſo ꝙ tranſiuit ad ſecundam eccleſiam vacauit prima.21.q.2. ſi quis iam tranſlatus.& ſ.de elec. cum in cunctis.& ſ.de præbē. de multa. & eſt ſi.ff.de re iu.l.4.§. ſi qs ex conuentione. ff. de diuor. l.vlti. in fin. Et hæc quæ dicta ſunt locum habent qñ recipit ſecundam eccleſiā tanquam intitulatā cū cura animarum : ſecus ſi recipiat ſimplex beneficium,quia per conſtitutionem illam, ſupra de præbendis,de multa.non videtur epiſcopis adempta diſpenſandi facultas circa beneficia ſimplicia,vel circa beneficium, & eccleſiam , ſed in perſonatibus & beneficijs curam animarum habentibus . Sed vt in eadem eccleſia habeat quis plura beneficia,epiſcopus diſpenſare non poteſt,vt hic colligitur,cum dicatur ꝙ talis præbenda de iure vacet, non obſtāte confirmatione archiepiſcopi prædicti. præterea ſimile habes ſ.eo.cū noſtris.ff.ad municipa.l.municeps.2.& C.de pact. dotalibus.ſi mulier.26.diſt.acutius.in fi.Arg.cōtra.ff.de actionibus & obliga. quotiens. 1 & C. de rei vxo.actio.l.vnica.§. ſciendum.Ioan.de hac diſpenſatione dixi ſ.de præbē.de multa.ſed melius ſ.de electio.dudum.2. in gloſſ. nota ergo . Vel dic ꝙ ideo confirmatio non valuit, quia per talem confirmationem non intendebat diſpenſare cum illo , quia ſemper eſt neceſſarium vt diſpenſatio exprimatur.ĵ. de ſchiſmaticis.c.2. & ita confirmatio non valuit, cum iam vacaret de iure , licet non de facto,nec archiepiſcopus intendebat diſpenſare cum ipſo.& ſi cauſa fuiſſet,poterat diſpenſare cum ipſo, vt ſ. eod. cum noſtris.Ber.

†vobis,legit in antiquis. & ita etiā habetur in antiqua cōpil.

† In omnibus antiqs ita: de ipſa in maioris eccleſiæ canonicū eſt electus

†In codice Barbatię ita: priorem ēt prębēdam nihilominus detinens.

† Dictio, cōi, deeſt in recētioribus, quā habēt veteres vt plurimum.

†abiudicari, legit in omnib. manuſcriptis, & ponit ,p auferri,qđ & ſeries indicat: vnde colliges perperam in aliquot vulgatis legi, ad iudicari.in alijs abdicari quod eſt ſanius.

1 Non eſt ſic iuri inimicum habere duas actiōes ex eadem re, ſicut habere duas p̄bendas in eadem eccleſ. quæ nō ſic effectiuè recidūt in vnā. ſicut actiones, & in §.ſciendū. qui ſequit, mulier habet dotem & legatū : quia maritus hoc voluit: quia in his nulla eſt abſurditas: ſed in caſu decre. ſecus. Ioan. And.

ſitum [a] coram nobis †, quòd H. præpoſitus, quondam ſimplex canonicus eiuſdem eccleſiæ,de ipſa † in maiori eccleſia in canonicum eſt electus [b] : & poſtmodum anni ſpatio euoluto, in ipſa eccleſia ſancti Vuiſcardi in præpoſitum eſt aſſumptus,priorem † præbendam nihilominus retinens , quam in ipſa eccleſia tunc habebat ; & infrà. ¶Sed præpoſitus allegabat econtrà,quòd erat ex conſuetudine [c] generali, quòd vnus in eadem eccleſia plures haberet præbendas:& cum archiepiſcopus Bremeñ. præpoſitum ipſum , de præpoſitura in plena ſynodo inueſtiret, tam præpoſituram illam,quàm prębendam ei de communi † canonicorum confirmauit [d] aſſenſu:& infrà.¶Vnde cum vobis dubium videretur, vtrum cum aliquis de vna præbenda eligitur ad aliam , ſtatim prior vacare incipiat,an per ſententiam debeat abiudicari † eidē: an propter confirmationē huiuſmodi, quæ ſuperius eſt expreſſa, præbenda illa dici debeat non vacare: nos conſulere voluiſtis.¶Cum igitur,ſi ita eſt,præbenda illa , etſi non de facto, de iure tamen vacare noſcatur [e] : Mandamus,quatenus dictum præpoſitum, vt illam ſine difficultate reſignet, appellatione remota cogatis: quam cum de facto vacauerit, clerico memorato conferre curetis.

¶Idem Epiſcopo, & archipresbytero Papien.

¶*In eccleſiis non numeratis , vacatio præbendarum ſeu canonicatuum poſſibilis non eſt:nec fit ibi deuolutio ad ſuperiorem ex negligentia ſemeſtri in non prouidendo eccleſiæ de miniſtris. hoc dicit . & eſt caſus notabilis.*

CAP. X.

EX † parte Aſtenſis eccleſiæ noſtris eſt auribus intimatum, quòd cum quædā præbendæ in ipſa per quatuor annos, & amplius vacauiſſent, Aſtenſis epiſcopus quoſdam ibidem inſtituit †, credens ſibi hoc ex Lateraneñ.concilio licere. Inſtituti autem ſcientes nō eſſe firmam inſtitutionem huiuſmodi, ad Mediolaneñ.archiepiſcopum recurrerūt : qui eoſdem in canonicos Aſtenſis eccleſiæ ordinauit, & in corporalem poſſeſſionem præbendarum induxit, capitulo eiuſdem eccleſiæ præbente aſſenſum †,tribus tantum exceptis, qui ſe inſtitutioni huiuſmodi opponere [f] curauerunt : & infrà. Tandem vtraque pars [g] cōcorditer eſt confeſſa, quòd in prædicta eccleſia non erant diſtinctæ [h] præbēdæ, nec canonicorum numerus erat certus.

† Cap.7.e. tit. in 3.cōpilat.

† cōſtituit

† conſenſum.

EX *parte.*] Concilium Lateranenſe locum non habet vbi non ſunt diſtinctæ præbēdæ,nec certus canonicorum numerus.hoc dicit.Prima pars ponit facti narrationem. Secunda partium confeſſionem : ibi , *Tandem.* Tertia ſententiam: ibi, *Nos igitur.* Quarta gratiam : ibi , *Quia verò.* Abbas Siculus .

CASVS. In eccleſia Aſteñ.quædam præbēdæ per quatuor annos & amplius vacauerunt: Epiſcopus Aſteñ. quoſdam inſtituit in eis, credens ſibi hoc licere auctoritate concilij Lateraneñ. inſtituti ſentientes inſtitutionem illam firmam non eſſe,ad Mediolaneñ.archiepiſcopum acceſſerunt, qui eos ordinauit,& in corporalem poſſeſſionem præbendarum ipſarū de conſenſu capituli induxit,exceptis tribus,qui ſe opponere curauerunt: propter quod vtraque pars ad ſedem Apoſtolicā acceſſit : & dum cauſa tractabatur ibidē,vtraque pars confeſſa fuit, quòd præbendæ non erant ibi diſtinctæ,nec certus canonicorum numerus conſtitutus : vnde Papa euidenter conſiderans,quòd Lateraň. cōcilium in hoc caſu locum non habebat , quamuis eccleſia canonicorum pateretur defectum , & inſtitutio per epiſcopum , vel archiepiſcopum facta occaſione Lateraneñ. concilij non valebat: verumtamen quia totum capitulum tribus tantum exceptis, prædictorum receptionem affectat,nec ab illis tribus aliquid rationabile obiectum eſt & oſtenſum, mandat Papa, ꝙ ſi facultates eccleſiæ ſuppetunt,ſecūdum conſuetudinem hactenus obſeruatam prædicti clerici pro canonicis habeatur. No. ꝙ vbi certus numerus canonicorum ſtatutus non eſt, non habet locum canon Lateraň. cōcilij , nec dicitur ibi propriè vacare prębenda. Item minor pars, etiam vnus poteſt ſe opponere maiori , dūmodo iuſtam cauſam oſtendat. Item ſecundum facultates eccleſiæ canonici ſunt inſtituendi ſecundum conſuetudinē obſeruatā.

¶*Glo.ſeq.in prin.& fi.arg.collegium, vel eccleſiam per vnum poſſe defendi : dummodo, & c. argu. idem in agendo etiam ſine cautione,ſed tenet contrarium.*

f ¶*Opponere.*] Videtur ergo quòd duo , vel tres de collegio defendere poſſunt ipſum collegium inuitis alijs , ſicut & agere, 12. quæſtio.2. capitu.non liceat. verſic. liceat.ff.de li. cau.l.2.& 3.ſed tamen iſti reportauerunt contrariam ſententiam 2, quia nihil rationabile oſtenderunt quare poſſent cæteris obuiare . & eſt argum. quòd ſi vnus canonicus velit agere pro eccleſia , quòd non ſit neceſſe oſtendere literas de rato. ſed hoc non eſt verum. ſuprà. de iudi. cauſam. & ſuprà. de offic. delega. coram. & eſt hic notandum , quòd vnus vel duo poſſunt ſe opponere pro defenſione eccleſię,ſi rationabilem cauſam oſtendant.ĵ.de ijs quæ fi.à maio.par. cap. cum in cunctis.& hic.

2 Imo habuerūt pro ſe ſententiam, licet Papa illis receptis poſtea fecerit gratiā Io. An.

¶*Glo.ſeq.no.de ſuppletione,& remittit.*

g ¶*Vtraque pars.*] Not. quòd dominus Papa ſupplet hic de facto,de hoc dictum eſt.ſ.de elect.cum nobis. & ſ.de poſtula. pręlato.bonæ 1.

h ¶*Diſtinctæ.*] & ita vbi præbendæ diſtinctæ non ſunt, nec certus canonicorum numerus definitus , non dicitur vacare. præbenda:nec locum habet ſua conſtitutio.ſuprà.eod. nulla. vt hic patet.ſic etiam dicit communiter viuentibus, quòd nō debent facere portiones inter ſe.arg. 12.q.1. quia tua?ibi ergo non dicitur vacare præbenda ; ſed vbi certum quid datur quotidie cuilibet perſonæ per ſe viuenti,& vbi eſt certus numerus tantum conſtitutus. Lau.

¶*Glo.ſeq.arg.ad idem,& ſignat contrarium.*

a ¶*Totum*

2 ¶*Totum capitulum.*] argu. quòd ſi aliqua ratio allegatur, & alia ratio mouet iudicem,quæ non allegatur,iudex ex officio ſuo poteſt eam ſupplere, & ſecundum illam procedere. ſuprà. de elect. cum nobis. ff.de pecul. quæſitum. §. pen.& ff. depoſiti.l.1.§.ſi apud. & ff.de petitio. hære.l.vlti. Sed argum. contra.ſuprà.de iudi.c. examinata. 1

¶Nos igitur intelleximus euidenter, ſtatutum Lateraneñ.† concilij de beneficijs vltrà ſex menſes vacantibus, locum in hoc articulo nullatenus habuiſſe: & ſi fortè Aſteñ. eccleſia canonicorum pateretur defectum: vnde inſtitutio per archiepiſcopum, vel epiſcopum facta, occaſione concilij memorati,carere debet robore firmitatis. ¶Quia verò totum capitulum [a], tribus exceptis,prædictorum receptionē affectat, nec ab illis tribus aliquid rationabile contra ipſos obiectum eſt, & oſtenſum: Mandamus, quatenus ſi Aſteñ.eccleſię ſuppetant [b] facultates, ſecundum conſuetudinem [c] hactenus obſeruatam, prædictos clericos pro canonicis faciatis haberi.

†Lateraneñ ſis cōcilij ſub Alexā. 3.c.8.

1Dic vt ibi &ſupra de poſtu. c.3. in 1. gl.ad de hic Io. And.

b ¶*Suppetant.*] Hoc ſemper cōſiderandum eſt.ſuprà.de inſtitu.ca. 1. & ca. auctoritate C. de ſacroſan. eccle. l. in eccleſijs . & ſuprà . de vi.& hone. cle.c. quoniam vt ait.& ita obtinet hic pars iſta, non ex illa cauſa quam allegauit per ſe.ſ. inſtitutionem epiſcopi & archiepiſcopi: ſed quia Papa inuenit eos inſtitutos per epiſcopum de conſenſu capituli, & ſi certus numerus eſſet conſtitutus , adhuc non valebat inſtitutio archiepiſcopi,vel epiſcopi,cum poteſtas cōferendi præbendas illas tranſlata fuiſſet ad Papam , cum iam per quatuor annos vacauiſſent.ſ.eo.nulla.

¶*Glo. ſeq.not. ſecundū conſuetudinem.&c.*

c ¶*Conſuetudinem .*] Not.quòd cum dominus Papa ſcribit pro aliquo eligendo, ſemper facienda eſt interpretatio ſecundum cōſuetudinem eccleſiæ illius.ſuprà. de conſuet. cū olim 2. nec enim minuendi ſunt redditus conſueti. j.de cēſi. prohibemus. & quilibet eum gradum & honorem retineat, quem ex conſuetudine priſtinæ conditionis meruit.C.de offi. præfect.vr.l. vlti. & ita licet non ſit numerus conſtitutus , tamen tot ſunt ibi conſtituendi,quot conſueuerunt ibi eſſe, dum tamen ſufficiant facultates : aliàs ſi non ſufficerent,deberet reduci 3 numerus ille ad eum numerum quòd poſſent congruè ſuſtentari.in Authen.vt deter.ſit nu.cle.in vlti. col.coll. 2.§.inueſtigantes.Ber.

†Laudoneñ ſi.

† Lauden.

† Cap.8.e. tit.in 3.cōpila.

†Aliàs ita: quę primo eſſet in veſtra eccleſia vacatura.

2 Adde cōcor. in l.fi. cum no.ff. de re.diui. Bal.in præ lu. feu. in c.1.de feu. cog.Io.A.

3 Per eūm ſupra de vit. & hone. cleric. quoniam. vbi de hoc Io.And.

¶Idem Epiſcopo, & capitulo Laudunenſi. †

¶*Habens poteſtatem conferendi, poteſt de iure alteri tradere poteſtatem conferendi primum beneficium,quod vacabit.*

CAP. XI.

Conſtitutus † in præſentia noſtra H. eccleſiæ veſtræ canonicus, humiliter intimauit, quòd tu, frater epiſcope, poteſtatem ei dediſti ſacerdotalem cōferendi præbendam, quæ † primò in eccleſia veſtra eſſet vacatura: & Remeñ. archiepiſcopus tunc Apoſtolicæ ſedis legatus vobis, filij capituli †, auctoritate noſtra præcepit, vt cum præbenda ipſa vacaret, perſonam illam, cui vellet idem H. eam conferre, ſine interpoſitione alterius perſonæ reciperetis ad ipſam:& infrà. ¶Quocirca mandamus, quatenus perſonam illam, cui memoratus H. ſacerdotalem præbendam , cum contigerit eam † vacare, duxerit canonicè [d] conferendam, ſine contradictione qualibet admittatis: & tu interim, frater epiſcope, præbendam huiuſmodi cōtra formam conceſſionis [e] tuæ, conferre alicui non pręſumas: & infrà. ¶Quia verò conceſſiones tales(ſi ad conſequentiam traherentur) fieri poſſent in fraudem [f] canonicæ † ſanctionis, per quam prohibentur eccleſiaſtica beneficia concedi, ſiue promitti antequā vacent, nolumus quòd huiuſmodi occaſione mādati, quod gratiam cōtinet perſonalem, fraudem adhibere volentibus licentia concedatur. †

¶Idem.

¶*Lateranen. concilium de beneficijs vltra ſex menſes vacantibus,ad epiſcopatus non extenditur.*

Conſtitutus.] Diuiditur, quia in prima ponitur gratiæ petitio.In ſecunda exauditio ipſius:ibi, *Quocirca.* In tertia futuræ fraudis prouiſio:ibi, *Quia verò.* Abbas.

Casus. Epiſcopus Lauduñ.contulit H.canonico ſuo poteſtatem conferendi præbendam ſacerdotalem,quæ primo in ipſa eccleſia vacaret:& archiepiſcopus Remeñ.Apoſtolicæ ſedis legatus præcepit capitulo Lauduñ.vt cum præbenda vacaret,perſonam illam reciperent ad eam,cui dictus H.illam duceret conferendam.Iſte H.adhuc dubitans de iure ſuo, acceſſit ad dominum Papam, vt quod ſuper collatione dictæ præbendæ factum fuerat,ratum haberet : mandat Papa epiſcopo & capitulo,quatenus perſonam illam cui dictus H. præbendam illam,cum vacare contigerit,duxerit conferendam, ſine contradictione recipiant, & epiſcopus interim præbendam illam contra formam conceſſionis ſuæ alicui non conferat.In fine dicit Papa,ſi conceſſiones huiuſmodi ad conſequentiam traherentur : fieri poſſent in fraudem Lateraň. concilij , per quod beneficia antequam vacent,conferri prohibentur , vnde præcipit Papa,quòd occaſione huius mandati, quod continet gratiam ſpecialem , fraudem adhibere volentibus licentia nullatenus tribuatur. Not. quòd epiſcopus ex cauſa poteſt delegare præbendarum collationes,quia hoc eſt iuriſdictionis . Item conceſſiones , vel donationes factæ in fraudem iuris,non valēt. Item priuilegium perſonale ad ius commune trahi non debet.

¶*Glo.ſeq.ſoluit tres quęſtiones ſolutas iure nouo, vlt. adhuc quęrit,& ſoluit.*

d ¶*Canonicè.*] hoc enim intelligebatur in illa conceſſione, vt perſonæ idoneę,& modo canonico illam conferret.ſuprà. de elect.cauſam quæ. argu.infrà. vt eccle.bene.vt noſtrum.ff. de ſerui.ſi cui.ff.de rit. nup. quamquam. Sed quid ſi ille conferat indigno, nūquid iterum poſſet dare? Certè nō. ſuprà. de elec. cum in cunctis . Idem credo ſi electus ille non vult conſentire, quia ius redit ad priſtinum ſtatū. ſuprà.de elec.cum vintonieñ. 4 Sed nunqd epiſcopus, & capitulū eam dare poſſunt? Ita: quia dolus procuratoris non obeſt domino. ff. de dolo. & elegāter. §.pen.ſuprà.de reſtitu. in integ.capitu. 2.& ſ. vt lit.non conte.capit. 1.vbi de hoc. Vin.Sed pone quòd epiſcopus ante collationē ipſius H. conferat eam, nunqd valet collatio ? ſic , ſed ſi clauſula illa, ſi contra fecerit decernimus irritum & inane, & c.adiecta fuiſſet, tūc non poſſet conferre.ſ. de præben. inter cætera.aliàs ſi epiſcopus cōferret, credo quòd collatio teneret. ſuprà. de præben. dilectus filius G. Bernar.

† capitulū

4 Vide c.ſi cōpromiſſarius de elec.lib.6. vbi de his omnibus.

† illam

† In concilio Latera. ſub Alexā. iij. ca.8.& c.2. ſupra. eod. adde concilium Triden.ſeſſio. 24. de refor.c.16.

† tribuatur

¶*Glo. ſeq. primò allegat vnam concor.rationem reddit, dubium ſoluit,& arg.ſecundò quærit.ſol.& contra ſolutionem alleg.*

e ¶*Contra formā conceſſionis.*] Sic ſuprà.de præben.relatum. Non enim reuocatur perfecta donatio. 22. quæſtio. 2.non enim.& C.de vſucap.pro donato. l.vlti. & C. de condi.ob cauſam da.cum ancillam. niſi ob culpam donatarij.16.quæſtio.7.inuentum.56.diſtin.ſatis peruerſum, & infrà.de do.capit.vlti.C.de reuo.dona.l.vlti.& Inſtit. de dona. §. ſciendum. Sed ſi ante iſtud mandatum illam contuliſſent epiſcopus,& capitulum ſi qua præbenda vacaſſet,valeret collatio : quia talis donatio, vel conceſſio non tenuit, vt hic patet:& ſi.ſuprà.eod.relatum.& infrà. eod.capitu.vlti. Item hic habes quòd conceſſio quæ nulla eſt, efficitur valida per conſenſum Papæ. ſimile 3. quæſtio. 6. hoc quippe. Sed nunquid epiſcopus poteſt iſtud ius delegare alij,cum illud ſibi competat? Argu. quòd ſic, ſuprà. de elect.ſuffraganeis.de conſecra. diſtin.1.miſſarum. & capitu.nullus 2. maximè cum inſtituere ſit iuriſdictionis, non epiſcopalis officij . ſuprà . de elect.noſtri.& c.tranſmiſſam.Reſpondeo in genere, 5 poteſt epiſcopus ex cauſa delegare tam inſtitutionem quàm adminiſtrationem rerum ſuarum.16.quæſtio. 1.ſtatuimus.& ſuprà.de inſti. ex frequentibus.ſed non in ſpecie per hanc decre.& j.eo.cap. vlti. quia illud poſſet fieri in fraudem conſtitutionis . ſuprà. eod.nulla.verumtamen ius inſtituendi in aliqua eccleſia donare poſſet.j.de donation.paſtoralis.arg.contra j. de iure patrona.cum dilectus.vbi legatus reſeruat ſibi donationem primæ vacaturæ.Io.

5 De hoc articulo pter tradita hoc loco à Panormitano & aliis adde Oldradum conſi.77.

f ¶*In fraudem.*] Not. hic argum.quòd ſi aliquid prohibetur vna via,non conceditur alia via,quia fraus fit legi. ſic ſuprà.de procuratoribus. tuæ fraternitati. vbi de hoc & optimè habes hoc ff. de tutoribus & curatoribus. ſi rem. §. 1. & ff. de condict.inſtit.quæ ſub conditione.§.ſi quis. & ff.de bo. liber. quæritur.& C.ſi mancipium ita venierit ne proſti. l.vlti.ff.ad Mace.l.4.§.eis autem.in ſi.& ff.de ſpon.l.oratio.& j.de priui. quanto.vbi de hoc.

Dilectus.

DIlectus.] Communis diuiſio. Primò petitio. Secundò repulſio: ibi, Nos. Abbas.

Casvs. Magiſter G. canonicus cuiuſdam eccleſiæ cathedralis acceſſit ad Papam exponens eidem, quòd epiſcopo ſuo viam vniuerſæ carnis ingreſſo, archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ credens, quòd per negligentiam canonicorum, qui non elegerant infra ſex menſes, ad ipſum eſſet eligendi auctoritas deuoluta, dictum G. elegit in epiſcopum: Papa videns quòd canon Lateranẽ. concilij contra negligentes editus, ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus non ſolet extendi, ſed ad perſonatus alios, & ad minora beneficia, electionẽ huiuſmodi, exigente iuſtitia, caſſauit. Per hanc decre. declaratur illa decretalis, nulla. de quibus beneficijs intelligatur, nec corrigitur iſta per illam conſtitutionem, ne pro defectu. No. quòd canon Lateranẽ. concilij cõtra negligentes editus, ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus non extenditur, ſed ad perſonatus alios, & minora beneficia.

¶*Glo. ſeq. ponit quomodo Lateranen. conciliũ in deuolutione concordat cum concilio generali: ſed diſcordat in tempore.*

a ¶*Extendi.*] hodie verò ſi cathedralis eccleſia, vel regularis per tres menſes vacauerit, eligendi poteſtas deuoluitur ad proximum ſuperiorem. ſuprà. de elec. ne pro defectu. & ita hodie valeret talis electio facta poſt tres menſes. conſtitutio illa, ſuprà. eod. nulla. loquitur de minoribus dignitatibus, & beneficijs. vnde non extenditur ad epiſcopatus, vel archiepiſcopatus; ſed poterat conferre eos auctoritate illius canonis. 50. diſt. poſtquam. & 63. diſt. obeuntibus. vnde non valuit hic electio facta auctoritate ipſius: illa, ne pro defectu, locum habet tantum in epiſcopatibus, archiepiſcopatibus, & abbatijs. Ber.

EX tenore.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Nos igitur.* Abb. Sicu.

Casvs. Inter I clericum ex parte vna, & abbatem & conuentum de Bello ex altera, vertebatur quæſtio ſuper prouiſione ipſius. I. impetrauit cauſam committi ſuper hoc quibuſdam iudicibus: coram quibus petebat dictum abbatem & monachos compelli ad prouiſionem ipſius ſecundum quod ſibi promiſerant: lite conteſtata dictus I. exhibuit quandam chartam, continentem, ꝙ monachi promiſerant ei dare primam eccleſiam ad donationem ſuam pertinentem: Monachi dicebant ſe hoc non teneri, cum talis promiſſio fuerit cõtra Lateranẽ. concilium: dubitauerunt iudices quid iuris eſſet? Papa conſultus reſpondet, quòd promiſſio prædicta non tenet facta contra concilium Lateranẽ. vnde mandat, quòd prædicto clerico ſuper hoc ſilentium imponatur. Not. quòd hic auditur allegans turpitudinem ſuam, & contra factum ſuum excipiendo. Item promiſſio contra concilium Lateranẽ. non tenet, nec obligationem inducit.

b ¶*Chartam quandam.*] ſibi imputet, qui chartam huiuſmodi contra ſe exhibuit, quia potuit præuidere an ei prodeſſet, vel obeſſet ſic ſuprà. de fide inſtr. imputari. & ſuprà. de pręſcri. c. pen. quaſi ad finem.

CAP. XII.

DIlectus † filius magiſter G. canonicus veſter nobis ſuggeſſit, quòd epiſcopo veſtro viam vniuerſæ carnis ingreſſo, archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ aſſerens, quòd propter neglig̃etiam veſtram ad ipſum erat eligendi auctoritas deuoluta, in epiſcopum veſtrum elegit eundem. ¶Nos igitur attendẽtes, quòd canon Lateranẽ. concilij ab Alexandro † Papa cõtra negligentes editus, ad † archiepiſcopatum, vel epiſcopatum non ſolet extendi [a], ſed ad perſonatus alios, & minora eccleſiaſtica beneficia coarctari, electionem huiuſmodi iuſtitia caſſauimus exigente.

¶Idem priori † Hoſtien. & ſub priori ſancti Fridi.

¶*Non valet promiſſio beneficij vacaturi.*

CAP. XIII.

EX † tenore literarum veſtrarum accepimus, quòd cum cauſa, quæ inter I. clericũ ex vna parte, & abbatem & cõuentum de Bello ex altera, ſuper prouiſione ipſius vertebatur: & infrà. ¶Dictus clericus poſt litem conteſtatam chartam quandam [b] monachorum exhibuit, continentem quòd primam eccleſiam ad donationem ſuam ſpectantem aſſignarent eidem: & infrà. ¶Nos igitur attendentes, quòd promiſſio prædicta non tenet, vtpote contra ſtatuta [c] Lateranen. † concilij attẽtata: Mandamus, quatenus memorato elerico ſuper hoc ſilentium imponentes, ab impetitione ipſius dictos abbatem, & monachos abſoluatis.

¶Idem.

¶*Obligatur pręlatns, qui promittit prouidere cum poterit.*

CAP. XIIII.

ACcedens † ad Apoſtolicam ſedem R. clericus, ſua nobis inſinuatione monſtrauit, quod cum promiſeritis vos prouiſuros eidem in eccleſiaſtico beneficio cum poſſetis: ſicut per literas iudicum delegatorum inde confectas liquidò apparebat: & infrà. ¶Nos autem conſiderantes, quòd aliud eſt prælatum promittere beneficij collationẽ, cum poterit, aliud cum vacabit: cum in multis caſibus [d] ſe facultas offerre poſſet, in quibus collatio non eſſet in expectatione vacaturi beneficij differenda: Mandamus, quatenus memorato R. (cum poteritis) eccleſiaſticum beneficium aſſignetis.

¶Idem.

¶*Si ad capitulum, & prælatum vt prælatum poteſtas conferendi pertinet, de vno ad alterum lapſu temporis non tranſit: ſecus ſi prælatus interſit vt canonicus: quia tunc de capitulo tranſit ad prælatum, niſi dolum committat. h. d. & eſt textus multũ allegabilis.*

¶*Gl. ſeq. recitatur obijciendo quòd turpitudinem ſuam allegãs, &c. ſoluit, ponens quatuor caſus, in quibus auditur, ſignat etiam contrarium, remittit, & ſoluit.*

c ¶*Statuta.*] s. eo. nulla. & c. relatum. Hic auditi fuerunt monachi iſti turpitudinem ſuã allegantes, in odium illius recipientis turpẽ promiſſionem. 28. diſtin. diaconi. ſic auditur quis vbi vertitur periculum animæ 2. ſuprà. de re iudi. lator. & c. conſanguinei. imo generaliter in excipiẽdo bene poteſt quis allegare turpitudinem ſuam. ff. de condi. ob turpem cauſam. per totum. & etiam in agendo, cũ eam allegat contra eum qui eam exegit. C. de iureiur. l. 1. & 2. Arg. cõtra. ſuprà. eo. cum ſuper quæſtione. ſed ibi ſoluitur. plus fuit ibi proceſſum, quia receptus fuit in canonicum: hic ſola promiſſio interuenit, quia ibi non fuit probatum ꝙ contra concilium ille receptus fuiſſet, alioquin bene fuiſſet repulſus. Ber.

ACcedens.] Prima pars factũ narrat. Secũda approbat: ibi, *Nos.* Et hodie propter abuſiones prælatorũ, qui in fraudem concilij Lateranẽ. promittebant beneficia cum facultas ſe obtulerit, eſt correctum hoc ca. per c. 2. j. eod. tit. lib. 6. nam nullo modo hodie valet promiſſio, ſiue fiat de vacatura, ſiue in genere, cum facultas ſe obtulerit. Abbas.

Casvs. Quidam monachi promiſerũt cuidam clerico R. nomine prouidere in eccleſiaſtico beneficio quãdo poſſent: ſiue cum obtulerit ſe facultas: ſed quia non prouidebant eidem, impetrauit literas contra ipſos ad quoſdam iudices delegatos, coram quibus petebat monachos compelli, vt prouiderent eidem ſecundum quod promiſerant: Reſpondebant monachi, ꝙ non tenebãtur ei prouidere per illam promiſſionẽ, cum ſit facta contra concilium Lateranẽ. Iudices ſuper hoc dubitantes, ſignificauerunt hoc domino Papæ: & ipſe ſuper hoc reſcribit monachis illis dicens, ꝙ aliud eſt prælatum promittere collationem beneficij cum poterit, & aliud cum vacabit: cum in multis caſibus facultas ſe poſſit ſiue poſſet offerre, in quibus collatio non eſſet ſub expectatione vacaturi beneficij differenda: vnde mandat illis, vt præfato clerico cum potuerint beneficium eccleſiaſticum debeant aſſignare. Nota, ꝙ promiſſio de non vacante non valet. Item aliud eſt promittere beueficium cum vacauerit (quod non licet) & aliud cum facultas ſe obtulerit: quod licet. vnde patet promiſſionẽ non vacantis factam in genere, non valere.

d ¶*Caſibus.*] Generalior eſt enim iſta conceſſio: cũ potero,

quam

† Cap. 9. e. tit. in 3. cõpila. Et de materia vide Romanum conſi. 338. & Geminianum in c. auaritię. de ele. lib. 6. adde Felinũ ſupra in Rubrica de maiori. & obedié.

† Alex. 3. in cõcilio Lateran. c. 8.

† In codice Barbatiæ ita ad archiepatꝰ vel epatus &c.

† Priori Hoſten. & ſub priori ſancti Fridi Aliàs ita: Priori de Oſen. & ſub Priori ſanctæ Frideuuide.

† Cap. 10. eo. tit. in 3. compil.

† ſub Alex. 3. cap. 8. & nũc cõtra concilium Tridẽ. ſeſſ. 24. de refor. c. 19.

1 Conſule antiquam decretalẽ initio capitis citatam vnde facilius percipies facti ſpeciem.

2 Addẽ qualiter & qñ audiat allegans turpitudinẽ ſuã in l. iuſiurã dum ꝙ ex cõuẽtione §. fi. ff. de iureiur. & ibi p Doc. Io. And.

† Cap. 1. e. tit. in 4. cõpilat. Num autẽ hæc decretalis ſit correcta per c. 2. eo. tit. lib. 6. vide ibi gloſſã finalẽ. Addẽ c. deteſtanda. eo. tit. lib. 6.

quam iſta, cum vacabit: nec etiam in ea contingit expectare mortem alterius, ſicut in alia: nam poſſunt aliqui priuari eccleſijs. ſuprà de præben. referente. Item quandoque aliqui renunciant. Item quia poſſunt aliqui adiungi alijs tanquam ſocij in eccleſia. Item poſſunt fieri de vna præbenda duæ. ſuprà, de præben. vacante. Itē quia poſſunt augeri facultates ex teſtamento alicuius vel donatione: & ſic non ſemper timetur quòd aliquis deſideret mortē alterius, quæ fuit cauſa huius prohibitionis: vt ſ. eo. cap. 2. ſæpe enim permittitur aliquid in genere, quod nō permittitur in ſpecie. 13. q. 2. non æſtimemus. 23. q. 4. non poteſt. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. quæſtionem. & ſuprà. de officio ordinarij, ſi ſacerdos. Et eodem modo videtur quòd huiuſmodi promiſſio valeat, promitto tibi beneficium eccleſiaſticum: cum ſit generalis.

† Cap. 2. e. tit. in 4. cōpila.

† ſub Alex. iij. c. 8.

† Videq qd p hūc tex. ſcribit hic Panor. de muneribus quæ dātur legatis.

P*Oſtulaſtis.*] In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſpōſio: ibi, *Ad quod.* à quo vnum caſum excipit: ibi, *Niſi.* quem determinat: ibi, *Et in hoc*, Abbas.

CAP. XV.

POſtulaſtis † per ſedē Apoſtolicam edoceri, vt cū ad vos, & archiepiſcopum veſtrū ſimul donatio præbendarū eccleſiæ veſtræ pertineat, vtrum præbendæ vacantis donatio penes archiepiſcopum ipſum remaneat, ſi eam infra ſemeſtre tempus neglexeritis ordinare: ¶ Ad quod breuiter reſpondemus, quòd ſi vos, & idē archiepiſcopus infrà tempus præſcriptum circa hoc negligētes extiteritis: ſicut nec ab illo ad vos, ita nec à vobis ad illum poteſtas deuoluitur conferendi: ſed ſecundum ſtatuta Lateraneñ. concilij † ad ſuperiorem tranſit donatio: Niſi [a] fortè archiepiſcopus non vt prælatus, ſed vt canonicus [b] †, vobiſcum ius habeat conferendi. Et in hoc caſu cum doloſè [c] impedierit, dolus [d] ei ſuffragari non debet.

¶ Honorius iii. Epiſcopo, & præpoſito capituli † Cameraceñ.

¶ *Sicut non poteſt patronus promittere ſe pręſentaturum aliquem ad beneficium vacaturum, ita nec dare poteſtatem pręſentandi antequam beneficium vacet.*

† Aliàs ita: & c. Cameracē. Aliàs ita: & canonicis Cameracē.

CAP. XVI.

CVm † dilecta in Chriſto filia comitiſſa Flandreñ. † fecerit promiſſiones [e] de non vacantibus beneficijs eccleſiarum, in quibus ius obtinet patronatus: & donationes [f] eorū in manibus poſuerit alienis: Mandamus, quatenus id irritū decernentes, inhibeatis eidē, ne † ſimilia de cætero attentare præſumat.

† De materia q mulier poſſit habere ius patronat⁹, vide Cald. in clem. 2. de iure patro.

† Flādrorū.

† Aliàs ita: vt ſimilia de cætero attentare nō pſumat.

CASVS. In quadam archiepiſcopali eccleſia collatio præbendarum, ſiue beneficiorum pertinet communiter ad archiepiſcopum & capitulum: quærebatur ſi infra ſex menſes præbendam vacantem neglexerint ordinare, vtrum collatio ipſius præbendæ penes archiepiſcopum remaneat? Reſpondet Papa, ſi capitulum & archiepiſcopus infra prędictum tempus circa hoc fuerint negligentes, nec ab archiepiſcopo ad capitulum, nec à capitulo ad archiepiſcopum poteſtas deuoluitur conferendi: ſed ad ſuperiorem ſecundum Lateraū. concilium tranſit collatio: niſi forte archiepiſcopus non tanquam prælatus, ſed tanquam canonicus cum capitulo ius habet cōferendi: in eo caſu ſi archiepiſcopus doloſè impedierit collationem, dolus ei prodeſſe non debet. Nota caſum in quo metropolitanus non poteſt purgare negligentiam capituli. Item iſtud eſt ius commune, quòd collatio beneficiorum ſimul ad capitulum & epiſcopum pertinet: & tunc per negligentiam transfertur ad ſuperiorem proximum. Item quandoque archiepiſcopus reſidet in capitulo vt prælatus, quandoque vt ſimplex canonicus. Item dolus nemini debet ſuffragari.

a ¶ *Niſi.*] Mutat caſum, quando ſcilicet non pertinet ſimul ad epiſcopum, & ad capitulum ius eligendi. ſim. ſ. de offic. delega. conſultationibus.

¶ *Glo. ſeq. quærit obijciendo, & ſolu. Iterum obijcit, ponit dictum Io. & ſoluit.*

b ¶ *Sed vt canonicus.*] Hic patet, quòd vbi eligendi ius communiter pertinet ad archiepiſcopum & capitulum, huiuſmodi ius eligendi non deuoluitur de vno ad alium. de hoc etiā dictum fuit. ſuprà. de offi. or. irrefragabili. Sed qualiter epiſcopus poteſt ſtare in capitulo quaſi canonicus: quia quam cito fuit conſecratus in epiſcopum, vacant priora beneficia ſua. ſuprà. de ele. cum in cunctis. & municeps eſſe deſijt ſenatoriam dignitatem adeptus. ff. ad municip. l. municeps. nec poteſt dici, quòd eligi poſſit poſtea in canonicum: quia ſecundū hoc oporteret ipſum confirmare ſuam propriam electionē: quod eſſe non debet. ſuprà. de inſti. cum ad noſtram? Poteſt dici, quòd licet dignitates priores perdat, ius tamen canonici retinet: non quod prius habebat [1], ſed quod epiſcopus prius conſueuit habere per vicarium, eoipſo quòd quis eligitur in epiſcopum, eligitur ad tale ius canonici de conſuetudine loci, & ex cauſa intelligo hanc conſuetudinem introductā fuiſſe. argu. ſuprà. eo. cum noſtris. Sed obijcio fortius: ſi epiſcopus eligitur quaſi canonicus de nouo electus, ergo in eligendo nō habet primam vocem: quia ſic eligeret ſeipſum, quod eſſe non debet. ſ. de inſti. cum ad noſtram. Dixit Ioan. quòd illud ius canonici ad quod electus eſt epiſcopus, eſt priuilegiatū, & excedit alia iura, & hoc ideo, quia illud ius annexū epiſcopali eſt dignitati, & ratione connexitatis ſæpe ſortitur aliquis priuilegium, vt 18. quæſtio. 4. §. quis contumax. ff. de rei ven. quæ religioſis. & ſ. de iud. quanto. Quod prius dictum eſt, verius eſt: quia ſimul eligitur ad vtrumque, eoipſo quòd eligitur in epiſcopum, eligitur in canonicum. & de ſpeciali conſuetudine hoc obtinet.

1 Facit clemē. de pb. ſi iuxta. Io. And.

c ¶ *Cum doloſè impedierit.*] Vt [2] quia fecit quòd præpoſitus q habet congregare capitulum, differret, ei promittens quòd ad placitum ſuum conferret. Et expone, cum pro ſi.

2 Hęc gloſſula nō eſt Bernardi, nec habeē in vetuſtis exēplarib.

¶ *Glo. ſeq. ponit duas lecturas, & ſecundam approbat.*

d ¶ *Dolus.*] ſi ergo capitulum non eligat infra tempus ſtatutū procurante epiſcopo, non deuoluit propter hoc eligēdi poteſtas ad epiſcopum: & dolus eius non oberit capitulo: quia illud tempus reſtituendum eſt capitulo. ff. ex qui. cau. ma. ait pręt or. §. vlti. & l. ſed & ſi. §. hoc quoque. & ſuprà. de in integ. reſtitu. ex literis. Secus ſi dolo alterius factum eſſet: quia tunc ageretur contra illum qui dolum fecit. ff. de dolo. l. arbitrio. §. pen. ſi eſſet ſoluendo. Sed in caſu iſto doloſus non eſt ſoluendo, & ideò reſtituitur capitulo priſtinum ius. ff. de eo per quem factum erit. l. vlti. & ff. de dolo. & eleganter. §. pen. Io. contrarium credo [3], & imputent ſibi, quia non elegerunt infrà tempus: ſic enim aliàs vbi eligere non poſſunt, tamen currit tempus. ſuprà. de elect. cap. vlti. & poteſtas eligendi non deuoluitur ad epiſcopum propter dolum ſuum, ſed ad ſuperiorem: vt in littera dicitur. Ber.

3 Pro concordia harū opinionum, vide prę cæteris hoc loco Io. And.

C*Vm dilecta.*] Directa, vel indirecta promiſſio facta à patrono de beneficio vacaturo, non tenet. Primò narrat factum, quod ſecundo irritat, & fieri prohibet: ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Comitiſſa Frandreñ. habet ius patronatus in quibuſdam eccleſijs, in quibus habet præſentationem: quaſdam promiſſiones fecit de non vacantibus beneficijs, & donationes illorum beneficiorum poſuit in manibus quorundam, vt conferrent illa cum vacauerint, peruenit hoc ad notitiam domini Papæ, vnde mandat quibuſdam, quatenus huiuſmodi donationes denuncient irritas, & inanes, præcipiendo illi comitiſſæ, ne de cætero ſimilia attentare præſumat. Nota quòd promiſſio, vel collatio de beneficio non vacante non tenet.

e ¶ *Promiſſiones.*] Huiuſmodi promiſſiones irritæ ſunt. ſuprà eod. nulla. & cap. relatum. & cap. ex tenore. & cap. conſtitutus.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.*

f ¶ *Donationes.*] Talis donatio non tenuit facta de re non vacante, vnde ea non obſtante potuit comitiſſa præſentare vacantibus eccleſijs illis. j. de iure patro. illud. & præterea talis donatio fieret in fraudem canonicæ ſanctionis. ſ. eo. conſtitutus. vnde non teneret, niſi confirmaretur à Papa: vt ibi. Sed videtur quòd comitiſſa non poterat hoc allegare: quia turpitudinem ſuam in hoc proponebat. ſ. eo. cum ſuper quæſtione. & j. de donatio. inter dilectos. & C. de tranſact. l. tranſactione finita. & C. de reuoc. dona. cum profitearis. & quia in legem commiſit, fruſtra legis implorat auxilium. infra de vſu. quia fruſtra. ff. de minor. l. auxilium. Sed dicas quòd in caſu iſto bene audiretur comitiſſa, cum nullum ius adhuc ſit acquiſitum donatarijs: vt ſuprà eodem ex tenore. De hoc dictum eſt ſupra eodem, cum ſuper quæſtione. vel forte comitiſſa hic non agebat, ſed factum ipſius quod erat contra ius, innotuit domino Papæ, vnde Papa illud decernit irritum, & mandat, vt de cætero talia non debeat attentare, cum illud ſit contrarium iuri. Ber.

NE

NE SEDE VACANTE, &c.

¶*Suprà viſum eſt de inſtitutionibus, & collationibus beneficiorum: ſed quia poſſet dubitari, nunquid ſede vacante capitulum ſuccedat in ipſorum collatione, merito hinc ſumpta occaſione ſubijcitur hæc rubrica generalis, Ne ſede vacante. Et pondera, quia rubrica loquitur negatiuè, & ponit orationem perfectam, & ex ea poteſt argui quòd nihil poteſt innouari ſede vacante in præiudicium ipſius ſedis, niſi iure expreſſè caueatur. valet enim arg. ex rubro, iuxta not. ſupra in proœmio, & C. etiam ob chiro. pecu. pig. te. poſ. ſuper rubr. & in l. 1. eodem. titul. Abbas. Siculus.*

De hac materia habetur 12.q.2. hęc huius placiti. & in multis c. ſequenti.

TITVLVS IX.

Ne ſede vacante aliquid innouetur.

¶Innocentius iij. Priori, & conuentui Glaſtonieñ. †

† Glaſtoniæ. † Glaſtomen. † Glaſtonienſi. † Glaſten.

¶*Vacante ſede, ſtatus eius mutari non debet.*

CAP. I.

Ouit † ille, qui ſcrutator [a] eſt cordium, quòd licet. C. † pdeceſſor noſter, eccleſiam veſtram erexerit cathedralem, ipſam Bathonieñ. eccleſiæ vniendo [b], vt idem eſſet epiſcopus vtriuſq;: quia tamen hæc vnio † aſſerebatur à vobis in graue præiudicium Glaſton. eccleſiæ redundare, cum per ipſam diſſolueretur religio [c], & fraudaretur eleemoſyna, & hoſpitalitas [d] tolleretur: Nos ad releuandum eccleſię veſtrę ſtatum cœpimus [e] intendere diligenter: & infrà. ¶Vos autem poſt obitum Bathonieñ. [f] epiſcopi humiliter poſtulaſtis, vt quia tẽpus aduenerat, quo ſine ſcandalo eccleſiæ veſtræ ruina poterat releuari †, cum & Bathonieñ. eccleſia id ipſum pariter poſtularet: Rex quoque cum regni magnatibus, & quidam epiſcopi cum multis abbatibus depoſcerent illud idem, vt vnione penitus diſſoluta, monaſterium veſtrum reduceremus in ſtatum antiquum, ſub abbatis regimine gubernandum. ¶Attendẽtes igitur quòd epiſcopali ſede vacante [g] non debet aliquid innouari, cum non ſit qui epiſcopale

† Cap. vnico. eod. tit. in 3. cõpil.

Pſal. 7. Sapien. 1. Hier. 17.

† Aliàs ita: C. Papa pdeceſſor, &c.

† De materia vnionis vide qđ ſalubriter ordinauit cõcil. Tridẽ. ſeſſio. 7. de refor. c. 6. & 7. & ſeſſio. 24. de refor. cap. 9. & ſeſſio. 24. de reform. c. 13. & 15. vbi pleniſſimè.

† Vide l. æquiſſimum cũ notatis ibi. ff. de vſufruct.

Ouit.] In prima ponitur petitio cũ facti narratione. In ſecũda petitionis repulſio cum quadam proteſtatione. Secunda: ibi, *Attendentes*. Abbas.

CASVS. Celeſtinus Papa monaſterium Glaſtonieñ. erexit in eccleſiam cathedralem, vniendo illud eccleſiæ Bathonieñ. vt idem eſſet epiſcopus vtriuſque: poſt hæc monachi conquerebantur domino Innocentio dicentes, quòd illa vnio vergebat in graue præiudicium monaſterij ſui, cum per illã vnionem ſolueretur religio, eleemoſyna fraudaretur, hoſpitalitas tolleretur: vnde petebant ſibi & monaſterio prouideri ſuper his: propter quod mandauit Papa quibuſdam, vt monaſterium ipſum ſub Prioris regimine facerent gubernari, & epiſcopus certis redditibus eſſet contentus vnione manente, & quòd epiſcopus res monaſterij non expenderet: & ad petitionem Bathonieñ. epiſcopi confirmauit Innocentius hanc prouiſionem ſuo priuilegio: Mortuo Bathonieñ. epiſcopo petebant monachi à domino Papa, vt ſtatum monaſterij ſui deberet in melius releuare: quia tempus aduenerat in quo illud fieri poterat ſine ſcandalo: & hoc idem petebat Bathonieñ. eccleſia, & dominus rex, & alij plures magnates, & epiſcopi & abbates: vt vnione penitus diſſoluta, monaſterium reduceret in ſtatum antiquum: dominus Papa conſiderans quòd ſede vacante non debet aliquid innouari, cum non ſit qui ius epiſcopale defendat, ne Papa viſus ſit plus prouidiſſe perſonæ, quam eccleſiæ, ſi mortuo illo epiſcopo mutaret ſubitò id quod eo viuente conceſſit, ideo petitionem illorum non potuit exaudire: verumtamen concedit illis, vt cum eccleſia Bathonieñ. de paſtore fuerit ordinata, ius ſuum proſequendi liberam habeant facultatem, interim tamen monaſterium regatur ſub cura Prioris. Nota, quòd ſede vacante nihil eſt innouandum. Item tunc eccleſia caret defenſore, & ſic non eſt qui agat vel conueniat. Item quæ cũ deliberatione facta ſunt, non debent ſubito immutari.

a ¶*Scrutator.*] 32. diſtin. erubeſcant. & 24. quæſtio. 3. Deus qui. & 2. quæſtione. 5. conſuluiſti. & 32. quæſtio. 5. Chriſtiana.

¶*Glo. ſeq. tractat de triplici vnione.*

b ¶*Vniendo.*] Nota quòd tribus modis 1 fit vnio eccleſiarum. vno modo ſic, vt vna ſubijciatur alteri, & ſecundum hoc erit ſedes apud illam cui ſubijcitur. Vel ſic poſſunt vniri, vt ex duabus dignitatibus fiat vna: & ſecundum hoc illi qui ſunt in vna eccleſia canonici, ſunt in alia, & tam iſti quam illi intererunt in electione prælati, & in alijs negotijs: ſed in hac vnione diſtinguitur: quia aut vna eccleſia vnitur alteri, aut illæ duæ vniuntur inſimul: quæ duo diuerſa ſunt: ſed ſi vna vnitur alteri, ſecundum hoc illius naturam & conſuetudinem & priuilegia aſſumit, cui vnitur. j. de ſta. mo. recolentes. §. vlti. ſi autem ſimul vniuntur: tunc conſuetudines & priuilegia, quæ meliora ſunt, & humaniora in altera eorum debent vniri, vel retineri in vnitate. argum. de pœn. diſtin. 1. medicamentum. 32. quæſt. 1. non eſt culpandus. Sicut cum imperator vnit actionem bonæ fidei, & ſtricti iuris, illud vnitum retinet ea quæ meliora fuerunt in altera actione: vt C. de rei vxor. actio. l. vni. in princip. ſimiliter cum legata, & fideicommiſſa vniuntur, id quod humanius erat tã in vna quam in alia, retinuit illud vnitum. C. com. de leg. l. 2. circa fine. Tertio modo poſſunt vniri, ita quòd vtraque remaneat epiſcopalis, & ſecundum hoc ſunt duo epiſcopatus, licet idem ſit epiſcopus vtriuſque eccleſiæ: vt 16. quæſt. 1. & temporis qualitas. & ſecundum hoc ſi illæ eccleſiæ diuerſis ſuberant metropolitanis, propter illam vnionem neuter metropolitanus perdit ius ſuum 2 j. de relig. domi. quia monaſterium. Io.

1 Hoſtien. hic qſque modis fieri poſſe vniones dicit, quos explicat, eum vide deto.

2 Dicebat Innoc. quæ dicta ſunt, non ſunt pperua: & ideo inſpiciẽdus eſt tenor priuilegiorũ. de priuile. por ro. idẽ Hoſtien. alle. de off. ord. duo ſimul. Ioan. And.

¶*Gloſſ. ſeq. addit tres rationes, textus addit duas.*

c ¶*Diſſolueretur religio.*] quia epiſcopus erat abbas: vnde non poſſet conuenienter ſeruari religio, cum eſſent diuerſæ profeſſionis: quia non debent promiſcuis actibus turbari officia. argum. C. de teſta. conſulta diualia. & 89. diſtinct. ſingula. Item quia communia materiam diſcordiæ creare ſolent. ff. de lega. 2. cum pater. §. dulciſſimis. & naturale vitium eſt negligi quod communiter poſſidetur. C. quando & quibus quarta pars debetur. l. 2. lib. 10. ex huiuſmodi cauſis videbatur vnio damnoſa. Ioan.

d ¶*Hoſpitalitas.*] ad quam præcipuè clerici & monachi tenentur. ſ. de præb. de monachis. & 16. q. 1. quoniam quicquid. epiſcopus enim redditus illos percipiebat, de quibus eleemoſyna fieri conſueuit.

e ¶*Cœpimus.*] Mandauit Innocentius quibuſdam, vt monaſterium ipſum ſub Prioris regimine facerẽt gubernari, & epiſcopus certis redditibus eſſet contentus vnione manente, & ꝙ epiſcopus res monaſterij non expenderet, nec epiſcopus bona eccleſiæ vacantis ſibi ſubiectæ alienare poſſet: ideo dicit, ad releuandum eccleſiæ veſtræ ſtatum cœpimus intendere, &c. & hoc Inno. ad petitionem Bathoñ. epiſcopi ſuo priuilegio confirmauit. ideo dicit, infra: ꝙ eo viuente conceſſimus, &c.

ADDITIO. hoc intelligas, ꝙ dicit in principio, nouit ille qui ſcrutator eſt cordium, quòd licet, &c. & not. quòd ante vacationem iſtam dominus Inno. præcepit quibuſdam iudicibus, vt deberent inſtituere Priorem in illo monaſterio, per quem illud monaſterium regeretur, & ita factum fuit, & ita poſtea vacante eccleſia hac, petierunt à domino Papa, vt ipſe ſolueret vnionem.

f ¶*Bathonien. epiſcopi.*] De iſto epiſcopo nomine Sauarico dixit quidam verſificator.

Hoſpes erat mundo, per mundum ſemper eundo.
Sic ſuprema dies ſit ſibi prima quies.

Item dum deſcriberentur debita ſua, dixit quidam alius: Domine me pone creditorem in legione 3.

3 ideſt, in ſocietate multorum creditorũ, quos moriens reliquit eps.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. an propter neceſſitatem vacante eccleſia poſſint clerici, &c. ponit opi. Hug. quæ reſpicit eccleſiam cathedralem. Demum circa contractus factos ſede vacante ponit opin. Io. quam reprobat.*

g ¶*Sede vacante.*] Vacante enim eccleſia clerici nõ poſſunt diſponere aliquid de rebus eccleſiæ. 12. q. 2. ſi qua de rebus. vbi de hoc. Nec epiſcopus bona eccleſiæ vacantis ſibi ſubiectæ alienare poteſt. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. & 75. diſt. quoniam. Hug. tamen dicebat, quòd ſi ſit magna neceſſitas clerici poſſunt aliqua alienare. & inducebat ad hoc 71. diſt. fraternitatẽ: quod potius cõtra dicit 2. & 12. q. 2. præcariæ. dumtamen adſit

ius tueatur: maximè ne plus fauiſſe perſonæ quã eccleſiæ[a] videremur, ſi quod eo viuente cōceſſimus, poſt obitum eius ſubitò mutaremus, petitionē veſtram nequiuimus[b] exaudire; auctoritate † p̄dicta indulgentes[c], vt cũ Bathonien. eccleſia de preſule fuerit ordinata, ius veſtrũ apud ſedem Apoſtolicam proſequendi, facultatem liberã habeatis: interim autem ſub cura Prioris idem monaſterium gubernetur.

Honorius iij. Epiſcopo † Calmeñ. & magiſtris V. & S. canonicis Sueſſané. †

¶ *Beneficia ſpectantia ad collationem prelati, non poſſunt conferri per capitulum ſede vacante.*

CAP. II.

ILla † deuotionis ſynceritas: & infrà. ¶ Eccleſiam ſancti Leucini, de qua magiſtrum R. donationis noſtræ gratia præcedente, prębendæ nomine de mandato noſtro Capuanus archiepiſcopus inueſtiuit, ſibi duximus confirmandã[d]: Non obſtante conceſſione per capitulum facta alij, ſeu confirmatione noſtra, ſi qua in forma[e] communi apparet † obtenta: cum nuſquã inueniatur[f] cautum in iure, quod capitulum vacante ſede, fungatur vice epiſcopi in collationibus[g] prębendarum: nec in eodem caſu poteſt dici poteſtas conferendi p̄bendas, ad capitulum per ſuperioris negligentiam[h], deuoluta: cum non fuerit ibi ſuperior, qui eas poſſet de facto, vel de iure conferre.

¶ Idem Epiſcopo Burgineñ. †.

¶ *Sede vacante iudicium habitum contra eccleſiam non tenet.*

CAP. III.

COnſtitutis coram I. prædeceſſore noſtro, procuratore eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Caſtro Forti, & Burginenſi † epiſcopo p̄deceſſore tuo, dictus procurator petebat ab eodem epiſcopo reſtitutionē, ſuper libertate liberè eligendi ſibi prælatum. [& infrà †.] ¶ Nos igitur depoſitiones teſtium, qui vacãte[i] Burgineñ. † eccleſia, & carente legitimo defenſore fuerint † recepti, duximus reprobandas.

auctoritas metropolitani. ſed non eſt ille caſus, in quo metropolitanus debeat ſe intromittere de clericis ſuffraganeorum ſuorum. & eſt arg. ad hoc ꝙ iudex præſtat auctoritatem facto minoris, eo tempore quo non habet curatorem. C. qui admit. ad bo. poſ. l. bonorum. Item in minorib. eccleſijs poteſt epiſcopus aliqua alienare propter neceſſitatem, mortuo ſacerdote. 10. q. 2. ſi quis epiſcopus. Itē ſi canonici faciãt aliquē contractum mortuo epiſcopo, dicit Io. quòd tenet contractus: licet debeat reſcīdi ſi lęſa eſt eccleſia, 12. q. 2. ſi qua de rebus. ſicut in contractu minoris, qui nō habet curatorem. C. de in integ. reſtitu. mino. ſi curatorem. hoc ego non credo: imo talis contractus nullus eſt, & ſine aliqua reſtitutione reuocatur, quatenus de facto proceſſit. idē etiam ſi haberet prelatum: & hoc etiam dico per d. c. ſi qua de rebus. quia datur optio epiſcopo, vtrum velit ſtare contractui, vel nō citra aliquam reſtitutionem: & hoc in fauorem eccleſiæ: & ſic intelligit Hug. illud c. ſi qua de rebus. & incipit tunc tenere talis cōtractus, ſi epiſcopus ratum habeat. & ꝙ ſit verum hoc patet j. cap. vlt. vbi atteſtationes receptę vacante eccleſia, non valent. j. eod. c. proxi. arg. & hic qa ēt: ſede vacante nihil eſt innouandum. Item nec valet ſententia contra eccleſiam lata, ſicut nec contra minorem, qui non habet tutorem, vel curatorem. ff. de re iud. l. acta. §. vlti. C. qui da. tu. poſ. vniuerſis.

† Aliàs: auctoritate præſentiũ.

† Aliàs ita: epõ Cam. & magiſtris I. & P.

† Calmen.

† Sueſſionen.

† Vide Hoſtiēſem in c. ad abolēdam. j. de hęre. & Geminianũ in c. presbyteri. 22. diſt. vbi plene de materia hui⁹ decretalis. adde Felinum in c. cũ olim. de maiori. & obed.

a ¶ *Quam eccleſiæ.*] Plus enim vtilitas eccleſiæ quàm perſōnæ fuit attendenda. arg. 12. q. 5. quia Io. nec aliquis debet inuenire viam ad impugnandum, vel reuocandum iudicia ſua. arg. ff. de mi. teſt. l. 3.

b ¶ *Nequiuimus.*] & ideo potius damnum veſtrũ, quàm noſtram infamiã præelegimus. s̄. de auct. & vſu pal. niſi ſpecialis.

c ¶ *Indulgentes.*] Indulgentia fuit ex hoc: quia vnio illa facta fuit auctoritate Celeſtini. & per dominum Innocentium confirmata: vt patet in antiqua compilatione, & beneficium principis debet eſſe perpetuum. 25. q. 2. c. 1. in Auth. conſtitu. quæ de dig. li. à patria po. §. illud. coll. 6.

ILla deuotionis.] Capitulum ſede vacante non confert præbendas ſpectantes ad collationem prælati. h. d. Primò decisē narrat factum. Secundò diffinit. Tertiò ſoluens obſtaculum probat deuotioni locum non fuiſſe. Secunda. ibi. *Eccleſiam.* Tertia: ibi, *Non obſtante.* Abbas.

CASVS. Collatio prębendarum in eccleſia S. Leucini pertinet ad epiſcopum loci: vacante ſede epiſcopali, vacauit quędam præbenda in dicta eccleſia S. Leucini: capitulum illius eccleſiæ credens collationem præbendarum vacante ſede deuolutam ad ipſum, præbendam illam vacantem contulit cuidam clerico: poſtmodum archiepiſcopus Capuanus de mandato domini Papæ inueſtiuit magiſtrum R. de illa præbenda, cui Papa illam præbendam contulerat, & ita orta fuit diſcordia inter magiſtrum R. & illum cui capitulum prębendam illam contulerat: vnde quęſtio ſuper hoc delata fuit ad ſedem Apo. Papa auditis rationibus vtriuſq; partis, confirmauit præbendam illam dicto magiſtro R. non obſtante cōceſſione per capitulum alij facta, vel confirmatione in forma cōmuni obtenta: quia nullo iure cauetur, ꝙ vacante ſede capitulum fungatur vice epiſcopi in beneficijs cōferendis, nec in eo caſu poteſt dici, ꝙ poteſtas conferendi beneficia, vel prębendas per ſuperioris negligentiam ad capitulum ſit deuoluta, cum nullus ſit tunc ſuperior, qui de iure, vel facto poſſit prębendas conferre. Nota ꝙ collatio, quę nulla eſt, non impedit ſecundam. Item quod non eſt conceſſum, intelligitur prohibitum. Item ſede vacante ius conferendi prębendas non deuoluitur ad capitulum. Item non currit pręſcriptio tunc: quia cum nullus ſit ibi prelatus, nulla eſt negligentia.

d ¶ *Confirmandam.*] hic dominus Papa ex certa ſcientia confirmauit huic eccleſiam iſtã: vnde plenum ius conſecutus fuit, nec erat licitum alicui de ipſo iudicare. s̄. de confi. vti. c. 1. & 2. vbi de hoc.

† appareat. † appareret.

e ¶ *In forma communi.*] ſic s̄. de conceſ. p̄b. quia diuerſitatem, & ſic patet, ꝙ talis confirmatio modicũ operatur. De hoc dictum eſt ſatis s̄. de confir. c. 1.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 4. concor. obijcit, et remittit.*

f ¶ *Cum nuſquam inueniatur.*] Et ita intelligitur eſſe prohibitum quod non inuenitur conceſſum. ſic s̄. de tranſla. inter corpalia. 55. diſt. ſi euangelica. & 2. q. 5. cōſuluiſti. & 31. q. 1. q ſi dormierit. Sed contra, quia quod non eſt prohibitum, intelligitur eſſe conceſſum. Dic ſuper hoc, vt dictũ eſt s̄. de translatio. inter corporalia.

† Burgeñ. habẽt oēs codices Vaticanæ bibliothecę, tam in titulo quàm in textu, vno recentiori excepto, ĩ quo legit. Burgenēſi.

† Aliàs: Burgd.

† Hæc verba: & infra deſunt in magis vetuſtis, ſed hñr iam in recētiorib.

¶ *Gl. ſeq. ſignat contrariũ, q̄rit, ar. negatiuè ponit opin. H. q̄ approbat.*

g ¶ *In collationibus.*] De hoc dubitari cōſueuit, vtrum ep̄s bona vacãtis eccleſiæ ſibi ſubiectę alienare poſſet & vtrũ [1] vacante ſede deuoluatur ad capitulum collatio prębendarũ: qđ hic determinatur. ar. cōtra. s̄. de maio. & obe. his quę. & c. cũ olim. vbi vacante ſede ius p̄lati deuoluitur ad capitulum. & ibi ſoluitur hæc contrarietas. Itē an poteſtas abſoluendi deuoluatur ad capitulũ ſede vacante, dubitari cōſueuit. arg. ꝙ nō: qa hoc facit ſucceſſor. 11. q. 3. ſi ep̄s ante. Hug. dicit ꝙ ſic pp periculum animæ. arg. ꝙ poteſt [2]. j. de hære. ad abolendam. 1. rñ. quia capitulũ ſede vacante condemnat de hęreſi. & ita ſi poteſt condemnare multo fortius abſoluere. 21. diſt. inferior. alienare aũt non poteſt. De hoc dixi s̄. eo. c. prox. ADDITIO. Hodie poteſt capitulũ, vel is ad quē adminiſtratio p̄tinet vacãte ſede, eos abſoluere, quos poſſet ep̄s ſi viueret, niſi à ſede Apoſt. id fuerit interdictũ. c. vnico. de ma. & obed. lib. 6.

† Aliàs, Burgd.

† fuerunt.

1 De materia huius gloſſę vide late p̄ Hoſtien. in c. ad abolendam. j. de hæret.

2 Et ſic eſt expeditum de maio. & obe. c. vnico. libr. 6. Ioan. And.

h ¶ *Negligentiam.*] Propter negligētiam ſolam transfertur poteſtas eligendi ad ſuperiorem. s̄. tit. proxi. nulla. & c. quia. vel cum indignum eligant. s̄. de elect. cum in cunctis. ſed vbi nullus eſt prelatus, non eſt negligentia: vt hic, vel etiam cum eligere non poteſt. s̄. tit. prox. quia. Bern.

COnſtitutis.] Primò narrat factum ſuper quo atteſtationes fuerunt receptę. Secundò illas reprobat dicens quare: ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Inter epiſcopum Burginē. & eccleſiam S. Mariæ de Caſtro Forti, quędam queſtio vertebatur: procurator eccleſiæ ſanctę Marię petebat ab ep̄o Burgineñ. reſtitutionem ſuper libertate liberè ſibi eligendi prelatum in dicta eccleſia, & ſuper terris ipſius & rebus alijs, quibus eccleſia fuerat ſpoliata: lite conteſtata coram Innocentio, & poſtmodum factis poſitionibus & reſponſionibus, ſiue confeſſionibus coram delegatis iudicibus, & receptis quibuſdam teſtibus, cauſa iterum delata eſt ad ſedem Apoſto. Papa examinato proceſſu depoſitiones teſtium, qui vacante Burgineñ. eccleſia, & carente legitimo defenſore recepti fuerant, reprobauit. Nota ꝙ ſede vacante cauſa tractari non poteſt, nec teſtes recipi; quia non eſt cum quo iſta fiant, & altera parte abſente proceſſus cauſę nullus eſt.

i ¶ *Vacante.*] Hic patet manifeſtè, ꝙ eccleſia, quę caret legitimo defenſore, conueniri non poteſt: quia ea vacante nihil eſt innouandum; quia non habet defenſorem. s̄. eo. c. 1. nec etiam

alienatio

alienatio fieri poteſt: vt dictum eſt ſ.eo.c.1.Laud.dixit q᷑ vacante ſede œconomus eccleſiæ poteſt interim agere. arg.ſ. de iu.calum.in pertractandis. ſed in fauorem eccleſiæ expectatur quouſque habeat prælatum,ſed non eſt verum,vt hic patet.Et ita vacante ſede nihil fieri debet, vnde poſſit ei præiudicari.In alijs verò in quibus nō prǫiudicatur epiſcopo, poteſt capitulum ſupplere vicem epiſcopi.ſ. de maio. & obediē. his quibus. & c.cum olim. vbi de hoc.

> † prælato.

¶*Glo.ſeq. obijcit, & ſoluit.*

g ¶*Præiudicare.*] Sed videtur quòd donatio talis nō teneat: quia prælatus non poteſt donare, vel vendere, niſi vt meliora proſpiciat.12.q.2.ſine exceptione.arg.16.q.3. ſi ſacerdotes. iā ſolutum eſt. hic non fuit donatio perpetua,ſed temporalis.

TITVLVS X.

De his, quæ fiunt à prælatis † ſine conſenſu capituli.

> † Burchardus libr. 3. decre.cap. 170. Iuo par.3.cap. 231.Panormit. lib. 2. c. 86. & c. 1.eo.tit. in 1. compil. adde notas huius Decretalis

DE HIS QVAE fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli.

¶*Supra viſum eſt, quòd ſede vacante nihil debet attentari per capitulum: ſed quia poterat dubitari,nunquid ſede repleta poſſit prælatus diſponere de rebus eccleſiæ ſine capitulo,ideo ſubijcitur hæc rubrica.*

De hac materia tractatur 16. q. 5. & q.7. per totum.

¶Ex concilio apud Valentiam†.

¶*Non tenet alienatio rei eccleſiaſticæ abſq; approbatione capituli.*

CAP. I.

Irrita [a] erit epiſcoporum donatio, vel venditio,vel cōmutatio [b] rei eccleſiaſticæ,abſq;† collaudatione, & ſubſcriptione [c] clericorum.

> † In vnoue tuſtiſſimo ita: ſi abſq; collaudatione, & ſubſcriptione clericorum facta fuerit.

Alexan.iij.Noruicen. Epiſcopo.

¶*In temporali alienatione,quam facit prælatus: taciturnitas capituli habetur pro conſenſu.*

CAP. II.

Continebatur†: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd conceſſio decimæ ab abbatiſſa prius facta, ſi conuentu ſciente, & non contradicente [d] facta eſt,robur firmum debet habere. ¶Verum ſi ignorante conuentu, aut cōtradicente [e], decimam prius prędicto H.cōceſſit,& non poſt multum [f] tēporis † de aſſenſu conuentus eandem decimam dedit eidē, ſecunda conceſſio debet præiudicare [g] priori.

> † poſt concil.Latera. ſub Alexā. iii. par.47. c.5.& c.1. eo.tit.in 1. compila.
>
> † tempus.

¶Idem Vigorien.† Epiſcopo.

> † Vuigorē.

¶*Alienatio temporalis facta ſine conſenſu capituli,per ratificationem eius roboratur.*

CAP. III.

Cum†nos iampridem: & infrà.¶Certum eſt,de rigore iuris conceſſionem illam non tenere, quam reclamante [h] capitulo per prædeceſſorem tuum conſtat factam fuiſſe: Niſi eam ratam [i] poſtmodum habuiſſet†.

> † Cap.3.e. tit.in 1. cōpilatione.
>
> † habuiſſent.

¶Idem Hieroſolym. Patriarchæ.

¶*Prælatus ſine conſilio capituli inſtituere, vel deſtituere, vel alia negotia eccleſię tractare non debet.hoc dicit cum c.ſeq.*

CAP. IIII.

Nouit † tuæ diſcretionis prudētia, qualiter tu, & fratres tui vnum corpus ſitis,

> † Poſt concil.Latera. ſub Alexā. iii.par. 50. c. 18. & c. 4.eo. tit.in 1.compil.

Irrita. CASVS. Dicit in hoc capitulo, q᷑ irrita erit epiſcoporum venditio,vel donatio, vel cōmutatio rei eccleſiaſticæ abſq; conſilio capituli. Nota q᷑ epiſcopus nec vēdere, nec alienare poteſt rē eccleſiæ ſine conſenſu capituli: quod verum eſt de magna re, paruam enim per ſe alienare poteſt: vt 12.q.2. terrulas.

a ¶*Irrita.*] 12.q.2.ſine exceptione.

b ¶*Commutatio rei eccleſiaſticæ.*] magnæ,paruam enim rem ſine hac ſolemnitate alienare poteſt.12.q.2. terrulas.& ī.de don.cæterum. Bern.

c ¶*Subſcriptione.*] Aliàs non tenet.12.q.2. non liceat.& cap. alienationes.& c.ſine exceptione.

Continebatur.] In prima ponitur deciſa conſultatio.In ſecunda diſtinguens reſponſio: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

CASVS. Quædam abbatiſſa fecit quandam donationem cuiuſdam decimæ cuidam nomine H. poſtea verò aliquanto tēpore elapſo,eandem decimam conceſſit eidem: quærebatur, quæ conceſſio præualeret? Reſpondet Papa,q᷑ conceſſio decimæ prius facta,ſi conuentu ſciente & non contradicente facta eſt,tenet & valet: ſed ſi ignorante conuentu,aut contradicente decimam prædicto H.prius conceſſit, & poſtea de conſenſu capituli eandem decimam dedit eidem, ſecunda donatio debet valere,& præiudicare priori. Nota, q᷑ qui non contradicit,conſentire videtur. Item prælatus ſine conſenſu capituli conceſſionem facere non poteſt.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.*

d ¶*Contradicente.*] Et ita in venditione rerum eccleſiaſticarum taciturnitas pro conſenſu habetur. Arg.contra.ſ.c.proxi. & 12.q.2.ſine exceptione.& 10.q.2.c.etenim.§.hoc ius.in fin. Solu.hic ad tempus facta fuit conceſſio alicui clerico pro beneficio: in contrarijs in perpetuum: & ideo neceſſarius eſt ibi expreſſus conſenſus,& ſubſcriptio,per quam appareat de conſenſu.& eſt ſimile.54.diſt.ſi ſeruus.

e ¶*Aut contradicente.*] ī.c.proxi.

¶*Glo.ſeq.ponit arg.quod reprobat.*

f ¶*Non poſt multum.*] Arg. q᷑ ſi multum tempus elapſum eſſet,& conuentus ſemper tacuiſſet,videret conſenſiſſe [1]. Arg. ī.de priuile.ſi de terra.quod non credo, ſed ſolum factum hic narrat,q᷑ ſemper poſſunt contradicere tali cōtractui; imo non poſſet pſcribere qui emit à ſolo plato, cum ſciat epm non habere ius diſtrahēdi: quia contra leges mercat,& ideo nō pſcribit [2].C.de agric.& cenſi.quęadmo.li.11.2. 16.q.3.ſi ſacerdotes.

> 1 Concor. text. in l.fi. cum gl. notabili. ff. ſi ex nox. cau.aga.
>
> 2 V'de de præſcrip. ſi diligenti. Ioan. And.

Cum nos.] Primò ponitur dictum. Secūdò exceptio: ibi, *Niſi.* Abbas Siculus.

CASVS. Epiſcopus Vigorien. ſine cōſenſu capituli ſui conceſſit quādam eccleſiam quibuſdam religioſis: ſucceſſor illius donationē illā reuocare volebat: quæritur an poſſit? Reſpondet Papa,quòd donatio illa de rigore iuris non valet, quam fecit anteceſſor illius capitulo ſuo reclamante, niſi capitulum eam ratam poſtmodum habuiſſet.Nota,quòd prælatus ſine conſenſu capituli ſui donationem in damnum eccleſiæ facere non poteſt. Item ratihabitio retrotrahitur,& mandato comparatur.Item ſubſequens conſenſus valet. Item quod ab initio non valet, interdum ex poſtfacto conualeſcit.

¶*Gloſ. ſeq. ponit quatuor caſus communicādos capitulo.*

h ¶*Reclamante.*] Et ita patet, quòd in negotijs eccleſiæ neceſſarius eſt conſenſus vniuerſitatis, vel maioris partis.ſ.cap.proxi.12.q.2.ſine exceptione.& in ordinatione clericorum. 24. diſtin. epiſcopus ſine. & in dignitatibus conferendis. ī.eod.cap. proxi. & 93. diſt. legimus. idem eſt in cauſarum ventilatione. 15.q.7. epiſcopus nullus felix. & c. ſi autem.

¶*Glo.ſeq.alleg.tres concor. & duas leges in contrarium. Iterum arg.conualeſcere quod ab initio non valet. alleg. ſex iura, & quinque alleg.in contrarium, & ſoluit.*

i ¶*Ratam.*] Et ita alienatio,quæ de iure non tenet,ratihabitione confirmat.16.q.1.c.vlt.& ī.de iure pat.cura & 12.q.2.ſi qua de rebus.Arg.contra.Inſtit.de aucto.tuto.§.tutor. & ff.eo. titul.obligari.circa finem [3]. Item arg.quòd ea quæ ab initio non valent, ex poſtfacto conualeſcunt.ī.de coniu.ſer.propoſuit.ī.de deſpō.impub.de illis.23.q.2.c.1.& 2.ff.de rit.nupt. ſi quis in ſenatorio.& 1.q.1.c. eos qui.§. cum ergo. circa finē. Arg.contra.24.q.1.ſchiſma.& ī.de ſimo.non ſatis.& ff.de reg. iur.quod ab initio.32.quæſt.7.flagitia.& 16.queſt.3.c.placuit. §.poteſt.ver.quòd ſi priuatus. Prima reſponſio eſt vera quandoque in maleficijs,vt teneatur ex maleficio qui ratum habet, ſicut qui ab initio mandauit.ſ.de reſti. ſpol. cum ad ſedem. in fin.ff.de vi & vi arma.l.1.§.quotiens. dum tamen eius nomine fuerit factum.ff.de precar.l.ſi ſeruus.In negotijs,aut ſacramentis,& cæteris contractibus, quę de iure ſortiuntur effectū eius ratihabitione, poteſt res rata haberi ab eo qui talia ab initio mandare potuit, ſi eius nomine factum eſt.ff.rem ratam haberi.l.3.§.falſus.& 9.quæſt.3. Lugdunen. & ff.de iudi.licet verū. & hic, & ī.de donat.paſtoralis.in fine. In his autem quæ per alios explicari non poſſunt, ſicut eſt, vt quis per alium ferat ſententiam, vel teſtimonium faciat, non habet locum ratihabitio. C. de ſentent. ex breuicu. recitan. l.1. & 2.niſi ſit illuſtris perſona, vt ibi, & in his quæ contra naturam ſunt, vel fiunt, & quę ſine peccato detineri, vel fieri, vel poſſideri non poſſunt, & quæ ipſo iure nulla ſunt ab initio. Et ſic loquuntur contraria.

> 3 Hoſt. dicit aliud in tutore, qui non poteſt ratificare contractū, in quo debuit auctorizare, niſi paulopoſt. ff.de acqu. hæred.l.qs mihi.§.iuſſum. aliud in capitulo quod nō auctorizat ſed conſentit. nec ratificat niſi quo ad ei' cōtemptū ptinet. de elec. quod ſicut §. ſi autem. Io. And.

Nouit.] Tres ſunt partes. In prima ponitur exordium, in quo ratio & dictum in genere. In ſecunda factum: ibi, *Innotuit.* In tertia prohibet & caſſat: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

ita † quod tu caput[a], & illi mẽbra eſſe probantur. Vnde non decet[b] te omiſſis membris, aliorum conſilio in eccleſiæ tuæ negotijs vti: cum id non ſit dubium, & honeſtati tuæ, & ſanctorum patrum inſtitutionibus † contraire. ¶Innotuit ſi quidem auribus noſtris, quòd tu ſine conſilio fratrum tuorũ, abbates, & abbatiſſas, & alias eccleſiaſticas perſonas inſtituis, & deſtituis: & infrà. Ideoq; id auctoritate Apoſtolica prohibemus: & infrà. Nos enim tales inſtitutiones, & deſtitutiones carere[c] decernimus robore firmitatis.

¶Idem eidem.

¶Summatum eſt ſupra capitulo proximo.

CAP. V.

QVanto †: & infrà. ¶Fraternitati tuæ mãdamus, quatenus in conceſſionibus, & confirmationibus[d], & alijs eccleſiæ tuæ negotijs, fratres tuos requiras, & † cum eorum conſilio, vel ſanioris partis eadem peragas, & pertractes: & † quæ ſtatuenda ſunt ſtatuas, & errata corrigas, & euellenda diſſipes, & euellas. ¶Abſentium[e] quoq; fratrum nomina inſcribi non ſinas †: quia talia munimẽta irrita ſunt, & falſa, & tu exinde quæſtionem falſi poteris meritò formidare.

Celeſtinus tertius.

¶Si eccleſia collegiata habet præſentationem, præſentabit prælatus de conſenſu capituli, vel maioris partis: niſi de conſuetudine, vel priuilegio competat ſoli prælato.

CAP. VI.

EA † noſcitur: & infrà. ¶Cum in prouincia tua ſępè contingat, quòd ad eccleſias, in quibus collegia ius pręſentandi habere noſcuntur, eorum abbates aut per ſe, aut per literas[f], perſonas idoneas epiſcopis diœce. pręſentant †, & eis præſentatis & receptis aliquando ante, aliquando poſt, monachi contradicunt[g]. ¶Reſpondemus, quòd in præſentationibus prælatorum intelligi debet[h], quòd fiant de collegiorum ſuorum aſſenſu, ſine quo non obtinent firmitatem. Vnde ſi conſtiterit conuẽtus, vel maioris, & † ſanioris[i] partis non affuiſſe cõſenſum, inſtitutiones huiuſmodi cõuenit euacuari[k]: niſi ex antiqua & approbata conſuetudine[l] †,

CASVS. Patriarcha Hieroſolymitanus ſine conſenſu fratrũ ſuorũ, abbates & abbatiſſas & alias eccleſiaſticas perſonas inſtituebat, & deſtituebat: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ, vñ ſuper hoc ſcribit ipſi patriarchæ dicens, ꝙ cũ ipſe & fratres ſui ſint vnum corpus, ita ꝙ ipſe ſit caput, & illi membra, non decet ipſum vti cõſilio aliorũ omiſſis fratribus ſuis in negotijs eccleſiæ ſuę: cum illud ſit contra inſtituta ſanctorum Patrum: vnde præcipit ei, ꝙ de cætero illud non faciat, & tales ĩſtitutiones & deſtitutiones decernit carere robore firmitatis. Not. quòd non decet membrum à capite recedere, nec econuerſo. Item prælatus negotia eccleſiæ ſuæ de conſilio fratrum ſuorum facere debet, & præcipuè huiuſmodi ſpiritualia: aliter enim facta non tenent.

† Aliàs ſic: ita ꝙ tu caput illi mẽbra eſſe dicuntur.

† conſtitutionibus.

a ¶*Caput.*] Sed nunquid epiſcopus auditur ſine literis capituli de rato, volens agere pro eccleſia ſua? De hoc dic vt dictum eſt s̃. de procu. cap. 1. & s̃. de reſcript. edoceri.

† Poſt concil. Latera. ſub Alexã. iij. par. 50. c. 16. & c. 5. eo. tit. in 1. compila.

¶Gloſſ. ſequens quęrit & ſoluit.

b ¶*Non decet.*] 12. diſt. non decet. 12. q. 2. alienationes. & 15. q. 7. epiſcopus 1. & s̃. de præſcri. cum nõ liceat. & arg. 86. diſt. ſi quid. & j̃. eo. c. proxi. de quibus cõſtitutionibus hic fit mentio.

† Aliàs ita: vt cum.

† In codice Barbatiæ ita & q ſtatuenda fuerĩt ſtatuẽs, errata corrigas, &c. quæ lectio planior vĩ.

¶Gloſſ. ſequens quęrit, & ſoluit.

c ¶*Carere.*] Sed nunquid ipſo iure tales conſtitutiones irritæ ſunt? Videtur quòd ſic ex hac litera, quod ſatis poteſt concedi. 1 quia factę contra iura. C. de legi. non dubium.

1 Idẽ Gof. & placet archidiacono de elect. c. vlti. libr. 6. vbi uide ſuper uer. irritas. Ioan. And.

QVanto.] Diuiditur nam primò prohibet. Secundo pręcipit: ibi, *Abſentium.* Abbas.

CASVS. Prędictus patriarcha, omiſſis fratribus ſuis, in cõfirmationibus, & conceſſionibus, & alijs negotijs eccleſię ſuæ, vtebatur conſilio aliorum: mandat Papa eidem, ꝙ de cætero non faciat, ſed de conſilio fratrũ vel maioris & ſanioris partis, eadem pertractet, & diſponat: Præterea idẽ patriarcha in priuilegijs ſuis & alijs inſtrumentis nomina abſentiũ fratrum inſcribi faciebat: pręcipit Papa, ꝙ hoc non faciat: quia talia munimenta irrita ſunt & falſa, & ipſe quęſtionem falſi poterit formidare. Not. ꝙ prælatus de conſilio fratrum ſuorum negotia eccleſię ſuę pertractare, & diſponere debet. Item epiſcopi poſſunt conferre priuilegia. Item de falſo tenetur (vt hic dicitur) qui nomina abſentium ſcribit in literis ac ſi eſſent pręſentes.

d ¶*Confirmationibus.*] s̃. c. proxi. cum alijs cõcor. ibi poſitis. & j̃. c. proxi. & ita patet ꝙ eps negotia eccleſię ſuę cũ conſilio canonicorum ſuorum tractare debet. 12. q. 2. ſine exceptione. & c. alienationes. & 86. diſt. ſi quid. 16. q. 1. eccleſia habet.

¶Glo. ſeq. recite. per q. an ſubſcribens neceſſe habeat ſcire, &c.

e ¶*Abſentium.*] Nota ꝙ de crimine falſi tenetur, qui nomina abſentium fratrum facit inſeri. C. ad leg. Corne. de fal. qui veluti & ipſa inſtrumenta ſunt irrita. C. de teſta. l. iubemus 2. & in Auth. de inſtru. caut. & fi. §. 2. coll. 6. non tamẽ oportet teſtem ſcire, quę in charta vel in inſtrumento continentur, cui ſigillum apponit. ff. de pig. actio. l. Caius. & C. de teſt. hac conſultiſſima. nec in hoc caſu fit ei præiudiciũ quin poſſit poſtea contradicere ſi ſua interfuerit: vt in d. l. Caius. ſed ſi ſciret, poſtea reclamare nõ poſſet: vt ff. de pig. & hyp. ſideiuſſor. §. 1. & 1. q. 7. ſaluberrimum. & s̃. de tranſac. ex literis, 27. q. 1. omnes fœminę. & 20. q. 1. vidua. Sic & crimen falſi incurrit, qui ſigillum ſurripuit furtiuè nomine capituli. s̃. de teſtib. tam literis. Et qui literas iudicum aperit. s̃. de offi. deleg. cum olim. & s̃. de reſcrip. olim. vnde tales deponendi ſunt per iura prædicta.

2 Si teſtator ſcribere neſciebat: nec ar tic la e lo qu falſum eſt teſtamẽtu. Io. An.

EA noſcitur.] Prima pars factum narrat. Secunda pars reſpondet: ibi, *Reſpondemus.* Abbas.

CASVS. Abbates & conuentus habent ius præſentãdi in eccleſijs: contingit aliquando, ꝙ ipſi abbates præſentant perſonas idoneas epiſcopis diœceſ. ad eccleſias illas vacantes, & eis receptis ꝑ epiſcopum, monachi aliquando ante præſentationem, aliquando poſt, contradicunt: quæritur an talis inſtitutio valeat? Reſpondet Papa, ꝙ quando prælati faciunt huiuſmodi præſentationes, intelligendum eſt, quòd fiant de conſenſu fratrum ſuorum, ſine quo non valent: & ideo ſi cõſtiterit, quòd conſenſus fratrum vel maioris partis non interuenerit, tales inſtitutiones debẽt caſſari, niſi ex antiqua & approbata conſuetudine, vel ex aliqua ſpeciali conceſſiones abbates ipſi probauerint, quòd cõnſenſus monachorum in talibus collationibus nõ ſit requirendus. Nota, quòd abbas non poteſt præſentare aliquem, vel cõferre beneficium eccleſiaſticum alicui, ſine conſenſu ſui capituli. Item collatio, aut præſentatio, ſeu electio cõmuniter ꝑtinet ad prælatum & capitulũ. hoc enim eſt ius commune, niſi aliquid in contrarium probetur à prælatis. Item ex antiqua conſuetudine vel priuilegio, abbas ſolus poteſt conferre beneficia irrequiſitis monachis.

† Aliàs, facias.

† Cap. unico. eod. tit. in 2. cõpil. Et quatenꝰ per literas poteſt fieri p̃ſentatio, uide Lapũ allega. 75.

† præſentent.

† uel.

† Adde q̃ dicatur antiqua conſuetudo, & approbata per Doct. in l. hoc in re. §. ductꝰ aqua ff. de aqua quo. & æſti.

¶Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.

f ¶*Per literas.*] Poteſt ergo quis per literas præſentari. arg. 64. diſt. c. 1. 2. & 3. Quid ſi contradicatur literis? Stabitur eis donec contrarium probetur. s̃. de probat. poſt ceſſionem. vbi de hoc. & s̃. de teſti. cum à nobis.

g ¶*Contradicunt.*] Cum ab initio neſciuerunt: aliàs non videtur quòd poſtea contradicere poſſint 3. s̃. eo. c. 2.

h ¶*Intelligi debet.*] præſumptiuè, quia non eſt veriſimile, ꝙ hoc faciant ſine conſilio fratrum ſuorum. s̃. eo. c. proxi. Hæc præſumptio probationem recipit in cõtrarium, vt hic dicitur. ſecus ſi eſſet præſumptio iuris, & de iure. j̃. de ſponſa. ad id qđ. & 54. diſt. fraternitatem. & j̃. de Iudæ. c. vlti.

3 Hoſt. remittit ad ea q̃ ibi nota. & dicit ꝙ contradicere pſit j̃. vj. mẽſes poſt notitiã. Io. An.

¶Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.

i ¶*Maioris & ſanioris.*] Sed nonne eoipſo maior eſt quod eſt ſanior. 31. diſt. Nicæna. & j̃. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & 40. diſtin. multi. in fine? Dic quòd vbi aliqua pars nõ eſt ſana, puta quia indignum eligit, vel quia in damnum eccleſiæ aliquid facit, ibi dico maiorem partem illam quæ ſanior eſt, & præferenda eſt. s̃. de poſtu. pręla. gratum. aliàs niſi vtraque pars in electionibus eſſet ſana, non ſtatim dicerem maiorem ſaniorem, imo quandoque minorem eſſe præferendam. s̃. de electio: eccleſia veſtra. vbi pars maior non obtinet. s̃. de appella. conſtitutus. Bernar.

k ¶*Euacuari.*] cum non ſint factæ ſecundum ius: ſed contemptis illis qui requiri debent. s̃. de elect. ꝙ ſicut. & c. qa propter. & s̃. eo. nouit. & c. quanto. vbi hoc videtur expreſſum.

l ¶*Conſuetudine.*] dummodo ſit talis, quæ iuri communi nõ præiudicet, ſcilicet præſcripta. s̃. de conſuetu. cum dilectus. & cap. vlti. quia tunc præſcripſit prælatus ius inſtituendi contra alios fratres ſuos.

¶*Glo.*

vel conceſſa libertate[a], aliqui eorum probauerint commiſſi ſibi collegij non debere in eccleſiarum, ſeu beneficiorũ collationibus requiri cõſenſum.

¶Innocen. iij. archipresbytero, † & magiſtro ſcholarium † Bituriceñ.

¶Tenet donatio, quam de ſolius diœceſani conſenſu, facit laicus eccleſiæ, de decimis quas ab alia eccleſia habet in feudum ab antiquo, id eſt ante Lateranen. concilium.

CAP. VII.

CVm † Apoſtolica ſedes: & infrà. ¶Sanè ſicut accepimus, cum ex vna parte capitulum ſancti Stephani, & ex altera monachi de Platea †, ſuper decima quadam in veſtrũ compromiſiſſent arbitrium: Dicti monachi proponebant, donationem ipſius decimæ ſibi à quodam milite factam, & Bituriceñ. archiepiſcopo diœceſani eius accedente conſenſu confirmatam fuiſſe: ſeque auctoritate Hieronymi[b] munitos exiſtere qui ſcribens ad Damaſum ait: Si aliquando † fuerint à laicis malè detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, epiſcopo loci præbente conſenſum, conſtabunt eis omnia perpetua firmitate ſubnixa. ¶Econtrario pars allegabat aduerſa, conſenſum epiſcopi ſine clerici conſenſu minus ſufficere, auctoritate Leonis[c] Papæ dicentis: Ne quis epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare, vel cõmutare, vel vendere[d] audeat: niſi fortè aliquid horũ faciat, vt meliora proſpiciat †: & cũ totius[e] cleri[f] conſenſu atque tractatu id eligat, quod non ſit dubium eccleſiæ[g] profuturum[h]. ¶Quia verò nos conſulere voluiſtis, vtrum quando decima tenetur[i] à laico, ſi conferatur eccleſiæ, ad confirmandam donationem conſenſus epiſcopi ſine cleri conſenſu ſufficiat: Taliter reſpondemus, quòd monendus eſt[k] laicus, qui decimam detinet †, vt eam reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat, qui ſi fortè induci nequiuerit, & eam cum diœceſani conſenſu alteri eccleſiæ aſſignauerit, pręſertim[l] religioſo conuentui: cõſtabit ipſa † donatio perpetua[m] firmitate ſubnixa. ¶Auctoritates enim præmiſſæ, licet diuerſę ſint, non tamen aduerſæ: cũ aliud ſit alienare[n] quod ab eccleſia poſſidetur: & aliud q̃d detinetur à laico, ad uſum eccleſiaſticum reuocare. In alienatione quoque iuxtà Leonis Papę decretum conſenſus epiſcopi ſine clericorum conſenſu † non ſufficit. In reuocatione autem iuxtà ſcriptum † Hieronymi ſufficit conſenſus epiſcopi: cum per utrumq; † utilitati eccleſię conſulatur. ¶Nam & in Lateraneñ. † con-

¶Gloſſa ſequens arguit, & remittit.

a ¶*Libertate.*] puta, quia priuilegia habet prælatus, ꝙ ſolus ſine conſenſu fratrum inſtituat, & ita eſt hic arg. expreſſum 1, ꝙ ius eligendi de iure communi ſimul pertinet ad epiſcopum & capitulum, cum epiſcopus ſit caput capituli. ſ̃. eo. nouit. niſi conſuetudo contrariũ inducat, vel priuilegiũ, vt hic patet. De hoc dixi ſ̃. de electio. cum eccleſia Vulterana. Ber.

C*Vm Apoſtolica.*] Duæ ſunt partes principales. In prima conſultatio. In ſecunda reſponſio: ibi *Taliter reſpondemus*. Prima ſubdiuiditur. Nam primò ponit partium compromiſſum. Secundò vnius partis allegationem: ibi, *Dicti monachi*. tertiò allegationem alterius partis: ibi, *Econtrario*. Quartò cõſultationem arbitrorũ: ibi, *Quia*. Secũda pars principalis ſubdiuiditur. Nam primò reſpõdet conſultationi. Secundò ſoluit & corroborat contraria: ibi, *Auctoritates*. Tertiò reſpõſionem corroborat: ibi, *Nam*. Quartò ſolutionẽ limitat: ibi, *Hoc autem*. Abbas Sic.

CASVS. Inter capitulum ſancti Stephani ex vna parte, & monachos de Platea ex altera quæſtio vertebatur: ſuper quæſtione illa in quoſdam arbitros eſt compromiſſum, coram quibus proponebant monachi, donationem ipſius decimæ ſibi factam fuiſſe, & à quodã milite de conſenſu Bituriceñ. archiepiſcopi diœce. ipſius ſibi confirmatam fuiſſe: & ad cõfirmandam conceſſionem ſuam inducebant auctoritatem Hieronymi dicentis: Si aliquando fuerint à laicis, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, male detenta, & in vſum tranſierint monachorum epiſcopo loci præbente conſenſum conſtabunt omnia perpetua firmitate ſubnixa. Econtrario pars altera reſpondebat, ꝙ conſenſus epiſcopi ſine conſenſu capituli non ſufficiebat: ad hoc inducebat auctoritatem Leonis, ꝙ epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare vel commutare, aut vendere non audeat, niſi vt meliora proſpiciat, & dę conſenſu capituli ſui id faciat, quod non ſit dubium eccleſiæ profuturum: dubitauerunt iſti arbitri quando decima tenetur à laico, ſi conferatur eccleſiæ, vtrum ſufficiat conſenſus epiſcopi ſine clericorum conſenſu? & Papa reſpondet ꝙ monendus eſt laicus, qui decimam tenet, vt illam reſtituat illi eccleſiæ ad quam ſpectat: quod ſi noluerit, & de conſenſus epiſcopi alteri eccleſiæ conceſſerit, valebit donatio: & auctoritates prædictæ licet ſint diuerſæ, non tamen ſunt aduerſæ: quia aliud eſt alienare quod ab eccleſia poſſidetur, in quo caſu intelligitur auctoritas Leonis, & tunc non ſufficit conſenſus epiſcopi ſine conſenſu capituli: Et aliud eſt ad vſum eccleſiæ reuocare quod à laico detinetur: in quo caſu intelligitur auctoritas Hieronymi: & tunc ſufficit cõſenſus epiſcopi: quia per vtranq; auctoritatem vtilitati eccleſiæ prouidetur: & hoc probatur per concilium Lateraň. ſumpto arg. à contrario ſenſu, in quo prohibetur, ne aliqua religioſa perſona eccleſias & decimas de manibus recipiat laicorum ſine conſenſu epiſcoporũ, per quod datur indirectè intelligi, ꝙ ſufficit cõſenſus epiſcopi, vt licitum ſit eccleſiæ decimas de manu recipere laicorum. Hoc quod dictum eſt, de illis decimis debet intelligi, quæ laicis in feudum ſunt conceſſæ. Not. ꝙ licet compromittere in arbitros de rebus ſpiritualibus. Item ille poteſt iura diſtinguere, qui poteſt ius conſtituere. Item ſicut ad conſultationem iudicum reſpondet Papa, ita & arbitrorum. Item ar. à contrario ſenſu bene valet. Item decimæ datæ laicis in feudum poſſunt reuocari.

b ¶*Hieronymi.*] 16. q. 1. q̃m quicquid & ſ̃. de conſti. c. cũ omnes.

c ¶*Leonis.*] 12. q. 2. ſine exceptione.

d ¶*Vendere.*] Niſi fortè ſit parua, & ſterilis poſſeſſio. 12. q. 2. terrulas.

e ¶*Totius.*] vel maioris partis ibi ſeruientis. 10. q. 2. cap. ea enim. §. hoc ius.

f ¶*Cleri.*] id eſt, capituli ſui. bona enim aliarum eccleſiarũ vendere non debet, nec venditioni auctoritatẽ præſtare. 12. q. 2. abbatibus. & 17. q. 4. in venditionibus.

g ¶*Eccleſię.*] ſ. epali.

h ¶*Profuturum.*] quãtum ad opinionẽ ipſorũ, & ſic tenebit alienatio, quis contrariũ eueniat 2. ff. de admi. tut. tutor q. §. 2. tñ ſi probaretur læſio, reſtitueretur, vt ſ̃. de in inte. reſt. c. 1.

i ¶*Tenetur.*] de facto: quia verã poſſeſſionem habere nõ poteſt, cum laici decimam de iure poſſidere nõ poſſint. ſ̃. de ꝓſcrip. cauſam quæ. & 16. q. 7. c. 1. 3 & tñ tolerat eccleſia, ꝙ laici decimas, quas antiquitus habuerunt in feudum, detineant, de quibus loquitur hęc decr. vt in fi. dicitur. Bern.

¶Gloſſ. ſeq. ponit lect. Lau. quam reprobat.

k ¶*Monendus eſt.*] & etiã compellendus, cum mortaliter peccat. 6. q. 1. illi qui. & 22. q. 1. c. vlt. Vel hoc intellige de eo, cuius ſcandalum timetur. 23. q. 4. non poteſt. nam ſi hoc eſſet verum, poſſet epiſcopus per alios laicos multas eccleſias ſpoliare, & alias ditarę: quod ſi faceret, appellandum eſſet, cum hoc ſibi non liceat. j̃. de rebus eccle. non alie. c. 1. Hoc quod dicit Lau. intellige de decimis non in feudũ conceſſis: ſed decre. loquitur de decimis in feudum conceſſis, vt dicit in fine. Bern.

l ¶*Pręſertim.*] ideſt maximè: quia ad hoc agitur vt de manu laici reuocetur. Bern.

m ¶*Perpetua.*] Et ita videtur valere donatio ſine conſenſu capituli. ſed hoc ideo eſt, quia per hoc vtilitati eccleſiæ cõſulitur, & illi qui decimam detinebat: quia hoc ſolum bene agit̃, vt vita hominũ corrigatur. 23. q. 5. prodeſt ſeueritas. alias ſemper requiri debet cõſenſus capituli, vt ſ̃. eo. per totum. Bern.

¶Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.

n ¶*Alienare.*] Ideo non intelligitur alienare: quia transfertur de laico ad eccleſiam. Sic non dicitur alienatio quando transfertur de fratre ad ſororem; ſic dicit lex, ſi teſtator prohibuit rem alienare, dando ſorori, non videtur alienare. C. de fideicõmiſ. voluntas. ff. de leg. 2. vnum ex familia. §. 2. & l. peto. §. fratrem. Et qui transfert columnas de loco vno ad alium locum eiuſdem ciuitatis 4, non videtur facta tranſlatio. C. de ædifi. priua. ſi quis poſt. Sed reuera talis reuocatio eſt quædam alienatio. 12. q. 2. apoſtolicos. & j̃. c. proxi. quia ſi remanſiſſet apud illum laicum decima illa, ſpes eſſet quòd poſſet redire ad priorem eccleſiam, ad quam ſpectat, ſi decederet ſine hære-

1 Hoſtiẽſis q tenet cõtrariũ dicit, ꝙ narratur factũ non ius: & ſi de iure etiã intelligas, loquit̃ cũ ſunt oĩa cõmunia. Ioan. And.

† archiepõ, in pluribus antiquis.

† ſcholarũ, legit̃ in oĩbus ferre Vaticanis.

† Cap. 1. ti. de his quæ conceduñt ab epo ſine conſenſu capituli in 3. cõpil.

† Pratea.

† Aliàs, aliqua, ſed apud Hieronymũ aliqñ, vt etiã apud Gratianum c. vlt. 16. q. 1.

† Facit ad hoc l. ꝓor. in prin. cũ glo. nor. & Bart. ff. ne q̃d in loco pub. & l. ꝓhibere. §. plane. ff. ꝙ vi aut clã.

† tenet.

† iſta.

2 De hoc, & q̃d iuris ſi eccleſia ſit locupletata, nec dãnificata no. 12. q. 2. ſine exceptione. in glo. penul. Ioan. And.

3 Vbi de hoc. & 14. q. 1. §. 1. & j̃. de deci. quãuis. Io. And.

† aſſenſu.

† ſcripturã. *reſcriptũ

† vtranque

† ſub Alex. iij. c. 9.

4 Idẽ ſi ad aliã ciuitatẽ corruentiũ parietũ marmora, vel columnas defert de ꝓprijs domibus ĩ domos proprias: & hoc vult lex illa ꝙ ornatus ciuitatis non trãsferant ad rura. Io. And.

de, niſi hæredes ſuccedant in decimis, ſiue ſint collaterales, ſiue deſcendentes: & eſt ſimile quòd Deus magis voluit ſibi hoſtias immolari quàm demonibus. 22.q.1. conſidera.

a ¶*In Lateranen. concilio.*] j.de priuile. cum & plantare. nec laici in alios laicos decimas poſſunt transferre. j. de deci. prohibemus.

cilio[a] eſt inhibitum, ne quælibet religioſa pſona, eccleſias, & decimas de manibus laicorum ſine conſenſu epiſcoporum recipiat. per quod indirectè datur intelligi[b], quòd ſufficit conſenſus epiſcopi[c], vt licitum eccleſiæ ſit decimas de manibus recipere laicorum. Hoc autē de illis decimis intelligimus, quæ laicis in feudū[d] perpetuò ſunt conceſſæ.

¶Idem Meten.† archidiacono.

¶Non poteſt epiſcopus ſine conſenſu capituli concedere eccleſias alijs eccleſiis, etiam ſi habeat ius patronatus in eccleſiis conceſſis.

CAP. VIII.

Tva† nuper: & j. ¶Adiecisti etiam, vtrum epiſcopo, vel electo cum ſolo archidiacono præter aſſenſum maioris eccleſiæ, cum ab ipſa eligatur epiſcopus, & archidiaconus aſſumatur de ipſa, cœnobijs, vel eccleſijs conuentualibus, ad quas ius pertinet patronatus, liceat conferre[e] perpetuò vacantes[f] eccleſias baptiſmales: & infrà. ¶Alterius[g] etiam quæſtionis ſolutio ex epiſtola Leonis[h] Papæ colligitur, euidenter: in qua legitur: Ne quis epiſcopus de rebus eccleſiæ quicquam donare, vel permutare, vel vendere[i] audeat: niſi fortè aliqd horum faciat vt meliora proſpiciat: & cum totius cleri tractatu[k] atque conſenſu id eligat, quod non ſit dubium[l] eccleſiæ profuturum. Irrita † enim epiſcoporum donatio, venditio, & † commutatio rei eccleſiaſticæ erit abſque conniuentia, & ſubſcriptione clericorum, per hoc[m] enim noueris ſolutā ſecundo loco propoſitam quæſtionem: cum † conceſſiones eccleſiarum perpetuas[n], ad alienationes non ſit dubium pertinere.

¶Idem Epiſcopo Helien.

¶Epiſcopus parochiales eccleſias, vel obuentiones ipſarum, de conſenſu patroni, ſine conſenſu capituli ſui monaſterio conferre non poteſt.

CAP. IX.

Paſtoralis officij diligentia: & infrà. ¶Pręterea quæſiuiſti (cum auctoritate Dionyſij[o] † fuerint parochiæ limitatæ) quatenus ſingularum parochiarum prouentus, in vſus eccleſiæ cederent neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum: ſi epiſcopo liceat ſine auctoritate ſummi Pontificis, vel ſaltem ſine capituli ſui voluntate, viris religioſis conferre obuentiones[p] alicuius parochialis eccleſiæ: ſuſtentione[q] vicarij reſeruata. Et cum Lateranē.† concilij[r] ſtatuta prohibeant, eccleſijs nouam imponi, vel augeri veterem penſionem: poſtulas edoceri, an epiſcopus ualeat religioſis, conſentiente patrono totam eccleſiam, uel de nouo conferre aliquam portionem. ¶Ad quod breuiter reſpondemus, quòd ſalua conſtitutio-

¶*Gloſſ. ſeq. dicit arg. à contrario ſenſu eſſe fortiſſimum.*

b ¶*Datur intelligi.*] à contrario ſenſu: & eſt fortiſſimū arg. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. l. 1. & 25. diſt. qualis & 45. diſtin. diſciplina. ver. deſcende, peccauit populus tu⁹. quaſi dicat ergo non meus, ex quo peccauit: quia propter peccatum receditur à Deo. 32. q. 1. cum renunciatur. Lau.

† Meren.

c ¶*Epiſcopi.*] Vide modum argumentandi: ex quo dicit de epiſcopo: ergo tantum de epiſcopo intelligendum eſt. ſic 25. diſtin. qualis. & 95. diſt. illud. ff. de condi. & demonſt. cum ita. Arg. contra, quia aliud eſt dicere, epiſcopum, & aliud, ſolum epiſcopū. j. de teſta. requiſiſti 1. & ita hic eſt vnus caſus, in quo ſolus epiſcopus poteſt alienare: alios habes 12.q.2. terrulas. & tribus capitulis ſeq. & 12.q.2. bonæ.

† Cap. 2. ti. de his quæ conced. ab epō ſine cō ſen. capitu li in 3. cōp.

1 Ibi etiam in ver. ſi vero reliqua- tur: probat cōtrariū, ſ. ꝙ idē ſit dicere epō, & ſoli epō, quare dicas ex circunſtantiis hoc diſcerni, an hæc ſint eadē, an diuerſa. facit quod no. de don. ad Apoſtolicæ. in 3. glo. & qđ dicā ſuper c. 10. And.

d ¶*In feudum.*] De alijs vero non eſſet verum quod hic dicitur: quia eccleſia poteſt illas vendicare, cum ille nullum ius habeat, ſed hæc eccleſia ad quam ſpectant: nec poteſt petere propter ius feudi quod antiquitus ex cauſa fuit permiſſum: quia epiſcopus ius vnius eccleſiæ non poteſt alij dare: vt j. de rebus eccle. non alie. c. 1. Io.

T*va nuper.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Alterius.* Abbas.

† In omnibus vaticanis ita: Irrita. n. epiſcoporū vēditio, & cōmutatio rei eccleſiaſticæ erit, &c.

Casvs. Archidiaconus Meten. quæſiuit à Papa, vtrum epiſcopus, ſiue electus de conſenſu archidiaconi tantum, ſine conſenſu capituli, conferre poſſit vacantem eccleſiam baptiſmalem alicui monaſterio, vel alteri eccleſiæ, quæ habet ius patronatus in illa eccleſia vacante? Et reſpondetur quòd non poteſt, auctoritate Leonis Papæ: quia conceſſio vacantium eccleſiarum pertinet ad alienationem. Bernardus.

2 Hic caſus Bernar. eſt, & in antiquis exēplaribus repetitur.

Nota ꝙ prælatus ſine conſenſu capituli bona eccleſiæ temporalia, vel ſpiritualia non poteſt alienare. Item donatio epiſcopi cum conſenſu archidiaconi non valet. Item perpetuæ donationes nomine alienationis continentur.

e ¶*Conferre.*] vt monachi habeant fructus illarum, & retineant eccleſias ad vſus proprios; & ſic læderetur eccleſia. vnde non valet talis conceſſio.

3 Hāc gloſſam nō inuenio ī antiquis codicibus, nec puto Bernardi eſſe.

f ¶*Vacantes.*] 3 Arg. contrarium: quia ſede vacante nihil eſt innouandum. s. ne ſede vacan. nouit. & c. 2. & 3. Reſpōdeo, contraria loquuntur in epiſcopatibus, & conſimilibus.

g ¶*Alterius.*] ideſt, iſtius pręſentis quæſtionis. ſed ideo dicit, alterius, quia alia quæſtio præcedit, quæ ponebatur in antiqua compilatione in tit. de inſti. ſed in hac non ponitur.

h ¶*Leonis.*] 12.q.2. ſine exceptione. & s. c. proxi.

i ¶*Vendere.*] niſi forte ſit res, quæ ſeruando ſeruari non poſſit. C. de adminiſt. tut. lex quę. in fine.

¶*Glo. ſeq. quęrit & ſoluit.*

k ¶*Tractatu.*] Sed qualiter fiet tractatus? Conuenient omnes, & quilibet dicet quod ſibi videtur 4. C. de vēdē. reb. ciui. l. vlt. lib. 11. & tit. ſeq. l. vlti. & hoc de immobilius, vel mobilibus pretioſis: qa ſi ſint pretioſa, neceſſaria eſt ſolemnitas. C. de adminiſt. tuto. lex quæ. ſecus in his quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: vt l. prædicta. & ff. de petitio. hæredita. l. diuus. Vinc.

4 Supple ſicut fit cum alienari debet res ciuitatis: & tunc bene cōtinuatur qđ ſequit.

† vel.

l ¶*Dubium.*] probabili iudicio, licet forte ſecus contingat. arg. ff. de mino. verum. §. ſi locupleti. & intellige, nō ſit dubium quātum ad ſe: quia ſufficit ab initio bene geſtum. ff. de nego. geſt. ſed an vltro. §. 1.

†Ex antiqs exēplarib. ita reſtituimus, vt eſt īpreſſum: nā in vulgatis, q̄ vidimus ita legitur: cū conceſſiones eccleſiarū ad pꝑetuas alienatiōes nō ſit dubium pertinere.

Additio. Vel dic, dubium, ſcilicet communi opinione clericorum.

m ¶*Per hoc.*] id eſt, per capitulum Leonis. 16.q.1. poſſeſſiones.

† Dionyſius Papa epiſtola 2. ad Seuerū epiſcopum

n ¶*Perpetuas.*] Perpetuę enim intelliguntur ex eo, quia fiunt eccleſijs & non perſonis 5: vt s. cap. proxi. & ff. de annu. leg. annua. & 12. quęſt. 2. liberti. quia eccleſia non moritur: vt ibi dicitur. & s. de inſti. cum veniſſent. ſi fiunt perſonis ſine temporis pręfinitione, durabunt in eorum vitā. 10. quæſtio. 2. hæc vſus pręſtatio. & 16.q.1. poſſeſſiones.

5 Adde qđ dicatur pꝑetuum, & qd pꝑetua alienatio, no. in l. nā imperator. ff. de leg. & in l. 1. ff. de vſufruc.

P*Aſtoralis.*] Communis diuiſio: Secunda: ibi, *Ad quod.* Abbas Siculus.

† Conciliū Lateranē. ſub Alexā. iij. c. 7. §. ꝓhibemus.

Casvs. Epiſcopus Helien. fecit talem quęſtionem domino Papę: Parochiæ auctoritate Dionyſij fuerunt limitatæ & diſtinctæ, vt prouentus cuiuslibet parochiæ in vſus cederent miniſtrorum: quęſiuit vtrum liceat epiſcopo ſine auctoritate Papę, vel ſine conſenſu capituli ſui conferre viris religioſis obuentiones alicuius parochialis eccleſię, reſeruata ſuſtentatione vicarij. Secundò fecit aliam quęſtionem. Lateranē. concilium prohibet nouam penſionem imponi eccleſijs, vel veterem augeri, quęſiuit epiſcopus Helien. vtrum epiſcopus poſſit religioſis locis totam eccleſiam, vel de nouo conferre aliquam portionem de conſenſu patroni: Ad hoc reſpondet Papa, quòd epiſcopus nec primum nec ſecundum facere poteſt ſine licentia Papę pręter capituli ſui voluntatem, ſalua conſtitutione canonica, quę dicit, quòd epiſcopus poteſt conferre pijs locis quinquageſimam portionem. Nota quòd epiſcopus nec eccleſiam poteſt dare monachis, nec penſionem augere ſine conſenſu capituli ſui. Item centeſimam vel quinquageſimam portionem poteſt dare pijs locis ſine conſenſu capituli ſui: vt hic probatur.

6 Prouincię vero & diœce. prius diuiſæ fuerunt. 8. diſt. c. 1. & 99. diſtin. prouincię. Vinc. vtrobique de hoc. Ioan. And.

o ¶*Dionyſij.*] 13.q.1. eccleſias 6. 90. diſt. c. 1. & 80. diſt. c. epi.

p ¶*Obuentiones.*] id eſt, fructus, vel redditus, retenta ſibi eccleſia cum ſuſtentatione vicarij.

q ¶*Suſtentatione.*] ſufficienti. s. de præben. de monachis. vbi de hoc. & s. de ſupplen. negli. pręla. ſicut.

r ¶*Lateranen. concilij.*] vt j. de cenſi. prohibemus.

¶*Glo.*

ne[a] canonica, de concedenda pij locis quinquageſima[b] portione, neque primum, neque ſecundum facere poteſt epiſcopus (niſi de licentia Romani Pontificis) præter capituli ſui voluntatem.

¶Innocentius † tertius Archiepiſcopo Senonen̄. & eius ſuffraganeis.

¶Ad concilia prouincialia vocari debent, & admitti cathedralium eccleſiarum capitula.

CAP. X.

ET † ſi membra corporis: & infrà. ¶Prouinciæ Senon̄. capitula cathedralium eccleſiarum ad nos querimoniā tranſmiſerunt, quòd archiepiſcopus Senon̄. & eius ſuffraganei, procuratores eorum † nuper ad prouinciale[c] cōcilium conuocatos, ad tractatum eorum admittere noluerunt: & infrà. ¶Viſum fuit nobis, & fratribus noſtris, vt capitula ipſa ad huiuſmodi cōcilia debeāt inuitari, & eorum nuncij ad tractatum admitti: maximè ſuper illis, quę ipſa capitula contingere[d] dignoſcuntur.

¶Glo. ſeq. reci. per q. alleg. pro, & contra, ponit opi. Hug. & Tanc. quam dicit tutiorem, ſed contrariam approbat.

a ¶*Salua conſtitutione canonica.*] 12.q.2. bonę rei. Ex hac litera videtur manifeſte, ꝙ epiſcopus poſſet dare quinquageſimam, vel centeſimam partem ſine conſenſu capituli: vt in prędicto c. bonæ rei. nō obſtante iuramēto de nō alienandis rebus eccleſiæ. j. de eccle. ædi. tua. & s̄. de iureiuran. intellecto. nemo enim poteſt epiſcopum accuſare de eo ꝙ templū Dei ædificat. 12.q.2. aurū. Itē quia ſufficit ſemel à iure fuiſſe cōceſſum: vnde non eſt vlterius neceſſe adire prætorē. ff. de condit. inſtit. quæ ſub conditione. §. vlti. Arg. contra. j. de dona. paſtoralis. & s̄. eo. c. proxi. 12.q.2. ſi epiſcopus. & s̄. eo. cum nos. H. & Tancr. cum eo dicunt, ꝙ etiam in hoc caſu requiritur conſenſus capituli: licet enim ei pmittatur à iure alienare cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis, requiri tamen debet conſenſus capituli. 12.q.2. ſine exceptione. Litera tamen iſta cōtradicit: Ioan. idem dicit ſuper illo cap. bonæ rei. illud quidem ſecurum eſt dicere, & expone hanc literam ſecundum ꝙ Tanc. exponit, id eſt, ſalua conſtitutione[*]: quia non derogatur per iſtud reſpōſum illi canoni, bonæ rei. nec dicitur ibi quod epiſcopus poſſet illam donationem facere ſine conſenſu canonicorum: ſed hęc litera contrarium innuit, & j. de donatio. Apoſtolicæ. vbi de hoc. & ita credo verum, & ſtatuendum, vt hic.

† Honorius tertius, hī in oībus antiquis.

† De his ꝓuincialib. cōcilijs vide concil. Triden. ſeſſio. 24. de refor. c. 2. & ſeſſione 25. de refor. c. 2. ad de Melchiorē Canū lib. 5. de locis Theolog. c. 4.

† Aaliàs, capitulorū.

b ¶*Quinquageſima.*] Imo quandoq; maiorem portionem, ſi multum abundat: de auctoritate tamen ſuperioris, quandoque non tantam, quandoque nihil, ſi grauatur eccleſia. j. de do. Apoſtolicæ. Io.

E*T ſi membra corporis.*] Prima pars ponit querelam. Secunda prouidet: ibi, *Viſum fuit.* Abbas Siculus.

CASVS. Statutum fuit in concilio generali, quod habetur j. de accuſationibus. ſicut olim. ꝙ metropolitani ſingulis annis debeant prouinciale concilium celebrare: & Archiepiſcopus Senonen̄. & ſuffraganei eius ad conciliū illud non recipiebant procuratores & nuncios cathedralium eccleſiarum: verumtamen capitula cathedralium eccleſiarum Senonen̄. prouincię depoſuerūt ſuper hoc coram domino Papa quæſtionē: Scribit dominus Papa archiepiſcopo & ſuffraganeis eius dicens, ꝙ capitula prædicta ad huiuſmodi concilia debeant inuitari, & eorum nuncij ad tractatum admitti, & præcipuè ſuper his quę contingunt ipſa capitula: & hæc eſt ratio: quia cum archiepiſcopus & epiſcopi ſint vnum corpus cū capitulis ſuis, & ipſi caput, ſine membris ſuis talia, vel alia facere non debent. Not. quod omnes tangit, ab omnibus debet tractari. Item non debet caput à membris recedere, nec membra à capite.

1 De reg. iuris quod omnes. lib. 6. in fin. Io. And.

2 De hoc articulo vide plenius hic per Ioannē And. Panormitanum, & alios. adde Bullā Iulii iij. añ ſeſſionē. 11. ī concil. Triden. & Turrecrematā in ſum. de eccle. libr. 3. c. 12. & ſeq.

c ¶*Prouinciale.*] De quo habes 18. diſtin. per totum. & j. de accuſa. ſicut olim. De concilio monachorum habetur j. de ſta. reg. in ſingulis. & c. ea quæ.

d ¶*Contingere.*] & merito: quia quod omnes tangit, ab omnibus debet cōprobari 1. 63. diſt. c. 1. & 66. diſt. c. 1. & 8.q.1. licet ergo. & s̄. de tempo. ordin. ſi archieps. vbi de hoc. & ff. de adop. nā ita. & ff. de mino. in cauſæ. §. cauſa. & l. etiā. §. vlti. & ff. de iure annu. aureo. diuus, & ff. de aqua plu. arcē. in cōcedēdo. & in Auth. vt ſpōnſal. lar. §. ad hoc quoq;. colla. 8. Laici 2 verò hmōi concilijs intereſſe nō debent, niſi ſpecialiter inuitentur. 68. diſt. Adrianus. in fi. Vel ēt niſi ſpecialiter tractaretur cauſa fidei. 96. diſt. verſi. nā. Vel niſi tractaretur de matrimonio: quia cum tales cauſæ eos tangant, poſſunt intereſſe. 35.q.5. ad ſedē.

DE HIS QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPITVLI.

¶Supra viſum eſt de his, quæ fiunt à prælato, & capitulo: ſed quia quædam pertinent ad capitulum tantum, in quibus peragendis ſæpe diſcordāt, & dubitari poſſet quid iuris, meritò ſubijcitur iſta rubrica.

De hac materia tractatur 16. diſt. c. vlt. 5. q. 2. hoc ius.

TITVLVS XI.

De his, quę fiunt à maiori parte capituli.

¶Ex concilio Lateranen̄. †

¶In vniuerſitatibus eccleſiaſticis præualet regulariter quod ſit à maiori parte, niſi minor pars rationabiliter contradicat, hoc dicit.

CAP. I.

CVm in cunctis eccleſijs quod pluribus[e], & ſanioribus fratribus viſum fuerit, incunctanter debeat obſeruari: graue nimis eſt, & reprehenſione digniſſimum, quòd per quaſdam eccleſias pauci quandoque non tam de ratione, quàm de propria voluntate ad † ordinationem eccleſiaſticā procedere non permittunt[f]. ¶Quocirca præſenti decreto ſtatuimus, vt niſi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter[g]

† Conciliū Latera. ſub Alex. iij. c. 16. & c. vnico. eo. ti. in 1. compil.

CVm.] Ordinatio maioris partis capituli, per contradictionem & appellationem minoris partis, nil rationabile opponentis, impediri non debet. Primò ponit factū reprehenſibile. Secundò prouidet per ſtatutum: ibi, *Quocirca.* Abbas Sicu.

CASVS. In quibuſdā eccleſijs minor pars clericorum non ſecundum rationem, ſed propria voluntate potius impediebant eccleſiaſticam ordinationem, quòd graue & dignum erat reprehēſione: cum in ordinationibus eccleſiarum ſemper debeat præualere quod à maiori & ſaniori parte capituli fuerit ordinatum: ideoque ſtatuit concilium Lateranen̄. vt niſi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabile obiectum fuerit & oſtenſum, appellatione remota præualeat, & ſuum conſequatur effectum quod à maiori parte capituli fuerit ordinatum: non obſtante ſi aliquis dicat ſe iuramento aſtrictum ad ſeruandum eccleſiæ ſuæ conſuetudinem: quia non ſunt dicenda iuramenta, ſed potius periuria, ſiue temeraria iuramenta, quæ in damnum eccleſiæ & contra ſanctorum Patrum veniunt inſtituta: & ſi aliquis conſuetudines, quæ nec ratione iuuantur, nec canonicis conſonant inſtitutis, iurare præſumpſerit: à perceptione Dominici corporis, donec pœnitentiam egerit, ſit penitus alienus. Nota, quòd in maiori & ſaniori parte capituli reſidet poteſtas capituli. Item vt contradictio minoris partis capituli valeat, duo ſunt neceſſaria ſcilicet quòd rationabile quid obijciatur, & probetur. Item iuramenta contra vtilitatem eccleſiaſticam præſtita, non iuramenta, ſed potius periuria, vel temeraria iuramenta, dici debent: & ideo non ſunt ſeruanda. Item ſi quis iurat ſeruare conſuetudinem eccleſiæ, non aſtringitur ad illicita: ſub tali enim iuramento nihil niſi licitum comprehenditur. Item qui conſuetudinem illicitum iurat ſeruare, donec egerit pœnitētiam, à perceptione corporis Chriſti debet abſtinere.

† Dictio, ad, deeſt in aliquot antiqs. in concilio vero aperti⁹ hęc continent ita: ordinationem multotiēs impediūt, & ordinationem eccleſiaſticā ꝓcedere, &c.

e ¶*Pluribus.*] 65. diſtin. cap. 1. 2. & 3. ſupra de electio. licet. 23. diſtin. in nomine Domini. 20. diſtin. de quibus. & ff. de re iud. duo ex tribus.

f ¶*Permittunt.*] appellando, & impediendo de facto.

¶Gloſſa ſequens arg. quòd non ſtatuti & c. alle. 5. iura. alleg. duo in contrarium, & ſoluit.

g ¶*Rationabiliter.*] Arg. quòd non ſtatur ſemper maiori parti, nec pluralitati, vt hic, & 31. diſtin. Nicæna. s̄. de electio. eccleſia; veſtra. ff. de ſerui. ruſt. prædi. per fundum. 12. diſtin. non liceat. & ff. de pact. maiorem. Arg. contra. 63. diſtin. plebs Diotren̄. Inſti. de ſatiſd. tuto. §. ſed ſi ex teſtamento. Sol. illud regulare eſt, vt ſemper ſtetur maiori parti, ſed maior pars eſt illa quæ maiori ratione, & pietate nititur. 9. diſtin. ſana quippe. 60. diſtinct. multi. in fin. & 4.q.3. cap. ſi teſtes. §. item iuriſiurandi. præſumitur pro pluralitate. 61. diſt. nullus. in fin. niſi contrarium probetur, vt hic patet: & 23. diſt. illud. & s̄. de electio. dudum. R.

a ¶*Oſtenſum.*] Ergo non ſufficit obijcere, niſi probetur. & hoc probabitur coram ſuperiore.ſ.de elect. venerabilem.
b ¶*Conſtitutum.*] Et ita capitulum poteſt conſtitutionem facere, dumtamen interſint omnes, quos conſtitutio tangit. De hoc not.ſ.de conſtitu.cum omnes. aliàs præſentes in præiudicium abſentiū nihil cōſtituere poſſunt, vt hic. Circa alia negotia ad minus duæ partes debent eſſe præſentes. ff. quòd cuiuſque vniuer.l.nulli. & l.plane.& ff.de decre.ab or. fa.l.3.T.

† vel.

† veſtram

c ¶*Iuramenta.*] ſic ſ. de iureiuran. ſicut noſtris. & ita ſi iuramenta ſint facta in genere 1 reſtringēda ſunt circa bona, & licitas conſuetudines.arg.ſ.de iureiur. quanto.& cap.ad noſtram 3. Si ſpecialiter iurant, ſtatim ſunt periuri. Ber.

† obſeruandam.

1 Vide Deciū in Rubrica C. q admitti. & Albericū tractat. de ſtat. par. 1. q. 5. vbi intelliges verã eſſe hãc gloſſam.

Q*Væſiuit.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

Casus. In eccleſia Claremonteñ. obſeruabatur, vt ſi aliquis parochianus penſionem debitam eccleſiæ non ſolueret, vel clericus aliquis delinqueret, aliqs de canonicis etiam minimus interdicebat eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi, & aliorum canonicorū, quæſiuit epiſcopus an hoc fieri deberet? Reſpondet Papa quòd interdictū in aliqua eccleſia poſitū ſine conſenſu epiſcopi, & fratrum ſuorum per aliquem de canonicis, obſeruare non debet, nec ſuſtinere vt ab alijs obſeruetur: Sed ſi aliquis deliquerit, ipſe puniat: quia peccata ſuos auctores tenere debēt: nec pœna debet vlterius protrahi, quam delictum fuerit in committente repertum.

† eccleſiaſticam.

† enim.

† Hæc penio dus aliter recitatur in concilio. pcita to loco, qđ omnino videas.

obiectum fuerit, & † oſtenſum [a], appellatione remota præualeat ſemper, & ſuum conſequatur effectum, quod, à maiori & ſaniori parte capituli fuerit conſtitutum [b]. Nec conſtitutionem noſtram † impediat, ſi fortè aliquis ad conſeruandam † eccleſiæ ſuæ conſuetudinem, ſe iuramento dicat aſtrictum: Non enim iuramenta [c], ſed potius periuria ſunt dicenda, quæ contra vtilitatem eccleſiæ †, & ſanctorum patrum veniunt inſtituta. ¶Si quis autem † huiuſmodi cōſuetudines, quæ † nec ratione iuuantur, nec ſacris congruunt inſtitutis, iurare præſumpſerit: donec dignam egerit pœnitentiam, à perceptione ſit Dominici corporis alienus.

¶Celeſtinus † tertius Claremōñ. † Epiſcopo.

¶*Canonicus non interdicit eccleſiam, ſed hoc facere debet epiſcopus cum capitulo.*

† Clemens iij.

† Claromon.

† Claramō.

† Claremoten.

† Cap.1.e. tit.in 2.cō pilatione.

CAP. II.

QVæſiuit †: & infra. ¶Super eo quòd eccleſiã [d] tuam quidā ex canonicis etiā minimus, quia penſio eccleſiæ debita non redditur, vel clericus aliquis, aut parochianus deliquit †, ſine tuo & aliorum canonicorum aſſenſu [e], interdicto ſupponunt †: & infrà. ¶Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quòd interdictum in aliqua eccleſia per aliquem, vel aliquos de canonicis tuis, ſine tuo & aliorum fratrum aſſenſu poſitum, obſeruare non debes, nec etiam ſuſtinere, vt ab alijs obſeruetur: & infrà. ¶Sed ſi quis in his deliquerit [f], eccleſiaſticæ correctioni ſubiaceat: cum peccata ſuos auctores † tenere debeant, nec pœna ſit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertū †.

† delinquit

† ſupponit

Nota, quòd excommunicatio & interdictum fieri debent de conſenſu epiſcopi capituli. Item ille qui peccat, ſolus puniri debet, & non illi qui non peccauerunt. Item pœna debet ſuos auctores tenere. Item pœna non debet excedere delictum.

d ¶*Eccleſiam tuam.*] id eſt, tuæ iuriſdictioni ſubiectam. ſimile. ſuprà. de aucto. & vſu pal.cap.1. & intelligitur hoc vbi canonicus non habet ius epiſcopale in ipſa eccleſia: aliàs ſi haberet, & ei denegaretur debita penſio, vel aliqua offenſa digna excommunicatione committeretur, bene ſupponeret eccleſiam interdicto 2: non negotio tamen honeſtius eſſe perſonas interdicere: non enim eccleſiæ delinquunt, ſed perſonæ, in Authen. de man. princ.§.oportet. colla.3. argu.j. de pœnis.licet.16.q.6.illud. h.d. Lau. ſed eccleſia propter delictum alicuius interdici non debet: ſed ille qui deliquit, puniatur: quia illi qui non peccauerunt, non debent puniri. niſi ille qui deliquit ſit dominus loci: quia tūc propter delictum eius terra ſupponitur interdicto.j.de ſpon.non eſt vobis. Ber.

2 De hoc articulo vide hic plenius p Hoſtię. & Io. And.

e ¶*Aſſenſu.*] Quia talis ſententia non tenet: cum lata ſit ab eo, qui non habet iuriſdictionem.2.q.1. in primis. C.ſi à non compe.iud.l.1.& ſ.de conſue.ad noſtram.T.

¶*Glo.ſeq.alleg.ſex concor.& alleg.duo iura, & dupliciter ſol.*

f ¶*Deliquerit.*] 16.q.6. cognouimus. & cap.illud. quia peccata ſuos proprios tenere debēt auctores 3, vt h. d.C.de pœn. ſancimus.C.ne vxor. pro ma. ob maritorū.11.quæſt.3. illud. & j.de ſentent.excommu. Romana.§.fin. [lib.6.] Sed contra videtur: quia perit iuſtus pro impio. de conſec. diſt.1. in ſancta.15.q.vlti.cum multæ. Sol. quod hic dicitur, locum habet in pœna 4 ſpirituali: quod dicitur in contrarijs, habet locum in pœna temporali, quę quandoque imponitur alteri pro peccato alterius: vt 1.queſtio.3.§.item pro peccato. Vel hoc regulare eſt, illa caſualia ſunt. Tanc.

3 Huc ſpectant non illepidi verſiculi: Auctores proprios ſua crimina iure tenebūt Pluſquam peccat nō vltra pęna trahatur.

4 De hoc vide latiſſimè per Alfonſum Caſtrum libr. 2. de iuſta hæret. punit.c.10.& 11.

E*X ore.*] In prima parte ponitur factum. In ſecunda deciſio: ibi, *Quia vero.* Abbas.

¶Innocentius tertius Auguſteñ. præpoſito.

¶*Communis ordinatio eccleſiæ, per contradictionem & appellationem eius, cuius non intereſt, impediri non debet. h.d. quo ad titulum.*

† actores.

† Vide l.ex facto §.Iulianus. ff.ad vulg. & pupil. facit l. reſcriptum cū ſi. ff. de his quib.vt ind.

CAP. III.

AD *aures*.] Ponit caſum literalem Ioannes And. in eo qui confiſus de prælato nulla interueniente ſcriptura recipit ſyluam ab eccleſia reducendam ad culturam: & quòd ea reducta concederetur ſibi in emphytheuſim: poſtmodum prælatus dubitauit ex quo res erat culta, an poſſet dari in emphyteuſim, & reſpondetur vt in litera Abbas. Diuiditur, quia in prima parte deciſe ponitur factum. In ſecunda ponitur prouiſio: ibi, *Illas*. In tertia exceptio. ibi, *Niſi*. Ioan. de Imo.

1 Vendicãs mancipiũ vi vel furto ſublatum, & diſtractũ, non habet neceſſe reſtituere pretium Io. And.

2 Aliàs actoris.

CASVS. Quidam de ſyluis eccleſiarum fecerunt terras arabiles, illas extirpando: quærebatur vtrum terræ illæ arabiles factæ, poſſent ſub annua penſione concedi hæreditario iuræ tenendæ illis, vel hæredibus eorum, qui labore ſuo illas extirpauerunt? & reſpõdet Papa, ꝙ bene poſſunt illis concedi: niſi forte poſſint alijs ad maiorem vtilitatẽ eccleſiæ conferri ſub eodem onere ac labore. Nota, quòd eccleſia vtilitatem ſuam ſemper facere debet, & res ſuas meliorare debet.

a ¶ *Hæreditario*.] id eſt, in emphytheuſim perpetuam. 10. q. 2. hoc ius. ver. perpetuo quoque. Tanc.

b ¶ *Niſi forte tunc*.] ſcilicet tempore contractus. ſimile. j̃. de empt. & ven. cum dilecti. & ſ̃. de ele. dudum 1. & ff. de euict. ex mile. §. 1. 3 & ſic ſpectatur initium contractus: & ſi tunc læditur eccleſia reſtituitur: aliàs ſi poſtea res fieret melior per ſolicitudinem colonorum, qui poſſeſſiones iſtas reddiderunt meliores, non expelluntur, ex quo in principio eccleſia decepta non fuit. C. loca. ædem quam. & l. legem quidem. C. de reſcin. ven. ad reſcindẽdam. ne diligentia ſua ſit eis damnoſa. C. de allu. l. vltim.

3 Si fundo vendito cuius pars euincit, vel decreuit, vel accreuit per alluuionẽ prioris ſtatus habebitur rõ, vnde re deteriorata non diminuitur, nec re aucta augetur euictionis quãtitas. Ioan. And.

VT *ſuper*.] Qui iurauit non alienare ea, quæ ſunt de menſa, ea de quibus dubitatur an ſint de menſa, alienare non debet. Abbas.

CAP. VII.

AD † aures: & infrà. ¶ Illas terras, quæ de ſyluis extirpatæ, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario [a] iure poteris cõcedere ſub annuo cenſu tenendas: à quibus ſuo, vel parentum ſuorum labore conſtiterit extirpatas: niſi forte tũc [b] alijs poſſint ad maiorem eccleſiæ vtilitatem cum eodem labore, & onere conferri.

¶ Celeſtinus iij. Rauẽ. Archiepiſcopo.

¶ *Iurans non alienare bona eccleſiæ non poteſt alienare ea quȩ ſunt de menſa, vel ea de quibus dubitatur an ſint de menſa. hoc dicit vſque ad §. poſſeſſiones. Abbas.*

CAP. VIII.

VT † ſuper aliqua: & infrà: ¶ Sanè quȩſiuiſti à nobis ſi poſſeſſiones [c], ſiue redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis prouenientes, quos prȩdeceſſor tuus quouſque diem clauſit extremum, ad manus ſuas tenuit, & in proprium vſum excepit [d] [vel expendit †,] nec alijs infeudauit, de menſa ſint archiepiſcopi intelligẽdi: & de eis, cum ex ſacramento [e] fidelitatis tenearis Apoſtolicȩ ſedi nihil alienare, cõtractus alienationis [f] cuiuslibet poſſit interuenire: Tuæ ergo inquiſitioni taliter reſpondemus, quòd ſiue intelligantur [g] de menſa, ſiue non [h], vt non alienentur, conſultius [i] æſtimamus †.

† exiſtimamus.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpilat.

¶ *Poſſeſſiones eccleſiȩ minus vtiles, pro vtilioribus, de conſenſu capituli poteſt epiſcopus permutare, vel alienare. hoc dicit.*

¶ Poſſeſſiones verò, quȩ eccleſiȩ tuȩ minus ſunt vtiles, pro alijs vtilioribus de fratrũ tuorum, & † ſanioris partis conſilio & aſſenſu [k], alienandi, ſeu commutandi liberam concedimus facultatem.

† vel.

¶ Idem Exoñ. Epiſcopo.

¶ *Canonicus prȩdium eccleſiȩ perpetuò locare non poteſt.*

CAP. IX.

AD † audientiam noſtram noueris perueniſſe, quòd quidam de canonicis Exoñ. eccleſiȩ, quȩdam prȩdia eiuſdem (inconſultis [l] alijs fratribus) in

CASVS. Archiepiſcopus Rauẽ. recepit quaſdam poſſeſſiones ſiue, redditus à rege, aut etiam aliunde, ex certis locis in recompenſationem decimarum ſubſtractarum: & redditus illos ſiue poſſeſſiones retinuit ad vſum ſuum, quouſque diem clauſit extremum: Quæſiuit ſucceſſor illius, vtrum redditus illi ſiue poſſeſſiones intelligantur ad menſam archiepiſcopi pertinere. Item cum ipſe archiepiſcopus teneatur iuramento fidelitatis, quod fecit Apoſtolicæ ſedi, ſcilicet nõ alienare, de nouo quæſiuit, vtrum de redditibus illis poſſit fieri contractus cuiuslibet alienationis? Reſpondet Papa ꝙ ſiue intelligantur de mẽſa archiepiſcopi, ſiue non, non debent alienari: concedit tamen Papa archiepiſcopo, vt ipſe de conſilio, & aſſenſu fratrum ſuorum, vel maioris partis, poſſit alienare poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ minus vtiles, vel commutare pro alijs vtilioribus habendis. Nota ꝙ archiepiſcopi & epiſcopi iuramento tenentur nõ alienare de nouo poſſeſſiones eccleſiæ. Item prȩlati eccleſiarum poſſeſſiones minus vtiles alienare, vel commutare poſſunt pro vtilioribus de conſenſu fratrũ ſuorum.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

Et vide Ancharanum conſi. 115.

c ¶ *Poſſeſſiones*.] Solẽt enim plerunque reges, poſſeſſiones & redditus certos dare eccleſijs loco decimarũ, & hoc ſatis poteſt fieri pro decimis ſubtractis, ſiue retentis, ſed pro futuris non videtur admittenda talis commutatio. j̃. de rerum permu. c. vlt. Ala.

d ¶ *Excepit*.] id eſt, recepit. ſi ſ̃. vt lit. non conte. quoniam. ſi 23. q. 5. non eſt noſtrum.

e ¶ *Sacramento*.] Nam quilibet epiſcopus, qui immediatè domino Papȩ ſubeſt, iurat ei fidelitatẽ, ꝙ non alienabit bona eccleſiæ, ne in feu. dabit de nouo. & idem iuramentum prȩſtant alij epiſcopi ſuis Metropolitanis.

f ¶ *Alienationis*.] large ſũpto vocabulo, ſiue trãsferatur dominium, ſiue nõ ſ̃. eo. nulli. & C. de re. eccl. non alie. ſancimus.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. vel obiectionem.*

g ¶ *Intelligantur*.] Ad quæſtionem primã non reſpondet forte ideo: quia non expreſſit quanto tempore tenuit, & vtrũ bona fide an mala fide, j̃. de ſpon. de muliere. Ala.

h ¶ *Siue non*.] præſumitur tamen eſſe de menſa archiepiſcopi cum ſit in poſſeſſione earum. C. de rei ven. l. vlt. Lau.

i ¶ *Conſultius*.] id eſt vtilius, qa certius. j̃. de ſpõ. iuuenis. Lau.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit dupliciter.*

k ¶ *Aſſenſu*.] 12. q. 2. terrulas. cõtra: Sol. hic vocat poſſeſſiões minus vtiles cõparationȩ magis vtiliũ: ibi vero min' vtiles dñr ſimpliciter, & abſolute. hic eſt neceſſarius cõſenſus capituli, ibi nõ. Vel exhoneſtate reqrit̃ in his, 4 nõ ex neceſſitate, vt ibi. B.

4 Concor. l. 2. & ibi Barto. C. de agri. & cẽſ. lib. 11.

AD *audientiam*.] Communis diuiſio. In prima narrat factũ, In ſecunda prouidet: ibi, *Ideoque*. Abbas.

CASVS. Quidam de canonicis Exoñ. eccleſiæ, quædam prȩdia ipſius eccleſiæ, alijs fratribus inconſultis, locauerunt in perpetuum in damnum eccleſiæ: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: vnde mandat Exoñ. epiſcopo, quatenus ſi eſt ita, locationes illas ſtudeat reuocare: ſi verò non poſſint reuocari, niſi pecunia inde recepta reſtituatur, compellat locatores ad pecuniam reſtituendam conductoribus. Not. quòd male alienata in damnum eccleſiæ, ſunt reuocanda. Item conductores habent actionem contra locatores ad pretium repetendum.

l ¶ *Inconſultis*.] Vnde cõtractus nullus. ſ̃. eo. c. 1. & 12. queſt. 2. ſine exceptione.

a ¶*Locationes reuocare.*] de facto, quia ipſo iure non tenuit contractus. ſ. de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capit. tua. arg. 24. quæſt. 1. audiuimus. ſicut aliàs exponitur. ſeparari, ideſt non fuerunt mixta bona paterna & materna. C. de leg. hære. l. 2.

¶*Gloſſ. ſeq. quærit & ſoluit.*

† Aliàs ita in damnū: eccleſiæ.

b ¶*Refundendam.*] Sed nunquid habent actionem de iure tales conductores contra locatores ad repetendum pecuniam? Sic, ſi fuerint bonæ fidei. 12. q. 2. Vulteranæ. ī Auth. ḋ re. eccle. non alie. §. ſi quis. coll. 2. ſi malæ fidei fuerint, non 16. q. 3. cap. placuit. §. poteſt. ver. vniuerſas. C. ne rei do. vel templo. l. vniuerſitas. 10. queſtio. 2. hoc ius. in fin. §. qui vero niſi ſibi de euictione ꝓſpexerint. C. de euic. ſi fundum. in caſu tamen ſpeciali malę fidei emptor agit ad pretiū. C. communia de leg. l. vlti. Lau.

† poterint. † poterunt

† actores.

† referēdā.

P*Oſſeſſiones.*] Sunt duo dicta. Secundum. ibi, *Aut.* Abbas Siculus.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cōpilatione. Et de materia vide Oldradum conſi. 262. & Cardin. conſi. 131.

Casvs. Quæſiuit archiepiſcopus iſte. vtrū poſſit alienare poſſeſſiones ad menſam ſuam, vel capituli pertinentes? Reſpondetur quòd non. Item quæſiuit, vtrum poſſet eccleſias in quibus monachi eſſe conſueuerunt, concedere clericis, vel laicis: & reſpondetur ꝙ non. Not. quòd epiſcopus poſſeſſiones ad menſam ſuam, vel capituli pertinentes, alienare non poteſt. Item eccleſiæ regulares amplius ſeculares eſſe nō debent, ſed reformari debent per homines eiuſdem religionis, quæ prius ibi fuerat.

† Vltien. † Vlticen. † Vlcien.

† Capit. 2. eo. tit. in 3. compilat. vide Hoſt. ī c. ſalubriter. & Ioā. And. in ca. cōqueſtus. ĵ. de vſur.

damnum eius † in perpetuum locauerunt. ¶ Ideoque mandamus, quatenus (ſi verum eſt quod aſſeritur) locationes illas legitimè reuocare [d] procures: ita quòd ſi eadem prædia non aliter reuocari potuerint †, eos quos noueris harum locationum auctores † ad ſuſceptam inde pecuniam cōductoribus refundendam [b], † appellatione remota, compellas.

¶ Inno. iii. Archiepiſcopo Montis regalis.

¶ *Poſſeßiones, quę ſunt de menſa, non poſſunt alienari: Et eccleſiæ conſuetæ regi per regulares, ſecularibus clericis conferri non debent. hoc dicit. Ioan. de Imola.*

CAP. X.

POſſeſſiones † ad menſam tuam, vel capituli pertinētes, alienare [c] non debes. Aut eccleſias, in quibus monachi [d] miniſtrare conſueuerunt, clericis, [e] vel laicis [f] aſſignare.

¶ Idem Epiſcopo Maurieſi. & Præpoſito Vlcoñ †

¶ *Reſtituitur eccleſia contra alienationem, per quam enormiter fuit lęſa h. d. ſecundum lecturam veriorem.*

CAP. XI.

AD † noſtram noueritis audientiā perueniſſe, quòd cum Tuſieñ. † monaſterium depreſſum eſſet onere maximo debitorum, Abbas & conuentus eiuſdē, villam quandā neceſſitate coacti, B. laico cōceſſerunt in feudum, tali conditione appoſita, quòd idem octoginta libras perſolueret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non diſtulit effectui mancipare: & infrà. ¶ Vnde humiliter ſupplicarunt, vt feudum prædictum faceremus ad vtilitatem monaſterij reuocari: præſertim cum idem laicus primo anno de ipſius prouentibus vltra ſummam perceperit prętaxatam, & per multos [g] poſtmodum annos ſumpſerit eius fructus: & infrà. ¶ Quocirca † mandamus, quatenus ſi prædictum monaſterium propter hoc inueneritis enorme [h] diſpendium incurriſſe, dictum laicum vt (pecunia, quam pro exoneratione feudi, ſeu etiam pro vtilitate ipſius monaſterij expendiſſe noſcitur, ab eiſdem Abbate, & cōuentu recepta, cum ſibi fructus percepti ſufficere [i] debeāt pro labore) pręfatum feudum eidem monaſterio dimittat liberum & quietum, appellatione poſtpoſita compellatis.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Alienatio rei eccleſiaſticę facta ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu, non tenet, licet approbetur per conſtitutionem laicorum.*

† Aliàs: Secuſien. vñ originē duxit Hoſtiē. & vocatur monaſterium Sancti iuſti. Aliàs: Cuſſien.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.*

c ¶*Alienare.*] ſ. eo. vt ſuper. Arg. contra. 12. q. 3. c. vlt. Solu. hic prohibetur perpetua alienatio poſſeſſionum: ibi conceditur ſpecialiter terrarum ad terminum: vel quod ibi dicitur, ꝙ poteſt alienare, intelligitur de cōſenſu capituli & ſi cā ſubeſt.

¶*Glo. ſeq. reci. per queſtionem, quid econuerſo.*

d ¶*Monachi.*] Econuerſo bene poſſunt ſeculares amoueri ab eccleſia aliqua, & in ea inſtitui regulares, ſi epiſcopi diœce. cōſenſus acceſſerit: dumtamen clericis alibi æquè prouideatur: ĵ. de eccleſijs ędificandis, ad audientiam 2. non tamen intelligas illud inuitis clericis faciendum: inuito enim vſufructuario non poteſt proprietarius deteriorem cauſam eius facere. etiam in meliorem ſtatū mutando. ff. de vſu & habita. l. vl. Lau.

e ¶*Clericis.*] quia quamdiu inueniri poſſunt regulares, nunquam ponendi ſunt ſeculares. ĵ. de reli. do. inter quatuor.

f ¶*Laicis.*] Hoc ideo dicit, quia poſtquam locus factus eſt religioſus, amplius ad ſeculares vſus redire non debet. & ſic de veſtimentis altaris, & lignis eccleſiarum. ĵ. de reli. do. ad hoc. & de conſec. diſ. 1. ligna. & c. altaris.

A*D noſtram.*] Primò ponitur petitio. Secundò cauſæ commiſſio: ibi, *Quocirca.* Abbas.

Casvs. Monaſterium Tuſien. grauatum erat onere maximò debitorum, propter quod abbas & conuentus eiuſdem tali neceſſitate ducti, quandam villam ſuam conceſſerunt in feudum cuidam laico, tali conditione appoſita, quòd idem laicus ſolueret octoginta libras, pro quibus villa ipſa erat obligata: quod ipſe non diſtulit effectui mancipare: videntes monachi, quòd monaſterium ex tali contractu enormiter eſſet læſum. ſupplicarunt humiliter domino Papæ, vt feudum ipſum faceret ad monaſterium reuocari, cum idem laicus primo anno de redditibus ipſius feudi vltra ſummam percepit quā perſoluit, & poſtmodum etiam per plures annos percepit fructus eius: vnde mandat Papa quibuſdam, quatenus ſi prędictū monaſteriū propter hoc inuenerint enorme diſpēdium incurriſſe, compellāt dictum laicum, vt prædictum feudum liberum, & quietum dimittat monaſterio prædicto, recepta prius pecunia à monachis, quā pro vtilitate monaſterij pro prædicto feudo dicitur expendiſſe, cum fructus percepti ſibi debeant ſufficere pro labore. Not. quòd cum eccleſia enormiter læditur in aliquo contractu debet reſtitui.

† Vel Cuſſin. in antiquioribus.

† De intellectu huius textus vid̄ latiſſime ꝑ Couarruia lib. 1. vari. reſol. ca. 3. & Ferdinādum Vaſquium lib. 3. cōtroue. vſu frequētium. c. 71.

1 Nam duo dicuntur multi. Inſt. de iure perſo. in fi. Io. Andr.

† Lateranēſe conciliū generale ſub Innoc. iij. c. 44.

¶*Gloſſ. ſeq. reci. per obiect. & ſolutionem.*

g ¶*Per multos.*] forte per duos, vel per tres 1 quia pluralis locutio duorum numero contenta eſt. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. vbi numerus. hoc ideo dicit: qa poſt quadriennium nō ſubuenitur eccleſiæ per beneficium reſtitutionis. C. de tempo. in integr. reſtit. l. vlti.

¶*Gloſſ. ſeq. quęrit, & ſoluit diſtinguendo. in fine ponit opi.*

h ¶*Enorme.*] hoc ideo dicit, quia pro leui dāno non datur reſtitutio. ff. de re. inte. ſcio. & ſuprà. de in integr. reſtit. cap. 1. Sed nunquid in hoc caſu cum læditur enormiter, ſubuenitur ei per beneficium reſtitutionis, vel ipſo iure tuta eſt 2? Dico quòd ex quo conſenſus capituli affuit, & ideo credebant vtiliter contrahere, tenuit contractus, licet læſa ſit eccleſiā. ĵ. de emptio. & venditio. cum dilect. & 12. quæſt. 2. ſine. ſed poteſt reſtitui ſi læſa ſit enormiter. ſ. de in integrum reſtitutio. c. 1. ſed ſi decepta eſſet vltra dimidiam partem iuſti pretij, ſubuenitur ei iure communi, & etiā cuilibet. C. de reſcindenda venditione. l. 2. & ĵ. de emptio. & venditio. cum dilecti. & cap. cum cauſam. ſecūdum hoc vſque ad legitimam præſcriptionem poteſt agere †, licet quidam dicant quòd in hoc caſu agendum ſit iudicis offi. Io.

2 De hac q̄ſtione vide per doctores in l. 1. C. de filio fami. & in l. fi. ff. de tutor. vel cura.

† Vſq; ad 30. annos à die alienationis, ſeu læſionis, & tunc ciuile eſt beneficij reſtitutio cum imploratur ob lęſionē vltra dimidiā dictoq; tēpore durat, Bal in d. l. ij. C. de reſcin. ven Maranta ḋ ordi. iud. in 6. par. ſecūdo actu vl. par. c. ḋ appela. nu. 82 Ber. Diaz. in ſuiș reg. in ver. reſtitutio. 8. fal len. Io. Frāciſcus Pellicerius.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

i ¶*Sufficere.*] Sed non videť ꝙ ille debeat lucrari fructus ꝑceptos ſ. id qđ ipſe dedit eccleſiæ: nā cum aliquis reſtituitur, oīa debent reſtitui in priſtinum ſtatum, vt neutra pars ſit in damno vel in lucro. C. de repu. l. 1. ff. de minori. ꝙ ſi minor, §. reſtitutio. Sed hoc eſt ꝑꝑ laborem ſuum, vt hic dicit. non enim omnino emptor damno officiendus eſt: vt l. prædicta, ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. Item ꝙ bona fide percepit. 3 ff. de acq. re. do. bonæ fidei. ĵ. de feudis. c. 1. arg. 12. q. 2. Vulteranæ. Ioan. & ſi vellet petere laboris mercedem, neceſſe haberet reſtituere fructus, qui excederent labores. ff. de rei vend. ſumptus. Lauren. Et ſic eſt argu. quòd nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare. & de labore ſuo mercedem quis recipere debet. 12. q. 2. charitatem. & c. eccleſiaſticis. & 12. q. 2. precariæ.

3 Et vt vaſallus, qui ex vtili dominio & bona fide faciebat fructꝰ ſuos: nec eſt vis ſecundum Inn. an nō tenuerit cōtractꝰs ꝑꝑ defectū ſolemnitatis an tenuerit ſed propter læſionem datur reſtitutio. Ioan. And.

Cum

CVm laicis.] Alienationes de feudis: vel alijs rebus eccleſiæ non tenent, etiam ſi per conſtitutiones laicorum approbẽtur. h.d. vel aliter, & ſic vt in rubro. Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Volentes*. Abb. Siculus.

CASVS. Laici quantumcunque religioſi ſint, non habent aliquam poteſtatem diſponendi de rebus eccleſiæ: ſed ſi in contrarium faciunt, immunitatẽ eccleſiaſticæ libertatis impugnãt ſuis cõſtitutionibus, imo potius deſtitutionibus, vſurpando iuriſdictionẽ eccleſiæ: & etiam de ſpiritualibus illicitè præſumendo: volẽs concilium huiuſmodi grauaminibus obuiare, oẽs cõſtitutiones & alia omnia, quæ faciunt in præiudicium eccleſiarum, decernit concilium penitus non tenere. Not. ꝙ laici in præiudicium eccleſiæ nihil ſtatuere poſſunt: & ſi qua in cõtrarium faciunt, non tenent: & ſic iſtam conſtitutionem inducas contra eos.

† Cap. vni. eo eo. ti. in 4. compil.

† facultas.

† iſtis.

† Vide Abbatem cõſi. 16. icip. quidam officiales. in 1. volumi. & Romanum ſing. 254. incip. Reuerendus Dominus.

† Iuriſdi-nis.

CAP. XII.

CVm † laicis [a], quamuis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiæ nulla ſit attributa poteſtas †, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi: dolemus in quibuſdam ex illis † ſic refrigeſcere charitatem, quòd immunitatẽ eccleſiaſticæ libertatis, quã non tantum ſancti patres, ſed etiam principes [b] ſeculares priuilegijs multis minuerunt, nõ formidant ſuis conſtitutionibus, vel potius deſtitutionibus impugnare non ſolum de alienatione [c] feudorum, ac aliarũ poſſeſſionum eccleſiarum, & vſurpatione iuriſdictionũ, ſed etiam de mortuarijs †, necnon & alijs, quę iuri ſpirituali annexa [d] videntur, illicitè præſumẽdo. ¶ Volentes igitur ſuper his indemnitatibus conſulere eccleſiarum, ac tantis grauaminibus prouidere, conſtitutiones, & venditiones huiuſmodi feudorum, ſeu aliorum bonorum eccleſiaſticorũ, ſine legitimo perſonarum eccleſiaſticarũ aſſenſu [e] præſumptas, occaſione cõſtitutionis laicæ poteſtatis: (cum non conſtitutio, ſed deſtitutio, vel deſtructio dici poſſit, necnon vſurpatio iuriſdictionum †) ſacri approbatione cõcilij decernimus nõ tenere, præſumptoribus per cẽſuram eccleſiaſticam cõpellendis [f].

a ¶ *Cum laicis*.] 96. di ſtin. bene quidem. & ſ. de conſtitu. eccleſia. & 16. q. vlt. laicis. & c. non placuit.

Glo. ſeq. arg. allegat contrarium.

b ¶ *Principes*.] Not. arg. ꝙ laici principes poſſunt dare eccleſijs priuilegium. 16. q. 1. generaliter. & 27. diſt. §. hinc etiam. ĩ. de immu. eccle. non minus. arg. imo, vt videtur, poſſunt dare priuilegium libertatis. 65. diſt. in ſynodo. & melius c. Aghathoſa. arg. ſ. de in integ. reſti. auditis, arg. contra. 10. q. 1. nouerint. Ioan.

c ¶ *Alienatione*.] ſ. de conſti. quæ in eccleſiarum.

d ¶ *Annexa*.] vt ius patronatus. ſ. de iud. quanto.

e ¶ *Aſſenſu*.] ſ. eo. c. 1. & 12. q. 2. ſine exceptione.

f ¶ *Compellendis*.] 1 Imo ſunt ipſo iure excommunicati: vt ĩ. de ſent. excom. nouerit.

1 Hãc gloſſulam non inuenio in vetuſtiorib[9] nec credo Bernardi eſſe.

DE PRECARIIS.

¶ *Suprà viſum eſt de contractibus, p quos transfertur dominiũ, reſtabat videre de contractib. per quos transfertur vtilitas rei duntaxat. Vel ſic: Quia precariæ ſunt quædam ſpecies alienationũ, ideo poſt titul. præcedentem ſubijcitur hic titulus Abbas.*

De hac materia habetur 10. quæſt. 2. precarię. 12. q. 2. præcariæ 16. q. 3. clerici. & cap. ſequen.

PRecarię.] Poteſt ſummari: Precarię conceſſe de rebus eccleſię debent ſecũdũ antiquã cõſuetudinẽ de quinquẽnio in quinquenniũ renouari. Et habetur iſtud capitulum & ſequens pro palea. 12. quę. 2. cap. precariæ. & ſequen. ſecundum Io. de Imol.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ precarię de quinquennio in quinquennium ſunt renouandę. Not. ꝙ precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguit precarium à precaria: & precarię ponit triplicem ſpeciem.*

g ¶ *Precariæ*.] Precarium eſt quod precibus petenti vtendũ cõceditur: ꝙdiu quãdiu is qui cõceſſit patitur. ff. de preca. l. 1. ĩ. eod. c. fi. Precaria dicitur ad preces aliquorũ vſque ad quinquenniũ contractus initus: vt hic. Item dicitur precaria ad pces facta donatio vſque ad mortem accipientis. 12. q. 2. ſępe. 16. q. 3. clerici. Item precaria dicitur contractus ad præces factus vſque ad mortem accipientis: cuius contractus naturalis eſt, quæ habetur 10. q. 2. precariæ. & ĩ. eo. c. vlti. qui contractus innominatus eſt.

h ¶ *In quinquennium*.] Quid ſi elapſo quinquennio cum taciturnitate ptereat? itelligit cõtractus innouari. ff. de pca. in rebus. §. vlt. C. loca. l. legẽ quidem. arg. 12. q. 2. lõginquitate. Lau.

i ¶ *Renouentur*.] 2 ne longitudine temporis pereat memoria contractus.

2 Hæc gloſſula nec ẽ Bernardi, nec habet in antiquis codicibus.

TITVLVS XIIII.

De precarijs.

¶ Ex concilio apud Beluacum. †

¶ *Breue eſt, nec poteſt breuius ſummari.*

† Beluacẽ † Burchardus lib. 3. c. 169. Iuo p. 3. c. 230. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpilatio. vide concilium Meldẽſe. c. 17. 21. & 22.

CAP. I.

PRecariæ [g] de quinquennio in quinquenniũ, [h] ſecundum auctoritatem, & antiquam conſuetudinem renouentur. [i]

DE precarijs.] Primò præmittit factũ Secundò prouidet: ibi, *Præcipimus*. Abbas.

CASVS. Quidam prælati eccleſiarum faciebant precarias in damnum eccleſiarũ, obligãdo ſe & ſuos ſucceſſores ſub certa pœna ſtatuit cõcilium Carthag. vt nullus ſucceſſor ſit obligatus in pœna ſui anteceſſoris: ſed ſi anteceſſor res eccleſiæ irrationabiliter diſtraxit, ad ius eccleſiæ debeat reuocare. Not. ꝙ vbi contractus non tenet, nec pęna ſuper hoc appoſita. Item ſucceſſor non obligatur ex contractu habito in damnum eccleſiæ facto ab anteceſſore. Itẽ ſucceſſor malè alienata reuocare dẽt ad ius eccleſię.

¶ Ex concilio Carthaginenſi †

¶ *Reuocat ſucceſſor precariam per prędeceſſorẽ irrationabiliter factã.*

† Antonius Auguſtin[9] in notis antiquæ collectionis eo. tit. c. 2. ait ſe non inueniſſe ĩ conciliis hoc caput, ſed extat, inquit cõſtitutio Lotharij totidem verbis li. 3. tit. 8. c. 1. legũ Longob. ĩ alijs eſt tit. 10. quãdo liceat rectoribus eccleſiarum acta anteceſſorum ſuorum reſcindere.

CAP. II.

DE precarijs [k] irrationabiliter factis à rectoribus eccleſiarum, ſe ſuoſque ſucceſſores pœna [l] graui obligãtibus, vt facta ipſorum diſſoluere nequeant: Præcipimus, vt nemo ſucceſſor anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus: ſed ſuæ prouidẽtiæ ſit cõceſſũ, vt ſi anteceſſor eius res eccleſiæ irrationabiliter diſtribuit, ab eo [m] ad ius eiuſdem eccleſiæ reuocentur.

k ¶ *De precarijs*.] Præcaria hic accipitur pro contractu, de quo, vel quibus fit mẽtio in notula prædicti capituli.

¶ *Glo. ſeq. alleg. dictum ponit. alleg. contrarium.*

l ¶ *Pœna*.] Promiſſa ſuper contractu irrationabiliter habito. in hoc enim caſu loquitur capitulum: cum enim cõtractus non valeat, 3, nec pœna ei appoſita. C. de legi. non dubiũ. ſ. de foro cõpetẽ. ſi diligenti. 15. q. 6. c. 1. & 2. C. de cond. ob tur. cauſam da. l. 1. ſed ſi conſractus rõnabiliter habitus eſt, valet pœnæ adiectio. arg. ſ. de arbi. dilecti. tamen ſi eccleſia non agnouit contractum, ſoluere nõ tenetur. ff. de pig. act. ſi pignore §. vltimo. ff. de euict. illud. §. vlti. arg. cõtra. ff. de iure fiſci. ſi procurator Cæſaris. Ala.

m ¶ *Ab eo*.] etiam ab eo qui alienauit, ſi toleratur. ſ. de reb. eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. ira ſucceſſor poteſt reuocare quod prædeceſſor illicitè fecit. 35. q. 9. quod quis.

† Vide l. 1. & ibi gloſ. & Bart. ff. eod. tit.

3 Ipſo iure vel ex quo per ſententiam reuocatur principale, ergo & acceſſorium, ſecũdũ Inn. & Hoſt. alleg. eadem iura Ioan. And.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Conceſſio prçcarij extinguitur voluntate concedentis, aut ei ſuccedentis: precariæ autem conceſſio non.*

CAP. III.

PRecarium [n] † vtendum cõceditur, quamdiu patitur

PRecarium.] Sũt duæ partes, ꝗ patet. Sedã ibi, *Porro*. Abbas.

CASVS. Rogaſti me vt rẽ meã concederem tibi ad vtẽdũ: ego pcibus tuis conceſſi tibi rem illam precario: volui poſtea reuocare iſtud precariũ: tu nolebas mihi reſtituere, quæritur vtrum ego poſſim reuocare cum mihi placuerit? Reſpondetur ꝙ bene poſſum illud reuocare qñcunq; mihi placuerit. Item ſoluitur precarium mortuo illo, cui conceſſum fuit, ſed non ſoluitur illo mortuo qui conceſſit. Item ſoluitur precarium ſi ille qui conceſſit precarium alienauerit: quia per talem conuentionem rem alienam inuito dño poſſideri non licet. Secundò dicitur, ꝙ precariæ, quæ aliquando fiunt de poſſeſſionibus eccleſiarum, non debent reuocari pro voluntate cõcedentium. Nota quòd precarium reuocatur pro voluntate concedentis. Item contractus, qui precariæ nominantur, non poſſunt reuocari ad voluntatem concedentium: & ita differentia eſt inter precarium, & precarias.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per modum ſummæ, quid ſit precarium, quãtum duret, & c. vt notata è regione demonſtrant.*

n ¶ *Precarium*.] Eſt autem precarium, vt dictum eſt in ca. 1.

quod

qui conceſſit: ſoluitur [a] quoque obitu eius, cui cōceſſum eſt, non † etiam concedentis: aut cum ipſum alienari contingit alicui hoc reuocare volenti: quia per conuentionē [b] huiuſmodi, non licet rem alienam inuito domino poſſideri. ¶Porrò precariæ [c], quæ quādoque de eccleſiarum poſſeſſionibus fieri ſolent, non ſunt pro voluntate concedentium reuocandæ†.

quod precibus ad vtendum datur, & tamdiu durat quamdiu patitur qui conceſſit: vt hic: & ff. co. l. 1. & eſt ſimile commodato: qui enim commodat rem ſuam, ſic commodat vt non faciat eam accipientis, ſed vt permittat ei vti re commodata. & ſicut reuocatur precarium, ita commodatum: vt ff. eo. l. 1. ſed diſtant in hoc, quòd commodatū nō reuocatur intēpeſtiuè. ff. commoda. in cōmodato. §. ſicut. niſi poſt vſum completum. j. tit. proxi. c. vnico. §. 1. Precarium verò quandocunque reuocatur, etiā ſi ad certum tempus ſit conceſſum. ff. eod. cum precario. Conſiſtit aūt precarium tā in re mobili quam immobili, & in ſeruitutibus: vt ſi me rogaueris, vt p fundum meum ire vel agere tibi liceat, vel vt in tectum meum, vel in aream ædium mearum tignum, vel ſtillicidiū immiſſum habeas. ff. e. l. 2. §. vlt. & l. 3. & 4. in prin. Item in re propria non conſiſtit precarium. ff. eod. l. 4. §. item ſi rem. niſi cum debitor pignus rogat precario à creditore poſſidere. ff. eod. ſi debitor. ratione poſſeſſionis, & non proprietatis. ff. eo. certe. §. vlt. Item tam ille qui concedit precarium, quàm qui rogat, poſſidet: vnus ciuiliter, & alter naturaliter. ff. eo. & hēt. §. pen. ſed duo inſolidū precario poſſidere non pn̄t. ff. eod. duo. & reſtitui debet precarium in priſtinam cauſam, aliàs condemnabitur in tantum quanti interfuerit actoris. ff. eo. quæſitum. §. ex hoc interdicto. & precarium conſtituitur inter præſentes & abſentes, & per epiſtolam. ff. eod. precario. Item ſi precario durante prorogatur in vlterius tempus, non mutat cauſam poſſeſſionis. ff. eo. ſed ſi manente. vnde non dicitur precarium nouum.

† Hoſtienſis legēdū, ſeu corrigēdū hic admonet ita. ſed non cōcedentis.

Precariū in qbus rebus conſiſtit. Precariū qualiter finitur.

† Vide l. creditores & quodibi no. Bar. C. de pigno.

ADDITIO. Item qui precario rogat, dolum & culpam dolo proximam præſtat. ff. eo. quæſitum. §. & illud.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

a ¶*Soluitur.*] Obitu eius, cui conceditur precarium, finitur, & non concedentis. imo ad hęredem eius qui conceſſit, tranſit. ff. eo. cum precario. §. precarij. & l. quæſitum. §. quod à Titio. quia ipſi, non hæredi recipientis conceditur, vt ibi dicitur, & hic idem dicitur. Item finitur ſi concedens precarium rem alienauerit, niſi de voluntate noui domini res eadem permaneat penes eundem. ff. eo. quæſitum. §. quòd à Titio. & §. illud. Item ſoluitur precarium pignoris debitore ſoluente pecuniā creditori. ff. eo. ſi debitor. argu. contra. ff. loca. l. 4. 1 ibi finitur precarium morte concedentis. Sed hoc ideo eſt: quia ille qui conceſſit precarium, hoc voluit, & expreſſit voluntatem concedendo precarium, & ideo finitur per mortem ipſius: ſed hic, & ff. de precarijs. l. cum precario. §. 1. ſimpliciter conceſſum fuit precarium ſine temporis præfinitione, & ideo non finitur per mortem concedentis. Ber.

1 Locatio vel pcarij datio, quā feciſti do. nec voles morte tua finitur. Io. And.

b ¶*Per conuentionem.*] Et ſi ad certum tempus precarium conceſſum ſit, nihilominus ante tempus illud poterit reuocare. ff. eod. cum precario. vbi ſunt hæc verba, quòd non licet rē alienam, &c. & culpam non pręſtat, ſed dolum tantum, & etiā culpam, ſi dolo ſit proxima. ff. eodem. quæſitum. §. illud. Bernardus.

c ¶*Precariæ.*] In alia ſignificatione accipitur hic hoc nomen, precariæ. pro contractu ſcilicet de poſſeſſionibus eccleſiarum, de quo habes ſuprà. eod. tit. cap. 1. & 2. & 10. q. 2. hoc ius, ad fi. & cap. precariæ. nec poteſt reuocari ante conſtitutum tempus, vt hic, niſi irrationabiliter ſit factus talis contractus. ſuprà eod. cap. 2. & ita aliud precarium eſt, & aliud precariæ, ſiue precaria. Bernar.

ADDITIO. Vnde Hoſtien. dat tales verſus.

Riæ, ria, rium, tria ſunt quibus eſt caput vnum.
Riæ ſunt ſolitæ poſt ſingula luſtra renaſci.
Ria fit ad mortem, nec citra vult reuocari:
Rium finitur tunc quando vult ſuus auctor.

TITVLVS XV.

De commodato.

¶Idem Gregorius nonus.

DE COMMODATO.

¶*Viſum eſt de contractu, qui fit gratia recipientis tantum, meritò ſubijcitur rubrica de contractu ſibi ſimili: nam communiter commodatum fit gratia recipientis tantum, licet quandoque fiat gratia concedentis, vel vtriuſque. Abbas Siculus.*

De hac materia habetur 1. diſtinctio. ius naturale.

¶*Commodatarius gratia ſui tenetur etiam de leuiſſima culpa, non de caſu, niſi in tribus caſibus hic poſitis. Et commodatum ante vſum completum non reuocatur.*

CAP. I.

Cum † gratia ſui tantū qs cōmodatū [d] accepit, de leuiſſima [e] ēt culpa tenetur: Licet caſus fortuitus (niſi acciderit culpa ſua, vel interuenerit pactū, ſeu in mora fuiſſet) ſibi non debeat imputari. ¶Cōtra eum quoque rectè commo

Cum gratia.] Habet duo dicta. Secūdum: ibi, *Contra.* Primum ſubdiuiditur. Nam primò ponit vnum dictum. Secundò aliud, à quo tres caſus, excipit: ibi, *Licet.* Secundum ſubdiuiditur: nam primò ponit dictum. Secundò ponit rationem: ibi, *Cum non decipi.* Abbas. CASVS. Commodaui tibi equum meum, vel etiam rem aliam, res iſta deteriorata eſt: quærebatur, vtrum tenearis mihi ſuper hoc? Reſpondet Papa, cum aliquis recepit commodatum gratia ſui tantum propter propriam vtilitatem procurandam, tenetur non ſolum de culpa lata & leui, ſed etiam de leuiſſima: verumtamen de caſu fortuito non tenetur, niſi per culpam ſuam caſus ille acciderit, vel niſi pactum interuenerit, quòd de certo caſu & expreſſo in pacto teneretur, vel niſi fuerit in mora in reſtituendo commodatum. Secundò quęrebatur, vtrum commodatum poſſit repeti ante vſum expletum, ad quem res fuit commodata: & dicitur, ꝙ contra illum qui rem commodatam accepit, commodati agi non poteſt ante vſum completum: quia non decipi beneficio nos oportet, ſed iuuari, quòd eſſet ſi ante finitum vſum cōmodatum reuocaretur. No. ꝙ in commodato venit leuiſſima culpa. Item de caſu fortuito quis non tenetur, niſi in in caſibus, qui hic continentur: ſ. ſi per culpam ſuam caſus ille acciderit vel pactum interuenerit de certo caſu, vel fuerit in mora in reſtituendo commodatum. Item intempeſtiue commodatum non reuocatur. Item beneficio decipi non debemus, ſed iuuari.

† Vide textū in §. itē is, cui res. Inſti. qbus modis re cōtrahitur obli. & ibi latiſſime p Aretinū & Doctores. Et q̃d de cōmodato lege diuina cauetur vide ī Exodo c. 22. refert in c. 1. & 2 ī 1. cōpil. eo. ti. ꝙ Raymūdus omiſit.

¶*Gloſſa ſequens recitat per modum ſummæ, quid ſit commodatum, vnde dicatur, &c.*

d ¶*Commodatum.*] Eſt autem commodatum 2 alicuius rei ad aliquem ſpecialem vſum gratuito facta conceſſio, & non tranſlatio. & ideo dicitur, facta conceſſio: & non tranſlatio: quia is qui commodat, dominium retinet & poſſeſſionem. ff. eo. l. rei commodatæ. Et dicitur commodatum quaſi vtentis commodo datum. & ideo dicitur gratuito: quia ſi interueniat merces. tranſit in locationem, vel in contractum innominatū: do, vt des: facio, vt facias. Inſtit. manda. §. vlt. Ad aliquē vſum ideo dixi, vt notetur differentia inter precarium, & commodatum. Precarium enim conceditur ſine præfinitione certi vſus: vnde quandocunque pōt reuocari precariū. ff. de preca. cū precario. & s̃. ti. prox. c. vlt. ſicut & depoſitū. j. tit. pxi. bona fides. Cōmodatum aūt ad certū vſum cōceditur: quia ſtatim ſubijcitur vſus ad quem res commodatur: vt ſi commodem equum tibi vt ad villam duceres, & tu duxiſti ad bellum tenebris: quia ad alium vſum duxiſti, quàm dixiſti. ff. eod. ſi vt certo. §. ſed interdum. Et conſiſtit commodatum in rebus mobilibus, & ſe mouentibus, & immobilibus, & incorporalibus, puta ſeruitute habitandi. ff. eodem. l. 1. quia ibi dicit commodari rem mobilem, & etiam ſoli. & adiecit. Iulianus etiam habitationem poſſe commodari, & in eiſdem rebus conſiſtit precarium: vt dixi. ſuprà tit. proxim. cap. vlti. Sed quod vſu conſumitur, non commodatur, niſi ad ponpam, vt ditior appareat. ff. eo. l. 3. §. vlt. & l. ſeq. & qui poteſt obligare, poteſt commodare, & ei commodari. vnde pupillus non eſt obligatus, ſed alius ei obligatur. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. §. ante pen. Ber.

2 De materia textus, & harum gloſſarū vide plene p Antonium Gomeziū tomo 2. varia. reſol. c. 7. de cōmodato & de poſito.

¶ *Gloſſ. ſeq. dicit ad quid teneatur commodatarius, & quomodo reſtitui debet commodatum: & caſum quomodo tenetur commodans commodatario.*

e ¶*De leuiſſima.*] Cum enim gratia ſui tm̄ quis cōmodatum accepit, tenetur de dolo, & lata culpa, leui & leuiſſima, vt hic dicit. quia exactam diligentiam qualem in rebus ſuis adhibere debet. ff. eo. in rebus. imo non ſufficit talem adhibere

dati non agitur, niſi poſt [a] vſum expletum, cuius gratia res fuerat commodata: Cum non decipi [b] beneficio nos oporteat, ſed iuuari.

TITVLVS XVI. De depoſito.

¶Alexander iij. London. † Epiſcopo.

¶Ex depoſito facto apud clericum eccleſie non tenetur eccleſia: niſi in vtilitatem eccleſię ſit verſum.

CAP. I.

GRauis † illa querimonia vſq; ad nos ſup depoſito tuo tibi hactenus denegato peruenit: & infrà. ¶Cū enim non conſtet pecuniam tuam, quam ille vir Belial furatus eſt in eccleſiæ vtilitatem [c] cōuerſam: non debemus de iure, contra canonicos eiuſdem

qualem in ſuis rebus, ſi tamen alius diligentior cuſtodire potuit. ff. de actio. & obli. l. 1. §. is quoque cui. & dolum & culpā ff. eod. ſi vt certo. §. commodatum. Si vero gratia dantis 1 tātum commodatum detur: tunc venit dolus, & lata culpa, ff. eo. ſi vt certo. §. interdum. & l. ſi mei cauſa. ff. de actio. & oblig. l. 1. §. is quoque apud quē. Si verò gratia vtriuſque, tunc præſtat dolum & latā culpam. ff. eo. in rebus. 1. reſpōſo, ad finē. & l. ſi vt certo. §. nūc videndum. ad fi. Caſus vero fortuiti, q̃ prẹuideri non poſſunt, non veniunt. C. eo. l. 1. & ff. eod. in rebus. & ff. de act. & oblig. l. 1. §. is quoque cui. j̃. de homi. Ioannes. & cap. vlt. niſi iſta tria aliud inducant culpa, pactum, vel mora, vt in prædicto. §. is quoque cui. in fi. & l. in rebus. & ff. de reg. iu. cōtractus. & hic, & j̃. tit. prox. c. 2. C. eo. l. 1. Culpa poteſt imputari, ſi rem ſibi commodatam remiſerit mihi per non idoneā 2 perſonam. ff. eo. qui nō tam idoneā. ſecus ſi per idoneā perſonam, licet contrariū euenerit. ff. eo. argentū. & j̃. de pig. c. ſignificante. Item ex pacto prẹſtātur caſus fortuiti: vt hic dicit. & C. commo. l. 1. ita quod caſus fortuiti connumerentur ſpecialiter: vt ff. ſi quis cautio. ſed & ſi. §. quæſitum. Et mora imputatur, puta ſi moram fecit in reſtituendo. j̃. titu. proxi. bona fides. & intelligendum eſt etiam ſi apud commodantem res fuiſſet eodem modo peritura. ff. de lega. 1. l. cum res. §. vlti. & in Authen. de depoſito, & denun. inquilinorum. 1. reſpon. ad fi. coll. 6. Et commodatum reſtitui debet ad priſtinam cauſam. ff. eod. ſed mihi. §. 1. aliàs quanti intereſt eius condemnatur, vt ibi dicitur. Ber.

a ¶[*Poſt vſum.*] ff. eo. in commodato. §. ſicut. ſed in precario contrarium eſt, s̃. titu. proxi. cap. vlt. & ff. de preca. cum precario. Item qui commodauit vaſa vitioſa, tenetur contraria actione pro vino effuſo, ignorans tamen excuſatur. ff. eo. in rebus. §. poſſunt. & §. item qui ſciens. & l. penult. Bernar.

b ¶[*Decipi.*] ff. eod. in commodato. §. ſicut. in fi.

DE DEPOSITO.

¶Viſum eſt de contractu, qui fit gratia recipiētis, nūc ſubijcitur de contractu qui fit gratia concedentis, ideo meritò ſubijcitur de depoſito. Abbas Siculus.

De hac materia habetur 1. diſt. ius naturale. 22. q. 2. ne quis.

GRauis.] Primò ponitur deciſa narratio. Secundo eccleſiæ abſolutio. Tertiò deponentis inſtructio. Quartò iudicis præceptum. Quintò compoſitionis perſuaſio. Secunda: ibi, *Cum enim.* Tertia: ibi, *Quocirca.* Quarta: ibi, *Nam.* Quinta: ibi, *Si autem.* Abbas.

CASVS. Epiſcopus London. quandam ſummam pecuniæ depoſuit penes quendam canonicum cuiuſdam eccleſiæ, nomine Belial 3: Ille Belial ſæpe interpellatus fuit, vt depoſitū reſtitueret, ſed illud facere denegauit, & pecuniam illam ſubripuit & aſportauit: vnde conqueſtus fuit epiſcopus domino Papę de eccleſia illius Belial: Dominus Papa reſpondet non conſtat quòd illa pecunia, quam Belial furatus eſt, in vtilitatem eccleſiæ ſit conuerſa: vnde non poſſumus canonicis illius eccleſiæ præcipere, vt illam pecuniam tibi reddant, cum non fuerit depoſita penes eccleſiam, ſed penes illum Belial: vnde mandat epiſcopo, vt actionem ſuam dirigat contra illum furem: & mandat Papa quibuſdam, vt illum Belial ponant ſub duris quæſtionibus, & ſi oportuerit, ponant illum in vinculis: vt ſic dictam pecuniam reſtituat: In fine dicit, ſi

1 Vt ſi cōmodauit ſponſæ, vel vxori ornamēta vt ad me veniret ornata, tūc venit dol⁹ & lata culpa, ſecūdū Goff. idem ſecūdū Hoſtiēſem, ſi cōmodaui tibi tradēdas eo modo vxori, vel volens videre ludū ſcenicū cōmodaui tibi veſtes ſcenicas: vt ī cōcor. gl. Io. An.

† Lundoñ. † Ludoñ. † Ludonē. † Lindoniē † Linconiē † Cap. 2. e. tit. in 1. cōpil. & poſt concilium Laterane. ſub Alexā. iij. par. 50. c. 35.

2 De hoc articulo, q̃ frequenter ſolet cōtingere, vide Antonium Gomeziū loco ſupra citato.

3 Ego non puto nomē propriū illius fuiſſe Belial, ſed hoc ei nomen ob iniquitatē impoſitū eſt, nā Belial, Hebraice Latinè per uerſum ſignificat.

eccleſiæ prẹcisè intentare iuſſionis inſtantiam, vt tibi eandem reddant pecuniam, perſonæ [d] non eccleſiæ commendatam. ¶Quocirca ſuademus, vt in illum furem tuam dirigas actionem [e], eo quòd (vt audiuimus) loculos [f] habet: & ea quæ tibi ſubrepta ſunt, aſportauit. Nam & iudicibus dedimus in mandatis, vt illum iniquum ſub quæſtionibus [g] † ad rationē ponant, etiam (ſi oportuerit) vinculis alligatum, vt dictam pecuniam reddere [h] compellatur: & infrà. ¶Si aūt cū eis amicabiliter poteris de reddituum perceptione paciſci, noueris id nobis acceptū.

¶Gregorius nonus.

¶Dicit ad quid tenet depoſitarius, & quomodo repetatur depoſitum.

CAP. II.

BOna † (fides abeſſe prẹſumitur, ſi rebus tuis ſaluis [i]

epiſcopus poterit amicabiliter conuenire de redditibus illius cum canonicis eccleſiæ, Papa gratum habebit. Nota quòd eccleſia non tenetur, cum depoſitum non ſit eccleſiæ, ſed perſonę: tamen ſi tale depoſitum factum alicui de eccleſia, verſum ſit in vtilitatem eccleſiæ, tenetur eccleſia, non actione depoſiti, ſed de in rem verſo. Item depoſitarius torqueri poteſt vt reddat depoſitum.

¶Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.

c ¶[*Vtilitatem.*] & ſi in vtilitatem eccleſiæ verſa eſſet, licet apud eccleſiam depoſita non fuerit, tenetur eccleſia in quantum in rem eius verſa eſt. j̃. de fideiuſ. quod quibuſdā. argu. C. quod cum eo qui in ali. po. l. ei qui 4. 10. q. 2. hoc. ius. §. is creditor. & ff. depo. l. 1. §. an in pupillū. Alanus.

¶Glo. ſeq. quærit, ſoluit, & ſolutionem determinat.

d ¶[*Perſonæ.*] & ita depoſitum factum perſonæ non obligat eccleſiam: quia delictū perſonæ in damnum, &c. s̃. de inſtitu. cum veniſſent. 16. quæſtio. 6. ſi epiſcopum. & cap. epiſcopo non licet. s̃. de exce. cum venerabilis. Sed qualiter dicitur cōmendata eſſe eccleſiæ? Reſpondeo ex eo quod defertur in theſaurum eccleſiæ: ſicut eo ipſo quòd res miſſæ ſunt in nauem, tenetur nauta, & debet habere cuſtodiam omnium, quæ ſunt inuecta & illata. ff. nau. cau. ſta. l. parui refert. §. ſi recepit. & ignorans teneri videtur. C. de his qui latro. occul. l. 1. 5 ff. furt. aduerſus nautas. l. vnica quod tamen non credo, niſi depoſitio facta ſit in præſentia prælati, & capituli: vt hic. Vinc.

e ¶[*Actionem.*] id eſt, petitionem: vt ſuprà de iudi. dilecti. vbi de hoc.

f ¶[*Loculos habet.*] & Dominus loculos habuit, vt indigentibus ſubueniret. 12. q. 1. habebat.

g ¶[*Quæſtionibus.*] Nota quòd ſuſpecti ſunt torquendi, & in vinculis detinendi: & verberibus afficiendi, vel ſubijciendi. 14. q. 6. ſi res. & 12. q. 2. fraternitas. & 23. q. 5. c. 1. & 5. q. 5. illi qui. & j̃. de rapto. in archiepiſcopatu 6. T.

h ¶[*Reddere.*] Cum nota infamię. actio enim depoſiti infamat. C. depo. l. qui depoſitum.

BOna fides.] CASVS. Depoſui penes te res meas: illæ res amiſſæ ſunt, de rebus tuis nihil amiſiſti: quæritur an tenearis mihi ad eas reſtituendas actione depoſiti? Reſpondetur, ſi res tuę ſaluæ ſunt; & res depoſitas, & amiſiſti, hoc ipſo præſumitur quòd bona fides abeſt circa res depoſitas, & ita dolus affuit: & ideo tenetur ad reſtituendum depoſitum: & de culpa etiam tenetur depoſitarius ſi obtulit ſe depoſito, vel ſi aliquid accepit pro cuſtodia: ſed de caſu fortuito non tenetur, niſi pactum interuenerit, vel niſi culpa; vel mora præceſſerit caſum. Secundo quæritnr vtrum depoſitori liceat reuocare depoſitum quandocunque voluerit? Reſpondet, q̃ ſic: ſed ſi depoſitarius opponeret compenſationē vel in toto, vel in parte, compenſatio non eſt admittenda: ne contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiā referatur: ſed in alijs cōtractibus bene admittitur compenſatio, ſi cauſa, ex qua compenſatio poſtulatur, liquida ſit, & facilē exitum credatur habere. Nota, q̃ ille qui recipit depoſitum, de ſolo dolo tenetur, de culpa etiam tenetur, ſi obtulit ſe depoſito, vel aliquid recepit pro cuſtodia. Item depoſitarius de caſu fortuito non tenetur, niſi pactum interuenerit, vel niſi culpa, vel mora præceſſerit caſum. Item depoſitum poteſt reuocari quandocunque voluerit depoſitor. Item contra depoſitum non admittitur compēſatio. Item contractus depoſiti ex bona fide oritur.

¶Glo. ſeq. reci. per q. an præſumptio ſufficiat ad ſententiam.

i ¶[*Rebus tuis ſaluis.*] Ex hac præſumptione condēnabitur

ſic C.

† Hinc colliges clericos & religioſos poſſe ex cā torqueri, de quo articulo, vide plenè per Bernardinum Daiz ī pra. crimi. cāo. c. 117. & Simancā in cathol. iſti. ti. 65. adde q̃ dixi ſup Directorio lib. 3. ſcho. 118.

† Vide textum, & ibi plenè p DDoctores in §. pterea & is. Inſtitu. quib. mod. re cōtrah. obli. & Antoniū Gomeziū tō. 2. varia. reſolut. c. 7.

4 Qui dat mutuū ſeruo, ſi versū eſt ī rē dñi habet actionē de in rē verſo. Ioā. And.

5 Qui ſciēs latronē ſuſcepit, vel offerre iudicib⁹ ſuperſedit, pro qualitate pſonę punietur corporali ſupplicio, vel rerum diſpēdio. Io. An.

6 Concor. l. ob carmē aliàs ob crimē. ff. de teſti. no. in l. 1. C. de nau fra. lib. 11.

ſic C.loca.l.1.& ff.eo.tit. quod Nerua. quia non minorem 1 diligentiam quàm in ſuis rebus præſtare debet, vt in l. quod Nerua.ſic ff.commo.ſi vt certo. §. quod vero ſenectute. & ita ſi bona fides abeſt,dolus adeſſe pręſumitur. nā contraria ſunt. C.de reſcind.uenditio.ſi dolo. & eſt ſim.32.q.1. cum renunciatur. & pſumptio ſufficit ad condemnationem in caſu iſto. 32. q. 2.dixit Dominus.&54. diſtinctio. cap. fraternitatem.infrà. de Iudæis. cap.vlt.Ber.

1 Caute dicit:quia interdū maiorē pręſtare dēt, vt latius hic proſequitur Io. And.& alij.

existentibus, depoſitas amiſiſti. De culpa [a] quoque teneris, ſi teipſum depoſito obtuliſti: vel ſi aliquid pro cuſtodia recepiſſes. Pacto verò, culpa, vel mora præcedentibus, caſus etiam fortuitus imputatur. ¶Sanè depoſitori licuit, pro voluntate ſua depoſitum reuocare [b], contra [c] quod compenſationi, vel deductioni locus non fuit: vt contractus qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minimè referatur †; licet compenſatio admittatur in alijs [d], ſi cauſa,ex qua poſtulatur, ſit liquida, ita quòd facilem exitum credatur habere.

† reducaſ.

a ¶[*De culpa.*] Nota, quòd depoſitarius tenetur de ſolo dolo, ſi doloſè verſatus eſt in depoſito. ff. eod. l. 1. §.in conducto.& §.vltim.& ff. commo. ſi vt certo. §.2.& ff.de reg.iu.l.cōtractus. & de lata culpa, quam Nerua dixit eſſe dolum.ff. eo. quod Nerua.quod Azo intelligit dolum præſumptum.ff.mand.ſi fideiuſſor. 1. reſpon. Ideo ſic expone: quia in ea lege dicitur ipſam latam culpam prope dolum eſſe.ff.de leg.1.cum res.& §. vltim. & ff. de actio.& obliga.l.1. §. is quoque apud quem. & alibi dicitur latam culpam dolo comparari.ff.ſi menſor fal.mo.dixerit.l.1.§.lata.eſt. & ita non dolus eſt: quia nihil eſt id, cui ipſum eſt ſimile. Quandoque tamen in caſibus præſtat culpam depoſitarius, ſi ipſe ſe obtulerit depoſito: vt hic, & ff.eo.l. 1. §. ſæpe. idem ſi mercedem accipiat pro cuſtodia: vt hic. & ff. eod. l. 1. §. ſi quis ſeruum. Item & in tertio caſu ſi conueniat inter eos.ff.eo.l.1. §. ſi cōueniat.& ff.commo. ſi vt certo.§.nunc videndum. Sed ſi cōueniat ne dolus præſtetur, hæc conuentio non valet: quia contra bonos mores eſt,ff.eo.tit.l.1.§.ſi conueniat. & ff.de pactis.ſi vnus.§.illud. Item & in alio, ſi cauſa depoſitarij res penes ipſum depoſita ſit ff.eo.l.1.§. ſi pecuniam. & ff.ſi cer.pet.l. ſi quis neque.& tunc venit leuiſſima culpa: & ſi moram facit in reſtituendo.ff.eo.ſi in Aſia.§. vltim. Præſumitur autem lata culpa, vel dolus ſi non adhibeat diligentiam qualem in rebus ſuis.ff.eod.quòd Nerua.vel quia res ſuæ ſaluæ ſunt, & depoſitæ non apparent, vt hic dicitur. & hoc exemplum pone: Res ſuas ponebat in arca ſecura, & res depoſitas dimittebat in domo ſuper banchas. Caſus tamen fortuitus non imputatur: ſicut nec in commodato.ſ.titu. proxim. cap. vnico. & ff. commoda in rebus. niſi in caſibus hic contentis: vt ſi pactum interueniat, vt præſtetur.C. eo. l. 1. contractus enim ex conuentione legem accipiunt, & ſeruari debent, niſi improbatum ſit à iure.ff.eod.l.1.§.ſi conueniat. ff. de re. iu. contractus. ita tamen quod caſus nominetur in pacto, ſicut dixi in commodato. ſic ſ. cap. proxim. propter culpam, vel dolum caſus imputatur: vt hic dicitur.ſi enim rem depoſitam vendidit, & poſtea eam redimat,vt eam habeat in cauſa depoſiti, etiam ſi ſine dolo malo illius perijt, tenetur: quia ſufficit ſemel dolum commiſiſſe.ff.eod.l.1.§.ſi rem. Item propter moram pręcedentem caſus imputatur, etiam ſi apud deponentem periiſſet,ſufficit enim quod res potuit non perire.ff. de leg.1. cum res.§.vlt.ff.eo.ſi in Aſia.§.vlt.ff.de conſti. pecu. qui autem.§.2. & ex eiſdem cauſis imputatur caſus in commodato.ſ.tit.prox. cap. vni. Item res depoſita non deteriorata debet reddi: aliàs reddita non videtur.ff.eo.l.1.§. ſi res depoſita. ſic in commod. ff.com.ſed mihi.§.1.Conſiſtit autem depoſitum in rebus mobilibus,& ſe mouentibus tantū, niſi forte vbi apud ſequeſtrū deponitur,cum res aliqua inter plures in cōtrouerſiam deducitur.ſ.de iud.examinata.& talis depoſitio non poteſt fieri niſi pluribus.ff.eo.licet.1.reſpon. Item & rei depoſitæ ſicut & cōmodatæ proprietatem retinemus, & etiam poſſeſſionem.ff.eo. licet.§.1.& ff.commod.l.rei.commodatæ.

b ¶[*Reuocare.*] Quandocunque poteſt reuocare depoſitum:vt hic dicit,& ff.eo.l.1.§.eſt aūt. & §.pen.& ſi non reſtituitur cōdemnatus ſuo nomine infamis efficitur.C.depoſi. qui depoſitum. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. illud. ſicut & precarium quandocunque reuocatur.ſ.de preca.cap.vltim. ſecus in commodato, quod non reuocatur, niſi poſt vſum expletum. ſ.de commo.c.vnico.ff.eo.in commodato.§. ſicut Bernardus.

c ¶[*Contra quod.*] Nota quòd contra depoſitum non admittitur compenſatio.C. eo. tit. ſi quis vel pecunias. vnde ſumitur §. iſte. nec etiam depoſitum cum depoſito compenſatur. ſed qui primo depoſuit,primò recipiat:vt ibi dicit̄,& C.de cōpenſa.l. vlt.& quod dicit, compenſationem. in toto ſcilicet, deductionē. ſcilicet ꝓ parte & ita nec in toto, nec in parte admittitur compenſatio cōtra depoſitum.& in hoc priuilegiata eſt actio depoſiti. & quia pręd oni reſtitui debet depoſitū ff.eo.l. 1. §. ſi prædoni. tamen ſi dominus cum fure ſimul petat,domino reſtitui debet de æquitate.ff.e. bona fides. & ſic non erit perfidia, cum ſit contractus bonę fidei. Quare dicatur bonę fidei,dixi ſ.de excep.cum venerabilis.

TITVLVS XVII.

De emptione,& venditione.

¶Ex concilio apud Valen. †

† Aluim. † Aluernā. † Aluerum † Alucen.

¶*Cogit epiſcopus ne carius vendatur tranſeuntibus, quam in mercato venderetur.*

CAP. I.

PLacuit † vt preſbyteri plebes ſuas admoneāt vt & ipſi hoſpitales [e] ſint, & nō carius vendāt tranſeūtibus quàm † in mercato vendere poſſunt. Alioquin ad presbyterū [f] tranſeuntes hoc referant,

† Burchardus li.2.decre.c.168. Iuo par.6. c.259.Et c.2.eo. tit.in 1.cōpil.Et d̄ materia vide plenè per B.Thomā, & ibi Caietanū. 2.2. q. 77. art. 1. vide oīno Couarruuiam lib.3.c.14. varia reſo.

† In plurib. antiqs ita: quā mercato vendere poſſint.

1 Vin. ſcilicet pro q bus de do. inter vi. & vx. nuper. & ĩ li. feu. de feud. nõ ali. ſine cõ. ma. do. l. imperialẽ. Dicit ẽt Vinc. ꝙ de alienatiõe fit mẽtio in l. & donatio eſt alienatio. Ioã. And.

¶Gloßa ſequens quærit, & ſoluit.

b ¶*Prohibentur.*] Sed quæ perſonæ prohibentur ab huiuſmodi emptione? Poteſt dici quòd ſerui eccleſiæ, capitanei, & omnes perſonæ maiores, qui non ſunt idonei facilitate conueniendi, vnde poſſet dominus præiudicium pati. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2.

¶Glo. ſeq. quærit & reſpondet.

c ¶*Per biennium.*] vt 10. quæſtio. 2. hoc ius. §. qui rem. in priuato triennium requiritur. C. de iure emphyt. l. 2. Sed ſi promiſit ſoluere pœnam, rato manente pacto ſi non ſoluat penſionem, & petat pœnam, nihilominus vult eum expellere: nunquid poteſt? Dicas quòd ſic. argu. ff. de tranſact. qui fidem. & l. pacto. & C. de pact. cum proponas. in fauorem domini dictum eſt hoc. & facit ad hoc ff. de reg. iur. cum par. Bernardus.

¶Glo. ſeq. quærit ponit quatuor opiniones, & ſoluit.

d ¶*Celeri.*] Et ita patet ꝙ emphyteuta poteſt purgare moram offerendo canonem poſt biennium. Sic ſ. cap. proxim. ſicut alienator. ſ. de rebus eccl. alienan. vel non. cap. ſi quis presbyterorum. & argu. ſ. de elect. quod ſicut. in fine. & ff. de verb. obl. interdum. §. vlt. Sed quantum tempus dabitur ad purgandum iſtam moram? Videtur quòd ante ſententiam: vt ff. de inoff. teſt. Papinianus. §. meminiſſe. & C. quibus vt indig. alia eſt. Vel etiam vſque ad litem conte. ff. rem rat. habe. amplius hoc. & C. de plus peti. l. vnica. & ſ. eo. tit. c. vnico. Vel modicum tempus dabitur, forſan decem dierum. ff. de conſtit. pecu. promiſſor. §. 1. & ff. ex quibus cau. maio. in integ. reſt. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. & ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres vel quàm cito potuit. ff. ad Tertulia. l. 2. §. confeſtim. & ſ. de elec. quia propter. vbi plura argumenta de hoc inuenies. Quidam dicunt, quòd vſque ad litem conteſtatam poteſt emphyteuta vitare pœnam huius conſtitutionis, offerendo canonem, per iura prædicta. Sed non credo quòd vſque ad litis cõteſtationem poſſit purgare moram: quia hoc poſſet differre vſque ad duos annos, vel vnum, vel tres, vel plures poſt tempus ſtatuti biennij, & ita non eſſet celeriter: & propterea hoc videtur potius facere timore pœnæ quàm voluntate, & interpellatur coram iudice: ſed tempus ſtatutum ipſum interpellat, vt dicit in fine, & vltro ſe debet offerre: vt C. de iure emphyte. l. 2. Dabo ei modicum tempus poſt biennium elapſum. Talis enim celeritas ad modicum tempus refertur poſt biennium reſpectu ipſius biennij, ſicut hæc adiectio plus. ad modicam quantitatem reſpectu quantitatis nominatæ. ff. de verb. ſig. hæc adiectio. & illud, modicum, conſiderabitur arbitrio iudicis, ex quo non eſt determinatum in iure. ſ. de offi. deleg. de cauſis. & ff. de iu. deli. l. 1. §. ait prætor. & quod appellatur arbitrium boni viri. ff. de verb. obli. continuus actus. §. 2. Ber.

¶Gloſſa ſeq. format ſex quæſtiones, Primam ſoluit, & eius contrarium conſulit. Secundò quęrit, & ſoluit diſtinguendo inter priuatum & prælatum eccleſię collegiatę, vel non. Tertiò quęrit de proteſtante, & ſoluit. Quartò quęrit, & ponit duas opiniones, & ſecundam approbat, ſignat contrarium, & ſoluit. Quintò quęrit de ſterilitate, & ſoluit. Sextò quęrit de pluribus cohęredibus, & ſoluit.

2 De materia huius gl. vide Iaſonẽ & Iulium Clarũ ſupra citatos in principio hui⁹ decretalis.

e ¶*Expelli.*] Sed 2 nunquid auctoritate ſua propria poteſt dominus expellere exphyteutam, ſi canonem debito tempore non perſoluat? Videtur quòd ſic. C. de iure emphy. l. 2. ſatis poteſt dici, quòd ſic auctoritate huius decre. & prædictæ legis. 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. qui rem huiuſmodi. dicit enim lex, pertimeſcat crimen, cum ſibi arbitrium ſuæ vltionis ſciat conceſſum. C. de meta. deuotum. lib. 12. & arg. ff. de pig. l. lex vectigali. & arg. C. de ſeruis expor. l. 1. & 2. Sed melius faciet ſi auctoritate iudicis hoc fecerit. C. de pignor. l. 3. & j. de priuileg. paſtoralis. Sed ſi alij tradidit poſſeſſionem, vel ab alio expellatur, non deijciet poſſeſſorem auctoritate ſua. argu. ff. de vi & vi arma. l. colonus. Itẽ ſi emphyteuta ceſſauit per biennium, & tantũ amplius quòd non poteſt purgare moram, ſi dominus poſtea receperit penſionẽ: nunquid dominus poſtea poterit expellere emphyteutam? Reſpondeo, in priuato planum eſt: quia recipiendo penſionem iuri ſuo renunciauit. ff. de lege com. l. poſt diem. & l. præce. §. fi. ipſo enim facto renunciat iuri ſuo. ſ. de his quæ fi. à maiori. par. cap. ex ore. cum ſuis concor. Sed quid dices de eccleſia? Reſpondeo, ſi prælatus de conſenſu capituli recipiat penſionem, expellere non poterit poſtea emphyteutam, cum liberum ſit eccleſiæ vel emphyteutam expellere, vel penſionem petere. in Auth. de ali. & emphyte. contractu. §. ſi quis vero locator. coll. 9. & eligendo vnum, alteri renunciaſſe videtur: vt in prædictis legibus. poſt diem. & l. præceden. §. vlt. Sed ſi ſolus prælatus ſine conſenſu capituli recipit penſionem, non credo quòd obſit eccleſiæ quominus poſſit expellere emphyteutam, niſi poſtea capitulum conſenſiſſet. arg. j. de his quæ fi. à præl. ſine conſenſu cap. paſtoralis. cum ſuis ſimilibus. Et ſi vnus ſit ſacerdos ſiue rector ſolus in eccleſia ſiue in capella, & recipiat penſionẽ, idem credo quòd amodo non poterit emphyteutam expellere, vt dictum eſt. Item quid ſi dicat dominus: recipio penſionem 3 ſaluo iure meo: vt per hoc non fiat mihi præiudicium quominus poſſim te expellere? Credo quòd valeat proteſtatio, nec per hoc præiudicatur ei. quia & ſi ipſum vellet expellere, nihilominus poſſet petere penſionem. 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. qui rem. & argu. ad hoc ff. ſi quis cau. l. 2. 1. reſpon. & ff. de eo quod cert. lo. l. vlt. Item ſi fundus emphyteuticus clade, vel caimate perierit vltra medietatem, vel plus vel minus: nunquid debet penſio diminui? Dicunt quidam quod ſi vltra medietatem perijt, non tenetur emphyteuta ſoluere integram penſionem. C. de iure emphy. l. 1. ex eo quod ibi dicitur: ſi vero particulare damnum, &c. quia nomine partis medietas intelligitur. ff. de verb. ſigni. nomen filiarum. §. 1. ff. de vſufru. etiam partis. Alij dicunt & melius, quòd totam penſionem ſoluere debet, adhęrentes literæ illius legis, vbi dicitur: ex quo non ipſa rei penitus ſubſtantia lædatur. Inſtit. loca. §. adeo. in fin. Secundum hoc ſignatur contra. C. de allu. l. 2. ſed illud ſpeciale eſt in tributo. Sed nunquid propter ſterilitatem rei emphyteuticariæ debet penſio diminui? Et certe non licet aliud ſit in locatione. ſ. cap. proxim. Item ſi ſunt plures cohæredes, & vnus non ſoluit penſionem, nunquid propter hoc fit præiudicium alijs? Non credo, ſi ſoluant penſionem totam, & poſtea contra cohæredem agant iudicio familiæ erciſcundæ. ff. famil. erciſ. hæredes. §. ſi vnus. Et quod dicit, expelli, reſpicit alteram partem diſiunctiuæ, ſcilicet cum canonem non ſoluit: quoniam in altero caſu, ſcilicet quando alienetur domino requiſito, emptor non poteſt expelli ſine auctoritate iudicis ſui. Ber.

3 temporis pteriti ſecundũ Io. Holt. & Lau. vt no. in Spec. de act. §. 1. licet quidẽ idem dixerint de futuro: vt ibi no. Io. An.

f ¶*Statuta.*] Non eſt ergo requirendus emphyteuta: quia tempus ipſum admonet. C. de contrahenda ſtipulatio. l. magnam. & C. de iure emphyt. l. 2. vnde ſumuntur iſta verba. ſic & creditor ad petitionem vrgeri non poteſt: vt C. de pignor. creditor. ff. de adminiſtratione tutor. quidam. §. vlt. & C. ſi propter publicas functiones. ven. fu. eccle. l. vlt. in fi. Ber.

DE RERVM PERMVTATIONE.

¶Viſum eſt ſupra de emptione & venditione. Item de quodã contractu emptioni vicino, vt de locato, meritò ſubijcit alium contractum emptioni proximum, vt eſt permutatio: Et hoc nomen, permutationis, eſt multum generale: Nam conuenit omnibus rebus, quę inter hominum manus verſantur, & propter hoc non habet nomen ſpeciale, ſed remanſit in ſuo genere: quia plura ſunt negotia ſeu res quam vocabula. l. natura. ff. de pręſcrip. ver. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 10. q. 3. c. ea. enim. §. ſed & permutare. & 12. q. 2. in multis cap.

Si princeps

S *I princeps.*] Primò ponitur quæſtio. Secundò ſolutio: ibi, *Liceat*. Abbas Siculus.

Casvs. Quæſitum fuit in concilio iſto, vtrum eccleſia poſſet rem immobilem permutare cum principe? ſtatuit concilium, quòd ſi princeps voluerit permutare rem immobilem cum ſanctis locis, & ab eis rem aliam accipere, & de communi voluntate permutationem facere, hoc licitum ſit, dummodo cauſa rationabilis hoc expoſcat, & res quam princeps præſtiterit, maior fuerit, vel ſaltem æqualis, & ſuper hac permutatione principis ſanctio ꝓmulgetur. Nota, quòd princeps pōt rem ſuam immobilem cum re eccleſię immobili permutare, dummodo eccleſia non lędatur. Item pragmatica ſanctio eſt confirmatio ab imperatore facta.

a ¶*Voluntate.*] Aliàs certè non poſſet, ſicut cum communi conſenſu emptio contrahitur, & etiam diſſoluitur. C. de actio. & oblig. ſicut ab initio. Ber.

b ¶*Liceat.*] Sic 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. ſed & permutare.

c ¶*Rationabilis.*] puta, quòd vtilitas eccleſiæ in hac permutatione procuratur, 1 aliàs non debet fieri. j. cap. proxi. ſicut nec alienatio fieri debet niſi vt meliora proſpiciat. 12. q. 2. ſine exceptione. & s. de his quæ fiunt à pręla. cū Apoſtolica. Ber.

d ¶*Pragmatica.*] Pragma, idem eſt quòd cauſa: vnde pragmatica 2 ſanctio, eſt conſtitutio ſuper aliqua re promulgata. hic tamen ponitur pro confirmatione, ſiue ſcriptura facta ab imperatore cum cauſæ cognitione ſuper tali permutatione. Ala.

† Refertur in cōcilio Meldēſi c. 23. tāquā ex cōcilio apud Beluacū. Burchard⁹ li. 3. decre. c. 271. Iuo par. 3. cap. 232. & c. 2. eo. tit. in 1. compil.

† Siluanecten. Burchard⁹ lib. 3. decr. c. 173. Iuo par. 3. cap. 234. qb. locis ſcriptū eſt: Ex concilio apud Cariſiacu. & c. 3. e. ti. in 1. cōpil.

1 Videto qd de hoc dicto ſentiat hoc loco. Io. And.

2 Pragmatica diſpoſitio eſt, q̄ priceps alicui⁹ ſuggeſtione mittit, vt colligitur ex l. ſi. C. de ꝓximis ſacr. ſcrinio.

CAP. I.

SI prīceps voluerit rē immobilem ſanctis locis præſtare, & accipere ab eis aliam immobilem, eoque modo de communi voluntate [a] permutationem contrahere: Liceat [b] ei hoc facere, ſi cauſa rationabilis [c] id expoſcat, & res, quam præſtiterit, maior fuerit, vel æqualis: pragmatica [d] ſanctione ſuper hoc promulgata.

¶Ex concilio Beluacen. †

¶*Permutatio rerum eccleſiaſticarum facta in caſu non conceſſo, ſeu non ſeruata ſolemnitate iuris, eſt reuocanda per ſucceſſorem.*

CAP. II.

VT commutationes [e] rerum eccleſiaſticarum, q̄ ab anteceſſore inconſultè [f] factæ ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt, emendentur.

¶Ex concilio apud Siluanectum. †

¶*Mancipia eccleſiæ non debent permutari niſi ad libertatem, vel niſi ſint fugitiua. hoc dicit cum cap. ſeq.*

CAP. III.

MAncipia eccleſiaſtica, niſi ad libertatem, non conuenit commutari [g] videlicet vt mancipia, quæ pro eccleſiaſtico homine dabuntur, in eccleſię ſeruitute permaneant; & eccleſiaſticus homo, qui commutatur, fruatur perpetua libertate. quod enim ſemel [h] Deo conſecratum eſt, ad humanos [i] vſus transferri non docet.

¶Ex eodem. †

¶*Serui eccleſiæ cum profanis permutari non poßunt, nec alienari, niſi ſint fugitiui.*

CAP. IIII.

INiuſtum videtur, & impiū, vt mancipia, quę fideles Deo, & ſanctis eius, pro animę ſuę remedio conſecrarunt, cuiuſcunque muneris mancipio, vel commutationis commercio iterum in ſeruitutem ſecularium redigantur: cum canonica auctoritas ſeruos tātummodo permittat diſtrahi fugitiuos [k]. Et ideo eccleſiarum rectores ſummopere caueant, ne eleemoſyna vnius, alterius peccatum fiat. Et eſt abſurdum, vt ab eccleſiaſtica dignitate ſeruus diſcedens, humanæ [l] ſit obnoxius ſeruituti [m].

¶Vrbanus tertius.

¶*Præbendæ pacto præcedente permutari non poſſunt; epiſcopus tamē poteſt de loco ad locum permutare perſonas.*

CAP. V.

QVęſitum † eſt ex parte tua, ſi cōmutationes fieri valeant prębendarum, cum

VT *commutationes.*] Casvs. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ conceſſiones factæ ab anteceſſore in damnum eccleſiæ, poterunt reuocari à ſucceſſore. Nota, quòd res eccleſiæ cautè commutari debent. Item ſucceſſor poteſt reuocare res malè alienatas à prædeceſſore.

e ¶*Vt commutationes.*] ſupple, ſtatuimus.

f ¶*Inconſultè.*] id eſt, in damnum eccleſiæ: quòd eſſe non debet: imo rationabilis cauſa debet ſubeſſe ad hoc vt fiat commutatio. s. eo. ca. proxim. vnde ſucceſſor reuocauit in conſultam permutationem ſimile s. de præca. c. 2. imo & illa quæ fecit, ſucceſſor reuocare poteſt, quod in damnum eccleſiæ datū eſt, ſiue alienatum. 35. q. 9. quod quis commiſerit. s. de rebus eccleſiæ non alienandis. ſi quis presbyterorum. & 12. q. 2. monemus. dum tamen toleretur in adminiſtratione. Ber.

MAncipia.] Breue eſt, & tolle principium capituli pro ſummario. quod autem ſequitur hic, & in cap. ſeq. eſt eius expoſitio. Abbas Siculus.

Casvs. Quæſitum fuit in concilio iſto, vtrum mancipia eccleſiarum poſſint permutari cum mancipijs laicorum: ſtatuit concilium, quod mancipia eccleſiaſtica permutari non debeant niſi ad libertatem, ita videlicet quòd mancipia quæ dantur pro mancipio eccleſiæ, permaneant in ſeruitute eccleſiæ, & mancipium eccleſiæ in libertate perpetua maneat: quia quod ſemel Deo dedicatum fuit, ad humanos vſus non debet redire. No. ꝙ res eccleſiarū ad humanos vſus redire nō debēt.

g ¶*Commutari.*] 10. q. 2. precariæ. in fin. Arg. cōtra. ſed hic determinat illud, & fauore libertatis hoc fit.

¶*Glo. ſeq. ſignat coutrarium, & ſoluit. alle. quatuor concor. ſignat vnum contrarium, & ſoluit*

h ¶*Semel Deo conſecratum.*] 12. q. 2. epiſcopus qui. & c. nulli licet. 19. q. 3. quæ ſemel. & j. de religio. domi. ad hæc. Argu. contra. 54. diſtin. ex antiqs Solu. illud eſt præter regulam ſtatutam contra eos qui ordinati ſūt ſine cōſenſu dominorum ſuorum, cum in hoc ipſo delinquunt, & maxime ad terrorem, ne alij hac occaſione ſubtrahant ſe dominis ſuis. arg. 2. q. 7. quapropter. & ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, ponit duas ſolutiones. vnam Ala. & aliam Lauren. Tertiò ſoluit.*

i ¶*Ad humanos.*] id eſt, ſeculares. de conſec. diſtin. 1. ligna. veſtimēta. Sed contra videtur 12. q. 2. eccleſiaſticis. vbi ſeruus eccleſiæ ſeculari perſonæ datur: ergo multo fortius permutari pōt. dicit Alan. quòd loquitur hoc capitul. & ſequens de ſeruo eccleſiæ dato & cōuerſo facto, qui cum ſit religioſa perſona, ſeculari perſonæ ſeruire non debet. Lau. dicit, ꝙ ex cā prohibitum fuit, quia ad laicorum ſuggeſtionem ſæpe inutilia mancipia pro vtilibus permutabantur, ꝙ ne fiat, ſtatutum eſt vt non niſi ad libertatem commutentur, ſed ceſſante cauſa ceſſabit cōſtitutio. 61. diſt. §. his omnibus, & ff. de pact. quod dictum. T. Vel dic, factum principis non eſt trahendū in conſequentiam: ipſe enim non ſubijcitur 3 legibus. & ſic loquitur contrarium in principe. Ber.

† Burchardus libr. 3. c. 174. Iuo par. 3. cap. 235. habēt Ex eodē, ſ. cōcilio apud Cariſiacū c. 3. id nōdū vidim⁹ & c. 4. eo. tit. in 1. compil. refert etiā Gratianus 12. q. 2. ca. 54. q̄uis in multis ſit palea.

† Cap. 1. eo tit. in 2. cōpil. Vide notata in c. maiorib. s. de præb. & de materia plene per Aegidium Bellamerā tract. de ꝑmuta. beneficiorum.

3 Quoad vim coactiuam, vt notaui s. de conſti. c. 1. ſuper gl. in verbo ab omnib.

IN*iuſtum.*] Breue eſt, & idem dicit quòd ſupra proximo capitulo Et tres dici poſſunt partes, ſicut tria ſunt dicta. Secūda: ibi, *Et ideo*. Tertia: ibi, *Et eſt*. Ioan. de Imola.

Casvs. Idem dicitur in capitulo iſto quod in primo, ſcilicet, quòd mancipia quæ fideles Deo, & ſanctis eccleſijs pro remedio animarum ſuarum contulerunt, occaſione alicuius cōmutationis in ſeruitutem ſecularium iterum non rediguntur quia vt canon dicit, Serui fugitiui ſolummodo diſtrahi poſſunt: eleemoſyna enim vnius, peccatum alterius fieri non debet, nec ad humanos vſus ſeruus eccleſię redire debet. Nota quòd mancipia eccleſiaſtica in ſeruitutem ſecularium redigi non debent. Item ſerui fugitiui diſtrahi poſſunt. Item vnius eleemoſyna, alterius peccatum eſſe non debet.

k ¶*Fugitiuos.*] 12. q. 2. fugitiui. Arg. contra. C. ad legem Fla. de plagi. in fuga. Solu. dum eſt in fuga, non debet vendi. ſed cum fuerit reuerſus, & patefacto vitio emptori 4, ne poſtea fiat redhibitio. ff. de contrahenda emptio. quod ſępe. §. ſi quis amico. & §. vlt. R.

l ¶*Humanę.*] Sic s. cap. proxim. cum ſuis concor. ibi poſitis.

m ¶*Seruituti.*] Eſt & alia ratio. quę aſſignatur in ſeruis minorum. C. de adminiſtratio. tuto. l. lex quæ tutores. ff. de fideicommiſ. liber. cum quaſi. §. in furioſi. Laur.

4 Adde ꝙ vēdēs animal nō patefaciēs vitiū latens, tenetur redhibitoria ff. de ædili. edict. l. redhibere. & l. ſi quis hæres. ff. d ex ce. rei iud. an autē, & qn̄ vēditor teneaẗ manifeſtare vitium rei vē ditę ipſi emptori, vide per B. Thomam 2. 2. q. 77. ar. 3. & Sode iuſti. & iur. lib. 6. q. 3. art. 2.

QVæſitum.] Primò ponitur queſtio. Secundò ſolutio: ibi, *Generaliter*. & ibi duo dicta. Secundum: ibi, *Si autem*. Abbas Siculus.

Casvs.

Casvs. In concilio Turon. ſtatutum fuit, quòd commutatio dignitatum fieri non debet: quæſitum fuit à Papa, vtrum commutatio præbendarum fieri poſſit, cum hoc in concilio non fuerit prohibitum, vnde videbatur permiſſum: Reſpondet Papa, generaliter verum eſt, quòd commutatio prębendarum fieri nõ põt, præcipue aliqua pactione p̃miſſa, quę in ſpiritualibus vel eis annexis ſimoniacã continet prauitatem: ſi vero epiſcopus cauſam viderit neceſſariam, poterit de loco ad locum transferre perſonas. Nota quòd permutatio tam in præbendis quàm in dignitatibus eſt prohibita. Item in ſpiritualibus omnis pactio illicita reprobatur. Item non ſolũ in ſpiritualibus ſed etiam in eis annexis cõmittitur ſimonia. Item epiſcopus propter cauſam neceſſariam, poteſt facere commntatiões prębendarum, & tanſlationes perſonarum: q̃ intellige, non præmiſſa aliqua pactione.

†igitur.

commutatio dignitatum [a] in Turon. concilio fuerit interdicta: & infrà. ¶Generaliter itaquæ † teneas, quòd commutationes præbendarum de iure fieri non [b] poſſunt: præſertim pactione præmiſſa, quę circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus, labem ſemper continet ſimoniæ [c]. ¶Si autem epiſcopus [d] cauſam inſpexerit neceſſariam, licitè poterit de vno loco ad alium transferre perſonas: vt quæ vni loco [e] minus ſunt vtiles, alibi ſe valeant vtilius exercere.

¶Clemens tertius.

¶*Eccleſię iure proprietatis poßunt adinuicem permutari: & poſſeßiones earum etiam permutari poſſunt, & pro minus valentibus pretium ſuppleri.*

CAP. VI.

Ad † quæſtiones ſoluendas: & infrà. ¶Intelleximus ex literis tuis, quòd duę conuentuales eccleſiæ ſunt in tua diœceſi conſtitutæ, quarum vtraque parochialem habet eccleſiam cum poſſeſſionibus, magis alteri quàm ſibi vicinam. Illis autem eas deſiderãtibus permutare, cum illarum altera reſpectu meliorũ prouentuum [f] plus abundet, & ideo ſibi poſtulet adijci certam ſummam pecuniæ numeratę, vt ſic ad ęqualitatem permutationis † valeant peruenire: vtrum poſſit id licitè fieri, extitit dubitatum: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd cum de dictis † parochialibus eccleſiis per ſe queat [g] commutatio celebrari, & in permutatione poſſeſſionum per ſe non ſit inhibitum [h], ſi altera ratione poſſeſſionum alteri prępon deret, pecuniam poſſe refundi de ipſarum poſſeſſionibus ad inuicem, prout viſum fuerit expedire, refuſa certa pecunię quantitate, poterit cõtractus [i] permutationis iniri: ſic tamen †, quod illi contractus nequaquam ſibi inuicem miſceantur.

a ¶*Dignitatum*] Et ẽt diuiſio prębẽdarum 1. s̃. de præbẽ. maioribus. quod eſt cõcilium Turon. de quo fit hic mentio. & 12. quæſtione. 2. alienationes.

1 Cûr ita loquatur hic gloſſa, videto hoc ipſo loco p Io. And.

b ¶*Non poßũt*] j̃. eo. cum vniuerſorum. & c. cum olim. niſi hoc fieret auctoritate ſuperioris. s̃. de præben. inter cætera. & hic prout ſequitur. Ber.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõ. Et de intellectu videto omnino Couarruuiã li. 1. varia. reſo. c. 5. & de materia Bellamerã in trac. de permu. beneficiorũ.

c ¶*Simoniæ.*] Quia in ſpiritualibus, vel ſpiritualibus annexis, nulla pactio, vel conuentio debet interuenire. 1. q. 2. quam pio. & s̃. de pact. cum pridẽ. & c. vlt. in ſpiritualibus annexis, vt eſt iuſpatronatus. s̃. de iud. quanto. & s̃. de præb. ſignificaſti. dic vt ibi.

d ¶*Epiſcopus.*] Innocentius quartus dicit quòd hoc verum eſt quando illi commutare volentes habent præbendas in diuerſis eccleſijs, vel in eadẽ. ſi .n. eſt præbẽdæ onus annexũ, intelligitur hoc cap. ſi ſunt in diuerſis eccleſijs: ſi autem in eadẽ & ſine onere, tunc poſſunt permutare auctoritate propria, & poteſt eſſe ratio, licet ipſe non aſſignet, quæ ſequitur in 70. diſt. c. ſanctorum. & 74. diſtin. quorundam. Ber.

e ¶*Vni loco.*] 7. q. 1. mutationes. & c. ſcias. & c. omnis qui. & valet interdum mutatio loci. 81. diſt. valet. Ber.

A*D quæſtiones.*] Communis diuiſio. ſecunda: ibi, *Reſpondemus.* Abbas Siculus.

Casvs. Duæ conuentuales eccleſiæ conſtitutæ erant in diœceſi iſtius epiſcopi, vtraque illarum habebat eccleſiam parochialem cum poſſeſſionibus ſuis, & vtraque parochialis eccleſia magis erat vicina alteri, quàm illi cui erat ſubiecta: Iſtæ cõuentuales eccleſiæ volebant adinuicem permutare illas parochiales eccleſias. ſed altera parochialis eccleſia pluribus poſſeſſionibus abundabat: & ideo conuentualis eccleſia cui ſubeſt, poſtulat ſibi adijci certam pecuniæ quantitatem, vt ſic cõtractus permutationis poſſit ad æqualitatem perduci: quærebatur, vtrum hoc licitè fieri poſſet? Reſpondet Papa, quòd vnus contractus fiat de parochialibus eccleſijs per ſe, & alius contractus de poſſeſſionibus fiat per ſe: & ſi ratione poſſeſſionum vna eccleſia præfertur alteri, ab alia eccleſia certa ſibi pecuniæ quantitas adijciatur, ita quòd contractus ſibi inuicem nullatenus miſceantur. Nota, quòd monaſteria poſſunt habere eccleſias parochiales. Item permutatio temporalium & ſpiritualium ad inuicem fieri non poſſunt: ſed ſpiritualia inter ſę, & temporalia inter ſe rectè permutari poſſunt. Item commutatio eccleſiæ fieri poteſt, licet venditio ſit interdicta.

f ¶*Prouentuum.*] Scilicet temporalium 2, vnde admittitur cum temporalibus commutatio, quod aliter non fieret. j̃. eo. c. vlt. & hic prout ſequitur.

2 Eſt enim neceſſe, q; vtraq; habeat tẽporalia, quorum poſſit fieri. hic ſeparatio. Io. And.

¶*Gloſſa ſequens tria dicit, & primum determinat. De ſecundo & tertio rationem reddit.*

g ¶*Per ſe queat.*] & ita ſpirituale cum ſpirituali poteſt commutari, ſicut temporale cum temporali. De hoc dixi s̃. de trãſa. ſuper eo. arg. 16. q. vlt. nemini & hoc auctoritate ſuperioris. argu. ff. de his qui not. infa. furti. §. qui iuſſu. & cũ indemnitate vtriuſque. 10. q. 2. hoc ius. aliàs non liceret. s̃. de præben. maioribus. 12. q. 2. diaconi. & c. ſine. aliàs: non. j̃. eo. c. vlti. Itẽ nota, quòd ad hoc quòd aliquid habeatur tamquam beneficium, non poteſt ex permutatione prouenire, quia eſſet munus à manu, ſicut nec tranſactione. s̃. de tranſact. ſuper. eo. Item licet permutatio locum habeat in ſpiritualib. nõ tenet tñ emptio & venditio; & eſt ratio, quia nulla eſt emptio ſine pretio, vt Inſti. de emp. §. item pretium. quod in quantitate, & in numerata pecunia conſiſtit. C. de contrahen. empt. & vend. empti fides. quod non eſt in permutatione. ff. de re. per. l. 1. Sed vterque eſt quaſi emptor & venditor. ff. de ædil. edi. ſciendum. §. emptorem. Lau.

† permutationes.

† de prædictis.

† Aliàs ita: ſic tñ, qđ contractus ne quaquã ſibi adinuicem miſceantur.

¶Innocentius tertius Senonen. † Archiepiſcopo.

† Sen.

¶*Beneficia ſua perdunt, qui ea propria permutant auctoritate.*

CAP. VII.

Cvm † olim magiſter S. & B. archidiaconatũ, & prępoſituram adinuicem commutaſſent: & infrà. ¶Licet prædictus magiſter ab initio ſponte fuerit de permutatione confeſſus [k], idem tamen B. eam in-

†Ca. vnico eo. tit. in 1. cõpilat.

h ¶*Inhibitum*] vnde videtur conceſſum. arg. 30. q. 4. qui ſpiritualem. & j̃. de ſpõ. cum apud. ff. de procu. mutus. §. 1. De hoc dicitur. s̃. de tranſla. inter corporalia.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. an permutata vna, &c.*

i ¶*Contractus.*] Duo enim erunt contractus non ſe aliquo modo tangentes. tamen ſi vna villa commutaretur cum alia, ita quòd vtraquæ eccleſia eſſet acceſſoria ad villas, bene permutaretur cum vniuerſitate. argum. j̃. de iure patro. ex literis. c. cum ſeculum. ad inſtar fundi dotalis. ff. de fun. do. l. 1. C. eod. tit. l. 2. nec aliquid intelligitur eſſe pretium eccleſiæ, ſicut nec pretium peculij eſt, cum ſeruus venditur cum peculio. ff. de pecul. ſi ex duobus. §. vlt. & l. ſequen. Lau.

D*Vm olim.*] In prima parte narrat proceſſum. In ſecunda diffinit: ibi, *Cum ergo*, Abbas Siculus.

Casvs. Magiſter S. archidiaconus, & B. præpoſitus adinuicem ſuas dignitates permutarunt propria temeritate: orta fuit poſtmodum ſuper ipſa permutatione quæſtio inter eos, propter quod partes acceſſerunt ad dominum Papam, in cuius præſentia magiſter S. ſponte fuit confeſſus de permutatione, ſed B. præpoſitus eam inficiabatur omnino, dicens, quòd ipſe præpoſituram ſuam, ſine aliqua conditione reſignauit, & poſt reſignationem prædicti magiſtri archidiaconatum fuerat aſſecutus: Papa auditis hinc & inde propoſitis, conſtitit ei, quòd dictus B. permutationi conſenſit, & prædictus magiſter publicè fuit errorem ſuum confeſſus, vnde vtrunque ſua dignitate per ſententiam diffinitiuam priuauit. Nota, quòd qui dignitates vel beneficia auctoritate propria commutant, illis dignitatibus & præbendis ſunt priuandi. Item confeſſus in iure pro conuicto habetur. Item cum ſponte confeſſo mitius agitur quàm cum conuicto, ſed hoc forſitan fit propter connexitatem.

k ¶*Confeſſus.*] Quæ confeſſio ei præiudicauit. s̃. de confeſ. c. 2. & 3.

c. 2. & 3. Sed aduerſario non debet præiudicari. j. de adul. ſignificaſti. & 2.q.5. interrogatum.

a ¶*Conſenſum.*] Et ſic fuit particeps ſimoniæ, vnde debuit priuari dignitate illa. ſ. eod. quæſitum.

¶*Glo. ſeq. no. & ſoluit contrarium, ponit rationem quare beneficia non permutant.*

b ¶*Diffinitiuam*] Ergo in ciuili cauſa aliquæ ſunt partes iudicis in cõfitentem, ſimiliter & in criminali. 2. q.1. nos in quemquam. nec obſtat ff. ad l. Aqui. l. perinde. Nam nullæ ſunt partes in cognoſcendo, ſed aliquæ ſunt in pronunciando ɪ. Io. Sic ergo patet ex hoc c. & ſ. e. quæſitum, quòd nulli poſſunt de iure ſua auctoritate adinuicem ſua beneficia permutare: vt j. cap. proximo. Et illa poteſt eſſe ratio, quia non cõtrahit permutationem qui rem alienam tradidit. ff. eod. l. 1. §. vlt. Et arg. ad hoc. ff. de cond. cau. da. l. vlti. Sed beneficium nõ poteſt poſſideri tamquam proprietas, quia nullus dominiũ dicitur habere ſui beneficij, cũ quaſi vſuario clerici comparentur: ſed eccleſia bene poteſt poſſideri ab alia eccleſia tamquam proprietas, vnde poſſunt bene adinuicem permutari. ſ. eo. ad quæſtiones. Item permutatio vicina eſt emptioni. ff. eo. l. vlti. & quaſi ſucceſſit permutationi. ff. eo. l. 1. ſed ſpiritualia emi, vel vendi non poſſunt: j. de ſimonia. querelã. & 1. q. 1. q ſtudet. Ber.

† Aliàs ita: præſtiterit pmutatiõi aſſenſum.

ɪ Adde pro hoc textũ & ibi bonã rationẽ in gl. in l. 1. C. de cõfeſſis.

† Cap. 2. ti. de præbendis. in 3. cõpil. Et de intellectu vide Couarruuiã. li. 1. va. reſolu. c. 5.

C*Vm vniuerſorum.*] Dicit Ioãnes And. quòd gratiam cõtinet, & poteſt ſecundum eũ in ea parte. quæ continet ius, hoc modo: Clerici per ſe ſua beneficia non permutant. In prima parte ponitur narratio. In ſecunda gratioſa prouiſio: ibi, *Cum igitur.* Ab.

C A S V S. G. canonicus Leodien. & L. clericus cœperũt inter ſe tractare de permutatione præbendarum ſuarum, quam permutationem credebant ſibi expedire. G. canonicus præbendã ſuam iſti L. reſignauit: dictus L. contulit eam cuidam conſanguineo ſuo, ſed ſuam præbendam (ſicut promiſit) noluit reſignare: & ſic dictus G. ſpe ſua fruſtratus remanſit, & ſuper hoc coram Leodien. epiſcopo fuit diutius litigatum: tandem dictus L. appellauit ad Papam, ſed dictus G. ad ſedem Apoſtolicã acceſſit: dictus L. nec iuit nec miſit: dictus G. prædicta expoſuit domino Papæ: vnde ſuper hoc ſcribit Papa quibuſdam dicens: Cum igitur deceptis & non decipientibus iura ſubueniant, quamuis ipſi nõ poſſent de iure beneficia eccleſiaſtica permutare, vt tamen ſimplicitati venia tribuatur. mandat Papa, quatenus ſi conſtiterit prædictum G. taliter fuiſſe deceptum, conſanguineus illius L. ab ipſa remoueatur præbenda, & quilibet alius illicitus detentor, & eam reſtitui faciant dicto G. No. hic duas regulas, quòd deceptis & non decipiẽtibus iura ſubueniũt. Item fraus & dolus nemini dẽt patrocinari. Item permutatio præbendarum non poteſt fieri à poſſeſſoribus præbendarum ſine auctoritate ſuperioris. Item ſimplicitati parcendum eſt.

c ¶*Tractare.*] Quod non licet à poſſeſſore præbendæ vel dignitatis. ſuprà. de præben. maioribus. ſed ſuperior hoc facere poteſt. ſuprà eodem quæſitum. Bernardus.

d ¶*Vtilitati vtriuſque.*] Quia altera alteri magis vicina erat: vel alia conueniens cauſa. ſim. ſ. eo. ad quæſtiones. & 10. q. 2. hoc ius. §. ſed & permutare. & ſ. eod. c. 1. T.

e ¶*Reſignare.*] Et ſic decepit eum, vnde ei iura non ſubueniunt, vt infrà dicitur.

ficiabatur omnino, proponẽs, quod ipſe præpoſituram ſine conditione qualibet reſignauit, & poſt reſignationem prædicti magiſtri archidiaconatũ fuerat aſſecutus: & infrà.

¶Cum ergo nobis conſtaret, quòd ipſe B. ſuum præſtiterit † permutationi conſenſum [a], prædictus autem magiſter ſuũ publicè fateretur errorem: & hunc præpoſitura, & illum archidiaconatu curauimus ſpoliare: ſuper hoc diffinitiuam [b] contra eos ſententiam proferentes.

¶Idem Archiepiſcopo, & præpoſito ſancti Andreæ Colonien.

¶*Si permutatio beneficiorum completa eſt ex vna parte, & per alteram ſtat quo minus impleatur, reſtituitur pars ad ſuum beneficium. & ſecundum hoc continet ius.*

CAP. VIII.

CVm † vniuerſorum: & infrà. ¶Intelleximus G. canonico referente, quòd cum ipſe & L. clericus, de permutatione præbendarum ſuarum inter ſe tractare [c] cœpiſſent, quam vtilitati vtriuſque [d] imminere credebant, tandem idẽ L. præbenda eiuſdem G. cuidam cõſanguineo ſuo aſſignata, præbendam ſuam ei, ſicut promiſerat, noluit reſignare [e]: & infrà. ¶Cum igitur deceptis, [f] & non decipiẽtibus iura ſubueniant, licet ipſi per ſe de iure non poſſent eccleſiaſtica beneficia permutare, vt tamen ſimplicitati [g] venia tribuatur †: Mandamus, quatenus ſi conſtiterit prętaxatum G. taliter fuiſſe deceptum, amoto à præbenda ſua conſanguineo ipſius L. vel quolibet alio illicito detentore [h], eam reſtitui faciatis eidem.

¶Gregorius nonus Beton. † & Fungin. abbatibus.

¶*Spirituale cum temporali permutari non poteſt.*

CAP. IX.

EXhibita nobis abbatis, & conuentus ſancti Martini de Pannonia petitio continebat, quòd cum ſuper cauſa, quæ inter ipſos ex vna parte, & præpoſitum Alban. † ex altera ſuper quibuſdam decimationibus vertebatur, ad C. † capellanum noſtrum tunc in Hungaria commorantem, noſtras literas impetraſſent: ipſe, ac Magiſter M. in quos vtrinque tãquam in arbitros extitit compromiſſum [i] arbitrati [k] fuerunt, quòd ſi dictus præpoſitus obtineret decem milia ſolidorum † regalium à rege Hungariæ concedi monaſterio memorato, ipſi ab earundem decimationum petitione ceſſarent: & infrà. ¶Quocirca mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit de pręmiſsis (cum permutatio de ſpiritualibus ad temporalia [l] improbetur) prædictum

f ¶*Deceptis.*] Sic ſ. de reſcrip. ſuper literis. ff. ad Velleia. l. 2. §. verba. C. eod. tit. ſi ſine. quia ſtultis non conſueuit ſuccuri, ſed errantibus. ff. de iur. & fac. ignorant. l. penul. §. ſi quis ius. & C. ſi mi. ſe ma. dixe. ſi is. & infrà de donat. inter dilectos. Lau.

† Vide l. 1. ff. de do. & l. tutor. ff. d ſuſpec. tut.

g ¶*Simplicitati*] Cui parcẽdum eſt ſupra de reſcrip. ſuper literis. & in Auth. de inſtr. cau. & fi. §. hæc autem omnia. ff. ſi quis in ius voca. nõ ierit. l. 2. ff. de eden. l. 1. §. vl. & ff. de iuriſd. om. iu. ſi qs id §. doli. 86. diſtin. tanta nequitia. & ſupra de tranſla. inter corporalia. ſed de iure debet vterque amittere ſuam prębendam. ſupra c. prox. & c. quæſitum. Sed non eſt verũ quòd alter renunciauerit. Videtur tamen qđ iſte G. de iure poſſit repetere ſuam prębendã, tum quia contractus talis reprobatus ẽſt. ſ. de præben. maioribus. & ſ. eod. quæſitum. ergo poteſt venire contra. C. de agricol. & cenſit. quemadmodum. li. 11. tum quia non fuit res ſecuta, propter quam data eſt. C. eo. tit. rebus. Lau. ſed T. dicit quòd non poteſt eam per ſe repetere, a ar. ſ. de renunciatio. quod in dubijs. Bernar.

† De Botẽ. & Singien. abbatibus. † Beton. & Simugien. † De Beconẽ. & Sinugien. abbatibus. † De Becã. & Simigiẽ.

† Alben. † Albanen.

† G.

† Saliũ legitur in x. codicibus manuſcriptis: ĩ vno ſolo habetur, ſolidorũ in alio, ſolinarum additĩ in vno vetuſtiſſimo hæc expoſitio: genus eſt monetæ, vel menſura ſalis. idẽ an notat hic Hoſtiẽſis. ſi legas ſolidorũ. vide Couarruuiam trac. de numiſmat. c. 3. §. 1.

h ¶*Detentore.*] Sic. ſuprà de conceſſione præbendæ, propoſuit.

E*Xhibita.*] In prima ponitur facti narratio. In ſecunda diffinitionis commiſſio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

C A S V S. Inter abbatem, & conuentum ſancti Martini de Pãnonia ex vna parte: & præpoſitum Albanen. ex altera, ſuper quibuſdam decimis quæſtio vertebatur: cauſa ſuper hoc commiſſa fuit cuidam capellano domini Papæ in Hungaria commoranti: tandem ſuper quæſtione illa compromiſſum fuit vtrinque in dictum capellanum & magiſtrum M. tamquam in arbitros: qui taliter arbitrati ſunt, quòd ſi dictus præpoſitus obtinere poſſet à rege Hungariæ decem millia ſolidorum concedi monaſterio prædicto, monachi ceſſarent à petitione decimarum: monachi dubitantes an forſan talis permutatio valeret, ſignificauerunt hoc domino Papæ: vnde mandat Papa quibuſdam, quatenus ſi conſtiterit de præmiſsis, tale arbitrium decernant irritum & inane, & quicquid ſecutum eſt ex eo, vel ob id, cum permutatio de ſpiritualibus ad temporalia ſit inhibita. No. quòd temporalia cum ſpiritualibus permutari non debent. Item ſi principale non tenet, nec acceſſoriũ, vel quod ex eo eſt ſecutum.

† Idẽ Inn. Hoſ. Pel. & Abbas, huic gratiæ cãm dedit, ne alter ex ſuodolo cõmodum reportaret. ſed hodie p cõſt. cle. 1. ſi beneficia pmutatiõis cã reſignata cõferãt, alijs quàm pmutare volẽtibus nõ tenet collatio: vt e. ti. in cõceſſione. 10. And.

i ¶*Compromiſſum.*] Et ſic patet quòd de re ſpirituali poteſt in arbitros compromitti. ſic ſ. de arbitr. cum olim. & c. contingit. & cap. penul.

k ¶*Arbitrati.*] Et malè, prout ſequitur.

l ¶*Temporalia*] Ergo temporalia cum ſpiritualibus commutari nõ poſſunt. ſ. eo. ad quæſtiones. quia nec vendi, nec redimi poſſunt.

poſſunt.ĭ.de ſimo. querelam 1. & ita non permutari : ſed cū alio ſpirituali bene : vt in c.ad quæſtiones. & ſ.de tranſact.ſtatuimus.ſic & tranſactio bene valet,dummodo ſpirituale detur pro ſpirituali.ſic & permutatio ; ſed fructus decimarum bene poſſunt vendi,& locari.ſ.tit.proxim. cap. 2. ſed ipſum ius nequaquam. Bernardus.

1 Concor. tex. i l.omni. & ibi no. Bar.C. de ſa. ſan. eccle.

¶Glo.ſeq.notat, ſignat contrarium, & remittit: vltimò quæſtionem ſoluit.

arbitrium, & quicquid ſecutum [a] eſt ex eo, vel ob id, irritum decernatis.

a ¶*Secutum.*] & ſic patet,quod arbitriū nullū fuit ipſo iure: quia cōtra formam iuris prolatum fuit de re ſpirituali ad temporalē.ſic ſ. de confirm. vtili vel inuti. examinata,& ſic ſi principale nō tenet, nec acceſſorium.ſ. de electio. qualiter.ſ.de foro cōpeten.ſi diligenti.etiam ſi iuramentum interueniſſet:vt ibi.C.de legi.non dubium.& ſ.de fide inſtrum. inter dilectos.& 16.q.7.& hoc diximus. Sic patet ꝙ temporale non poteſt dari loco decimarum. arg.contra ſ. de rebus eccle.non alienā.vt ſuper. vbi videtur quòd temporale poſſit dari ꝓ decimis : ſed ibi ſoluitur.Ex hac decr. 2 ſoluitur quæſtio, quæ multum occurrit de facto : quāꝗ; aliqui volunt certas poſſeſſiones tradere quo ad proprietatem, vel vſumfructum eccleſiis,quibus tenentur ſoluere decimas poſſeſſionum ſuarum, vt ſic aliæ poſſeſſiones liberæ remaneant ab exactione decimarum : patet ꝙ hoc fieri non poteſt: & hoc idem habuimus in antiqua compilatione de decimis, intelleximus. quæ non debuit remoueri.

† Maurieñ.

† Cap.1.e. ti. in 3.cōpilat.Et de intellectu vide Couarruuiam li. 3. varia. reſolu.c.1. & de materia tituli plene Iuliꝰ Clarˢ trac. de feudo.

† accepiſſe

† retineri.

2 Et ex cā. 16.q.7.omnes. & de hoc per B. Brixi. in q. cū quædā eccl. & eſt dominicalis 49. vbi tenet B. ꝙ tale pactū factum ad decenniū, eccleſiaſeruare teneāt ſi res ꝓ decimis ꝑmutata chaſmate pereat. Io. And.

TITVLVS XX.

De feudis.

¶Innocentius.iii.Marien.† Epiſcopo.

¶Si dominus à vaſallo recipit feudum in pignus, abſtinendo ab eius ſeruitio,non tenetur computare fructus in ſortem.hoc dicit ſecundum intellectum communem: & eſt caſus ſingularis,qui alibi non legitur.

CAP. I.

INſinuatione † præſentium declaramus, qd̄ gageria [b], quā de feudo eccleſiæ tuæ ab M.dignoſceris recepiſſe †, à te poteſt liberè detineri †, fructibus non computatis in ſortem: Ita videlicet, vt quam diu fructus illos perceperis in ſortem minimè computandos, idem M. à ſeruitio, in quo tibi, & eccleſiæ tuę pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis [c].

DE FEVDIS.

¶Viſum eſt ſupra de quibuſdam contractibus, quibus rerum dominia transferuntur, ſed quia per infeudationem trāsfertur vtile in vaſallum, directo remanente apud dominum, & ſic eſt ſpecies cuiuſdam alienationis, ideo poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 22.q.vlt.de forma.

I*Nſinuatione.*] Primò ponitur dictum. Secundò limitatio:ibi,*Ita videlicet.* Abbas Siculus.

Casvs. Epiſcopus Marien. recepit in pignus quaſdam poſſeſſiones ab M. pro quadam pecunię quantitate,quam mutuauit eidem:quas dictus M.ab eccleſia Marien.tenebat in feudum ; quærebatur vtrum epiſcopus deberet computare fructus in ſortem? Reſpondetur, quòd epiſcopus poteſt licitè retinere gageriam prædictam fructibus non computatis in ſortem, quamdiu ſortem reſtituerit totam : ita tamen quòd quamdiu fructus illos receperit non computandos in ſortem, dictus M. à ſeruitio quo eccleſiæ illi pro feudo ipſo tenetur, interim ſit immunis. Nota, hic caſum, in quo fructus non computantur in ſortem, nec tamen committitur vſura.Item fructus ſuccedunt loco ſeruitij. Item proprietas fructuum ſiue poſſeſſio penes feudatarium eſt,& non penes dominum feudi.

b ¶*Gageria.*] id eſt 3, pignus, ſiue feudum, & eſt vulgare Theutonicorum.

3 Gageria quid ſignificet, docet hic plenè Hoſtienſis.

¶Gloſſa ſequens reddit rationem, & dat ſimile. demum quęrit, & ſoluit.

c ¶*Immunis.*] In hoc caſu permittitur eccleſiæ fructus non computari in ſortem, vt res illa citius perueniat ad eccleſiam.ſimile.infrà.de vſur.cap. 1. & cap. conqueſtus, & in alio caſu non computantur fructus in ſortē,vt ĭ.eo.tit.de vſur.ſalubriter.Sed quid ſi vellet ſeruire eccleſiæ ad hoc vt computaret fructus in ſortē? Dico ꝙ in hoc caſu nō eſt audiendus.Io.

E*X parte.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *In primo.* Abbas Siculus.

¶Idem Mediolan.Archiepiſcopo.

¶Ponit tres caſus, in quibus non obſtante iuramento de non infeudando, poteſt epiſcopus antiquum feudum ad eccleſiam reuerſum nouo vaſallo concedere.hoc dicit.Et eſt caſus notabilis interpretans iuramentum de non alienando.

CAP. II.

EX † parte tua noſtro eſt Apoſtolatui reſeratum,ꝙ ſæpius dubitaſti,vtrum cū contingit vaſallum tuū decedere, & ad te feudū [d] ipſius redire, feudum eius alij liceat tibi dare quamuis iuramento teneatis aſtrictus non infeudare de nouo,Romano Pontifice incōſulto? Ad hæc, † ſi vaſallū tuū feudum alienare [e] cōtingat, an ipſius filium, vel cōſanguineum † eiuſdem feudi conſortē [f], de ipſo valeas inueſtire [g]? Alia quoque dubitatio continebat,vt cum feudum alienatum repereris,quod per te facile recuperare non potes : vtrū poſſis alicui laico in feudum illud concedere, qui & illud recuperet, & in feudū per eccleſiā recognoſcat:& ĭfrà. ¶In primo ergo caſu,feudum decedentis,liberè(ſi videris expedi

Casvs.Archiepiſcopus Mediol. fecit tres quæſtiōes domino Papæ : vaſallus eccleſiæ deceſſit. feudum quod ab eccleſia tenebatur, deuolutum eſt ad ipſum : quæſiuit, vtrum feudum illud liceat ei alij dare non obſtante iuramento quo tenetur non infeudare de nouo, Romano Pontifice inconſulto. Secundò quæſiuit: ecce vaſallus alienauit feudum, quod ab eccleſia tenebat, ſine licentia domini, & ſic amiſit feudum : vtrum poſſit filium illius, vel conſanguineum conſortem eiuſdem feudi inueſtire de illo. Tertia quæſtio eſt talis:Vaſallus eccleſiæ alienauit feudum quod ab eccleſia tenebat, & iam non poteſt feudum illud de facili recuperare : quæſiuit, vtrum feudum illud poſſit alij laico: dare in feudum, qui illud recuperet, & ab eccleſia recognoſcat : Ad quamlibet quæſtionē reſpōdet, quòd licitè feudum illud concedi poteſt. Nota, quòd iuramentum de non infeudando de nouo, non extenditur ad feuda antiqua, ſed ad illa tantum quæ nunquam fuerunt infeudata, & ab eccleſia poſſeſſa. Item ſi vaſallus feudum alienat ſine licentia domini, debet illud amittere. Item valet donatio illius rei,quam conſequi non poſſumus.

† Cap.2.e. tit.in 3.cō. Et de materia vide late per Iuliū Clarū in tract.de feudo.

† aliàs: Ad huc.

† In codice Barbatię ita : vel cōſortem eiuſdē feudi de ipſo, &c.

d ¶*Feudum.*] Feudum alienari non poteſt, ſed dari poteſt in dotem vſque ad vitam feudatarij. infrà de donatio. inter virum & vxorem, nuper 4. Ioan.

4 Concor. l. imperialem. & ibi Bal.§.1.de proh.feu. ali.per Fri. col.10.

e ¶*Alienare.*] Si vaſallus alienat totum feudum, vel maiorem partem, perdit feudum : & dominus à quolibet poſſeſſore poteſt illud reuocare: ſi vero minorem partem eiuſdem dat in libellum,vel obligat pignori, dummodo remaneat in ſeruitio domini, propter hoc non perdit feudum 5 : vt in libro feu.quibus modis feudum amitta.§.2.& 3.¶Tancre.

f ¶*Conſortem.*] quaſi iure accreſcendi.ff.de vſufruct. accreſcendo. per totum titulum. & in lib. feu. quib. mod. feu. amitta. §. prætereà.

¶Glo.ſeq.aperit quod fuerat dubium.

g ¶*Inueſtire.*] Videbatur quòd non, quaſi delictum alienantis feudum ſine licentia domini reſpiceret huiuſmodi cōſortem, vel filium. Vel illud mouebat quæſtionem, quia videbatur ſufficere, vt ſtuderet iure ſucceſſionis, nec eſſet neceſſe eum inueſtire. Ioan.G.& Tan.dixerunt, quòd qui alienat feudum domino inconſulto, ius feudi perdit, & conſanguineus non habet ius in illo, vt in lib. feu. ſi clientulus, & in conſtitutione Friderici. imperialem. §. igitur habito concilio.& tamen epiſcopus qui ſacramento tenetur non alienare bona eccleſię de nouo ſine licentia domini Papæ, dare poteſt tali conſorti feudum illud, non obſtante ſacramento præſtito : quia aliud eſt alienare de nouo, & aliud antiquum concedere.argum.ĭ. de Iudæis, conſuluit. & ff. de noui. ope. nuncia.l.1.§.opus nouum.ĭ.de dona.per tuas. 24. q. 1. Achatius.& 12.diſtin.perceptis. Tan.

5 hoc videtur correctū:qa & ſi pauca vendat ſine cōſenſu dñi, feudū amittit.in li.feu. de prohibita. feu. ali. ꝑ Fri.imperialē §.habito.ſecundū Ho. ſed gl.ibi &cōmuniter domini legū cōtra, ꝙ ſi partē vēdidit, illā ſolā perdat. Io.And.

¶Gl.ſeq.reci.per q.arg.& pro & contra.Secundò ponit tres caſus,quibus vaſallus feudū perdit,& reuertitur ad dominū, & quartum in quo perdit, ſed ad dominum non reuertitur.

2 ¶*Filium.*

re)cōcedas: Atque in ſecundo filium [a], vel conſanguineum alienantis inueſtiens: in tertio feudum alienatum poteris ei licenter † ccedere, per quem ipſa† eccleſia valeat rehabere.

TITVLVS XXI.

De pignoribus, & alijs cautionibus.

¶Ex concilio Remen. †

¶*Res eccleſię pignorari non debent, niſi ex neceſſitate, & rationabili cā.*

CAP. I.

NVllus presbyter præſumat calicem, vel patenam, vel veſtimentũ ſacerdotale, aut librum [b] eccleſiaſticũ tabernario, vel negotiatori, aut cuilibet laico, vel fœminę in vadium † dare: niſi iuſtiſſima neceſſitate [c] vrgente.

¶Gregorius iij. Exonen. Epiſcopo.

¶*Liber homo non poteſt pignorari.*

CAP. II.

LAtor pręſentium: & infrà. ¶Lex [d] habet, vt homo liber pro debito non teneatur: & ſi res defuerint, quæ poſſint pro debito addici [e].

¶Alexan. iii. Epiſcopo Exonien. †

¶*Si rector eccleſię pro facto proprio rem eccleſię obligauit, cogitur eius hęres rem redimere, & eccleſię reſtituere.*

CAP. III.

EX † præſentium latoris inſinuatione accepimus, ꝙ ſacerdos eccleſię de Offitona† calicem argenteum, & medietatem vnius breuiarij eiuſdem eccleſiæ, pro ſua neceſſitate [f] pignori obligauit: & ea, morte præuentus minimè recollegit. ¶Vnde quoniam indignum eſt, vt eidem eccleſiæ res ſuæ, præſertim quæ ſacris miniſterijs deputatæ ſunt, taliter debeant deperire: Mandamus, quatenus, ſi verum eſt quod aſſeritur, filium [g] eius qui ex ſucceſſione [h] ipſius patrimonij ius dicitur obtinere, moneas, & compellas, vt ea recolligat, & reſtituat eccleſiæ memoratæ.

¶Innocentius tertius G. ſubdiacono noſtro, & P. canonico † Piſano.

¶*Si vſurarius emit rem eo pacto, quòd poſt tempus reſtituat eam venditori, recipiendo aliquid vltra ſortem, fructibus tamen in ea computatis iudicatur cõtractus fœneratitius.*

CAP. IIII.

ILlo † vos credimus ſcientiæ dono vigere: & infrà. ¶Sanè intimaſtis nobis, quòd cauſam quę vertitur inter H. & B. filios G. de Coſa † ex vna parte, & G. filiam T. & hæredes ipſius ex altera, ſuper quibuſdam terris præfatis perſonis pro viginti tribus libris pi-

---

a ¶*Filium.*] Videtur quòd ob delictum patris non debeat filius 1 feudum amittere, arg. ff. de in ius vocan. adoptiuum. in fi. ff. de decurio. l. 2. §. nullum. & ff. de bonis damna. cum ratio naturalis. 1. reſpon. §. ſi plures. & arg. de bonis libertorum. quęritur. pro & contra. & C. de quæſt. diuo. ff. de iure patro. l. iura. Arg. contra. ff. eo. tit. l. qui contra legem. Ioã. De hoc ſcire debes, q̃d ſi vaſallus infra annum & diẽ inueſtiturá feudi ab hæredibus domini non quęſierit, vel domino petente iuramentum fidelitatis, tertio commonitus non pręſtiterit, vel aliquam feloniam contra tenorẽ iuramenti fidelitatis fecerit, perdit feudum, & reuertitur ad dominũ. Si verò aliquid graue contra dominum perpetrauerit, puta fratrẽ eius, vel patrem interfecerit, vel aliud graue, ſi feudum eſt paternum, amittit illud: & non ad dominum, ſed ad cõfeudatarios ſuos pertinet, vt in libro feudorum: quibus mod. feu. amit. §. vlt. ſed ad filios illius nõ pertinet. Tan.

DE PIGNORIBVS ET ALIIS cautionibus.

¶*Viſum eſt ſupra de q-buſdam ſpeciebus alienationis: Videndum reſtat de obligationibus realibus. ideo ſubijcitur rubrica de pignoribus. Abbas. Siculus.*

De hac materia tractatur 12. q. 3. & q. 4. per totũ. & infra. in rubrica de ſolutionibus.

NVllus.] Vaſa eccleſiæ & alia deputata ad cultum diuinũ, niſi ex iuſtiſſima neceſſitate pignorari non debent. hoc dicit. Ab. Et primò ponitur dictum. Secundò exceptio: ibi, *Niſi.* ſecundum Floren.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd nulli presbytero licet ornamenta eccleſiaſtica laicis impignorare, niſi in ſumma neceſſitate. Nota quòd ornamenta eccleſiæ impignorari laicis non poſſunt, niſi iuſtiſſima neceſſitate vrgente.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiect. cui dupliciter reſpondet.*

b ¶*Librum.*] Non prohibet obligari, quaſi ſacrum: quia non benedicuntur libri 2: ſed ideo, quia ex quo fuerunt in ſacro vſu, ad manus laicorum venire non debent. de conſe. diſt. 1. ligna. altaris palla. veſtimenta. in ſancta. Vel eodem modo prohibentur obligari liber, vel calix 3, ſicut prohibentur aliæ res eccleſiæ, niſi in caſibus neceſſitatis. s̃. de reb. eccl. alie. vel non. nulli. vt hic patet. T.

¶*Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit ſignat contrarium, & reſpondet.*

c ¶*Neceſſitate.*] Quæ erit illa neceſſitas, puta ſi parochiani illius eccleſiæ caperentur. 12. q. 2. ſicut omnino. & pro pauperibus alendis, & conſimilibus. 12. q. 2. aurum habet. Et cauſa captiuitatis pignori dari poſſunt: vt in Auth. de non alie. reb. eccl. §. his aũt pœnis. coll. 2. Sed cõtra videtur. C. quæ res pig. ob. poſ. l. 3. & ff. eo. tit. l. 1. §. eã rem. & ff. de pign. ſed & quod. §. ꝙ emptionem. à contrario ſenſu, ſed canones præualent. G.

LAtor.] Liber homo pro debito detineri non debet, etiam ſi non habeat vnde ſatisfaciat. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Dicitur quòd homo liber capi, vel detineri non debet. ſcilicet pro debito, etiam ſi res defuerint. Nota quòd homo liber pro debito capi, vel detineri non debet. quod verum eſt ſi bonis cedere voluerit: vt C. qui bonis cede. poſ. l. 1.

¶*Glo. ſeq. alle. concor. & excipit tres caſus.*

d ¶*Lex.*] C. de act. & oblig. ob æs. & C. quæ res pig. ob. poſ. l. filios. ff. de leg. 1. ſenatus. §. vlt. in Aut. vt nulli iud. §. quia verò. coll. 9. Niſi in caſibus, vt q ab hoſtibus detinẽtur. C. de cap. & poſt. re l. ab hoſtibus. & l. vlt. Pater enim põt filiũ obligare quãdoque, qm̃. & vẽdere poteſt in maxima neceſſitate. C. de patribus qui fil. diſtraxe. l. 2. Item ex conſenſu libera perſona obligari poeſt, ſcilicet in obſtagio vt s̃. de iureiu. ex reſcripto 4. aliàs ordinariũ eſt, vt qui bonis cedit, liber vadat quo vult. C. qui bo. cede. poſ. l. 1. & infrà. de ſolu. Odoardus. Ala.

e ¶*Addici.*] id eſt, adiudicari. ꝙ verũ eſt ſi bonis cedat, aliàs incarcerem detrudatur. C. qui bo. ce. poſ. l. 1. 1. reſpõ.

EX *preſentium.*] Primò narrat factum. Secundò dat iudices: ibi, *Vnde.* Abbas.

CASVS. Secerdos eccleſiæ de Offitona pro ſua propria neceſſitate, obligauit calicẽ argenteũ. & medietatẽ vnius breuiarij eiuſdẽ eccleſiæ, & morte pręuẽtus, ea nõ recuperauit: filius illius defuncti requiſitus per ſucceſſorem vt res quas pater obligauerat, recolligeret, facere noluit: vnde ſacerdos conqueſtus eſt dño Papæ: vnde mandat epõ Exon. quatenus, ſi verũ eſt quod aſſeritur, filiũ illius qui ſucceſſit eidẽ compellat, vt res prædictas recolligat, & eccleſiæ reſtituat ſupradictæ, quia indignum eſt vt res eius debeant deperire. Nota, ꝙ pręlatus non poteſt obligare bona eccleſiæ pro ſuo facto proprio: quod ſi fecerit, hæredes illius poſſunt conueniri. Item bona illius tacitè ſunt obligata eccleſiæ pro facto rectoris. Item filius hæres cõuenitur ex contractu defuncti.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & tripliciter ſoluit.*

f ¶*Neceßitate.*] Si pro ſua neceſſitate obligauit, nõ tenuit obligatio. arg. C. ſi res alie. pig. da. fue. curator. & C. q̃ res pig. oblig. poſſunt. qui filios. qa nõ obligant̃ niſi quæ quis de rebus ſuis obnoxia facit. Quare ergo pręcipit̃ ꝙ hæres luat, cũ eccleſia liberè à creditore poſſit repetere. 10. q. 2. hoc ius. §. q vero res. s̃. de reb. eccl. alie. vel nõ. ſi quis presbyterorũ? Forte de facto: quia niſi recolligerentur, eccleſia rehabere nõ poſſet. Vel voluit hic Papa creditori proſpicere: quia aliter ab hærede presbyteri ſuũ debitũ conſequi non potuit. vel eſt in optione eccleſiæ, vtrũ velit alienantem, vel recipientem cõuenire. 12. q. 2. ſi qua de rebus. & c. ſi quis qualibet. Ala. & C. ſi tu. vel cura. l. etiam. & l. vlt. ad inſtar minoris, vt ibi dicitur. Bernardus. ADDITIO. Et dic ꝓ ſua neceſſitate patrimoniali, nõ ꝑſonali.

g ¶*Filium.*] de matrimonio natum ante clericatum.

h ¶*Ex ſucceſſione.*] Ex facto defuncti cõueniunt̃ hęredes. C. d̃ euict. l. ſi parẽtes. & 12. q. 2. eps qui filios. & qa pater eius tutor eccleſiæ fuit, hæres tenetur inſolidũ. C. de hæredi. tuto. l. vl. R.

ILlo *vos.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Reſpondemus* Abbas.

CASVS.

---

1 De hoc articulo vide quæ breuiter dixi li. 3. cõmẽ. ĩ Director. inquiſitorũ Sch. 154. vbi cito q de hoc diſſerunt.

† licitè.
† ipſum.

† Nõ inuenio in concilio Remẽſi tñ tribuũt Burchardus li. 3. decre. c. 104. Iuo par. 2. c. q. 139. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

† Ideſt, obligare, eſt enim modus loquendi vulgaris Gebenẽ. vt hic ait Hoſtienſis.
† Sardin. defenſori.
† Sancidẽ defenſori.
† Sanctio defenſori.
† Sed ſcribendũ ita, Gregorius Fãtino defenſori, ex epiſtola 43 lib. 3. regiſtri & c. 2. eo. tit. in 1. compila.
† Exon.
† Exonen.

2 Excepto Miſſali, q̃d habet certas orationes. in pontificali.
3 Vide hic Io. And. diſtinguentẽ inter cõſecrationẽ q̃ fit cũ certis vnctionib9 & eã quæ fit abſque vnctione.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpila. Et poſt cõciliũ Lateran. ſub Alex. iii. par. 19. c. 1.

† Offen.
† Offic.

4 Alios caſus cõmemorat hic Hoſt. quos videto.

† Canonicis Piſanis

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilatione. Et de intellectu vide Couarruuiã. li. 3. varia. reſolu. c. 9.

† Choſa.

CASVS. Henricus & B. eius frater, filij G. de Coſa, receperunt viginti tres libras mutuo à quadam muliere G. nomine filia Theobaldi, & ab hæredibus ſuis: pro qua pecunia obligaueruut ei quaſdam terras: ſed cum dicta mulier terras illas reſtituere nollet, impetrauerunt literas contra ipſam ad quoſdam iudices, corã quibus petebant terras illas ſibi reſtitui: Ex aduerſo reſpõdebatur ex parte mulieris, ꝙ terras illas non tenebatur reſtituere, cũ pignori obligatæ non eſſent: ſed vẽditę, ſecundum ꝙ in inſtrumento inde confecto cõtinebatur: prędictus H. pro ſe, & fratre ſuo dicebat terras illas non eſſe venditas, ſed pignori obligatas: quia in inſtrumento vẽditionis talis erat adiecta conditio, vt ſi à tempore contractus vſque ad duos proximos annos præfato T. patri ipſius mulieris emptio diſpliceret, G. pater H. ab inde vſque ad vnũ annum ſolueret viginti tres libras, fructibus perceptis computatis. Iudices dubitauerunt vtrũ pura, & abſoluta eſſet venditio, an cõtractus pignoratitius iudicari deberet: conſultus Papa reſpondet, ꝙ qualiſcunque fuerit intentio contrahentiũ, & ex forma contractus non appareat venditio conditionalis, ſed pura, quãuis per conditionẽ poſſit reſolui; tamẽ ex duobus, quæ in inſtrumento continentur, videlicet, ꝙ fructus percepti in ſoluenda pecunia debeant computari, & quòd vltra ſortẽ tres libræ debeant perſolui, contra ipſum emptorem pręſumitur vehementer, maxime cum ipſe conſueuerit exercere vſuras. Nota, ꝙ cum dubitatur de intentione contrahentiũ, formæ contractus ſtandum eſt. Item cum aliquid vltra ſortem percipitur, vſura præſumitur. Item contra eum præſumitur ꝙ ſit vſurarius, qui vſuras recipere conſueuit.

gnori obligatis [a], vobis duximus committendam: & infrà. ¶Ex parte prædictę G. & hæredum [b] eius fuit propoſitum terras, quas ijdem H. & B. repetebant ab eis non eſſe pignori obligatas, ſed purè venditas, ſicut in inſtrumento confecto exinde continebatur †. Præfatus vero H. pro ſe, ac fratre ſuo firmiter aſſerebat, terras non eſſe purè venditas, ſed pignori obligatas: cum venditioni prædictę talis fuerit adiecta conditio: vt ſi à tempore contractus vſque ad duos proximos annos [c] præfato T. emptio diſpliceret [d], G. pater H. abinde vſque ad annum, viginti ſex libras (perceptis fructibus computatis in ipſis) dare deberet. ¶Verum quia ambigitis, vtrum pura [e] ſit, & abſoluta venditio: an præfatus contractus pignus [f] debeat iudicari: Reſpondemus [i], quòd qualiſcunque fuerit intentio contrahentium, & ex forma [g] contractus venditio non appareat conditionalis, ſed pura: quamuis per conditionem [h] poſſit reſolui: ex duobus tamen quę in pacto fuerunt expreſſa, videlicet, quòd fructus

†Vide l. ꝙ ſi no. lit. in fin. ff. de ç- dil. edi.

a ¶*Obligatis.*] Eo conſiderato quòd inter contrahentes agebatur. ff. de verb. obli. eum qui quia non quod ſcriptũ eſt, ſed quod geſtũ eſt, inſpicitur. C. plus valere quod agi. quàm quod ſimu. conci. l. 2. & 3. & j. qui fil. ſint legi. per tuas.

b ¶*Hęredum.*] id eſt. filiorum eius: quia non dicitur hæreditas viuentis, ſed defuncti. ff. de hære. vel ac. vend. l. 1.

¶*Gloſſa ſeq. recitetur per quęſtionem.*

c ¶*Proximos annos.*] cum contractus ſub hac forma celebratur, vt liceat emptori à contractu diſcedere, ſi emptio diſpliceat ſibi: tunc vſque ad ſexaginta dies poteſt emptor à contractu diſcedere, non vltra, niſi hoc dictum ſit, ꝙ quandoque velit, poſſit recedere à contractu 1. ff. de ædil. edic. quòd ſi nolit. §. vltim.

d ¶*Diſpliceret.*] ff. de reſc in. ven. ſi conuenerit.

e ¶*Pura.*] id eſt certis verbis, ſcilicet, vt à verbis non recedatur. Lau.

f ¶*Pignus.*] ſcilicet mente contrahentium conſiderata. Lau.

g ¶*Ex forma.*] Forma tamen inſpicienda non eſt, ex quo cõſtat de contractu. C. plus valere quod agi. l. 1. & 2. Si autem dubium eſſet, ſtandum eſſet ſcripturæ. ff. de exer. act. l. 1. §. ſi is qui nauem.

h ¶*Per conditionem.*] C. de ædil. edic. ſi prædium. ff. de cõtrahen. emptio. l. 3. 2 ff. de leg. com. l. 1. ff. de in diem addic. l. 2.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

i ¶*Percepti*] Hoc videtur potius facere pro ipſo, quòd contractus vſurarius non fuiſſet: ſed hoc fuit contra naturam pacti: quia ſi aliquis rem vendit eo pacto, quòd quandocunque pretium reſtituerit, rẽ ipſam recipiat, emptor lucratur fructus perceptos, quouſque pecuniam recipiat. C. de pact. inter emp. & ven. ſi fundum. Et ideo præſumptio erat contra iſtum. ſed dic quòd non fuit venditio, ſed pignus: quia in pignore computãtur fructus, ſed in venditione non cõputantur: vt s̃. de rebus eccl. alie. vel nõ. ad noſtrã & in legibus prædictis: quia iſte creditor vſurarius erat.

1 Vel aliud tempus determinatũ ſit in cõtractu vid' qđ dicã j. de do. ꝑ tuas ſup 4 gloſſa. Io. And.

2 Non eſt emptio cõditionalis ſic facta, vt ſi diſplicuiſſet ſit inẽpta, ſed re ſoluitur ſub cõditione. Io. And.

percepti [l] deberent in ſoluenda pecunia numerari, & quòd vltra ſummam [k] receptam ſexaginta † ſolidi deberent perſolui, contra ipſum emptorem præſumitur [l] vehementer, pręſertim cum vſuras conſueuerit [m] exercere.

† quadraginta.

¶Idem Epiſcopo Aquinati.

¶*Mulier agit pro dote cõtra quemlibet detinentem bona mariti.*

CAP. V.

EX † literis tuæ fraternitatis accepimus, quòd cauſam, quę vertitur inter R. & A. mulierem tibi duximus cõmittendam; & infrà. ¶Si quidem probatum eſt, quòd pro facinore à marito prędictę mulieris commiſſo, eo fugam petente, tam † frater mariti, præfatus videlicet R. quàm ipſa mulier (licet minus iuſtè †) à regio iuſtitiario capti fuerint, & de ipſius mãdato bonorum delinquentis facta diſtractio, & ſoluta pecunia mercatori, qui à marito mulieris vulneratus fuerat, & rebus proprijs ſpoliatus, ſed quædam poſſeſſiones illius penes eundem R.

† Cap. 2. e. ti. in 3. cõ. Et an ob delictũ mariti poſſit dos publicari, vide Albericum trac. de ſta. par. 3. q. 6. & q̄ dixi li. 1. i directo Inquiſitor. Schol. 153.

† Aliàs ita: tam frater mariti præfati, videlicet, R. &c.

† Vide l. 1. & quaſi ꝑ totũ. C. ne vxor ꝑ ma. ꝙ facit in caſu. l. ſcire C. qui. mo. pi. ta. cõtra.

k ¶*Summam.*] fuit expreſsè vſurarium. 14. q. 3. plerique. & c. putant.

¶*Glo. ſequens obijcit, & ſoluit.*

l ¶*Preſumitur.*] ſed videtur quòd hoc non debeat obſtare emptori, quòd aliquid vltra recipiat, ex quo fructus perceptos computat in pecunia recipienda: nã ꝑcipiendo, fructus ſuos facit. ff. de in diẽ addic. l. 2. Reſpondeo verum eſt, ſed tamen tenetur eos reſtituere. ff. de in diem addi. item quod dictum eſt. & hoc verũ eſt, quando alius emptor meliorem conditionem attulerit.

m ¶*Conſueuerit.*] ita ex qualitate perſonę ꝑ̄ſumitur talis cõtractus in fraudem vſurarũ factus. Idẽ põt dici in cõtractu vbi pœna apponitur, quæ excedit legitimum modum vſurarum. ff. de actio. empt. Iulianus. §. idem. & C. de vſur. cũ allegas. Et eſt ſimile vbi pręſumitur contra aliquem ex eo quod facere conſueuit. vt ff. de pigno. act. l. vel vniuerſorũ. ff. de vſur. qui ſemiſſes. §. 1. & ff. ad Macedo. itẽ. §. quod dicitur. ff. de leg. 3. nummis. indiſtinctè. Io.

EX *literis.*] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi *Mandamus.* Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam ſpoliauit quendam mercatorem, & etiam vulnerauit grauiter, & ſic aufugit de terra: Iuſticiarius regis cepit fratrem & vxorem illius malefactoris: & de mandato ipſius omnia bona illius diſtracta fuerunt: & pecunia ſoluta fuit mercatori, qui ſpoliatus fuerat & vulneratus à marito illius mulieris: ſed quædam poſſeſſiones minutæ remanſerant, quas frater illius malefactoris retinuit de mandato iuſtitiarij: quia emptor alius non inueniebatur: vnde cum mulier illa dote ſua propter maleficium viri fuerit ſpoliata, impetrauit literas ad iudicem cõtra fratrẽ mariti ſui, qui quædam bona mariti poſſidebat, coram quo petebat dotem ſuam ſibi reſtitui, vel ſaltem mitti in poſſeſſionem bonorum mariti, quæ ille poſſidebat: ipſe reſpondebat, quòd bona illa retinuerit de mãdato iuſtitiarij, ſoluta pro eis pecunia mercatori, prout ſuperius eſt narratum, & hæc omnia probauit coram iudice: dubitabat iudex quid iuris eſſet? & Papa conſultus reſpondet, ꝙ ſi conſtiterit ei ex his quæ in præſentia ſua propoſita ſunt & probata, quod ſi mulier tantum dediſſet viro ſuo In dotem quantum ipſa petit, condemnet fratrem ſui mariti eidem, ad reſtitutionem dotis in tantum quantum de bonis mariti noſcitur poſſidere: quia mulieribus fauor multus debetur in dotibus recuperandis, & iure ciuili cauetur, quod propter maleficium viri remanere non debeat indotata: & quia bona mariti obligata ſunt pro dote ſua, & ad quemlibet tranſeunt cũ ſuo onere. Nota quòd fauor multus debetur mulieribus in dotibus ſuis recuperandis. Item propter maleficium viri vxor dotem ſuam non debet amittere. Item bona mariti tacitè ſunt obligata vxori pro dote ſua. Item res tranſit

cum

cum onere ſuo ad quemlibet poſſeſſorem.

a ¶*Minutias*.] & eſt ſimile, quia exactio & ſolutio partiũ nõ minima incommoda habet, vt ff.fami.ercis.planè.Ber.

b ¶*Viro dediſſe*.] De duobus conſtare debet quanta ſcilicet fuerit dos, quia aliàs non poteſt fieri reſtitutio ipſius, & quòd ille R. aliqua poſſideret de bonis mariti illius mulieris, vt catenus condemnetur.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. quibus mulier præfert.*

c ¶*Fauor*.] quoniam mulier præfertur omnibus creditoribus, qui habẽt perſonales actiones, vel qui habent tacitas hypothecas quantum ad dotem, ſed non quoad donationẽ propter nuptias, C. q. pot. in pig. ha. aſſiduis. ſed non præfertur creditoribus habentibus expreſſas hypothecas. Nã fiſcus ſimile habet priuilegium cum muliere. C. de priui. fiſc. quãuis. & fiſcus non præfertur prioribus creditoribus habentibus expreſſas hypothecas. ff. qui po. in pig. ha. ſi pignus. ergo nec mulier prefertur eis; præcipua eſt enim cauſa dotis. ff. ſolu.matr.l.1.Io.

d ¶*Maleficium*.] propter maleficiũ viri mulier puniri non debet. C. de do. inter vir. & vxo. res vxoris 1. & C. ne vxor pro marito. l. 2. & C. ad le. Iul. maie. quiſquis. §. vxoris. C. de bo. dam. ſi quis. & Aut. bona. nec etiã propter delictum patris. C. ſol. ma. l. 2. niſi in caſu. C. qui. mo. pign. ta. contra. ſatis. Bernardus.

e ¶*Obligata*.] Hoc priuilegium dotis, quòd omnia bona mariti ſint obligata vxori, non ex tenditur ad paraphernalia. C. de pac. conuent. ſuper dote. l. vlt. nec ad donationem propter nuptias. C. qui po. in pig. ha. l. vlt. in fin. Et ſic omnia bona prælati ſunt obligata eccleſiæ, ſi malè adminiſtrauerit. Et forte ob hoc dicit capitulum quod res epiſcopi eodem priuilegio gaudent, quo & res eccleſiæ. 16. q. 1. ſimiliter. Sicut & res tutoris pupillo. C. quib. mo. pig. ta. contra. ſi mater. Hoc priuilegium non habent mulieres, 2 quæ catholicam non percipiunt communionem. C. de hęre. l. 1. & Authent. ibi ſignata. Lau.

f ¶*Cum ſuo onere*.] ſic j. de deci. paſtoralis. & cap. cum non ſit in homine. 16. q. 1. ſi quis laicus. C. de diſtra. pi. ſi debitor 3. C. qui. mo. pig. ta. contra. l. 2. & ff. de contrahen. emptio. l. alienatio. ff. de pact. inter debitorem.

C*Vm contra*.] Primò ponitur factum. Secundò diffinitio: ibi, *Nos igitur*. Abbas.

Casvs. Quidam nomine Laurentius, quandam pecunię quantitatem recepit à quodam creditore, pro qua pecunia obligauit ei quaſdam poſſeſſiones: tempore procedente mortuus eſt creditor ille: hæredes creditoris illius poſſeſſiones illas obligauerunt G. ciui Anagnino: mortuo poſtmodum Laurentio debitore, R. de Monte Fortino filius illius in præſentia domini Papæ mouit quæſtionem ſuper poſſeſſionibus prædictis, contra dictum G. ciuem Anagninum dicens, quòd de fructibus illarum tantum fuerat perceptum tum ab ipſo G. tum ab illis, quibus illæ poſſeſſiones fuerant obligatæ, quod fructus illi ſorti poterant adæquari: vnde petebat illas

† remanſerunt.

† In multis vetuſtis hic legit, inimiciti as, quã voce ſenſus nõ admittit.

† fuerunt.

† Dictio &. deeſt in antiquis.

1 Damnato marito, vel ex pœna in ſeruilẽ cõditionẽ dedu cto, res ante reatum quocunq; modo ad vxorẽ ſpectantes apud ipſam remanent illibatæ. Io. And.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpila.

† Anaginẽ.

† Anagum

2 Vide c. decreuit. & ibi doctores de hæret. li. 6.

3 Pignus à debitore diſtractũ ſine cõſẽſu creditoris tranſit cũ ſua cã in emptorẽ. Io. And.

remanſerant †, quas idem de mandato curię retinuit, ſoluta pro eis pecunia prædicto mercatori, quia emptor alius propter poſſeſſionũ minutias [a] † non extabat; pars verò mulieris æſtimationem dotis inſtantius petebat ſibi reſtitui, vel in poſſeſſiones, quæ mariti fuerant †, ex officio delegationis induci; & infrà. ¶Mandamus quatenus ſi tibi conſtiterit ex his, quæ in præſentia tua fuere propoſita, & ꝓbata, quòd mulier dicit viro dediſſe [b] in dotẽ, & prædictum R. de bonis fratris aliqua poſſidere, cum mulieribus fauor [c] multus in recuperandis dotibus debeatur: & cautũ ſit in iure, quòd propter maleficium [d] viri mulier remanere non debeat indotata: cũ etiam bona viri mulieri ſint ꝓ dote tacitè obligata [e], & † cũ ſuo onere [f] tranſierint ad quẽlibet poſſidentem: R. prædictũ eidem mulieri ad reſtitutionẽ dotis eatenus cõdemnes, quatenus de bonis fratris ſui prefati noſcitur poſſidere.

¶Idem R. de Monte Fortino.

¶*Si creditor, vel is qui ab eo cauſã habet, tot fructus percepit ex pignore, quod ſatisfactum eſt ſorti, debet pignus reſtitui debitori.*

CAP. VI.

CVm † cõtra G. ciuẽ Anagninum †, ſuper quibuſdam poſſeſſionibus, quas quondã pater tuus L. de Saul † pro certa quantitate pecuniæ obligauerat, & ipſius creditoris hęredes prædicto G. pignorauerant, mouiſſes in noſtra pręſentia quæſtionem: legitimè probauiſti, quòd ex earum prouentibus tantũ fuerat tam † ab eodem G. quàm ab alijs, qui eas tenuerant, à tempore quo fuerant obligatæ, perceptum [g], quòd † fructus [h] ſorti poterant adæquari. ¶Nos igitur attendentes, quòd in talibus perceptio fructuum, in ſolutione ſortis accedat: cum ſecundum canonicas [i] ſanctiones fructus reſtitui, & in ſortem debeant cõputari [k]: cõſiderantes ẽt quòd poſſeſſiones ipſæ iã extenuaſſent [l] penitus totum onus, & debitum annullaſſent: ipſas tibi reſtituẽdas [m] eſſe decreuimus, & te per nuncium noſtrũ in poſſeſſionem induci fecimus corporalem.

¶Idem.

¶*Si is qui ſub pacto legis commiſſoriæ pignorauit rem ſuam, & iurauerit non contrauenire, iuſtè impeditus infra diem ſtatutum nõ redimit, poſt diem redimere poterit.*

CAP. VII.

SIgnificãte † R. ciue Piſano nobis innotuit, quòd cum domũ ſuã † G. piſano ciui pro ducentis quinquaginta libris pignori obligaſſet, ac promiſiſſet præſtito iuramento, quòd niſi domum ipſam ſtatuto ter-

poſſeſſiones ſibi reſtitui, ad hoc probandum ſuas probationes induxit: Dominus Papa conſiderans quòd in talibus fructus percepti debeant computari in ſortem: & ſi qui vltra ſortem percepti ſunt, reſtitui, videns etiam quod fructus illarum poſſeſſionum extenuaſſent, & annullaſſent totum debitum, decreuit poſſeſſiones illas reſtituendas dicto R. & in corporalẽ poſſeſſionem illarũ ipſum fecit induci. No. quòd pignus mihi obligatũ alijs poſſum obligare. Item hæres poteſt petere pignora patri obligata. Item fructus pignoris debent computari in ſortem. Item ad officium iudicis pertinet nõ ſolum ferre ſententiam, ſed mittere in poſſeſſionem.

g ¶*Perceptum*.] imo & quod percipi potuit computandum eſt. C. de pac. pig. & omni cauſa. l. 2.

h ¶*Fructus*.] fructus intelliguntur, qui ſuperſunt deductis expẽſis. C. de fruct. & litiũ expen. l. 1.

i ¶*Canonicas*.] j. de vſur. quoniam. C. de pig. actio. l. 1. & 2.

k ¶*Computari*.] Niſi in caſibus. s. de feu. c. 1. & j. de vſu. c. 1. & cap. conqueſtus. & cap. ſalubriter.

l ¶*Extenuaſſent*.] Nõ enim potuit prim' creditor in plus obligare pignus ſecundo creditori 4, quam ei fuerat obligatũ. infra de do. inter vi. & vxo. nuper. & ff. de regu. iur. l. nemo plus. & ff. de vſufr. quod noſtrum. & j. de iure patro. quòd autẽ. in fi. argu. contra. ff. de acquirendo rerum do. non eſt nouum. T.

m ¶*Reſtituendas*.] tenetur enim creditor pignoratitia actione, ſi pignus deteriorauerit. C. de pigno. act. l. 2. ſic res commodata reddita non videtur, ſi deteriorata reddatur. ff. commo. ſi mihi. §. 1.

† Sa.u.

† In codice barbatię ita: tam ab eodem G. tũ ab aliis, q eas &c.

† Aliàs ita in quo fructus &c.

† Cap. vnico e. tit. in 4. cõpila. & de intellectu vide Couarru i c. quãuis. de pac. li. 6. in 3. par. relect. §. 3.

† vxor, ſuã deeſt in antiquiorib.

4 Nunquid ſecundus creditor poſſit iterũ obligare vide i Spe. eo. tit. §. 1. ver. ſed cũ pignus. Io. And.

S*Ignificante*.] Primò ponitur querela. Secundò datio iudicum: ibi, *Cum igitur*. Et pro intellectu ſciàs, quod pactum legis commiſſoriæ fuit inuentum ad diſſoluendum contractũ emptionis & venditionis: & pone exemplum prout dicitur in glo. 2. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam ciuis Piſanus R. nomine, accepit mutuo ccl. libras à G. ciue Piſano, pro qua pecunia obligauit ei quãdam domum & promiſit ei præſtito iuramento, quod niſi domum ipſam recolligeret termino conſtituto, vlterius creditorem ſuper ea non moleſtaret: ſed dictus R. infra tempus ſtatutum per certum & fidelem nuncium (vt credebat) pecuniam numeratam creditori remiſit: ſed nuncius ille perfide agens, pecuniam illam, ſicut ſibi iniunctum fuerat, non perſoluit: & poſtmodum idem R. ab Imperatore detẽtus, creditori ſatiſfacere non potuit, vt debebat ſed poſtmodum ab imperatore liberatus pecuniã ſoluere voluit creditori, & ipſe eam recipere noluit: quia non fuit in termino perſoluta, vnde dictus R. ſignificauit domino Papæ: ſuper hoc ſcribit Papa quibuſdam, dicens: Cum ergo pactum legis commiſſoriæ ſit in pignoribus improbatum, & præfatus R. quantum in eo fuit, iuramentum ſeruauit: quia per eum quem certum nuncium eſſe credebat pecuniam remiſit in termino conſtituto: mandat Papa, quatenus, ſi eſt ita, prædictum creditorem eccleſiaſtica

mino recolligeret[a], creditorē vlterius ſuper ea minimè moleſtaret: infrà ſtatutū tempus per certum, & fidelem† nunciū (prout ei videbatur) creditori pecuniam numeratam remiſit, quam idem nuncius infideliter agens, ſicut ei iniunctum fuerat non perſoluit: & poſtmodum idem R. ab Imperatore detētus, dicto G. ſatisfacere non potuit, vt debebat: & infrà. ¶Cum igitur pactum legis commiſſorię[b]† ſit in pignoribus improbatum: & prædictus R. quantum in eo fuit, iuramēti debitū adimpleuit†: cū per eum, quem certum[c] nuncium eſſe ſperabat, pecuniam remiſerit termino ſtatuto†, ſed in captione detentus ſatisfacere non potuit creditori: Mandamus, quatenus ſi eſt ita[d], prędictum creditorē, vt ſorte contentus, pēſionibus pignoris cō putatis in eam, illam† præfato R. omni dilatione poſtpoſita reſignet (pacto tali, vel iuramēto[e] nequaquam obſtante) cēſura eccleſiaſtica cogatis.

† Vide Antonium Gomeziū to. 2. varia reſolut. c. 7.

† De hoc articulo vide Couarruuiam li. 3. varia reſoluti. c. 2. vbi plene & luculenter.

† adimpleuerit.

† cōſtituto

† Perperā in vulgaris legitur, illud. cū ad domum referri debeat cui' initio capitis facta eſt mentio.

¶Gregorius nonus.

¶Vſufructuarius cauet, quòd fruetur rebus immobilibus ſalua ipſarū ſubſtantia: & pecuniā, & æſtimationem mobiliū quę conſumuntur vſu, finito vſufructu reſtituat.

CAP. VIII.

CVm† conſtet I. mulierem vxorē Ogerij†, quo ad vſumfructū filio ſuo ſucceſſiſſe[f] in bonis, quorū proprietas ad M. mulierem vxorē C. dignoſcitur pertinere: Mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam[g] exhibendam, quod vtatur[h] & fruatur[i] ſalua rerū ſubſtantia[k] rebus† immobilibus[l], quæ vſu non conſumuntur, ad arbitrium boni viri[m]. ¶Pecuniam[n] verò, ſi quam habuit†, vel habebit, ac ęſtimationem bonorum, quę conſumun

† Vide l. 1. C. de vſufru. & Specula. ti. de pign. §. ſequit vide re.

† Egidij.

† Aliàs in rebus, &c.

† habuerit

ſtica cenſura compellant, vt ſorte ſua contentus, penſionibus illius domus in eam computatis, domum præfato reſtituat debitori, pacto tali vel iuramento nequaquam obſtante. Not. quòd pactum legis commiſſoriæ in pignoribus appoſitum non obſtat, quominus pignus reſtituatur, niſi iuramentum interueniſſet. Itē iuramentū in caſu iſto præiudicat legi, cum ſine periculo animæ non poſſit ſeruari. Itē poſſe ſuum faciens, mandatum legis adimplet. Item malitia nuncij non obeſt domino, dummodo ab initio credatur fidelis nuncius. Item fructus pignoris cōputandi ſunt in ſortem.

a ¶*Recolligeret.*] id eſt, redimeret.

¶*Gl. ſeq. declarat quid ſit lex commiſſoria, ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶*Commiſſoriæ.*] Sic pactum legis commiſſoriæ fit hoc modo 1: Vendo tibi fundum Titianum certo pretio, puta x. pacto tali adiecto, quòd ſi vſque ad menſem non ſolueris x. fundus ſit inemptus. quod hic purè vēditum eſt, poteſt ſub conditione reſolui, & eſt in poteſtate venditoris vtrum velit venditionem reſolui: quia iſtud pactum venditoris cauſa apponitur. ff. de leg. com. l. 1. & 2. argu. contra, quòd ſit conditionalis talis venditio. ff. de pigno. ſi fundus. §. fina. & ff. de contrahen. emptio. l. fin. 1. reſpon. Sed ibi potius conditionalis venditio contrahitur. Sed pactum iſtud legis commiſſoriæ in pignoribus improbatur per l. 1. & 3. C. de pact. pigno. vt dicit hic. R.

1 Add' qualiter fiat, p Barto. in l. quæuis. ff. de ſolutio. Cy. in l. 1. C. de pact. pig.

¶*Glo. ſeq. notat, & ſignat contrarium.*

c ¶*Certum.*] ergo non imputatur domino malitia nuncij, vel procuratoris, ſi modo credebatur idoneus: vt hic videtur, & ff. commoda argentum. ſic. C. qui pe. tu. cū à matribus. arg. contra. ſ. de offic. deleg. cū olim. & ff. de præſcrip. verbis. apud. §. vlti. & 3. q. 7. in grauibus. Io.

¶*Glo. ſeq. arg. alleg. contrarium. & ibi remittit.*

d ¶*Si eſt ita.*] argu. quòd iuramentum contra legem factum ſeruandum eſt, quaſi diceretur, ſi non eſt ita, ſeruabitur iuramentum. verba iſta, ſi eſt ita, referuntur ad id, quod dicit per eum, quem certum nuncium, & c. argu. contra. ſuprà. de foro comp. ſi diligenti. in fi. vbi de hoc.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ibi remittit.*

e ¶*Iuramento.*] argu. contra. ſuprà. de iureiuran. cum contingat. ibi ſoluitur.

C*Vm conſtet.*] Pertinet ad ſecundam partem rubricæ, & primò ponitur quæſtio. Secundò mandatum: ibi, *Mandamus.* Secunda pars continet duo dicta. Secundum: ibi, *Pecuniam.* Abbas.

CASVS. Quidam fecit teſtamentum, & in teſtamento illo reliquit proprietatem bonorum ſuorū Mariæ vxori C. vſum fructum vero. L. matri ſuæ, vxori Ogerij: Maria proprietaria mortuo teſtatore petebat ab I. vxore Ogerij præſtari ſibi idoneam cautionem, quòd ipſa vteretur & frueretur ſalua rerū ſubſtantia rebus immobilibus ad arbitrium boni viri: mandat Papa quibuſdam, quatenus compellant ipſam ad cautionem idoneam præſtandam, quòd ipſa vtatur & fruatur rebus immobilibus ad arbitrium boni viri, quæ vſu non conſumuntur: pecuniam verò ſi quam habuit, vel habebit, & æſtimationem aliorum bonorum, quæ vſu conſumuntur, & in hæreditate inuenta fuerunt, poſt mortem ipſius reſtituet, ſiue reſtituat dictæ Mariæ, vel hæredibus eius. Not. quòd vſufructuarius tenetur præſtare cautionem, quòd vtatur, & fruatur ad arbitrium boni viri: aliàs repellitur, vt quidam dicunt.

f ¶*Succeſſiſſe.*] ſcilicet ex teſtamento filij: quia ſi ab inteſtato decederet, & filius non habuiſſet deſcendentes, parentes in totum ſuccedunt ſecundum tenorem illarum Authen. C. ad Tertul. Authen. defuncto. & C. de ſuis, & leg. lib. ab inteſt. Authen. in ſucceſſione. & etiam in Authen. de hære. ab inteſt. veni. §. conſequens. & §. 1. & 2. colla. 9. vnde ſumptæ ſunt Authen. C. de ſuis, & legit. Authen. in ſucceſſione.

¶*Glo. ſeq. cum ſequentibus per modum ſummæ recitari poteſt, & ſic, ſcilicet, quęrendo de nouem: primò quid ſit vſusfructus, & cętera quę per gl. patent.*

g ¶*Cautionē idoneā.*] Nomine cautionis, nuda promiſſio intelligitur. C. de verbo. ſigni. ſancimus. ſed cum additur, idonea, vel ſufficiens, pignoratitia, vel fideiuſſoria intelligatur. ff. manda. ſi manda to Titij. §. vlt. & ff. de fideicom. lib. l. 4. §. adijci. & Inſtit. de re. diu. §. venditæ. Et ſicut in caſu iſto pignora, vel fideiuſſores dantur, ſic ſuprà. de ſequeſtra. ad hoc ſatiſdationem deſiderat hæc cautio ad arbitrium boni viri. C. de vſufru. l. vſufructu conſtituto. Et hęc cautio non poteſt à teſtatore remitti. C. eo. l. 1. & C. vt in poſ. leg. ſcire. cum fauore hæredis ſit introducta, ſed ipſe hæres poteſt remittere. ff. ad leg. Fal. poteſt.

Cautionis noie quid intelligat.

h ¶*Vtatur.*] vſusfructus eſt ius vtendi, fruēdi rebus alienis, ſalua rerum ſubſtantia. ff. de vſufru. l. 1. & eſt ius in corpore, quo ſublato ipſum tolli neceſſe eſt. ff. eo. l. 2. & ideo dicitur, rebus alienis: quia res ſua nemini ſeruit. ff. de ſerui. vr. præd. l. in re communi. & ff. ſi vſusfru. petatur. l. vti frui. in princ.

h ¶*Vtatur.*] Hoc dicitur ad differentiam vtilis dominij, qđ in rebus alijs habetur: vt eſt emphyteuta, & feudatarius, qui habent vtile dominium.

i ¶*Fruatur.*] Hoc dicitur ad differentiam nudi vſus: quia minus eſt in vſu quàm in vſufructu. Inſtitu. de vſu & habi. §. minus. & clerici poſſunt dici 2. vſuarij: quia nec poſſunt vendere, nec teſtari, nec donare, ſed victu tantum, & veſtitu contenti eſſe debent: vt 10. quæſtio. 2. epiſcopus habeat. Bernardus.

2 De hoc articulo vide plenè p Couarruuiam in c. cum in officijs. de teſta.

k ¶*Salua rerum ſubſtantia.*] id eſt, ne in totum pereat ſubſtantia, vnde tenetur reficere ædes, quoniam ad eum omnes fructus pertinent. ff. de vſufru. l. vſufructu lega. & l. hactenus: aliàs eſt §. illius prędictę legis. & C. eo. tit. eum ad quem. vnde cautio præſtatur.

l ¶*Immobilibus.*] Hæc autē cautio interponi debet ſiue res ſit mobilis, ſiue immobilis, ſiue ſoli, vt hic: & ff. vſufru. quemadm. cau. l. 1. & appellatione mobilium etiam ſeſe mouentia continentur. ff. de verbo. ſignifi. mouentium. & arbitrio boni viri præſtare debet, vt hic dicit. & C. de vſufru. l. vſusfructus. & ff. eo. item ſi fundi. Et cōtinet cautio iſta duas cauſas. Vnā de vtendo fruendo arbitrio boni viri: Aliam de reſtituendo finito vſufructu. ff. vſufructua. quemad. cau. l. 1. 1. reſpon. & §. hæc ſtipulatio. Quandoque tamen remittitur 3 hæc cautio, cum certum eſt proprietatem redire ad vſufructuarium. ff. vſufru. quemadm. cau. l. ſi vſusfructus. §. planè. Item in fiſco vſufructuario. ff. vt leg. ſeu fideicom. no. caue. l. 1. §. ſi ad fiſcū. Item cum vſusfructus pertinet ad patrem in rebus filij. C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. hæc proculdubio. Conſtituitur autem vſusfructus in fundo ruſtico, & in ædibus, & in ſeruis, & cæteris rebus, ſcilicet, gemmis, annulis, libris. ff. eo. ſed & ſi quid. §. 1. & 2. & l. ſtatuæ. & l. item ſi fundi. in princ. §. 1. & l. 3. §. 1. & 1. reſpon.

3 Vid' gloſſam in §. conſtituit. verbo, ſatiſda. Inſt. de vſufr. & gloſſam, & Bart. in l. pactū. ff. de pact.

m ¶*Viri.*] id eſt, iudicis. ff. de verb. obl. continuus. §. cum ita.

n ¶*Pecuniam.*] In his vero quæ vſu conſumuntur, proprie

vſusfructus non poteſt cōſtitui: quia neque naturali iure poteſt fieri: quia nō poteſt eſſe ſalua rei ſubſtantia, neque ciuili: quia ita dantur vſufructuario, vt fiant huiuſmodi recipientiū vſumfructum: puta vinum, oleum, frumentum, & conſimilia. Ita pecunia numerata, quæ aſſidua permutatione, & commiſtione conſumitur. Inſti. de vſufru. §. conſtituitur. & ff. de ſol. ſi nū mi alieni. vtilitatis tamen cauſa cōſtituitur vſusfructus, vel quaſi vſusfructus: quia ille cui dantur huiuſmodi res ſatiſdat de tanta pecunia reſtituenda, vel æſtimatione aliarū rerum: vt hic dicit. & Inſti. de vſufr. §. conſtituitur. & ff. de vſufru. earū rerū quæ vſu conſumuntur. l. 1. 2. & 3. & l. ſi tibi vini. & finitur morte fructuarij, & capitis diminutione: vt l. prædicta, ſi tibi vini maxima & media. Inſti. eo. §. finitur.

† De materia huiꝰ ti. vide Antoniū Gomezium to. 2. varia. reſolut. cap. 13.

a ¶*Compellatis.*] Sed ſi non poteſt ſatisfacere, quid erit? Dicunt quidam, ſufficit ſi iuret, in auth. vt nulli liceat habere loci conſeruatorem. §. ſi vero crimen. colla. 9. argu. Azo dicit quòd non habebit vſumfru. ff. de vſufru. lega. vxori. Bernardus.

† Cartuarien.

† Carthaginen.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cō pilatio. Et videto notas noſtras ī hoc cap.

† fideiuſſoribus.

tur vſu, & in hæreditate inuenta fuerint in morte ſua dictæ mulieri, vel hæredibus eius reſtituat, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis [a].

TITVLVS XXII.

De fideiuſſoribus. †

Ex concilio Cantuarieñ. †

¶*Breue eſt, nec poteſt breuius ſummari.*

CAP. I.

CLericus † fideiuſſionibus † inſeruiens [b] abijciatur.

¶Lucius iij. Elieñ. Epiſcopo, & archidiacono Noruiceñ.

¶*Compellitur clericus ſeruare fideiuſſorem indemnem per aſſignationē redditũum ſuorum.*

DE FIDEIVSSORIBVS.

¶*Suprà viſum eſt de rebus, quæ pro debitis pignori obligātur, reſtat videre de fideiuſſoribus, qui pro alienis debitis intercedunt. Abbas.*

De hac materia habetur 23. q. 5. cum homo. & de conſecr. diſt. 4. nos autem. & c. quæris.

C*Lericus.*] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ clericus inſeruiens fideiuſſionibus, à clero debet remoueri. Not. quòd clericus fideiubere non debet: quod verum eſt frequenter, per illud verbū, inſeruiens.

b ¶*Inſeruiens.*] frequentiam denotat, vel verū eſt quòd clericus fideiubere non debet. 11. q. 1. te quidem. vbi de hoc. ſi tamen fideiuſſit, tenet 1 j. c. proxi. & c. cōſtitutus. ſic & regulares fideiubere non debent. j. co. quod quibuſdam.

1 De hoc articulo videto hic latius p Hoſtiēſem & Ioan. And. & in notis noſtris, vbi habes de huius decreti intellectu.

P*Eruenit.*] Si intelligeretur textus de redditibus beneficiorum, vt eſt communis doctorum intellectus, eſſet hic caſus notabilis, & valde ſingularis, probans quòd ex redditibus beneficiorum poteſt ſatisfieri creditoribus clericorum, [de quo latius hic tractatur per Panor.] In prima ponitur impetrantis conqueſtio. In ſecunda cauſæ commiſſio: ibi, *Ne igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam clerici C. & F. Anglici receperunt quandam quantitatem pecuniæ mutuo à quibuſdam mercatoribus Boñ. Quidam clericus R. nomine fideiuſſit pro prædictis clericis apud mercatores: Vnus C. ſuper fidem ſuam, & alter per iuramentum promiſit ad terminum conſtitutum ſoluere pecuniam: ſed illis pecuniam non ſoluentibus, dictus R. clericus ſatisfecit creditoribus de cadē: vnde conqueſtus fuit dño Papæ: ſcribit Papa epo Elieñ. & archidiacono Noruiceñ. dicens, ne dictus R. diſpendium patiatur, vnde videtur præmiū meruiſſe: mandauit Papa Boñ. epo, vt inſpiciat inſtrumenta ſuper debitis illis, quæ ſunt apud creditores, & eorum tranſcripta ſub ſigillo ſuo ſignata mittat iudicibus iſtis, mandans eiſdem, quatenus ſi per confeſſionem clericorū prædictorū, vel aliàs eis conſtiterit rem taliter ſe habere, moneant illos & cōpellant, vt prædicto R. pecuniam, q̃ pro eis ſoluit, reſtituāt, & ipſum conſeruent indemnē: alioquin de redditibus eorū, debita ipſa perſolui faciant, & damna illa reſarciri, aut redditus illos ſibi aſſignent tandiu detinēdos, donec de ipſis ei fuerit ſatisfactum. Præterea, ſi conſtiterit prædictos clericos religionem fidei & iuramenti ſui violaſſe, eos ab officio, & beneficio ſuſpendant. Nota ꝙ ſi clericus fideiuſſerit, tenetur. Item quis non debet pati diſpendium de quo meruit præmium obtinere. Item ſigillo epiſcopi ſtatur tanquam veræ probationi. Itē confeſſus in iure pro iudicato habetur. Item cum omni intereſſe ſatisfaciendū eſt fideiuſſori. Item ſtipēdia clerici, vel beneficium detineri debent pro debito ſuo, quod verum eſt per iudicē. Itē fides & iuramentū æquiparantur. Itē periurus priuari debet officio, & beneficio.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cō pilatio. & poſt cō ciliū Lateranen. ſub Alexādro iij. par. 13. c. 5.

c ¶*Non ſoluētibus.*] Primò fuit in optione creditoris quem vellet primo cōuenire, principalem, vel fideiuſſorē. C. de fideiu. iure noſtro hodie corrigit illud per Auth. quia quā diu pricipalis inuenit, fideiuſſor nō moleſtat. C. eo. tit. Auth. pſente. niſi ipſe fideiuſſor renunciauerit huic iuri. C. de duo. re. ſti. Auth. hoc ita. & huic iuri renunciāt fideiuſſores, & conſtitutioni diui Hadriani, quæ eſt C. de cō ſti. pecu. diui Hadri. & huic iuri iſte clericus fideiuſſor renunciauit.

† Aut hic legendum I. & F. aut. in c. cæterum ſupra de iuramē to calum. C. & F. qm̄ idē eſt caſus in vtroque. ca. vt ibi notaui.

¶*Glo. ſeq. arg. quòd officium, &c. alleg. 7. iura. & 2. ad caſum conuerſum: & ſignat vnum contrarium.*

CAP. II.

PEruenit † ad nos ex cōqueſtione R. clerici, quòd cum ipſe pro C. † & F. clericis, mercatoribus Bononienſibus fideiuſſerit, illis præſcriptam pecuniā non ſoluentibus [c], coactus eſt ſatisfacere de eadem. ¶Ne igitur diſpēdium [d] patiatur, vnde videtur præmium meruiſſe: Bononienſi epiſcopo dedimus in mandatis, vt ſuper debitis illis, inſtrumenta, quę ſunt apud creditores inſpiciat, & eorum tranſcripta ſuo ſigillo [e] ſignata, vobis mittere non poſtponat. Mandamus itaque diſcretioni veſtræ, quatenus ſi ex cōfeſſione [f] prædictorum clericorū, vel alias legitimè vobis rē ita ſe habere cōſtiterit, moneatis eoſdem, vt memorato R. pecuniā, quā pro eis ſoluit, reſtituant, ipſumque ſeruent indēnem [g]: alioquin de redditibus [h]

d ¶*Diſpendium.*] arg. officium ſuum nulli debet eſſe damnoſum. ff. de fur. ſi ſeruus communis. §. ꝙ vero. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. venturis. & ff. ad Velleia. l. 2. §. 1. ff. quemad. teſta. ape. ſed & ſi quis. ff. quibus ex cau. ma. l. videlicet. & 2. q. 6. hoc etiam placuit. ſic s̃. de renun. ſanè 2. Similiter econuerſo non debet præmium conſequi vnde pœnam meretur. 16. q. 1. legi. ff. de nego. geſt. ſiue hæreditaria. arg. contra. ff. de his quibus vt indig. auferuntur. & l. 1.

2 Et j. de ele. cū non deceat. li. 6. contra. 7. q. 1. conſtitutū. vbi de hoc. Io. And.

e ¶*Sigillo.*] Nota ſcripturam authenticam illam, quæ continet ſigillum epiſcopi. arg. s̃. de fi. inſtru. ſcripta 3. Ala.

f ¶*Ex confeſſione.*] Confeſſus in iure pro iudicato habetur. C. de confeſ. l. vnica. s̃. de cōfeſ. cum ſuper. c. vlt. & ſemper ſtatur confeſſioni contra ſe factæ. 14. q. 2. §. 1. & ff. de interroga. acti. de ætate. §. ſi quis. & s̃. de confeſ. c. vlt.

3 Adde ꝙ illi credit. l. Lucius. & ibi Bertol. ff. de fi. inſtr. & in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat.

¶*Glo. ſeq. obijcit vſuras per fideiuſſorē non repet. dat ſolu. alia ponit contraria. Item opinionem Tancre.*

g ¶*Seruent indemnem.*] ergo petet vſuras, ſi eas ſoluit creditoribus. Sed oppono tibi, vſuræ indebitæ fuerunt. s̃. de iureiu. debitores. ergo ſi ad eas etiam ſoluēdas exceptione oppoſita, fuit condemnatus, hoc per iniuriā iudicis factum eſt, quare principalis debitor nō tenetur ei ad hoc. ff. de fideiuſſorib. exceptione. ff. de euict. ſi per imprudentiam. & s̃. de empt. ſi venditori. & ff. manda. idemque. §. generaliter. Vbi dicitur, exceptio, quæ competit reo & fideiuſſori: & ſi eam ſcienter omittat, ei eſt imputandum. ff. de exceptio. omnes exceptiones. Itē debitor non intelligitur mandaſſe, vt ſoluat indebitum. ff. de condi. indebi. ſi procurator. Sed dicerem quod ſi fideiuſſor iurauerit ſoluere ſortem & vſuras, propter iuramentū exceptionem proponere non poterit. s̃. de iureiu. debitores. niſi primo impetraſſet abſolutionem iuramenti 4. eo. tit. ex adminiſtrationis. vnde ſatis poteſt petere vſuras, & expenſas quas fecit: quia totum eſt intereſſe ſuum. ff. manda. ſi mandato. §. ſi fideiuſſor. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. vlti. & hoc prout ſequitur. & j. c. proxi. Sed obſtat illa decre. debitores. quia ipſe dēt repetere vſuras. ſed ſi nō iuraſſet, & potuit opponere exceptionem, & non oppoſuit, non repeteret vſuras: quia indebitū ſoluit. hoc dicit Ala. Vel dic ꝙ idem eſt cū iurauit: quia debuit impetrare abſolutionem iuramēti, antequam ſolueret vſuras, ſi potuit: ſed ſi non potuit ipſemet repetet ab vſurario. Alij vt Tanc. contradixerunt.

4 Dicit. G. ꝙ licet teneatur excipere, nō tenet agere. præterea quia talis petitio quaſi inhoneſtatē inducit, excuſari dēt fideiuſſor. ff. mand. l. idem. §. generaliter. vbi fideiuſſor inhoneſtam exceptionē ex ſui pſona cōpetentē omittere poteſt. Io. And.

¶*Gl. ſeq. no. alle, vnā legē, et aliā allegat in contrariū, et ſoluit.*

h ¶*Redditibus.*] Nota clericis ob cauſam iudicati quotidiana

diana ſtipendia interdici. ff.de re iudi. commodis præmiorũ. arg. contra. C. quæ res pigno. obli. poſſunt ſpe præmiorum. ſed licet ſpeciali conuentione non poſſunt obligari: vt l.proxi.tamen ex cauſa iudicati à iudice poſſunt pro iudicato obligari.ar.C.de execu.rei iud.ſtipendia & C.de prædi.min. non alie.l.1.ff.de re.eorum qui ſub tut.vel cur. ma gis. Vin.

¶*Gl.ſeq. quærit obijciẽdo,& ſoluit.*

a ¶*Religionem fidei & iuramenti.*] Puniri enim debent: quia periuri ſunt & infames, ſecundum canones. 6.q.1.quicunque.22.q.5.ſi quis.& ſ.de iureiu.cum relam.C.de transf. ſi quis maior.& idem eſt venire contra fidẽ promiſſam, ſicut contra 1 iuramentum: vt hic patet.& ſ.quod met. cau. ad aures.quia inter ſimplicem loquelam,& iuramentum non facit Deus differẽtiam. 22. q.5.iuramenti.Sed quare mandat eos ſuſpendi, cum ad hoc non ſit actum? Poteſt dici ꝙ hoc facit ex officio ſuo:cum per denunciationem ad Papam peruenerit: quia vndecunque crimina claruerint, punięda ſunt. 24. q.3.eccc.

1 Grauius tamen peccatur veniendo cõtra iuramẽtum.

† Cartuarien.

† Cap.5.e. tit.in 1.cõpilatione. Et quibus caſibus eximatur fideiuſſor à fideiuſſione tradit Antonius Gomezius to. 2.varia. reſol.c.13.& Guido Papæ deciſi. 117.

C*Onſtitutus.*] Communis diuiſio. Secunda:ibi,*Ideoq;*.Abb. Siculus.

Casvs. Cancellarius Cantuarieñ. tempore Laterañ. concilij recepit mutuo quandã quantitatem pecuniæ à creditoribus Bonoñ. ꝓ qua pecunia magiſter Simon fideiuſſit: & quia Cãcellarius pecuniam non ſoluebat, moleſtias plures prædictus magiſter à creditoribus ſuſtinebat,& debitum fuit augmentatum: vnde dictus magiſter conqueſtus fuit domino Papæ: vnde mandat archiepiſcopo Cantuarieñ.quatenus ſi legitime ſibi de huiuſmodi aſſertione cõſtiterit, præfatum Cancellarium moneat & compellat eccleſiaſtica cenſura,vt prædictum magiſtrum ab interceſſione. & obligatione abſoluat:& ſi debitum, vel acceſſiones forte negauerit,iuramentum calumniæ ſubire cogatur,non obſtante contraria conſuetudine:& quia difficile foret dicto magiſtro teſtes in Angliam ducere: mandat iudicibus Boñ. vt teſtes, quos idem magiſter inducere voluerit vice ipſius archiepiſcopi recipiant,& examinent diligenter, & depoſitiones eorum tranſmittant ſub ſigillis eorum incluſas, ſignificantes quanta fides teſtibus & inſtrumentis poſſit apponi: ipſi cancellario prius iniuncto, vt ad teſtes videndos vadat vel mittat. Nota, ꝙ debitor tenetur liberare fideiuſſorẽ ab obligatione, in qua diu ſtetit.Item debitũ & acceſſiones,ſi eas ſoluit,poteſt fideiuſſor petere à debitore. Item non obſtante loci conſuetudine clericus dẽt iurare de calumnia.Item ſi teſtes remoti ſunt, debent eorũ teſtimonia recipi,& mitti iudicibus,qui de cauſa cognoſcant. Item iudex, qui teſtes recipit vice alterius, ei debet ſignificare quanta fides illis ſit adhibenda. Item teſtes recipi non debent in abſentia eius, contra quem inducuntur vel eius procuratoris.

†Aliàs ita: eccleſiaſtica diſciplina.

b ¶*Abſoluat.*] Et ita poteſt fideiuſſor agere contra principalem debitorem,vt eum liberet, ſi diu ſteterit in obligatione.ſic ĩ.eo.c.vlti.vbi de hoc.

c ¶*Acceſſiones.*] ſic eſt arg. fideiuſſorẽ teneri ad vſuras. arg. contra.C.eo.tit.ſi fideiuſſor. Diſtingue, vtrum fideiuſſerit in omnem cauſam,& ſic tenetur:aliàs non.ff.loca.quæro an fideiuſſor.& ff.eo.tit.fideiuſſores magiſtratuum.Vincen. Contrarium tamen eſt verum ſecundum canones.ſ.de iureiu. debitores.vt ſuprà.tit.proxi.dixi.

d ¶*Legi.*] C.de iureiu.per calumniam.l.1.& 2. & iuri canonico contraria eſt quã tũ ad cauſas ciuiles. ſ. de iura.cal.c.1.& vlt.& c.in pertractandis.& c. ſeq.concordat tñ canonibus.2.q.5.c.1.& 2.

e ¶*Interceſſori.*]id eſt, fideiuſſori.

f ¶*Satiſdatione.*]Hoc ſi voluerit,aliàs nõ cõpellitur, ſed ſufficit ꝙ ei denuntietur,vt mittat, vel vadat ad ipſos vidẽdos, aliàs reciperẽtur in termino cõſtituto.ſ.de teſti. ĩ nomine dñi.& qđ dicit, audiendos, id eſt, vidẽdos iurare. Vel forte ideo cautionẽ p̄ſtare dẽt 2: qa p̄ſumptio erat contra Cancellariũ ne in fraudẽ malitioſe debitũ ei negaret,vt aduerſariũ fatigaret laboribus & expenſis: vt ſi eã p̄ſtare nollet, hoc ipſo tanq̃ ſuſpectus cõpelleretur ad ſatisfaciendũ, ſed hoc nõ videt: quia ſiue vadat,ſiue nõ,nihilominus teneẽ aduerſario in expẽſis, imo dẽt compelli vt vadat, vel mittat,vt ipſe magis puniat: qa tunc grauatur in ſuis proprijs expẽſis & etiam aduerſarij.

2 Secundũ Inno. quia quod ſequitur fuit additio Ioã. And. Sunt tñ hæc in omnibus uetuſtis codicibus.

¶*Glo.ſeq.reci.per contrarium, quod dupliciter ſoluit.contra ſecundam ſolutionem alleg. & reſpondet.*

g ¶*Tranſmittentes.*] Hoc fieri põt in cauſis ciuilibus, ſecus in criminalibus, in qbus teſtes in præſentia iudicis ſuũ teſtimoniũ dicere debent 3 .C. de fide inſtr.iudices.& Auth.apud eloquentiſſimum.T.

3 Nec hoc debet ſub delegari: & idem vř in matrimonialib. ĩ.de cõſan. & affi. c.1. talia tamẽ tota die đ conſuetudine ſubdelegam⁹. ad quod facit de offi. deleg. ſuꝑ qõnum. ſ. inutilis.ſecundũ Innocẽtium. Ioan.And.

h ¶*Quanta fides.*]Hoc ideo dicit: quia ille qui teſtes examinat,melius ſcire poteſt quanta fides ſit eis adhibenda. ff.de teſti.teſtium.1.reſpon. Ber.

Additio. Non debet ipſe ſcribere ꝙ teſtibus ſit fides adhibenda,ſed ſcribat de honeſtate, & qualitate perſonarũ teſtiũ, vt per hoc appareat quantum eis ſit credendum.

---

eorum, pręſcripta debita facias exolui: & damna etiam, & quæ propter hoc pertulit, reſarciri: aut prædictos redditus ſibi aſſignetis tandiu ſine moleſtia detinendos, donec ipſa damna reſarcita fuerint, & debita ſine diminutione ſoluta. Præfatos verò clericos, ſi religionem fidei, & iuramẽti [a] ſui eos violaſſe conſtiterit: ab officio, & beneficio ſuſpendatis.

¶Idem Cantuarieñ. † Archiepiſcopo.

¶*Per diſtrictionem canonicam compellitur debitor à fideiuſſione abſoluere fideiuſſorem, qui á creditoribus moleſtatur.*

CAP. III.

CONſtitutus † in præſentia noſtra magiſter S.ſua nobis aſſertione monſtrauit, ꝙ pro Cancellario tuo tempore Laterañ. concilij, in quadam ſumma pecuniæ interceſſit, q̃ quoniam vſque modo debitor non perſoluit, ſe aſſerit plurimas à creditoribus Bononieñ. moleſtias pertuliſſe, & debitum augmentatum.¶Ideoque mandamus,quatenus ſi legitimè tibi de huiuſmodi aſſertione conſtiterit, præfatum debitorem,vt eum à prædicta interceſſione,ſine dilatione prorſus abſoluat [b], eccleſiaſtica † cenſura compellas. Præſentium quoq; auctoritate iniũgimus, vt ſi debitum, vel acceſſiones [c] ille negauerit, conſuetudine, quæ eſt legi [d] contraria, nõ obſtante,iuramentum calumniæ ſubire cogatur. ¶Præterea qa difficile foret interceſſori [e], ſuos teſtes in Angliam ducere,iudicibus Bonoñ. (ſatiſdatione [f] idonea à Cancellario ipſo accepta,quòd ad teſtes audiendos vadat,vel mittat infra terminum competentem) literis tuis ſignifices, vt eos vice tua recipiant, & examinent diligenter, & depoſitiones eorum tranſmittentes [g] incluſas, ſignificent,quanta fides [h] poſſit inſtrumentis, vel teſtibus adhiberi.

¶Innocentius iij.in cõcilio generali.†

¶*Si ſine licentia pręlati, & maioris partis capituli religioſus fideiuſſerit, vel mutuum acceperit, non tenetur eccleſia, & ipſe recipiens punitur, niſi mutuum ſit verſum in vtilitatem eccleſię.*

† Capi.59. Et c.unico eo. ti.in 4. compil.

CAP. IIII.

QVod quibuſdam religioſis á ſede Apoſtolica eſt prohibitum, volumus & mandamus ad vniuerſos extendi: ne qs videlicet religioſus, abſque maioris partis capituli, & Abbatis ſui licẽtia, pro aliquo fideiubeat [i]: vel ab aliquo pecuniam mutuã accipiat vltrã

Q*Vod quibuſdam.*] Primò ponitur dictum. Secundò exceptio:ibi,*Niſi*.Tertiò pœna:ibi,*Et qui*.Abbas.

Casvs. Quibuſdã religioſis fuit ꝓhibitũ ne fideiubeant pro aliquo ſine licẽtia abbatis,& cõuentus, vel maioris partis: hãc prohibitionẽ extendit conciliũ generale ad oẽs religioſos, & prohibet ne aliqs pecuniã mutuo accipiat vltra ſummã à capitulo conſtitutã:alioquin non teneaẽ cõuentus pro talibus rñdere,niſi pecunia illa in vtilitatẽ monaſterij ſit cõuerſa, & de hoc legitime cõſtet:& q cõtra hoc fecerit,grauiori diſciplinæ ſubijciat. Nota ꝙ monachus non põt fideiubere, vel mutuũ accipere ſine licentia abbatis,& conuentus. Item generaliter tenetur eccleſia de his quæ in vtilitatem eius ſunt conuerſa.

¶*Glo.ſeq.ponit regulam de fideiuſſione clericorũ & monachorum,& tres caſus exceptos,in fi.ęquiparat curialem.*

i ¶*Fideiubeat.*] nec clericus nec monachus fideiubere debet. ſuprà. eo. tit.capit.1.& 11. q.1.te quidem.niſi neceſſitas ſit:& tunc tenetur ex pietate ſubuenire aliis. 86. diſt. non ſatis.Sed pro eccleſijs ſuis poſſunt fideiubere: vt hic dicitur, & in Auth.de ſanct.epiſ.ſ.alium autem.coll.9. Et hoc de licẽtia capituli vel maioris partis, vt hic dicit: aliàs monachus nihil ageret, niſi in vtilitatem monaſterij pecunia fuerit conuerſa:

quia tūc etiam perinde eſt, ac ſi capitulum obligaretur. Item clerici inter ſe poſſunt fideiubere cum conueniuntur. C. de epiſ. & cleri. omnes. §. in hac. Item nec adſtrictus curiæ poteſt fideiubere. C. locati. curialis. Io.

¶*Glo. ſeq. primò no. ſecundò ſol. quæſtionem. tertiò arguit à contrario.*

ſummam communi prouidentia conſtitutam: alioquin non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere: Niſi forte in vtilitatē [a] † domus ipſius manifeſtè cōſtiterit redundaſſe. Et qui cōtra iſtud ſtatutum venire præſumpſerit, grauiori [b] diſciplinæ ſubdatur.

Gregorius nonus.

¶*Ponit tres caſus, in quibus fideiuſſor contra debitorem agit antequam ſoluat, vt à fideiuſſione liberetur.*

CAP. V.

EVm, † pro quo te fideiuſſorem obligaſti, ſi diu [c] in debiti ſolutione ceſſauit: aut diſſipare [d] bona ſua cœpit: ſeu ſuper hoc condemnatus fuiſti: iure poteris conuenire, vt te à fideiuſſione debeat liberare.

a ¶*In vtilitatem.*] iſtud bene notabile eſt, quòd creditor probet in vtilitatem eccleſiæ credidiſſe. 10. q. 2. §. hoc ius. ver. is creditor 1. Sed nec tūc agetur ex illo contractu, cum ille nullus ſit, credendo monacho ſine conſenſu capituli, ſed agitur actione de in rē verſo. vt hic patet, & ff. de in rem verſo. l. 1. & l. ſi pro parte. A contrario ſenſu videtur, ꝙ vſque ad ſummam à capitulo conſtitutam nō tenetur creditor probare in vtilitatem eccleſię proceſſiſſe; ex eo quòd de alia probare tenetur, vt hic dicit, Bernardus.

† Vide Baldum in Authen. hoc ius porrectū. C. de ſacroſanc. eccleſ. vbi de hoc.

1 Vbi de hoc & de depoſi. ca. 1. vbi vide ibi Ioannē And. ſuper 1. gloſſa.

† De materia & intellectu huius decretalis eleganter Guido Papæ deciſione 117. incip. fideiuſſor poteſt.

b ¶*Grauiori.*] ſed et ad arbitrium iudicis, cum hic non ſit certa pœna ſtatuta. ſ. de offi. deleg. de cauſis.

† Noruicēſ.

E*Vm pro quo.*] CASVS. Obligaſti te pro aliquo fideiuſſorio nomine: quæritur, vtrum poſſis agere cōtra principalem debitorem, vt te liberet ab obligatione? Reſpondet Papa, quòd ſi debitor diu ceſſauit in ſolutione debiti, vel ſi diſſipare incipit bona ſua, aut ſi condemnatus fuiſti, rectè agere poteris contra ipſum, vt te liberet à fideiuſſione. Nota quòd in tribus caſibus poteſt fideiuſſor agere contra debitorem antequam ſoluat, ſcilicet, ſi debitor diu ceſſauit in ſolutione debiti, vel ſi diſſipare incipit bona ſua: aut ſi condemnatus ſit fideiuſſor.

¶*Glo. ſeq. tres caſus literę repetit, alle. concor. & addit quartū dicens, quòd aliàs ante ſolutionem non agit, & dicit quare. In fi. exponit iſtud, diu.*

e ¶ *Diſſimilibus.*] quod licitè fieri poteſt, vt nunc agatur de adipiſcenda poſſeſſione, quam nunquam habuerunt, & poſtea de recuperanda. ſic ff. de acquirend. poſſeſſ. naturaliter. §. nihil. & eadem res ex diuerſis cauſis peti poteſt. ſuprà de iudicijs. examinata. & ſuprà de cauſa poſſeſſionis. capitulo vltimo, & C. de petitione hæreditatis. hæreditas 3. ff. de exceptione rei iudicatæ. cum quæritur. & l. & an eadem. Ioan.

3 Hæreditatē ex vna cauſa petitam, ex alia petere poſsũ. Ioã. And.

f ¶ *Ad petitorium.*] s̃. de cauſa poſſeſſionis. paſtoralis. & s̃. de teſtib. ſignificauerunt. ſed ibi conuerſo modo.

g ¶ *Eorum nomine.*] Talia enim poſſunt fieri per procuratorem. ſuprà de præben. accedens. & ſuprà de præſcrip. ſi diligenti. Ioan.

a ¶ *Quæſtio-*

a ¶*Quæſtionem.*] Et ita rem religioſam tranſtulerunt in alium: vnde non valuit translatio. C. de litig. l. 2. 1 & C. communi diuidun. l. 1. in fin. & ſuprà, vt lit. penden. eccleſia. & 12. quæſtio. 1. §. res litigioſa. vnde reſeruatur ius ſuum plebano de Piſcia ſuper hac quæſtione in fine.

1 Actiones vel res lite penden. in conſanguineos, vel extraneos donatiõe, emptione, vel alio titulo transferẽdæ nõ ſunt. Ioan. And.

¶*Gloſſ. ſeq. ponit brocar. ad primam partem negatiuam alleg. 7. infra, ad contrarium quinque. & ſoluit. Ioan.*

b ¶*Turpitudinem allegabant.*] argumen. ꝙ allegans turpitudinem ſuam non eſt audiendus 2. C. de ſeruo. pig. da. ma. ſi creditoribus. C. de reuo. dona. cum profitearis. C. de tranſac. tranſactione finita. ff. de legat. 1. l. ſi ſeruus pluriũ. §. 1. 15. q. 3. nemini. & ſ. de conceſſ. præb. cum ſuper quæſtione. & ſ. de teſti. ſicut. Argumen. contra. C. de lib. cau. l. 1. & l. interrogatam. Et 35. quæſt. 3. extraordinaria. & ſ. de re iud. lator. & c. conſanguinei 3. Solu. generale eſt illud, quòd allegans turpitudinem ſuam non auditur. ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. & 14. q. 5. non ſane 4. Argum. niſi vbi vertitur periculum animæ: vt in capit. lator. & capit. conſanguinei. vel niſi propter fauorem eccleſiæ. 35. quæſt. 9. quod quis commiſit. vel fauore libertatis: vt in l. interrogatam.

2 Vide Alexan. in l. iuſiurãdum. §. procurator. & ibidem Iaſ. ff. de iureiur.

3 Et ſupra de ꝓſum. tertio vbi etiam de hoc. Ioan. And.

4 Vide de hac materia Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſt. reo.

c ¶*Deceptoribus.*] ſ. de rerum permu. cum vniuerſorũ. & C. ſi minor ſe ma. dixe. l. 2. ff. ad Velleianũ. l. 2. §. 1.

† Vide l. tranſactionem. C. de pact. & l. ſi petitor. ff. de iudic. & l. ſi vn⁹. §. pacta. ff. de pact.

tribus inconſultis, à prædicto rectore, ac paucioribus fratribus excommunicatis, & periuris, de re litigioſa in fraudem plebani de Piſcia, qui ſuper eodem hoſpitali mouerat quęſtionem [a], fuerat celebrata: & infrà. ¶Attendentes igitur, quòd fratres, & patroni ſancti Allucij pro ſe, imo potius contra ſe turpitudinem [b] allegabant, videlicet, periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtique contra ipſos, ſed ab ipſis commiſſam: & intelligẽtes donationem ab eis hoſpitalarijs factam, puram ac ſimplicem extitiſſe: quia nõ deceptoribus [c], ſed deceptis iura ſubueniunt: vnde per ea quæ ſuperius propoſita ſunt, ſe contra factum proprium legitimè defendere non valebant: hoſpitale prædictum cũ pertinentijs ſuis, hoſpitalarijs ſancti Sepulchri adiudicare [d] curauimus: Ita quòd per hanc ſententiam diœceſano epiſcopo, & plebano de Piſcia, nullum præiudicium [e] generetur: cum res inter [f] alios acta, non debeat alijs præiudicium generare †.

¶Idem Epiſcopo ſancti Andreæ.

¶*Donatio quinquageſimæ, vel centeſimæ, quam facit epiſcopus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento, poteſt legitimè reuocari: nec etiam poteſt vltra quinquageſimam, vel centeſimã conferre, etiam ceſſante lęſione eccleſię ſine auctoritate ſuperioris.*

CAP. IX.

APoſtolicæ † ſedis oraculo: & infrà. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus [g], quòd licet ſit in canone [h] † diffinitum, vt ſi quis epiſcoporũ in parochia ſua monaſterium conſtruere voluerit, & de rebus eccleſiæ, cui præſidet ipſum dotare, non amplius ibidem quàm quinquageſimam partem, eccleſiæ [i] verò, quam monaſticis regulis informare, vel pro ſuis † magnificare voluerit ſepulturis, non amplius quàm centeſimam partẽ cenſus eccleſiæ, cui pręeſt, debeat elargiri [k]: Quia tamen in eodem canone cõſequenter adiungitur, vt † hæc temperamenti æquitas obſeruetur, ꝙ cui tribuit, competens ſubſidium conferat: & cui tollit, dãna grauia non infligat: ea quidem cautela ſeruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit ex his duabus, remunerationẽ aſſumat. Hoc ſemper eſt obſeruandum, quòd vnus epiſcopus, vel alius, nõn ſolum

† Cap. 6. e. tit. in 3. cõpil.

† Hunc canonem habes in concilio Toletano nono, c. 5. refert Gratianus. 12. q. 2. ca. 73. inci. bonæ rei. eius canonis verba hic inſerit Innocentius vſque ad verſic. Hoc ſemper.

† Aliàs, vel pro ſuis ꝓpriis.

† vt ꝑ hoc tẽperamẽti, &c.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

d ¶*Adiudicare.*] Sed qualiter poterant iſti ſe ſupponere, cũ talia ad epiſcopum ſpectent. infrà de exceſ. præla. ſicut vnire. & argumen. ſuprà de conſue. cum dilectus. nec enim aliquis poteſt eximere ſe à iuriſdictione ſui prælati. ſ. de fo. compe. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti? Reſpondeo, licet iſti non potuerint ſe ſubijcere, tamen per talem ſubiectionem ſibi poterat fieri præiudicium. ſic ſ. de renunc. quod in dubijs. & 7. quæſt. 1. ſi quis presbyter. ſub conditione tamen poſſunt ſe ſubijcere: vt ſ. de reſtit. ſpol. olim. Item perſonas ſuas poſſent ſubijcere. ſ. quod me. cauſa. cum dilectus. Io.

d ¶*Pręiudicium.*] & ſic j. de capellis monachorum. ca. 2. & ſ. de re iudicata. ſuborta.

f ¶*Inter alios.*] ſ. de fide inſtr. inter dilectos. & ſ. de re iudi. cap. penul. vbi ponitur hæc regula. & ibi de hoc.

APoſtolicæ.] Primo ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Inquiſitioni.* Et ibi primo repetit ius antiquũ. Secundò illud declarans ſoluit propoſitam quæſtionem: ibi, *Hoc.* Abbas.

Casvs. Epiſcopi ſucceſſiue locis religioſis de redditibus eccleſiarum ſuarum conferunt vltra quinquageſimam portionem, quandoque vſque ad tertiam vel quartam partem: quærebatur vtrum ſucceſſores poſſent reuocare quod vltra quinquageſimam datum eſt? Ad hoc reſpõdet Papa: licet ſit diffinitum in canone, vt ſi aliquis epiſcoporum in parochia ſua voluerit conſtruere monaſterium, & ipſum dotare de rebus eccleſiæ ſuæ, non amplius conferat quàm quinquageſimam portionem cenſus ipſius eccleſiæ: ſi vero eccleſiam ſecularem vellet facere monaſterium, vel eã ampliare pro ſuis ſepulturis, non amplius ei conferat quàm centeſimam partem cẽſus eccleſię, cui præeſt, hac æquitate ſeruata, vt cui tribuit, competens ſubſidium conferat: & cui tollit, damna grauia non infligat: ita tamen quòd vnam de prædictis remunerationibus, quam voluerit, tantum aſſumat: & hoc ſeruãdum eſt, quòd vnus epiſcopus, vel alius non debet vltra quinquageſimam, vel centeſimam portionem conferre: ſed nec tantum, vel etiam minus cum graui detrimento eccleſiæ ſuæ, ſiue ſimul & ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſſiue eidem eccleſiæ vel diuerſis: vnde ꝗcquid cum graui detrimẽto, ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus ad eccleſiam cathedralẽ, vel menſam epiſcopi pertinentibus conſtiterit eſſe collatum, poterit legitime reuocari, niſi præſcriptione, vel alia legitima exceptione huiuſmodi actio excludatur: Tandem reſpondet quaſi tacitæ quæſtioni: diceret aliquis, nõ videtur quòd collatio quinquageſimæ, vel centeſimæ partis, poſſit graue damnum inferre: & ipſe reſpondet, ſiue ſemel tantum id fiat, ſiue pluries, ex varijs circumſtantijs põt deprehẽdi eſſe valde dãnoſum, & hoc potius põt cognoſci ipſo facto quã per aliquod ſtatutum: & ita nec quinquageſima, nec centeſima debet cum graui damno concedi, ſemel aut ſæpe. Si vero intantum abundet epiſcopus, vt ſine dãno eccleſiæ ſuæ amplius quã quinquageſimam, vel centeſimam poſſit conferre neceſſitati alterius eccleſiæ, licet per ſe non debeat excedere ſummã à canone conſtitutam, tamen de ſuperioris auctoritate poteſt etiam in maiori ſumma neceſſitati alterius eccleſiæ ſubuenire, Nota, ꝙ æquitas eſt ſeruanda non ſolum in iudicijs, ſed etiam in donationibus. Item donationem poteſt epiſcopus facere non tantum de rebus epiſcopatus, ſed etiam canonicorum. Item non ſolum de prouẽtibus, ſed etiam de poſſeſſionibus. Item ſucceſſor poteſt reuocare donationem factam à prædeceſſore, ſi vergat in graue damnum eccleſiæ. Item in donationibus valet præſcriptio. Item hic probatur, quòd epiſcopus poteſt conferre quinquageſimam, vel centeſimam portionem. Item licet aliquid præſumatur prima facie non eſſe damnoſum: tamen probatio admittitur in contrarium. Item quædã melius ſciuntur ipſo facto, quam iuris expreſſione. Itẽ ſummam taxatam à canone poteſt prælatus in donatione excedere, non tamen propria auctoritate: ſed ſuperioris.

¶*Gloſſ. ſequens inchoat caſum.*

g ¶*Reſpondemus.*] Quæſtio fuit de hoc: quandoque epiſcopi ſucceſſiue locis religioſis de redditibus eccleſiarum ſuarũ conferunt vltra quinquageſimam portionem, quãdoque vſque ad tertiam, vel quartam partem: quærebatur vtrum ſucceſſor poſſit reuocare quod vltra quinquageſimam datũ eſt? Ad hoc reſpondet Papa prout ſequitur.

h ¶*In canone.*] 12. q. 2. bonæ rei.

i ¶*Eccleſiæ.*] ſeculari iam conſtitutæ.

¶*Gloſſa ſequens reci. per q. an ſine conſenſu capituli, & c. tenet quòd ſic. ponit opinio. contrariam, & opinio. Hug. mediam. Secunda pars recitetur per quęſtionem, an de fructibus, vel etiam de poſſeſſionibus; ponit duas opiniones, & ſecundam approbat.*

k *Elargiri.*] Et hoc poteſt facere ſine conſenſu capituli. ſufficit

ſufficit enim à iure ſemel conceſſum fuiſſe.ff. de condi.inſtitu.quæ ſub conditione.§. vlti. & s̃. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſenſu capituli.paſtoralis.vbi de hoc,quæ videntur determinare hanc dubitationem.& j̃.eod. capit.vbi dicit:per ſe non debet excedere,& cap.ergo per ſe illam poteſt concedere. 1 : quia quod de vnō negatur, de alio cō ceditur. 25.diſtin.qualis. & s̃. de præſump. nonne. & ſuprà de his quæ fi.à præla.ſine cōſenſu capituli, cum Apoſtolica: in fin. 2 Et in alienationibus ſemper dicitur, quòd conſenſus capituli requiratur.ſuprà eodem paſtoralis.12.quæſt.2.ſine exceptione.& s̃. de his quæ fiūt à præla.ſine conſenſu capituli, cum nos. Quidam dicunt vt Lau. & T. & Io.ſuper illo cap.bonę rei. quòd hanc donationem facere debet de conſenſu capituli. argumento illius cap. 12.quæſtio.2.ſi epiſcopi. Hug. dicit, ꝙ hoc poteſt fieri de conſenſu clericorum, & tunc poſt mortem epiſcopi non reuocatur:vel ſine conſenſu clericorum, & tunc reuocatur poſt mortem epiſcopi per ſucceſſorem. Et iſta quinquageſima,vel cēteſima intelligenda eſt quo ad fructus tantū: & hoc patet ex verbo illo,quinquageſimam,vel centeſimam partem cenſus. ita intelligit Hug.ſuper c.bonæ. & de fructibus formata fuit quæſtio.Sed contradicere videtur inferior litera,vbi dicit:ſiue de poſſeſſionibus,& c. Ioan. intelligit 3 quòd etiam de poſſeſſionibus,& perpetuo poſſit donare centeſimam,vel quinquageſimam:& hoc ſatis poteſt concedi. Et eſt argumentum vbi dicit:niſi legitima præſcriptione,& cap. ita tamen hoc facere poteſt,ſiue de redditibus,ſiue de poſſeſſionibus, quòd eccleſia non lædatur. Bernar.

1 Imo nec per ſe illā facere poteſt ſine capitulo cū non ſit ibi totus,cum mēbra deficiant. de his q̄ fiūt à præla. nouit.& cap. quanto.ſecundū Hoſtien. Ioā. And.

† eidem 2 Concor. text. in l.ſi maritus. in fi. cū vulg. ff. de procu.

3 Secundum Goff. & Innocētiū. & hoc teneas nā expedientius eſt eccleſię dare ex nūc quinquageſimā poſſeſſionum, quā ſingulis annis dare quinquageſimā reddituum. Dicit tamen Aegi.ꝙ putat hoc eſſe de mente iuris, ꝙ eccleſia cathedralis teneat directum dominiū. vnde hoc ſumit,non video. Ioan. And.

¶ *Glo.ſeq.reci.per quæſtionem.*

a ¶ *Reuocari.*] Hic reſpondet quæſtioni. quòd reuocabitur tantum vltima, ſi plures fuerint factæ alienationes. ff. de iurepatro.ſi libertus.§. 1. ſi vna tantum fuit & enormis, de ipſa detrahetur quod plus eſt. 12.quæſt.2 ſi quos de ſeruis.

¶ *Glo.ſeq.obijcit,& ſoluit.*

b ¶ *Pręſcriptione.*] Sed videtur quòd hoc ſtare non poſſit, quia dicit lex: Qui contra leges mercatur, malæ fidei poſſeſſor dicitur:& ideo non præſcribit.C.de agri. & cenſi. quemadmodum.lib.11.& nulla temporis longitudo iuuat malæ fidei poſſeſſorem.ſuprà de præſcriptio.vigilanti.& capit.ſi diligenti.& cap.quoniam omne.& iuris ignorantia non prodeſt in vſucapione.ff.de iur.& fact.igno.iuris ignorantia.ff. de vſuca.nunquam. Reſpondeo,hæc eſt ignorantia facti,& non iuris.Facti enim quæſtio eſt,vtrum lædatur eccleſia grauiter,& ideo eccleſia quæ recipit, cum habeat titulum, & bonam fidem, præſcribere poteſt, ſecundum quod hic dicit T. quia hæc donatio permiſſa eſt per canonem illum, bonæ rei. ſed in alijs exceptionibus loquuntur prædicta iura. Bernard.

c ¶ *Exceptione.*] Puta,rei iudicatæ.s̃. de re iudic. cum inter vos.& ff.de excep.l.2.

d ¶ *Nam etſi.*] Reſponſio tacitæ quæſtionis.

e ¶ *Ex oſtenſione.*] Vt ſi oſtendatur eccleſia ære alieno grauata,vel graues imminere expenſas in proximo,vel quia defecit eccleſia in expenſis conſuetis propter talem donationem,quam ſi non feciſſet, leuiter ſubiret expenſas ſine grauamine.

f ¶ *Quàm expreſſione.*] Quædam enim ſunt quæ melius poſſunt intellectu percipi, quā elocutione exprimi.ff. de ſol. ratum.& ff.rem ratam haberi.quo enim tutore.§.Iuliauus.

g ¶ *Non debeat.*] Ex eo quod dicit, per ſe non debet excedere ſummam à canone præfixam, ergo per ſe illam facere poteſt.vt dixi.

h ¶ *Canone.*] prædicto,bonæ rei.

non debet amplius, ſed nec tantum, nec minus cum graui eccleſiæ ſuæ detrimento conferre:ſiue ſimul & ſemel id facere velit, ſiue pluries ſucceſſiuè, eiſdem † vel diuerſis eccleſijs conferendo. vnde cum graue detrimentū ſiue de poſſeſſionibus, ſiue de prouentibus ad epiſcopalem menſam, vel cathedralem eccleſiā pertinentibus,in quantalibet portione conſtiterit eſſe collatū, poterit legitimè reuocari [a]: niſi præſcriptione [b], vel alia exceptione [c] legitima, actio huiuſmodi excludatur. Nam etſi [d] prima facie præſumatur, quòd collatio quinquageſimæ, vel centeſimæ partis,graue non inferat detrimentum: quia tamen non ſolum ſi ſępè, ſed etiam ſi ſemel id fiat, ex varijs circunſtantijs deprehendi poteſt interdum valde damnoſum, quod quidem magis poteſt ex oſtenſione [e] facti, quàm expreſſione [f] alicuius ſtatuti cognoſci:nec quinquageſima, nec centeſima ſemel, aut ſucceſſiuè debet cum graui eccleſiæ damno conferri. Si verò intantum abundet epiſcopus, vt ſine damno eccleſiæ ſuæ, poſſit amplius etiam quàm per quinquageſimam, vel centeſimam partem neceſſitati alterius eccleſiæ ſubuenire, quamuis per ſe non debeat [g] ſummam excedere à canone [h] præfinitam, per quam incautè largiri volentibus eſt occurſum; de ſuperioris tamē auctoritate [pontificis †] poteſt etiam in maiori ſumma inopiæ alterius prouideri.

† Vox, pontificis, deeſt in vetuſtiorib⁹ codicibus.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Donatio poteſt per donatorem non per heredem eius, qui tacuit ob ingratitudinem donatarij reuocari in caſibus hic expreſſis.*

CAP. X.

PRopter [i] † eius ingratitudinem, in quem liberalitas eſt collata, donatoris perſona de rigore iuris, eam potuit re-

† De materia huius decretalis vide latè per Ripam in repetitio.l.fin.C. de reuoc. donat. Aretinum, & alios in §. aliæ autē. inſt.de donat.

PRopter.] Primò ponit dictum, quod exemplificando ſpecificat: ibi, *Si forte.* Secundò moderatur: ibi, *Quod tamen.* Abbas.

CASVS. Aliquis(pone Titius aliquam liberalitatem ſiue donationem contulit in aliquem:quæritur, vtrum talis liberalitas, ſeu donatio aliquo caſu poſſet reuocari? Reſpondetur,quòd de iuris rigore donatio in caſibus poteſt reuocari, ſi forte donatarius impias manus in ſuū donatorem iniecit, vel ſi atroces iniurias ſibi intulit,ſeu graue damnū rerum ſuarum, vel periculū vitæ datori ſuo inferre pręſumpſit:ſed ſi donator in vita ſua de his nihil dixit: ſucceſſores illius, hanc liberalitatē, ſeu donationem reuocare non poterunt. Nota hic quatuor caſus, in quibus propter ingratitudinē donatio reuocatur, ſ.ſi donatarius impias manus in ſuum donatorē iniecit:vel ſi atroces iniurias ſibi intulit,ſeu graue damnum rerum ſuarum, vel periculum vitæ ſibi inferre præſumpſit.Item nota.quòd ſi donator de his in vita ſua tacuerit, ſucceſſores eius liberalitatem, ſeu donationem reuocare non poſſunt.

¶ *Gloſſa ſequens dicit vnde ſumpta fuit,& dat regulam. ſecūdo diſtinguit.*

i ¶ *Propter.*] Hæc decr.ſumpta fuit ex lege C. de reuo.dona.l.vltim.Nota ergo quòd donatio ſemel perfecta nō reuocatur etiam prætextu imperialis reſcripti.C.de reuoc.dona.ſi donationem.& 22.quæſt.2.non enim.nec ex ſola pœnitentia reuocatur.C. eo. poſſeſſionem. nec recipit conditionem poſtea perfecta donatio.C.de dona.quæ ſub mo.perfecta. 4 in caſibus tamen reuocatur propter ingratitudinem. Vnde diſtingue,aut donat quis liberto,aut extraneo.ſi liberto,reuocatur donatio,ſola ratione obſequij non pręſtiti.& eſt mirabile:quia reuocatur res empta ex pecunia donata.C.de reuo. don.l.1. ſed libertas non reuocatur ſolo obſequio non præſtito.C.de lib.cau.ſolo.ſed propter eaſdem cauſas, quibus donatio reuocatur, libertus eccleſiæ in ſeruitutem reuocatur. 12.quæſt.2.octaua diſcuſſio. & in Auth. vt liberti de cætero aureo annullo non egeant.§. illud. coll. 6. Reuocatur etiam donatio tota propter liberos ſuſceptos à patrono. C. de reuo.dona.ſi vnquam.ſi.17.quæſt.vltim.cap.vltim.Sed illud iure poli,non iure fori,aliàs autem totā nō reuocat.C.de inoffi.dona.ſi totas. Si autem in extraneū collata ſit donatio, reuocatur ex ingratitudine:cuius quatuor cauſæ hic notantur. Puta ſi donatarius impias manus in donatorem iniecerit,ipſum vulnerando: Vel atrocē iniuriam ei intulerit, vt ipſum vulnerando,vel fuſtibus cædendo: Si graue damnū rerū ſuarū,vel periculum vitæ inferre p̄ſumpſerit.Item adde quintā, quæ hic non ponitur:Si conditionē appoſitam non adimpleuit.arg.s̃.eo.cum dilecti.& hoc totum habes.C. de reuoc.do. l.vlt.& j̃. de condi.ap. verum. Si verò mater donationem filio faciat,& poſtea tranſit ad ſecundas nuptias,ex tribus tantum cauſis eam donationem poterit reuocare: Puta, ſi vitæ eius inſidiatus eſt: Si atroces manus intulerit in eā: Si totius ſubſtantiæ ipſius molitus eſt iacturam.C.de reuo.don.Auth. hæ quoque:in Authen. de nup.coll.4.§. mater. aliter non fit reuocatio.Inſti.de dona.§.aliæ.

4 Siue ſit ꝑfecta ſtipulatione vel pacto: ſiue ſit impleta per traditionem, vt notat, & quomodo tribus modis diuerſo reſpectu perficiunt cōtractus no. C. de pic. & cōmo. rei vend. l. 1. in 1. glo. Ioan. And.

ADDI-

Additio. Iſtas quinque cauſas reuocandæ donationis habes in his verſibus.

Quinque modis perdo, mihi quæ donata fuere.
Infero ſi damnum grauiter donantis in ære.
Huic per me ſi ſit atrox iniuria facta.
Si ſit perſona manuali vulnere tacta,
Quando ſuæ vitæ crudeliter inſidiabor.
Ingratus domino, re donata ſpoliabor.
Ingratum factum dic me cum fregero pactũ.

uocare [a]: Si forte in ipſum impias manus iniecerit †: aut ſibi atroces [b] iniurias: ſeu graue rerum ſuarum damnum: vel vitæ periculum inferre præſumpſerit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur ſucceſſores [c].

†ingerit.

¶*Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

a ¶*Reuocare.*] Reuocatur ergo donatio vtili rei vendicatione, vel condictione ex lege. C. de reuo. dona. his ſolis. & C. de contrahend. emp. cum res. ff. de do. cauſa mortis. l. ſi mortis cauſa. Bernar.

b ¶*Atroces.*] Quæ conſiderantur ex tribus cauſis. ſcilicet ex facto, loco, & perſona. Inſtit. de iniu. §. atrox. vt ſi quis vulneratus fuerit, vel fuſtibus cæſus [1].

¶*Gloſſa ſequens in fin. arg. ad quæſtionem inducens duas leges.*

c ¶*Succeſſores.*] Hoc ius reuocandi perſonale eſt, quia non competit primordium huius cauſæ hæredibus donatoris, vel contra hæredes, vel ſucceſſores donatarij, qui hoc in vita ſua tacuit: vt hic dicit. & C. de reuo. do. l. vlt. ad fin. & l. 1. in fi. quia per taciturnitatem remiſſum videtur. Et ſic eſt argu. quòd feudum non eſt auferendum filio propter feloniã patris, ſi patri quæſtio mota non fuit. 2 ſic C. de inoff. teſta. omnimodo. argu. ff. ad Syllani. l. 1. §. vlt. Bernar.

TITVLVS XXV.

De peculio clericorum.

¶Ex concilio Arelatenſi.

¶*Quæſitum à rectore eccleſiæ tempore promotionis nihil habente, præſumitur de bonis eccleſiæ quęſitum.*

CAP. I.

INueſtigãdum [d] eſt, ſi nihil patrimonij habẽs presbyter, quãdo promotus † eſt ad eccleſiaſticum ordinẽ, poſteà † emerit prædia, cuius iuris ſint: quoniam eccleſię, ad quam [e] nihil habẽs promotus eſt, eſſe debent [f] iuxtà canonicam auctoritatem.

¶Ex eodem †.

¶*De emptis per pręlatum de bonis eccleſię, debet inſtrumentum confici eſſe eccleſiæ: quod verum eſt, cum emit de rebus eccleſiæ: ſecus eſt ſi de patrimonio ſuo emit.*

†In conciliis editis nondũ inueni. Burchardus li. 3. decre. c. 118. & Iuo par. 3. ca. 94 concilio Remenſi tribuũt. Et c. 1. eo. tit. in 1. cõpilatione, tribuit cõcilio Laterānenſi.

†prouect[9].

† ſi poſtea

1 Adde q̃ dicatur atrox iniuria: per l. prætor. §. poſſe. ff. de iniur.

†. Deſumptũ ex concilio Agathenſi. ca. 54. vt recte ait Iuo par. 3. cap. 95. refert à Burchardo, li. 3. de cre. c. 119. & in 1. cõpil. eo. tit. c. 2. vbi ex alijs concilijs deſumptũ dicit, ſed minus bene.

2 Imo qñ que nõ au fertur, etiã ſi patri q̃ſtio mota fuit: vt dixi ſupra, de feu. c. 2. ſu per glo. ſi. Ioan. And.

3 Ob vnã dam ſuſpicionẽ turpis qᵘ diceẽ à viro vel his qui in ipſi po teſtate ſũt prouenſſe qđ acquiſiuit vxor. Ioan. And.

DE PECVLIO CLERICORVM.

¶*Suprà viſum eſt de donationibus: ſed quia dubitari poterat nunquid clerici poſſent donationes facere de eorum peculio, meritò ſubijcit hanc rubricam. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 12. q. 1. & q. 3. & q. 4. per totũ. & q. 2. de laicis. & capitulo ſequenti.

INueſtigandum.] Casvs. Statuit concilium Arelateñ. quòd ſi presbyter nihil habens promotus fuerit ad regimen alicuius eccleſiæ, & poſtea emerit prædia, illius eccleſiæ debeant eſſe, ad quam nihil habens promotus eſt. Nota hic argumen. omnia quæ prælatus poſſidet, præſumi de bonis eccleſiæ acquiſita fuiſſe.

d ¶*Inueſtigandum.*] à iudicibus, qui de hoc cognoſcunt.

e ¶*Ad quam.*] Sim. 12. q. 3. placuit. & q. 4. quicunque. & quæſt. 5. nulli. & cap. fixum.

f ¶*Debent.*] quia præſumuntur de bonis eccleſiæ empta. 12. quæſtio. 3. capitu. 1. & C. de donationib. inter vir. & vxo. etiam. & ff. eod. Quintus Mutius 3. Sed contra hanc præſumptionem admittitur probatio. 12. quæſtio. 1. ſint manifeſtæ. & quæſt. 4. cap. 1. & 2.

PResbyter.] Casvs. Dicitur in hoc capitulo, quod ſi presbyter qui tenet parochiam, aliqua emerit, ad nomen eccleſiæ conficiat inſtrumentum: & qui contra fecerit, ab eius ordinatione remoueatur. Nota quòd cum presbyter aliquid emit, debet facere inſtrumentũ in quo cõtineatur illud

cus eſt ſi de patrimonio ſuo emit.

g ¶*Presbyter.*] hoc cap. habetur 12. q. 4. cap. vlt.

h ¶*Superemerit.*] de rebus eccleſiæ: quoniam ſi de ſuis & eccleſiæ rebus emiſſet, pro rata pretij res diuideretur inter eccleſiã & hæredes presbyteri, ſi de hoc conſtaret. 12. quæſt. 4. cap. 1. Et ita pro ea parte faciat inſtrumẽtũ pro ſe: quia tutius eſt quòd non faciat inſtrumentum commune, ſed ſeparatim. T. aut non datur ei optio, ſed comminatio eſt. Bern.

nomine eccleſię: aliàs debet prælatus ab adminiſtratione remoueri.

CAP. II.

PResbyter [g] cum diœceſim tenet, de eis † quæ ſuperemerit [h], ad ipſius eccleſiæ nomen, ſcripturam faciat: aut ab eius ordinatione diſcedat.

† de his

¶Ex epiſtola Pij Papæ †.

¶*Quæſita per epiſcopum poſt conſecrationem ſuam, eccleſiæ relinquenda ſunt.*

CAP. III.

VT vnuſquiſque [i] presbyter, res, quas poſt dies cõſecrationis acquiſierit [k], propriæ eccleſiæ relinquat.

¶Ex concilio Remeñ †.

¶*Empta per prælatum ex emolumẽtis eccleſiæ, efficiuntur eccleſiæ, licet prælatus emerit nomine alieno.*

CAP. IIII.

INquirendum [l] eſt, ſi † quis presbyterorum de redditibus eccleſiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium, alieno nomine res comparauit [m] †: quia ſicut nec ſuo, ita nec alieno [n] nomine presbyter fraudem facere de facultatibus eccleſiaſticis † debet: quoniam hoc ſacrilegium [o] † eſt, & par crimini Iudæ furis, qui ſacras oblationes aſportabat [p], & furabatur.

VT vnuſquiſq;.] Iſte textus poteſt intelligi de epiſcopo, & tunc verbum, cõſecrationis, ſtat propriè: & verbum, presbyter, debet exponi, id eſt, epiſcopus, per ea quæ dixi in cap. præcedenti. Secundò poteſt intelligi in quolibet rectore eccleſiæ, & tunc verbũ, presbyter, ſtat propriè: & verbum conſecrationis, debet exponi, i. ordinationis, ſeu promotionis: quia propriè epiſcopus conſecratur, & presbyter ordinatur: vt in cap. 1. de ſac. vnct. Abbas.

Casvs. Dicitur in hoc capitulo, quod quicquid presbyter acquiſiuit à tempore promotionis ſuæ, poſt mortem eius remaneat eccleſię. Nota quòd quicquid prælatus acquirit poſt inſtitutionẽ ſuam de rebus eccleſiæ, vel eius occaſione, eccleſiæ eſt.

† Videtur ſumptũ ex concilio Carthaginenſi. 3. c. 49. refert Burchard. li. 3. decre. c. 121. Iuo par. 3. cap. 96. Gratianus. 12. q. 3. c. & c. 3. eo. tit. in 1. compilat.

† In concilio impreſſo nõdum inueni, et tamen tribuunt Burchard[9] li. 3. decre. c. 123. & Iuo par. 3. cap. 96. & habetur in c. 6. eo. tit. in 1. compilat.

† ſi aliquis presbyter.

† compara uerit.

† eccleſiæ.

† ſacrilegum.

i ¶*Vt vnuſquiſque.*] ſupple, ſtatuimus.

¶*Glo. ſeq. arg. allegat quatuor iura.*

k ¶*Acquiſierit.*] Occaſione eccleſiæ. j. titul. proxim. quia nos. & cap. requiſiſti. & eſt argum. quod teneor 4 tibi reſtituere quod occaſione rei tuæ ad me peruenit. argu. ſ. de iureiuran. ad noſtram. & ff. manda. ex mandato. & l. idemque. §. 1. & 2. ff. de procu. qui proprio. §. procurator. verſic. vt in cæteris. Bernar.

4 Et maxime in ſubſidium. arg. ff. de eo p quem fac. eſt l. ſi. Io. Andr.

INquirendum eſt.] Casvs. Statuit concilium Remeñ. quod ſi aliquis presbyterorum de redditibus eccleſiæ, vel oblationibus eccleſię, vel votis fidelium res aliquas comparauerit, non nomine eccleſię, ſed alieno, eccleſia poterit res illas petere, ſi conſtiterit quod de bonis eccleſię fuerint comparatę: & ipſe qui hoc fecit, debet puniri: quia ſicut non ſuo nomine, ita nec alieno de ſuis facultatibus eccleſię fraudem facere debet: hoc enim ſacrilegium eſt, & par crimini Iudę, qui ſacras oblationes furabatur. Nota quod de rebus eccleſię non põt prælatus aliquid alicui acquirere, vel emere, niſi eccleſię. Itẽ qui de reb[9] eccleſię fraudẽ facit, ſacrilegiũ cõmittit, & furtũ.

l ¶*Inquirendum.*] ſcilicet à prælatis eccleſię. Ber.

m ¶*Comparauit.*] ſupple, ſi hoc fecerit, puniendus eſt, & eccleſia poterit eas vendicare 5, licet ſuæ non ſint, & eſt ſpeciale in eccleſia. ſic & miles. C. de rei vendi. ſi vt proponis. ſic & pupillus. C. arbitrium tute. l. 3. in alijs vero ſecus eſt de iure communi. C. de rei vendi. ſi ex ea. C. de dona. inter vir. & vxor. & ſi de tua. C. communia vtriuſque iudi. ſi patruus tuus.

5 Vide hic Hoſtiẽ. & Io. And. & Doct. in l. minime. ff. de legib. adde Ioã. Andr. in c. 1. infrà de voto. & ſupra de off. delegati. cap. 2.

n ¶*Alieno nomine.*] ſimile 46. diſt. ſicut non ſuo.

o ¶*Sacrilegium.*] large ſumpto vocabulo ſacrilegij. 7. quæſtio. 2. prædia. & cap. gloria epiſcopi. & ſupra de fo. compet. conqueſtus.

p ¶*Aſportabat.*] ſimile 23. queſtio. 4. quid ergo. 17. queſt. 4. ſi forte. Ber.

Si quis.

S*I quis.*] Varij intellectus poſſunt colligi ex hoc cap. vt dicit Panor.

C A S V S. Statuit concilium Toletanum, quòd ſi aliquis clericus pro ſua ſuſtẽtatione in terra eccleſię vineolas, aut agella fecerit, meliorando terram eccleſię, poſſideat ea vſque ad mortem: & tunc eccleſiæ reſtituat, nec iure teſtamenti, aut iure ſucceſſionis alicui relinquat: niſi forſan epiſcopus velit eam aſſignare alicui ad tempus pro ſeruitijs eccleſiæ pręſtitis. Not. nec pręlatus nec clericus bona eccleſię poteſt alicui poſt mortem ſuam relinquere. Item epiſcopus poteſt conferre alicui terram eccleſię pro ſeruitio eccleſię pręſtito.

† Conciliũ Toletanũ 2.c.4.& c.7.eo.tit.in 1.compil. Et de materia textus & gloſſarum plene p Couarruuiam in ca.1.& in ca. cum in officijs. de teſtamen.

¶Ex concilio Toletano †.

¶*Meliorationes factæ per prælatum in rebus eccleſiæ, ſunt ſuæ in vita, etiam ſi dimittat beneficium: ſed de his teſtari non poteſt. hoc dicit ſecũdum intellectum ſatis notabilem.*

C A P. V.

SI quis ſanè clericorũ agella, vel vineolas, in terra [a] eccleſiæ ſibi feciſſe probabitur, ſuſtentandæ vitæ cauſa, vſque ad diem obitus [b] ſui poſſideat: verum poſt ſuum deceſſnm eccleſiæ reſtituat: nec teſtamentatio, aut ſucceſſorio iure cuiquam hæredum, prohæredumve [c] relinquat: niſi forſan cui epiſcopus pro ſeruitijs, ac præſtatione [d] eccleſiæ largiri voluerit.

a ¶*In terra.*] quę ſterilis erat. prius enim ęquum eſt illis relinqui, quorum labore ad fertilitatẽ redacta eſt, vt ſuprà de reb. eccleſ. alie. vel non. ad aures. & C. de alluuio. l. vltim. vel loquitur de terra prius culta, & clerico pro beneficio aſſignata. 16. quęſtion. 1. poſſeſſiones. & quęſt. 3. clerici. Tan.

TITVLVS XXVI.

De teſtamentis, † & vltimis voluntatibus.

† In hunc titulũ eruditos ſcripſit Couarruuias cõmẽtarios.

¶Gregorius nonus † Antonio ſubdiacono.

† In vetuſtioribus ita: Gregorius A. ſubdiacono. aliàs Gregorius iij. &c. Contius in margine addit ita: imo primus li. 7. indict. c. epiſt. 52. Et habetur c.1.eo. tit.in 1.cõpilat.

¶*Epiſcopus de rebus patrimonialibus teſtari poteſt, de rebus verò eccleſiæ, ſeu intuitu eccleſiæ quæſitis teſtari non valet.*

b ¶*Obitus.*] argum. quòd beneficiati ab eccleſijs vſufructuarijs comparantur: nam & morte finitur vſusfructus. Inſtitu. de vſufru. §. finit. Similiter morte clerici: vt hic, & ſuprà de pigno. capit. vltim. Sed non per omnia comparantur clerici vſufructuario, quia de terra aratoria poteſt hic facere vineam, quod illi non licet. ff. de vſufruc. quãuis. & l. vſufructuarius. Item vſufructuarius percipiendo fructus facit ſuos, & inde poteſt teſtari: quod non poteſt clericus. infrà titul. proxim. quia nos. 12. quæſtio. 5. quia Ioannes. niſi cum quodam moderamine, quod habetur. infrà tit. proxi. ad hoc. & cap. relatum. §. licet. imo potius clerici poſſunt comparari vſuarijs, quibus tantum ad vſum cotidianum vti licet. Inſtitu. de vſu & habita. §. 1. R.

c ¶*Prohæredumve.*] Prohæres eſt qui putat ſe hæredem eſſe, cum non ſit. ff. de peti. hære. prohærede. & Inſtit. de interdic. §. adipiſcendæ. vel poteſt appellari hic pro quolibet deſcendente poſt primum hæredem, ſiue pro quolibet deſcendente, cui relinquitur aliquid.

d ¶*Pro ſeruitijs ac præſtatione.*] ideſt pro ſeruitijs præſtitis eccleſiæ. infrà titu. proxim. relatum. 2. §. licet. 1 quia forte poterit poſſeſſionem illam aſſignare alicui clerico pro beneficio, vſque ad tempus vitæ ſuæ. 16. quæſt. 1. poſſeſſiones. & quæſt. 3. clerici. Bernar.

1 Et ſupra titu. 1. per tuas. Ioan. And.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBVS.

¶*Suprà viſum eſt de diſpoſitione inter viuos: reſtabat videre de vltimis voluntatibus. Vel ſic, ſuprà viſum eſt de peculio clericorum, ſed quia dubitari poteſt, nunquid de omni peculio valeant clerici condere teſtamenta, ideo ſubijcit hanc rubricam. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 12. *q.* 5. *&* *q.* 3. *&* 18. *q.* 4. *per totum. &* 19. *q. vlti. c. quia. vſque ad finem. &* 13. *q.* 2. *§ ſi aliud. & c. ſequenti.* 12. *q.* 2. *de laicis.* 4. *q.* 3, *verſicu. ob cauſam.* 16. *q.* 1. *commouere. & c. ſeq.* 23. *q.* 8. *§. quamuis.*

Q*Vorundam.*] Primò ponitur factum. Secundò deciſio: ibi, *Hortamur.* Abbas Siculus.

C A S V S. Ioannes Attellanæ ciuitatis epiſcopus, fecit teſtamentum, & nurum ſuam in octo vncijs ſubſtantiæ ſuæ ſibi hæredem inſtituit, & eccleſiam ſuã in reſiduis quatuor: Mandat Papa Antonio ſubdiacono, vt hoc diligenter inquirat, & quicquid de bonis eccleſiæ ipſum conſtiterit habuiſſe ad ius eccleſiæ à qualibet perſona debeat reuocare, niſi illud ſolum quod ante ſuam promotionem noſcitur habuiſſe: & quicquid acquiſiuit poſt ſuam conſecrationem, in dominio eccleſiæ conſeruetur. 2 No. quòd prælatus de bonis eccleſiæ teſtari non poteſt. Itẽ quicquid acquirit prælatus poſt ſuam conſecrationem, remanere debet eccleſiæ.

2 Vt gloſſam & textum intelligas, vide libellũ Voluſij Metiani de aſſis diſtributione, & Vigliũ Zuichemũ in §. hæreditas Inſt. de hæred. inſtitu.

C A P. I.

QVorundã ad nos relatione peruenit, quòd I. Attellanę ciuitatis epiſcopus condito teſtamento, in octo vncijs [e] ſubſtantiæ ſuæ nurum hæredem inſtituit, eccleſiam ſuam in reſiduis quatuor. ¶Hortamur [f] ergo vt ſolicitè hoc [g] diſcutias: & quicquid ipſum habuiſſe patuerit, à qualibet perſona detineri nullatenus patiaris [h]: niſi † hoc ſolum quod eum ante [i] epiſcopatus ordinem, proprium habuiſſe [k] conſtiterit. Quicquid verò eccleſiæ ante ipſius conſecrationem fuiſſe cognoueris, vel in epiſcopatus ordine prædictum epiſcopum acquiſiuiſſe [l] †, in eiuſdem eccleſiæ dominio conſeruetur.

† Vide B. Thomã. 2. 2. q. 185. artic. 6. & 7. & ibidem Caietanũ. & concilium Triden. ſeſſio. 25. de reformatione. cap. 1.

¶Idem †.

¶*Abbatiſſa teſtari non poteſt, etiã ſi nunquam induiſſet habitum monachalem.*

† Idem ſcilicet Gregorius Ianuario Garalitano epiſtola 7. eiuſdẽ lib. 7. regiſtri. refert Anſelmus Lucen. lib. 7. c. 182. Gratianus ca. 3. eod. 19. q. 3. cap. 7. tit. in 1. cõpilatione.

C A P. II.

QVia ingredientibus: & infrà. ¶Gabina † Abbatiſſa conqueſta † eſt, S. quondam abbatiſſam monaſterij ſui, poſt quam regẽdi ſuſcepit officium, condito teſtamẽto [m]

† Sabina.

† acquiſiſſe, in antiquis.

† queſta

e ¶*Octo vncijs.*] id eſt, in duabus partibus hæreditatis, quæ dicitur as, & in 12. vncias diuiditur. Inſtitut. de hæred. inſtitu. §. hæreditas. T.

f ¶*Hortamur.*] id eſt, præcipimus.

g ¶*Hoc.*] id eſt, teſtamentum ſuum. Tancred.

h ¶*Patiaris.*] hoc non habebit locum in rebus ab epiſcopo alienatis: ſi eccleſia agnoſcat hæreditatẽ illius, tenetur tunc ratum habere quod fecit, pro ea parte pro qua eſt hæres 12. quæſtio. 2. epiſcopus qui filios. ff. de regul. iur. ex qua perſona. C. de rebus alienis non alienan. venditrici. niſi fecerit eccleſia inuentarium. tunc enim non tenetur niſi inquantum vires hæreditatis ſe extendunt. C. de iure deliberandi. l. ſancimus. §. ſinautem locis.

i ¶*Ante.*] ſimile 28. diſtinct. de Syracuſanæ. 12. quæſtio. 5. nulli. C. de epiſc. & cleri. Auth. licentiã. & Auth. prohibitũ.

k ¶*Habuiße.*] hoc ideo dicit: quia renunciauit proprijs: vel quicquid poſtea habuit, totum fuit contemplatione eccleſiæ, & non perſonæ acquiſitum. Alanus.

l ¶*Acquiſiuiße.*] intuitu eccleſiæ, vel de rebus eius: ſecus eſt de alijs. 12. quæſtio. 3. capit. 2. & quæſtio. 5. fixum. & j. eo. quia nos. Ber.

Q*Via ingredientibus.*] Primò ponit quæſtionem. Secundò ſolutionem: ibi, *Neceſſarium.* Abbas.

C A S V S. Quædam abbatiſſa cuiuſdam monaſterij S. nomine, fecit teſtamentum, in quo plura quibuſdam legauit: quæ vſque ad mortem non induit habitum monachalem, ſed ſtetit in veſtibus, quibus presbyteri illius loci vtuntur, ſicut & illa quæ ipſam præceſſerat, dicens hoc ſibi licere ex conſuetudine: Gabina abbatiſſa eiuſdem monaſterij quæ ſucceſſit, conqueſta eſt domino Papæ, quòd illa taliter legata relinqueret: Reſpõdet Papa poſtquam illa abbatiſſa ordinata eſt, & in monaſterio morata, ad culpam epiſcopi pertinuit, qui illam in ſecularibus veſtibus ſtare permiſit: non tamen propter hoc monaſterio pręiudicare potuit, ſed poſtquam monaſterium intrauit, ſe & ſua ei monaſterio dedicauit. Not. quòd delictum ſubditorum ad culpam pręlatorum pertinet. Item delictum perſonę in damnum eccleſię redundare non debet. Item intrando monaſterium, ſe & ſua intelligitur quis contuliſſe, nec amplius poteſt inde teſtari.

m ¶*Teſtamento.*] Teſtamentum eſt teſtatio mentis, qua diſponitur

ſponitur quid de rebus ſuis aliquis velit fieri poſt ſuum deceſſum.13.q.2.c.placuit.§.ſed aliud.j. de celebra. miſſa. cum Marthæ.Inſtit.de teſtamen.ordi. in princ. 1 Tan.

a ¶*Legata.*] Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta ab hærede præſtanda.Inſtitut.de lega.§.1.

legata [a] quibuſdam reliquiſſe, dicens eam vſque in diem obitus ſui, non induiſſe habitum monachalem, ſed in veſtibus, quibus vtuntur loci illius † presbyteri permanſiſſe, ſicut & illa, quæ ante ipſam fuerat abbatiſſa,& hoc penè † ex conſuetudine [b] licuiſſe: & infrà. ¶Neceſſarium ergo viſum eſt, poſtquam abbatiſſa ordinata [c] eſt, & in monaſterio per annos plurimos vſque ad obitum præfuit, veſtis qualitatem ad culpam fortè [d] epiſcopi pertinere, qui eam ſic eſſe permiſit: non tamen potuiſſe præiudicium [e] monaſterio irrogare, ſed res ipſius eidem loco, ex quo illic † ingreſſa, & Abbatiſſa conſtituta † eſt, de iure competere [f].

b ¶*Ex conſuetudine.*] Hic conſuetudo non prodeſt, quia non quid fiat, ſed quid fieri debeat, conſiderandum eſt.12. quæſtio.2. gloria epiſcopi. & ſuprà de elect. cum cauſam. & ff.de offi.præſi. ſed licet. & factum vſurpatum præſcriptionem non inducit.93.diſtin. illud.16.quæſtio.3. licet.& in talibus nullus numerus defendit annorum.33. quæſtio.5. quod Deo.

c ¶*Ordinata.*] id eſt, benedicta, vel conſecrata: quia abbatiſſa, vel monialis non recipit ordinem propter vtilitatem ſexus. argumen. infrà de pœn. & remiſſio.noua.

d ¶*Forte.*]non eſt nota dubitationis, ſed aſſertionis. 13. quæſtio. vltim. habent forſitan illi.& in Euangelio:Si cognouiſſetis me, forſitan & patrem meum. &c. ff.de rei vend.item ſi.§.1. 2 & ff.de arbit. ſi duo. & ff. de procur. ſi filiusfamilias.de pœniten.diſtinc.1.quamobrem.33.quæſtion.2. admonere. ſuprà de procurato. tuæ. Vincen.

e ¶*Præiudicium.*]Votum enim præſcriptione non tollitur: vt 33. quæſtio. 5. quod Deo pari.

f ¶*Competere.*] Ipſo enim ingreſſu ſe,& ſua dedicauit Deo.19. quæſt. vltim. quia ingredientibus,& eſt pars huius. 3 & Authen.ſi qua mulier. C.de ſacroſan.eccleſ.& Authen.ingreſſi.12.q.1. nolo & cap. non dicatis. Bernar.

¶Idem. †

¶*Si infrà annum à die monitionis non fit executio teſtamenti per debentem exequi, deuoluitur executio ad epiſcopum.*

CAP. III.

NOs quidem: & infrà. ¶Peruenit ad nos S. de hac luce migrante ſupremæ voluntatis elogio [g] † monaſterium pręcepiſſe fundari: cuius deſiderium à T. religioſa fœmina eius hærede protrahitur [h]. ¶Quamobrem te hortamur, vt eam commoneas †, quatenus infrà annum [i], monaſterium quod iuſſum eſt, debeat ordinare: & cuncta ſecundum voluntatem defuncti ſine altercatione conſtruere. ¶Quòd ſi infrà prædictum tēpus, ſiue in loco [k], quo conſtitutum fuerat, ſeu ſi ibi non poteſt, & alibi placet ordinari, te cum implere neglexerit: tunc per te ædificetur, & omnia per te loco ipſi ſine diminutione qualibet aſſignentur. Sic enim ſecundum pijſſimas leges [l], dilatas defunctorum pias voluntates, epiſcopali decēs eſt ſtudio adimpleri.

NOs.] Propter negligentiam hæredis epiſcopus exequitur piam voluntatem defuncti.h.d.Primò ponitur narratio. In ſecunda prouiſio:ibi. *Quamobrem.* vbi primò moneri mãdat.ſecundò ſuppleri ibi, *Quòd ſi.*tertio reddit rationem ibi, *Sic enim.*Abbas.

CASVS. Quidam S.nomine fecit teſtamentum, & T. mulierem ſibi hæredem inſtituit, præcipiēs monaſterium de bonis ſuis debere fundari: cuius deſiderium ab illa muliere ipſius hærede protrahitur: peruenit hoc ad dominum Papam: vnde mandat epiſcopo loci, quòd mulierem illam moneat, vt infra annum monaſterium quod teſtator fieri præcepit, debeat conſtruere in loco vbi fuit conſtitutum: quod ſi hoc non fecerit, epiſcopus illud faciat fieri, & omnia per epiſcopum deſignentur illi loco ſine aliqua diminutione: quia etiam ſecundum leges voluntates defunctorum per epiſcopos adimpleri debent. Nota quòd voluntas defuncti ad pias cauſas adimpleri debet ab hærede infra annum. Item ſi hæres negligens eſt, epiſcopus loci hoc faciat: quia ſecundum leges voluntates defunctorum per epiſcopos adimpleri debent.

g ¶*Elogio.*] i.teſtamento.C.de teſta.l.iubemus.

h ¶*Protrahitur.*] id eſt, differtur.

i ¶*Infra annum.*] Infra annum debet mandari executioni voluntas teſtatoris.C.de fideic.Authen. hoc amplius. & hic. & Authen.de eccle.tit.§.ſi quis ædificationem.colla.9.

1 Concor. tex.in §.legati. & §. facto Inſti. de leg.

† ipſius.

† Hic in vulgatis legitur, plenè ſed in manuſcriptis, & regiſtro B. Gregorij pene, lego, inde eſt reſtitutum. iã in vno vetuſtiſſimo exẽplari habetur ita: & hoc pene ex loci cõſuetudine licuiſſet.

† illuc.

† Aliàs cõfirmata.

† Scilicet Gregorius Ianuario epõ Caralitano lib.3. epiſtola. 10.regiſtr. Et c. 12. e. tit.in 1. cõpilatione. Et vide ꝑalijs Couarruuiam in hac decretali.

† eulogio.

2 Si quis res neceſſitate diſtraxit, fortaſſis huic officio iudicis ſuccurreť, dũ tamen pretium reſtituat. Ioan. And.

3 Et ibi habeť pars de prin.de ciſa. Ioan. And.

¶*Glo.ſeq.reci.per q. ſcilicet quid ſi locus non fuit deſignatus. ponit dictum Lau.& ſecundum opi. Tan.*

k ¶*In loco.*] demonſtrato, vel comprehenſo à defuncto: ſi enim de loco incertus ſit, non videtur obligatus ad faciendum, ſicut in promiſſore liquidum eſt.ff. de eo quod cer.lo.l. 3.§. ſi quis inſulam. & ff.de verbor.oblig.qui inſulã. niſi aliud quid dicatur, tum cauſa religionis, tum extremæ voluntatis fauore. Io. & Lau. Alij dicunt, ꝙ ſi incertus eſt loc' vbi debuit ędificari, ad hãc cauſam relictum, fieret caducũ. C. de cad. tol.l.vnica.§. ſi vero.ff. de dona.l.2.§. ſi vltim. Et ideo dicitur hic, in loco quo conſtitutum fuerat. T. dicit quòd nõ erat caducum: quia teſtamenta ſunt interpretanda largiſſime.ſuprà de do. cum dilecti. in ſi.& res ad pias cauſas relictæ, liberæ ſunt à lucratiuorum inſcriptionibus.23.quæſt.8. c. tributum.§. quamuis.& in l. ſancimus.

l ¶*Leges.*] C.de epiſ. & cler. nulli. ibi habes quòd epiſcopus debet illud facere.

¶Idem † Petro ſubdiacono.

¶*Debetur legatum, quamuis nudis verbis à teſtatore ſit relictum.*

CAP. IIII.

INdicante; & infrà. ¶Cognouimus. R. referente, quòd moriens vxor redempti †, concham argenteam nudis [m] verbis iuſſit venundari, & ſuis dari libertis, & ſcutellam argenteam cuidam monaſterio [n] reliquiſſe †: In quibus voluntatem eius, per omnia volumus adimpleri.

INdicante.] Primò narrat factum. Secũdò prouidet: ibi, *In quibus.* Abbas.

CASVS. Mulier quædam vxor Redempti moriens, concham argenti iuſſit venundari, & dari libertis ſuis, & quandam ſcutellam argenteam reliquit cuidam monaſterio: mandat Papa, quòd voluntas illius per omnia debeat adimpleri. Not.ꝙ vxor poteſt teſtari viuente marito. Item voluntas teſtatoris per omnia adimpleri debet.

¶Idem † T.epiſcopo.

¶*Non debetur legatum cum teſtator rem non ſuam, ſed eccleſię legauit, hoc dicit ſimpliciter inhęrendo literę.*

¶*Glo.ſeq.arg. allegat tria iura.*

m ¶*Nudis verbis.*] Tale legatum etiam valet ſecundum leges.C.de fideicom.l.vlt.& eſt arg. ꝙ per nuda verba quis obligatur.arg.12.q.2.quicunque. 22.q.5.c. quacunque.c. iuramenti.& C.de ſuf.l.vnica.

¶*Glo.ſeq.quærit & ſoluit. Secundò quærit arg. pro legatario: ſoluit pro hærede.reſpondens ad contraria. Tertiò quærit arg. contra legatarium, ſoluit contra hæredem.*

n ¶*Monaſterio.*] Pone quòd reliquit monaſterio ſanctæ 4 Mariæ x.ſed non determinauit cui, cum ſint plura monaſteria ſanctæ Mariæ, dabitur paupeciori.in Authen.de ecc. titu. §.ſi quis in nomine, coll.9. Item pone ꝙ plures habeat ſcutellas, ſed vna eſt melior alia: cuius erit optio? poteſt dici ꝙ legatarij.ff.de legat.1.ſi domus & melius.l. qui duos. Sed contra. ff.eo.tit.l.ſi quis à filio.§.ſi quis.ſ. ꝙ hæredis eſt electio. & C. de condi.indeb.l.ſi quis ſeruum.ff.de leg.1.legato.& ff.de ſerui.ruſti.prædi.l.ſi via.quibus ſtatur. Contraria loquũtur quãdo hæres in mora eſt 5. Item pone quod legauit ſeruum in fuga conſtitutum: cuius expenſis quæritur? videtur quòd legatarij, quia ad ipſum ſpectat emolumentum: ergo & onus. C.de cadu.tollen.l.1.§.pro ſecũdo.in fine.imo hæredis.ff. de legat.1.cum ſeruus.& l.ſeq.Laurent.

ADDITIO. ſi ſeruus legatus eſt in fuga tempore teſtamēti: quæret eum hæres ſua impenſa.ff.de leg.1. ſeruo legato.§. fin. Sed poſt teſtamentum, & ante mortem quæret eum hæres ſumptu legatarij, ff.eo.titu. ſi ſeruus legatus. Si poſt aditã hæreditatem, ſi culpa hęredis ſoluat æſtimationem, aliàs non cauebit.ff.eod.l.cum res.§.itaque.

† Huc ſpectat quod nouiſſime conſtituit concilium Tridẽ. ſeſſio. 22. de reforma.c. 8. & ſeſſio 25. in decreto de purgatorio.

† Scilicet Gregorius in regiſtro lib.12.epiſtola. 30. & c. 3. eo. tit. in 1.cõpilatione.

† Recepti. puto autẽ eſſe proprium viri nomen.

† Aliàs reliquiſſet, ſed reliquiſſe, in noſtris antiquis.

† Idem ſcilicet Gregorius Dono epiſco. Meſſanen. lib.7.regiſtri indic. lib.epiſtola 4. & ca. 4.eod.titu. in 10. compilatione.

4 De articulo huius gloſſæ videto hic ꝑalijs Couarruuiam adde notata in l. hæredes.§. ſi incerto. & ibi gloſsã. ff.famil. erciſcundæ.

5 In antiquis exemplarib' ita repio hãc gloſſam, vt impreſſa eſt, & deſinit ibi, Lauren. iõ cætera adimenda putaui.

Filius

Filius noſter.] Hoc cap. habet multos intellectus: vt dicit Panor. Primò ponitur conqueſtio. Secũdò prouiſio: ibi, *Et quidem*, Abb.

Casvs. Quidam P. nomine, fecit teſtamentum, & in teſtamento illo quædam quæ ad ipſum non pertinebant, cauſa ſuæ ſepulturæ reliquit cuidã epiſcopo: filius eius petebat bona illa, vt ea reſtitueret illi cuius fuerant, ſed epiſcop' hoc facere nolebat: vnde cõqueſtus eſt domino Papæ: ſcribit Papa illi epiſcopo dicens. quòd leges ſeculi habent, vt hæres ſoluere compellatur, ſi teſtator rẽ legauerit alienam: ſed quia epiſcopus viuere debet lege Dei, non autem lege ſecularium, iniuſtum eſt, vt res quę dicuntur eſſe cuiuſdam eccleſię, teneantur ab ipſo, qui aliena reſtituere debuit. Not. quòd ſi teſtator ſcienter rem alienam legauerit, ꝙ hęres tenetur rem legatam dare legatario, vel ęſtimationem eius: ſed ſecundum legem Dei non compellitur.

† De intellectu præter Couarruuiã hic, vide Ferdinandũ Vaſquium lib. 3. de ſucceſ. creatio. §. 21. Romanum in repetitio. Authẽ. ſimiliter. C. ad l. Falcidiam. & Euerardũ in loco à libertate ad piã cauſã.

† vtimur

† In vulgatis concilijs non reperio. habetur poſt concilium Laterã. ſub Alexan. 3. par. 43. ca. 5. & c. 11. eod. tit. in 1. compil. vide Synodũ Maguntinam celebratã multis ſeculis poſt Raymũdũ ann. 1549. cap. 97. & Lapum. allegat. 87.

† impleantur.

CAP. V.

Filius [a] † noſter F. conqueſtus eſt, quòd quondam P. pater ſuus aliqua eccleſiæ veſtræ, ſepulturæ ſuæ gratia, iuris alieni [b] reliquit. Et quidem leges ſeculi hoc habent, vt hæres ad ſoluendum cogatur, ſi auctor eius, rem legauerit alienam [c]: ſed quia lege Dei, non autem lege huius ſeculi viuimus †, valde mihi videtur iniuſtum, vt res tibi legatæ, quæ cuiuſdam eccleſiæ eſſe perhibentur, à te teneantur, qui aliena reſtituere [d] debuiſti.

¶ Ex concilio Maguntino. †

¶*Hæredi non adimplenti iuſſa teſtatoris, ab epiſcopo interdicitur res à teſtatore relicta. hoc dicit inhęrendo literę.*

CAP. VI.

SI hæredes iuſſa teſtatoris non adimpleuerint [e], ab epiſcopo [f] loci illius, omnis res, quæ eis relicta eſt, canonicè interdicatur [g] cum fructibus & cæteris emolumentis: Vt vota defuncti adimpleantur. †

¶*Glo. ſeq. quærit opponendo, & ſoluit.*

a ¶*Filius noſter.*] Sed quid ad eum, cum res eſſent alienæ? forte intererat ipſi, qa res ipſę depoſitæ fuerũt penes patrem ſuũ, vel pignori obligatæ. Alanus.

¶*Glo. ſeq. diſtinguit an ſcienter, vel ignoranter legetur alienum.*

b ¶*Alieni.*] Cum quis ſcienter legat alienum, tunc hæres tenetur res redimere, vel legatario pretium dare, ſi res ſit talis quæ vendi poſſit, aliàs non. Inſtit. de lega. §. non ſolum. & §. quod autem. Si ignoranter legat rem alienam, non valet legatum: niſi cum legatur coniunctæ perſonæ 1. C. de leg. cũ alienam. & legatarius debet probare ſcientiam: vt in §. quod autem. & ff. de proba. verius. Tan.

1 Puta, vxori, vel alteri cui de ſuo tãtum reliquiſſet. Ioan. And.

c ¶*Alienam.*] ſcienter.

d ¶*Reſtituere.*] de benignitate canonica. ſic 17. q. 4. quicũque. de iure ſtricto non tenebatur reddere iuxta præmiſſam diſtinctionem. T. imo reddere tenebatur, ſed poterat agere contra hæredem, ſi ſcienter res illas legaſſet. Ber.

SI hæredes.] Vario modo poteſt intelligi: vt dicit Pan. primo ponitur exceſſus. Secundò prouiſio: ibi, *Ab epiſcopo.* Tertiò ratio: ibi, *Vt vota.* Abb.

Casvs. Dicitur in hoc capitulo, quòd ſi hæredes non impleuerint iuſſa teſtatoris, per epiſcopum loci interdicantur illis omnia relicta cum fructibus inde perceptis: vt vota defuncti impleantur. Not. ꝙ hæres tenetur adimplere voluntatem teſtatoris. Item epiſcopus poteſt compellere hæredem, & ei interdicere res ſibi relictas cum fructibus à teſtatore, donec fecerit quòd ſibi iuſſum eſt à teſtatore.

e ¶*Adimpleuerint.*] infrà annum. C. de fideicom. Authent. hoc amplius. ſ. eod. nos quidem.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

f ¶*Ab epiſcopo.*] C. de teſta. conſulta diualia. 2 contra. Sol. publicatio teſtamenti non pertinet ad epiſcopum, vt ibi dicitur: pertinet tamen ad eum teſtamenti defenſio ſiue executio teſtamenti, vt voluntas defuncti ſeruetur ff. de petitio. hæredi. l. hæreditas. §. ſi defuncto. arg. ſ. eod. nos quidem. & ĩ. eod. Ioannes. & hoc præcipuè in his quæ ad pias cauſas relinquuntur. infrà eod. tua.

2 Hodie epiſcopi executores ſunt piarũ voluntatũ tanquã ſedis Apoſtolicę delegati. concilium Triden. ſeſſio. 22. de reform. c. 8.

¶*Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, an filius non adimplens, & c. & ponit concord. iuris canonici & ciuilis.*

g ¶*Interdicatur.*] Secundum legem antiquã hæres, qui non adimplebat voluntatem defuncti, priuabatur omni ſucceſſione. C. de fideicom. l. vlti. & 11. q. 1. Syluester. Hodie autem tenet hoc in extraneo hærede, ſed filius inſtitutus hæres non adimplens voluntatem defuncti, priuatur ſucceſſione, relicta tantum ſibi legitima. C. de fideicom. Authen. hoc amplius, & præualet lex in hoc caſu canoni. In hoc tamen videtur Inno. concordare prædicto canoni. Syluester. & huic decre. ĩ. de voto. licet. in fin. vbi de hoc. Sed illud ideo cõtingit, quia regnum diuidi non poteſt, ſicut nec aliæ dignitates. ſ. de præben. maioribus. & in conſti. Friderici de feudis. §. præterea. Bern. Et hic nõ dicitur expreſſè, ꝙ priuentur hæredes, ſed interdicatur eis quicquid relictum eſt: vt ſic indirectè compellatur adimplere voluntatem defuncti; vel reducitur ad auctoritatẽ: Ad ius authentico. legendum videtur: vt ſaltem reſeruetur hæredibus legitima. vt in Auth. de hære. & fal. §. primum. & §. ſi quis non implens. coll. 1. alia Auth. videtur dicere, ꝙ hæres qui relicta ad pias cauſas conferre diſtulerit, totum amittere debet. in Auth. de eccle. titu. §. ſi quis autem pro redemptione. verſic. ſi autem qui. coll. 9. Et in iſto caſu poteſt intelligi hæc decr. & hoc intellige in extraneo hærede. Ber.

¶Ex concilio Lateraũ. †

¶*De bonis per eccleſiam acquiſitis clerici teſtari non poſſunt.*

† Sub Alexan. 3. cap. 15. & c. 4. eo. tit. in 1. compilat.

CAP. VII.

CVm † in officijs charitatis primo loco illis teneamur [h] obnoxij, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe: e contra quidam clerici, cum ab eccleſijs ſuis multa beneficia perceperint, bona per eas † acquiſita [i], in alios trãſferre præſumunt. ¶Hoc igitur quia antiquis canonibus [k] conſtat inhibitum, nos indemnitati eccleſiarum prouidere volentes, ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alijs † conferre voluerint, penes eccleſias [l] eadem bona præcipimus remanere.

† Præter Couarruuiam hic vide B. Thomã 2. 2. q. 85. art. 6. & 7. & Dominicũ Sotum lib. 10. de Iuſt. & iure. q. 4. art. 3. ad de quæ dixi lib. 3. ſuper Directorio inquiſitorum Schol. 154

† Aliàs, eos

† alij

¶ Alexander tertius.

¶*Moderatam eleemoſynam de bonis per eccleſiam acquiſitis clerici facere poſſunt, etiam in ęgritudine conſtituti.*

CAP. VIII.

AD † hæc præſentibus innoteſcat, quòd clerici de mobilibus [m], quæ per eccleſiam ſunt adepti, de iure teſtari non poſſunt [n]: Viuentes tamẽ, & ſui compotes, modera-

† Poſt concilium Lateran. ſub Alexan. 3. par. 29. ca. 5. eo. tit. in 1. compil. Et de intellectu vide Couarruuiam in ca. cum in officiis. de teſtamen.

CVm in officijs.] Primò ponitur exceſſus. Secũdò prouiſio: ibi: *Hoc igitur*. Abbas.

Casvs Inter alia opera charitatis primo loco id ſeruandum eſt, vt illis teneamur obnoxij, à quibus beneficia recepimus: ſed quidam clerici contrarium faciunt: cum enim multa beneficia percipiant ab eccleſijs, ipſi bona illa per eccleſiã acquiſita in alios transferre præſumunt: ſed quia hoc inhibitum eſt per canones, ſtatuit concilium Lateraũ. quòd clerici ſiue teſtati ſiue inteſtati deceſſerint, ſiue alij conferre voluerint, bona illa penes eccleſias debeant remanere. Not. quòd qui ab alio beneficium percipit. obligatus eſt ei. Item clerici de rebus eccleſiæ teſtari non poſſunt.

h ¶*Teneamur.*] Donatarius enim donatori naturaliter eſt obligatus ad ãntidora. ff. de pe. hæ. ſed & ſi lege. §. conſuluit. 8. quæſt. 1. illud. Ala.

i ¶*Acquiſita.*] Quod enim acquirit ſacerdos, vel quilibet alius clericus intuitu eccleſiæ, ad eccleſiam pertinet. ſ. eod. quorundam. & ĩ. eod. ad hæc. & cap. quia nos. & ff. de caſtren. pecu. l. caſtrenſe. & 12. quæſt. 3. cap. 1. & 2. de quibus canonibus hic loquitur. Tan.

k ¶*Canonibus.*] 12. q. 2. placuit. & capit. quicunque. & q. 5. obitum & quaſi per totum.

l ¶*Penes eccleſias.*] ſic. ĩ. cap. ſequen.

AD hæc præſentibus.] Diſtinguit, & ſecundum membrum: ibi, *Viuentes*. Abbas.

Casvs. Clerici de bonis eccleſiæ teſtari non poſſunt, tamen viuentes & ſui compotes, poſſunt aliqua de bonis ipſis intuitu eleemoſynæ erogare in ægritudine conſtituti. Nota quòd de rebus mobilibus per eccleſiam acquiſitis non poteſt clericus teſtari, poteſt tamen intuitu eleemoſynæ aliqua de bonis eccleſiæ erogare.

m ¶*De mobilibus.*] multò fortius nec de immobilibus. Ala.

n ¶*Non poſſunt.*] In morte tñ poſſunt largiri 3 tam cõſanguineis quam alijs extraneis intuitu ſeruitij recepti, de mobilibus. ĩ. eo. relatum. §. licet. & 12. q. 2. eccleſiaſticis. Tanc.

3 Vnde dicit Vinc. ꝙ etſi tradere poſſit, non poteſt dimittere poſt mortẽ tradendũ. 12. q. 2. bonæ. ſed poſt mortem erogã dum diſponere non põt. 2. q. 5. Ioãnes. vbi de hoc. dixit etiam ꝙ non credit ꝙ generalis cõſuetudo excuſet clericos dãtes in morte omnia mobilia parentibus. Ioã. And.

¶*Glo.*

¶Gloſſa ſequens arg. alleg. 2. iura, & tria in contrarium, & remittit.

a ¶*Erogare.*] Argum. quòd admittitur quis vna via, quamuis aliâ repellatur. 1. quæſt. 2. cap. 1. ff. de inoffi. teſta. Papinianus. §. ſi quis. Argum. contra. s. de procu. tuæ. vbi de hoc. & ff. de admin. tuto. ſcire. & ff. de bo. lib. quæritur.

Q*Via nos.*] In prima ponitur deciſa quæſtio. In ſecunda diſtinguẽs reſponſio: ibi, *Conſultationi*. Abbas Siculus.

† Vigilien. habent antiqui.

CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd licet clerici de his quæ paterna cognatione, vel ſucceſſione, vel artificio, vel dono amicorum ſunt adepti, nõ habito reſpectu ad eccleſiam, poſſint condere teſtamentum: de his tamen quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, de iure teſtari nõ poſſunt. Nota ꝙ clerici de bonis paternis, vel de his quæ intuitu perſonæ acquiſierunt, poſſunt liberè teſtari. Item de bonis ratione eccleſiæ acquiſitis teſtari non poſſunt. Ber.

† Poſt concilium Lateranẽ. ſub Alexan. 3. par. 19. ca. 5. & c. 6. e. tit. in 1. cõpilat. Et de intellectu. vide Ferdinandũ Vaſquium lib. 1. de ſucceſ. reſolut. § 9.

† &, pro, vel, in antiquis.

† Oſtien.

b ¶*Diſponere.*] 12. q. 3. cap. 1. & 2. & j. eo. relatum. §. cæterum. & c. requiſiti. §. illud. Ber.

c ¶*Teſtamentum.*] clerici enim de rebus eccleſiæ nullum poſſunt facere teſtamẽtum, cũ eorum proprietas non ſit ſua, cum ſolũ vſum habeant: ſed tantum victu & veſtitu contenti eſſe debent. 12. quæſt. 1. clericus qui. & cap. duo. & 10. quæſt. 2. epiſcopus. & totũ ſuperfluum erogandum eſt pauperibus. 12. quæſtio. 1. cap. vlt. moderatam tamen donationem cauſa ſeruitij recepti facere poſſunt. infrà eod. relatum. §. licet. cum quaſi filiofamilias comparetur, qui non poteſt facere teſtamentum, niſi de caſtrenſi peculio. C. de aſſeſ. l. vltim. & C. de aduo. diuer. iud. l. fori. Bernar.

† Poſt concilium Lateranẽ. ſub Alexan. 3. par. 50. ca. 10. & c. 9. eo. tit. in 1. compilat. Et multa quæ requiruntur, vt diſpoſitio huius cap. habeat locum, tradit Guido Papæ deciſione 543. adde Alexan. conſi. 41. volu. 1. & 47. volu. 2.

...tè valent aliqua de bonis ipſis, non ratione teſtamenti, ſed eleemoſynæ intuitu erogare[a], in ægritudine conſtituti.

¶Idem Vigilenſi † Epiſcopo.

¶De bonis proprijs, vel acquiſitis intuitu perſonæ clerici teſtari poſſunt, de acquiſitis intuitu eccleſiæ non.

CAP. IX.

QVia † nos: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd licet clerici de his, quæ paternæ ſucceſſionis, vel † cognationis intuitu, aut de artiſicio ſunt adepti, ſeu dono conſanguineorum, aut amicorum, non habito reſpectu ad eccleſiam, peruenerunt ad ipſos, liberè diſponere[b] valeant: de his tamen, quæ conſideratione eccleſiæ perceperunt, nullum de iure poſſunt facere teſtamentum[c].

¶Idem Hoſtieñ. † Epiſcopo.

¶Valet teſtamentum, quod parochianus fecit coram presbytero parochiali, & duobus teſtibus: nec valet contraria conſuetudo. hoc dicit inhærendo verbis literæ.

CAP. X.

CVm † eſſes in noſtra præſentia conſtitutus, propoſuiſti talem in tuo epiſcopatu cõſuetudinem obtinere, quòd teſtamenta, quæ fiunt in vltima voluntate, penitus reſcinduntur, niſi cum ſubſcriptione ſeptem, vel quinque teſtiũ fiant, ſecundum quòd leges[d] humanæ decernunt. ¶Quia verò à diuina lege, & ſanctorum patrum inſtitutis, & à generali eccleſiæ conſuetudine, id eſſe noſcitur alienum, cum ſcriptum[e] ſit: In ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum: præſcriptam conſuetudinem improbamus[f]: & teſtamenta, quæ parochiani coram presbytero ſuo, & tribus, vel duabus alijs perſonis idoneis, in extrema fecerint volũtate, firma decernimus permanere: ſub interminatione[g] anathematis prohibentes, ne quis huiuſmodi audeat reſcindere teſtamenta.

Deut. 17.

C*Vm eſſes.*] Hoc ca. legitur varijs modis. Communis diuiſio. Primò narrat factum. Secundò prouidet: ibi, *Quia vero*. Abbas.

CASVS. In epiſcopatu Hoſtieñ. talis erat conſuetudo, ꝙ teſtamenta, quæ non habebant ſubſcriptionem ſeptem teſtium, ſecundum quòd leges ſtatuunt, reſcindebantur. Hoſt. epiſcopus hoc propoſuit in præſentia Papæ: quia talis conſuetudo aliena eſt à diuina lege, & patrum ſanctorum inſtitutionibus, & à generali conſuetudine eccleſiæ, cum ſcriptum ſit, In ore duorum vel trium teſtium, ſtet omne verbum: Papa præſcriptam conſuetudinem reprobauit, & teſtamenta, quæ parochiani fecerunt coram presbytero ſuo, & tribus vel duabus idoneis perſonis in extrema voluntate, firma decreuit permanere: & præcepit ſub pœna excommunicationis, ne aliquis reſcindere audeat huiuſmodi teſtamenta: & idem dicitur in ſequẽti capitulo, in quo ſcribit Papa iudicibus Velletrenſibus. & intelliguntur iſta duo capitula, ſuper relictis eccleſię, vel ad pias cauſas: vt ibi ſufficiant duo, vel tres teſtes. Not. quòd vbi ius legale contradicit iuri canonico, præualet ius canonicum. Item generalis conſuetudo eccleſiæ pro lege habenda eſt. Item in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum. Item ſecundum canones duorum teſtimonium ſufficit in teſtamento.

d ¶*Leges.*] C. de teſta. ſi vnus. l. vltim. & l. hac conſultiſſima. Bernar.

e ¶*Scriptum.*] in lege Moſaica, & in Euangelio. 2. quæſtio. 4. cap. 1. 1 & s. de teſta. licet vniuerſi. Bernar.

1 Nec ob. ead. q. præſul. & cap. nullam. vt in §. ibi. ſeq. Ioan. And.

¶Glo. ſeq. reci. per q. an etiam circa non pias cauſas valeat teſtamentum non habens debitum numerum teſtium. ponit opin. quòd non: & hanc approbat, ponit opin. contrariam quòd valeat, quam reprobat: demum ſubdit duas alias opiniones.

f ¶*Improbamus.*] ſuper relictis eccleſiæ. Decretalis iſta intelligitur per ſequentem, quia de eodem facto, & eiuſdẽ loci loquuntur: nam in his quæ pietatis cauſa relinquuntur, minus ſolẽnis voluntas ſufficit, ſicut & inter liberos. C. de teſta. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. famil. erciſcund. l. vltim. & C. de fideicom. l. vltim. in his enim ceſſat Falcidia. C. ad l. Fal. Authen. ſimiliter. & in Authen. de eccle. titu. §. ſinautem. colla. 9. in his canonica portio non deducitur. j. eod. titu. capit. vltim. Quidam tamen dicunt, ꝙ per hoc cap. quod generaliter loquitur, derogatur omnibus legibus, quæ dicunt minus ſolemnem volũtatem non valere, quod non credo: quia non eſt veriſimile, quòd dominus Papa voluerit vnico verbo legibus derogare. argumen. C. de inoffic. teſta. l. ſi quando. & ſuprà de elect. eccleſia veſtra. nec forte poſſet tollere leges q̃tum ad eos, qui non ſunt de ſua temporali iuriſdictione 2. argum. s. de appella. ſi duobus. & s de iudic. nouit. quæ leges ne quid falſitatis in teſtamento committeretur, voluerunt, ꝙ certus numerus teſtium adhiberetur. C. de fideicom. l. vltim. Ita etiam credo quòd iſtud locum habeat ſuper relictis eccleſiæ, ſiue ad pias cauſas fauore religionis. j. cap. proxim. ſic non derogabitur legibus. Vel dic, quòd Papa ſtatuit hoc tantum in his obſeruandum, in quibus habet temporalem iuriſdictionem, quia quantum ad illos potuit legibus derogare. Ciuitas iſta Velletrenſis pertinet ad Papam quo ad vtranq; iuriſdictionem. Sed verius videtur quod primò dixi. Alij volunt dicere, quòd ſi agatur in foro ſeculari, ſeruanda eſt legalis ſolemnitas: ſi in eccleſiaſtico, ſtabitur iſtis decre. ſed prius dictum magis placet.

¶Idem iudicibus Velletreñ. †

† Velloné.

¶Valet vltima voluntas ad pias cauſas coram teſtibus: & eſt caſus ſingularis.

CAP. XI.

RElatum † eſt, quòd cum ad veſtrum examẽ ſuper relictis[h] eccleſiæ, cauſa deducitur, vos niſi ſeptem, vel quinque idonei teſtes interuenerint, inde poſtponitis iudica-...

† Cap. 10. eo. tit. in 2. compil. & poſt concilium Lateranen. ſub Alexan. 3. par. 50. ca. 8. Vide Antonium in c. q̃d clericis. ſuprà de foro cõpet. & Salicetũ in Authẽ. Caſſa. C. de ſacroſan. eccleſ.

2 De hoc 10. diſtinc. cõſtitutiones. & infrà de re. iu. in 2. regu. li. 6. Io. And.

3 Et infrà de ſagit. c. vnico. Ioã. And.

¶Glo. ſeq. argumentatur, ſignat contrarium, & ſoluit.

g ¶*Sub interminatione.*] Et ita videtur, quòd qui contra faciat, ſit excommunicatus. ſuprà de locato. cap. 1. quam decre. tenemus canonem latæ ſententiæ: & ſunt ibi quaſi eadem verba, quæ & in cap. 63. diſtinct. Salonitanæ. Argumen. contra. infrà de iure patro. relatum. in fi. vbi de hoc 3. Non credo quòd ſit canon latæ ſententiæ, ſed ferendæ. per capit. relatum. Bernar.

R*Elatum.*] Primò ponitur factum reprehenſibile: quòd ſecundò corrigi mandat: ibi, *Mandamus*. & mandatum tertiò probat: ibi, *Quoniam*. Abbas. Siculus.

¶Ex hac decreta. nota ꝙ cum de teſtamentis agitur, non ſecundum leges, ſed ſecundum canones iudicandum eſt. Item cauſa teſtamentaria ad iudicem eccleſiaſticum pertinet, quod verum eſt in relictis eccleſiæ, & ad pias cauſas. Item duorum teſtimonium valet in cauſa teſtamentaria. Item in ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.

h ¶*Relictis eccleſiæ.*] Ad huuc caſum reſtringe c. proxi. s. eo. in quo

in quo fauore eccleſiæ ſufficiunt duo, vel tres teſtes. T.

a ¶*Decretorum.*] quæ dicunt, quòd in ore duorum, vel triū teſtium ſtat omne verbum. 2. quæſtio. 4. §. 1. & capitu. 1. & 48. diſtinct. quoniam multa. Sic nota cauſas vltimæ voluntatis defunctorū ad eccleſiaſticum iudicem pertinere, quod verum eſt in relictis eccleſiæ, & pauperib. 13. quæſtio. 2. clerici. & c. qui oblationem. C. de epiſcopis & cler. l. nulli licere. 1 per quæ c. confirmatur quòd dixi ſuprà in proxi. capitu. quod tantum de relictis ad pias cauſas intelligendum eſt: quod hic & ibi dicitur. Ber.

1 Legatum pro redemptione captiuorū nō deſignata perſona q̄ diſtribuat diſtribuet eps originis, vel habitationis, ſi origo eſt incerta.

f ¶*Congregatio.*] hoc bene dicitur. 12. q. 2. de laicis. & C. de her. decu. l. 1. & 2. Lauren.

¶*Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit, iterum quærit. ponit opinio. & diſtinguit.*

re: & infrà. ¶Mandamus, quatenus cum aliqua cauſa talis, ad veſtrum fuerit examen deducta, eam non ſecundum leges, ſed ſecundum decretorum [a] ſtatuta, tractetis, tribus, aut duobus legitimis teſtibus requiſitis: Quoniam ſcriptum eſt: In ore duorum, vel trium teſtium ſtat omne verbum.

Deut. 17. Matth. 18.

¶Idem electo, & Capitulo Caſſaneñ.

¶*De proprijs poteſt teſtari clericus: in acquiſitis per eccleſiam etiam ſi ſunt mobilia, ſuccedit eccleſia, vel ſucceſſor: poteſt tamen aliqua ſeruitoribus, vel pauperibus elargiri: ſi autem defunctus habet plures eccleſias, vel beneficia, fiet æquè diuiſio inter illa.*

CAP. XII.

ij RElatum † eſt auribus noſtris, quòd quia ſtatuimus in Lateraneñ. concilio, [b] † vt bona per eccleſiam acquiſita, ad eam in clericorum obitu deuoluantur: dubitatis, an hoc ſit de immobilibus tantum, vel de mobilibus ſentiendum: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd generaliter bona [c] † quælibet per eccleſiam acquiſita, eis† debent iuxtà Lateraneñ. concilium poſt acquirentis obitum remanere. [d] ¶Nomine autem eccleſiæ non epiſcopus [e], vel ſucceſſor clerici morientis, vbi eſt collegium clericorum, ſed communis congregatio [f] intelligitur, quæ rerum illarum debet canonicam diſtributionem, & curam habere. Vbi autem in loco defuncti tantum vnus eſt [g] ordinandus, is ea bona (ſicut & alia ipſius eccleſiæ) in † Dei timore diſpenſet. ¶Licet autem mobilia per eccleſiam acquiſita, de iure in alios pro morientis arbitrio transferri non poſſunt †: conſuetudinis tamen eſt non improbandæ, vt de his, pauperibus, & religioſis locis, & illis qui viuenti ſeruierant, ſiue cōſanguinei ſint, ſiue alij, aliqua iuxtà ſeruitij meritum conferantur [h]. Cæterum quæ ex hęreditate, vel artificio, aut doctrina proueniunt, diſtribuantur pro arbitrio [i] decedentis. ¶ Quia verò nonnulli in diuerſis eccleſijs beneficia poſſident, diuidantur quæ habuerant per æſtimationem congruam [k] inter ipſos. †

†cum Deī, &c.

†poſſint

3 Et reuocata sūt cōtraria priuilegia, cōſuetudines & ſtatuta. inf. de cle. quia ſæpe. li. 6. & Clemē. eo. tit. ſtatutū. Io. And.

†ipſas.

¶Innocentius tertius (Altiſſiodoreñ. † Epiſcopo.)

† Incluſa deſunt in noſtris antiquis.

¶*Tenet teſtamentum, ſi quis extremam voluntatem ſuam alterius diſpoſitioni committit, & dicitur teſtatus ad pias cauſas. h. d. ſecundum intellectum notabiliorem.*

CAP. XIII.

CVm † tibi de benignitate: & infrà. ¶In ſecunda [l] quæſtione dicimus, quòd qui extremam voluntatē in alterius diſpoſitionem [m] † committit

†Ca. 1. eo. tit. in 3. cō pil. Et de materia vide plene p Anto. Gomezium & Palacium Rubium in 31. legem Taurinam.

†diſpoſitione.

ij R *Elatum eſt.*] Quinque ſunt partes: ſecunda: ibi. *Nomine.* tertia: ibi, *Licet.* quarta: ibi, *Cæterum.* quinta: ibi: *Quia vero.* Et venit hoc capitu. ad declarationem cap. cum in officijs. ſup. eo. Abbas Sicul.

CASVS. In capitulo ſup. eod. cum in officijs. dicitur: Bona per eccleſiam acquiſita ad eam deuoluant in obitu clericorum: quæſitum eſt à Papa, vtrum de immobilibus tantū, vel de mobilibus ſit intelligendum? Reſpondetur generalitèr, bona quælibet per eccleſias acquiſita eis debēt iuxta Lateraneñ. concilium poſt acquirentis obitum remanere: ſed per hoc vocabulum, eccleſia, non intelligitur epiſcopus, vel ſucceſſor clerici morientis in eccleſia collegiata, ſed ipſum collegiū intelligitur. Vbi autem in locum defuncti vnus tantum eſt ordinandus, ille bona illius, & alia bona ipſius eccleſiæ debet habere. Et licet dicatur. mobilia per eccleſiā acquiſita in alios transferri non poſſunt, conſuetudo tamen non eſt improbanda, vt de mobilibus illis clerici poſſint aliqua conferre pauperibus, & alijs locis religioſis, & illis qui clericis ſeruierant, ſiue ſint conſanguinei, ſiue alij, ſecundum ſeruitij meritum: ſi vero clerici de hæreditate, vel aliter intuitu perſonæ ſuæ aliqua acquiſiuerint, de illis diſponant pro arbitrio ſuo. In fine dicit: clerici qui plura habent beneficia in pluribus eccleſijs, bona illorum debent diuidi inter eccleſias pro rata ſecundum congruam diſtributionem. Nota quòd nomine bonorum tam mobilia, quàm immobilia dicuntur. Item nota caſum vbi nomine eccleſiæ non epiſcopus, ſed capitulum tantum intelligitur. Item clericus de rebus eccleſiæ acquiſitis poteſt dare pauperibus, locis religioſis, & ſeruientibus in eis. Item clericus de rebus intuitu perſonæ ſuæ acquiſitis poteſt teſtari. Item bona clericorum plura beneficia habentium debent diuidi inter eccleſias, in quibus habent beneficia.

†Ca. 2. eo. tit. in 2. cō pil. & vide p̄ alijs hic Hoſtienſē, & Couartuuiam.

†Cap. 15.

† Vide Arium Pinellum in Rubric. C. de bonis mater. in 1. par.

† Codex Barbatiæ ita: ei debeant & c. cōuenit antiqua compil.

b ¶*Lateranen. concilio.*] ſ. eo. cum in officijs.

c ¶*Bona.*] Argumen. indefinitè 2 dictum generaliter accipiendum. 19. diſtinct. ſi Romanorum. infrà de priuile. quia circa. infrà de verborum ſignificatio. cum tibi, & cap. quæren tis. & ff. de contrahen. emptio. l. 3. & ff. de ſer. vrba. prædio. l. ſi ſeruitus.

2 De hoc articulo, vide latè per Couarruuiam. lib. 1. varia. reſolu. c. 13.

d ¶*Remanere.*] ſic 12. q. 2. per totum.

e ¶*Non epiſcopus.*] Qui tamen eſt in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo. 7. quæſtio. 1. ſcire.

g ¶*Vnus eſt.*] Sed nunquid bona epiſcopi debent deuolui ad collegium maioris eccleſiæ moriente epiſcopo? Dicas quòd non, imo reſeruanda ſunt ſucceſſori. 12. quæſtio. 2. hęc huius placiti. & capitu. de laicis. & capitu. illud. 3 Nunquid eſt idem in bonis archidiaconi? Dicunt quidam, quòd non: ſed collegio eccleſiæ deuoluuntur. Alij dicunt, & melius, ſi bona archidiaconatus diſtincta ſunt, & diuiſa à rebus canonicorum, tūc ſucceſſori ſeruari debent. argumen. de reſcript. edoceri. ſi vero communia ſunt omnia bona archidiaconi & canonicorum, tunc ad capitulum deuoluuntur. argument. 12. quæſtio. 2. quia cognouimus. & infra de deci. cum in tua. & 8. diſtin. quæ contra mores. Tanc.

h ¶*Conferantur.*] ſic ſuprà eod. adhuc. non ita amare iſtud prohibitum eſt: ſicut dicit lex de donatione inter virum & vxorem. ff. de donatio. inter virum & vxorem, ſi id quod. §. ſi quis ſerui operas. Lau.

i ¶*Pro arbitrio.*] ſ. eo. quia nos.

k ¶*Congruam.*] vt ei plus detur, à qua plus percepit. 4 videtur tamen attendendum vtrum vni etiam plus ſeruierit quàm alteri. argum. ſup. de feu. cap. 1. & argum. ſup. de pręben. cum ſecundum Apoſtolum. vbi dicit, Qui altari ſeruit, viuere debet de altari. ergo ſi non ſeruiuit, vel ſi parum ſeruiuit, plus ei tenetur reſtituere. Lau.

4 Vt ſi Bonon. & Pariſ. can. dimiſit 3. & x. habebat à Bono. & xx. à Pariſ. Bon. habebit vnū: & Pariſ. habebit duo. Io. And.

C*Vm tibi.*] Vario modo legitur. Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *In ſecunda.* Et aduerte quòd iſte textus eſt multum allegabilis, & frequentatur tam per canoniſtas, quam legiſtas, & eſt breuis deciſio: ſed aliquantulum obſcura, ideo nota bene ipſum, & tene menti, quia cotidianus. Abb. Sicu.

CASVS. Aliquis commiſit extremam voluntatem ſuam in diſpoſitionem alicuius amici ſui, & ſic mortuus eſt: quæritur an ille dicatur decedere inteſtatus? Reſpondet Papa, quòd non videtur decedere inteſtatus. Not. q̄ qui extremam voluntatem in alterius diſpoſitionem committit: non videtur decedere inteſtatus.

l ¶*In ſecunda.*] Primam habes. infrà de verborum ſignifi. cum tibi.

¶*Glo. ſeq. recitetur per q. an iſte vere ſit teſtatus & ſoluit, & diſtinctionem ponit.*

m ¶*Diſpoſitionem.*] Licet de benignitate canonica videatur teſtamentum feciſſe, re vera non eſt teſtatus, quia nullum eſt teſtamentum vbi nomen hæredis non exprimitur. C. de teſtament. l. iubemus. §. quod ſi non fuerit obſeruatum. circa fin. & ff. de his quæ in teſtam. delen. l. proxime. & inſtitutio hæredis, totius teſtamenti eſt fundamentum: vt

mittit, non videtur decedere inteſtatus.

¶Idem C.tituli ſancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali.

¶De relictis eccleſię petit epiſcopus partem ſuam, licet aliquid fuerit ſibi à teſtatore relictum: niſi eo modo, & non in fraudem fuerit relictum à teſtatore, quòd maneret ea parte contentus, & legatum agnouerit.

CAP. XIIII.

OFficij †: & infrà. ¶Secundò quæſiuiſti, cum quis in teſtamento relinquit epiſcopo propriam portionem, & alia multa monaſterijs, vel eccleſijs, vtrum epiſcopus ex illis legitimam [a] poſſit petere portionem: & infrà. ¶ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi portionem illam, cum conditione [b] legauit epiſcopo, vt eſſet ea ſola contentus, & epiſcopus acceptauit: quia per hoc alijs renunciaſſe [c] videtur, de cæteris non poterit exigere portionem. Quòd ſi eam ipſi abſolutè [d] reliquit, portionem ſibi debitam poterit nihilominus de cæteris vẽdicare. [e] Si verò conſtiterit [f] quòd in fraudem modicum conſtituit mortuarium, vt in cæteris epiſcopus portione debita fraudaretur [g] (quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent †) epiſcopus portionem ex illis poterit exigere à canone [h] conſtitutam, ſaluis indulgentijs [i] Roma. Pontifi. quæ quibuſdam regularibus ſunt conceſſæ.

¶Idem.

¶ Relictum epiſcopo contemplatione perſonæ, non diuiditur cum eccleſia: cathedrali ſecus ſi contemplatione eccleſię ſiue nihil relinquatur eccleſiæ, ſiue aliquid: ſiue coniunctim: ſiue ſeparatim. Si aũt ſoli eccleſiæ eſt factum relictum, epiſcopus habebit portionem canonicam. Prçſumitur autem relictum contemplatione eccleſię factum, quando fit ab extraneo habenti adminiſtrationem: ſecus ſi fiat adminiſtrationem non habenti. Cum eccleſiis verò inferioribus epiſcopus non diuidit ſibi relictum, quia non eſt ſibi tanta communio cum eccleſiis inferioribus, ſicut cum cathedrali.

CAP. XV.

REquiſiſti † de his, quæ teſtator pro anima ſua legat in vltima voluntate, qualiter ſint inter epiſcopum, & eccleſiam diuidenda. Et quidem regulariter verum eſt, quòd epiſcopus debet de his ſecundum diuerſas

† Ca.3.eo. tit.in 3.cõpilat. Et de materia vide latè poſt Barto. per Bartholomæũ Soc.in l.ciuibus ff. de reb.dub.& Pet.de Peruſio tract. de quarta canonica, adde Alex. conſi. 196. incip. viſo teſtõ in 2. volu.

Inſtitu. de leg. §. ante hæredis. ſed ſicut nutu poſſunt aliqua relinqui. C.de fideicom. & in epiſtola. ff.de leg. 3. nutu. & ſicut nutu deprehenditur voluntas obmuteſcentis. 26. quæſt. 6. qui recedunt. ſic nutu de æquitate canonica fit teſtamentum, ſicut & ſufficit ad locutionem alterius, quòd quis annuat teſtibus præſentibus, & dicitur decedere teſtatus, 1 & tale teſtamentum dicitur nũcupatiuum. C. qui teſtá.face.poſ. hac conſultiſſima. Licitè ergo poteſt quis voluntati alterius committere factionem teſtamenti ſui. i. an quis ſit ei hæres. Diſtinguitur tamen: quia aut in voluntatem hæredis committo factionem teſtamenti, aut in volũtatem alterius. Si in volũtatem hæredis, licitè poſſum, licet expreſsè eius voluntati committam. ff.de condi.inſtit.verba hæc. ſed ſi confero in expreſſam voluntatẽ alterius, nõ valet, vt ſi dicam: inſtituo hęredem, quem Titius voluerit. ff. de hæred.inſti.illa inſtitutio. & l.ſi quis Semproniũ. & l.captatorias. imo captatoria, ideſt, adulatoria appellatur talis inſtitutio. C. de re milit. captatorias. ſecus ſi tacitè. ff. de hære.inſti.l.illæ aũt inſtitutiones. 2 vt ſi dicam: inſtituo te heredem, ſi Titius aſcẽderet Capitolium: vt ff.de hære.inſti.l.ſi quis Sempronium. & ff. de condi. & demonſtra. l. nonnunquam. Sed legatum poteſt committi arbitrio alterius tacitè. ff.de lega. 2. l. 1. ſed alterius arbitrio expreſsè non poteſt committi. ff.de leg.1.l.captatoriæ. & l.prædic. & incertę perſonæ bene poſſunt inſtitui hæredes: vt inſtituo pauperes hæredes. C.de epiſcop. & cleric. ſi quis ad declinandam. & l. nulli. Ioannes.

1 Hác gloſſam dicit Baldus eſſe ſingularé in l.1.C.de ſacroſanc. eccle.

† Ca.2.eo. tit.in 3.cõpila. prima pars infra de pœnité. officijs: ſecunda hic. tertia, inf. de ſent.excom. officij. vbi declarant reliquæ quõnes. & de varijs portionibus vide Couarruuiã hic. adde Federicũ de Senis, conſil. 154.incip. Ioã.ſeruus.

2 Quando in præteritum, nõ in futurum inſtitutio eſt collata, nõ eſt captatoria: vt ſi dicatur quare Titius me hęredẽ inſtituit, meus hæres ſto. Ioan And.

OFficij.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi*. Abb.Sicu.

CASVS. Aliquis in teſtamento ſuo reliquit epiſcopo propriam portionem, & alia multa monaſterijs, vel eccleſijs: quęritur vtrum epiſcopus de illis poſſit petere legitimam portionem? Reſpondet Papa, quòd ſi portionem illam legauit epiſcopo ſub conditione, vt ea eſſet contentus, & epiſcopus conditionem acceptauit. de alijs nihil poterit petere: quia ꝑ hoc alijs renunciare videtur: ſed ſi portionem illam abſolutè reliquit, de alijs nihilominus legitimam portionem poterit vendicare. Si verò conſtiterit ꝙ fraudulenter modicam portionem reliquit, cum conditione, vt in cæteris epiſcopus portione debita fraudaretur: quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, epiſcopus de illis portionem exigere poterit à canone conſtitutam, ſaluis indulgentijs Ro.Pon. quæ quibuſdam regularibus ſunt conceſſę. Capitulum iſtud & ſequens loquuntur ſecundum conſuetudinem quorundam locorum. Not. ꝙ electione vnius quis renunciat alteri. Item fraus & dolus nemini debent patrocinari.

a ¶*Legitimam*.] quæ ſecundum variam locorum conſuetudinem varia eſt, & diuerſa. infrà de ſepultu. certificari. Vincentius.

b ¶*Conditione*.] Conditio 3 quid ſit, & modus, tractatur ĩ. de condit.app. in ca. verum.

3 Hãc gloſſulam non inuenio in antiquis libris nec puto eſſe Bernar.

c ¶*Renunciaſſe*.] ff.de inoffi.teſtam.ſi pars.§.vlt. & l.ſeq. & l. vlti. & C.eo.tit.l.parentibus. Ber.

d ¶*Abſolutè*.] Cum enim abſolutè relinquit, poteſt epiſcopus vtranque conſequi. infrà capit. proxi. & videtur hoc notare, quia ſi epiſcopus dedit ſimpliciter aliquod beneficium ei, qui prius habebat aliud: non videtur ei prius ademiſſe. ff. ad munici.l.municeps. Lau.

¶*Glo.ſeq.arg.alle.tria, & duo in contrarium.*

e ¶*Vendicare*.] Argu. quòd recipiendo vnũ, nõ intelligitur alij renunciaſſe, niſi hoc ſit dictum. ff.de actio. & obliga.l.quotiens. ſic vxor recipiens legatum, non intelligitur renunciaſſe doti. C. de rei vxo. actio. l.vnica. §. ſciendum. arg. C.de pac.conuen.l.ſi mulier. argum. contra. ff.de inofficio. teſtam.l.vlt. & ff.ad leg. Falc.l. ſi debitor.

† Vide l.hæres meus. ff.de cond. & demon. & l.in fraudem. ff. de iur. fiſ.

f ¶*Conſtiterit*.] Etiam apponendo conditionem, aut ſi ipſam acceptauerit, ſi poſtea de fraude conſtiterit, quia non potuit teſtator auferre illam partem epiſcopo, quæ ei ex conſtitutione debetur. inf.c. proxi.

g ¶*Fraudaretur*.] Videtur tamen quòd agere debeat ad ſupplemẽtum epiſcopus. in hoc caſu, ſi minus ei reliquit legitima portione. C.de inoffic.teſtam. l.ſi quando.§.generaliter. & l.omnimodo. q̃a non admittit grauamẽ iſta portio, ſicut nec quarta debita de iure naturæ, argumen. ff.de adoptio. arrogator. §. ſed an impuberi. Lau.

h ¶*Canone*.] Loquitur de illis canonibus. 20. q.1.decernimus. & cap. de his.

i ¶ *Indulgentijs*.] infrà de ſepult. in prçſentia. & inf.eod.c. vlti. Bernar.

REquiſiſti.] Diuiditur. Nam primò quæſtio. Secundò generalis ſolutio, ibi, *Et quidem*. Tertiò ſpecialis: ibi, *Sed conſiderandum*. & ibi diſtinguit quatuor membra, quæ patent in textu. Abbas.

CASVS. Aliquis fecit teſtamentum: & multa pro anima ſua legauit: quęſitum fuit à Papa qualiter illa diuidenda ſunt inter epiſcopum, & eccleſiam? Reſpondet, quòd regulariter obtinet, ꝙ epiſcopus ſecundum diuerſas conſuetudines locorum debet habere tertiam, vel quartam portionem: ſed videndum eſt, vtrum teſtator diceret, relinquo iſtud epiſcopo, an relinquo iſtud eccleſiæ: vel ſic, relinquo iſtud epiſcopo & eccleſiæ: an ſic, relinquo iſtud epiſcopo, & illud eccleſiæ: in primo caſu cum dicit, relinquo iſtud epiſcopo, diſtinguendũ eſt, vtrũ relinquatur epiſcopo ab extraneo, an à propinquo: ſi ab extraneo, præſumitur relictum intuitu eccleſiæ, & non perſonæ: vnde eccleſia cathedralis debet habere ſuam partẽ: ſicut in ſecundo caſu, ſi aliquid relinquitur eccleſiæ, epiſcopus debet habere ſuam partem: ſed iſtud verum eſt, niſi teſtator exprimat, quòd velit iſtud eſſe tantum epiſcopi, & non eccleſiæ: in quo caſu voluntas teſtatoris ſeruanda eſt: ſecus eſt ſi dicat, quòd velit illud eſſe tantum eccleſiæ, & non epiſcopi: quia priuata diſpoſitio teſtatoris, non poteſt immutare generalem conſtitutionem canonis: ſed huic dicto canon obuiare videtur: dicit enim canon: ſi aliquid legatur pontificibus ab extraneis aut cum eccleſia, aut ſequeſtratim: q̃a ille qui hoc donat, pro remedio animæ ſuæ donat, non pro commodo ſacerdotis: non proprium, ſed quaſi eccleſiæ dimiſſum inter facultates eccleſiæ computabunt: Rñdet Papa illi canoni dicens, quod dicitur in canone, verum eſt, qñ teſtator non exprimit, vtrũ velit illud eſſe tantum epi, & non eccleſiæ: ſed

hoc

conſuetudines tertiam, [a] vel quartam [b] portionem habere. ¶ Sed conſiderandum eſt diligenter, vtrum teſtator leget hoc modo: relinquo † iſtud epiſcopo: an relinquo iſtud eccleſiæ: vel relinquo iſtud epiſcopo, & eccleſiæ [c]: an relinquo iſtud epiſcopo, & illud [d] eccleſiæ. In primo caſu diſtinguendum eſt vtrum relinquatur epiſcopo ab extraneo, an à propinquo. Si ab extraneo, generaliter verum eſt, quòd præſumitur [e] eſſe relictum intuitu eccleſiæ, non perſonæ. vnde cathedralis eccleſia de illo poteſt canonicam petere portionem: quemadmodum epiſcopo competit ſua portio, ſi aliquid eccleſiæ [f] relinquatur. & hoc verum eſt, niſi teſtator exprimat, quòd velit illud tantum eſſe epiſcopi [g], non eccleſiæ: in quo caſu ſeruanda eſt diſpoſitio teſtatoris: ſecus autem ſi exprimat [h], quòd velit eſſe illud tantum eccleſiæ, non epiſcopi: quia priuata diſpoſitio teſtatoris, non poteſt generalem conſtitutionem canonis [i] immutare. Nec eſt [k] contrarium quod in canone † legitur, videlicet, quòd pontifices, quibus ab extraneis aliquid, aut cum eccleſia, aut ſequeſtratim dimittitur, aut donatur (quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis probatur offerre) non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ, inter facultates eccleſiæ computabunt. quoniam hoc eſt verum, cum teſtator ita ſequeſtratim legat illud epiſcopo, quòd non exprimit vtrum velit ad epiſcopum tantum, nō ad eccleſiam pertinere. Si verò relinquatur illud epiſcopo à propinquo [l], præſumitur eſſe relictum non intuitu eccleſię, ſed perſonæ [m], niſi fortè contrarium probaretur: & de iſto nihil pōt eccleſia petere in vita eius. ¶ Qđ [n] ſi relinquatur epiſcopo, & eccleſiæ: de illo canonica inter ipſos † eſt diuiſio facienda. Si verò [o] iſtud epiſcopo, & illud eccleſię relinquatur: ſiue ęqualia, ſiue inæqualia ſint relicta, reducenda ſunt ad diuiſionē canonicam, inter epiſcopū, & eccleſiam cathedralē: niſi am-

†In codice Barbatię ita: relinquo iſtud epō: aut relinquo iſtud eccleſiæ: aut relinquo iſtud eccleſiæ, & epō: aut relinquo iſtud eccleſię, & illud epiſcopo.

†Canon cuius hic meminit Papa, eſt in cōcilio Agathenſi. c. 6.

hoc exprimit hic teſtator: & ita non contradicit: Si verò à propinquó legatur epiſcopo, præſumitur quòd intuitu perſonæ, & non eccleſiæ, niſi contrarium oſtendatur, & de iſto eccleſia nihil habebit: ſi autem relinquatur epiſcopo & eccleſiæ coniunctim, canonica diuiſio inter eos eſt faciēda. ſi vero diuiſim legauit iſtud epiſcopo, & illud eccleſiæ, ſiue æqualia, ſiue inæqualia ſint relicta, reducenda ſunt ad canonicam diuiſionē, niſi vtraque pars velit eſſe contenta ſuo relicto: ſi vero teſtator dicat, lego hoc epiſcopo, & illa capellis, vel monaſterijs: in caſu iſto, quod legatur epiſcopo, eius erit præcipuum cū eccleſia: ſicut ſi cuilibet alteri legaretur, & de alijs quæ legantur monaſterijs, vel capellis, portionem canonicam obtinebit: in fine dicit, ſi aliqua legantur clericis prælationē, vel adminiſtrationem aliquam nō habentibus, & qui poſſunt propriū habere: ſiue relinquatur ab extraneo, ſiue à propinquo intuitu perſonæ præſumitur omne relictum. & de illo nec epiſcopus, nec eccleſia aliquid habebit, niſi aliquid in contrarium oſtendatur: quæ hic dicuntur, localia ſunt, quia non ſeruatur hoc generaliter. Nota quòd relictum epiſcopo ab extraneo, regulariter & generaliter præſumitur intuitu eccleſiæ eſſe relictum: ſi autem à propinquo intuitu perſonæ: tamen in vtroque caſu probatio admittitur in contrarium. Itē quod obtentu alicuius quæritur, illi eſt reſtituendum, & valet contra nuncios, procuratores, & negotiorum geſtores. Item voluntas teſtatoris ſemper debet obſeruari, vbi ius, vel aliquis non offenditur. Item ſoluitur quæſtio. cui ab epiſcopo quæſita cedant. Item relictum priuatæ perſonæ ſiue habeat beneficium, ſiue non: ſemper præſumitur eſſe relictum intuitu perſonæ.

a ¶*Tertiam.*] 10.q.1.decernimus.& c.de his.& inf. de ſepul. c.1.Bernar.

b ¶*Quartam.*] 12.q.2.conceſſo vobis.& c.quatuor.& ĵ. de ſepul. cum ſuper. Quandoque etiam medietas appellatur. ĵ. de ſepul.c.2.& 10. q. 1. antiquos. 1 In his enim loci conſuetudo ſeruanda eſt. ĵ.de ſepul.c.certificari. Capitula tamen quæ dicunt res eccleſiæ diuidendas in quatuor partes, de matricibus eccleſijs loquuntur. Vin.

1 In quibuſdam ét locis nihil accipit ſecundum Vinc. & Hoſt. Io. And.

c ¶*Et eccleſiæ.*] coniunctim.

d ¶*Illud eccleſiæ.*] ſeparatim.

e ¶*Pręſumitur.*] Pręſumptione iuris, non de iure. vnde probatio in contrarium admittitur, puta, ſi longa & magna fuit dilectio. 12.quæſtio.3.capitu.2. ſed econuerſo ſi relinquitur à propinquo, præſumitur relictum intuitu perſonæ. infrà eodem, cap. verſicu. ſi vero eccleſiæ.& ſuprà eodem, quia nos. 12.q.3.cap.1.

f ¶*Aliquid eccleſiæ.*] Hic exemplificat ſecundum membrū diſtinctionis. Ber.

g ¶*Epiſcopi.*] ideſt, proprium.

¶*Glo. ſeq. quærit obijciendo, ponit ſolutionem Laurentij, ſed aliter ſoluit.*

h ¶*Secus autē ſi exprimat.*] Sed quæ eſt ratio diuerſitatis, ꝙ quando relinquitur aliquid eccleſiæ tantum, quòd epiſcopus habet inde ſuam partem: & ſi relinquatur epiſcopo tantum, eccleſia nihil habet: cum epiſcopus ſit in eccleſia, & eccleſia in epiſcopo. 7. quæſtio. 1. ſcire? Laurent. dixit hoc euenire propter iuris impoſſibilitatem: quoniam ius non offenditur ſi epiſcopo legetur tantum, ſed ſi tantum legaretur eccleſiæ, ſecluſo epiſcopo, ex hoc offenditur ius. 2 argum. ff. de leg. 1.nemo poteſt. Vel poteſt dici, quòd nomine eccleſiæ intelligitur epiſcopus tanquam caput. ſup. de his quæ fiunt à prælа. ſine conſenſu capituli. capit. nouit. & cum ſcribitur capitulo, ſcribitur decano, qui eſt caput capituli. ſup. de conceſ. præbend. poſt electionem. ſicut qui præeſt exercitui, de ipſo exercitu intelligitur. ff. de his qui notant. infa. l.2. ff. quis & à quo appel. l.1. §. ſi præſes. 3 & appellatione familiæ princeps continetur. ff. de verborum ſignifica. l. familiæ. Nomine verò epiſcopi quādoque non intelligitur eccleſia, vt in eo qui renunciauit epiſcopatui. ſupra de trāsla. inter corporalia. & ſupra de eo qui renuncia. epiſco. c. 1. Et cum aliquid datur eccleſiæ, nullæ perſonæ determinatæ intelligitur dari. ergo epiſcopus inde habere debet partem, cum ſit caput eccleſiæ: ſed cum relinquitur tantum epiſcopo, intuitu tantū perſonæ ipſius ~~relictū~~ intelligitur: & ideo eccleſia nihil inde habebit, imo epiſcopus inde poteſt facere teſtamentum. ſup. eod. quia nos.

2 Hoc eſt quod q̄rit, quare ius offendit in vno, & nō in alio. Io.

3 Aliàs eſt ver. ſub. §. ſolent. vide de app. dilecti. vlt. gl. Io. And.

teos.

i ¶*Conſtitutionem canonis.*] 12.quæſt.3.pontifices. argumē. 10. q. 1. ſi quidam.& 16.quæſtio.1.ad hoc. ſic nemo facere poteſt quòd in teſtamento ſuo leges locum habere non poſſint. ff. de leg. 1. l. nemo poteſt. ff. de pac. inter debitorē.& l. ius publicum. ff. ad l. Falc. quod de bonis. 1. reſpō. C. de condi. inſer. l.2. ſ. de fo. compe. ſi diligenti. ĵ. de ſent. excom. contingit.& ĵ. eo. tua.

¶*Glo. ſequens diſtinguit inter legata, & donata, & allegat contrarium.*

k ¶*Nec eſt.*] Hic reſpondet tacitæ quæſtioni, quę poſſet fieri per canonem illum 12.q.3.pontifices. cuius verba hic ponuntur: & hæc diſtinctio ſumitur ab illo canone: & licet relinquatur epiſcopo ſub proprio nomine, præſumitur tamen intuitu eccleſiæ relictum eſſe. ff. de ann. leg. l. annua. 4 quod intelligitur circa relicta in vltima voluntate ab extraneo: ſecus ſi aliquid detur epiſcopo inter viuos: quia tunc pręſumit intuitu amicitiæ datum aliquid, puta, ſi longa dilectio, & amicitia fuit inter eos, vel propter ſpē alicuius remunerationis. arg. contra. 12.q.3.ſancimus. & c.præcedenti. Item aliud eſt dicere: relinquo hoc eccleſiæ: & aliud, relinquo hoc canonicis. In primo caſu relinquitur eccleſiæ, in ſecundo non. argu. contra. ff. de reb. dub. ciuibus. Ioan. ff. de condi. & demonſt. l. municipibus. hoc verum eſt, ſcilicet, quod dicitur in c. pontifices. ſcilicet, ꝙ eccleſia habeat partem ſuam de his quæ legantur epiſcopo. & illud, hoc, non referas ad proximum dictum, ſed ad ſuperius.

4 Per hanc legem dixerunt hic Pet. & Abbas. ꝙ ſi adminiſtratori eccleſiæ ét expreſſo noīe aliq̄d legetur, epiſcopus habebit canonicam.

¶*Glo. ſeq. recitatur per quęſtionem, & ponit duas opiniones.*

l ¶*A propinquo.*] vſque ad quartum gradum. C. de epiſco. & cleri. Authen. licentiam.& in Authen. de eccle. tit. §. interdicimus. coll. 9.& ĵ. de conſan. & affi. c. non debet. Quidam dicunt vſque ad ſeptimum. cum canon diſtinguat hic: vt 12.q. 3.c.1.& 2.& ſ. eo. quia nos. Vin.

m ¶*Perſonę.*] quare nihil debetur eccleſiæ. arg. ff. de pet. hęred. item veniunt. §. Item non ſolum.

n ¶*Quòd ſi.*] tertium membrum diſtinctionis. T.

o ¶*Si verò.*] quartum membrum diuiſionis.

bo velint† eſſe teſtatoris diſpoſitione [a] contenti [b]: quam† propter vltimæ voluntatis fauorem ſatis decens [c] eſt obſeruare: vbi neque fraus interuenit, neque dolus, neque† quiſquam nimiũ defraudatur debita portione. ¶ Secus autem eſt ſi aliquid legetur epiſcopo, & aliqua capellis, vel monaſterijs, aut alijs pijs locis: nam in hoc caſu, quod legatur [d] epiſcopo, eius eſt præcipuum, cum eccleſia cathedrali, quemadmodum ſi cuilibet alij legaretur: & † de illis [e], quę alijs legantur, portionem canonicam [f] nihilominus obtinebit: quoniam non eſt [g] tanta communio inter epiſcopũ, & inter capellas, vel monaſteria, ſeu alia pia loca, quanta [h] eſt inter epiſcopum, & eccleſiam cathedralem: cui eſt ſpirituali coniugio copulatus, vnde quę acquirit [i] epiſcopus, non illis, ſed iſti tantum acquirit. ¶ Illud autem [k] eſt generaliter obſeruãdum circa eum, qui poteſt proprium poſſidere, prælationem, vel adminiſtrationem eccleſiæ non habentem [l], quòd ſi ei aliquid ſpecialiter relinquatur, non ſolum à propinquo, verum etiam ab extraneo, intelligitur eſſe relictum non intuitu eccleſiæ, ſed perſonæ, niſi probatio in contrarium appareret; & idcirco de illo nec epiſcopus, nec eccleſia poteſt in vita [m] eius ſibi aliquid vendicare: & hoc intelligitur eſſe verum, cũ fraus minimè procuratur: quæ ſi detecta fuerit, patrocinari non debet.

¶ Idem epiſcopo Tuſcano.†

¶ In bonis patris, matris, & auiæ, habet quis debitam iure naturæ, in qua grauari nequit: & filius rogatus de reſtituenda hæreditate ſub conditione, detrahit debitum iure naturæ, & Trebellianicam, in qua cõputantur fructus poſt litis conteſtationem percepti.

CAP. XVI.

RAynutius [n] † de Clera duas habens filias, Alterocham videlicet, & Adiectam, matrem inſuper Clerã, & vxorem nomine Adelaſiam [o], in extremis poſitus condidit teſtamentum, Alterochæ filiæ puberi vltrà dotem, quam ei dederat, domum, & quendam hortum in eodem teſtamento relinquens [p]: Adiectæ verò impuberi reliquit cętera† bona ſua: adijciens vt Alterocha, & ſoboles quam geſtabat in vtero, eidẽ impuberi ſuccederent,

1 Socius q ceſſantib[9]. ſocijs refecit inſulã cõi nomine, licet vſuras centeſimas, & dñium vendicare poſſit: tamẽ & leuiorem viã ſ. agẽdo pro ſocio aggredi poterit. Io. And.

† voluerint

† quam ſcilicet diſpoſitionem.

† Aliàs ita: nec quiſquã nimiũ defraudet, &c.

† In vno vetuſto ita: et de his quæ illis legañ portioñe, & c. in alio ita: & de his quæ alijs leganturęps portioñe, &c.

a ¶ *Diſpoſitione.*] fauore vltimæ voluntatis. 13. q. 2. c. vltim. ff. pro ſocio. cum duobus. aliàs incipit, ſi fratres. §. idem reſpondit. 1 Ioan.

b ¶ *Contenti.*] ſ. c. proximo.

c ¶ *Decens eſt.*] ſed non neceſſarium. decens enim eſt vt, pro modico non contendat. ff. loca. ſi merces. §. vis maior. & l. habitatores. & ideo multum operatur repetitio verbi, hoc, ſcilicet cum dicitur: relinquo hoc epiſcopo, & relinquo illud eccleſię. Lau.

d ¶ *Legatur.*] quia hoc eſt eius præcipuum, & diuidi debet illud cum eccleſia cathedrali. Vincentius.

e ¶ *De illis.*] ſ. monaſterijs, vel capellis.

f ¶ *Canonicam.*] ſ. tertiam, vel quartam: vt dicitur in princ. cap. & ſ. eo. c. proxi.

g ¶ *Non eſt.*] hæc eſt ratio quare ſecus eſt. Bernar.

h ¶ *Quanta eſt.*] Argumentum quòd non dicitur de gremio eccleſiæ qui eligitur de minoribus eccleſijs, licet ſit eiuſdem ciuitatis. ar. j. de ver. ſig. cũ clerici.

i ¶ *Acquirit.*] 18. q. 1. cap. 1.

k ¶ *Illud autem.*] quod ſequitur.

l ¶ *Habentem.*] ſiue habeat beneficium eccleſiaſticum, ſiue nõ. Vincentius.

m ¶ *In vita eius.*] Poſt mortem bene ſi inteſtatus decedat. argum. infrà de ſucceſ. ab inteſtata. cum dilectus. ita tamen quòd non habeat propinquos. 2 12. q. vlt. c. vlt. & in Auth. de eccleſia. tit. §. ſi quis autem. 3 colla. 9. & 12. q. 1. ſint manifeſtæ. & 12. q. 2. epiſcopus qui filios.

2 Agnatos vſq; ad 7. cognatos vſq; ad 4. gradum, ſecundũ Inno. Ioan.

R*Aynutius.*] Primò ponitur factum. Secundò auditoris dati per Papam pronunciatio: ibi, *Cum autem.* Tertiò pronunciationis, per Papam confirmatio: ibi, *Nos igitur.* Prima & ſecunda pars ſubdiuidi põt: & partes patent in textu. Abb.

n ¶ *Raynutius.*] Ad intelligentiam huius decretalis pone caſum, ꝙ tota hæreditas R. valuit liiij. omnibus computatis. in quibus Clera mater ipſius habuit tertiam partem, ſcilicet, xviij. quæ tertia deducebatur iure Lomgobardorum: modo remanent xxxvj. in quibus Adelaſia vxor ipſius R. habuit ſimiliter tertiam partem, ſcilicet xij. quę tertia ſimiliter deducebatur iure etiam Longobardorum: modo remanent xxiiij. ſed in illis xviij. quæ ſunt tertia pars Cleræ, habuit Alterocha tertiam debitam iure naturæ, in qua grauari non potuit: quæ tertia ſunt tria, quia ambæ neptes de iure communi pro legitima habere debebant tertiam partem de xviij. quæ ſunt ſex, & ſic quælibet tria, & tantum habuit Alterocha in tertia Cleræ: modo remanent tutori pro Adiecta xv. de tertia Cleræ tam iure naturę quàm ratione donationis. Item in duodecim, quæ ſunt tertia pars Adelaſiæ, eodem modo habuit Alterocha tertiam debitam iure naturæ, ſcilicet duo: quia tertia pars de duodecim, ſunt quatuor: quorũ medietas ſunt duo, pro Alterocha, & reliqua duo pro ſorore ſua Adiecta. tutor habet decem: in iſta tertia Adelaſiæ, tam propter ius naturæ, quam propter venditionem reſidui: habuit ergo Alterocha in tertia Cleræ & Adelaſiæ quinque, & ita ſententia retractatur: tutor vero habuit in illis tertijs vigintiquinque. quia quindecim habuit pro tertia Cleræ, & decem pro tertia Adelaſiæ: quæ omnia ſunt vigintiquinque. Item in vigintiquatuor quæ remanebant pro hæreditate R. quælibet ſoror habebat ſuam tertiam debitam iure naturæ, quæ eſt quatuor: modo Alterocha poteſt ſibi computare pro domo, horto, & dote, illa quatuor pro ſua legitima, ſi tãtum valuerunt: & tutor pro Adiecta tantum recipiet, ſ. alia quatuor: modo remanet hæreditas R. ſexdecim ſ. quæ reſtituenda ſunt Alterochæ: tñ tutor extrahet inde quartam per Trebellianũ, ſcilicet, quatuor, & hoc verum eſt quando nihil eſt in fructibus: qꝛ ſi aliquid eſt in fructibus, tutor extrahet Falcidiam tantum pro rata, fructibus, computatis in ea: & reſiduũ dabitur Alterochæ: & ita remanent duodecim ꝓ hęreditate R. extractis legitimis, & quarta per Trebellianum: & illa duodecim reddenda ſunt Alterochę: habuit ergo Alterocha duodecim ex hæreditate R. quæ erant vigintiquatuor, extractis tertijs matris, & auię: & quatuor habuit pro ſua legitima in illis vigintiquatuor, ecce xvj. & habuit ex tertijs matris & auię v. quę omnia ſunt xxj. quæ xxj. tantum habuit Alterocha: tutor vero habuit ex tertijs Cleræ, & Adelaſię vigintiquinque, & quatuor ex hæreditate. R. pro legitima Adiectæ, quatuor per Trebellianum, quę omnia trigintatria, modo adde viginti vnum, ſunt quinquagintaquatuor, & hæc eſt tota hæreditas R. & ſic eſt plana decretalis. iſta. Not. ꝙ tutori dato in teſtamento, poteſt teſtator præcipere, vt ſic de rebus ſuis diſponat. Item ſi ſit lis cum pupillo, tutor conuenitur. Item ſententia fertur in perſonam tutoris. Item iudex appellationis poteſt in quibuſdam ſententiam confirmare, & in quibuſdam infirmare. Item à tempore litis conteſtatæ dicitur quis eſſe in mora, vt hic videtur poſſe colligi. Item pater non poteſt priuare filium quarta legitima, vel etiam in ea grauare.

3 Si eps̃ clericus quis vel diaconiſſa moritũ ſine teſtamẽto & legitimis ſucceſſoribus: ſuccedit eccleſia, in qua inſtituti fuerunt. Io. And.

† Tuſcanẽ.
† Tuſam.
† Tuſcul.

† Rannutiſ
† Ranutius

† Ca. 13. tit. de ſent. & re iud. in 3. compilat. Illuſtris eſt hæc decretalis, de cuius materia duo extant volumina à Guiliermo Benedicto ſuper hoc c. edita. Ad. de Couarruuiã hic. & de intellectu vide Ferdinãdũ Vaſquiũ li. 2. de ſucceſſio. creatio §. 20. & ibidẽ. eo. §. 20. par. 4. & lib. 3. §. 21. limita. 1. & multis alijs locis.

o ¶ *Et vxorem nomine Adelaſiam.*] matrem puellarum, de quibus ſequitur. Hæreditas Raynutij valuit quinquagintaquatuor computatis dote, domo, & horto, in quibus Alterocha fuit inſtituta hæres.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per tres quæſtio. an neceſſe fuerit relinqui filię puberi: & an iure inſtitutionis. & an inſtitutus in certa re &c.*

† cætera, habent vetuſta exemplaria in recẽtiorib. certa, legitur, mendoſè vt puto.

p ¶ *Relinquens.*] ſi nihil ſibi in teſtamento reliquiſſet, non valuiſſet teſtamentum. C. de inoffic. teſtamen. omnimodo. & l. ſequen. & tam dotem quàm legatum computabit in legitima. C. eod. titu. quoniam. & l. ſi quando. & l. generaliter. & ſi non ſufficeret, agere poſſet ad ſupplementum, vt in ll. prędictis. & C. eod. titu. l. quoniam nouella. & l. ſi quando. §. generaliter. Et quòd dicit, relinquens, intellige quòd inſtituit eã heredem ſibi in illis rebus: aliàs non valuiſſet teſtamentum iure nouiſſimo: in Auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoque. & §. hoc autem. colla. 8. & in Auth. de triente, & ſemiſ. §. frequenter. coll. 3. concordant prædictis legibus veteribuş; ſed ſtandum eſt illi Authen. vt cum de appel. cog. tanquam poſteriori. 4 C. de inofficio. teſtamen. ſunt illæ duæ Authenticæ. 5 Et tales qui in certis rebus inſtituuntur, loco legatarij habentur, nec tenentur creditoribus. C. de hæredi. inſtitu. l. quotiens.

4 De hoc plenius. infra eo. titu. c. 1. lib. 6, in gl. nunquid. Ioan. And.

5 Vna incipit nouiſſima. & habeť. C. de inof. teſta. altera incipit, non licet. & eſt C. de libe. præter.

ADDI-

Additio. Et ſi non ſufficeret, agere poſſet ad ſupplementum: vt in legibus prædictis.

¶*Glo.ſeq.habet duas partes. Prima tractat diſtinctionem inſtitutionum,&c.Secunda pars ponit tria: primum an remitti poſſit fideicommiſſum: an rogatus alienet: & quid de illo qui ſe obtulit monaſterio.*

ſi abſque liberis [a] moreretur. Mortuo itaque teſtatore, tutores impuberis eam cum omnibus bonis eidem relictis à patre, iure Lombardo † cuidã P. nomine tradiderunt: quæ filium [b] ex eo ſuſcipiens, tandem ſine liberis eſt defuncta [c]: cuius bona idem P. maritus eius ſuperſtes aliquanto tempore poſſedit [d] in pace: qui cum alia muliere matrimonium contrahens, & filios ſuſcipiens ex eadem, diem clauſit [e] extremum. Poſtmodum inter Alterocham, & filium eius ex vna parte, & filios eiuſdem P. & Raynerium tutorem eorum ex altera, ſuper bonis prædictis eiuſdem Adiectæ ſuſcitata [f] materia quæſtionis, cœperunt coram G. iudice Tuſcañ. adinuicem litigare: coram quo Alterocha & filius eius bona † quondam Raynutij, tanquam ex cauſa fideicommiſſi, vel ſubſtitutionis [g] ſibi debita, petierunt: tutore filiorum prædicti P. ex aduerſo dicente, quòd obſtabat illis annalis præſcriptio [h], vſucapio [i] pro dote, ac

1 Hæc gloſſa deprauata eſt ĩ vulgatis codicibus: eam nos reſtituimus ex antiquis exemplaribus. idem pręſtitimus in cæteris.

† Ita in antiquis, ſed in recẽtioribus, Lõgobardorum, legit.

a ¶*Si abſque liberis.*] Ex 1 hoc videtur, ꝙ hæc ſubſtitutio fuerit compendioſa, ſ. quandocũq; decederet ſine liberis, ei ſuccederet ſoror cum ſobole. Vnde no. ꝙ eſt quædam ſubſtitutio vulgaris, quædam pupillaris, quædã exemplaris, quædã cõpendioſa. & tales ſubſtitutiones dñr directæ. Item eſt & fideicõmiſſaria. 2 Subſtitutio 3 vulgaris eſt, quę ab omnibus vulgaribus fit, & fit ſub hac forma: Inſtituo te hæredem: & ſi tu non eris hæres, ille ſit hæres. Inſti. de vulga. ſubſti. in prin. & expirat adita hæreditate. C. de impub. & alijs ſubſti. l. poſt aditã. Pupillaris eſt, quæ fit talibus verbis: Filius meus mihi hæres eſto, & ſi tu nõ eris hæres, vel ſi eris hæres, & infra tempus pubertatis deceſſeris, ille ſit hæres. Inſti. de pupil. ſubſti. in princ. Hæc autem expirat adueniente pubertatę. Inſti. eo. §. maſculo. & ff. de vulga. ſubſtit. in pupillari. Exemplaris eſt, quæ fit ad exemplum pupillaris, quæ fit furioſo in his verbis, Si filius meus deceſſerit priuſquam peruenerit ad ſanam mentem, ille ſit hæres. C. de impu. & alijs ſubſti. l. humanitatis. & Inſti. de pupil. ſubſti. §. 1. hæc ſimiliter expirat eo redeunte ad ſanam mentem. Inſti. de pupil. ſubſti. §. qua ratione.

2 Et hęc eſt indirecta: & alia reciproca, vel breuiloqua. C. de impu. & alijs ſubſtitu. l. precibus.

3 De ſubſtitutione vulgari, & cęteris ſubſtitutionib. et cur ita appellent, & quomodo, ac quibus verbis fiãt tradit Accurſius in §. qua rõne. verbo. ad exemplũ. Inſti. de pupillari ſubſtitu. & ibi pleniſſimè Doctores.

Compendioſa fit talibus verbis: Q̃ncũq; filius meus deceſſerit: ille ſit hæres. C. de impub. & alijs ſubſtitu. precibus.

Fideicommiſſaria dicitur quæ fit ſic: Inſtituo te hæredẽ, & rogo te vt hæreditatem reſtituas Titio tali die, vel ſub tali conditione, ſ. ſi deceſſeris ſine filijs: & ita ſubſtitutio põt fieri per volo, mando, vel rogo. & hæc ſubſtitutio poteſt fieri à quocunque, & cuicunque ante pubertatem, & poſt. Inſti. de pupil. ſubſti. §. vlt. & ff. de vulg. ſubſti. l. cohæredi. §. cum filiæ. talis fuit ſubſtitutio iſta: & ſubſtitutio vulgaris expirat, quã cito adita eſt hæreditas. C. de impub. & alijs ſubſti. poſt aditã. pupillaris ſtatim expirat poſt tempus pubertatis Inſtit. de pupillari ſubſt. in princ. & ff. de vulg. & pup. ſubſtit. in pupillari. hæc fuit fideicommiſſaria ſubſtitutio: ſiue precaria in caſu huius decretalis. Io. Et hoc incertum conditionis potuit ſoror remittere ſorori, licet ſit contra volũtatem teſtatoris. C. de pact. l. 1. & l. cum proponas. & hoc propter remouendum votum captandæ mortis. C. de tranſac. de fideicommiſſo. nec poteſt alienare taliter grauatus. C. communia de leg. l. vlti. §. ſed quia noſtra. & §. ſed in omnibus. & in Auth. ibi poſita, res quę. niſi in caſibus in Auth. ibi poſitis. libertatem tamen pręſtare poteſt pretio ſoluto. ff. ad Treb. quidam. §. vlt. nec diceretur mori ſine liberis, ſi monaſterio dederit ſe & ſua. ſup. de proba. in præſentia. vbi de hoc. Vin.

ADDITIO.

¶Aduerte ꝙ vltra illas ſpecies ſubſtitutionum, eſt vna, quæ vocatur breuiloqua, quia breuibus verbis fit, & ſub verborũ breuitate continet multas ſubſtitutiones: Aliq̃n duas vulgares tantum: vt ſi duobus hæredibus inſtitutis dicatur: vos inuicem ſubſtituo: Aliquando duas pupillares tantum, vt quando fit duobus impuberibus exhæredatis: Aliquando duas fideicommiſſarias tantum, vt quando fit in codicillis: vt l. Scæuola. ff. ad Trebel. Aliquando continet quatuor: duas vulgares, & duas pupillares, vt quando fieret duobus impuberibus inſtitutis, & in poteſtate conſtitutis, vt l. iam hoc iure. & l. Lucius. ff. de vulg. & pup. Aliquando continet ſex, vt ſi dico: filios meos impuberes inſtituo: & eos inuicẽ ſubſtituo ſi deceſſerint in pupillari ætate, vel quandocunque: nam hæc continet duas vulgares ſi non adeatur hæreditas, & duas pupillares ſi deceſſerint in pupillari ætate, & duas fideicommiſſarias ſi deceſſerint poſtea. Aliquando continet octo: vt ſi quis haberet duos filios impuberes mente captos, & eos inſtitueret, vel ſubſtitueret per hæc verba: ſi deceſſerint in pupillari ętate, vel poſt in dementia, vel aliàs quandocunque, inuicẽ ſubſtituo, nam tunc continet duas vulgares, duas pupillares, duas exemplares, & duas fideicommiſſarias: & ſic octo. meritò rectè dicitur breuiloqua. appellatur etiam reciproca quaſi repetita. ff. de vulg. & pupil. l. iam hoc iure. Notandum tamẽ ꝙ hæc ſubſtitutio non eſt ꝓprie ſubſtitutio per ſe, ſed eſt quędã adiectio ſubſtitutionis: nam ſub ſe continet vulgares, pupillares, exemplares, & fideicommiſſarias: vt clare patet per ſupradicta. verba ſunt Bartoli in l. Lucius. ff. de vulgari & pupillari. De materia ſubſtitutionũ eſt bona gl. Inſti. de pupil. ſubſtit. §. qua ratione.

† Aliàs ita: dicta bona quondã Ranuntij, &c.

b ¶*Filium ex eo.*] qui deceſſit ea viua. & ita perinde eſt, ac ſi non fuiſſet. ĩ. de ver. ſig. nam & ego. cum mortis tempore liberos non haberet. ff. ad Treb. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. 4 nec habuit ex illo nepotem ſuperuiuentem: quia tunc idem eſſet, ac ſi haberet filium. C. de condi. inſer. l. 1. & C. ad Trebel. l. iubemus. §. ſin autem. Vincentius.

4 Per hunc §. & §. ſeq. dicas idem ſi ſimul deceſſiſſent mater & filius nec apparet quis prius: præſumitur. n. filius ꝓmortu⁹: & hoc verũ ſi erat impubes: ſecus cum pubes erat. ff. de rebus dubijs, qui duos in fi. & l. cũ pubere. & l. ſeq. Io. An.

c ¶*Eſt defuncta.*] & intellige, ꝙ ipſa inſtituit maritũ, & tunc ſoror admittitur ex cauſa fideicommiſſi, vt ſequitur inf. Si verò non inſtituiſſet eum, tunc peteret ſoror totam hæreditatem ab inteſtato. C. de fideicom. ſi in perſona. & maritus non fuit indignus, aliàs non tenuiſſet inſtitutio. C. de inoffic. teſtam. fratres. Vinc.

d ¶*Poſſedit.*] 5 Per hoc notatur, ꝙ Petro viuente mota fuit quæſtio ei, & lis etiam conteſtata. vt ĩ. ſequitur.

5 Hæc gloſſula nõ eſt Bernardi, nec in antiquis libris habetur.

e ¶*Clauſit.*] lite prius cõteſtata cum Alterocha & filio eius: vt colligitur ĩ. ver. ibi. à tempore litis conteſtatæ percepti à prædicto Petro & filijs eius.

Additio. Hoc non eſt neceſſarium, quia nihilominus poſſunt conueniri hæredes lite non conteſtata.

f ¶*Suſcitata.*] 6 Non dicit orta, ſed ſuſcitata: quia Petro viuente fuit orta: ſuſcitare eſt ortum aliquid mortuum reuiuiſcere.

6 Neq, hæc gloſſula. ẽ Bernardi, nec, habeẽ in antiquis codicibus.

¶*Glo.ſeq.obijcit, & ſoluit.*

g ¶*Vel ſubſtitutionis.*] Sed videtur ꝙ iſtud petere nõ potuerunt: quia ſubſtitutio euanuit ſtatim poſt tempus pubertatis, quia pupillaris videtur fuiſſe ſubſtitutio. Dico ꝙ non, quia ſubſtitutio facta talibus verbis: q̃ncunque iſte deceſſerit ſine liberis, ſubſtituo Alterocham: in hoc caſu ẽt poſt tempus pubertatis tenet ſubſtitutio, quia illud verbum, ſubſtituo, trahitur ad fideicommiſſariam ſubſtitutionem. ff. ad Treb. l. Scæuola. Si autem ſubſtitutio fuiſſet facta talibus verbis, ſi Adiecta non ſit hæres, Alterocha ſit hæres. Vel ſic, q̃ncũque Adiecta filia mea impubes deceſſerit, ei Alterocha ſit hæres: tunc niſi Adiecta decederet infra pubertatem, Alterocha nõ ſuccederet ei, niſi teſtator fuiſſet miles. ff. de vulg. ſubſti. l. centurio. & l. verbis. & C. de impub. & alijs ſubſti. l. precibus. quia talis ſubſtitutio non poteſt fieri niſi à milite: vt in l. centurio. Vel dicas vt dictum eſt in notula ex hoc ꝙ hęc fuit fideicõmiſſaria ſubſtitutio, vt innuit hæc litera tamquam ex cauſa fideicommiſſi, vel ſubſtitut. Io.

h ¶*Annalis pręſcriptio.*] hęc allegatio hodie ceſſat. Inſti. de vſucap. §. 1. & C. de anna. excep. l. 1. in prin.

¶*Glo.ſeq.dicit quando locum habet actio de dote. Secundo obijcit, & ſoluit.*

i ¶*Vſucapio pro dote.*] Tunc prodeſt vſucapio pro dote, q̃n res inæſtimata traditur pro dote, & ſequitur inde matrimonium de iure & de facto. ſed ſi res æſtimatæ traduntur, tunc vſucapitur res pro emptore. ff. de vſuca. pro dote. l. 1. 2. & 3. C. eo. tit. l. vnica. Ioannes. Sed quare non profuit hęc pręſcriptio? Reſpõdeo, actio quæ competit ex teſtõ, perſonalis eſt. C. cõia de leg. l. 1. & Inſti. de lega. in princ. & actio perſonalis non tollitur niſi ſpatio xxx. annorum. C. de conſti. pecu. l. 2. nec currit præſcriptio contra eam, niſi ex quo cœpit competere, id eſt, ex quo potuit agere ex teſtamento. C. communia de lega. l. 1. & Inſti. de leg. in prin. C. de pręſcrip. xxx. anno. ſicut in rem. & C. de iure do. in rebus. Tanc.

longi temporis [a] ſilētium diuturnum. Inſuper allegabat, quòd de bonis illis, tam tertia [b] Cleræ matris teſtatoris, & tertia Adelaſię vxoris eiuſdem, quàm quarta per Trebellianū, nomine ipſius Adiectæ erant ante omnia deducendæ. Dictus verò iudex ſupradictum Raynerium tutorio nomine pupillorum, in reſtitutione bonorum Raynutij condemnauit: tertia Cleræ primò deducta, quam Adiectæ, ac viro ſuo donauerat: de qua in ſubſtitutione, quam fecit Raynutius, non videtur aliquatenus cogitaſſe: deducta quoque tertia Adelaſiæ, quam ipſa P. vendiderat ſupradicto: præcepit etiam idem iudex, de his rebus illas tertias deducendas, de quibus deduci poterat † ſecundum Tuſcanæ † conſuetudinem [c] ciuitatis. Deduci prætereà quartam per Trebellianum idem iudex iniunxit, cum etiā quilibet extraneus reſtitutione grauatus, eam deducere potuiſſet. ſed vtraque [d] pars ab illa ſententia prouocauit: & infrà. ¶Cum autem coram G. † diacono Cardinali auditori à nobis conceſſo, fuiſſet diutius litigatum, ipſe de mandato noſtro, ſentētiam ſupradicti iudicis, videlicet † in eo quòd dixit tertiam Cleræ, & tertiam Adelaſiæ integraliter deducendas [e], pronunciauit iniuſtā, & ab ea legitimè prouocatum: diffiniens, ſic illas tertias deducendas, vt legitima portio iure naturæ debita [f] Alterochæ, illi ſalua ſit in vtraque: ad cuius reſtitutionem dictum Raynerium condemnauit. ¶In eo verò quòd quartam per Trebellianum [g] idem iudex cenſuit retinendam, ſententiam confirmauit eiuſdem: ita videlicet quòd fructus de bonis ipſius, à tempore litis conteſtatæ [h] percepti, à prędicto [i] P. & filijs eius poſt mortem Adiectę, cōputentur in ea: qui ſi ſuffecerint † ad quartam, & fructus eius, eo nomine, alia deductio nulla fiat: alioquin iuxtà quantitatē fructuum perceptorū cōputationis ratio habeatur. Quia verò pater Adiectę ipſam in legitima † nō potuit [k] aggrauare, legitimā [l] ipſam, videlicet eius

† C.

† Dictio, videlicet, de eſt in pluribus antiquis.

† poteſt

† Tuſcan. † Tuſculanæ.

† ſufficiunt

† legitimā

a ¶*Longi temporis.*] Longum tempus dicitur ſpatium x. vel xx. annorum. C. de præſcri. long. temp. ſuper long.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.*

b ¶*Tam tertia.*] Sed quid ad matrem, vel vxorem de bonis Raynutij, cum deſcendentes ſemper excludant matrem. in Authen. de hære. ab inteſt. veni. in princ. coll. 6. ſimiliter & vxor excluditur. C. vnde vir. & vxor. l. vnica? Sed dic quòd iſtud erat ſecundum conſuetudinē ciuitatis, quæ matri, & vxori defert tertiam in bonis mariti, etiam ſi filios habeat: quandoque tamen deferē vxori quarta pars in bonis mariti, ſi ipſa eſt inops. C. vnde vir, & vxor. Authen. præterea. Itē cum vir eam ſine cauſa dimittit. C. de repu. iubemus. §. 1. Ioan. 1 Verius dicas ꝙ iſtæ tertiæ non deducuntur ſecundum ius ciuile, ſed ſecundum ius Lombardum, vt hic dicitur. ſ. in litera vbi dicitur. iure Lombardo. nā cautum eſt in Lōbardia, 2 ꝙ ſi maritus moriatur antequam vxor, vxor lucratur tertiam partē bonorum mariti. vnde tam mater quàm vxor deducet illas tertias ſecundum legem Lōbardā: & in ciuitate Tuſcana ſeruatur lex illa, & conſuetudo eſt ſecū dum illam, vt dicitur in princ. gloſſæ.

1 Sed illa nō tāgunt hoc cū de tertia loquaē hic, nec de inopia, vel repudio aliquid hic dicatur. Ioā. And.

2 Liber ſic dictus vbi ſpālia iura ſtatuuntur ſūp dote, ſecūndum Inn. & notat Hoſtiē. ius Lōbardū per canonicū approbatum. ad idē de ſer. non or. cōnſuluit. & multæ ipſi[?] ll. ſūt canonizatæ. 18. q. 4. & in alijs locis, quod qualiter accipiendū, proſequiē hic. Io. An.

c ¶*Secundum Tuſcanę conſuetudinem.*] Forte cōſuetudo erat quòd de mobilibus non deducerentur. Lau.

d ¶*Vtraque pars prouocauit.*] Sic j. eo. Raynaldus. ſ. de app. ſi duobus. & C. de appel. l. vlt. Bernar.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

e ¶*Integraliter deducendas.*] Petierat enim Alterocha legitimam in bonis matris, & auiæ, in quibus ipſa legitimam habere debebat. Inſti. de exhære. lib. §. mater. in Authen. de hære. & Falc. §. primum itaque. & ff. de inoffi. teſta. l. 1. & 2. & l. filius non impeditur. Sed quare reuocatur donatio Cleræ in parte? Dic quòd fuit inofficioſa. C. de inoffi. do. l. 1. & 2. & C. de inoffic. teſtam. Authen. vnde & ſi parens. Idem enim credo quòd venditio Adelaſiæ facta fuerit in fraudem & ſimulatè: vnde non debuit obeſſe Alterochæ quantum ad legitimam: vt hic dicit: & donatio & venditio in morte fuit facta: vnde alterocha priuari non potuit ſua legitima. j. de ſepul. de his. vbi de hoc.

f ¶*Debita.*] id eſt, tertia iure naturæ.

¶*Glo. ſeq. diſtinguit, & proſequitur de triplici quarta.*

g ¶*Quartam per Trebellianum.*] Not. ergo quòd quartarum, alia eſt debita iure naturali, quę dicitur bonorum ſubſidium, & hæc debetur filijs tantum, qui ſine cauſa exhæredari non poſſunt. C. de inoffic. dona. ſi totas. & C. de inoffic. teſta. parentibus. & Authen. vt cum de app. cog. §. cauſas. colla. 8. & huic quartæ nullum grauamen poteſt imponi. C. eod. tit. omnimodo. & duabus legibus ſequentibus: & hæc hodie eſt aucta ad trientem & ſemiſſem ſecundum numerū filiorum: vt ſi ſint quatuor filij, & infra, debent habere tertiam partem: ſi ſunt quinque, vel vltra, debent habere medietatem eius, quod eis deferebatur ab inteſtato. 3 C. eo. Authent. nouiſſima. & in Authent. de trien. & ſemiſ. §. hæc nos. collatio. 3. & in hac veniunt omnia, quæ profecta ſunt ab eo cuius fuit hæreditas, & computantur in ipſa. C. de inofficio. teſtam. quoniam nouella. & l. ſi quando. §. & generaliter. & C. de col. l. penul. Item eſt & alia quarta Trebellianica: vt cū aliquis eſt inſtitutus hæres, & rogatus vt alij reſtituat hæreditatem, ſi moriatur ſine liberis: vt hic fuit, iſte taliter inſtitutus poteſt retinere quartam partem de tota hæreditate per Trebellianum. & ſic appellata eſt Trebellianica à Trebelliano auctore. de hac habes Inſtitu. de fideicommiſ. hære. §. ſed quia. & C. ad Trebel. per totum. & hęc detrahitur de vniuerſitate hæreditatis, & in hac imputantur legata & donationes. ff. ad le. Falc. in quartam. Item eſt & alia quarta, quæ debetur iure inſtitutionis, vt cum aliquis eſt inſtitutus hæres: & illa hæreditas eſt exhauſta per legata, vel fideicōmiſſa, tunc inſtitutus hæres poteſt detrahere quartam partem de ſingulis legatis, vel fideicommiſſis. C. ad leg. Falc. per totum. j. eod. c. Raynaldus. ad fi. ver. & ſaluo. in iſta ſcilicet Falcidia, ſola hæreditaria imputantur, non donata, vel legata, ſeu fideicōmiſſa. ff. ad l. Falcidiam. Neſennius. & l. id quod. & l. quod autem. & l. in quartam. Additio. Eſt & alia, quæ debetur arrogato in bonis arrogatoris. ff. de adop. ſi arrogator. Vnde verſus:

Tunc Trebellaris cum reddere cuncta rogaris.
Sed deſalcaris ſi per legata grauaris.
Olim quarta fuit ſemis, vel tertia: ſed nunc
Quatuor aut infra dant natis iura trientem.
Semiſſem verò dāt natis quinque, vel vltra.
Arbitrium ſequitur ſubſtantia cætera patris.

3 Et interdū neceſſe hēt relinquere filijs tres partes ſuę ſubſtantiæ, quarta ſuo arbitrio reſeruata. ſ. cū filij ſunt curiales, vel filię nuptæ curialibus, in Authē. de triē. & ſem. §. prohibemus. colla. 3. Io. And.

¶*Glo. ſeq. primò ponit circa imputationem fructuum in quartam, ponit trer caſus diuerſos, ſecundò obijcit; & ſoluit.*

h ¶*A tempore litis conteſtatæ.*] Ex quo à tempore litis conteſtatæ fuit in mora, computantur fructus in quartā, & quicquid ex his habet ſupra quartam, reſtituit; ſimiliter & cum in mora non eſt, ſed percipit fructus ex voluntate defuncti, vt quia poſt tempus rogatus eſt reſtituere hæreditatem, eos computat in quartam: ſed quod ſupra quartam habet, non reſtituit. ſi autem hæres percipiat fructus negligentia non petentis fideicommiſſum: tunc non computat in quartam, nec reſtituit. hæc probantur, ff. ad Trebellia. l. in fideicommiſſaria. & l. mulier. §. ſi hæres. & l. ita tamen. §. hæres ex aſſe. Sed obijcitur contra decretalem iſtam: Nonne hic filia primi gradus rogata erat reſtituere hæreditatem ſorori? Et dicit lex, quòd vbi quis primi gradus rogatus eſt reſtituere hęreditatem filijs ſuis, vel fratribus ſi deceſſerit ſine liberis, nō debet retinere quartam per imputationem fructuum, licet hoc teſtator rogauerit. Sed in ipſis hæreditarijs rebus retinebit quartam, & dodrans reſtituitur: vt C. ad Trebel. l. iubemus. & hic dicitur quòd fructus debent computari in quartam. 4 Dicas quòd lex illa, iubemus. loquitur de fructibus ante litem conteſtatam perceptis, & illi non imputantur filijs primi gradus, ſed percepti poſt litem conteſtatam imputantur in quartam: quia poſt litem conteſtatam dicitur malæ fidei poſſeſſor, vnde illos tenetur reſtituere, C. de rei vendic. certum eſt. & ita non contradicit. Io.

4 Dixerunt Lauden. & Vin. ſoluat qui poterit, &c. Io. And.

i ¶*A prædicto P.*] per hoc tollitur quòd cum ipſo P. litis conteſtatio facta fuit, vt dixi ſuprà.

k ¶*Non potuit.*] C. de inoffic. teſtamen. quoniam in prioribus.

¶*Gl. ſeq. reci. per q. an filius rogatus reſtituere, detrahat duas quartas. & arg. quòd ſic. ponit opinionem contrariam. vltimo ponit opinionem diſtinguentem.*

l ¶*Legitimam ipſam.*] Retinebunt ergo iſti duas Falcidias,

vnam

1 Vide de hac materia gl. in l. in quartã. ff. ad l. Fal. per Bar. & an & qñ in illa computentur fructus in l. Iulianus. per doct. C. de inof. teſt.

† Tuſcan.

2 Vt qa naturalis eſt, qui legitimis extãtibus nõ capit niſi vnciam. C. de na. lib. l. 2. Io. And.

† In vetuſtis fere oĩbus exẽplaribus ita: epõ Nouiomen.

† Nouion.

† Nouionien.

3 Poteſt. n. minus eſſe in tertia reſpectu ſuæ partis, vt quia diuidit eam cũ fratribus. Io. And.

vnam debitam iure naturæ, 1 & alteram Trebellianicam quartam, ſcilicet quam retinet quilibet extraneus reſtitutione grauatus. infrà eodem, Raynaldus. Et quòd etiam de iure ciuili hoc fieri poſſit, probatur pluribus argumentis. Et primo pater dum rogat filium de reſtituenda hæreditate, non grauat eum in legitima, vnde fideicommiſſum in illa legitima nõ tenet ipſo iure, quia in ea nullum grauamen poteſt imponi filio. C. de inofficio. teſtamen. quoniam in prioribus. & ideo in alio rogatus videtur. & de eo in quo eſt rogatus, debet quartam deducere. in Authent. de reſtitut. & ea quę pa. §. quamobrem. collatione 4. & in Authen. de reſtit. §. nobis igitur. colla. 8. Et eſt arg. ad hoc ex eo quod dicit lex, quòd ſi legatum relinquitur alicui vltra id quod capere poſſit, 2 & lex Falcidia locum habeat, primo deducitur Falcidia, ac ſi totum caperet: poſtea detrahitur quod capere per legẽ non poteſt, vt illud pręter Falcidiam habeat

partis, quæ ſibi debebatur ab inteſtato, deducendam cenſuit, & etiam retinendam: ita quòd deductio fiat tantummodo de his rebus, de quibus ſecundum Tuſcanæ† conſuetudinem [a] ciuitatis fieri conſueuit. ¶ In eo autem, quòd prænominatus iudex condemnauit Raynerium nomine pupillorum, ad reſidui [b] reſtitutionem Alterochæ, ac eius filio faciendam, ipſius ſententiam confirmauit. Nos igitur eiuſdem Cardinalis ſententiam ratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica confirmamus.

hæres. & ſi id quod remanet, nõ excedit ſummam quam capere poteſt, totum debetur. ff. ad legem Falcid. quotiens cuidam. & l. quod autem dicitur. & ff. ad Trebellian. cum hæres. Item legitimam iure naturæ capit vt debitum quoddam. in Auth. de hære. & Fal. §. primum itaque. & §. ſi quis autẽ non. colla. 1. & hic ſupra, vbi dicit, iure naturæ debita Alterochæ. & ĩ. eod. Raynaldus. vnde de reſiduo videtur quòd detrahat quartam, ſcilicet Falcidiam, vel Trebellianicam, argu. C. ad leg. Fal. l. irritum. & eſt arg. ad hoc. ff. ad Trebel. l. petijt à filia. & in hac opi. fuit Innocen. hic, & G. ĩ. eo. Raynaldus. Et ita tenendum eſt ſecundum canonicam æquitatem: in qua opinione fuit dominus M. Sed do. Iaco. de Bel. dicebat quòd de iure ciuili filius tantum vna Falcidia debet eſſe contentus, hac ratione: quia ſi eligit habere quartam Trebellianicam, illam habet de bonis patris vt hæres: ipſam ergo tenetur cõputare in legitimam, quæ de iure naturæ debetur: nam in ea computat ea quæ capit de bonis patris iure hæreditario, & etiam alio modo. C. de inoffic. teſta. quoniam nouella. Rurſus ſi eligit illam legitimam, quæ de iure naturæ debetur, illam debet computare in quartam Trebellianicam: nam ſi eligit illam habere, quæ iure naturæ ſibi debetur, negari nõ poteſt quin iure inſtitutionis capiat eam, quia in ea fuit inſtitutus ſicut in alijs bonis. C. de inoffic. teſtam. cum quæritur. & l. parentibus. & l. ex tribus. Cum igitur conſtet, quòd eam capiat iure inſtitutionis, conſtat quòd per conſequens eam debet in quartam Trebellianicam imputare, quia in ea imputantur ea quæ iure inſtitutionis capiuntur. ff. ad l. Fal. in quartam. & l. acceptis. & ff. ad Treb. deducta. §. nummis. Nec obſtat quod dicitur, quòd illam legitimam capit vt debitum, qa nihilominus verum eſt, quòd eam capit vt hæres: & in ea tenet inſtitutio. non eſt enim debitum à patre: vt per hoc ſit aliqua actio quæ competat filio contra patrem, ſed ex natura debitum dicitur, ita etiam quòd pater filium non defraudet. niſi iuſtam ingratitudinis cauſam committat filius. vnde inſtitui poteſt in ea, & tenet inſtitutio. Cum ergo vna in alia computetur, manifeſte apparet, quòd ambabus deductionibus vti non poteſt. Item dicit lex, quòd in teſtamento patris & filij, vna ſola quartæ deductio ſufficit. ff. ad l. Falci. l. in ratione. §. quod vulgo. & ff. de inoffic. teſtamẽ. Papinianus. §. ſi conditioni. & §. ſi quis impubes. & ff. ad Trebel. l. mulier. §. ſi hæres. & l. ſcribit Celſus. tamen ſi eligit Trebellia. nihilominus & illam quæ debetur iure naturæ, habere poteſt, ſcilicet quatenus plus eſt in ea quàm in Trebellianica, & econuerſo. 3. Hæc eſt communis opinio doctorum legum; ſed magis æqua videtur opinio canonica prout hic dicitur. & ĩ. cod. Raynaldus. in qua opinione fuit dominus M. & eius ſequaces. Alij voluerunt diſtinguere vtrum purè & ſimpliciter filius rogetur de reſtituenda hæreditate: aut ſub conditione, vel in diem: vt ſi pure, tunc vnam Falcidiam tantum habere debet: ſi in diem, vel ſub conditione, vtranque habebit. Bernar.

a ¶ *Conſuetudinem.*] vt ſi conſueuit deduci in ipſis rebus hæreditarijs, & non fructibus, inde deductio fiat: lex tamen vult ꝙ fructus in ea computentur. ff. de inoffic. teſtam. contra veteranũ. §. ſi conditioni. vt dictum eſt ſ. eo. cap.

b ¶ *Reſidui.*] Excipi tamen debuerunt iura ſepulchrorum, & operarum actiones. 4 ff. ad Treb. qa perinde. §. reſtituta. & l. ſi patroni. reſpon. 1. ſed & actiones quas Adiecta hęres quæſiuit perſonaliter credẽdo pecuniam hæreditariam, vel pignus accipiendo pro debito, non tranſeunt ex ſola reſtitutione, niſi cedantur. ff. ad Trebellianũ. ſi hæres pecuniam. ſed actionem habet vt cedantur, vt ibi dicit. L.

¶Gregorius ix. Nomoſi. † Epiſcopo.

¶ *Epiſcopus compellit fideicommiſſarios, ſeu executores teſtamenti ad exequendas pias voluntates defunctorum, etiam ſi teſtator hoc interdixiſſet.*

CAP. XVII.

TVa † nobis fraternitas intimauit, quòd nonnulli tam religioſi, quàm clerici ſeculares & laici, pecuniam & alia bona, quæ per manus eorum ex teſtamentis decedentium debent in vſus pios expendi, non dubitant alijs vſibus applicare. ¶ Cum igitur in omnibus pijs voluntatibus [c] ſit per locorum epiſcopos prouidendum, vt ſecundum defuncti voluntatem [d] vniuerſa procedant, licet etiã à teſtatoribus id contingeret interdici [e]: Mandamus, quatenus executores teſtamentorum huiuſmodi, vt bona

† Epi hodie tamq̃ ſedis Apoſtolicæ delegati omnium piarum diſpoſitionum ſunt executores. concilij Trid. ſeſſio. 22. de refor. c. 8. adde idẽ concilium ſeſſio. 25. in decreto de purgatorio, iam vnde ſumatur hoc c. gloſſa indicat.

4 Hoc intẽdit, quod ſi lius rogatus reſtituere. hẽt ius ſepulchri hæreditarij & operarũ, quas debebant liberti teſtatori, & deſcendentibus, etiã poſt reſtitutionem. Io. And.

5 Multa de his exẽpla vide ĩ Spe. de iſtr. edi. §. nunc vero aliqua. alia ẽ ſub. §. compendioſe. 18. eo. verſi. & ſcias ꝙ inter. Io. An.

T *Va nobis.*] Communis diuiſio. Primò conſultatio. Secundò reſponſio. Secunda, ibi. *Cum igitur.* Abbas.

Casus. Quidam in vltima voluntate ſua pecuniam, & alia bona relinquunt expendenda ad pias cauſas: & ad hoc faciendum deputant tam religioſos quàm clericos ſeculares, & etiam laicos executores: iſti cum deberent bona prædicta in pios vſus expendere, alijs vſibus contra voluntatem teſtatoris applicare præſumunt. ſignificatum fuit domino Papæ: & cum epiſcopi locorum debeant prouidere, vt omnes piæ voluntates defunctorum debeant adimpleri, etiam ſi teſtator illud prohibeat, mandat Papa epiſcopo diœceſis, quatenus compellat executores huiuſmodi teſtamentorũ, vt bona ipſa fideliter & plenariè in pias cauſas expendant ſecundum voluntatem defuncti. Nota, quòd epiſcopi poſſunt compellere executores teſtamentorum, vt voluntatem defuncti ad pias cauſas adimpleant.

c ¶ *Pijs voluntatibus.*] Nota, ꝙ relicta ad pias cauſas, 5 p diœceſanum epiſcopum debent executioni mandari, ſi illi quibus hoc commiſſum fuerat, non adimpleuerint. ĩ. eo. Ioãnes. ff. de pet. hære. hæreditas. §. 1. & C. de epiſc. & cle. nulli. & ſ. eo. ſi hæres. qui ad hunc caſum reſtringitur, in quo etiam caſu duo, vel tres teſtes ſufficiunt. ſup. eod. titu. cum eſſes. & cap. relatum. vt ibi dicitur. & hoc quod dicit hic, ſumptum fuit de Auth. de eccle. tit. §. ſi quis autem pro redemptione. colla. 9. vbi dicit Imperator: in omnibus talibus pijs voluntatibus defunctorum, volumus ſanctiſſimos epiſcopos prouidere, vt ſecundum voluntatem defuncti omnia procedant, licet teſtator, vel donator hoc prohibuerit.

¶ *Glo. ſeq. pro vltima rationabili voluntate ſeruanda inducit 4. iura. & pro non rationabili duo ponit exempla, dicens vltimam confirmatam per mortem.*

d ¶ *Voluntatem.*] quæ omnino ſeruanda eſt. 13. quæſtio. 2. vltima voluntas. & vltimum teſtamentum hominis immobile perſeuerat. inf. de celebra. miſ. cum Marthæ. §. cæterum. & nihil eſt quod magis debeatur hominibus, quàm vt ſupremæ voluntatis liber ſit ſtylus. C. de ſacroſanct. eccle. l. 1. & tanquam lex vltima voluntas ſeruari debet. in Authen. de nupt. §. diſponat. colla. 4. hoc intellige cum voluntas eſt rationabilis: nam ſi quis vult filium ſuum exhæredare ſine cauſa, talis voluntas non eſt ſeruanda. in Authen. vt cum de appella. cog. §. aliud quoque. collatio. 8. vbi enumerantur cauſæ, ex quibus filius poteſt exhæredari. Item ſi quis præciperet oſſa ſua proijci in mare: talis voluntas non eſt ſeruanda. ff. de conditio. inſtit. quidam. Sed voluntatem talem moriens poteſt mutare, quia ambulatoria eſt voluntas defuncti quouſque morte confirmetur. ff. de adim. leg. l. 3. & 4. & in prædicta decre. cum Marthæ.

e ¶ *Interdici.*] Teſtator enim non poteſt prohibere ꝙ eps

non exequatur eius voluntatem, vt in Authen. de eccl. titu. §. ſi quis autem pro redemptione, verſi. in omnibus. colla. 9. & eſt ratio: quia priuata diſpoſitio teſtatoris non poteſt generalem conſtitutionem legis, vel canonis immutare. ſuprà eodem requiſiſti. & ff. de lega. 1. nemo poteſt. ſim. 10. queſtio. 1. ſic quidem. ſic etiã lex falcidia contra voluntatem teſtatoris induci tur. C. ad l. Falcid. ſi vt allegas. & argumen. ff. ad l. Falcid. Titia teſtamento. & l. quod de bonis. in fine. & infrà titulo proxi. in fin. vbi de hoc.

† Vide l. ſi pupillorũ. §. ſi prętor. ff. de reb. eo. p Bald.

ipſa fideliter, & plenariè in vſus prædictos expendant †, monitione [a] præmiſſa compellas.

¶Idem.

¶ Filius rogatus reſtituere hæreditatem, detrahit tertiam iurę naturæ, & quartam Trebellianicam: in quibus poteſt legata relinquere, hæredes inſtituere, & pœnam imponere.

a ¶ *Monitione.*] Quę ſemper præcedere debet vindictam. 12. quæſtio. 2. indignè. & niſi hoc facerent, deberent perdere omne lucrum quod inde eſſent habituri: & epiſcopus illud poſtea exequatur, vt in prædicta Authent. de eccl. tit. Bernard.

R*Aynaldus*. Hæc decretalis eſt famoſa, & habet materiam, quæ multum dependet à legibus. Et diuiditur principaliter in tres partes: In prima ponitur facti narratio: In ſecunda auditoris pronunciatio: In tertia ſententiæ confirmatio. Secunda: ibi, *Dilectus*. Tertia: ibi, *Nos igitur*. Prima ſubdiuiditur. nam primo ponit teſtamentum Raynaldi: Secundò factum poſt eius mortem emergens: Tertiò ponit quæſtionem ex teſtamento, & ex facto prædicto poſtmodum ortam, & partium allegationes: Quartò iudicis diffinitionẽ: Quintò vtriuſque partis appellationem: Secunda: ibi, *Porro*. Tertia: ibi, *Demum*. Quarta: ibi, *Prefatus*. Quinta: ibi, *A cuius ſententia*. Secunda principalis ſubdiuiditur in quatuor. nam primò corrigit iudicis ſententiam tantum in vno articulo. Secundò in alio articulo ipſam confirmat: ibi, *Cæterum in eo*: Tertiò ſupplet quod primus iudex omiſerat: ibi, *Verum*: Quarta ſententiam quo ad alia confirmat: ibi, *Eodem*. Imola.

b ¶ *Raynaldus.*] Ad intelligentiam huius decretalis, Raynaldus. Pone caſum, quòd tota hæreditas Peponis valuit ſexaginta quatuor, in trigintaduobus factum fuit compromiſſum inter Raynaldum & patruos, & latum arbitrium: & in ipſis habebat Raynaldus quartam Trebellianicam, ſcilicet octo, quæ ſunt quarta pars de trigintaduobus. adhuc remanent viginti quatuor, in quibus habet tertiam iure naturæ debitam, ſcilicet alia octo, quæ bis octo, faciunt medietatem: alia verò medietas pertinebat ad patruum ex teſtamento Peponis: deducat ergo medietatem ſuam primo patruus, ſcilicet ſexdecim, modo remanent alia ſexdecim Raynaldo: Raynaldus iſte condens teſtamentum diuiſit iſta ſexdecim per medium, & legauit octo auunculis: in alijs octo inſtituit hæredes patruum & filios: dabuntur ergo octo auunculis pro legato ſuo: quia ſententiatum eſt pro eis: dabit ergo iſtis patruus medietatem, quatuor ſcilicet, quia confeſſus eſt pro medietate ſe poſſidere prædicta: & de iſtis quatuor deducet quartam partem per Falcidiam, vnum ſcilicet: habebunt ergo auunculi tres, & patruus vnum: aliam vero medietatem legati, ſcilicet quatuor, dabunt filijs: quia & ipſi inſtituti ſunt hæredes in bonis R. ſicut & patruus: & non deducent inde Falcidiam: quia Falcidia non deducitur niſi quando hæreditas eſt exhauſta legatis: habebunt ergo auunculi quatuor à filijs, & tres à patruo: & ita ſeptem, & patruus per Falcidiam vnum: & ecce completa ſunt octo, & ita expeditum eſt de iſtis octo, quæ Raynaldus legauit auunculis: Modo videamus de alijs octo, in quibus inſtituit patruum, & filios: de iſtis dentur quatuor filijs ſine aliqua diminutione, alia vero quatuor debebat habere patruus; quia ſi quis inſtituat patrem & filios hæredes, tantum debet habere pater ſolus quantum omnes filij. ff. de vſufruct. accreſcendo. l. ſi quis Titio. ſed quia patruus venit contra teſtamentum R. punitur: & dabuntur illa quatuor auunculis, neque deducet inde Falcidiam: quia Falcidia in pœnis locum non habet, ſic habent auunculi ſeptem ex legato, & quatuor ex pœna: & ita vndecim, & filij habebunt quatuor: ecce quindecim, & patruus vnum quod deduxit per Falcidiam, & ita ſunt ſexdecim: & ſic diuiſa ſunt iſta trigintaduo, ſuper quibus fuit compromiſſum. Nunc videamus de alijs trigintaduobus: in ijs ſimiliter R. habebat medietatẽ ratione quartæ & tertiæ, & patruus aliam medietatem ex teſtamento Peponis: deducat ergo patruus primo ſuam medietatem, ſcilicet ſexdecim: nunc remanent alia ſexdecim Raynaldo, in qubus inſtituit hæredes patruum & filios: modo iſta ſexdecim debent diuidi per medium inter patruum & filios: ſed quia patruus peccauit veniens contra teſtamentum R. (vt iam dictum eſt) punietur, & dabitur pars ſua ſcilicet octo, auunculis: de quibus octo nihil deducet patruus: quia in pœnam ſoluet illa: vt dictum eſt de alijs quatuor: alia verò octo dabuntur filijs: Habet ergo patruus ſexdecim ex prima computatione ex teſtamento Peponis, & vnum quod extraxit de legato per Falcidiam, & ita decem & ſeptem, & ex ſecunda computatione habuit ſexdecim, & ſic computatis omnibus, habet trigintatria: auunculi vero ex prima computatione habent vndecim, & ex ſecunda octo, ratione pœnæ, & ita habent decem & nouem: filij verò ex prima computatione habent quatuor, & ex ſecunda habent octo, & ſic habent duodecim: iunctis itaque duodecim filiorum, cum decem & nouem auunculorum, faciunt triginta vnum. ſi ergo coniungas triginta vnum cum trigintatribus, quæ habet patruus habebis ſexaginta quatuor, ſine aliqua fractura vnciæ, vel dimidiæ, vel quartæ, vel octauæ: Et intellige quòd ſecundum iſtam computationem auunculi debebant habere octo de toto legato, ſi patruus non veniſſet contra voluntatem Raynaldi: ſed quia contra venit, perdidit totam partem ſuam quam debuit in bonis habere, ſcilicet duodecim propter pœnam, ſed recuperauit vnum, ſcilicet Falcidiam: de alijs, ſcilicet quatuor, quæ reſtituit auunculis pro medietate legati eis debiti ex teſtamento R. & ita perdidit vndecim, & ita vndecim accreuerunt auunculis, & ita habent modo decem & nouem propter pœnam. Nota, quod modus pro conditione ſeruatur. Item forma compromiſſi ſeruanda eſt: vnde ſi in plures ſit compromiſſum, tertio abſente, vel mortuo cæteri poſſunt procedere, ſi hoc ſit dictum in compromiſſo, vt hic: alias non. Item ſi pluribus relictum fuerit fideicommiſſum, & vnus ſolus ſuperſtes eſt, illi debetur qui tempore exiſtentis conditionis ſolus inuenitur. Item verbum, quandoque, ponitur proprie & improprie, ſicut hic eſt in verbo, legauit. Item teſtator poteſt imponere pœnam hæredi, ſi ſuæ non parcat voluntati. Item legatum petendum eſt ab hærede, non auctoritate propria occupandum. Item ambæ partes poſſunt à ſententia appellare. Item litis conteſtatio facienda eſt coram iudice appellationis. Item duæ quartæ poſſunt deduci, ſcilicet debita iure naturæ, & Trebellianica. Item in legitima, quæ iure naturæ debetur, nullum grauamen poteſt imponi. Item ſententia pro parte confirmatur, & pro parte infirmatur. Item lex Falcidia inducitur contra voluntatem teſtatoris. Item ſi hæres fecerit inuentarium, vtetur beneficio legis Falcidiæ, aliàs non poteſt.

C A P. X V I I I.

RAynaldus [b] † Peponis filius hæres ab ipſo inſtitutus hoc modo [c], vt patruis ſuis hæreditatẽ reſtitueret, ſi abſque filijs maſculis [d] moreretur: cum eis [e] (mortuo Pepone) ſuper quibuſdam [f] bonis hæreditatis eiuſdem in tres arbitros compromiſit: quorum duo mortuo reliquo (prout ex

† De materia & intellectu vide ſ alijs hic Couarruuiam, et de intellectu breuiter Ferdinãdũ Vaſquium li. 1. de ſucce. creatio. §. 20. Torniellum & Marianum Socinũ in rubr. ff. de leg. 1.

¶*Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

c ¶[*Hoc modo.*] id eſt, hac conditione, 1 ſi ſine liberis maſculis moreretur, & ita modus pro conditione ſeruatur. C. de his quæ ſub modo relin. l. 1. Quæ ſit differentia inter modũ & conditionem, dicetur infrà de condi. appo. verum. & hæc verba hoc modo, potius fuerunt verba illius, qui condidit decretalem.

1 Hoc dicit qa legatũ ſub modo ſtatim petitur prę ſtita cautione de modo adimplendo. non ſic in eo qđ ſub cõditione debetur. ff. de condit. & demon. qui hæredi & l. quibus diebus.

d ¶ *Filijs maſculis.*] Nec ſufficit ipſum filios maſculos habuiſſe, niſi tempore mortis ſuperſtites fuerint. ſuprà eodem. Raynutius. ſuper hoc dic vt ſuprà de probationib. in præſentia. in gloſſ. quæ incipit, ingreſſus. & fuit hæc ſubſtitutio fideicommiſſaria. & de hoc dic, vt ſuprà eodem, Raynutius.

e ¶[*Cum eis.*] ſcilicet patruis.

f ¶ *Quibuſdam bonis.*] Iſti patrui forte aliqua poſſidebant de bonis Peponis ex inſtitutione, vel cauſa legati, vel etiam ſine aliqua cauſa: & ideo dicit ita quòd neutra pars haberet licentiam transferendi in aliam perſonam, vel forſitan ipſe Raynaldus omnia poſſidebat, quia forte remanſerunt indiuiſa inter Peponem, & fratres, vnde dicebant ſe habere ius in bonis illius.

a ¶ *Ex*

a ¶ *Ex forma compromiſſi.*] quia dictum fuit in compromiſſo, vt ſi omnes intereſſe non poſſent, duo arbitrarentur, aliàs non poſſent. ſic & cum plures ſint iudices. s̃. de offic. deleg. vno delegatorum. vt ibi.

¶ *Glo. ſeq. ponit dictum: quęrit, allegat duas leges, & vnam contra, & ſoluit.*

forma compromiſſi [a] poterant) procedentes, taliter arbitrati fuerunt: quòd neutra pars [b] haberet licentiã transferendi quocunque modo in alium, res prædictas [c], niſi in eorum filios maſculos, ex ipſis legitimè [d] deſcendentes: & quod contra hoc fieret, non valeret. Porrò dictus R. prolem non habens condidit teſtamentum, in quo medietatem [e] partis ſuæ, de rebus prædictis [f] quibuſdam auunculis ſuis, aliam verò medietatem, & reliqua bona paterna, vni ex patruis [g] ſuis, & eius filijs legauit [h]: adijciens [i], vt bona in quibus ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti hæredes R. poſſent ſuccedere, ſi venirent contra legatum dictis auunculis ſuis debitum, ad ipſos [k] pro determinatis portionibus deuenirent. Demum eodem R. naturæ debitum perſoluente, ac vno ex patruis [l] hæreditatem adeunte [m] prædictam: cum dicti auunculi, aduerſus eundem patruum, ac filios eius, coram iudice communitatis† Vrbenateñ. † mouerunt quæſtionem, petendo [n] pro rata [o] quæ ipſos contingit, legatum prædictum: & reſtitui eis, ſi contra ipſum illi venirent [p], quæcunque [q] occaſione teſtamen

b ¶ *Neutra pars.*] In forma huius arbitrij non eſt vis facienda 1, quia nihilominus trãſferri poſſunt bona illa, quia ſñiæ arbitri nõ paretur niſi metu pœnæ. C. de arbi. l. 1. & ſic non obſtante illo arbitrio tenuit legatum: vt j. dicitur. Sed illud poteſt quæri, an pœna ſit commiſſa, ſi aliquas de rebus illis legauit auũculis ſuis, perinde ac ſi inter viuos alienaſſet? Et videtur ꝙ pęna cõpromiſſi committatur. ff. de verb. ob. ſi ita quis promiſerit decem tibi dabo. §. ea lege. arg. ff. de leg. 2. peto. §. vlt. Eſt tamen cõtrarium arg. ff. de leg. 3. pater. §. fundum. vnde dicit Cardinalis, ꝙ non obſtante arbitrio tenuit legatum, nec alia alienatio propter arbitrium potuit impediri, ſi pœna compromiſſi committatur, vt dictum eſt: iudex tamen qui primo tulit ſententiam, hoc non putauit, imo credidit ꝙ arbitrium impediret legatum & hæredes, & ideo abſoluit, vt ſequentia docent.

1 Quo ad partem R. nã vt ſequitur quoad aliam quæ reſtituẽda erat ſuffi. ciebat prohibitio leg. C. cõia de leg. l. fi. & auth. ibi ſignata. Io. And.

c ¶ *Res prędictas.*] Super quibus fuerat compromiſſum, de alijs vero arbitri nihil dicere potuiſſent. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. de officio, & s̃. de arbi. cum dilectus.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

d ¶ *Legitimè.*] Videtur etiam ꝙ naturales filij debent intelligi per hoc verbum, quia & ipſi excludunt ſubſtitutum: vt ſi quis ſit rogatus reſtituere hæreditatem, ſi ſine filijs deceſſerit: ſed & ſi habet naturalem, 2 euaneſcit ſubſtitutio. ff. ad Trebel. ex facto. §. ſi quis rogatus. & l. hæredibus. in fin. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. in fi. ff. de leg. 2. cum pater. §. volo. ſi dixiſſet: ſi deceſſerit ſine liberis, tunc locum habet quod dicitur de naturali: ſed ex quo addidit, de legitimis, intelligẽdum eſt tantum de natis ex libero matrimonio: aliàs nihil operaretur hæc adiectio, legitimis: ſed debet operari. arg. ff. de leg. 1. ſi quando quis vxori.

2 Secus ſi legalẽ vel ciuilem tñ ff. de leg. 2. ita quis. in fi. de vtriſque no. infra qui fil. ſint leg. tãta. in gl. fi.

e ¶ *Medietatem.*] ſcilicet tertiæ, & quartæ, quam poterat legare, cuius dominium tranſiuit in legatarios adita hæreditate: ſed ſi intẽdiſſet legare medietatem omniũ rerum ſuæ partis, quarum medietas pertinebat ad patruum ex teſtõ Peponis, tunc dominium illarum non tranſiſſet in legatarios, cum res illæ ſint patrui, & illud locum hẽt cum teſtator rem ſuã legare intendit: ſed legatarius poteſt agere contra hęredem actione ex teſtamento ad totam rem, vel æſtimationẽ, & nõ actione in rem: ſed quantum pertinet ad caſum præſentem, non eſt multum circa hoc curandum: quia Raynaldus non legauit auunculis vltra illas partes quas poterat legare: nam tertiam & quartam habebat in bonis patris, quæ faciunt dimidiam totius hęreditatis: Nam ſua pars erat tertia, & quarta, & ipſe legauit auunculis medietatem ſuæ partis. id eſt tertiæ & quartæ, & ſic non poſſunt agere auunculi contra hæredem niſi ad medietatem tertiæ & quartæ: & hoc notare voluit infra vbi dicit: propter quod in rebus prędictis, &c. vſque ad pronunciauit. Ber.

f ¶ *De rebus prędictis.*] De quibus extitit compromiſſum, & poteſt intelligi quòd res illæ diuiſæ fuerunt inter R. & patruos. Bernar.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quęſtiones, quare dixit de vno ſolo patruo, & dupliciter ſoluit. & quomodo inter patruum, & filios hic fiat diuiſio.*

g ¶ *Ex patruis.*] qui forte ſolus ſupererat, & alij mortui erant: vnde fideicommiſſum illi ſoli qui ſuperſtes erat debetur: qui tempore exiſtentis conditionis ſolus inuenitur, ei debet in totum pręſtari, & filijs præmortuorum nihil debetur, qui ſunt mortui ante diem fideicommiſſi cedentem, ſcilicet antequam ille Raynaldus eſſet mortuus: vt C. de cad. tollen. l. vnica. §. ſi autem aliquid. & arg. C. de fideicom. ſi in perſona. & ff. de lega. 1. cum filiofamilias. in fi. & ff. ad Trebe. l. apud. §. vtrum. & accedit ad hoc quòd totum ei debeatur. ff. de condi. & demonſt. ſi quis legata. §. 1. & cum ſic legatur patruo & filijs eius, patruus ſolus habebit dimidiam, & filij cõmuniter aliam dimidiam. ff. de vſufr. accre. ſi quis Titio. & ſi alij patrui ſupereſſent, bñ potuit inſtituere quem voluerit de patruis ratione tertiæ & quartæ; ſed fideicõmiſſum debetur omnib. patruis.

¶ *Gl. ſeq. recite. per obiec. Inſti. de leg. §. ante hęredis.*

h ¶ *Legauit.*] Iſtud verbum ponitur ꝓpriè & impropriè: proprie quantum ad auunculos quibus legauit: impropriè quãtum ad patruum, & eius filios, quibus nõ legauit, ſed eos inſtituit hęredes. 3 vnde infra vocat eos hæredes, ſic ff. de offic. procon. & lega. l. 2. vbi dicit manumitti tam liberi quàm ſerui. ſic 28. diſt. preſbyterum. & j. eo. c. ver. executioni mandari. & auunculi egerunt contra ipſos tanquam contra hęredes petentes legata: aliàs non valuiſſet teſtamentum, quia non inueniretur aliquis inſtitutus. Inſtitu. de leg. §. ante hęredis inſtitutionem. niſi dictum eſſet: ſi non valet iure teſtamenti, valeat ſaltem ratione cuiuslibet vltimæ voluntatis. C. de codicil. l. vlt. §. id quoque.

†communi in antiqs.

†Vrbenetanen.

†Vrbeuentan.

†Vrbeuentarino.

3 Et ſupra dixit, ꝙ fecit teſtñi ꝙ nõ eſt ſine hæredis inſtitutione, de hoc. ſupra eo. cũ tibi. id aũt quod eos. inf. nominauit hæredes, ſufficeret, ẽt ſecũdum legẽ, quamuis in nulla re eos inſtituiſſet: ſed ſolum legaſſet. ff. de hær. inſti. l. 1. §. ſi aũt. ſic & ĩ Authẽ. vt cũ. de ap. cog. §. cæterum ſi hæredes. colla. 8. Io. And.

i ¶ *Adijciens.*] hoc bene facere potuit teſtator, quia poteſt pœnam imponere hęredibus, ſi non paruerint voluntati ſuæ. ſimile. Inſtitu. de leg. §. pœnę quoque nomine. eſt §. vlti. & C. de his quę pœnę cauſa l. vnica. dum tamen non ſit turpe, vel inhoneſtum quod teſtator pręceperit: vt ibi dicitur. & ff. de condi. inſtitu. quidam. & C. de inſtitut. vel ſubſtitut. reprehendenda.

k ¶ *Ad ipſos.*] ſcilicet auunculos.

l ¶ *Vno ex patruis.*] illo ſcilicet, qui fuit inſtitutus. vnde planius dixiſſet, patruo adeunte hęreditatem prędictam.

Additio. Et ſi quis patrem, & filios inſtituit hęredes, tantum habeat ſolus quantum & omnes filij. ff. de vſufruct. accre. ſi quis Titio. & ſi alij patrui ſupereſſent, hic potuit inſtituere quem voluit de patruis ratione tertię & quartę, ſed fideicommiſſum debetur omnibus patruis.

m ¶ *Adeunte.*] & ſic locum habet legati petitio. nam ſi ex teſtamento non adeatur hęreditas, deficit legatum, niſi ſit ita relictum, ꝙ à venientibus ab inteſtato pręſtetur. 4 ff. de teſta. tute. ſi nemo. aliàs eſt §. ſub l. pręcedenti. & C. de fideicom. l. eam quam.

4 Fallit etiã ĩ multis caſibus no. in l. eam quã. inf. alle. & de hoc in Spe. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua. ver. quid igiť ſi hæres. & ſeq. & eo. tit. de teſt. §. 1. ver. pone. nullus. Io. And.

n ¶ *Petendo.*] Legatum enim ab hęrede petendum eſt. C. de fideicõ. eam quam. & ſi citra voluntatẽ hęredis legatarius occupet legatum, teneť interdicto quorum legatorũ, ad ipſum reſtituendum hęredi. ff. quorũ le. l. 1. in prin. tñ poſtquam eſt adita hęreditas, ipſo iure dñium rei legatę tranſit ad legatarium recta via. ff. de fur. à Titio. ff. de leg. 1. ſi tibi homo. §. ſi ſeruus. vñ re legata nondum cõprehenſa, datur legatario rei vendicatio pro ipſo legato. C. cõia de leg. l. 1. ff. de condi. fur. ſed nec legatarius. & ſic agebatur pro legato rei vẽdicatione.

o ¶ *Pro rata.*] id eſt, pro dimidia.

¶ *Glo. ſeq. quęrit arg. negatiuè ponit opin. contrariam, quam approbat.*

p ¶ *Si contra ipſum venirent.*] Sed nunquid potuit ita formari libellus de iure: peto talem rem, & ſi contradixeris mihi, peto pœnam? & videtur ꝙ non: quia iudicium non debet eſſe in pendenti. ff. de iud. non quemadmodum. dicunt quidã contra: & lex illa loquitur in his quę pendent extrinſecus, nõ ex his, quę in ipſo iudicio aguntur, & ꝙ poſſet ſic formari libellus, eſt arg. C. locati. conductores. quod ſatis poteſt concedi arg. huius. cap. & propter lites dirimendas. Ber.

¶ *Hęc glo. & pręced. quę incipit, petendo: circa actionem diſtinguũt inter legatum & fideicommiſſum ſingulare, & fideicom. vniuerſitatis.*

q ¶ *Quęcunque occaſione.*] Ad hoc agebatur actione ex teſtamento,

ſtamento, & non rei vendicatione, quia iſtud erat quaſi fideicommiſſum vniuerſitatis, quia qui rogatur reſtituere, qcquid ad eum peruenit de hæreditate rogatus. videtur. ff. ad Trebellianum. l. cogi. & l. præcedenti. vnde non tranſit dominium in fideicommiſſarium, niſi facta reſtitutione re & verbo, vel ſaltem verbo. ff. eo. reſtituta. & facta reſtitutione, tunc dominium trāſit in fideicommiſſarium: etiā ſi nondum ſit nactus poſſeſſionem. ff. ad Trebellianum. facta. Hæc eſt differentia inter fideicommiſſum ſingulare, & vniuerſale: quia in ſingulari ſine aliqua reſtitutione tranſit dominium in fideicommiſſarium ſicut in legatarium. C. communia de leg. l. 1. & 2. ſecus in fideicommiſſo vniuerſitatis: ibi nō tranſit niſi facta reſtitutione. 1 vnde iſta alia non petebantur rei vendicatione: ſed actione ex teſtamento.

1 Textus eſt ad hoc cū ſuis fallen. in l. ſancim⁹. C. ad Treb.

†Vide l. ſt. vbi datur ratio huius dicti. ff. de mino.

ti eiuſdem R. ad ipſos peruenerant, vel poterant perueniſſe. præfatus iudex ab illorum impetitione ſuper legato ipſos abſoluens, ad reſtitutionem aliorum bonorum[a], ſententialiter condemnauit[b] eoſdem: A cuius ſententia cū ambæ partes[c] ad noſtram audientiam appellaſſent, petente vtraque parte dicti iudicis ſententiam infirmari, quatenus contra ſe fuerat promulgata, & quatenus pro ſe faciebat, executioni mandari: †Dilectus f. †n. O. ſancti Nicolai in carcere Tullian. diaconus Cardinalis lite coram ſe legitimè conteſtata[d], quoniam idem R. habebat in bonis quondam Peponis patris ſui, tertiam partem debitam iure naturæ, in qua grauari nequiuit[e], necnon quartam Trebellianicam[f], quam quilibet extraneus reſtitutione grauatus deducere potuiſſet †, propter quod in rebus prædictis auunculis legatis, portiones[g] eaſdem habuit R. præfatus, eaſque[h] potuit in vltima voluntate legare: & per hoc legatum tenuit vſque † ad tertiam, & quartam præfatas: licet[i] ipſas non expreſſerit in legando: pronunciauit[k] (non obſtante præmiſſo arbitrio, quòd nec † legatum teneret, non poterat impedire) iudicem ipſum[l], in eo quòd ſuper hoc dictum patruum in totum abſoluit, qui confeſſus eſt ſe pro medietate poſſidere prædicta, perperam iudicaſſe: condemnauitque ipſum ad reſtitutionem medietatis tertiæ & quartæ partis ipſius legati[m] pro rata[n], quæ dictos auunculos de ipſo contingit: & in reſiduo[o] præfati iudicis ſententiam confirmauit. ¶ Cæte-

†Id eſt, filius noſter. nam Papa ſingulares Cardinales, filios vocat, non fratres: exceptis Oſtien. Albaneſi. Portuen. Sabinen. Tuſculan. & Præneſtiñ. epis & ita ſeruat ſtilus curiæ Romanæ.

¶ *Glo. ſeq. quærit: & tripliciter ſoluit.*

a ¶ *Aliorum bonorū.*] Omnium, & hoc fecit iudex propter verba teſtatoris, qui dixit, ꝙ ſi patruus & filij venirēt contra legatum, quæcunque ad ipſos ex ſucceſſione iſtius poterant peruenire, deuoluerentur ad auunculos. Sed quare non dixit ſimiliter de rebus legatis, ſicut de alijs ꝙ deuenirent ad ipſos auunculos? Poteſt reſponderi, ꝙ de rebus legatis non dixit: quia non putabat iudex, quòd res deberent vel poſſent tranſire in alium aliquo modo: & hoc propter præceptum arbitrorum. vel forte ideo non dixit de rebus illis: quia non putauit iudex quod teſtator ſenſerit de rebus illis legatis, dum dixit ꝙ bona in quibus ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti hæredes poſſent ſuccedere, deuenirent ad auunculos: quaſi iſta generalia verba non pertinerent ad res de quibus dixerat ſpecialiter. arg. ff. de ver. ob. doli clauſula. nec viſum fuit iudici, quòd eaſdē res voluerit illos auunculos habere cum alijs reb. arg. ff. de pœ. ſanctio legum. & ar. ff. de leg. 3. hæres meus. §. 1. illa etiam videtur eſſe melior ratio: quia nulla fuiſſet abſolutio de rebus legatis, ſi poſtea cōdemnatio 2 facta fuiſſet in eiſdem, & ſic deluſoria videretur: ne alia via fiat quod alia via prohibetur. verum eſt, quòd patruus totum perdere debet, & ſatis colligitur per hanc literam, aliorum bonorum: & j. verſic. verum in portione: quia quicquid patruus potuit capere ex teſtamento Raynaldi, debuit perdere, non obſtante arbitrio, vt ibi dicitur, & illud totum fuit petitum per auunculos: & ex alia cauſa abſoluit, & ex alia cauſa condemnauit eoſdem.

2 Poterat tñ ex vna cā abſolui, & ex alia ſtatim condēnari. ad hoc inf. de accu. ad petitionem. Io. And.

b ¶ *Condemnauit eoſdem.*] ſ. patruum & filios. & in hoc ſ. ꝙ filios condemnauit, & in alio etiam pronunciauit, id eſt iudicem malè pronunciaſſe.

c ¶ *Ambæ partes.*] ſic ſup. eod. Raynutius. & ſup. de appella. ſi duobus.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

d ¶ *Conteſtata.*] Et ita videtur ꝙ litis conteſtatio faciēda ſit coram iudice appellationis. Sed contra videtur dicere lex, ꝙ non debeat fieri conteſtatio: cum iam ſit facta in prima cā. C. de temp. app. l. vlt. §. illud. & ſ. de app. per tuas. Satis poteſt dici, ꝙ in cauſa appellationis fiat conteſtatio de nouo. 2. q. 6. c. ſi autem. §. ſi quis in quacunque. nec tamen dicitur propter hoc fieri ſuper principali. quia ſuper alio videtur fieri cōteſtatio, quam in principali. Primo fuit conteſtatio facta directe ſuper re petita: in cā vero appellationis ſuper ipſa ſententia, ꝙ ſit iuſta vel iniuſta, & ſuper alijs quæ adduntur, ſup quibus nulla fuit conteſtatio in prima cauſa: tamen altera parte abſente poſſet iudex procedere ſine litis conteſtatione, vt dicit lex prædicta. C. de temp. app. & decre. per tuas. de appel. & ſ. de renunc. veniens.

e ¶ *Nequiuit.*] Hoc planum eſt, quia in legitima, quæ iure naturæ debetur, nullum grauamen, & nulla conditio apponi poteſt, & pro non adiecta habetur ſi apponatur. C. de inoffic. teſtam. quoniam in prioribus. & in Authē. de hæredi. & Falci. §. primum itaque. & §. ſi quis autem non implens. & ſ. eod. Raynutius.

f ¶ *Trebellianicam.*] & ita duæ quartæ poſſunt deduci. De hoc dicitur ſ. eod. Raynutius. vbi idem dicitur.

† Vide l. in rōne. §. qđ vulg. & ibi Bar. ff. ad l. Falc. & in Authē. de hæredi. & Fal. in princip.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. an filius rogatus in ſingulis rebus vel vna tantum, &c. ſol. quòd in ſingulis, ponit opi. contrariam quam probat tribus legibus, ad quas reſpondet.*

† Aliàs ita: vſq. ad tertiā & quartam partē præfatas.

g ¶ *Portiones eaſdem.*] imo habuit res ipſas in totum: nam quādiu viuus fuit habuit dominiū oīum rerū. dicitur aūt habuiſſe portiones eaſdem in rebus prædictis, id eſt, facultatem deducendi eaſdem portiones in ſingulis rebus: quia de ſingulis dēt fieri deductio tertiæ & quartę: licet quidam contrariū dicant, ꝙ filius in vna re ſola deducere poſſit tertiā iure naturæ, & quartā Trebellianicam. argu. C. fa. erci. filium. 3 & ff. de leg. 1. poteſt. ff. ad l. Falcidiam, ſi ex pluribus. Sed verum eſt, ꝙ de ſingulis rebus debet fieri deductio, & illa lex, filium. non obſtat: quia illud fuit ex voluntate patris: & illa lex, poteſt. non obſtat. quia ibi loquitur cum legata erat pars hæreditatis: vnde vnum legatum cenſetur, vel illud contingit de voluntate legatarij, & hæredis, vel ex officio iudicis: vt ibi dicitur. Illa, ſi ex pluribus. poteſt intelligi quando vni plures res legatæ ſunt: tunc ſi ſoluat aliquas integraliter, in alijs plenam Falcidiam retinere poteſt per doli exceptionem. Bernardus.

† quod ne &c.

3 Ibi filius rogatus reſtituere, ſi in fundo ſibi quartam retinuit, ſi aliquid ſupra quartā ibi habet reſtituere cogit. Ioā. And.

h ¶ *Eaſque.*] ſ. partes, tertiam & quartam. Ber.

i ¶ *Licet ipſas non expreſſerit.*] Non legauit tertiam & quartam expreſſe, dicendo de tertia & quarta, imo dixit de dimidia: vnde ſi recta fiat computatio, tantum facit tertia & quarta quantum dimidia, & econuerſo. v. g. hæreditas diuiditur in duodecim vncias. Inſt. de hæredi. inſti. §. hæreditas. ſi filius detrahit tertiam iure naturæ, detrahit quatuor vncias, & remanent octo, in quibus videtur quòd teneat fideicommiſſum, & de illis detrahitur quarta, ſ. duæ vnciæ: & ita tertia & quarta faciunt ſex, & ſic habebat dimidiam totius hæreditatis.

k ¶ *Pronunciauit.*] ſcilicet, Cardinalis Ber.

l ¶ *Ipſum.*] ſcilicet patruum.

m ¶ *Legati.*] quartæ ſcilicet. Ber.

n ¶ *Pro rata.*] quæ quidem virilis eſt: nam cum vna res pluribus legatur, quilibet ibi habet virilē: niſi alia mens 4 appareat teſtatoris. ff. de leg. 1. ſi pluribus.

4 Vt qa apparet euidenter primo legatario adēptū vel ꝙ teſtator voluit ꝙ vterque in ſolidum reciperet, quia tunc vni res debetur, & alteri æſtimatio: electione huius rei data ei qui prius cōteſtatus fuerit litē: & vno electo non redit ad alterum. hoc vult hæc lex, ſi pluribus.

¶ *Glo. ſeq. declarat quid ſit reſiduum.*

o ¶ *In reſiduo præfati iudicis.*] De quo reſiduo abſoluerat prior iudex patruum & filios: nam primus iudex in totū abſoluit patruum in legato, & male, ſed quo ad filios bene: ſed Cardinalis condemnauit patruum pro parte, ſcilicet in dimidia ipſius legati tertiæ & quartæ pro rata. in hoc infirmauit ſententiam prioris iudicis, in reſiduo autem confirmauit. & hoc totum intellige quantum ad legatum poſſeſſionum, quę legatæ fuerunt, de quibus compromiſſum fuit. In alia autem parte ſententię ſtatim ſequitur qualiter proceſſit Cardinalis: ibi, cæterum, &c.

o ¶ *Reſiduo.*] Auunculi petebant iure legati medietatem bonorum, de quibus fuit compromiſſum. Reſiduum iſtud conſiſtebat ſecundum intentionem prioris iudicis in illa medietate, à qua medietate abſoluit patruum & filios, non habito reſpectu ad teſtamentum Peponis, & hoc propter præceptū arbitrorum, quod tamen non impediat legatum, & conſiſtit

in ſex-

in ſexdecim ſecundum computationem noſtrã: & male pronunciauit in eo quod patruum abſoluit in totum, ſed quantum ad filios bene pronunciauit: ſed poſtea Cardinalis oſtenſo teſtamento Peponis, correxit pro parte ſententiam primi iudicis, condemnans patruum pro parte ſua, ſcilicet in quatuor, & in reſiduo, ſcilicet in octo, quantum ad filios, & in quatuor, quantum ad patruum confirmauit: & tamen in ſequẽti articulo perdit patruus illa quatuor, propter pœnam vno retento per legem Falcidiam. & ſic in veritate in octo conſiſtebat legatũ ratione tertiæ & quartæ. alia viij. pertinebant ad patruũ & filios ex teſtamento Raynaldi, & hoc ſecũdum computationem prædictam.

† hoc

† prædictarum.

rum in eo † quòd idem iudex dictum patruum, & eius filios totaliter in alijs, quę in ſecundo articulo [a] petita fuerant, cõdemnarat, malè ipſum pronunciaſſe [b] decreuit: quia filij eius contra voluntatem teſtatoris non inueniuntur aliquid commiſiſſe, cum nihil de petitis [c] reperti fuerint poſſidere. Verũ in portione, quam patruus habebat [d] in bonis illis [e], ratione quartæ & tertiæ prædictorum†, quas R. habuit in bonis [f] eiſdem†, in quibus [g] eius inſtitutio, & legatio, ac adiectio pœnæ tenebat, pro rata [h] eoſdem auunculos contingente de prædicto legato [i], confirmauit ſententiam iudicis ſupradicti: Eodem patruo, & eius filijs in reſiduo [k] abſolutis, & ſaluo [l] nihilominus ei ex iure inſtitutionis beneficio [m] legis Falcidiæ†, in reſtitutione [n] præfati legati, ſi infrà tempus legitimum [o] voluntati paruerit teſtatoris: cum † inuentarium [p] fecerit, & contra [q] voluntatem teſtatoris, lex Falcidia inducatur. ¶ Nos itaque ipſius Cardinalis ſententiam ratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus.

a ¶ *Secundo articulo.*] Duo fuerunt articuli. Primus in quo petebãtur res legatæ: Secundus, in quo petebantur omnia quæ ad patruũ & filios poterant peruenire ex teſtamento Raynaldi, ſi veniret contra legatum auunculo relictum.

† eiuſdem

b ¶ *Malè ipſum pronunciaſſe.*] quantum ad perſonas filiorum male pronunciauit: quia non venerant contra voluntatem teſtatoris in aliquo: male etiam pronunciauit contra patruum, quia condemnauit eum de omnibus alijs, quæ peruenerant ad eum ex teſtamento Peponis: quia in his quæ ſubiacebant reſtitutioni, ipſum non debuit condemnare, ſed de his tantum, quæ contingebant eum ratione tertiæ & quartæ, pro qua parte confirmatur ſententia: pro alia quæ debebat reſtitui ei: infirmatur: vt inf. dicitur.

c ¶ *Cum nihil de petitis.*] Et ita hæc eſt bona ratio: quia hic agebatur rei vendicatione, ſaltem quo ad legatum, vt ſuprà dictum eſt: vnde cum illi nihil poſſiderent, non poterant cõueniri rei vendicatione. C. de aliena. iudic. mu. cauſa facta. l. vnica. & ſupra de re iudica. examinata. quod ſic ageretur, patet ex eo quod dicit, quòd patruus fuit confeſſus ſe poſſidere, quia in reali actione quærendum eſt, an poſſideat quis an non. ff. de rei vendicatione. qui petitorio. & l. officium. & ſi dixerit ſe non poſſidere cum poſſideat, & hoc probetur, transfertur poſſeſſio in actorem, quamuis non probet rem ſuam eſſe. ff. eod. l. in rem actio. & quia nondum adiuerant hæreditatem, non poterant conueniri. & ante litem cõteſtatam hoc debet quæri, ne deluſorium ſit iudicium: vt hic patet.

d ¶ *Habebat.*] ratione illius inſtitutionis, quam fecit R. de ipſo.

e ¶ *Bonis illis.*] ſ. in alijs bonis & rebus, exceptis rebus legatis. vel poſſet intelligi de omnibus.

f ¶ *In bonis eiſdem.*] In ſingulis enim rebus habuit tertiam & quartam: vt dixi. Ber.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiec. de l. irritum.*

g ¶ *In quibus eius inſtitutio.*] ergo videtur quòd in ſola tertia & quarta teneat inſtitutio: quod falſum eſt: imo tenet in omnibus. C. ad legem Falcidiam, irritum. 1 ſed dicitur in eis tenere, quia in eis poteſt inſtitutus patruus grauari. in eo vero quòd ſubiacet reſtitutioni, grauari non poteſt, imo illud deducitur tamquam æs alienum, reſiduum vero diuiditur inter patruum & filios eius: fideicommiſſum enim hæreditatis ex teſtamento Peponis ſoli patruo debebatur, non autem eius filijs. Raynaldus autem inſtituit patruum, cui hęreditatem Peponis reſtituere tenebatur, cum illud quod eſt patruo reſtituendum ex teſtamento Peponis, illud habeat pręcipuum, & illud primo deducitur ſicut ęs alienum: vt in l. prædicta, irritum. In quo autem adiectio pœnæ non tenuit, illud autem quod Raynaldus reſtituere non tenebatur, & in quo grauari non potuit, quòd eſt tertia & quarta, illud diuiditur inter patruum & filios eius, quos Raynaldus inſtituit ſibi hæredes. argumen. C. ad legem Falcidiam. quamquam. & in hoc ſolo, ſcilicet tertia & quarta tenuit adiectio pœnæ: vt hic dicit.

1 Et iſtud ſatiſfacit contra legiſtas, in his quę de duab. quartis non deducẽdis tenẽt: vt not. ſup. c. Raynutius. ad fi. ſuper gl. antepe. Io. And.

h ¶ *Pro rata eoſdem.*] quaſi dicat, pro qua parte legatum contingit quemlibet de auunculis, pro ea parte quemlibet contingit illud quod pœnæ cauſa adimitur illi patruo: quia patruus noluit parere teſtatori dando legatum auunculis, ideo perdere debet illud quod capere poterat ex teſtamento Raynaldi. Vel dic, pro rata, id eſt, pro medietate tertiæ vel quartæ partis bonorũ Raynaldi, in quibus fuit inſtitutus, quam medietatem amittit patruus: quia contradixit legato, vt hic dicitur. & iſtam medietatem reſtituit patruus tanquã legatum.

† Vide l. ex facto. §. ſi. ff. de vulg. & pup.

i ¶ *Legato.*] quod 2 amittit patruus nominæ pœnę, id eſt, vno retento. Item amittit alias duodecim vncias.

† Cumque legitur in vulgatis, ſed male.

k ¶ *In reſiduo.*] Iſtud reſiduum poteſt intelligi dupliciter. quo ad bona Peponis quantum ad patruum, quia in illis condemnatio iudicis non tenuit, quę cõtingebant patruum per reſtitutionem ex teſtamento Peponis, in quibus nullam pœnam potuit imponere Raynaldus: & ideo abſoluitur patruus. Item quo ad bona Raynaldi quantum ad filios quos Raynaldus inſtituit: & quia non venerant contra voluntatem teſtatoris, & nihil inuenti ſunt poſſidere de rebus petitis, condemnari non debuerunt: vnde abſoluti fuerunt per Cardinalem.

2 In aliquot antiquis ita: qđ amittit patruus nomine pœnæ, i. duodecim vncias.

l ¶ *Saluo nihilominus ei.*] ſcilicet patruo.

¶ *Gl. ſeq. cum ſequenti recitetur per quæſtionem, an in eo quod de pœna ſoluitur, detrahitur Falcidia.*

m ¶ *Beneficio legis Falcidię.*] Iſtud eſt ita intelligendum, patruus id quod ſibi reſtituendum eſt, primò vt æs alienum (vt dixi) deducit de rebus illis, de quibus cõpromiſſum fuit, quæ continebuntur in primo articulo. De reſiduo, quod eſt tertia & quarta, tenetur præſtare legata, & de illis detrahit quartam Trebellianicam per legem Falcidiam. C. ad l. Falcid. in imponenda. & l. irritum, & l. quamquam. & ff. ad l. Falcid. quod de bonis. §. cum fidei. & C. de bon. autho. iudic. poſſ. l. 1. deducet autem Falcidiam de rebus legatis. Et forte intellexit Cardinalis, quòd deducet etiam de alijs, quæ cauſa pœnæ adimuntur eidem, quia illa legata ſunt illis auunculis, ſi fieret eis controuerſia de alio relicto. & ideo forte dicit infra de Falcidia, quæ inducitur contra voluntatem teſtatoris. ſed hoc non eſt verum: quia id quod pœnę cauſa accreuit, non incidit in legem Falcidiam. ff. ad l. Falcid. cum pater. in fine. & l. ſequen. argum. opti. Et quod prouiſum eſt ad pœnam, non debet trahi ad gratiam. ſuprà de tranſactio. inter corporalia.

n ¶ *Reſtitutione.*] id eſt, preſtatione.

o ¶ *Legitimum.*] quod dicitur tempus anni. hoc tempus cõputandum eſt à iuſſu iudicis. Si autem infra illud tempus nõ paruerit, tunc non poteſt vti beneficio Falcidię: imo perdit omnia, excepto illo quod ſibi debetur ex fideicommiſſo, in authentica de hęredibus, & Falcidia. §. illud quoque. columna prima.

p ¶ *Inuentarium.*] aliter enim beneficio legis Falcidię vti non poteſt, vt dicitur in Auth. de hered. & Falcidia. §. ſi verò non fecerit inuentarium.

q ¶ *Contra voluntatem teſtatoris.*] Hoc ideo dicit, quia contra voluntatem teſtatoris videtur hic retineri Falcidia de rebus ſpecialiter legatis: quia illas voluit teſtator. omnino pręſtari illis auunculis, ita quòd nulla contradictio fieret eis: vnde contra eius voluntatem Falcidia retinetur, & tamen retinetur nihilominus, quia contra voluntatem teſtatoris inducitur Falcidia. ff. ad legem Falcidiam, Titia. Sed & in alijs rebus quę cauſa pœnę auferuntur, ſi verum eſt, quod quarta retineatur, inducitur contra voluntatem teſtatoris: ſed non videtur quòd quarta retineatur in his quę cauſa pœnæ auferuntur, vt dixi ſupra in notula, iſtud eſt, &c. Nam teſtator cauſa pœnę omnia voluit auunculis præſtari. inducitur ergo Falcidia contra voluntatem defuncti. C. ad legem Falcidiã. ſi vt allegas. 3 & l. penult. & ff. eodem titu. quod de bonis. §. vltimo. Hodie verò Falcidia non poteſt induci contra voluntatem

3 Si pater filium quẽ rogauit reſtituere, certa re, p Falcidiam iuſſit eſſe contẽtum: filius ſtare non tenetur. Io. An.

1 Concor. tex. in Authē. ſed cū teſtator. & ibi Cyn. C. ad l. Falci.

luntatem teſtatoris expreſſam, 1 ſi teſtator certus de quantitate patrimonij ſui hoc prohibeat. in Authent. de hæred. & Falcidia. §. ſi vero expreſſim. ſed contra tacitam bene inducitur, vt bene dicunt leges prædictæ, ſi vt allegas. & ſequentes. Bernardus.

IOannes.] Diuiditur quia primò ponitur quæſtio. Secundò ſolutio: ibi, *Poſt*. Abbas Siculus.

Casvs. O. clericus ſanctæ Crucis legauit de bonis ſuis in vltima voluntate venerabilibus & pijs locis, & hãc voluntatem ſuam exequendam cõmiſit Ioãni clerico, & P. laico: & mandauit eiſdem, vt creditoribus ſatisfacerent: dicit Papa, quòd poſt mandatum ſuſceptum, per diœceſanum epiſcopũ compelli debent explere voluntatem defuncti, ſi fuerint negligentes. Not. quòd volũtates defunctorum ad pias cauſas per diœceſanum epiſcopum mandari debent executioni.

† De hac materia vide qd̃ ſanciuit cõcilium Tridē. ſeſſio. 22. de refor. c. 8. & ſeſſio. 25. in decreto de purgatorio. adde Spe. tit. de inſtr. edit. §. nunc vero aliqua.

† Aliàs ita: per diœceſanum epiſcopũ &c.

† adimplere.

a ¶ *Pijs locis.*] in quibus ſufficit minus legitima voluntas. 2 ſuprà eodem cum eſſes. & c. relatum.

b ¶ *De bonis ſuis.*] proprijs ſcilicet: quia de rebus eccleſiæ nihil poſſet legare. ſup. eod. quia nos.

c ¶ *Mandatum ſuſceptum.*] Mandatum ſuſcipere nemo cogitur. ſuſceptum vero neceſſe eſt adimplere. ff. commodati. in commodato. §. ſicut. ff. mandati. ſi quis alicui. §. qui mandatum. C. de procuratoribus. inuitus. ff. de arbitr. l. 3. §. primo. Bernardus.

† Vide notas noſtras in hanc decretalem.

† In vulgatis ita: pro cæteris.

† Seu anniuerſario.

† In antiquis ita: ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, ſiue alijs &c. nã dictio, die, nuſquã apparet.

¶ Idem.

¶ *Executor teſtamentarius, qui ſuſcepit illud officium, exequi compellitur.*

CAP. XIX.

IOannes † clericus, & P. laicus executores vltimę voluntatis O. clerici ſanctæ Crucis, qui venerabilibus, & pijs locis [a], de bonis [b] ſuis in vltima voluntate legauit: mandans inſuper ſatisfieri creditoribus per eoſdem: Poſt mandatum ſuſceptum [c], per † diœceſanum [d] cogi debent, teſtatori s explere † vltimam voluntatem.

¶ Idem.

¶ *Ponit quędam legata, in quibus non ſoluitur canonica portio, niſi fiat in fraudem.*

CAP. XX.

DE † his, quæ in ornamentis, vel pro eis †, ſeu fabrica, luminaribus, anniuerſario †, ſeptimo †, vigeſimo, trigeſimo die, ſiue alijs, ad perpetuum cultum diuinum leguntur eccleſijs, vel reliquis pijs locis, canonica [e] portio, (dummodo in fraudem [f] non fiat, vt ea epiſcopus, ſeu parochialis eccleſia debeat defraudari) deduci [g] non debet.

d ¶ *Per diœceſanum.*] ſic intelligitur. ſup. eo. ſi hæres. & cap. tua. nobis. vbi de hoc. Ber.

2 De hoc articulo vide qd hic ſentiat Hoſtienſis, & alij doctores, eſt em̃ ſatis ambiguus.

DE his.] Primò ponit dictum, in quo interſerit exceptionem: ibi, *Dummodo*. Abb. Sicu.

Casvs. De his quæ legantur in ornamentis eccleſiæ, vel ad cultum diuinum, vel anniuerſario, vel alijs pijs locis, canonica portio deduci non debet: dummodo iſta legata nõ fiant in fraudem, vt epiſcopus, vel parochialis eccleſia portione debita defraudetur. Nota quòd epiſcopus, vel parochialis eccleſia non debet habere portionem de his quæ leguntur in ornamentis eccleſiæ, vel ad cultum diuinum.

e ¶ *Canonica portio.*] Portio iſta diuerſimodè deducitur ſecundum varias conſuetudines locorum. inf. de ſepul. certificari. & ſuprà eodem requiſiſti. quandoque eſt tertia, & quandoque media. inf. de ſepul. cap. 1. & 2. & 10. q. 1. de his. & cap. antiquos. & c. decernimus. & quandoque quarta. j. de ſepul. cum ſuper.

f ¶ *In fraudem.*] Tunc non prodeſſet. ſ. eo. officij.

¶ *Gloſſa ſequens reddit rationem, & dat ſimile, & cauſam addit.*

g ¶ *Deduci.*] Hoc dictum eſt propter reuerentiam diuini cultus: multa enim propter religionem admitti ſolent, nam ſumma eſt ratio quæ pro religione facit. ff. de religio. & ſumpti. fune. ſunt perſonæ. in fi. vnde in caſu iſto minus legitima voluntas ſufficit. ſup. eo. cum eſſes. & c. relatum. ſic in his quæ ad pias cauſas relinquuntur, ceſſat Falcidia. C. ad l. Falc. Authen. ſimiliter. & in Authen. de ec. tit. §. ſin autem. coll. 9. vnde ſumptum eſt Auth. prædictum, ſimiliter. & ſic ceſſat Falcidia in teſtamento militis priuilegio militari. C. de teſtamẽ. mili. in teſtamento. C. ad l. Falcid. in teſtamento. Item ceſſat deductio iſtius partis in equis & armis fauore terræ ſanctæ. infrà de ſepul. in noſtra. Et hoc idem quod hic dicitur, habes. inf. de verbo. ſignifi. ex parte.

TITVLVS XXVII. DE SVCCESSIONIBVS AB inteſtato. 3

3 Quot modis dicatur qs inteſtatus decedere, tradit textus, & ibi doctores in §. 1. Inſti. de hæ re. quæ ab inteſta. defer.

De ſucceſſionibus ab inteſtato.

¶ *Suprà viſum eſt de ſucceſſionibus ex teſtamento: verum quia ſæpe homines decedunt ab inteſtato, & dubitari potuiſſet de ſucceſſione, ideo poſt rubricam præcedẽtem ſubijcitur iſta. Et ſcias, quòd inteſtatus dicitur qui nullum, vel non iure fecit teſtamentum. l. ſi. C. fami. erciſc. 4 Abbas.*

De hac materia tractatur 12. q. 3. c. 2. & q. 5. cap. vlt.

¶ Ex concilio apud Alteñ. † habito.

† Aliteñ. † Alteneñ. † Alteum, ſed Burchardus li. 1. decreti. c. 227. ita: Ex concilio apud Altheim habito, ca. 37. cui interfuit rex Conradus. Adde c. 1. eo. tit. in 1. compil.

¶ *Clericus bona propria dare poteſt cui vult: ſed ſi decedat inteſtatus, & non habet conſanguineos, ſuccedit eccleſia. h. d. iuncta gloſa.*

CAP. I.

SEd hoc ibidem inuentum eſt de epiſcopis, presbyteris, & clericis, vt † ſi per [h] hæreditatem, vel alio modo intuitu perſonæ [h], aliquid acquiſierint, donare eis liceat cui voluerint, dum viuunt. ¶ Si autem ante obierint, quàm hoc fecerint †, altari cui ſeruiunt omnia perpetuo ſanctificentur [i], & in ius eius † tradantur. [k]

† Dictio, vt, deeſt in omnib. manuſcriptis.

† perfecerint.

† Aliàs, eccleſiæ.

SEd hoc.] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Si autem*. Abbas.

Casvs. Omnes clerici generaliter de his quæ habent per hæreditatem, vel alio modo intuitu perſonę acquiſierint: dum viuunt, pñt inde facere quicquid eis placet: ſi vero ante moriantur quã de his diſpoſuerint, ſi conſanguineos non habent, in ius eccleſię debent tradi. Nota, quòd clericus poteſt teſtari ad libitum ſuum de omnibus acquiſitis intuitu perſonę ſuę, puta artificio, hęreditario iure, donatione amicorum, & huiuſmodi.

¶ Ex concilio Tribur. †

† Tribuñ.

¶ *Si olim ſeruus presbyter factus inteſtatus decedat, eius bona diuiduntur ſecundum formam hic contentam. hoc dicit, ſecundum intellectum ſingularem, qui hodie etiam tenet.*

CAP. II.

SAncto † concilio allatum eſt, quòd quidam laici

† Burchardus lib. 2. decreti c. 106. Iuo. par. 6. cap. 281. & c. 2. eo. tit. in 1. compil.

h ¶ *Intuitu perſonæ.*] ſic ſup. tit. proxi. quia nos.

i ¶ *Sanctificentur.*] id eſt, tanquam ſancta deputentur. ſupra de rerum permutatione, mancipia. 12. q. 2. de laicis. & q. 3. quicunque. Ala.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

k ¶ *Tradantur.*] Intellige hoc cum non habent conſanguineos, qui eis ab inteſtato ſuccedant: illi enim admittentur, & non eccleſia. 12. quæſtio. vlti. & cap. vltim. & quæſtio. 3. quicunque. & in Authen. de eccle. titu. §. ſi quis epiſcopus. colla. 9.

4 Scias ẽt q̃ materiã ſucceſſionũ quo ad deſcendentes & collaterales plene tradit Hoſt. in ſum. eo. tit. §. ſi. & Spe. eo. tit. per tot. Io. An.

SAncto.] Si presbyter inteſtatus decedat. de patrimonio ſuo fiunt quatuor portiones, prout hic habetur. Et non tenet hoc hodie ſecundum gloſ. & ſic vult quòd hodie iſtud capitu. ſit correctum. ſed huic lecturæ obſtat quod habetur ſupra in procemio, recuſatis ſuperfluis. Primò ponitur exceſſus relatio. Secundò prohibitio: ibi, *Interdicimus*. Tertiò peculij diuiſio: ibi, *Peculium*. Quartò pœnæ inflictio ibi: *Et ſi quis*. Abb. Sicu.

Casvs. Laici quidam habebant ſeruos: manumiſerunt illos, & ordinati ſunt in presbyteros: quando presbyteri iſti moriebantur, totam ſubſtantiam illorum laici ſibi vendicabant, tanquam de proprijs ſeruis: iſta relata ſunt in concilio: vnde ſtatuit concilium, quòd iſta decætero non fiant, ſed ſicut liberi facti ſunt ad ſuſcipiendum gradum & diuinum officium, ita nihil ab eis exigatur præter diuinum officium: ſed peculium illorum diuiditur in quatuor partes, quarum vna aſſignetur epiſcopo, altera eccleſiæ cui ſeruierunt, tertia pauperibus, quarta conſanguineis: quos niſi habuerint, epiſcopus eam in vſum eccleſiæ conuertat. Nota quòd laici nihil

hil

hil debent occupare de rebus clerici morientis. Item patronus in liberto poteſt retinere operas ſpirituales. Item ſubſtantia clerici motientis, diuidi debet in quatuor partes. vna epiſcopo, alia eccleſiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus idoneis danda. Item parentibus non idoneis nihil poteſt teſtari clericus moriens, vt puta hęreticis, vt infra de hæreti. vergentis.

improbè agunt contra presbyteros ſuos, ita vt de morientium [a] presbyterorũ ſubſtantia, partes ſibi vendicent, ſicut de proprijs ſeruis. Interdicimus itaque ne hoc vlterius fiat: ſed ſicut liberi facti ſunt ad ſuſcipiendum gradum, & agendum officium diuinum, ita nil ab eis præter diuinum [b] officium exigatur: ¶ Peculium verò ipſorum diuidatur in quatuor partes, quarum vna epiſcopo, altera † eccleſiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus aſſignetur: & ſi non ſint † idonei [c] parentes, epiſcopus eam recipiat, & in vſum eccleſiæ diligenter diſtribuat. Et ſi quis contra hoc pręſumpſerit, anathematizetur.

†Aliàs ita: altera vero eccleſi.

† ſunt.

¶ Innocentius tertius Murneñ. † Epiſcopo.

† Luneñ. † Niuerneſi.

¶ *Attingendo duos notabiles, & ſingulares intellectus huius cap. ſummatur ſecundum quemlibet intellectum: Et primo ſic: valet teſtamentum ad pias cauſas conditum per verba enunciatiua, etiam propter aliud prolata, quamquam ſucceſſio, ſeu teſtatio veniat ad excluſionem alterius eccleſiæ, Vel aliter ſecundum alium intellectum, & ſic: Per vnum teſtem de veritate, & per confeſsionem etiam incidenter factam, probatur oblatio, etiam quoad effectum conſequendi bona oblata.*

CAP. III.

CVm † dilectus filius Abbas de Bruſia, pro cauſa, quam aduerſus epiſcopum Eduen̄. habebat diutius expectaſſet, Abbas propoſuit antedictus, quòd archipresbyter de Alerio ad participationem [d] orationum monaſterio de Bruſia obtulit ſe & ſua [e]: & infrà. ¶ Sufficienter intelleximus eſſe probatum, quòd dictus archipresbyter agens in extremis, velut vltimam [f] exprimens voluntatem, aſſeruit ſe & ſua monaſterio [g] contuliſſe. vn-

†Cap. vnico. eo. titu. in 3. cōpil. Et quaten* in textu tā gīt de probando aliquem non eſſe ſanæ mentis, vide plene p̄ Frāciſcum Herculanū tra. de proba. negatiuę. in 2. modo.

¶ *Gloſſa ſequens diſtinguit, aut prēlatus teſtatur, aut non. Secundo caſu, aut res eius ſunt diſtinctæ, aut permiſtæ: & hoc caſu aut dubitatur an habuerit proprium, aut certum eſt habuiſſe. ſignat contrarium: & ſoluit.*

1 De materia huius gloſſæ, vide plene p̄ Couarruuiam in c. 1. ſup. de teſta. adde B. Thomã & Caietanum 2.2.q. 185. art. 6. & 7.

a ¶ *Morientium.*] cum decedit prælatus 1 de omnibus tam ante ꝓmotionem quàm poſt acquiſitis intuitu perſonæ, liberam habet poteſtatem teſtandi. ſupra capitu. proxim. & ſuprà de teſtamen. tua nobis. & 12. quæſtione 3. quicunque. & quæſtio. 5. fixum. in Auth. de eccl. titu. colla. 9. §. interdicimus. Si vero decedat inteſtatus, ſi ſunt diſtinctæ res, eius cõſanguinei ſuccedũt ſibi. 12. quæſtio. 1. ſint manifeſtæ. Si vero res prælati ſunt permiſtæ cum rebus eccleſiæ, tunc diſtingue, aut dubitatur an habuit proprium, aut certum eſt quòd habuit: ſi dubitetur, ſemper pro eccleſia eſt præſumendum, & totum vendicabit eccleſia. argumen. 12. quæſtio. 3. quicunque. ff. de reb. dub. ciuibus. 2 ſic in vxore. ff. de donatio. inter virum & vxorem. Quintus Mutius. & C. eodem titu. etiam. Si verò certum eſt, quòd aliquid habuit, ſed neſcitur quantum, obtinet huius capituli diſtinctio: nec immeritò, quia nullus hæres nobis proximior eſt, quàm qui nos Deo ſociauit. ſuprà de pœnis, presbyteri. licet contradicere videatur 12. quæſtio. 4. capitu. 1. vbi dicitur, quòd ſi ſit dubium, quòd æqua debeat fieri diſtributio inter eccleſiam & hæredes ſacerdotis. Sed dic quòd in alio caſu loquitur hoc capitulum quàm illud. hoc capitulum intelligitur de illis presbyteris, qui ex ſeruis facti ſunt presbyteri. quod videtur verius: vt dicit Lauren. 3 Non credo quòd hodie haberet locum talis diuiſio, imo credo quòd ſi aliquid haberet intuitu perſonæ, quòd conſanguinei ei ſuccedunt ab inteſtato. Si conſanguineos non haberet, tunc eccleſia ei ſuccederet. 12. quæſtio. vltim. capitu. vltim. infra. cap. proxi.

2 Vide ſup. eo. requiſiti. ſup glo. hic reſpondet. Io. An.

3 Goff. & Hoſt. Pe. & Abbas. qui hoc ꝓbant per verſi. ſ. presbyteros ſuos, ſ. olim. ſed melius probat ver. ſicut liberi facti ſunt, &c. & ver. peculiũ, ſ. reſpectu prioris ſtatus. Io. An.

b ¶ *Præter diuinum.*] Argumen. quòd patronus poteſt tenere operas ſpirituales in liberto, quem manumittit ad clericatum. argum. ſup. de ſer. non ordin. nullus. 54. diſtinctio. frequens. Alanus.

c ¶ *Non ſunt idonei.*] puta hæretici. 24. q. 2. ſane profertur. j. de hære. ſi quis epiſcopus.

CVm *dilectus.*] Rector eccleſiæ dicitur inteſtatus, ſi nullum facit teſtamentum, vel fecit, ſed furioſus, & tali ſuccedit eccleſia, ſi non habet conſanguineos: ſecus autem ſi apparet illum fuiſſe monachum, vel ſana mente teſtatum. ſic ſummat Ioan. Andr. & communiter doctores ſequentes, ſed hæc ſummatio de nihilo prouidet, nec continet in ſe aliquam difficultatem. Diuiditur in quatuor partes. In prima parte ponitur factum deciſum. In ſecunda motiuum Papæ ad ſententiam. In tertia allegatio epiſcopi diffinientis. In quarta diffinitiuæ commiſſio. Secunda: ibi, *Sufficienter*. Tertia: ibi, *Quia vero*. Quarta: ibi, *Nos cauſam.* Abbas Siculus.

CASVS. Archipresbyter dę Alerio ſe & ſua obtulit monaſterio de Bruſia: tandem dum ageret in extremis, voluntatem vltimam exprimendo aſſeruit ſe & ſua monaſterio cõtuliſſe: & ſic deceſſit. Epiſcopus Eduen̄. diœceſanus eius, occupauit quædam bona, quædam ipſius archipresbyteri, & etiam quędam bona monaſterij: vnde ſuper bonis iſtis cauſa commiſſa fuit iudicibus, coram quibus petebat Abbas de Bruſia, monaſterio ſuo reſtitui quicquid epiſcopus de bonis archipresbyteri, aut etiam monaſterij occupauerat: & econuerſo petebat epiſcopus ſibi reſtitui nomine parochialis eccleſiæ, cuius ille fuerat archipresbyter, quicquid de bonis dicti archipresbyteri monaſterium detinebat: ad probandam intẽtionem ſuam abbas teſtes induxit: Tandem cauſa delata eſt ad Papam: ipſe vero examinato negotio diligenter, intellexit eſſe probatum quòd archipresbyter dum ageret in extremis, voluntatem vltimam exprimendo, aſſeruit ſe & ſua monaſterio contuliſſe: & cum requiſitus fuiſſet vt conderet teſtamentum, reſpondit ſe non poſſe teſtari: quia ſe & ſua dederat monaſterio: & vnus de teſtibus dixit ſe vidiſſe quando ſe & ſua obtulit monaſterio, & teſtes alij dicebant ſe audiuiſſe ipſum archipresbyterum in præſentia abbatis confitentẽ q̄d prædictum eſt adiuuantes plurimum aſſertionem abbatis, non tanquam probarent ſufficienter, ſed tanquam vehementer adminiculum præſtabant: ſed quia ex aduerſo pars epiſcopi aſſerebat, quòd dictus archipresbyter in extremis agens alienatus erat à mente, vnde non valuit quod dicebat: Papa cauſam ipſam commiſit ſub hac forma, quòd niſi epiſcopus probauerit archipresbyterum non fuiſſe ſanę mentis cum vltimam voluntatem expreſſit, imponatur ei ſilentium ſuper impetitione monaſterij, & compellatur reſtituere monaſterio quicquid occupauit de bonis illius archipresbyteri, aut ẽt monaſterij: Si vero probauerit illum alienata mente dixiſſe prędicta, condemnetur monaſterium ad faciendam epiſcopo reſtitutionem nomine parochialis eccleſię, omnium bonorum, quę fuerunt ipſius archipresbyteri; cum ipſe archipresbyter ab inteſtato deceſſerit, nec habuit conſanguineos, & ipſi monaſterio ſilentium imponatur. Nota, quòd vnus teſtis cum alijs adminiculis vehementibus fauore religionis ſufficit ad fidem faciendam. Item furioſus non poteſt facere teſtamentum: id eſt, qui eſt mente captus. Item publicatis atteſtationibus poſſunt teſtes induci ſuper nouo articulo pendente ex priori. Item, quis poteſt probare negatiuam, ſi includit in ſe affirmatiuam. Item epiſcopus poteſt agere pro eccleſia ſibi ſubiecta.

d ¶ *Participationem.*] Propter hoc non fuit monachus, nec etiam ſtetit in habitu monachali: vt apparet ex antiqua, 4 cum hoc non ſufficiat ad monachatum.

4 Hãc antiquã habes in loco citato initio huius capitis.

e ¶ *Se & ſua.*] Et poſtmodum in extremis agens confitebatur publice, quòd non poterat facere teſtamentum, quia ſe & ſua contulerat monaſterio. & hoc vltimum probauit Abbas per teſtes, primum articulum non probauit niſi per vnicum teſtem: quod non ſufficit. B.

f ¶ *Vltimam.*] quaſi dicat: ſi hęc verba non expreſſè hoc dicant, tamen tacitè vim obtinent vltimę voluntatis. Bernardus.

g ¶ *Monaſterio.*] Per hanc probationem obtinebit Abbas, ſi epiſcopus non probauerit archipresbyterum verba iſta alienata mente dixiſſe. nec intelligas, quòd ex his verbis probetur dictum archipresbyterum fuiſſe oblatum dicto monaſterio cum ſuis rebus, ſiue monachum fuiſſe, ſed probatur quòd voluit ſua bona ad monaſterium perueniſſe: & quęlibet verba, per quę declaratur intentio teſtantis, ſufficere vidẽtur. ff. de fun. inſtr. & inſtru. leg. cũ de lanionis. §. aſinam. ad fin.

ad fin.& ff.de ſup.lega. l.Labeo.ad fin. nemo enim æſtimandus eſt dixiſſe,quod non mente cogitauerit.Ber.

a ¶ *Contulerat monaſterio.*] Vnde ex tunc ceſſat eius iudicium.19.q.vlt.c.ſi qua.

b ¶ *Vnus teſtis.*] Vnus teſtis ſolus non ſufficit ad probationem. ſuprà de teſt. licet vniuerſis. 4. quæſtione 3. ſi teſtes. §. iuriſiurandi. Tamen ſi aliȩ preſumptiones adſint, ſufficit: vt hic dicitur, & ſuprà de teſtibus præterea. & ſuprà de præſumpt. literis. & capitu. 3. Sed non videntur ſufficere huiuſmodi adminicula ad probandum intentionem abbatis, ſcilicet quòd dictus archipreſbyter monaſterio obtulit ſe & ſua, 1 cum litera dicat, non tanquam ſufficienter probantes, ſed adminiculantes &c. vnde non debuit admitti epiſcopus ad probandum, ꝙ archipresbyter fuiſſet mente alienatus,quando in extremis agens dicebat, quòd non poterat facere teſtamentum. Vel dic quòd iſta adminicula ſufficiunt cũ vnico teſte, & ideo audiri debet epiſcopus ad probandum quòd iſte archipresbyter erat furioſus, cum verba illa expreſſit: quo probato ſolus teſtis remanet, & ſic obtinebit epiſcopus:aliàs ſuccumberet: quia ſi obtulit ſe probaturum prȩdicta,mos ei gerendus fuit. ff. de proba. circa eum. Bernardus.

† conteſtari

† dictum

1 Verũ eſt ꝙ iſta verba nõ ſufficiebant ad probãdum monachatum ſed ad probãdum vltimá voluntaté bene: vt dictum eſt in 4.gl. Ioan. And.

† Aliàs ita: alienatus erat à mente.

† ipſam

de cum requiſitus eſſet vt cõderet teſtamentum,reſpondit ſe non poſſe teſtari†:quia ſe & ſua contulerat [a] monaſterio ſupradicto, & licet vnus teſtis [b] ſolus dixerit ſe vidiſſe, quando ſe & ſua obtulit monaſterio: quia tamen alij teſtes dixerunt ſe audiuiſſe ipſum in abbatis præſentia qđ prædictum†eſt confitentem [c], non tanquam ſufficienter probantes [d], ſed tanquam vehementer adminiculantes aſſertionem abbatis, plurimum adiuuabant. Quia verò pars epiſcopi aſſerebat ſe velle probare, quòd dictus archipresbyter in extremis laborans, tanquam phreneticus alienatus† erat mente,vnde non valuit quod expreſſit: ¶ Nos cauſam illam†tibi ſub hac forma duximus committendam: quòd niſi præfatus epiſcopus legitimè probauerit ſæpedictum archipresbyterum, ſuæ mentis compotem [e] non fuiſſe,cum vltimam [f] voluntatem expreſſit, ſuper impetitione monaſterij perpetuum ei ſilentium imponatur, & compellatur reſtituere monaſterio, quæcunque de bonis ipſius archipresbyteri, vel etiam monaſterij occupauit. Si verò legitimè probauerit, archipresbyterum, quæ ſuper vltima voluntate ꝑmiſſa ſunt, alienata mente dixiſſe, ad faciendam ei nomine parochialis eccleſiæ (cuius ipſe† adminiſtrationem geſſerat dum vixiſſet) reſtitutionem [g] bonorum, quæ ipſius archipresbyteri fuerant, monaſterium condemnetur, cum idem archipresbyter ab inteſtato deceſſerit:ipſique monaſterio ſuper impetitione [h] epiſcopi ſilentium [i] imponatur.

c ¶ *Confitentem.*] Videtur quòd talis confeſſio deberet ſufficere ad hoc vt teſtatus deceſſiſſe dicatur, licet nullum aliud teſtamentum appareret. ff.de donationibus,ex hac ſcriptura. vbi omnino ſtatur verbis teſtantis. Quare ergo requiritur hic alia probatio? Reſponderi poteſt, quòd lex illa loquitur in eo caſu, quando per talia verba aliquis exprimit vltimam voluntatem, aliàs talibus verbis non eſt credendum, niſi hoc iuraſſet in teſtamento. C. de probat. Authent. quod obtinet. 2 & tunc hæredes neceſſe habent ſtare illi voluntati. C. de fideicommiſ.Authen.hoc amplius. Vincentius. Scriptura illius legis ſolemniter facta fuit dum viuebat teſtator, qui fecit teſtamentum, ſed ille archipresbyter dum viuebat nullam fecit ſcripturam de verbis illis,& ideo poſt mortem illa confeſſio debet probari per teſtes, prout abbas dicebat in ſua petitione,ad hoc vt ſufficeret vnus teſtis,& tamen per ſe ſufficerent. Bernardus.

2 Hic auté non loquit in donatione vel legato: ſed in debito quo quis in teſtõ ſe cõfitetur obligatum: in quo maius ſit præiudiciũ hȩredi: quia nõ deducit Falcidiam, ſed ĩ primo deducit:et de hoc, & an cõfeſſio ꝓiudicet filio quo ad legitimam in Spec. de confeſ. §. nunc vidẽdum. verſi. nunc ſequitur videre. Io. And.

d ¶ *Probantes.*]ſcilicet quòd obtulit ſe & ſua.Ber.

e ¶ *Compotem.*] Hoc ideo dicit, quia furioſus non poteſt facere teſtamentum. C. qui teſtament. face. poſſunt. furioſum. & ita epiſcopus ille probabit iſtam negatiuam: & hoc eſt,quia habet in ſe implicitam affirmatiuam, hanc ſcilicet: quòd tunc erat furioſus. ſic ſuprà de renuncia. ſuper hoc. & C.de codi.nec codicillos. & ff. de condi. inſtitu. quidam. ff. de probatio.ſi filiusfamilias.contra.3. quæſtio.9.indicas. ſed ibi archiepiſcopus tenebatur probare epiſcopum illum fuiſſe ſanæ mentis, quia conſtabat illum prius fuiſſe furioſum. Tancredus.

f ¶ *Vltimam voluntatem.*] Teſtamentum enim hominis tantum morte confirmatur, & immobile perſeuerat poſt mortem.j̃.de cele.Miſſa.cum Marthæ.& 13.q. 2. vltima voluntas.& C.de ſacroſan.eccl.l.1.Lau.

g ¶ *Reſtitutionem.*] Si intelligas donationem hanc factam de bonis eccleſiaſticis,de quibus intelligendum eſt, certe illa donare non potuit. ſuprà de teſtamen. cum in officijs. & capitu. quia nos. ſi de patrimonialibus. in iſtis nihil iuris habuit epiſcopus. Dicas quòd de proprijs ſiue patrimonialibus hoc eſt intelligendum: & hoc conſtabat: aliàs præſumuntur eccleſię,& loquitur in eo caſu 3 cum non appareret hæres. 12. quæſtione vltim.capitu.vltimo. & in Authen. de eccle.titu.§.ſi quis epiſcopus. collatione nona, eccleſia enim eſt proximus hæres. infrà de pœnis.presbyteri.ſimile ſuprà eod. cap. 1. Ioan.

3 Idem Innocentius, & Hoſtienſis. Io.An.

† Dictio, ipſe, deeſt vt plurimũ in antiquis.

h ¶ *Impetitione.*] Sed nonne epiſcopus dixit ſibi ius.ergo debuit cadere à iure ſuo? Sed hoc non debet redundare in damnum eccleſiæ.16.quæſtio. 6.ſi epiſcopum. imo verius dicas, quòd pœna illius conſtitutionis, ſi quis in tantam. C. vnde vi. nõ habet locum in bonis iacentis hæreditatis,vnde legatarius qui legatũ auctoritate ſua capit ante aditam hæreditatem, non punitur in alio, niſi quia reſtituit poſſeſſionem. ff. quorum legatorum. l. 1.reſpon. 1. ſecus eſt ſi poſt aditam hæreditatem.C.de leg. non dubium.

† In vno vetuſtiſſimo Vaticano ita: De ſepulturis mortuorũ.

i ¶ *Silentium.*] ſi primo ſana mẽte ſua obtulit Deo: nonne debet Papa tueri ſuam donationem inter viuos,licet in morte non fuerit ſanæ mentis, cum adhuc in eodem propoſito intelligatur durare. infrà de baptiſmo & eius effectu, maiores. ad finem? Præterea cum ille qui ab inteſtato debet ſuccedere, immenſam donationem defuncti reuocat, non in totum reuocat,ſed quantum ad quartam ſufficiat. C.de inoffic. dona. l.1.ſuprà titu.proxim. Raynutius. imo in vita ſua omnia donare potuit.ſuprà eodem capitu. 1. Solu. Abbas non probauit donationem factam fuiſſe inter viuos, niſi per vnum teſtem: & alij qui probant illam quam expreſſit in vltima voluntate dum ageret in extremis, nõ probant oblationem inter viuos. Illa autem obiectio de inofficioſa donatione non habet hic locum: quia querela de inofficioſa donatione non datur niſi illis quibus aliquid relinqui neceſſe eſt.C. de inoffic.dona.ſi totas.ſed eccleſiæ ſacerdotes non tenentur aliquid legare de ſuis proprijs,niſi velint.Laurent.

† Poſt concilium Lateranẽ. ſub Alexan.iij. par. 43.c. 2.& cap.3. eo.tit.in 1. compila. Et vide ca. 2.eod.titu. lib.6.

TITVLVS XXVIII.

De ſepulturis. †

¶ Leo tertius.

¶ *Decedens inteſtatus ſepelitur in ſepulchro maiorum,vel vbi eligitur ſepultura: parochialis tamen eccleſia habebit canonicam portionem eius quod reliquerit eccleſiæ ſepulturȩ. hoc dicit ſecundum veriorem intellectum.*

CAP. I.

NOs†inſtituta maiorum patrum conſiderantes: Statuimus, vnumquemque

DE SEPVLTVRIS.

¶ *Suprà viſum eſt de ſucceſſionibus ex teſtamento, & ab inteſtato, quȩ capiunt effectum poſt mortem:vt in c. cum Marthȩ. de cele. Miſ.vnde cum fuerit viſum de bonis defunctorum, merito reſtabat videre de ſepulturis eorum: nã omnes morimur, & ſicut aqua dilabimur ſuper terram.2.Reg.14. c. & in c.in eccleſiaſtico.13.q.2.ideo. Abb.*

De hac materia tractatur 13.q.2.& q.1.c.1.

N*Os inſtituta.*]Tria ſunt dicta.Secundũ:ibi,*Nulli.* Tertium:ibi,*Sed quia.*Abbas.

CASVS. Statuit Leo Papa,quòd quilibet debeat ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, ſecundum quòd fecerunt antiqui Patriarchæ: verumtamen

nulli

nulli negandum eſt propriam eligere ſepulturam, etiam alienam: quia & dominus hoc fecit: ſed quia dignus eſt mercenarius mercede ſua, tertiam partem iudicij ſui, illi eccleſiæ præcipit dari, in qua ſepeliri debeat, vel debebat ſi non elegiſſet alibi ſepulturam, & vbi dum viuebat cęleſti pabulo refici conſueuit: quod ſi fecerit, vbicunque voluerit eligat ſepulturã: & ne aliter fiat præcipit Leo Papa ſub pœna excommunicationis. Nota, quòd debemus eligere ſepulturam vbi maiores noſtri ſepulti ſunt, quod verum eſt de honeſtate. Item licitum eſt alienam eligere ſepulturam. id eſt, in alieno loco: vt patet per exemplum Domini, qui ſibi elegit ſepulturam Ioſeph. Item eccleſiæ parochiali relinquẽda eſt ſua portio, cum quis eligit ſibi ſepulturam. Item nullus debet terminos tranſgredi à ſanctis patribus conſtitutos.

Geneſi. 49. Exod. 14. Luc. 10.

†Aliter vero ne fiat, &c.

1. Theſſ. 5. 2. Cor. 1.

Prou. 22.

in maiorum ſuorum [a] ſepulchris iacere: vt Patriarcharum [b] exitus docet. Nulli tamen negamus propriam [c] eligere ſepulturam, & etiam alienam: Dominus enim & magiſter, alienam elegit [d] vt propriam. ¶ Sed quia dignus eſt operarius mercede ſua, tertiam partem [e] ſui iudicij [f], illi eccleſiæ dari cenſemus, in qua cœleſti pabulo [g] refici conſueuit: vt iuxtà Apoſtolum ſint conſolationum [h] ſocij, vt fuerunt paſſionum: & ſic demum vbicunque libitum fuerit, eligat ſepulturam. Aliter ne † fiat auctoritate Domini noſtri, qui per prophetam locutus eſt dicens: Ne tranſgrediaris [i] terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, ſub anathematis vinculo deteſtamur, & cõtradicimus.

¶ Leo Papa omnibus fidelibus per Dardaniam conſtitutis.

¶ *Qui conuertitur ad monaſterium, medietatem bonorum, quæ pro anima ſua diſpoſuit, tenetur relinquere eccleſiæ parochiali.*

CAP. II.

Relatum † eſt auribus noſtris: & infrà. ¶ Mandamus, vt quicunque amodo in monaſterio [k] conuerti voluerit, ſiue in morte, ſiue in vita [l], omnium rerum, & poſſeſſionum, quas pro ſalute animæ ſuæ decreuerit [m] diſponere, medietatem [n] eccleſię [o], ad quam dignoſcitur pertinere, relinquat.

¶ Innocentius tertius † Genuenſi † Archiepiſcopo.

¶ *Vbi quis ſepulchro maiorum relicto, eligit ſepulchrum in loco minus religioſo, dolo inductus, ſeu ex contemptu, ſeu non dimiſſa eccleſiæ ſuæ canonica portione expreſsè vel tacitè, non tenet electio. hoc dicit, ſaluando iſtum textum quantum fieri poteſt.*

CAP. III.

Fraternitatem † tuam non credimus ignorare, mortuorum ſepulchra, & cœmiteria, apud illas eccleſias & monaſteria, ex antiquo [p] eſſe diſpoſita, in quibus religioſorum [q] fratrum conuentus ſunt conſtituti, & orationes atque miſſarum ſolemnia tam pro viuis quàm pro defunctis, fre-

a ¶ *Suorum.*] Et ita loqnitur de indigena. Lau.

b ¶ *Patriarcharum.*] qui in ſepulchris patrũ ſuorũ ſunt ſepulti. 13. quæſtio. 2. capitu. vnaquæque. §. Ioſeph.

c ¶ *Propriam eligere.*] Et ſic videtur, quòd quilibet adultus & diſcretus poſſit ſibi eligere ſepulturam, vbi voluerit. argumen. inf. eo. in noſtra. hoc verum eſt, dum tamen eligat locum magis religioſum. infrà eodem, fraternitatem. vbi de hoc. & infrà cap. proximo Ala.

† Iuo parte 7. decreti. c. 150. Anſelmus lib. 5. c. 51. & c. 4. eo. tit. in 1. comp. Vide ca. 2. & ibi, tradita p doctores de ſepul. libro 6.

d ¶ *Alienam elegit.*] quia natus in Bethleem, nutritus in Nazareth, ſepultus fuit in Hieruſalem in ſepulchro Ioſeph. Tancredus.

e ¶ *Tertiam partem.*] In ſequenti cap. dicitur de medietate. inf. eod. cum ſuper. dicitur de quarta. hæc diuerſitas, ſiue contrarietas determinatur ſecundum diuerſas conſuetudines locorum. j. eo. certificari.

f ¶ *Iudicij.*] ſcilicet, quod reliquit huic eccleſiæ. in qua elegit ſepulturam: & non de relictis alijs locis. vt infrà eod. in noſtra. Bernar.

g ¶ *Pabulo.*] Pabulum cęleſte expoſuit Alanus, id eſt, doctrinam ſecretorum fidei, vt ſolida cibaria. pabulum enim dicitur prædicatio verbi Dei. ſuprà de offic. ordin. inter cætera. Bernar.

h ¶ *Conſolationum.*] Ad quem ſpectat onus, & emolumentum. 1 12. quæſt. 2. eccleſiaſticis. & c. charitatem. 13. q. 1. §. 1. Ala. & 16. q. 6. de lapſis. & ff. de reg. iur. ſecundum naturam. circa princ. titu.

1 Diſt. Ioã. c. rationis. vbi de hoc & plenius. inf. de reg. iu. qui ſentit. li 6. ponit Hoſtiẽ. ver. Commoda qui ſentis, iungas onus emolumentis. Io. An.

i ¶ *Ne tranſgrediaris.*] Tranſgreditur quis terminos proximi ſui, cum quis parochianum alterius admittit ad ſepulturam: vt hic. Item cum alterius ſubditum excommunicat, vel interdicit. 9. quæſtio. 2. capitu. 1. & 2. Tertio cum euellit terminos poſſeſſionum vicini ſui. 86. diſtinctio. tanta nequitia. Quarto cum prædicat contrarium fidei. 24. quæſtio. 3. tranſferunt. Item cum alterius parochianum recipit ad pœnitentiam. de pœniten. diſtin. 6. placuit. j. de pœnit. & remiſſio. omnis vtriuſque. Vincen.

Relatum.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Mandamus*. Abb. Sicu.

C a s v s. Leo Papa ſtatuit in capitulo iſto, vt quicunque voluerit amodo in monaſterium conuerti, ſiue in vita, ſiue in morte medietatem omnium rerum ſuarum & poſſeſſionum, quas decreuit diſponere pro anima ſua, relinquat illi eccleſiæ ad quam pertinet. Nota, quòd parochialis eccleſia debet habere medietatem (vt hic dicit) de omnibus, quæ relinquit parochianus in vltima voluntate. ſed circa hoc attende conſuetudinem locorum.

k ¶ *Monaſterio.*] Arg. quòd quis debet eligere locum religioſum ad ſepulturam.

l ¶ *In vita.*] In ægritudine tamen, de qua decedit: alioquin nihil daretur eccleſiæ parochiali. inf. eod. de his. Vincen.

¶ *Glo. ſeq. ponit tres caſus exceptos.*

m ¶ *Decreuerit.*] ſupple eccleſijs: niſi relinquatur in ornamentis eccleſiæ, & ſine fraude, & tunc nihil detrahitur. ſuprà de teſta. cap. vltim. aut ſi reliquerit pauperibus vel conſanguineis pro remedio animæ ſuæ, nihil detrahitur inde: vt dixit Ala. Item de armis & etiam equis pro ſubſidio terræ ſanctæ relictis, nihil detrahitur. inf. eod. in noſtra.

† Imo ſecũdus, ait hic Contius.

† aliàs Ianuenſi. ſed iã alibi monui, olim Genuã, Ianuam vocatam.

n ¶ *Medietatem.*] Super hoc ſtandũ eſt conſuetudini loci. j. eod. certificari.

o ¶ *Eccleſię.*] ſcilicet, apud quam fidei ſacramenta recepit. ſic intelligit Gratianus hoc capitu. 13. quæſtio. 2. capit. placuit. §. ſed aliud in fin. Ber.

† Ca. 5. eo. tit. in 1. cõpilat. Vide concilium Matiſeonenſe ſecundum, c. 17. adde qđ de hac materia poſt hanc decretalẽ ſancitũ eſt in ca. 2. de ſepul. li. 6.

Fraternitatem tuã.] Hoc capitu. hodie recipit determinationem, ſeu correctionem ſecundum alios per c. 2. eod. tit. lib. 6. vbi habetur, quòd quis poteſt reliquendo ſepulturam ſuam antiquam, eligere ſepulturam in loco minus religioſo. Diuiditur in tres partes. In prima ponit ius. In ſecunda narrat factum. In tertia concludit. Secũda: ibi, *Vnde*. Tertia: ibi, *Quocirca*. Abbas.

C a s v s. Quidam ciuis Ianuenſis P. nomine de Caſtello, habebat ſepulturam ab antiquis temporibus, & ſui maiores apud monaſterium S. Stephani: apud aliam eccleſiam minus religioſam elegit ſepeliri: orta eſt quæſtio de corpore illius coram archiepiſcopo Ianuen. ſignificatum fuit hoc domino Papæ: vnde ipſe reſcribit archiepiſcopo Ianuẽ. dicens, ꝙ non credit ipſum ignorare, qualiter ab antiquo fuit diſpoſitum apud monaſteria & loca religioſa corpora defunctorum debere ſepeliri, in quibus orationes & miſſarũ ſolemnia frequentius celebrantur: vnde qui volunt ibi ſepeliri, non eſt eis contradicendum: Qui verò relinquunt antiquas eccleſias, & ſepulturam patrum, & aliorum parentum ſuorum, & ad noua & minus religioſa loca ſe transferunt, contra antiquã inſtitutionem ſanctorum patrum facere dignoſcuntur: vnde ſi prædictus P. contra conſtitutionem, vel conſuetudinem iſtam antiquam & rationabilem, corpus ſuum ſepeliendum mandauit, hoc non præiudicat rationi: & ideo mandat, quatenus corpus ipſius reddi faciat monachis ſancti Stephani, & cum patribus ſuis ſepeliri. Nota, quòd qui vult eligere ſibi ſepulturam relicta ſua propria eccleſia, eligere debet locum magis religioſum, aliter non poteſt. Item ſi dimiſſo loco magis religioſo eligat quis locum minus religioſum, non valet electio talis ſepulturæ per illam literam ibi: qui vero relictis antiquis, &c. & ita non ſequitur, quòd extrema voluntas ſit ſemper effectui mancipanda.

p ¶ *Ex antiquo.*] ſ. eo. c. 1. Bern.

q ¶ *Religioſorum.*] 13. q. 2. vbicunque. & c. placuit.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

a ¶ Frequen-

1 De hoc dubio qd ſit ſentiendum vide per Nauarrum in enchyridio de oratione c.20. erotemate 12. & in manuali cõfeſſariorum ca.25. ver. vigeſimoquinto.

a ¶*Frequentius.*] Hæc eſt ratio quare potius ſepeliuntur homines in locis religioſis, quia frequentius ibi diuina officia celebrantur. Sed nonne tantum valet generalis 1 oratio quantum ſpecialis? ita, de conſecratio. diſtinct. 5. non mediocriter. illa eſt cauſa, quia ſpiritus ſanctus ad menſuram non datur. de conſecratione, diſtinctio. 4. queris. ſed preſumptio eſt, quòd plus ꝓſit ſpecialis oratio quam generalis. & quidem honor amplius videt̃ deferri illis pro quibus ſpecialiter fit oratio. Bernar.

b ¶ *Parentum.*] 13. quæſtio. 2. Ebron. & §. Ioſeph.

†Geneſ. c. 50. & 13. Reg. c. 13. & alibi ſæpe.

¶*Gl. ſequens recitatur per quæſtio. an in ſepultura ſit neceſſe locum plus religioſum eligere. ponit opinio. Hug. & ſequacium, quòd ſic ponit contrariam Lau. & primam approbat, & reſpondet contrario.*

c ¶*Ad noua & minus religioſa.*] Ex hoc capitu. patet, quòd qui vult eligere ſibi ſepulturam, ſua relicta, debet eligere ſibi magis religioſam. argum. ſuprà eodem, capit. proximo. In hac opinione fuit T.H. & Ala. & mihi hoc idem videtur. & facit ad hoc 13. quæſtio. 2. vbicunque. & eſt ſimile. qui enim de vna religione tranſit ad aliam, ad ſtrictiorem tranſire debet. infrà de regul. & transeun. ad religio. ſanè. & capitu. licet. Alij dicunt, vt Lauden. & Vincent. & Ioannes. 2 quòd liberum eſt vnicuique ſibi eligere ſepulturam etiam ad locum minus religioſum. argumen. infrà eodem, in noſtra. & ſi qua contraria inueniantur, intelligantur cum illectus fuit, vel cum ex temeritate, vel ex contemptu tranſiuit, vel cum debitam portionem non reliquit ſuæ eccleſiæ. & ſic intelligitur illud cap. Primam opinionem præfero, & quod dicit infrà eod. in noſtra. non contradicit, quia illud contingit propter priuilegium quod habent illi Hoſpitalarij, & Templarij, vt liberũ ſit cuicunque apud eos eligere ſepulturam, vt ibi patet: ſicut & prædicatores habent idem priuilegium: aliàs non poſſent illos recipere ad ſepulturam.

2 Hoc no. 13. q. 1. c. facultates. §. at illi. aliàs incip. nunc quęritur. et Ray. in ſumma Goſ. hic & ſup. c. 1. & in ſum. §. apud quẽ. & approbatur hæc opi. inf. ca. cum quis. in fi. lib. 6. Io. And.

ADDITIO. Secunda opinio eſt hodie approbata per c. 2. eo. tit. lib. 6.

d ¶*Præiudicat.*] Quoniam minus legitima voluntas defuncti defendi non debet. ff. de condi. inſtit. filius quidam. 3 & 12. quæſtio. 5. capit. 1. ff. de religioſis & ſumptibus funerum. l. at ſi quis. §. hæc actio. quandoque tamen minus legitima voluntas quantum ad ſolemnitatem teſtium defenditur. puta in relictis pijs locis. ſuprà de teſtamen. relatum. & capitu. præcedenti.

3 Vide de ſent. excõ. ſi vere. ſup vlt. glo. Io. And.

e ¶*Corpus.*] ſic inf. eod. cum liberum. & oblationes quas ipſius occaſione habuerunt. ĩ. eod. titu. in noſtra. & in c. cum liberum. Tanc.

quentius [a] celebrantur. Vnde ipſorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui apud huiuſmodi eccleſias ſepeliri deſiderant, minimè contradicendum eſt. Qui verò relictis antiquis eccleſijs, & patrum aliorumque parentum [b] ſuorum ſepulchris, contra conſuetudinem Patrum veteris teſtamenti, qui cum† patribus ſuis ſepulti eſſe leguntur, ad noua, [c] & minus religioſa loca ſe transferunt, irrationabiliter, & contra antiquam conſuetudinem facere videntur. ¶ Vnde ſi P. de Caſtello contra antiquam, & rationabilem conſuetudinem, aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandauit, hoc non præiudicat [d] rationi, ſed viribus debet carere. Quocirca mãdamus, quatenus corpus [e] ipſius monachis ſancti Stephani reddi facias, & cum ſuis patribus ſepeliri.

¶ Alexander iij. Epiſcopo Spaleſi.

¶*Si quis in ægritudine, de qua decedit offert ſe & ſua monaſterio, eccleſia parochialis habet inde canonicam portionem: ſecus ſi in ſanitate.*

¶*Gl. ſeq. arg. licitè multa, &c.*

CAP. IIII.

De† his, qui in infirmitate vel ſanitate cum bonis ſuis, ad religioſa loca ſe transferunt, nihil tibi vel eccleſijs, à quibus receperunt ſalutis pabula, relinquentes, hoc tuæ volumus prudentiæ innoteſcere: quòd ſi in ægritudine ipſa ad religionem tranſeant, dummodo de ægritudine illa decedant [f], de bonis ſuis ipſis eccleſijs, à quibus [g] aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. ¶ Si verò ad religioſa loca ſe in ſanitate tranſtulerint [h], de his quæ locis ipſis conferunt, cogi non poſſunt aliquid præſcriptis eccleſijs impertiri, quia liberum eſt eis tunc bona ſua, non ſolum religioſis, ſed etiam quibuſlibet priuatis [i] conferre perſonis.

†Poſt concilium Lateran. ſub Alexã. iij. par. 49. ca. 6. & cap. 6. eo. tit. in 1. compilat. Vide Petrũ de Peruſio tra. de quarta canonica & Alex. conſi. 196. incip. viſo teſtõ in 1. volu.

De *his.*] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Si verò.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliqui quandoque ſe transferunt ad loca religioſa cum bonis ſuis in infirmitate, vel etiam in ſanitate, & nihil relinquunt eccleſijs à quibus receperunt ſalutis pabula: quærebatur quid iuris eſſet de his? Reſpondet Papa, quòd ſi in ægritudine ad religioſa loca ſe transferunt, & de illa ægritudine moriuntur, canonica portio debet exhiberi illis eccleſijs à quibus aſſumuntur, & in quibus ſepeliri debebãt: ſi vero in ſanitate ſe transferunt, tunc nihil dare compelluntur eccleſijs ſuis prioribus: quia liberum eſt tunc bona ſua cuilibet impertiri, etiam priuatis perſonis. Nota quòd cum aliquis tranſit ad religionem in ægritudine, dum tamen ex illa ægritudine decedat, canonicam portionem debet habere parochialis eccleſia de his quæ legat illi monaſterio. Item cũ quis in ſanitate ſua transfert ſe ad religionem, nihil poteſt parochialis eccleſia petere: quia tunc non ſolum pijs locis poſſet res ſuas dare, imo etiam cuicunque vellet.

f ¶*Decedant.*] qa tunc donatio cauſa mortis confirmatur. 4 ff. de donatio. cauſa mortis. non videtur. Et eſt arg. quòd non licet alicui in morte, quod in vita non † liceret. arg. ſ. de teſtam. c. ad hoc. Nec mirum: quia poteſt qui ſanus eſt, omnia bona ſua conſumere: in morte tamen non poteſt filios vel neptos ſuos ꝓterire. Inſtitu. de inoffi. teſtamen. & de exhæredo. libe. per totum. titu. & ſic intellige ſup. de teſtam. Rrynutius. de tertia Cleræ & Adelaſiæ, quæ donata, vel vendita fuerunt in morte, vnde non potuit Altrocha defraudari ſua legitima: aliàs in ſanitate poterat defraudari. vt hic dicit in fine. Ber.

4 Ex quo in ægritudine donationẽ facit de morte faciens mentionem, ca mortis hoc feciſſe videtur. ff. de do. cã mortis. l. 1. & 3. & C. eo. l. fi. ſecus ſi ſimpliciter donet: qa tunc videt̃ inter viuos donare. ff. de do. cauſa mort. l. Seia. §. fi.

†Hęc negatio exponenda videbatur.

¶*Glo. ſeq. quærit: ponit tres opiniones. Prima quòd diuident. Secunda pro eccleſia dimiſſa. Tertia pro parochia.*

g ¶*A quibus aſſumpti.*] Quid ſi in vna eccleſia audiat diuina officia & percipiat eccleſiaſtica ſacramenta, & in alia habeat ab antiquis temporibus ipſe & ſui maiores ſepulturam, & in tertia eligat ſepulturam: quæ iſtarum eccleſiarum habebit canonicam portionem? Reſpondeo, diuidere debent illam canonicam portionem. argumen. ſup. eod. capitulo primo, & ſup. de teſtamentis, relatum. in fi. niſi conſuetudo repugnet. argumen. inf. eodem, capitu. certificari. & capitu. de vxore. in fine. & inf. de decimis, cum ſint homines. & inf. titu. proxi. cap. vlt. T. 5 H. dixit, & melius, quòd illa eccleſia in qua eſt ſua ſepultura, debet habere canonicam portionem, & non illa in qua audit diuina. Nulla enim iniuria facta eſt ei ratione ſepulturæ in alia eccleſia, quia non dicitur derelicta, nec offenſa: nec ex tali electione ius acquiritur illi.

5 Idẽ Go. & Phil. & idem dixerũt omnes prędicti, & Innocẽtius qñ in capella audit diuina, & in baptiſmali eccleſia recipit ſacramenta. i. q illæ inter ſe diuidunt. Io. And.

Item 6 quid ſi in vna eccleſia percepit ſacramenta, & in alia eſt ſua canonica ſepultura, quę illarum habet canonicam portionem? Reſpondeo, eodem modo diuidere debent illam canonicam portionem. arg. ſupra eod. cap. 1. & 2. & arg. ad hoc ſupra de teſtam. relatum. in fine. niſi conſuetudo repugnet. arg. infra eod. certificari. & cap. de vxore. & infra de deci. cum ſint homines.

6 Quæ ſequuntur ab hoc loco vſq; ad verſiculum: ſi tñ. deſunt in antiquis exẽplarib. nec puto Bernardi eſſe, ideoque diuerſis ſũt characteribus impreſſa.

Si tamen eccleſia ſua ſolebat aliquid percipere de iudicio ſui parochiani, cum ſepeliebatur in illa eccleſia, in qua parentes iſtius, qui in alia ſepulturam eligit, pro rata eius quod ſolebat accipere, accipiet de canonica portione, quæ dabitur parochiali eccleſiæ, hoc notatur per H. 13. quæſtio. 2. placuit. §. ſed aliud. in ſumma ipſius. Alij dicunt contrarium, ſcilicet, quòd eccleſia, in qua conſueuit ſepeliri, nihil debet habere, ſed parochialis, in qua conſueuit audire diuina, quod mihi non videtur.

h ¶*Tranſtulerint.*] ſe & ſua tradendo: quod patet per principium capituli. ſi autem corpus ſuum tantum traderet ſepeliendum poſt mortem, & relinquat ei aliquid, de hoc debet dare legitimam.

ADDITIO. Quæ eſt tertia, vel quarta, vel medietas ſecundum conſuetudinem locorum. ĩ. eo. c. certificari.

i ¶*Priuatis.*] Honeſtis tamen. 86. diſtin. donare. & non hæreticis. C. de apoſta. l. hi qui. & ĩ. de hæreticis. ſi quis epiſcopus. & c. ſequenti. T.

Ex

¶Idem.

¶Qui ſepeliunt parochianum alienum, quem ſepelire non debent, coguntur reſtituere corpus, & quæ ratione ipſius obtinuerunt. hoc dicit cum capitulo ſequenti.

CAP. V.

EX † parte canonicorum Obrigeñ. † nobis eſt intimatum, quòd Prior de Inſula quendam parochianum[a] ſuũ, poſt appellationẽ[b] ad nos factam in ſua eccleſia ſepeliuit; & infrà. Mandamus, quatenus præfatum Priorẽ compellas, vt memoratis canonicis, prædicti parochiani corpus reſtituat, & † exinde[c] amicabiliter conueniat cum eiſdem.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpilatione.

† Oburgẽ. † Obligẽ.

† In aliquot vetuſtis ita: aut exinde. &c.

¶Idem decano, & magiſtro R. Rauenateñ.

Summatum eſt ſupra. cap. proximo.

CAP. VI.

CVm † liberum ſit, & infrà. ¶Ad audientiam noſtrã peruenit ex conqueſtione Abbatis, & fratrum ſancti Martini Laudoñ. quòd cum presbyter quidam corpus cuiuſdam mulieris (prout in vltima volũtate diſpoſuit[d]) ad eandem eccleſiam ſepeliẽdum deferret, monachi ſancti Vincentij Laudoñ. corpus ipſius violenter rapere, & in eccleſia ſua ſepelire minime dubitarunt; & infra. ¶Mandamus, quatenus ſi ita eſſe inueneritis, præfatos monachos conpellatis, vt oſſa p̃fatæ mulieris, & beneficia[e], quæ occaſione ſepulturæ ipſius recepiſſe[f] noſcuntur, memoratis fratribus cum integritate reſtituãt, & † decætero talia facere non præſumant.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilatione. & vid Turrecrematã in c. facultates. §. nũc quęritur. 13. q. 2.

† In antiquis codicibus ita: & decętero ſimilia non præſumant.

¶Lucius tertius.

¶Mulier nupta liberè poteſt ſibi eligere ſepulturam.

CAP. VII.

DE † vxore verò, vtrũ quẽadmodum vir, liberã debeat habere ſepulturam; Nobis videtur, quòd nulla ſuper hoc inter virum, & mulierẽ † ſit facienda diſtinctio; ſed vtrique in caſu iſto, æqualem[g] eſſe credimus facultatem, cum electio iſta ad eum potius ſtatum pertineat, in quo mulier ſoluitur à lege viri †[h].

† Capit. 7. eod. tit. in 1. compil. & poſt cõcilium Lateran. ſub Alexa. iii. ca. 63. vbi integra eſt decretalis. & plures alias conq̃ſtiones cõtinet.

† vxorem.

† Vide l. in tempus ff. de hære. inſtit. & l. cum ſponſe cum nõtatis C. de donat. ante. nupt.

¶Pater filios impuberes, vbi voluerit, poteſt ſepeliri facere, ſi hoc habet conſuetudo loci. hoc dicit.

¶Vtrum autem pater quo magis voluerit, minores filios valeat ſepelire, non inuenimus à ſanctis patribus diffinitum[i], & propterea terræ cõſuetudini[k] decernimus relinquendum.

¶Idem præpoſito, & capitulo Fauentiñ.

¶Si parochianus eccleſię cathedralis alibi ſepelitur, de ipſius funerabilibus, ſeu relictis eccleſię ſepulturę, debetur quarta capitulo eccleſię Cathedralis.

CAP. VIII.

CVm † ſuper quodã capitulo: & infrà. ¶Præſentiũ auctoritate ſtatuimus, vt ſi aliquem parochianorum veſtrorum, alibi contigerit eligere ſepulturam, de teſtamento[l] ip-

† Capit. 8. eo. tit. in 1. compilat.

EX parte.] In prima parte ponitur querela. In ſecunda iudicis datio: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

CASVS. Prior de inſula quendam parochianum canonicorum Obrigeñ. poſt appellationem, in ſua eccleſia ſepeliuit: vnde canonici conqueſti ſunt domino Papæ; mandat ipſe, quatenus dictus Prior compellatur, vt corpus parochiani prædicti præfatis canõicis reſtituat, & de his quæ habuit occaſiõe ſepulturæ illius, amicabiliter cõueniat cum eiſdem. Nota. ꝙ monachi poſſunt habere populum. Item non ſolum iuris, vel rei petitur reſtitutio, ſed etiam cadaueris. Item officiũ iudicis eſt, vt admoneat partes ad concordiam.

a ¶*Parochianum.*] iſte Parochianus nõ elegerat ſepulturã apud eccleſiam dicti Prioris, vel fuit dolo inductus, vel fuit infra legitimos annos, & ideo corpus illius debet reſtitui cũ bonis perceptis occaſione illius: aliàs tãtum quarta, vel tertia, vel medietas ſecundum cõſuetudinem loci. j̃. eo. in noſtra. & j̃. eod. certificari. & quod dicitur de appellatione idem eſſet ſine aliqua appellatione, vnde ſupple, maxime. Tancredus.

¶*Glo. ſequens obijcit, & ſoluit.*

b ¶ *Poſt appellationem.*] Arg. contra. C. de ſepul. vio. l. fi. & Auth. Item qui domum 1 & in Authe. vt cum de app. cog. §. pen. coll. 8. & in Auth. vt defuncti, ſeu fune. non iniuri. à credito. circa principiũ. collat. 5. Solu. hic fuit appellatũ ne Prior inuaderet ius canonicorum, in contrarijs autẽ non recipitur appellatio, ne corpora ſepeliantur: & ita non contradicunt, quia diuerſimodè loquuntur. T.

1 Qui mortui exeqas prohibet, circa fun° ab actione cadit. & tãtũdem ſoluit hæredibus iniuriati. publicaturq; tertia pars bonorum ipſius & notatur infamia. Io. And.

c ¶*Exinde.*] id eſt, de cæteris quæ obuenerunt occaſione illius corporis amicabiliter conueniat: aliàs tenetur ea reſtituere. infra c. proximo. & c. in noſtra Bern.

CVm liberum.] Diuiditur in duas partes. In prima conqueſtio. In ſecunda parte reſponſio: ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam presbyter corpus cuiuſdam mulieris deferri faciebat ad monaſterium ſancti Martini Laudoñ. ſepeliendum, prout ipſa in vltima diſpoſuerat voluntate: monachi ſancti Vincentij corpus illud violenter rapuerunt: & illud violenter in ſua eccleſia ſepelierunt: conqueſti ſunt monachi ſancti Martini domino Papæ: mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, monachi ſancti Vincentij compellantur, vt oſſa præfatæ mulieris & beneficia, quæ occaſione ſepulturæ illius habuerunt, reſtituant monachis ſancti Martini. Not. ꝙ liberè quis teſtatur, hoc habet ex iuris beneficio. Item quòd vniuerſaliter eſt dictum, recipit diſtinctionem. Item quod obtentu, vel occaſione alicuius quæritur, illi eſt reſtituendum. & eſt notabile contra nuncios pro dominis & contra negotiorum geſtores.

d ¶*Diſpoſuit.*] Et ſic mulier iſta elegit ſepulturam apud eccleſiam ſancti Martini, quæ erat magis religioſa, quàm eccleſia ſancti Vincentij, cuius erat mulier iſta parochiana: aliàs non poterat ibi eligere ſepulturam, ſua relicta. s̃. eod. fraternitatẽ. Vel forſitan non erat eorum parochiana, quod verius puto, ex co ꝙ Papa non reſeruat eis canonicam portionem. Ber.

¶*Glo. ſeq. exponit & q. ſol.*

e ¶*Beneficia.*] id eſt oblationes, & quicquid propter hoc p̃ceperunt. ſic s̃. eo. ex parte. & j̃. eo. in noſtra. & agunt iſti ad repetendum corpus, & beneficia iſta, cõdictione ex canone iſto. & s̃. eod. fraternitatem. & c. ex parte. vbi enim iure nouo obligatio inducitur, nec cauetur ibi quó genere actionis agendum ſit, agendum eſt cõdictione ex illo canone, vel lege. ff. de condictio. ex lege. l. vnica. Ber.

f ¶*Recepiſſe.*] Vel q̃ de iure percipere potuerunt, ſicut contingit de violento poſſeſſore. s̃. de reſti. ſpol. grauis. & C. vnde vi. ſi de poſſeſſione. ff. de peti. hære. l. 1. in fine.

DE vxore.] Sũt duo dicta. Secundum: ibi, *Vtrum*. Abb. Sicul.

CASVS. Sicut liberũ eſt viro eligere ſepulturam, ita liberum eſt mulieri: nulla eſt in hoc caſu inter eos differentia, cum à lege viri ſoluta eſſe intelligatur. Illa fuit dubitatio, quia dicitur 13. q. 2. vnaquæque. ꝙ mulier ſiue in vita, ſiue in morte, virum ſuum ſequatur. In fine dicit, ꝙ de filijs minoribus vbi debeant ſepeliri, à ſanctis patribus diffinitum non eſt: & ideo cõſuetudini loci relinquendum eſt. Not. ꝙ vxor poteſt eligere ſibi ſepulturam ſicut vir. Item conſuetudo loci attendenda eſt.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.*

g ¶*Aequalem.*] Arg. contra. 13. q. 2. vnaquęque. & 33. quæ. 2. quos Deus coniunxit. Solutio. illud intelligitur ſecundum iſtud. vel ſic, iſtud locum habet cum mulier eligit ſibi ſepulturam. ſi vero non eligat, locum habet quod dicitur ibi. arg. C. de digni. lib. 12. mulieres. ff. ad municipa. filij. 1. reſpon. & l. vlt. Ber.

h ¶*A lege viri.*] Vt 7. quæſtione 1. ſicut. & C. de donatio. ante nuptias. quod ſpõſæ. & ff. de donatio. inter virum & vxo. ſi quis vxori ea. §. vlt. Ber.

i ¶*Diffinitum.*] Et licet non ſit diffinitum, videtur tamen ꝙ filio poſſit eligere ſepulturam: quia poteſt ei facere teſtamentum. Inſti. de pup. ſub. §. igitur. 2 quod poteſt concedi dummodo & ipſe ſibi eligat ſepulturam, tamen conſuetudini loci relinquendum eſt, vt hic dicitur.

2 De materia vide latius hic p Hoſtienſẽ & Io. An.

k ¶*Conſuetudini.*] Si conſuetudo non repugnat, ſepeliuntur in ſepulchro maiorum ſuorum. argum. infrà. eo. in noſtra. in fin. Bernard.

CVm ſuper.] Non ſolet ſummari, ſed vt afferat aliquid vltra iura communia ſumma ſic vt in rubro. & in hoc eſt caſus ſingularis. Abbas.

CASVS. Quæritur quantum debeat defunctus, qui eligit ſepulturam, dimittere parochiali eccleſiæ, vnde aſſumitur. & reſpon. ad minus quartam partem. Not. hic dicitur, ꝙ eccleſia parochialis debet habere quartam partem teſtamenti: ſed hoc conſuetudini relinquendum eſt.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q.*

l ¶ *De teſtamento.*] id eſt, de his quæ teſtator relinquit pro

ſua anima iure legati illi eccleſiæ, in qua elegit ſepulturam: & de oblationibus quarta portio relinquatur illi eccleſiæ, à qua corpora mortuorum aſſumuntur. infrà. eod. cap. proximo, & cap. in noſtra.

¶ *Glo. ſeq. arg. eccleſiam Cathedralem, &c.*

ſius quarta [a] vobis portio relinquatur.

¶ Clemens tertius.

¶ *In quantitate canonicæ, quæ debetur eccleſiæ parochiali, ſtatur loci conſuetudini.*

CAP. IX.

Certificari † voluiſti à nobis quomodo illa clauſula, quæ in priuilegijs ſolet apponi: ſalua [b] iuſtitia illarum eccleſiarum à quibus mortuorū corpora aſſumuntur, intelligi debeat, & exponi. Cum autē ſuper hoc articulo diuerſa anteceſſorum noſtrorum manauerint inſtituta: Leone iuſtitiā illam quandoq; tertiam [c] partem, quandoque mediam [d], & Vrbano quartam [e] forre cēſentibus: Nos tale præbemus in hac varietate reſponſum: vt ſicut beatus Hieronymus [f] † inquit, vnaquæque prouincia in ſuo ſenſu abundet, ſecundum rationabilem cōſuetudinem [g] regionis † illa iuſtitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem † pro locorum diuerſitatibus attendatur.

¶ Innocentius tertius Epiſcopo Claremonteñ. & abbati Maurieñ.

¶ *Priuilegiati ſuper iure funerandi ſepelire poßunt illos, qui apud eos eligunt ſepulturam, ſoluendo tamen canonicam portionem eccleſiæ parochiali. Si verò alios ſepeliunt, tenentur reſtituere quicquid occaſione funeris receperunt.*

CAP. X.

In noſtra † præſentia conſtitutis Priore eccleſiæ Montis Ferrandi †, & procuratore Hoſpitalariorum Claremonteñ. diœceſis, idem Prior propoſuit, ꝙ p̄dicti hoſpitalarij † quoſdam parochianos [h] ſuos, quorum duo erant infra annos [i] legitimos, receperunt ad eccleſiaſticam ſepulturam. Econtra prædictus propoſuit procurator, ꝙ tam ex priuilegio, quam ex indulgentia ſpeciali, licet Hoſpitalarijs omnes paſſim, præter excommunicatos, & interdictos, ad eccleſiaſticam ſepulturam recipere, qui apud illos elegerint ſepeliri: fideique commiſſa in vltima voluntate relicta, poſſunt licenter accipere, ſoluta tantummodo quarta parochiali eccleſiæ, de cuius parochia [k] mortuorum corpora aſſumuntur, præterquam de equis & armis [l], quæ indulta ſūt ipſis in † ſubſidium terræ ſanctæ, de quibus quartā deducere nō tenētur: & ĩ. ¶ Talē ſuper his duximus ſn̄iam proferēdā: ꝙ prædicti Hoſpitalarij decętero [m] nō

† Capit. 3. eo. ti. in 2. compilat.

† Hieronymus ad Lucinium.

† Vide. l. Labeo. ff. d̄ ſup. leg. & l. cū de lanionis. §. aſinam. ff. d̄ fun. inſt.

† Dictio, partē deē in antiquoribus.

a ¶ [*Quarta.*] Vel medietas, ſeu tertia pars, ſecundum loci conſuetudinem. ĩ. eo. c. proxi. Iſta quarta ſemper debet deduci, niſi in caſu ĩ. eod. in noſtra. & in caſibus. s̃. de teſta. cap. vltim. Et eſt argu. quòd maior eccleſia Cathedralis, non ſit magis religioſa quam monaſteria, ſecundum illam opinionem, quæ dicit, quòd ſemper eligendus eſt locus magis religioſus.

Certificari.] Communis diuiſio. Secūda pars: ibi, *Cum autem.* Abbas.

Casvs. Quidam impetrarunt priuilegium, vt qui apud eorum eccleſias eligerent ſepeliri, licitum ſit eis eos recipere ad eccleſiaſticā ſepulturam cum iſta clauſula: ſalua debita iuſtitia illarum eccleſiarū à quibus mortuorum corpora aſſumuntur: quæſitum fuit à Papa qualiter clauſula iſta: ſalua debita iuſtitia. &c ſit intelligenda, & exponenda? Reſpondet Papa, ꝙ ſuper hoc articulo diuerſa anteceſſorum ſuorum conſtituta emanarunt: Leo Papa quandoque appellauit illam iuſtitiam tertiam partem, quandoque mediam: Vrbanus & Lucius quandoque appellant illam canonicam iuſtitiam, quartam partem: vnde Papa reſpondet ſecundum quòd beatus Hieronymus inquit. Vnaquęque prouincia in ſuo ſenſu abundet, & ita ſecundum rationabilem cōſuetudinem loci, illa iuſtitia erit aliquando medietas, aliquando tertia vel quarta pro diuerſitate locorum. Nota, quòd nihilominus in mortuarijs conſuetudo loci ſeruatur.

b ¶ [*Salua iuſtitia.*] quæ exhiberi debet illis eccleſijs, à quibus dum viuebant, percipiebant eccleſiaſtica ſacramenta, de bonis illis, quæ in teſtamento reliquit eccleſiæ vbi eligit ſepeliri.

c ¶ [*Tertiam.*] s̃. eo, c. 1.

d ¶ [*Mediam.*] s̃. eo. relatum.

e ¶ [*Quartam.*] Capitulum Vrbani non habemus, ſed Lucij tertij. s̃. eo. cap. prox. Ber.

f ¶ [*Hieronymus.*] cap. Hieronymi habes 76. diſt. vtinam Ber.

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit.*

g ¶ [*Conſuetudinem.*] Quid ſi de conſuetudine dubitetur, vel variæ ſint conſuetudines in vicinis eccleſijs: De minori ſumma erit intelligenda: quia in illa omnes concordant. ff. de arb. diem proferre. §. ſi plures. 1. Ber.

1 Si tres ſūt arbitri, & vnus cōdemnat in 15. alter in 5. valet ſētentia in 5. Io. And.

In *noſtra.*] Diuiditur in tres partes principales. Primo actoris petitio. Secundo: ibi, *Econtra.* reorum defenſio. Tertio. ibi, *Talem.* cauſæ diffinitio. Abbas.

Casvs. Prior eccleſię Montis Ferrandi, & hoſpitalarij Claremonteñ. diœceſis habebant inter ſe quęſtionem ſuper iure funerando, vel funerandi: Hoſpitalarij recipiebant ad eccleſiaſticam ſepulturam parochianos dicti Prioris, cauſa ſuper his commiſſa fuit iudicibus, coram quibus petijt dictus Prior ſatisfieri ſibi de damno, quod ſuſtinuerat ab illis Hoſpitalarijs, quia parochianos ſuos receperunt ad ſepulturam: & quòd decætero non reciperent ad eccleſiaſticam ſepulturam: parochianos ipſius: Ad probandum ſuam intentionem teſtes induxit: Tandem cauſa ad ſedem Apoſtolicam eſt delata: in præſentia Papæ Prior prædictus propoſuit prædicta: ex parte Hoſpitalariorum fuit propoſitum, ꝙ ex priuilegijs ſibi conceſſis licitū eſt eis, omnes, præter excommunicatos & interdictos, ad eccleſiaſticā recipere ſepulturam, qui apud eos elegerint ſepeliri: & fideicommiſſa in vltima voluntate ſibi relicta, recipere. ſoluta tantūmodo quarta parochiali eccleſiæ, de cuius parochia mortuorum corpora aſſumuntur præterquam de equis & armis, de quibus quartā deducere non tenētur: Papa auditis rationib. vtriuſq; partis. talem ꝓtulit ſn̄iam, ꝙ prædicti Hoſpitalarij decætero non recipiant parochianos dicti Prioris ad eccleſiaſticā ſepulturā, niſi apud eos elegerint ſe ſepeliri, & tunc parochialis eccleſia recipiat quartam partem de oblationibus. lectis, & alijs quæ defunctus pro anima ſua ibidem reliquit, præterquam de equis & armis: Hoſpitalarij reſiduum habeāt, niſi dolo vel fraude Hoſpitalariorum defunctus inductus fuerit, ad hm̄oi electionē vel diſpōnē faciendā. Inſup iniunxit eiſdē Hoſpitalarijs, vt eidem Priori ſatisfaciant de quarta parte trium milliū ſolidorum, quos conſtat eos à parochianis illius recepiſſe, cum probatū non fuerit, quòd corū oblati vel conuerſi fuiſſent. pręterea præcipit eiſdem, vt ſatisfaciant Priori de omnibus, quæ habuerunt à quodam, qui fuit interfectus in campis, niſi probauerint quòd apud eos elegerit ſepulturam, alioquin ei reſtituant quartam partem. Item reſtituant omnia quę habuerunt pro quibuſdam alijs occaſione ſepulturę ipſorum, quos conſtat infra annos legitimos deceſſiſſe. Nota, quòd monachi poſſunt habere populum. Item cum dolo inducitur quis vt aliam eligat ſepulturam, non præiudicat talis electio parochiali eccleſię. Item quod occaſione rei meę per alium quæritur, mihi de iure reſtituendum eſt.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cōpilatio.

† Montis Ferrati.

† De ordine Hoſpitalariorū vide Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi par. 4. cōſideratione. 65.

† ad

h ¶ [*Parochianos.*] Nam & monachi habent populum. 16. quęſt. 1. Agapitus.

i ¶ [*Annos legitimos.*] Vnde non potuerunt ſibi eligere ſepulturam, quia nec teſtamentum facere potuiſſent: vt s̃. de prob. in præſentia. & 2. quęſt. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua. Sed pater poteſt eligere filio ſepulturam, vt dictum eſt s̃. eo. de vxore. quia poteſt ei facere teſtamentum. Inſt. de pu. ſub. §. igitur. quod verum eſt ſi ipſe faciat ſibi: aliàs ſi non fecerit ſibi, nec filio impuberi facere poteſt. Inſti. de pupi. ſubſti. §. liberis. & ff. de inoff, teſtamen. Papinianus. §. ſed nec impuberis. Tanc.

k ¶ [*Parochia.*] ſic s̃. cap. proxi. Ber.

l ¶ [*De equis & armis.*] Hoc inductum fuit fauore terræ ſanctæ 2. ſic de his quę relinquuntur in ornamentis eccleſię, ſiue ad cultum diuinum, nihil deducitur. ſuprà. de teſt. cap. vltim.

2 Ad eius acquiſitionem & defenſionem ſunt Hoſpitalarij, & tēplarij ſpecialiter deputati: vnd̄ talia nō recipient diuiſionem. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. notat tractum futuri temporis, &c. determinat, ſignat contrarium, & ſoluit.*

m ¶ [*Decętero.*] Et ita tractus futuri temporis hic ad iudicē ſpectat. ſimile s̃. eo. cum liberum. in fine. Et ſic eſt contra illud. ff. de vſu. l. 1. §. 1. qđ obtinet in his iuribus, & ſeruitutibus. & in annuis pręſtationibus: quia in talibus actio pertinet ad futu-

futurum.ff.ſi ſer.vendicc.harum.& l.egi.& l.Labeo.& l.illa.de vſur. non contradicit,quia ibi non conſtabat adhuc de vſuris futuri temporis.

a ¶*Recipiant.*] Imo debent cauere neque per ſe,neque p ſucceſſores eorũ hoc facturos: & hæc eſt executio iudicis quo ad futurum tempus. argumentum ff.ſi ſerui. vendi.harũ.& à iudice poſſet iniũgi ſub pœna excommunicationis ne hoc facerent.

† prædictę eccleſiæ.

† illos.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit, & opinionem ſoluit.*

b ¶*Apud eos.*] Et ita videtur, ꝙ quis poſſit eligere ſepulturã apud locum minus religioſum, quia Hoſpitalarij minus religioſi sũt quã monachi.argu.12.q.2. bonæ.arg. contra ſ̃. eo. fraternitatem.dic vt ibi notatũ eſt. De hac materia cũ quis vult eligere ſepulturam,illum ordinem ſeruabit qui traditur 13.q. 2.vbicunq; quod cap.quidam intelligunt de peregrinis, q. non habent propriam ſepulturam,qui debent ſepeliri apud eccleſiam maiorem. Hugo intelligit illud ca. de ciuibus, qui habent propriam ſepulturã in eccleſia maiori,qui quandoq; morantur extra ciuitatem per villas vel caſtra: qui ſi ibi decedant, non debent ſuas ſepulturas dimittere ſine iuſta cauſa, vt ibi dicitur: aliàs præſumitur illectus,vel ex contemptu vel ex temeritate tranſire:vt plene dixi ſ̃.c.fraternitatẽ.

† Hic in vulgatis erat dictio, niſi, cũ tñ legẽdũ ſit. necſit,&c. vt in omnibus manu ſcriptis, & ĩ veteri cõpilatione.

† vv.

† receperint.

† Vide l.1. cum no.C. de inſti. & ſubſ. & l.q ſub conditiõe.§.quotiens. cum ver. ſeq.ff. đ cõd.inſt.

c ¶*Reliquit.*] Hoſpitalarijs iure legati.

d ¶*Niſi dolo.*] Et ita dolus ſuperueniens in ſpiritualibus reſcindit contractum: quod eſt contra id ſ̃. quod met. cau. cum dilecti filij. vbi de hoc & tũc de rebus ſuis nihil deberent habere Hoſpitalarij.ar. 20.q.3.conſtituit. ff. ſi quis cau. ſi duo.arg.ſ̃.de teſtib.requiſiſti.& cap.officij. & ff. de arbit. ſi duo.& ſic propter dolum ceſſat priuilegium.

† Cap.2.e. tit.in 3. cõpilat.

e ¶*A parochianis.*] qui elegerunt ſepulturam apud Hoſpitalarios,& ideo quartam debent reſtituere parochiali eccleſiæ.

f ¶*Annos.*] iſti non elegerunt ſepulturam.nec eligere potuerunt 1 vnde reſtituere debent Hoſpitalarij prædicti, quicquid ipſorum occaſione receperunt.Bernardus.

1 Nec partes eis elegerũt, vel ſi elegerũt,non habebat hoc conſuetudo loci. ĩ. eod, licet. li. 6. Ioan. And.

Ex *parte.*]Communis diuiſio. Secunda. ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam nobilis ſolicitauit ſæpe quandam puellã de ſtupro,& cũ nõ conſentiret eidem, poſuit ei inſidias ſuper quodam ponte: & dum fugeret, caſu cecidit de ponte, & mortua eſt:quæritur vtrum debeat in cœmiterio ſepeliri? mãdat Papa,ꝙ cũ illa non ſponte præcipitauerit ſe de ponte, ſed caſu ceciderit, corpus eius debet in cœmiterio ſepeliri: maxime cum ex honeſta cauſa fugiſſe noſcatur: & cui communicabatur viuenti,communicandum ſit iam defunctæ. Nota, quòd qui caſu & non ſponte ſubmergitur, vel moritur, non priuatur eccleſiaſtica ſepultura. Item nota regulam: Cui viuo communicamus,& mortuo communicare debemus.

¶*Glo.ſeq.recitatur per quæſtionem,& ſoluit diſtinguendo.*

recipiant [a] parochianos eccleſię † ſupradictæ ad eccleſiaſticã ſepulturã, niſi apud eos [b] † elegerint ſepeliri:& tũc parochialis eccleſia de oblationibus,lectis, & alijs quæ defunctus pro anima ſua in vltima diſpoſitione reliquit [c], præterquam de equis & armis, recipiat quartam partem, & hoſpitalarij reſiduum habeant: niſi dolo [d], vel fraude eorũ defunctus inductus fuerit, ad diſpoſitionem huiuſmodi faciendam. Nihilominus ipſis Hoſpitalarijs iniungentes, vt de quarta trium millium ſolidorum Priori ſatisfaciant memorato:cum cõſtet eos à parochianis [e] eius illos ſolidos recepiſſe: nec † ſit ſufficienter oſtenſum,quòd eorum oblati, vel conuerſi fuiſſent. ¶ Eiſdem pręthereà duximus iniungendum, quòd niſi probauerint, quod G. † parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipſos elegerit ſepulturam, vniuerſa quę ipſius intuitu receperũt †, Priori reſtituãt memorato:† alioquin quartam partem ſolũmodo reſtituere teneantur. Pro illis verò quos conſtat infra annos [f] legitimos deceſſiſſe,quę ſepulturæ eorum gratia receperunt, reſtituant vniuerſa.

¶ Idem Archiepiſcopo Turoneñ.

¶ *Caſualiter mortuus, priuari non debet eccleſiaſtica ſepultura.*

CAP. XI.

Ex † parte parentum M.nobis eſt intimatum, quòd cum nobilis vir dominus I. de inſula Butardi † eidem poſuiſſet inſidias, quam ſolicitauerat ſæpe de ſtupro,& ipſa Gartionibus, † qui eam rapere nitebãtur,ſuper quendam pontẽ occurreret, tandẽ fugiens manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit caſu ſubmerſa. ¶Quocirca mãdamus, quatenus cum illa non † ſponte [g] præcipitauerit ſe de ponte,ſed (ſicut ſuperius eſt expreſſum) caſu ceciderit,corpus eius tradi facias eccleſiaſticæ ſepulturæ, præſertim cum ex honeſta cauſa fugiſſe noſcatur: & cui communicabatur [h] viuenti cõmunicãdum ſit iam defunctę.

¶ Idem Nidroſien. † Archiepiſcopo.

¶ *Si oſſa excommunicatorum ſunt ſepulta in eccleſiaſtico cęmiterio, & diſcerni poßunt: debent exhumari,& proijci.aliàs ſecus.*

CAP. XII.

Sacris † eſt canonibus inſtitutum, vt quibus non communicauimus viuis,non communicemus [i] defũctis: & vt careant eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erant ab eccleſiaſtica vnitate præciſi †, nec in articulo mortis eccleſiæ reconciliati fuerint. ¶Vnde ſi contingat interdum, quòd vel excõmunicatorum corpora,per violẽtiam aliquorum, vel alio caſu in cœmiterio [k] eccleſiaſtico tumulentur,ſi ab aliorũ corporibus diſcerni poterunt, exhumari [l] debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. Quod ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus,

g ¶*Non ſponte.*] quia ſi ſponte, non eſſet ſepelienda in cęmiterio eccleſiæ. 23.quæſt. 5. placuit. ſed ſi ſic 2 credebat euadere poſſe, nõ imputaretur ei etiam ſi ſponte ſe præcipitaſſet de ponte, vbi videbatur quòd euadere poſſet. arg. 13. diſtin. nerui.cum pro bono aut licito hoc facere poſſet: vnde ſi quid contrarium eueniat, non imputatur. 23. q. 5. de occidendis.

2 Vide B. Thomam & Archidiaconum ſupra citatos.

† Dictio, Butardi, deẽ in omnib. antiqs exẽplarious.

¶*Gloſſ.ſeq.ponit. 7. vel 8.caſus, quibus fallit regula.*

h ¶*Communicabatur.*] Vel communicare debuimus: quoniam tunc poſt mortem abſolueretur excommunicatus:& ei poſtea communicaretur.ĩ.de ſenten.excõmunicat.à nobis. ſimile 24.q.2.c.1.& cap.ſane. fallit hæc regula in furibus & latronibus [3]. ĩ. de fur.fures.Item in his qui moriũtur in torneamentis 3. ĩ. de tornea. cap. 1. Item in raptoribus. ĩ.de rap. ſuper eos. Item in his qui ſeipſos interficiunt,vel pro ſuis ſceleribus 4 interficiuntur.23.quæſt.5.placuit. Item in his qui presbyteros inſtituunt in teſtamẽtis tutores filijs ſuis. 88. diſtin. neque apud. Item in quolibet quem conſtat in mortali peccato deceſſiſſe 13. quæ. 2.non æſtimemus. & c. pro obeuntibus. Item in his qui poſt mortem conuincuntur de hęreſi 5 14.quæſtio. 2. ſane. profertur.

† Vox Gartionũ vulgaris ẽ Italorum,qua iuniores famulos ſignificant.

† Recte dicit, nõ ſpõte, nã etiã ob caſtitatẽ ſeruãdã non licuiſſet ei ſpõte ſe interficere. B.Thomas.2.2.q. 64.ar.5.ad tertium argumentũ. & Archidiaconus ĩ ca.non eſt noſtrũ 23. q.5.

† Vitroſiẽ. epiſcopo.

† Capit. 3. eo tit.in 3. compilati. Et vide Alfonſum Caſtrũ lib. 2. cap. 18, de iuſta hęre.punit.

Sacris.] Diuiditur: nam præmittit exordium ad probationem dicendorum. Secundò ſoluendo diſtinguit:ibi, *Vnde.* Et ſecundum mẽbrum diſtinctionis: ibi, *Quòd. ſi* Abbas.

† Vide Barto.in l.2.ff. đ cadauer punito.

3 Idem cõcilium Tridentinum. ſeſſio. 25. de refo. c. 19.

Casvs. Aliquando contingit, quòd corpora excommunicatorum per violentiam aliquorum, vel aliquo caſu in cęmiterio ſepeliuntur, quæritur an debeant exhumari? Reſpondet Papa,ſi ab aliorũ corporibus diſcerni poſſunt, exhumari debẽt, & longe ab eccleſiaſtica ſepultura iactari: ſi vero diſcerni non poterunt non debent corpora illorum excommunicatorum cum aliorũ corporibus exhumari, cũ ſicut ſepultura pretioſa illis non prodeſt, ſic nulla vel vilis non obeſt iuſtis. Nota ꝙ cui non communicamus viuo, non eſt communicandum defuncto. Item ratione dubietatis aliquid admittitur, quod ſi certum eſſet, repelleretur. Item vtile non vitiatur per inutile. Item nec pretioſa ſepultura prodeſt defuncto, nec vilis nocet.

4 Vide omnino Antonium Gomeziũ to. 3.varia.re. c.vlt. nu.8.

5 Vide ca. 2.de hære. li.6.& ibidẽ gloſſã & doctor.

i ¶*Non communicemus.*] ſic 24.quæſt. 1. cap.1. & 2.niſi viuentes reconciliationem petierint, nec per eos ſtetiſſet: quia tunc abſoluendi ſunt poſt mortem.ĩ.de ſen.excommun.à nobis.& 26.q.6 qui recedunt. Ber.

k ¶*In cęmiterio.*] Cœmiterium 6 dicitur à cemem Græcè, quod eſt aurum latinè,& teron quod eſt terra, inde cœmiterium quaſi aurea terra,quia eſt cæteris pretioſior.

6 Hęc gloſſula nec ẽ Bernardi. nec habet in vetuſtis codicibus. Eſt autem Cœmiterium dictũ à verbo, κοιμάω quod ẽ ſopio, quaſi dormitorium mortuorum. Cœmiteriũ vnde dicatur.

l ¶*Exhumari.*] Imo forte nec religioſum locũ facit cadauer excõicati,ſi per ignorantiam ſacerdotis, vel eo inuito inferat. arg.ff.de rel.& ſum.fu.ſunt perſonæ.Lau.Et oſſa inde proijcienda ſunt antequã conſecretur.de conſe.diſt.1.eccleſiam. Bern.

r Et facit ad ea q̃ ibi not. & 44. diſ. qeſcamus. đ quo vide qđ dicam de homi. ſignificaſti 2. ver. q ſi diſcerni. Io. An.

¶Glo.ſeq. arg. propter dubium, & c.dat ſimilia de connexitate & difficili ſeparatione, alle. tria iura in contrarium.

a ¶*Excommunicatorum.*] Nota arg. q ratione dubietatis aliquid admittitur, qđ aliter nõ admitteretur. 11.q.3. nolite 1.& 13.q.2.non æſtimemus.& ff.de adimen.leg.l.3. §. ſi duobus. Idē contingit rõne cõnexitatis. 14.q.5. denique.& 81.diſt.cum oĩbus.& ff.de ſol.ſi alieni nummi. & ff. de mi.ẽt. Item rõne difficilis ſeparationis. ff. de neg. ge.cũ eũactũ.ff.de adm. tut.l.tutorē qui tutelã. Arg.contra.de pœ.diſt. 5.ſunt qui.& c. 2. & ff. ad leg.Aquil.ita vulneratus.ff.de teſt.tut. duo ſunt Titij. ff. de manu. teſt.cũ ex pluribus. Io.

b ¶*Specioſa.*] 13.q.3. animæ defunctorum.

† Hęc ſunt B. Auguſtini in lib. đ cura p mortuis gerenda, cap. 2.

† ſpecioſa.

† Magalen.

† Et in aliquot vetuſtis pro Innocẽt. iii. Honorius. iii. habet.

A *Bolendæ.*] Primò præmittit abuſum, quem ſecundò tolli mandat: ibi, *Mandamus.* Abbas.

Casvs. Apud Montem Peſſulanum erat conſuetudo, q clerici non permittebant effodi ſepulturã, niſi prius eis certum pretium pſoluatur: præcipit Papa iſtam conſuetudinem aboleri, & clerici nihil audeãt exigere hac de cã. Nota q p terra in qua ſepeliẽdi ſũt defũcti, nihil eſt exigẽdum.

¶Glo.ſeq.dicit ſepulturam dupliciter ſumi, pro loco, & pro officio, & locus tripliciter, ſcilicet, priuatus, religioſus, & ſacer. In primo procedit venditio, in reliquis non.

vt cum excommunicatorum [a] oſſibus corpora extumulentur fidelium: cum licet non † obſit iuſtis ſepultura nulla, vel vilis, impijs tamen celebris, vel ſpecioſa [b] † non proſit.

¶Innocentius iii. Epiſcopo Magaloñ. †

¶Terra cœmiteriata pro ſepultura fodienda, vendi non debet.

CAP. XIII.

Abolendæ conſuetudinis peruerſitas apud Montem Peſſulanum (vt dicitur) inoleuit, vt decedentibus non prius permittatur effodi ſepultura [c], quàm pro terra, in qua ſepeliendi ſunt, certum pretiũ eccleſiæ perſoluatur: & infrà. ¶Mãdamus, quatenus cum loci diœceſanus exiſtas, inhibeas clericis, ne quicquam omninò præſumant exigere [d] hac de cauſa.

¶Gregorius nonus Epiſcopo N.

¶Excommunicatus, qui per ſuum presbyterum fuit abſolutus in morte, in cæmiterio ſepeliri debet, & ad ſatisfaciendum coguntur hæredes.

CAP. XIIII.

Parochiano tuo, qui excommunicatus pro manifeſtis exceſſibus, videlicet, homicidio, incendio [e], violenta manuum iniectione in perſonas eccleſiaſticas [f], eccleſiarum violatione, [g] vel inceſtu, fuit, dum ageret in extremis †, per presbyterum ſuum iuxtà [h] formam eccleſiæ abſolutus, non † debent cœmiterium, & alia eccleſiæ ſuffragia denegari [i]: Sed eius hæredes [k] & † propinqui, ad quos bona peruenerũt ipſius, vt pro eodem ſatisfaciant, cenſura ſunt eccleſiaſtica compellendi.

TITVLVS XXIX.

De parochijs, & alienis parochianis.

¶Ex concilio Africano. †

¶Inter epiſcopum ſubſtitutum epiſcopo hæretico, & ipſum epiſcopum hereticum reuerſum, & ex diſpenſatione receptum, diuiditur epiſcopatus modo hic expreſſo.

... tus per presbyterum ſuum iuxta formam eccleſiæ: quæſitum fuit, vtrum deberet in cæmiterio ſepeliri? Reſpondet, quòd non debent ei cœmeterium & alia ſuffragia eccleſiæ denegari, ſed hæredes eius & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipſius, compellẽdi ſunt vt ſatisfaciant pro eodem. Not. quòd cui vnum ſacramentũ conceditur, omnia alia quę ſunt eiuſdem cenſuræ, ſunt concedenda. Item ſacerdos in neceſſitate poteſt abſoluere à quolibet excommunicatione. Item hæredes tenentur ex maleficio defuncti, licet ad eos nihil ex illo maleficio peruenerit.

e ¶*Incendio.*] Incendiarij vtrũ ſint ipſo iure excommunicati, dicetur. j̃. de ſen. excom. tua nos.

† Adde qs dicatur cõſtitutus in extremis. facit l. 3. cũ l. ſe. ff. đ do. cau. mor. Bar. in l. 1. C. đ ſacroſant. eccle.

f ¶*Eccleſiaſticas.*] Iſti ipſo iure ſunt excommunicati. 17. quæ. 4. ſi quis ſuadente.

g ¶*Violatione.*] Violatores eccleſiarum nõ ſunt ipſo iure excommunicati, ſed tamquã ſacrilegi excommunicandi. 17. queſt. 4. ſicut antiquitus. & c. ſi quis domum. & cap. omnes. Idem eſt ſi quis res eccleſiæ inuadat, tamquam ſacrilegus excõmunicetur. s̃. de foro competenti. conqueſtus.

† Aliàs ita non debet cęmiteriũ, vel alia, & c.

† vel.

† Capi. 85. in cõcilijs latinis.

h ¶*Iuxta formam.*] de qua habes j̃. de ſenten. excom. ex tenore. & c. cum deſideres. 1. reſp. & c. à nobis.

¶Glo.ſeq.arg.alleg.3.iura duo alleg.in contrarium, & ſoluit.

i ¶*Denegari.*] quia ex quo communicauimus ei viuo, & mortuo communicare debemus. s̃. eo. ex parte. & 24. quæſt. 2. ſane. Item eſt hic arg. cui vnum ſacramentum conceditur vel negatur, & alia intelliguntur cõceſſa, vel negata. 5. diſt. ad eius 95. diſtin. illud. & 13.q.2.c.vlt. Contra. j̃. de tornea. cap. 1. & j̃. de rap. ſuper eo. vbi conceditur pœnitentia & euchariſtia, & tamen denegatur eccleſiaſtica ſepultura, ſed illud fit ad terrorem aliorum 3.

3 Concor. l. cum prętor. ff. đ iu. & l. ſi maritus. in fi. ff. de procur.

¶Glo.ſeq.reci.per contrarium & ſoluit.

k ¶*Sed eius hæredes.*] Similem caſum habes. j̃. de rap. in literis. Et ita ex hoc cap. & illo patet, quòd hæredes conueniuntur ex maleficio defuncti, licet nihil inde peruenerit ad eos, quamuis lis conteſtata non fuerit cum defuncto, cum ad eos bona defuncti peruenerint: vt hic dicit. & 16.q.6. ſi epiſcopũ. j̃. de vſu. tua nos. & intellige hæredem eſſe hæredis hæredem. ff. de verb. ſigni. hæredis. ſic hæres hæredis teſtatoris eſt hæres. C. de hære. inſti. l. vltim. nam & ſecundum leges hæres tenetur condictione furtiua. ff. de cond. fur. ſi pro fure. §. ſi condictio. In caſu etiam tenetur filius pro patre, licet non ſit hęres. C. de primipilo. cum ex ſola. lib. 12. quælibet enim actio ad hæredem, & aduerſus hæredem tranſmittitur. C. de contrahen. & committ. ſtipul. veteris. & l. vltim. C. vt actiones ab hæredibus & contra hære. inci. l. vnica. & in delictis, licet ad hæredem nihil peruenerit. argu. 1. quæſt. 4. cap. eccleſia. §. item peccato Iſraëlitarum. ver. maxime. cum ex eo vtilitas deferatur ignoranti. Tamen ſecundum leges non tenetur hæres ex delicto defuncti, niſi in quantum ad ipſum peruenerit, vel niſi lis conteſtata fuerit cum defuncto. C. ex delic. defun. l. 1. Sed ex cõtractu vel quaſi, defuncti hæres indiſtinctè tenet. C. de act. & obli. ex depoſiti. & ff. de re. iu. ad ea. §. in contractibus. niſi in duobus caſibus. vnus eſt ff. ſi menſor. fal. mo. dixe. l. ſi duobus. §. vltim. alius eſt ff. de tributo. illud. §. vltimo. Ber.

c ¶*Sepultura.*] Sepultura dicitur locus, ſiue terra in qua fit ſepultura. Si in tali terra nullus vnquã fuit ſepultus, nec aliàs eſt locus ſacer, vt cœmiterium, licite poteſt vendi, & ex ea pretium recipi: quia nemo compellendus eſt de ſuo beneficium facere. 10.q.2. precariæ. & quilibet ſuæ rei moderator & arbiter eſt. C. mand. in re mandata. & iuſtum eſt vnicuique ſua cõmittere. C. de Iudæ. nemo exterus. poteſt ergo talis terra vendi, cum non ſit religioſa vel ſacra, ſed purus dicitur talis locus, ff. de reli. l. 2. §. purus autem. & C. eod. tit. l. locum. & 12. q. 2. aurum. ſi enim in tali terra aliquis ſepultus fuerit, & de voluntate eius cuius erat locus, amodo ſacer factus eſt. C. de relig. l. 2. ff. eod. l. 2. §. ſed & ſi alius. quare vendi non poteſt, vel obligari: vt in l. prædicta. C. de reli. l. 2. & ff. de re. diui. ſacra loca. in fi. & 1.q.1. dictum eſt. De tali terra poteſt hoc intelligi, vel de terra cœmiterij, quæ religioſa & ſacra dicitur, licet in ea nullus ſepultus ſit. argum. ff. de rei vendi. quæ religioſis. & 17. q.4. quiſquis. & c. ſicut antiquitus. & talis terra vendi nõ poteſt 13.q.2. queſta eſt. & c. præcipiendũ. Item dicitur ſepultura officium ſepulturæ: quod ſimiliter vendi non poteſt, ſi clerici ad hoc teneantur, cum habeant beneficium ab ipſa eccleſia; imo ſimoniam committunt. j̃. de ſimo. non ſatis. & c. cum in eccleſię corpore. & 13.q.2. in eccleſiaſtico. & c. queſta eſt. Si vero nõ teneãtur ad hoc ratione beneficij, poſſunt inde accipere 2 pretium quia de ſuo hoc facere non tenentur. 12.q.2. charitatem. & s̃. de præſcri. cum ex officij.

2 Non ex pacto ſecũdum Hoſt. aliàs eſſet ſimonia ſecundũ eũ. j̃. de ſimo. in tantum. & c. nõ ſatis Io. An.

d ¶*Exigere.*] Licet clerici exigere non poſſint laici tñ compelli poſſunt pias & laudabiles cõſuetudines obſeruare, ſi quæ ſuper hoc fuerunt. j̃. de ſimo. ad Apoſtolicam. multa enim inhoneſtè petuntur quę honeſtè recipi poſſunt. 18 di. de elogijs. 13.q.2. queſta eſt 1.q.2. placuit. & cap. quam pio. ff. de var. & extraor. co. l. 1. §. eſt quidem. 14. quæſt. 5. non ſanè.

P *Arochiano.*] Diuiditur: quia duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Sed eius.* Abbas.

Casvs. Quidam parochianus fuit excommunicatus pro manifeſtis exceſſibus, homicidio, incendio, & pro violẽta manuum iniectione in perſonas eccleſiaſticas, & pro violatione eccleſiarum, & inceſtu: dum ageret in extremis, fuit abſolu-

DE PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

¶Suprà viſum eſt de quodã iure parochiali, quod conſiſtit in funerando: Sed quia poterat dubitari de alijs iuribus parochialibus:

libus : ideo ſubijcitur iſta rubrica. Abbas Siculus. De hac materia tractatur 10.q.2.& 16.q.5.& 13.q.1.per totum.

1 Hic caſ° Bernardi eſt, & in antiquis exéplaribus reperitur.

S*I epiſcopus.*] Habet quinque dicta ad idem tendentia quæ patent in textu. Abbas Siculus.

CASVS. ſic 1 poteſt poni: Epiſcopus alicuius ciuitatis cum magna parte plebis incidit in hæreſim Donatiſtarum. Vnde ſunt p̄ciſi ab eccleſia: in plebe reſidua conſtitutus eſt nouus epiſcopus, priore reuertente ad fidem, tum pro multitudine ſequentium eum, tum pro vtilitate diſpenſatur cum eo, vt dignitatem recipiat: ſed quia alter canonice ordinatus eſt, non debet ex toto deponi, ſed inter ſe diuidunt omnia, vt patet in litera. Hodie vero non fieret talis diſpenſatio : & non continet ius hoc cap. Bern. No. hic habes vnum caſum, in quo duo epiſcopi poſſunt eſſe in eodē epiſcopatu: ſcilicet quā do alter labitur in hæreſim, & alter canonice eligitur. Item melior eſt conditio minoris: quia maior diuidet, & minor eliget. Item voluntas plurium præferēda eſt paucioribus : quod eſt verum, niſi à paucioribus opponatur aliquid rationabile, & probetur, vt s̄. de his quæ fi. à maio. par. cap. cum in cunctis.

† Cap. 1. e. ti. in 1. cōpilatione. Et ad verū intellectū huius capitis, videto notas noſtras ī hūc locum.

† Vide l. & ſuum hære dem. §. fi. cum l. ſeq. ff. de pact.

† deputentur.

† fuerunt.

† velut ſub impari.

† velut ſi impari.

CAP. I.

SI † epiſcopus [a] ex Donatiſtis [b] ad catholicā eſt vnitatem conuerſus [c], æqualiter inter ſe diuidāt [d] eas, quæ ſic inuentæ fuerint, vbi ambæ partes [e] fuerint; id eſt, vt alia loca ad illum, alia ad alium pertineant, ita vt ille diuidat, qui amplius temporis in epiſcopatu habet, & minor [f] eligat. Quòd ſi fortè vnus fuerit locus, ad eum pertineat, quem plebs elegerit [g]. Sed ſi antiqui catholici ſuum voluerint, & illi ſuum qui ex Donatiſtis cōuerſi ſunt, plurimorum [h] voluntas paucioribus præferatur †. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis [i] epiſcopo deputetur [k] †. ¶ Si autem ita plurima loca inueniuntur, in quibus ambæ partes fuerint †, vt non poſſint æqualiter diuidi, velut † ſi in impari numero fuerint, diſtributis locis, qui parem habent numerum, quicunque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur, quod dictum eſt, cum de vno loco ſuperius tractaretur.

¶ Ex concilio Maneteñ. †

† Vaneteñ † Naneteñ. ſed legendū Nanneteñ. ē quę hoc decretum ibi c. 1. non cap. 419. vt refert Burchardus li. 2. decret. ca. 92. nec cap. 19. vt refert Iuo par. 6. cap. 122. habet cap. 2. eod. tit. in 1. cōpilatione. concordat concilium Triden. ſeſſio. 22. in decreto de obſeruandis, in celebratione Miſſæ. §. moneant.

¶ Presbyteri parochiales Dominicis diebus & feſtiuis, parochianos alienos ad Miſſam admittere non debent, ſi ex contemptu ad eorum eccleſiam accedunt.

a ¶ *Epiſcopus.*] id eſt, epiſcopatus. & ſic ponitur contentum pro cōtinente, vel ecōuerſo continens pro contento. de conſ. diſt. 2. cum omne. R.

b ¶ *Ex donatiſtis.*] Quod dicitur in hoc capitulo, diſpenſatiuè dictum eſt 2 23.q.4. ipſa pietas. Ber.

c ¶ *Conuerſus.*] Cum alius epiſcopus in illo epiſcopatu iam erat creatus. Lauren.

d ¶ *Diuidant.*] ſcilicet villas, vel parochias, vel plebes.

e ¶ *Partes.*] id eſt, æquales. nomine enim partis dimidia intelligitur. ff. de verbor. ſignificat. nomen. ff. de vſur. etiam partis. Bernard.

f ¶ *Minor.*] Not. meliorem conditionem minoris. Ber.

g ¶ *Elegerit.*] Vt ſi pares ſint competitores mulieris, moribus & generis, is potior exiſtimetur, quem ſibi conſulens mulier approbauerit. C. de nuptijs, viduæ.

h ¶ *Plurimorum.*] 65. diſtin. cap. 1. 2. & 3. & ſuprà. de his quæ fiunt à maiori parte capitu. capitulo primo. & ſuprà. de electio. licet. in fi.

i ¶ *Maioris temporis.*] Hoc ideo dicit, quia præſumitur citius mori. 13.q.2. illud. & in hoc eſt melioris conditionis.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

k ¶ *Deputetur.*] Quid ſi non conueniant inter ſe? Alternis annis percipient redditus. ff. communi diui. l. communi diuidendo. §. cum de vſufructu. Vincen.

2 Et loquitur de his qui erāt in partibus Africę, vbi p̄ualebant Donatiſtę. ſecūdū Io. Ioan. And.

V*T Dominicis.*] CASVS: Dicit̄ in hoc cap. ꝙ. ſacerdotes in diebus dominicis, & in alijs diebus feſtiuis dēnt proponere in eccleſia, vt ſi eſt ibi aliqs qui ex contēptu dimiſit ſuū p̄sbyterū, ſtatim recedat. Not. ꝙ. nullus p̄sbyter alterius parochianū recipere dēt ad diuina. qđ verū eſt, ſi contempto prelato ſuo audire velit ibi diuina : abſens enim iuſta de cauſa poteſt audire diuina in eccleſia ad quam venerit.

l ¶ *Si alterius.*] Alienus parochianus dicit̄, licet ibi cōparauerit domū, nō cā habitādi. ſolā. n. habitationē cōparare in aliena ciuitate nō facit domiciliū. ff. ad muni. libertus. §. ſola. Secus ſi in vtraq; cā inhabitādi. ff. eo. aſſūptio. §. iuris prudētib. V.

m ¶ *Contempto.*] Bene dixit, cōtēpto, quia ex iuſta cā abſens bene pōt audire diuina in eccleſia. ad quam venerit. arg. 7.q.1. epi vel presbyteri. 81. diſt. cap. vlt. & eſt ſimile de pę. diſ. 6. placuit. 71. diſt. primatus. & 9. q. 2. per totum. Ber.

CAP. II.

VT dominicis, vel feſtiuis diebus presbyteri antequam Miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius [l] parochianus in eccleſia ſit, qui proprio contempto [m] presbytero, ibi velit Miſſam audire: quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abiiciant.

¶ Hadrianus Papa. †.

† Burchardus lib. 2. decret. c. 39. Iuo par. 6. c. 147. & c. 3. e. ti. in 1. compilat. & videto notas in hūc locū.

¶ Epiſcopus parochianum alterius ſine ipſius licentia ordinare non poteſt, nec eum aliter iudicare.

CAP. III.

NVllus epiſcopus alterius parochianū iudicare præſumat [n]: & infrà. ¶ Nam qui eum ordinare [o] non potuit, nec iudicare poteſt.

¶ Vrbanus tertius.

¶ Fines parochiarum, de quibus conſtat, vel finibus cohærentia, præſcribi non poſſunt.

CAP. IIII.

SVper † eo verò quod apud vos intelleximus dubitatū, an quod de finibus & † his, quæ finibus cohærent [p], nō præſcribendis, ſtatutū per canones [q] eſſe dignoſcitur, ſit ī parochia-

N*Vllus.*] CASVS. Dicitur, quòd nullus eps alienū parochianū iudicet: quia qui eū ordinare non pōt, nec iudicare. No. ꝙ nullus pōt iudicare parochianū alterius: quia ad quē ſpectat ordinatio alicuius, & eius iudicatio: ergo qui nō pōt ordinare, nō pōt iudicare. hoc tñ intellige de epo: de alijs enim non: quia licet archidiaconus non poſſit ordinare, poteſt tamen iudicare, ſicut & alij iudices.

n ¶ *Pręſumat.*] Niſi eò domicilium tranſtulerit. C. de inco. & vbi qs do. ha. ſi in patria. lib. 10. & j̄. eo. ſignificauit. & niſi ibi deliquerit. j̄. de rap. cap. primo.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrariū, & ſoluit. Secundo arg. & remittit.*

o ¶ *Ordinare.*] Sic. 9. q. 2. per totū. Arg. cōtra 25. diſt. perlectis. vbi dicitur ꝙ archidiaconus poteſt iudicare 3, ſed non ordinare. illud ſic expone: ſicut eps non pōt alienum parochianum ordinare, ſic nec iudicare: Secus eſt de inferioribus iudicibus, ſicut ſunt archidiaconi, & cęteri prælati, qui poſſunt iudicare, ſed non ordinare. Et ita arg. habes hic ꝙ ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. s̄. de iud. at ſi clerici. vbi de hoc. & C. ſi à non compet. iud. l. 2. & s̄. de conſue. ad noſtram. niſi in caſibus, qui notantur. s̄. de foro. compet. cum ſit generale.

† poſt concilium Lateran. ſub Alexād. iii. ca. vltimo & cap. 5. e. tit. in 1. cōpilatione. Vide Felinum in ca. quia indicāte. ſupra de pręſcri. & Oldradū conſil. 283.

† vel.

S*Vper eo.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi. *reſpondemus.* Abb. Siculus.

CASVS. In canonibus reperitur, ꝙ limites prouinciarum ſiue diœceſum, & ea quæ limitibus adhærent, non præſcribuntur: quæſitum fuit, vtrum idem ſit iudicium in limitibus parochiarum? Reſpondet ꝙ idem ſeruandum eſt in vtroque dūmodo conſtiterit limites canonica ordinatione fuiſſe diſtinctos. Not. ꝙ limites legitime diſtincti, & ea quæ limitibus adhærent, prouinciarum, ſiue diœceſum, & parochiarum, non p̄ſcribuntur. Item idem iuris eſt in minori quod in maiori.

3 Quid hodie prohibeantur archidiacoui iudicare, vide cōcilīū Trid. ſeſ. 24. de refor. cap. 20. §. ad hæc & ſeſ. 25. de reformat. c. 14.

p ¶ *Cohærent.*] principaliter: ſicut intelligitur illud: Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. vt C. de rei vendi. quę religioſis. & ff. de contrahen. emptio. in modicis. Vin.

q ¶ *Per canones.*] 4 qui dicunt, ꝙ limes præſcribi non poteſt ne prouinciarum termini confundantur. 16. q. 3. quicunque. & c. licet in regulis. & c. inter memoratos. Quod dicit, parochiarum, exponunt quidam, id eſt, epiſcopatuum: nam canon prædictus, quicunque de prouincialibus limitibus tantum loqui videtur, ſed ſecundum hoc non traditur hic aliquid de capellis. Sed verius videtur quæſtionem fuiſſe propoſitam de parochijs. nam canones prædicti loquuntur de diœceſibus, ideſt, epatibus: & qđ dicit, ſicut in prouincialibus, poteſt exponi, id eſt, epatibus: ſed idem intelligo in limitibus epatuum, & parochiarū, & prouinciarum, ex quo ibi diſtincti ſunt fines p̄ſcribi non poſſunt per iura prædicta, cum eadem rō ſit in omnibus. & quòd idem ſit in omnibus patet ſatis ex hac decre.

4 Qualiter & quando facta fuerit diuiſio prouinciarū. & epiſcopatuū vide 80. diſt. ca. 2. & 99 diſtin. cap. 1. & 13. q. 1. c. 1.

¶*Glo.ſeq. elicit tria arg.*

a ¶*In vtroque.*] Arg. ꝙ idem iuris eſt in minoribus qđ in maioribus. arg. ſ. de pb. maioribus. & ſ. de app. c. de appellationib. Itē argu. quòd de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium. ſ. de reſcript. inter cæteras. & ſ. de transla. inter corporalia. ff. de leg. non poſſunt. Item arg. quòd vbi eſt eadem ratio, idem debet eſſe ius. ſ. de confir. vti. cum dilecta. & ſ. de conſtit. tranſlato. & c. nam concupiſcentiam.

Additio. arg. ff. ad leg. Aquil. illud. & C. ad l. Aquil. l. fi. Bern.

†liminib.

rum limitibus, † ſicut in prouincialibus admittendum: Reſpondemus, quòd bene videtur in vtroque a ſeruandum, ſi fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide conſtiterit eccleſiaſtica ordinatione ſtatutos.

¶Celeſtinus † tertius.

¶*Si parochianus, ſeu diœceſanus domicilium transfert, primus prælatus in eo iura epiſcopalia, ſeu diœceſana ſibi non vendicat: decimæ tamen prædiales illius parochiæ ſibi debentur, niſi alteri debeantur ex conſuetudine.*

CAP. V.

Significauit † nobis Acoñ. † epiſcopus, quòd cum poſt recuperationem Aconeñ. † ciuitatis, ad habitādum in ea, ſe quamplurimi contuliſſent, qui ante generalem occupationē terræ ſanctæ, in alijs ciuitatib. regni Hieroſolymitani elegerant manſionē: & infrà: ¶ Fraternitati tuæ † mandamus, quatenus prædictorum locorum prælatos, vt ſibi nullam in prædictos Aconeñ. habitatores b iuriſdictionem vſurpent, nec ab eis temporalia exigant, quibus ſpiritualia non miniſtrāt, diſtrictione, qua conuenit, cōpellatis: ita quòd ſi de agris in eorum parochia conſtitutis, fructus percipiunt, & in vltramarinis partibus ratione prædiorum c decimæ perſoluuntur, deinceps eis ipſas cum integritate perſoluant: dicto verò Acoñ. † tamquā diœceſano ſuo cogātur de cæteris rñdere.

† Clemens

Significauit nobis.] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

Casus. Poſtquā ciuitas Aconenſis recuperata fuit à Chriſtianis, multi ſe tranſtulerunt ad habitandum illuc, qui ante generalem occupationem terræ ſanctæ, in alijs ciuitatibus regni Hieroſolymitani morabantur: prælati prędictarum ciuitatum volebant exercere iuriſdictionem in prædictis habitatoribus Aconenſibus, & alia ſpiritualia & temporalia exigebant ab eis, quibus non miniſtrabant ſpiritualia. Epiſcopus Aconeñ. conqueſtus eſt domino Papę, vnde mandat iudicibus, quatenus compellant pręlatos prędictorum locorum, vt nullam iuriſdictionem vſurpent in prædictos Aconeñ. habitatores, nec ab eis tēporalia exigant, quibus ſpiritualia non miniſtrant: verumtamen ſi de Agris in eorum parochijs conſtitutis, fructus percipiunt, & in partibus vltra marinis ratione prædiorum decimæ ſoluuntur, decimas illas de cætero integrè percipiant, & dicto Acon. tamquā ſuo dœceſano de cęteris reſpondere cogantnr. Not. quòd licitum eſt alicui domicilium mutare. Item nota contra epiſcopos, & archidiaconos, & alios prælatos, qui redditus ſuos percipere non debēt, niſi officium ſuum in verbo prędicationis & alijs exercuerint. Item decimę prędiales illi eccleſię ſunt dandę, in cuius territorio prędia ſunt conſtituta.

† Cap. vnico. eo. ti. in 2. compil.

† Ancon.

† Ancon.

† Fraternitati veſtræ.

† Ancon.

† Ancon.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶*Habitatores iuriſdictionem.*] quia translato domicilio ſubtracti ſunt eorum iuriſdictioni. ſ. de fo. compe. propoſuiſti. 13. queſt. 1. eccleſias. §. quia ergo. & ibi dicitur quis habere domicilium, vbi habitat. ff. ad municip. municeps. §. miles. Sed videtur contradicere quędam lex. ff. de ſena. ſenatores. vbi dicitur quòd licet ſenatores domicilium habeant in vrbe, retinent tamen ius in prouincijs, vnde ſunt oriundi. Sed illud verum eſt quo ad honores, non quo ad onera. ff. ad municipa. municeps. La.

¶*Glo ſeq. notat, quærit, & ſoluit.*

c ¶*Prædiorum.*] Not. quòd decimę prędiales 1 regulariter illi eccleſię debent dari, in cuius parochia prędia ſunt ſita. arg. 16. queſt. 1. ſi quis laicus. & ĵ. de deci. quoniam. & cap. cum contingat. ſic & ciuitati tributum ſoluendum eſt, vbi ſunt agri ff. de cenſi. forma. §. ſi vero. perſonales vero decimę illi eccleſię debent dari, in qua diuina audiunt officia. 16. queſt. 1.

1 De materia huius gloſſæ Vide Oldradum conſ. 168. & gloſſam 13. q. 1. in ſumma. faciunt tradita per Albericum tract. de ſtatu. par. 2. q. 137.

quæſti. & hic in fi. idē dicit. Sed quid de illis, ꝗ inhabitant ciuitatem, & habent prædia & vineas extra, quæ non ſunt in parochia alicuius, ſed ſita in terminis ciuitatis? Videtur eſſe hoc in epiſcopi poteſtate, arg. ĵ. de deci. quoniam. quia non poſſunt negari quin ſint in parochia eius: non tamen à ratione extraneum eſt, vt ratione domicilij decimæ perſoluantur, ſi conſuetudo ita ſe habet. in talibus enim conſuetudo pręiudicat. ĵ. de decimis. ad Apoſtolicæ. & c. in aliquibus. in fi. Ber.

TITVLVS XXX.

De decimis †, primitijs, & oblationibus.

¶Hieronymus ſuper Ezechielem †.

¶*Exprimit quatuor genera decimarum, quæ ex veteri lege debebantur.*

CAP. I.

Decimam partē omnium frugū Leuiticę tribui populus ex lege debebat. Rurſus ex ipſis decimis Leuitę, hoc eſt inferiorum miniſtrorum gradus, decimas dabant ſacerdotibus. Erant quoque & † aliæ decimæ, quas vnuſquiſq; de populo Iſrael in ſuis horreis ſeparabat, vt comederet eas, cum iret in templum in vrbe Hieruſalem, & in veſtibulo templi ſacerdotes, & leuitas ad conuiuium d inuitaret. Erant autem & alię, quas pauperibus recondebant. ¶At verò primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant ſpeciali nomine diffinitę e, ſed offerentium arbitrio derelictæ. Traditionem quoq; accepimus Hebręorum, nō lege præceptam, ſed arbitrio magiſtrorū f inolitam, quòd qui plurimū, quadrageſimam partem dabant ſacerdotibus, qui minimum, ſexageſimam: inter quadrageſimam, & ſexageſimam licebat g quodcunq; voluiſſent offerre. Quod igitur in Pentateucho h dubium derelictū eſt,

† De materia huius tituli, vide plenè p B. Thomā, & Caietanū, 2.2. q. 86. & 87. & p Dominicū Sotū lib. 6. de iuſtitia & iure, q. 3. & 4. per totum.

DE DECIMIS, primitijs, & oblationibus.

¶*Quia decimę, & primitię, & oblationes sūt de iure parochiali, ideo poſt rubricam præcedētem meritò ſubijcitur iſta Abbas.*

De hac materia tractatur 16. q. 1. c. cūctis. §. de his vero. vſque ad fi. & q. 7. per totū. 13. q. 1. per totum. de conſecr. diſt. 5. quadrageſima. De oblationibus tractatur 10. quæſt. 1. & 2. & 25. q. 1. per totum. & 13. q. 2. §. nimirum. vſq; ad §. item quęritur.

† Capi. 45. Et capit. 1. eo. tit. in 2. compila. Et de materia vide Nauarrum in manuali, c. 21. tit. đ tertio præcepto eccleſiæ & plenè per Couarruuiam li. 1. variar. reſol. cap. 17. & vide notas huius capitis.

Decimam.] Diuiditur, quoniā primò agit de quātitate decimarum, exprimēs quatuor genera ipſarū. Secūdò de quātitate primitiarum ibi, *At verò.* Abb. Sic.

† Dictio & deeſt in aliquot antiquis.

Casus. Primò ponit tria genera decimarum ſecundum quòd olim in veteri teſtamēto ſoluebantur, Secundò dicit, quòd primitiæ, quas de frugibus offerebant, non erant aliquo ſpeciali nomine deſignatæ, ſed pro voluntate ſua quilibet offerebat; poſtea traditio Hebræorum inoleuit arbitrio magiſtrorum. quòd qui plurimum dabant, quadrageſimam partem offerebant ſacerdotibus: qui minimum, ſexageſimam partem: & ſic inter quadrageſimam & ſexageſimam licebat offerre quod volebant. & ita quod prius dubium erat, poſtea diffinitum fuit propter auaritiam ſacerdotum.

d ¶*Ad conuiuium.*] 13. quæſtio. 1. eccleſias. §. his itaque Ber.

e ¶*Diffinitę.*] in qua quantitate dari deberent. Bernardus.

¶*Glo. ſeq. arg. opi. magiſtrorum, &c.*

f ¶*Magiſtrorum.*] Nota hic argu. quòd opiniones magiſtrorum ſunt fouendæ. vnde Inno. opinionibus magiſtrorum non vult derogare. ſuprà. de reſtitutio. ſpoliator. literas. & infrà de ſenten. excommunicat. officij. Et dicit lex, quòd ius conſtare non poteſt, niſi ſit aliquis iuriſperitus, per quem poſſit in melius perduci. ff. de ori. iur. l. 2. §. poſt originem. Lau.

Aditio. Ex hoc textu nota, quòd licet magiſtri poſſint gloſſare ſicut placet quo ad primitias, non tamen quo ad decimas.

g ¶*Licebat.*] non licentia diſpenſationis. ſed iuris cōmunis.

h ¶*Pentateucho.*] Liber eſt ſic dictus à penta, quod eſt quinque,

que, & theuchos, quod eſt volumen;, quia in vno volumine quinque libri 1 Moyſi continentur. Ala.

¶Glo.ſeq.quærit.opi.ponit,ex qua iterum quęrit & ſoluit.

a ¶In primitijs.] Primitiæ enim tamquam debitæ exiguntur, ſicut & decimæ.arg.16.q.1.reuertimini.32.diſt.præter hoc. & j.eod. quam ſit graue.

1 Ideſt, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomiũ. Cõcilium Tridẽt.ſeſ. 4. in decreto de canonicis ſcripturis.

hic † ſpecialiter diffinitur propter ſacerdotum auaritiam, ne amplius à populo exigant in primitijs [a] offerendis.

† Aliàs, hoc.

¶Paſchalis ſecondus.

¶Non poteſt congruè ſummari propter varietatem lecturarum,

CAP. II.

NOuum † genus exactionis eſt, vt clerici à clericis [b] decimas exigant, cũ nuſquam in lege Domini hoc legamus: non enim Leuitæ à Leuitis [c] decimas accepiſſe legũtur. Illi profectò clerici, qui à clericis ſpiritualium miniſteriorum labores accipiunt, decimas eis debent [d].

† Poſt concilium Lateran. ſub Alexã. iii. par.13.ca.16. & c.7. eo.tit.in 1. compil. Et hãc decretalẽ intellige, put declarat eã B.Thomas & ibi Caietanus. 2.2. q.87. ar.4.

¶Hadrianus † Vigor. & Herfordeñ. Epiſcopis.

¶Compoſitio ſuper decimis non tollitur per priuilegium ſequens, ſi de illa mentionem non facit.

† Credo hũc eẽ Hadrianũ iiii. qui proxime præceſſit Alex.iii.

CAP. III.

EX † multiplici conqueſtione V. presbyteri accepimus, quòd cum inter Abbatẽ de Brudeia, de conſenſu totius cõuentus, & prædictum presbyterum talis interceſſerit † conuentio, ſcripto monachorum authentico roborata: ꝙ monachi dicto presbytero, & eccleſiæ ſuæ, de blado, & vniuerſis leguminibus, quandiu uiueret [e] decimas perſoluerẽt, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter quietas [f] † clamauit: idem Abbas à nobis priuilegium obtinuit, vt de laboribus, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, nulli decimas ſoluere tenerentur: & infrà. ¶Vnde quia non fuit noſtræ intentionis [g], per priuilegium noſtrum conuentioni derogare prædictæ: Mandamus, quatenus Abbatem, & monachos, vt eandem [h] conuentionem (non obſtante dicto priuilegio, niſi de ipſa cõtineatur [i] in eo) inuiolabiliter teneant, & obſeruent: vel exinde ſecum pacificè conueniant, appellatione poſtpoſita compellatis.

† Cap. 17. eo.tit.in 1. compil. Et poſt cõciliũ Lateran.ſub Alex.iii.par. 13.c.11.

† interuenerit.

¶Idem Thomæ Cantuarieñ. † Archiepiſcopo.

¶Monachi tenentur ſoluere decimas prędiales de prædijs nouiter cultis, de quibus decimæ prius ſoluebantur.

CAP. IIII.

COmmiſſum † nobis: & infrà. ¶Peruenit ad nos, ꝙ monachi [k] de Boſſe, eccleſiæ

Sed nunquid in pecudibus datur primogenitum? Hug. dicit de ducentis vnum dandũ loco primitiarum. Sed qd ſi tot non habeat capita? tunc ſoluat æſtimationem ſecundum quãtitatem illius numeri. Durũ videtur dare primogenitum, ſi forte nõ haberet vltra duo capita, vel tria; aliàs minimum eſſet ſi haberet quadringenta, vel quingenta, ſiue mille. Laur.

NOuum genus.] Casvs. Quæſitum fuit à Papa, vtrũ clerici decimas exigere poſſint? Reſpondet ꝙ hoc eſſet nouũ genus exactionis, vt clerici à clericis decimas petãt, cum in lege Dñi nõ legatur; Leuitæ .n. à Leuitis decimas non accipiebant: illi vero clerici, qui ab alijs clericis ſpiritualia recipiunt, de laboribus ſuis eis debent decimas dare. No. clericos clericis dare decimas non debere.

¶Glo.ſeq.re. per obiec.

b ¶A clericis.] Hoc intellige de dote eccleſiæ de qua clerici non debent dare decimas: vt 16.q.1.queſti. Sed de prædijs proprijs ſiue patrimonialibus, clerici debent ſoluere decimas. vt 16.q.1.ſi quis laicus. & hoc ſiue prædia ſint in propria parochia clericorum, ſiue in aliena. B.

c ¶A Leuitis.] ſcilicet paribus, quoniam ſummis ſacerdotibus. inferiores decimas ſoluebant. ſ. eo. ca. prox. Vel non accipiebant Leuitæ à Leuitis, quibus ſpiritualia non miniſtrabant Tanc.

¶Glo.ſeq.reci,per obiect.quam dupliciter ſoluit.

d ¶Debent.] Videt̃ contradicere principio: ſed intellige principium capituli de dote eccleſię, vt dixi. quod hic dicit intellige de patrimonialib. Vel poſſes intelligere, ꝙ hic dicit de clericis coniugatis, qui ab alijs clericis ſpiritualia recipiunt 2, & hoc innuit litera, & ita planum eſt B.

2 In his enim coniugati, etiam tonſurati nõ gaudẽt priuilegio j. d̃ cle. cõiu.c.vnico in fi.lib. 6. Ioan. And.

EX multiplici.] Primò ponitur querela. Secundo iudicum datio: ibi. *Vnde.* Abbas.

Casvs. Inter abbatem & conuentum de Brudeia ex vna parte & quendam presbyterum pro eccleſia ſua ex altera, talis compoſitio interceſſit ſcripto authentico monachorum roborata, quòd monachi deberent ſoluere annuatim dicto presbytero dum viueret, decimas de blado & vniuerſis leguminibus, exceptis minutis decimis, quas eis remiſit. poſtea Abbas impetrauit priuilegium, vt de laboribus ſuis, quos proprijs ſumptibus excolunt, decimas ſoluere non teneantur, nulla de compoſitione prædicta mentione facta, ſtatim cœperunt excolere ſuis ſumptibus poſſeſſiones, ſuper quibus compoſitio facta erat, & ea occaſione ſubtrahebant decimas: vnde presbyter conqueſtus eſt domino Papæ ſuper hoc: dicit Papa, quòd non fuit ſuæ intentionis, per priuilegium prædictæ compoſitioni derogare: quare mandat, quatenus Abbas & monachi compellantur prædictam compoſitionem ſeruare, vel cũ ipſo presbytero amicabiliter conuenire, niſi de ipſa compoſitione in priuilegio contineatur expreſsè. Nota, quod Papa per priuilegium ſuum non intendit reuocare compoſitionem, de qua in priuilegio mentio non habetur. Item priuilegium veritatę tacita impetratum non valet.

¶Glo.ſeq.recitetur per quęſtionem.

e ¶Quandiu viueret.] Hic ſimpliciter & purè facta fuit cõpoſitio ſuper decimis: ergo de omnibus præſentibus & futuris intelligendum eſt: vnde ſi poſtea alias poſſeſſiones monachi acquiſierunt, ſub eadem compoſitione intelliguntur. j. de priuileg. quia circa.

f ¶Quietas 3 clamauit.] Arg. quòd rebus nondum habitis poſſit quis renunciare. ff. de acquir. hære. is qui Argu. contra. ff. de reg. iu. qui poteſt. Sol. non poteſt quis renunciare iuri antequam ſibi competat, vt ibi dicitur, paciſci tamen poteſt: vt ff. de pactis. l. & hæredi. §. filius. familias. & C. de pact. l. 1. & hic R.

3 Modus dicẽdi vulgaris Italoiũ, hoc eſt. le chiamo franche.

† Quietas, lego ex antiquis, nõ, quitas. vt ĩ nonnullis recentioribus.

¶Gloſ.ſeq. argu.in contrarium, & ſoluit.

g ¶Intentionis.] Nota ſecundum intentionem domini Papæ priuilegium fore intelligendum 4 ſic etiam reſcriptum quo conceditur beneficium. ſ. de p̃be. c. vlt. & ſuprà. de reſcrip. mandatum. Item arg. quòd Papa per ſuũ priuilegium ſiue reſcriptum, non vult facere alicui præiudicium. ſ. de off. ord. licet. & ſ. de vſu pal. ex tuarum. & ſ. de offic. delegat. ſuper eo. & hoc ideo eſt hic, quia priuilegium illud fuit tacita veritate impetratum, vnde non valuit: quod ſi dixiſſet, priuilegium non fuiſſet conceſſum. ſ. de reſcrip. ſuper literis.

4 Vide tex. in l. nõ dubiũ. & ibi Bar. & glo. C. de leg.

† Hũc exiſtimo eẽ B. Thomã Cãtuarien. Archiepm̃, q circa annũ chriſti 1171 pro libertate eccleſię aſſerenda martyrio tradit ſub Alexa. iii.

h ¶Eandem conuentionem.] Et ita patet, quòd conuentio poteſt interuenire in ſpiritualibus, ſaltem inter eccleſiaſticas perſonas. infrà. eo. ſuggeſtum. & cap. nuper abbates. & ſuprà de tranſact. cap. 2. Sed ad hoc vt compoſitio ſit perpetua, debet auctoritas epiſcopi interuenire. vt ſuprà de tranſact. de cætero. & cap. 2. aliàs erit perſonalis: vt ſuprà de tranſact. veniens. & hic fuit compoſitio perſonalis: quia auctoritas ſuperioris non interuenit: vt patet ex eo quod dicit ſuprà. quandiu viueret. & ſic in vita ſacerdotis tantum durauit compoſitio.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilatio. Et poſt conciliũ par. 13. cap. 12.

i ¶Contineatur.] Nam ſi de compoſitione facta fuiſſet mentio in priuilegijs, & ex certa 5 ſcientia, Papa derogaſſet huic compoſitioni. arg. ſ. de reſcript. nonnulli. & j. de cape. mo. ex parte Bernardus.

5 Quid operetur clauſula ex certa ſcientia tradit late Antonius Gabriellius lib. 6. comu. concluſ. tit. de clauſulis, concluſ. 1.

COmmiſſum.] Primò ponitur querela. Secundò iudicis datio: ibi, *Ea propter.* Abbas.

Casvs. Monachi de Boſſe, eccleſiæ ſanctæ Mariæ, in cuius parochia commorantur, decimas integre non ſoluebant: conqueſtus eſt rector illius eccleſiæ domino Papæ: vnde mandat archiepiſcopo Cantuarieñ. quatenus monachos compellat. vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus conſtructæ fuerant, eccleſiæ prædictæ cum ea integritate perſoluant, qua prius ſolui conſueuerant, antequam in eadem parochia morarentur: & ſicut decimæ olim ſoluebantur de paſcuis, ita & nunc ſoluantur de eiſdem ad frugum fertilitatem translatis abſque diminutione. Nota, decimas integrè perſoluendas.

¶Glo.ſeq.recitetur per quęſtionem.

k ¶Monachi.] Non dicit hic de quibus monachis: vnde ſi intelligis cap. de Ciſtercieñ loquitur de poſſeſſionibus, quas non excolunt ſuis ſumptibus & laboribus, de quibus ſoluere debent decimas. infrà. eod. ex parte. Vel forte per ſubtractionem illarum decimarum parochialis eccleſia enormiter lædebatur, quod eſſe non debet. infrà de verborum ſignificat. quid per nouale. argum. C. de

preci. impe. offer. quotiens reſcripta 1. Si vis intelligere de alijs monachis, planum eſt, qui decimas ſoluunt: niſi de noualibus cultis ſuis ſumptibus, & de nutrimentis animalium. j. eo. ex parte.

r Vide de teſti. cām 2. ſuper vl. glo. Ioan. And.

a ¶*Integritate.*] ſic s. eo. c. prox. & c. non eſt. & c. cum homines. & ca. tua nobis. & 16. q. 1. ſi quis laicus. ff. de pub. & vecti. Imperatores. Bern.

¶*Gl. ſe. quærit & ſoluit.*

b ¶*Paſcuis.*] Quæ ergo dicuntur noualia, à quibus omnes religioſi ſunt exempti? Dicas ꝙ illa dicuntur noualia, quorum non erat memoria, ꝙ culta fuiſſent. j. de ver. ſign. quid per nouale. & quæ prius erant quaſi inutilia: vt montana, paludes, vnde parochialis eccleſia nihil ante percipiebat, vel ita modicum ꝙ ſine læſione poterat amittere illud, & ita iſta paſcua non erant prius inutilia, vel area ſiue domus, vnde non deberent dici noualia per c. quid per nouale.

Peruenit.] Capitulū iſtud & ſequens per ſe patent.

c ¶*Molendinorum.*] etiam ſi ſit ad ventū. j. eo. ex transmiſſa. Ber.

d ¶*Fœno.*] De omnibus enim quę fidelis homo acquirit, debet ſoluere decimas. j. eo. ex tranſmiſſa. & de venatione, & de malitia. 16. quæ. 1. decimas. & q. 7. quicunque B.

e ¶*Lana.*] In pecudū fructu lac, lana fœtuſq; habetur. ff. de vſur. l. in pecudum. & Inſt. de re. diui. §. in pecudum.

f ¶*Nuncios.*] ¶*De apib.*] & omni fructu licite acquiſito. j. eod. ex tranſmiſſa. ſiue de animalibus. s. c. proxi. ſiue intuitu prædiorum, ſiue intuitu perſonæ. s. de paroch. c. vlti. & infrà eod. paſtoralis. Ber.

† Capit. 2. eo. tit. in 1. compil. Et poſt cō ciliū p. 4. c. 2. vid̄ B. Thomā, 2. 2. q. 86. ar. 2. Cōciliū. Tridēt. ſeſ ſio. 25. d̄ re for. ca. 12.

† Vide qd̄ dicit Bal. in l. ſimani feſtè. C. de ſerui. & aqua. & in l. 1. ff. d̄ aqua plu. arcen.

† Vitorien. † Vuintonien.

† Capi. 18. eo. tit. in 1. compila. Et poſt cō cilium pa. 4. ca. 3. vbi ītegra clauſula. adde B. Thomā ſupiori capite citatū

ſanctæ Mariæ, in cuius parochia cōmorantur, decimas ex integro non perſoluunt. ¶Ea propter mandamus quatenus, eos, vt decimas de terris cultis, in quibus olim domus cōſtructæ fuerant, præfatæ eccleſiæ cum ea integritate [a] perſoluant, qua priuſquam in eadem parochia morarentur, ſolebāt perſolui, compellas. Et ſicut etiam de paſcuis [b] olim decimæ perſoluebantur, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis, decimas volumus abſq; diminutiōe pſolui.

¶Alexander tertius Cantuarieñ. Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

¶*Per excommunicationem compellitur quis ad ſoluendas decimas de molendinis, & alijs hic contentis: cap. ſeq. hoc dicit cum ſeq.*

CAP. V.

Peruenit † ad nos: & infrà. ¶Mandamus, quatenus parochianos veſtros monere curetis, & ſi opus fuerit ſub excō municationis diſtrictione compellere, vt de prouentibus molendinorum [c] †, piſcariarum, fœno [d], & lana [e], decimas, eccleſiijs, quibus debentur, cum integritate perſoluant.

¶Idem Vintonień. † Epiſcopo.

¶*Summatum eſt cum præcedenti, et declara vt in præcedenti dictum eſt.*

CAP. VI.

Nuncios †. & infrà. ¶Mandamus, quatenus parochianos tuos de apibus [f], & de omni fructu decimas perſoluere eccleſiaſtica diſtrictione cō pellas.

Cum homines.] Primo ponit factum reprehenſibile. Secundò corrigi mandat: ibi, *Mandamus.* Abb.

Casus. Homines de Hortona tenentur ſoluere decimas parochiali eccleſiæ: ſed antequam id faciant, de fructibus non decimatis, ſatisfaciunt ſeruientibus & mercenarijs ſuis pro debito totius anni, & de reſiduo decimas perſoluunt: mandat Papa vt ſtatim collectis fructibus ante aliquam deductionem decimam ſoluere compellantur, & de ſubtractis ſatisfaciāt cōpetēter. Nota decimas perſoluēdas ante aliquam deductionem.

g ¶*Parochiani.*] Arg. decimas eſſe dandas illi eccleſiæ, vbi qs accipit eccleſiaſtica ſacramenta, etiam prædiales: tamen contrarium eſt verum, ꝙ prædiales potius dari debent illi eccleſię, in cuius territorio ſita ſunt prædia. s. tit. prox. c. vlti. niſi conſuetudo in contrarium eſſet. j. eo. cum ſint homines. Bern.

h ¶*Non decimatis.*] De oībus. n. ſatis, & plantatis, & de oīb. fructib. poſſeſſionū & animaliū, & oībus fructibus rōne prædiorum prouenientibus, nullis expenſis deductis decimæ ſunt ſoluēdæ. j. eo. non eſt in poteſtate. & c. tua nobis. De alijs verò quæ proueniunt ex negotiatione & artificio deducendæ ſunt expenſæ, & de reſiduo perſoluenda decima. j. eo. paſtoralis.

¶*Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit.*

i ¶*Fructibus collectis.*] id eſt, quam citius & competentius ſolui poſſunt: quia tardius dare peccatum eſt. 16. q. 1. decimæ. & qui non facit ſtatim. in mora intelligitur vnde periculum decimarum ad ipſum ſpectat. ff. de lega. 1. cum res. §. vltim. & s. de commo. cap. vnico. Sed quid ſi ſacerdos tunc recipere noluerit? non eſt periculum illius. ff. de ſolu. qui decem 2. ſi tamen poſtea ſacerdos voluerit recipere, rurſus incipit eſſe ruſticus in mora. ff. de actio. empt. & vend: ſi per emptorem. §. qd̄ ſi eod. ff. de nou. oper. nun. prætor. §. penul. ff. quor. leg. l. 2. §. vlt. ſemper enim poſterior mora nocet ei, per quē fit. ff. de peri. & commo. rei vendi. illud. ff. de vſur. debitor. Ala.

2 Debēs r. ſi obtulit il la creditori q̄ recuſauit ſine iuſta cauſa il la recipe, ſi perdit il la ſine cul pa, doli ma li exceptio ne tutus ē, etiam ſi ali quādo interpellat non ſoluiſ ſet. Io. An.

¶Idem Exonień. Epiſcopo.

¶*Decima fructuum, ſtatim cum collecti ſunt, ſolui debet, non deductis expenſis.*

CAP. VII.

Cum † homines de Hortona de frugibus, nouē partibus ſibi retentis, decimam eccleſiæ cuius parochiani [g] ſunt, ſine diminutione ſoluere tenēatur: & antequam id faciāt, ſeruientibus, & mercenarijs ſuis, de frugibus non decimatis [h], debita totius anni pro ſeruitio ſuo impendant, tunc demum de reſiduo decimam per ſoluentes: Mandamus quatenus eos cogatis, vt decimā ſtatim † fructibus [i] collectis perſoluant, atq; de ſubtractis, & retentis dignam ſatisfactionem [k] exhibere procurent.

k ¶*Dignam ſatisfactionem.*] ſic 16. q. 7. quicūque. & cap. omnes decimæ. & quæſt. 1. ſi monachus.

† Capit. 4. eo. t. in 1. compila. Et poſt cō ciliū part. 4. c. 4. & vi de B. Thomā. 2. 2. q. 87. ar. 2. ad quartū argumētum. & Guidō. Papæ deciſio. 383.

† ſtatim de fructibus, &c.

¶Idem monachis de Neuclen. †

¶*Priuilegiati ſuper decimis non ſoluēdis, de his prędijs, quæ ab alijs conducunt, decimam ſoluere tenentur.*

CAP. VIII.

Dilecti † filij Abbas, & fratres ſāctæ Crucis, ſua nobis conqueſtione monſtrarūt, quòd prædia vnde decimas, & in magna parte ſuſtentationē conſueuerunt habere, à pleriſque laicis conduxiſtis [l], & recepiſtis ad † firmam. Vnde quoniam ijdem fratres ex hoc grauātur enormiter [m], nec fuit intentionis [n] noſtræ, aut anteceſſorum noſtrorum, vt de poſſeſſionibus, quas conduxiſtis †, decimas non ſoluatis: Mandamus, quatenus de prædijs quæ conduxiſtis in parochijs ſuis, de quibus conſueuerunt decimas pcipere, plenariè ſoluatis.

Dilecti.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Vnde.* Abbas Siculus.

Casus. Monachi de Neuclen. habebant priuilegium de non dandis decimis de terris, quas colunt ſuis ſumptibus, ipſi conducebāt prędia aliorum in parochia monachorum ſanctæ Crucis, de quibus prædijs monachi ſanctæ Crucis, percipere decimas conſueuerunt de qbus in magna parte ſuſtentationem habebāt; & occaſione priuilegij prædicti decimas non ſoluebant monachis ſanctæ Crucis, de prædijs conductis: vnde cū ipſi monachi enormiter grauarētur, conqueſti ſunt domino Papæ: vnde ſcribit eiſdē monachis de Neuclen. dicens, ꝙ non fuit intentio anteceſſorum ſuorum, vt de poſſeſſionibus, quas conducunt, decimas non perſoluant; quare mandat eiſdem, vt de prædijs conductis, monachis prædictis integrè decimas perſoluant, vel cum eis amicabiliter conueniant. Nota priuilegia ſic intelligenda, vt intellexit auctor ipſorum. Item priuilegia non ſunt amplianda, quia ſunt odioſa.

† Nembio. † Noruolo. † Neuolo. † Neuelo. † Nouoleſia.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cō pil. & poſt cōciliū pa. 13. capi. 2.

† ad firmā. id ē ad cer tam pēſionem titulo locatiōis, vt notaui ſ c. veſtra. ſupra de locato.

¶*Gloſſa ſeq. reci. per obiectionem, & ſolutionem.*

l ¶*Conduxiſtis.*] ſi propria non ſufficiunt, licitum eſt clericis conducere aliena prædia, vt hic patet: & in Authen. de ſan. epiſ. §. aliud. coll. 9. & ſic non obſtant quæ conſueuerunt ſignari pro contrarijs. j. ne cleri. vel mo. cap. 1. 2. & 3. & 86. di ſtin. peruenit. Ber.

† conducti tis.

m ¶*Enormiter.*] in hoc caſu perditur priuilegium, j. c. prox. & j. de verb. ſign. quid per nouale.

n ¶*Nec fuit intentionis.*] forte habebant iſti etiam monachi priuilegium, vt de laboribus ſuis decimas non darent: ſed iſtud priuilegium Papa non vult extendi ad conductitias poſſeſſiones: & ſic debet conſiderari ſcribentis intentio. ſuprà. de reſcriptis. mandatum. & cap. ad aures. & ſuprà. de præbend. cap. vltim. & cap. cum cauſam. 35. quę. 3. quod ſcripſi. & s. cap. 3.

a ¶Compo-

a ¶[*Componatis.*] & ſic cõpoſitio bene poteſt fieri ſuper decimis. De hoc dixi.ſ.co. ex multiplici.

S *Vggeſtum.*] Communis diuiſio, conſultatio & reſponſio. Secunda pars: ibi *Diſcretioni.* Abbas Siculus.

CASVS. Abbas & fratres Doloñ. monaſterij conqueſti ſunt Domino Papæ, quòd cum ipſi habeant priuilegia de nõ dandis decimis, monachi de Vrſineñ. decimas auferre conantur ab eis, contra tenorem priuilegiorũ ſuorum: Vnde mandat abbati & fratribus, vt ſuper decimis illis componant: quia quando Romana eccleſia ordini illorũ priuilegia de nõ dãdis decimis cõceſſit, ita erant raræ abbatiæ illi⁹ ordinis, ꝙ nulli poterat de iure ſcandalum ſuboriri: ſed modo intantum ſunt augmentatę, & poſſeſſionibus ditatæ, quòd multi viri eccleſiaſtici, de ipſis proponunt querelã. Nota quòd ſuper decimis cõpoſitio fieri poteſt inter eccleſiaſticas perſonas. Item ſi priuilegium ex prece factũ incipiat enorme detrimentum inferre, reuocandum eſt priuilegiũ. ¶*Glo. ſeq. arg. alleg. 3. iura. & duo alleg. in contrarium, & ſoluit dans regulam, & quinque caſus.*

† Dolen.

† Cap. 9. eo.tit.in 1. compil. & poſt cõcil. Latera.ſub Alexan.iij. par.13.3.4.

†querimoniam.

† Turon.
† Terraſcon.

uatis eiſdem: vel cũ ipſis amicabiliter componatis [a].

¶Idem Abbati, & fratribus Doloñ.†

¶*Reuocatur priuilegium, ſi ex poſt facto incipit enormiter nociuũ eſſe.*

CAP. IX.

SVggeſtum† eſt ex parte veſtra, quod Abbas & fratres monaſterij de Vrſiñ. decimas à vobis auferre conantur: & infrà. ¶Diſcretioni veſtrę mandamus, quatenus cum prædicto Abbate, & fratribus, ſuper ipſis decimis cõponatis: nam quando Romana eccleſia ordini veſtro priuilegia [b] de decimis dederat, ita erant raræ Abbatiæ veſtri ordinis, quòd exinde nulli poterat de iure ſcandalum ſuboriri: ſed nunc intantum augmentatæ ſunt, ac poſſeſſionibus ditatæ, quòd multi viri eccleſiaſtici de vobis apud nos querelam † ſæpè proponunt [c].

¶Idem Terracoñ.† Archiepiſcopo.

¶*Ciſtercienſes, Templarij & Hoſpitalarij decimam prædiorum ſuorum, quæ proprijs manibus aut ſumptibus excolunt, ſoluere non tenentur: alij verò religioſi non ſoluunt decimas de hortis, & nutrimẽtis animalium, nec de noualibus, quę proprijs manibus ac ſumptibus excolunt.*

CAP. X.

EX † parte tua ad nos noueris perueniſſe, quòd albi monachi, & nigri, & quidam † alij religioſi, eccleſias tuæ iuriſdictionis redditibus decimarum occaſione priuilegiorũ, quæ ſibi Romana indulſit eccleſia, ſpoliare præſumunt. ¶Sanè nolumus te latere, ꝙ prædeceſſores [d] noſtri ferè omnibus religioſis, decimas laborum ſuorum [e] conceſſerant †. Sed prædeceſſor noſter Hadrianus, ſolis fratribus Ciſtercienſis † ordinis, & Templarijs & Hoſpitalarijs decimas laborum ſuorũ, quos proprijs manibus, vel ſumptibus colunt, indulſit: cæteris verò, vt de noualibus [f] ſuis, quæ proprijs manibus, vel ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas non perſoluant: quem ſumus ſuper his imitati. Quare hi, quibus hoc indultum eſt, hac occaſione decimas de alijs rebus eccleſiæ ſuæ non poſſunt ſubtrahere, vel ſibi aliquid vlterius vendicare.

b ¶[*Priuilegia.*] Arg. quòd ſecundum diuerſitatẽ temporum & varietatem rerum priuilegia ſunt variãda. arg. 63.diſt.c.quia ſancta.§. verum.& j. de conſan. & affi. non debet. 12. q.1.videntes. Sed contra: qa priuilegia perpetua firmitate conſtare debent. 25. quæſtio. 2.capitul.1.& 2. Solu. quod ibi dicitur, verum eſt, & generale, quòd perpetua ſunt, & immutabilia: ſed quod hic dicitur, caſuale eſt: & cauſa noua ſuperueniente bene perditur priuilegium: puta ſi quis abutatur priuilegijs. 11.q.3.priuilegium.& 74.diſt.vbi iſta didiciſti. Item propter delictum ciuiũ perditur priuilegium. 25.q.2.ita nos. Item per negligentiam ſpatij x. anno.ff.de nundi.l.1. Item per contrarium factum.ſ. de præben.pro illorum. & ſ.de conſti.cum acceſſiſſent.& j.de priuil.ſi de terra. Item cum enorme præiudicium alij inducit: vt hic.& j.de verb.ſign. quid per nouale. & ſ.c.proxi.

† Cap. 10. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium part. 13. c. 5. & de intellectu vide Crauettã in l.1.ff. de lega.1.

1 Adde qd reſcindat priuilegiũ per Oldradum conſ. 96. adde Iaſonem in l. fin.de conſtit.prin.& Felinum in c. cum acceſſiſſent. 3.de cõſti.

ADDITIO. Vnde verſus:

Indultum tollit contemptus, crimen, abuſus:
Oppoſitum factus, damnum, tempus variatum.

c ¶[*Querelam ſæpe proponunt.*] vbi enim priuilegiũ ex poſtfacto recidit ad iniquum compendium, principis eſt æſtimatio.ff.de reg.iuris. Neratius. in fin. quia beneficia principalia ipſi principes ſolent interpretari.ff. de vul.ſub. ex facto. ſimile 63.diſt.c.quia ſancta.§. verum.

E *X parte.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Sane.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachi albi & nigri, occaſione priuilegiorum, quæ ſuper non dandis decimis ſibi conceſſit Romana eccleſia, ſpoliare præſumebant eccleſias iuriſdictionis Terracoñ.archiepiſcopi, vnde ipſe ſignificauit hoc domino Papæ, & ipſe reſcribit ei dicens ꝙ prædeceſſores Alexandri ferè omnibus religioſis conceſſerunt decimas de laboribus ſuis, ſed Hadrianus poſtmodum fratribus Ciſtercienſis ordinis, Templarijs, & Hoſpitalarijs decimas laborum, quas proprijs manibus & ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis & de noualibus ſuis: quas proprijs manibus & ſumptibus excolunt, & alijs, conceſſit vt decimas non perſoluant: & Alexander ſuper hoc imitatus eſt Hadrianum: vnde præcipit, ꝙ illi quibus hoc indultum eſt, occaſione decimarum, de alijs rebus eccleſiarum ſuarũ decimas ſubtrahere non præſumant, vel ſibi aliquid vlterius vendicare. Not. ꝙ priuilegium non debet ad aliud extendi quàm ad ea quæ continentur in ipſo.

†quidã alij viri religioſi, &c.

d ¶[*Prædeceſſores.*] ſ. Paſchalis ij. & Gregorius. 16. q. 1. decimas. 12.q.1. quia tua.

†conceſſerunt.

¶*Glo. ſeq. tractat tria tempora circa decimas monachorum primitiuorum, Paſchalis & Hadriani, & vlt. 4. caſus excipit.*

†De Ciſtercienſib. & alijs hic nominatis vide plenè p Caſſaneũ i catalogo gloriæ mũdi par.4.cõſiderat io. 58. & 65. & part. 9. cõſiderat. 4.

e ¶[*Laborum ſuorum.*] hoc intellige de proprijs poſſeſſionibus, & non de cõductis ad firmam.ſ.eo.dilecti. Quia vero de decimis monachorum varie loquuntur iura, ideo nota ꝙ monachi in primitiua eccleſia decimas dabãt de prædijs & laboribus ſuis, tãquam laici, arg. 16.q.1.alia cauſa 2. & c. generaliter. & 12. q. 1. duo. in fin. vſque ad tempus Paſchalis ij. Poſteà verò idem Paſchalis & conciliũ Maguntinum ſtatuerunt, quòd nec monachi, nec religioſi, nec aliqui communiter viuentes, decimas de ſuis laboribus ſoluerent. 16.q.1.quæſti.&c.decimas. Tempore vero procedente Hadrianus Papa ſolis Ciſtercieñ. Hoſpitalarijs, Hieroſolymitanis, ſeu Templarijs conceſſit hoc priuilegium, vt de laboribus ſuis, quos proprijs manibus excolunt, decimas ſoluere non tenerentur: Alijs verò monachis conceſſit decimas tantum de noualibus, quæ colunt ſuis manibus, & de hortis, & nutrimentis animalium ſuorum, vt hic dicitur, & ſic modo ſeruatur. Et ita eſt tenendum ꝙ Ciſter. Templarij, & Hoſpitalarij decimas de ſuis poſſeſſionibus, quas ſuis laboribus excolunt, ſoluere non tenentur: vt hic dicitur, & in duobus proxi.c.ſeq. niſi pacto ad hoc teneantur. ſ.eo. ex multiplici. vel niſi parochialis eccleſia enormiter læderetur. ſ.eo.dilecti.& c.ſuggeſtum.& j.de verb. ſig.quid per nouale. vel niſi ſoluendo renunciauerint priuilegio ſuo. j.de priui.accedentibus.& c.ſi de terra. Et hæc quæ dicta ſunt, vera ſunt de monachis qui populum non regunt; ſed ſi monachi habent populum, bene poſſunt recipere decimas perſonales & pdiales. 16.q.1.moderamine. Hodie vero abbates Ciſtercieñ.& alij, qui ſimili gaudẽt priuilegio de poſſeſſionibus, quas acquiſierunt poſt cõcilium generale, vel de cætero acquirent, ſoluere tenentur decimas. j.eo.nuper. Tanc.

2 Quidam reprehendũt vt Gu. hãc cõcor. & 2. ſe.dicentes, ꝙ nõ faciũt. tu dic ꝙ bene faciunt. prima.n. ꝓbat exponendo: vt ibi no. munus, i. decimam. ſecũda probat monachos laicos tertia probat laicos teneri ad decimas. Ioã. And.

† Cap. 11. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium. part. 13.c.6.

f ¶[*De noualibus.*] Quid ſit nouale, dicitur j. de verbo.ſign. quid per nouale.& j.de priuileg.c.vlt.

¶Idem.

¶*Priuilegium ſuper decimis laborum non extenditur ad terras, quæ alijs traduntur excollendę.*

CAP. XI.

LIcet † de benignitate ſedis Apoſtolicæ ſit vobis indultũ, vt de laboribus, quos ꝓprijs manibus [g] vel ſumpti-

L *Icet.*] CASVS. Religioſi quibus conceſſum eſt, vt de laboribus ſuis, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, decimas non perſoluant, ſi poſſeſſiones ſuas alijs tradunt excolendas, decimas de illis ſoluere tenentur eccleſijs parochialibus, in quibus priuilegium locum non habet.

3 Idem in in qbuſcunque aliis, etiã nõ religioſis, q bus idẽ cõpeteret ex ſpeciali priuilegio, licet non in corpore iuris clauſo. Ioan. And.

g ¶[*Proprijs manibus.*] & ſic loquitur de Ciſtercieñ. Templarijs, & Hoſpitalarijs, quibus hoc priuilegium conceſſum eſt 3. ſ.eo.c.proxi. Bern.

a ¶[*Traditis.*]

a ¶*Traditis.*] ad hoc enim non extenditur priuilegium, nec ad illas quas conducunt ab alijs ad firmam.s̃.eo.dilecti. Et ſic priuilegium intelligitur de proprijs poſſeſſionibus, quas colunt proprijs ſumptibus.

AD *audientiam.*] Primò ponit prauam interpretationem, quam ſecundò reprobat ibi, *Mandamus.* Iſtud cap. emanauit ad declarationẽ c. ex parte.s̃.co.

C a s v s. In priuilegijs Ciſtercienſium cõtinetur, ꝙ de laboribus quos ꝓprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, decimas non perſoluant: quidam malitioſe interpretãtes verbum illud, de laboribus, dicunt: de laboribus id eſt, de noualibus: verbum illud ad noualia reſtringentes: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: vnde mãdat quatenus prę lati hoc de cætero fieri nõ permittant: ſi enim Papa intellexiſſet de noualibus: vbi poſuit de laboribus, poſuiſſet, de noualibus. Nota, ꝙ priuilegium principis malitioſè nõ eſt interpretandum. Item non eſt recedendum à forma verborum.

† Cap. 13. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium Lateraneñ. ſub Alexan.iij. par.13.c.8 Et Couarruuiã lib.1. varia.reſolut. c. 17. nu.3.

b ¶*Interpretatione.*] & malè: quia priuilegium principis largiſſimè interpretãdum eſt. j̃.de verb.ſig.olim.s̃.de do.cum dilecti.& C.de bon.quę liber.cũ multa. in fin. ff. de conſtit. prin.l.vlt.& ff.de re iudi. quidã conſulebant. & infamiã iuris incurrit qui priuilegiũ principis ſtrictè interpretatur.C.de leg.l.2.& verba calumnianda non ſunt.ff. ad exhi.l.penul.

† Vide l.ab hoſtib⁹. §. ſed qđ ſimpliciter. ff. de qb.cau. ma. & l. 3. ff. de offic. præſid.

† Cap.25. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium Lateraneñ. ſub Alexã. iij. part. 50. c. 40.

c ¶*Aſſerunt.*] & malè: quia ſi verbum eſſet ambiguum, latiſſima eſſet interpretatio faciẽda.ff.de conſti.prin.beneficium. vel ipſe idem princeps deberet ſuum priuilegium interpretari. C.de leg.l.vlt.& j̃. de ſent. excom.inter alia.& s̃.de iudi.cum veniſſent.11.q.3.§. ex his.& priuilegium aliquid debet concedere. aliàs inutile eſſet. j̃. de priuilegijs in his.

bus colitis, nemini decimas ſoluere teneamini: propter hoc tamen non eſt licitum vobis, decimas de terris veſtris ſubtrahere, quas alijs traditis[a] excolendas.

¶Idem.

¶*Priuilegium ſuper decimis laborum, etiam ea quæ non ſunt noualia comprehendit.*

CAP. XII.

AD† audiẽtiam noſtram: & infrà. ¶Illud priuilegij capitulum, praua quidam interpretatione[b] peruertentes, quo Ciſtercienſibus indulgetur, ne de laboribus, quos proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, aliquis decimas ab eis exigat: aſſerunt[c], quod pro laboribus noualia intelligi debent: & infrà. ¶Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri: nam ſi intelligeremus[d] tantummodo de noualibus, vbi ponimus† de laboribus, de noualibus poneremus.

† poſuimus

¶Idem Brixieñ. Epiſcopo.

¶*Decimę noualium debentur eccleſię, in cuius parochia ſurgunt: ſi verò non ſunt in certa parochia, debentur diœceſano qui poteſt ſibi retinere, vel alteri eccleſię concedere.*

CAP. XIII.

QVoniam† à nobis ſollicitudo tua requirit, quid de decimis noualium tuæ diœceſis tibi ſit ſtatuendum: Reſpondemus, vt ſi terræ, quæ arabiles ſunt, infra certam alicuius eccleſiæ parochiã[e] fuerint, decimas earum (tua parte[f] retenta) eidem[g] eccleſiæ facias aſſignari: Alioquin ipſas ſecundum diſcretionem à Deo tibi datam, alij† eccleſiæ deputare, vel ad opus tuum poteris retinere.

† alijs eccleſijs, &c.

d ¶*Intelligeremus.*] arg. quòd à forma verborum ſine certa ſcientia non eſt recedendum. 31.diſt.omnino.ff.de lega.3.non aliter.& 31.q.1.§.quomodo virginibus. C. de cad.tol.l.vnica. §.ſi vero. & de cõſec. diſt.4.ſi quis presbyter.& s̃.de tranſla.inter corporalia. & C.de pecu.eius qui libertatem meruit.l.vnic. 18.q.1.ſic enim.ver.cum vero dicit, ego dico, non dominus.

Q*Voniam.*] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Reſpondemus.* in qua diſtinguit: Secundum membrum proſequitur: ibi, *Alioquin.* Abbas.

C a s v s. Epiſcopus Brixieñ. quæſiuit à domino Papa, quid de decimis noualium ſuæ diœceſis ſit ſtatuendum? Reſpondet Papa, quòd ſi noualia illa ſunt infra certam parochiam alicuius eccleſiæ, decimas illas faciat aſſignari illi eccleſiæ, ſua parte ſibi retenta: ſi vero non ſunt infra certam parochiam, de illis diſponat prout ſibi placuerit. Nota, ꝙ decimæ noualium illi eccleſiæ dari debent, in cuius parochia ſurgunt noualia, alioquin in diſpoſitione ſunt epiſcopi.

¶*Glo. ſeq. querit, & ſoluit.*

e ¶*Parochiam.*] quid ſi ſint inſulæ? Conſiderandum eſt cui prouinciæ adhærcant, & de illa prouincia ſunt, & ibi debent decimas, & ibi iudicentur.ff.de iudi.inſulæ.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium, & remittit.*

f ¶*Tua parte.*] eandem quam de antiquis percipis, & non maiorem: quia non debent in his duplici iure cenſeri. 12.q.2. cognouimus. & j̃.eod. cum in tua.& j̃.de cẽſi. eccleſijs. hæc eſt quarta.10.q.3.vnio. Vel intellige ſecũdum diuerſam conſuetudinem locorum.s̃.de ſepul. certificari. Arg.contra.j̃. eo.cum contingat. vbi dicitur, quòd de iure communi ad parochiales eccleſias ptinet perceptio decimarum, & ibi ſoluitur.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

g ¶*Eidem eccleſię.*] Sed nonne dabuntur vbi colon. recipiũt ſpiritualia.16.q.1.quęſti? Reſpondeo, non; quia decimæ & tributa dantur ratione prædiorũ, & non perſonarum. ff. de publi.& vectig. imperatores. 16.q.1. ſi qs laicus.& c.decimę.& ff. de cenſi. forma cenſualis.§. ſi vero quis.

¶Idem Remenſi † Archiepiſcopo.

† poſt conciliũ part. 26.cap.21. deeſt iſcriptio. c. 26, eo.tit.in 1. compil. Vide beatum Thomã 2. 2.q.87.art. 1. & oĩno concil. Triden. ſeſſio. 15. de refor.c. 12.

¶*Decimæ poſſunt exigi.*

CAP. XIIII.

PArochianos: & infrà. ¶Cũ decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Domino[h] ſint inſtitutæ: quaſi debitum[i] exigi poſſunt.

¶Idem Ambianen. † Epiſcopo.

† Abieneſi. † Ambieñ.

¶*Decima laico iure hæreditario concedi non poteſt.*

CAP. XV.

AD† hęc, donationem decimæ, quam Abbas ſancti S. de Monſtrali cuidam laico conceſſit, per ſucceſſionem tenendam: (Quoniã ſanctuariũ[k] Dei iure hęreditario poſſideri non debet) viribus carere decernas: & laicum (niſi decimam ipſam ipſi eccleſiæ liberè reſignauerit[l]) vinculo excõmunicationis aſtringas.

† Cap.27. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium parte 50. c. 29.

¶Idem Marſilen. † Epiſcopo.

† Maſilien.

¶*Iudæi coguntur prędiales decimas ſoluere, aut prędia dimittere.*

CAP. XVI.

DE† terris, quas Iudæi colunt, tuæ prudentiæ reſpondemus, vt eos ad decimas perſoluendas[m], vel poſſeſſio-

PArochianos.] Litera per ſe patet.

h ¶*Domino.*] vt 16. q.1. reuertimini. & c. decimę ſunt.& q.7.omnes decimæ.

i ¶*Quaſi debitum.*] Iſtud, quaſi, non eſt ſimilitudinariũ, ſed expreſſiuum veritatis, ſicut illud, quaſi vnigeniti à patre. & ex debito requiruntur. j̃. eod. tua nobis. & 16.q.1.decimæ. & c.ſtatuimus.& 13.q.2.qui oblationes.

AD *hęc.*] Primò recitat factum, quod ſecundò reuocari mandat ibi, *Quoniam.* Abb.

† Cap. 28. eo.tit.in 1. compilat. Vide ꝑalijs hic Panormitanũ, ad de Felinũ ĩ c.cauſam s̃. de ꝑſcri. & omnino vide Ancharanũ in c. quãto. j̃. de vſur. in 7. notab.

C a s v s. Quidã Abbas fecit donationem de quadam decima cuidam laico, & hęredibus eius: quęritur an talis donatio teneat? Reſpondet Papa, quia ſanctuarium Dei hæreditario iure poſſideri non debet, mandat epiſcopo diœceſano, quatenus donationem viribus carere decernat: & niſi laicus ille decimam ipſam ipſi eccleſiæ liberè reſignauerit, ipſum excommunicet. Not. ꝙ in ſpiritualibus ſucceſſio locum habere non debet.

k ¶*Sanctuarium.*] 8.q.1. Apoſtolica.& j̃.de iurepatro. conſuluit. Bernar.

l ¶*Reſignauerit.*] & ita laicus decimas poſſidere non poteſt. 16.q.7.cap.1.& s̃.de præſcrip.cauſam quæ.& ſic in feudum dari non poſſunt de nouo. De hoc dicitur j̃.eo.quamuis.& ideo ſi non reſtituat, debet excommunicari.

D*E terris.*] C a s v s. Quærebatur, vtrum Iudæi compellendi ſint ad decimas perſoluendas? Reſpondet Papa, ꝙ compellendi ſunt ad decimas perſoluendas, vel poſſeſſiones penitus dimittendas, ne hac occaſione iure ſuo eccleſiæ valeant defraudari.

m ¶*Perſoluendas.*] Is enim ad quem ſpectat fructuum perceptio, fructuum onera ſubire compellitur.ff.de vſufru.ſi pendentes.§.pen.& l.hactenus. & ff. de pac. inter debitorem. & ff. de cenſi.forma.§.ſi vero quis. & ita ratione prædiorum ſoluere debent decimas: & non ratione perſonarum: quia non ſunt de corpore eccleſiæ: vnde perſonales decimas non perſoluunt.

a ¶Compellas]

a ¶*Compellas.*] prout traditur j̃.de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto.

Q*Vamuis.*] Primò ponit factum reprehenſibile. Secundò pœnam: ibi, *Statuimus*. Abbas.

C a s v s. Quidam laici vſurpant ſibi in rebus eccleſiaſticis, quod ad ſacerdotes noſcitur pertinere, quod quidẽ graue nimis eſt, & dignum pœna diuini iudicij, & maiorem etiam incurrunt formidinem, ꝙ ipſi fomitem ſui erroris in clero inueniunt, ex eo ꝙ quidam prȩlati concedunt decimas eccleſiaſticas laicis diſponendas, vnde impellũt eos in prõptum periculum: cum potius eos ad viam vitæ debeant perducere: & ideo ſtatuit Papa, vt ſi quis prælatus alicui remanẽti in ſeculo cõceſſerit decimã, vel eccleſiam, vel oblationẽ, à ſtatu ſuo remoueatur ſicut arbor quæ eſt inutilis, donec emendet & ſatisfaciat. Nota, quòd laico nulla ſpiritualis adminiſtratio cõcedi debet.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilatione. Cur autem ſolis ſacerdotib⁹ non laicis decimȩ debeãtur, docet egregiè B. Thomas 2. 2. q. 87. art. 3.

† Verbum ſit, deeſt in aliquot antiquis.

b ¶*Diſponere.*] quod omnino eis non licet: quia de rebus eccleſiaſticis nulla eſt laicis attributa poteſtas. 96. diſtin. bene quidem. 16. q. 7. laicis. & s̃. de conſti. eccleſia. & s̃. de reb. eccl. non alie. cum laicis. & 80. diſt. quoniam in quibuſdam. & c. indicatum. & tales laici excommunicandi ſunt 1. 16. q. vlt. nullus laicorum.

nes penitus renũciandas, cum omni diſtrictione compellas[a]: ne fortè occaſione illa, eccleſiæ valeant ſuo iure fraudari.

¶Idem.

¶*Decimȩ, vel oblationes eccleſiȩ, laicis concedi non poſſunt, & prȩlatus contra faciens eſt puniendus.*

C A P. XVII.

QVamuis † ſit † graue nimis, & diuini dignum animaduerſione iudicij habeatur, quòd laici quidam quod ſacerdotum eſt, in eccleſiaſticis rebus vſurpant: maiorem tamẽ incurrunt formidinem, quòd fomitem ſui erroris dicuntur in ipſo clero aliquotiens inuenire, dum quidam prȩlatorum eccleſiæ decimas, & eccleſias diſponere[b] eis indulgent, & eos in deuia mortis impellunt, qui prædicatione eorum ad viam vitæ fuerãt reuocandi; & infrà. ¶Statuimus, vt ſi quis alicui laico in ſeculo remanenti, eccleſiam, decimam, oblationemq́; conceſſerit[c] à ſtatu ſuo, ſicut arbor quæ inutiliter terram occupat, ſuccidatur[d], & donec emendet, dolore ſuæ iaceat ruinæ proſtratus.

¶*Gloſ. ſeq. quærit, & ſoluit, quatuor rationes inducens, & vnum ſimile, demum ſolutionem declarat, & antiquam permiſſionis cauſam reddit.*

c ¶*Conceſſerit.*] Laici enim decimas ſine peccato non poſſunt retinere. 1. q. 3. peruenit. & j̃. eod. prohibemus. Sed nunquid poſſunt dari laicis in feudum? Dicẽdum eſt quòd non: quia decimæ ſunt cibus in domo domini. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. decimas. debent eis dari à quibus ſpiritualia recipiuntur. 13. q. 1. eccleſias. §. his ita. & prætereà feudum tranſit ad hæredes, ſed decimæ non. s̃. eod. ad hæc. & ita laicis concedi non poſſunt in feudum: quia eas poſſidere non poſſunt. s̃. de præſcri. cauſam quæ. & 16. q. 7. c. 1. & 1. q. 3. §. poteſt. in ver. Itẽ decimæ Deo mandante, &c. & hoc ideo, quia dantur intuitu diuini obſequij. 13. q. 1. c. eccleſias. §. his ita. & 16. q. 1. quæſti. & s̃. eo. nouum. & j̃. eo. tua nobis. vnde in laicum cadere non poſſunt, ſicut nec ius eligendi. s̃. de elect. ſacroſancta. & c. Maſſana. Fructus verò decimarum bene poſſent cõcedi laico ex cauſa ad tempus vitæ ſuæ: ſed non in feudum. s̃. de lo. c. 2. quia etiam poſſent vendi ad tempus. j̃. ne præla. vices ſuas. c. vlt. Sed ius percipiendi quod eſt merè ſpirituale, non poteſt eis in feudum dari, vel etiam ad tempus rationibus præmiſſis concedi, Et eſt ſimile cum dicimus, vitulum, fructum vaccæ demonſtramus, non ius ſed corpus. ff. de euict. vaccæ. & ſic hodie decimæ in feudum dari non poſſunt, ſicut nec alia feuda. s̃. de feud. c. 1. Et ea fuit cauſa quare olim antiquis temporibus dabantur in feudum laicis & etiam alia feuda, vt videlicet defenderent eccleſias ab hæreticis, & ab alijs oppreſſoribus. poſtea vero cum cauſa ceſſauit, non fuerunt conceſſæ, imo expreſsè fuit prohibitum: quia ſine peccato laici non poſſunt eas retinere. s̃. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. capitul. c. cum Apoſtolica. & j̃. eo. prohibemus. Et decimas ab antiquo conceſſas adhuc poſſident laici, & eorum ſucceſſores: tamen ſi aliqua noualia conſurgunt, in decimatione non accreſcunt eis. infrà eodem. tua nobis. propter rationem, quæ ibi redditur in fine. Bernard.

1 Licet ſoluat æſtimationẽ eius quod perceptura erat eccleſia à catholico parochiano qđ dic vt j̃. de vſur. quanto. in fi. Io. And.

d ¶*Succidatur.*] ideſt ſuſpendatur, vt innuit litera ſequens: donec, &c. vel ſuccidatur, id eſt, deponatur. & hæc expoſitio probatur 23. q. 4. ipſa pietas. ſed primum verius videtur.

¶Idem.

¶*Statur conſuetudini, an colonus ſoluat decimam eccleſiȩ, in cuius parochia ſita ſunt prȩdia, an eccleſiȩ, vbi audit diuina, & percipit eccleſiaſtica ſacramenta.*

C A P. XVIII.

CVm † ſint homines in parochia vnius eccleſiȩ (ſicut aſſeris) qui terras in alia parochia excolunt, tua diſcretio nos conſuluit, cui eccleſiæ de terris illis decimas ſoluere debeant; & infrà. ¶Sanè non eſt[e] nobis facile ſuper hoc certum † dare reſponſum: cum auctoritates ſanctorum Patrũ etiam ſint diuerſæ[f]. Et ideo in huiuſmodi dubitatione, ad conſuetudinem[g] duximus recurrendum †: & attẽdendum etiam ſi illæ eccleſiæ in vno ſint, vel in diuerſis epiſcopatibus conſtitutæ: quia difficile[h] nimis videtur, vt vna eccleſia in epiſcopatu alterius recipiat decimas: cum ex hoc epiſcopatuum fines confundi non immeritò viderentur.

C*Vm ſint.*] Primò ponitur conſultatio: Secundò reſpõſio: ibi, *Sanè*. Abbas.

C a s v s. Aliquando contingit, ꝙ morantes in vna parochia, excolunt terras in alia, quȩritur cui eccleſiæ decimæ ſint reddendæ? Reſpondet Papa, ꝙ ſuper hoc non eſt facile dare reſponſum, cum auctoritates ſanctorum Patrum ſint in hoc diuerſæ: vnde in talibus recurrendum eſt ad conſuetudinem, & videndum, vtrum illæ eccleſiæ in vno ſint epiſcopatu, vel diuerſis epiſcopatibus conſtitutæ: quia graue & difficile foret, ſi vna eccleſia in alio epiſcopatu reciperet decimas, cum ex hoc fines epiſcopatuum viderentur confundi. Nota quòd in decimis conſiderat̃ cõſuetudo. Item decimæ in parochia alterius p̃ſcribi non poſſunt, vt colligitur hic: ne fines epiſcopatuum, vel parochiarũ confundãtur.

† Cap. 3. e tit. in 2. cõpilatione.

† certum reſponſum tibi dare.

† Vide l. minime. & in l. ſi de interpreta. ff. de legib.

e ¶*Non eſt nobis facile.*] quia quod à ſanctis Patribus non eſt diffinitum, nec nos diffinire debemus. 2. q. 5. conſuluiſti. & qđ Apoſtolus non diffiniuit, nec nos diffinire debemus. 31. q. 1. quod ſi dormierit.

¶Ex concilio Lateraneñ. †

¶*Non poteſt laicus transferre decimam in alium laicum, etiã ſi cum titulo illam poßideat. h. d. cum glo.*

† Conciliũ Latera. ſub Alex. iij. c. 16. §. prohibemus ẽt. & c. 23. eo. tit. in 1. cõpilatione. Iam quàm ſit periculoſum detinere decimas, tradit Guido Papȩ deciſio. 283.

¶ *Gloßa ſequens recitetur per quæſtionem qualis erat iſta diuerſitas.*

f ¶*Diuerſæ.*] non tamen aduerſæ. ſic. s̃. de his quæ fiunt à prȩlat. ſine conſenſu cap. c. cum Apoſtolica. Quidam enim ibi dicunt dandas eſſe decimas, vbi recipiuntur eccleſiaſtica ſacramenta. s̃. eo. nouum genus. & 16. q. 1. quæſti. Alij dicunt, quòd ibi debẽt dari vbi prædia ſita ſunt. s̃. eo. quoniam. & s̃. de paro. c. vlt. & 16. q. 1. ſi quis laicus. Sed facilè eſt ſoluere 2 hanc diuerſitatem: ibi debent dari perſonales decimæ, vbi quis recipit eccleſiaſtica ſacramẽta: & ſi habet prædia in alia parochia, ibi debet dare decimas illorum prædiorum: vt s̃. titul. prox. c. vlt. & j̃. eo. ad Apoſtolicæ. Si habet prædia in eadem parochia vbi audit diuina, ibi debet dare decimas prædiales & perſonales: & ſic diuerſitas illa poteſt intelligi; niſi conſuetudo prȩſcripta ſit contraria: vt dicit hic Bern.

2 Sed Ioã. Andr. hic d. facile hoc putat, & qualiter hæc diuerſitas ſit cõcilianda, vide latius hic p eum.

g ¶*Ad conſuetudinem.*] Nota, quòd in decimis perſoluendis conſuetudo attenditur. ſic j̃. eo. ad Apoſtolicæ. & c. in aliquibus. in fi. Et intelligo, ꝙ illa conſuetudo ſit præſcripta, per quam iuri communi præiudicatur, quæ eſt optima legum interpres, aliàs non credo locum habere conſuetudinem, vt s̃. de conſue. cum dilectus.

¶*Glo. ſeq. ponit duas lecturas.*

h ¶*Difficile.*] non tamen impoſſibile; quia quod vix fit, tamen fit. ſim. ff. de iudi. vix certis. quia ſi decimæ illæ ſint infra limites alterius epiſcopatus non adhȩrentes limiti, bene poſſunt tunc prȩſcribi: dummodo habuerĩt titulũ, ex quo cauſam habent prȩſcribendi. j̃. eo. dudum. s̃. de prȩſcrip. ad aures. quȩ ſic intelligitur. Si vis intelligere difficile ideſt impoſſibile, quaſi non poſſit percipere decimas in alieno epiſcopatu: tunc intellige de decimis in limite poſitis, & limiti adhȩrentibus: quia illȩ prȩſcribi non poſſunt, quia ſic per conſequens, & limes præſcribi poſſet: quod fieri non poteſt, ne fines epiſco-

patuum

patuum confundantur: vt hic dicit. & 16.q.3.quicunque. & c.licet in regulis. & cap.inter memoratos.& idem eſt in parochijs limitatis. s̃. de parochi. ſuper eo. & ſic intellige quod hic dicit. Bernard.

PRohibemus.] Primò ponitur prohibitio. Secundò pœna: ibi, *Si quis*. Abbas.

CAP. XIX.

PRohibemus, ne laici decimas cum animarum ſuarum periculo [a] detinentes, in alios laicos [b] poſſint aliquo modo transferre. Si quis verò receperit, & eccleſię non reddiderit, Chriſtiana ſepultura [c] priuetur.

¶Lucius tertius Strigonienſi Archiepiſcopo.

¶*Decima perſonalis debetur eccleſiæ vbi quis percipit ſacramenta, licet alibi lucrum contigerit. In prædiali vero ſtatur conſuetudini, ſi in aliena parochia colonus prædium coluit.*

CAP. XX.

AD † Apoſtolicæ ſedis regimen: & infrà. ¶Intelleximus, quòd quædam conſuetudo in Hungaria inoleuit, vt multitudo populi plerumq; de parochia vnius epiſcopi, ĩ diœceſim alterius trãſferatur [d]: in qua licet per multa tempora moram traxerit, vterque tamen epiſcoporum tam is cuius parochiam reliquerunt, quàm is cuius parochiani ſunt facti, decimationem requirit: Ideoq; tua nos duxit fraternitas cõſulendos, cui potius decimę ſint reddendæ. Noueris igitur quòd æquũ eſt, vt illi eccleſiæ decimę perſonales [e] reddantur ab eis, in qua eccleſiaſtica percipiũt ſacramenta. Decimas † verò

CASVS. Quia laici ſine periculo animarum decimas detinere non poſſunt, prohibet Lateranẽ. conciliũ. ꝙ ipſi in alios laicos decimas ipſas transferre nõ pręſumant aliquo modo: & ſi epiſcopus eas receperit, & non reſtituerit eccleſiæ ad quam pertinẽt, chriſtiana careat ſepultura. Nota quòd laici ſine periculo animæ decimas retinere non poſſunt.

a ¶*Periculo.*] ſic 16. q.2.cap. vlti. & s̃.de his quæ fi. à præla. ſine conſenſu capituli. cap. cum Apoſtolica.

¶*Gloſſa ſequens prorogat, quærit, & ſoluit diſtinguendo.*

† Cap. 29. eo.tit. in 1. compil. & poſt concilium Lateranẽ. ſub. Alex. iij. c. 39. & pro intellectu textus. & gloſſarũ vide Nauarrum in manuali confeſſariorũ c. 21. tit. de tertio præcepto eccleſiæ.

b ¶*Laicos.*] nec etiã in clericos ſine auctoritate epiſcopi. 16.q.1. c.vlti. & s̃.de his quæ fi. à præla. c. cum apoſtolica. & j̃. de iure patron. nullus. Sed nũquid de conſenſu epiſcopi poſſunt transferri in alios laicos, ſi laici iſti habẽt decimas in feudum ab antiquo? Satis videtur quòd illas poſſunt dare in alios laicos de conſenſu epiſcopi in feudum, ſicut ipſi habent: nec dicitur epiſcopus tunc illas dare in feudũ. ſic s̃. de feudis. c.2. ſed ſi aliàs de facto poſſidet: illas nec laico nec clerico pñt transferre, etiam de conſenſu epiſcopi, vt dicit prædicta decre. cum Apoſtolica. in fin. Bernard.

† In vulgatis libris legit ita: Super decimis vero, &c. ſed in omnibus manuſcriptis codicibus hr̃ vt eſt ĩpreſſum.

c ¶*Sepultura.*] ſic ergo qui decimas quas iniuſtè poſſidet, detinet, & non reſtituit eccleſiæ ad quam ſpectant, chriſtiana ſepultura priuari debet: ſicut in vſuris 1. j̃. de vſur. quia in omnibus. Bernard.

AD *apoſtolicæ.*] Decimæ perſonales debentur eccleſiæ parochiali, prædiales, prædiali, niſi aliud habeat conſuetudo. Sic communiter ſummant doctores, ſed hæc ſummatio non congruit textui in verſi. *Super.* qui ponit caſum capituli cum ſint homines. s̃. eod. Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Noueris.* Abbas.

1 Et in alijs caſibus qui no. & quos dixi. s̃. de ſepul. ex parte. Ioã. And.

CASVS. Conſuetudo quædam inoleuit in Hungaria, vt plerunque populi de parochia vnius epiſcopi transferantur in parochiam alterius epiſcopi, & tamen vterque epiſcopus decimam ab eis requirit: quæſitum fuit cui epiſcopo potius decimæ ſint reddendæ? Reſpondet Papa, ꝙ decimæ perſonales illi eccleſiæ ſunt reddendæ, in qua populi eccleſiaſtica perceperunt ſacramenta: decimæ vero prędiorum, vel fructuum arborum, ſi coluerint in alia parochia quam in ea in qua habitant, quia in caſu iſto de diuerſis diuerſa conſuetudo ſeruatur, archieps iſte id eligat in hoc caſu & obſeruet, quod per legitimam & pręſcriptam conſuetudinẽ nouerit obſeruatum. Not. quòd de iure decimæ perſonales dandę ſunt vbi quis audit diuina: prædiales, vbi ſita ſunt prędia: niſi conſuetudo pręſcripta repugnet.

d ¶*Transferatur.*] 13.q.1. per totum. & s̃. de parochijs. c. vlt.

¶*Glo. ſeq. pręmittit tria circa decimas perſonales. ſecundo quęrit de animalibus. & ſoluit. Item quęrit, & ſoluit, per quam ſolutionem duas alias expedit quęſtiones.*

e ¶*Perſonales.*] hic ergo patet, quòd decimę perſonales ſemper dandę ſunt, vbi quis percipit eccleſiaſtica ſacramenta. ſic s̃. de parochi. c. vlti. Et dicuntur perſonales decimę, quę potius contemplatione perſonę ſoluuntur: vt puta de negotiatione, artificio, & de militia. 16.q. 1. decimę. & j̃. eod. non eſt. & cap. paſtoralis. de quibus expenſę ante ſolutionem decimarum deducendę ſunt: vt in c. paſtoralis. Sed decimę animalium an inter perſonales, an inter prędiales ſint, quęritur: & poteſt dici, quòd inter prędiales. vbi ergo paſcuntur continuè, ibi decimę ſolui debẽt. arg. s̃. eo. commiſſum. & ff. de ſerui. ruſt. prædiorum. pecoris paſcendi. C. de verb. ſignifi. l. 2. Sed quid ſi per medietatem anni in territorio vnius eccleſię, & p aliam medietatẽ in territorio alterius eccleſię paſcũtur? Aequum eſt vt diuidantur. argu. s̃. de teſti. relatum. in fi. & 1.q.2. cap. 2. & vlti. & 12.q.2. Vulteranę. eodem modo ſi continuè iaceant hic, & continuè paſcãtur ibi. arg. ff. ad muni. aſſumptio. idẽ eſſet ſi aliqui iacerẽt in vna parochia, & larem haberent in alia, debẽt diuidere decimas perſonales & oblationes.

f ¶*Conſuetudo.*] Ius tamen cõmune in promptu eſt, ꝙ illi eccleſię debẽt dari, in cuius territorio ſunt prędia: vt s̃. de parochijs. c. vlti. & s̃. eod. quoniam. tamen ſtatur conſuetudini loci, ſi eſt pręſcripta: vt dixi s̃. eo. cum ſint homines. Nã & mulier ibi ſubit munera patrimonialia vbi habet patrimonium, ſiue prędia 2: perſonalia verò vbi habet domicilium. C. de mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia & honores agnoſcant. l. 1. libr. 10. Lauren.

messium, vel fructuum arborum, ſi coluerint in alia parochia, quam in ea in qua habitant (quoniam à diuerſis diuerſa conſuetudo [f] tenetur) tu eligas in hoc caſu, quod per conſuetudinem diu obtẽtam ibidem noueris obſeruatum.

¶Clemens † tertius.

† Celeſtinus.

¶*De omni fructu prædij ſoluendæ ſunt decimæ.*

CAP. XXI.

EX † parte canonicorũ eccleſiæ tuæ, nobis eſt querela propoſita, quòd quidam agricultores, cum ſimul vel diuerſis temporibus anni, in eodem horto, vel agro diuerſa ſemina ſparſerint, non niſi de vnius [g] illorum ſeminum fructibus decimas illi † perſoluunt: & infrà. Mãdamus, quatenus ſi rem noueris taliter ſe habere, agricultores illos, vt de omnibus [h] prędiorum † fructibus decimas abſque diminutione [i] perſoluant, eccleſiaſtica cenſura compellas.

† Cap. 5. e. tit. in 2. cõpilatione. Et de materia & p declaratione huius decretalis videto oĩno B. Thomã, & ibi Caietanũ. 2. 2. q. 87. art. 1.

† illis.

† prædictorum.

¶Celeſtinus tertius.

¶*Decimę prędiales ſoluendę ſunt, expenſis non deductis.*

CAP. XXII.

NOn † eſt in poteſtate hominum, cum plantãt arbores, vel aliqua ſemina terræ mandant: & infrà. ¶Reuera ſicut ſancti patres in ſuis tra-

† Cap. 4. eo. tit. in 2. compilat. Vide B. Thomã p citato loco. & oĩno concil. Trident. ſeſſio 25. de reform. c. 12. vbi grauiter coercet nõ ſoluentes decimas.

EX *parte.*] Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam agricultores in eodem agro ſimul in anno vel diuerſo tẽpore ſeminant diuerſa ſemina, nec decimas perſoluunt niſi de vno ſemine: Mandat Papa, ꝙ de omnibus fructibus prædiorum ſine aliqua diminutione decimas pſoluant.

2 Concor. l. ſi vxorẽ. & ibi Cyn. C. de cõdi. ininſer. & in l. fi. C. de incolis. libro. 10.

g ¶*Vnius.*] & malè: quia qua ratione ſoluunt de vno ſemine, & de alio 3 ſoluere tenentur, ſiue eodem tempore, ſiue diuerſo eiuſdem anni: quia vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. 12.q.2. cognouimus. & j̃. eod. cum in tua. & de conſec. diſt. 2. comperimus.

3 Rationẽ inuenies apud B. Thomam loco proximè citato.

h ¶*De omnibus prędiorum.*] & etiam arborum. s̃. c. proxi. & de fœno, & de lana. s̃. eo. peruenit. j̃. eo. c. proxi.

i ¶*Diminutione.*] ideſt nullis expenſis deductis. s̃. eo. cum homines. & j̃. eo. c. proxi. & j̃. eo. c. tua. Bern.

NOn *eſt.*] Primò ponitur exordium. Secundò narratio: ibi, *Reuera.* Tertiò concluſio: ibi, *Volumus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam ante ſolutionem decimarum deducebant expenſas: Reſpondet Papa, quòd ſancti Patres ſtatuerunt, ꝙ de omnibus bonis quæ fidelis homo acquirit, decimas ſoluere debet: ad quod etiam compellendus eſt: vnde præcipit, quatenus antequam deducant expenſas de bonis prædictis, perſol-

nant

nant eccleſijs quibus debentur, cum debita integritate. Nota, quòd decimæ tam perſonales quam prędiales de omnibus bonis ſolui debent integraliter.

a ¶*De omnibus.*] ſic 16. q. 1. decimæ. & q. 7. quicunque. & c. omnes decimæ. Bernard.

diderunt ſcripturis, de vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipſa etiam militia, de venatione, & de omnibus [a] bonis, decimæ ſunt miniſtris eccleſiæ tribuendæ, ita vt qui de his eas ſoluere neglexerint, eccleſiaſtica diſtrictione debeant percelli [b]: & infrà. Volumus ergo, & diſtrictè præcipimus, quatenus antequam [c] vllas † deducatis de bonis prædictis expenſas, decimas eccleſijs, ad quas pertinent, cum integritate debita perſoluatis.

¶Idem.

¶*De redditibus molendini ad ventum ſoluendæ ſunt decimæ.*

CAP. XXIII.

EX † transmiſſa querela rectoris eccleſiæ de N. intelleximus: & infra. ¶Quia fidelis homo de omnibus, quæ licitè [d] poteſt acquirere, decimas erogare tenetur: Mandamus, quatenus H. militem ad ſolutionem decimarũ de his, quæ de molendino [e] ad ventum proueniunt, ſine diminutione aliqua compellatis.

b ¶*Percelli.*] & pôt etiam eccleſiaſtica ſepultura priuari qui decimas non reſtituit. ſ. eo. prohibemus. & qui decimam nõ ſoluit, ad decimam partem (vt dicit Aug.) reuocari meretur. 19. q. 1. decimæ. & in fame & in penuria maledictus erit: vt ead. cauſa quæſt. 1. reuertimini.

c ¶*Antequam deducatis expenſas.*] Hoc verum eſt in prædialibus decimis: vt ſ. c. proxi. & ĩ. eo. c. tua nobis. Secus in perſonalibus. ĩ. eo. c. paſtoralis.

† Dictio, vllas, deeſt ĩ oĩbus antiquis codicibus.

EX *transmiſſa.*] Primò ponit deciſam querelam. Secundò dat iudicem: ibi, *Quia*. vbi prēmittit generalem rationem, ex qua infert concluſionẽ: ibi, *Mandamus*.

† Cap. 7. e. tit. in 2. cõpilatione. Vide cõcilium Trid. ſeſſio. 25. de refor. c. 12. & concil. Maticonenſe. 2. c. 5. adde B. Thomã. 2. 2. q. 87. ar. 1.

CASVS. De ſe patet. Et potuit eſſe ratio dubitandi in iſto textu, quia venti non noſcuntur in loco, nec videntur moueri ex Dei beneficio, ideo videbatur ꝙ decima ex tali molendino ad ventum nõ eſſet ſoluenda. Sed contrarium dicitur, quia & mare & venti obediunt Deo. Matth. 8. c. Item quia terra in qua eſt tale molendinum, ſubiacet oneri decimarum: vnde ſicut eccleſia ex tali terra perciperet fructus ſi coleretur, ita debet conſequi de redditibus ædificij ibi conſtructi, per hoc cap. & c. commiſſum. ſ. eo. Abbas Siculus.

¶*Glo. ſeq. recitetur per q. an de illicitè acquiſitis ſoluenda ſit decima. arg. quòd non à contrario huius literæ. alleg. etiam cano. tres auctoritates, & vnam legem ad contrarium. alleg. tres leges & vnam auctoritatem. ponit opin. Demum ſoluit diſtinguendo.*

d ¶*Licitè.*] Ergo videtur ꝙ de illicitè acquiſitis 1 non teneatur decimam ſoluere. arg. 1. q. 1. nõ eſt putanda. vbi de hoc. & ſic meretrix de meretricio ſuo decimam ſoluere non debet: iuxta illud, non accipias mercedem proſtibuli. & Eſaias: Non accipias mercedem meretricis, nec pretium ſanguinis. & illud. Honorabis dominum Deum tuum de tuis iuſtis laboribus. vt in c. non eſt putanda. & illicitè acquiſita non ſunt in bonis noſtris. ff. pro ſocio. cum duobus. §. vlti. Arg. contra, ꝙ meretrix debet decimam ſoluere, quia non turpiter accipit. ff. de condictio. ob turp. cauſam. idem & ſi. §. quotiens. præterea delictum non præſtat immunitatem. ff. de interdi. & releg. relegatorum. §. vlti. Crimino ſum enim non dignitas, ſed pœna debet comitari. C. de decu. ne quis. lib. 10. & illud Euangelij: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt 14. q. 5. qui habetis. & §. ſeq. Quidam dicunt, ꝙ de nullo illicitè acquiſito poteſt fieri eleemoſyna, vel etiam decima ſolui. Et ſic nec meretrix, nec aleator, nec ſimoniacus, nec hiſtrio poteſt facere eleemoſynã, vel decimam dare de tali lucro, propter priora iura. arg. ex hac litera. Alij dicunt (quod verius credo) ꝙ de illicitè acquiſitis poteſt fieri eleemoſyna, & dari decima, ſi de illis non competat repetitio, & dominium transferatur: & ſic meretrix, hiſtrio, ſimoniacus, & qui de mammona iniquitatis viuunt, id eſt per ſolicitudinem temporalem aliqua acquirunt: decimam dare, & eleemoſynam facere poſſunt: & de eo quod extorquetur ratione officij. 14. q. 5. non ſane. quia in his dominium transfertur, & non competit repetitio; ſacerdos tamen non debet recipere decimam à meretrice: ne videatur ei impunitatem præſtare: ſicut quandoque oblationes 2 aliquorum reſpuuntur ratione criminis. 90. diſt. oblationes. 17. q. 4. miror. Aliàs ſi dominium non transfertur, aut ſi transfertur & competat repetitio, non poteſt inde fieri eleemoſyna, vel dari decima, cum non ſit illius 3: quia aliena nõ poteſt aliquis concedere pręter domini voluntatem. ĩ. eod. tua nobis. vt in vſuris, & in ſimonia. ſ. de iureiuran. debitores. & ĩ. de ſimo. de hoc. & c. veniens in furto, & rapina. Decimæ autem quæ dantur ratione prædiorum, iuſtè accipiuntur ab eccleſia, & à quocunque etiam inuaſore, ex quo non dantur ratione perſone: eccleſia enim ſuũ recipit.

1 De materia huius gloſſæ vide oĩno B. Thomã 2. 2. q. 87. art. 2. ad 2. arg. & Sotũ li. 9. de iuſtitia, & iure. q. 3. art. 3. adde Cynum in l. 2. C. de condit. ob turpẽ cãm. & Iaſonẽ & Paulũ Caſtrẽſem in l. 4. §. ſed ꝙ meretri ci. ff. de cõdi. ob. turpem cãm.

2 Vide B. Thomã 2. 2. q. 86. art. 3. vbi late de hoc.

3 Vide l ſi fa ſus. in prin. & ibi Bal. l ff. de furt. & in l. 1. C. de cõ di. ob tur. cau.

e ¶*De molendino.*] ſ. eo. peruenit. & ĩ. eo. paſtoralis.

¶Innocentius iij. Piſtorieñ. Epiſcopo.

¶*Locator, vel conductor poſſeſſionum tenentur ad decimas, niſi ſe immunes oſtendant.*

CAP. XXIIII.

A † Nobis tua fraternitas requiſiuit: & infrà. ¶Cũ igitur quilibet [f] decimas ſoluere teneatur, niſi à præſtatione ipſarum ſpecialiter ſit exemptus [g]: Fraternitati tuę taliter reſpondemus, quòd à dantibus, & recipientibus [h] poſſeſſiones ad firmam †, de fructibus quos percipiunt decimæ ſunt ſoluendæ: Niſi ab eis oſtendatur [i], quare ab huiuſmodi ſint immunes.

† Cap. 1. eo. tit. in 3 cõpilatione. Et de materia text. & gloſſę v. de Couaruuiã lib. 1. varia. reſo. lut. cap. 17. Guidonem Papæ deciſio. 266. & deciſ. 284. adde Syl ueſtrum in ſum. verbo decima. §. 5.

† Quid hoc ſit, dixi ſupra hoc ti. c. dilecti.

A *Nobis.*] Primò ponit deciſum exordium. Secũdò ratio generalis: ibi, *Cum igitur*. Tertiò ſolutio: ibi, *Fraternitati*. Quartò exceptio: ibi, *Niſi*. Abbas Siculus.

CASVS. Nobilis aliquis locat aliquãdo poſſeſſiones ſuas ad firmã: locator de parte ſua decimas nõ ſoluebat: q̃ritur quid iuris? Reſpõdet Papa ꝙ cum quilibet decimas ſoluere teneatur, & dantes & recipiẽtes poſſeſſiones ad firmam, decimas ſoluere tenentur: niſi oſtendere poſſint quare ab huiuſmodi ſint immunes.

¶Idem Vercelleñ. Epiſcopo.

¶*Imperialis conceſſio ſub quacunq; forma, à ſolutione decimarum eximere non poteſt.*

CAP. XXV.

TVa †: & infrà. ¶Porrò cũ laicis nulla ſit de † ſpiri-

† Cap. 4. e. tit. in 4. cõpilatione. Vide hic p̃ alijs Hoſt. & Oldradũ conſil. 109.

† Aliàs ita: de ſpiritualibus reb[9].

f ¶*Quilibet.*] Laicus indiſtinctè nulla temporis præſcriptione obſtante. ſ. de præſcrip. cauſam quæ. clerici vero ſecundum quod dicitur ſ. eo. nouum.

¶*Glo. ſeq. obijcit & dupliciter ſoluit.*

g ¶*Exemptus.*] Cum enim decimæ ſint tributa egentiũ animarum, & eas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi retinuerit. 16. q. 1. decimæ. & ĩ. eod. tua nobis. & quæ debentur diuina conſtitutione. ĩ. eo. tua. quomodo poteſt Papa concedere priuilegium de non dandis decimis contra præceptum diuinæ legis, contra quam diſpenſare non poteſt: imo vſque ad animã & ſanguinem debet defendere. 25. q. 1. ſunt quidam. & 5. diſt. in prin. & 8. diſt. quæ contra mores? Dic, ꝙ non dat alicui priuilegium de non dandis decimis: ſed concedit ei adminiſtrationem decimarum, vt inde ſuſcipiat ſuſtentationem, & reſiduum conuertat in vſus pauperum: tali modo concedit monachis: ſic poſſet etiam laicis concedere. Vel dic ꝙ contra ius naturale diſpenſare poteſt remittendo decimas alicui ſpecialiter: non tamen conſtitutionem poſſet facere, quæ omnino tolleret illud preceptum: quia ius naturale immutabile permanet. 5. diſt. in prin. verum eſt inſimul, ſed non in indiuiduis. id eſt non poteſt omnino tolli, ſed poteſt in quibuſdam remitti: ſicut illud ius naturale ꝙ omnes homines ab initio ſint liberi. in Auth. qui. mo. nat. effici. legi. §. ſi quis vero. verſi. poſtea vero. colla. 6. immutatum eſt in quibuſdam, ſed non in omnibus: hoc enim fuit impoſſibile quòd omnes eſſent ſerui propter naturam correlatiuorum.

h ¶*Recipientibus.*] ſic ĩ. eo. tua nobis.

i ¶*Oſtendatur.*] puta, priuilegium exemptionis à pręſtatione decimarum: vel niſi haberet decimas illas in feudum ab 4 antiquo: tunc dominus illas retinet ſibi: licet hodie non poſſint dari in feudum vt dixi ſ. eo. c. quamuis.

4 De hoc articulo vide oĩno Syluestrũ in ſumma verbo: decima §. 9. adde deciſionem capellæ Tholoſanæ 440.

TVa.] Duo ſunt dicta, vt in rubro. Secundum: ibi, *Nec occaſione*. Abbas Siculus.

CASVS. Imperator concedit alicui poſſeſſiones aliquas liberas & immunes ab aliquo onere, & ſine pręſtatione decimarum: queritur an talis conceſſio liberet à pręſtatione decimarum? Reſpondet Papa ꝙ laicis de ſpiritualibus nulla eſt diſponendi attributa poteſtas, & ideo quantumcunq; imperialis conceſſio

conceſſio generaliter ſiat neminem poteſt eximere à ſolutione decimarum, quę diuina inſtitutione debentur. Secundò dicitur: alicui laico decimæ alicuius loci ſunt in feudum conceſſæ: ſurgunt in eodem loco noualia, quæritur vtrum laicus ille habere debeat decimas noualium? Reſpódet Papa: licet decimæ ſint laico in feudum conceſſæ, non tamen ſunt ea occaſione ab eodẽ decimæ noualium vſurpādæ: quia in talibus non eſt licentia extendenda, ſed potius reſtringenda. Not. ꝙ laici qualitercunque ſint præeminentes, de ſpiritualibus diſponendi non habent poteſtatem. Item cui conceſſum eſt quod eſt maius, non tamen conceditur quod eſt minus.

¶*Glo. ſeq. ponit tres caſus, in quib. laicus, &c.*

a ¶*De ſpiritualibus.*] nec de temporalibus, etiam ſi ad cõmodum eccleſiarũ recipiat. 96. diſt. bene quidem. & ſ. de iud. decernimus. In caſibus tamen laici poteſtatem habent ſuper clericis de licentia eccleſiæ, j. de fal. ad falſariorũ. in clerico depoſito incorrigibili. ſ. de iud. cum non ab homine. Item vbi ſchiſma faciunt, cum nõ poſſunt corrigi per eccleſiã 1. 17. diſt. nec licuit. 23. q. 5. de Liguribus. & j. de ſenten. excommu. vt famæ. Tanc.

b ¶*Generaliter.*] puta, cum dicit: Concedimus cũ omni honore & diſtrictu tibi poſſeſſiones tales, & ſine aliquo onere, vel grauamine: per talem cõceſſionem non conceditur decimas, etiã ſi ſpecialiter decimas cõcederet: quia ipſas de iure non poſſet poſſidere: ergo ipſas non poteſt alicui concedere. j. eo. dudum. quia lex humana non eſt ſupra legem Dei: ſed ſubtus 10. diſt. c. imperatorum.

c ¶*Diuina conſtitutione.*] quaſi ex debito. ſ. eo. parochianos. & j. c. proxi. quia debent eſſe cibus in domo Domini. 16. q. 1. reuertimini. & q. 3. §. poteſt. ver. item decimæ Deo mandante. & q. 7. primum. & ſunt tributa egentium animarum: vt ead. cauſa. q. 1. decimæ.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

d ¶*Extendenda licentia.*] hoc dicit, quia laici ſine peccato decimas poſſidere non poſſunt. 16. q. 1. c. vlti. & ſ. eo. prohibemus. & ſ. eo. quamuis. Et ideo licentia iſta non poteſt extendi ad noualia. Arg. contra. j. cod. ex parte. vbi ſoluitur. ſimile ſ. de reſcrip. nonnulli. quia odia ſunt reſtringenda, & fauor ampliãdus. ff. de lib. & poſthu. cum quidam.

ij T*Va nobis.*] Diuiditur: Primò ponit tres machinationes. Secundo ad eas reſpondet: ibi, *Verum.* Tertiò concludit: ibi, *Quoniam.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam laici dicebant, ꝙ ſemen & ſumptus, qui fiunt in agricultura, ſunt primitus deducẽdi, & de reſiduo decima perſoluenda. Alij vero erant qui de portione fructuum quam recipiunt à colonis, partem decimæ ſeparabant, & eam aſſignabant capitulis ſuis, vel alijs eccleſijs, vel pauperibus, vel in alios vſus pro ſua voluntate diſtribuebant. Alij ſunt, qui vitam clericorum tamquam malam vel peſſimam deteſtantur: & ob hoc decimas ſibi ſubtrahũt: epiſcopus diœceſis ſignificauit hoc domino Papæ. Reſpondet Papa, ꝙ ſi iſti ad Deum à quo omnia bona procedunt, reſpectum haberent, ius eccleſiaſticum taliter non diminuerent, nec decimas egentium animarum detinerent: & primo ſoluit primum dictum prædictũ, quaſi per locum, à minori: Deus cuius eſt terra, non debet eſſe deterioris conditionis quam dominus temporalis, qui terram ſuam alij tradit excolendam, & partem ſuam integraliter recipit à colono ſine aliqua deductione expenſarum: ergo multo fortius decimę, quas dñs ſibi retinuit in ſignũ vniuerſalis dñij, ſine deductione aliqua expenſarũ clericis proculdubio ſunt ſoluendæ: & ſi laici moniti eas ſoluere noluerint, eccleſiaſtica cẽſura ſunt cogendi. Secũdò rñdet ad ſecundum dictum prædictorũ: ſicut colonus de parte fructuũ, quæ ſibi remanet ratione culturæ, ſine diminutione decimã ſoluere tenetur: ſic & dñs de portione quam recipit à colono. Tertiò rñdet ad vltimũ dictum: quis clerici mali ſint, prætextu eorũ malitiæ, eccleſijs alijs q̃ his quibus de iure tenẽtur, non ſunt ſoluendæ: quia non licet alicui cõcedere aliena præter dñi voluntatẽ. In fine mandat ẽpo, quatenus appellatione remota cõpellat oẽs, ad decimas perſoluẽdas clericis & eccleſię ſuæ diœceſis, qbus exhibere tenentur tam rõne perſonarum q̃ etiam p̃diorum. Nota decimas p̃diales, ſine deductione expenſarum ſoluendas. Itẽ decimæ dantur clericis pro cultu diuino. Item nulli licet cõcedere aliena præter dñi voluntatem: quia propter hoc non remittitur debitum, ſed augetur.

¶*Glo. ſeq. ponit tres opi. mediam approbat, & ponit obſtaculum.*

tualibus[a] concedendi, vel diſponendi facultas: Imperialis conceſſio quantumcunq; generaliter[b] fiat, neminem poteſt à ſolutione decimarum eximere, quæ diuina[c] conſtitutione debentur.

¶*Decimæ noualium non pertinent ad laicum, qui decimas habet in feudum. hoc dicit.*

¶Nec† occaſione decimationis antiquæ (licet in feudum decimæ ſint conceſſæ) ſunt decimę noualium vſurpandæ: cum in talibus non ſit extendenda licentia[d], ſed potius reſtringenda †.

¶Idem eidem.

¶*Sine deductione ſeminis, & ſumptuum debent dominus & colonus decimam ſoluere, & non cui voluerint eccleſiæ, vel pauperibus, ſed eccleſiæ cui debentur: nec ab hoc excuſantur propter malitiam clericorũ.*

CAP. XXVI.

ij TVa † nobis fraternitas intimauit, quod quidã laici decimas † eccleſijs, & clericis tuis, peruerſis machinationibus ſubtrahere moliuntur. Quidam enim ex eis ſemen & ſumptus, qui fiunt in agricultura, dicunt primitus deducendos, & de reſiduo impendendam decimam aſſeuerant. Alij verò de portione fructuum, quam à colonis accipiunt, partem decimæ ſeparantes, eam capellis ſuis, aut alijs clericis, aut etiam pauperibus cõferunt, vel in vſus alios pro ſua voluntate cõuertunt. Nõnulli etiam vitam clericorum tamquam abominabilem deteſtantes, decimas eis ob hoc ſubtrahere nõ verentur: & infrà. ¶Verum ſi ad Deũ (à quo cuncta bona procedunt) aſſertores huiuſmodi, debitum reſpectum haberent, ius eccleſiaſticum diminuere non contenderent, nec decimas (quæ tributa[e] ſunt egentiũ animarum) præſumerent detinere. Cum enim Deus, cuius eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuerſi qui habitãt in eo, deterioris[f] conditionis eſſe non debeat, quàm dominus temporalis, cuius ſtatutũ[g] de terris, quas exhibet alijs excolendas, non quidem deductis ſumptibus, aut ſemine ſeparato, neceſſariò cum integritate perſoluitur: nimis profectò videtur iniquum †, ſi decimæ, quas Deus in ſignũ vniuerſalis dominij ſibi reddi præcepit, ſuas eſſe[h] decimas, & primitias aſſeuerans, occaſione præmiſſa, vel excogitata magis fraude diminui valeãt: cũ Deo debita ſit ſolutio decimarum, intantum, vt ad eas clericis exhibẽdas, quibus eas ipſe pro ſuo cultu conceſſit, laici ſi moniti reddere † noluerint, eccleſiaſtica ſunt † diſtri-

e ¶*Tributa.*] vt 16. q. 1. decimæ. ſed impropriè dicuntur tributa, quia in tributis non admittitur appellatio: vt 2. q. 6. c. ci qui. §. diffinitiua. & §. quotiens. ſed ſuper decimis bene admittitur, 2 ſicut in alijs cauſis vbicunque aliquis grauatur. ſ. de appel. vt debitus. Item in tributis non currit præſcriptio. 16. q. 3. placuit. §. poteſt. ver. ad hoc eccleſia. ſed in decimis bene currit. ſ. de præſcri. de quarta. & c. ad aures. Sed qua actione petuntur decimæ? Dixit I. ꝙ petuntur per actionem confeſſoriam, quia ius præſtandi decimas eſt quædam ſeruitus. Vel poteſt dici, quòd petuntur rei vendicatione. 16. q. 1. moderamine. & c. reuertimini. Eccleſia enim dicitur habere dominium decimarum, licet nondum habuit poſſeſſionem, vt quidam dicunt: & ſatis rationabile eſt. Sed verius eſt, ꝙ in hoc conſiſtit priuilegium eccleſiæ, vt re nondum tradita ipſa facta ſit domina. arg. de conſuetudine. ex literis. & C. de ſac. ſanct. eccle. vt inter diuinum. & ſic C. arbi. tute. l. 3. & C. de rei ven. ſi vt proponis. vbi hoc priuilegium obtinet in minore, & in milite. Nec obſtat quod dicitur. ff. de pollici. l. 2. in fin. vbi dicitur ꝙ niſi decima ſit ſegregata ab alijs, nõ deſinit eſſe in bonis prioris domini: ſed aliud eſt cum decima debetur ex voto, vt ibi, aliud cum debetur de iure, vt hic. vel petuntur condictione ex canone. 16. q. 1. decimæ. & cap. reuertimini. & arg. ff. de conditione ex lege. l. vnica.

f ¶*Deterioris*] imo melioris: quia plus punire, & plus benefacere poteſt. C. de modo mul. cos. 11. q. 3. qui reſiſtit.

g ¶*Statutum.*] 3 id eſt, pars conuenta, ſiue penſio.

h ¶*Suas eſſe.*] 16. q. 1. reuertimini.

¶Glo.

† Vide deciſioné capellæ Tholoſanæ. 440.

† Vide l. cũ quidã. cum vulg. ff. de libe. & poſthum.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilatio. Et vide quos mox citabo.

† In recentiorib. impreſſis ita: decimas eccleſię à clericis tuis, &cæt. ſed nos ex antiquis exemplarib. Gregorij repoſuimus, vt eſt impreſſum, quam lectioné agnouit Hoſtienſis.

1 Et in caſu j. de ele. vbi periculum. §. præterea. li. 6. & quãdam quæſtioné? Vin hic an incidenter cognoſcat de numero vide ad literã i Spe. de re con. §. 2. poſt prin. & qđ hic ſubdit, ibi vide in ver. & not. Ioan. And.

Pſalm. 23.

† Et ob id non deductis expenſis perſolui debent, vt in fine capitis cõcludit. & vide Nauarrum in manuali cõfeſſariorum c. 21. tit. de tertio p̃cepto eccleſiæ.

† ſoluere.

† ſint.

2 De hoc articulo videto hic p Henricum Boich. optime diſtinguentem.

3 Hæc gloſſula Hoſtiẽſis eſt, non Bernardi.

ctione † cogendi. Et cum de cunctis omninò prouentibus decimæ ſint reddendæ: ſicut colonus de parte fructuũ, quæ ſibi remanet ratione culturæ: ſic dominus [a] de portione, quã percipit ratione terræ, decimam reddere ſine diminutione tenetur. Prætextu [b] verò nequitiæ clericorum, nequeũt eas (niſi quibus ex mandato diuino debentur) pro ſuo arbitrio erogare: cum nulli ſit licitum, aliena [c] cuiquam concedere, præter domini voluntatem [d]: & infrà. Quoniam igitur pati nolumus, vt eccleſiarum, & clericorum iura præſumptione qualibet minuantur: Mandamus, quatenus omnes, qui ratione perſonarum, aut etiam prędiorum decimas eccleſijs, & clericis tuæ diœceſis exhibere tenẽtur, ad eas cum integritate reddẽdas appellatione† remota cõpellas [e].

† Vide concil. Tridẽt. ſeſſi. 25. de refor. c. 12. adde cõcilium Mariſconenſe 2. c. 5. & ſynodũ Ticinenſem. §. in ſacris.

† Vide hic Henricum Boich.

¶Idem Abbati ſanctæ † Columbæ. Senoneñ.

† ſanctæ Colũbanę. † ſãcti Columbani.

¶Priuilegium ſuper decimis non ſoluendis eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum, noualia, comprehendit. hoc dicit ſecundum intellectum qui placet Panormitano.

CAP. XXVII.

EX † parte tua: & infrà. ¶Cum tibi quod maius eſt, ſit conceſſum, vt videlicet decimas de laboribus terrę parochiarum tuarum cum integritate percipias: de noualibus eas exigere ſatis potes: qa vbi maius conceditur [f], minus conceſſum [g] eſſe videtur.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpilatione. Et faciunt tradita per Iaſonẽ in l. 1. ff. de tranſactio.

¶Idem Helieñ. Epiſcopo.

¶Negotiator de lucro decimam ſoluit deductis expenſis, quas facit de pecunia decimata: expẽſæ vero quæ fiunt pro habendis fructibus non deducuntur, & de fructibus ſoluitur decima, etiam non deductis expenſis factis pro re reſtauranda.

CAP. XXVIII.

PAſtoralis† officij: & infrà. ¶Explicari poſtulaſti, vtrum quis poſſit de molendinis, [h] & piſcarijs neceſſarias [i] expẽſas deducere, priuſquam ſoluat decimas ex eiſdẽ, ſicut eſt in negotiatione conceſſum [k]: Ad quod reſpõdemus, quòd licet circa res acquiſi-

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpilat. Et vide Turrecrematã in c. reuertimini. 16. q. 1.

¶Glo. ſeq. quærit, & dubium aperit, & ſoluit.

a ¶*Sic dominus.*] hoc intellige cum recipit partem ſuam ante ſolutionem decimarum: ſecus ſi poſt: quia tunc illa iam decimata eſt: & hoc verum eſt, cum dominus aliquotam partem, puta tertiam, vel quartã vel etiam medietatem percipit, tunc enim vterq; & colonus & dominus tenetur ſoluere decimã de parte ſua: ſic s. eo. à nobis. Si vero certam partem puta duos corbes, vel tres tantum colonus reddat domino, q̃tumcũq; percipiat iſte colonus, tunc dominus de illis tenetur ſoluere decimas: quia pars illa nõ eſt decimata, neq; diminuta, licet de decimato aceruo deſcendat. Sed illud quæri poteſt, cui dãda ſit decima de illis tribus, vel duobus corbibus: Illi eccleſiæ in cuius territorio ſita eſt illa terra? Nõ, quia iam percepit decimam totius à colono, & eſt contra illam regulam: Bona fides nõ patitur, vt bis idem exigatur. ff. de reg. iur. bona fides. Parochiali eccleſiæ nõ debet dari: quia nõ eſt decima perſonalis. Satis poteſt dici, ꝙ debet dari ratione prædiorũ, licet deſcenderit à decimato aceruo: ſicut ſi aliqs donet alicui hũc corbẽ decimatum: ille enim tenetur ſoluere decimã, quia ex lucro habet: colonus verò ille qui duos corbes tantum, vel tres ſoluit, tanto minus poteſt ſoluere parochiali eccleſiæ de toto aceruo: vt videtur arg. op. j. eod. cum non ſit. in fi. & iſtud æquius [1] videtur; tamen eccleſia poteſt conuenire poſſeſſorem ſiue ſuo, ſiue alieno nomine ſit in poſſeſſione: ſiue etiam ſit creditor. 16. q. 1. ſi quis laicus. ff. de vſur. hactenus. decima enim tamquam onus ſequitur poſſeſſorem, quia res tranſit cum onere ſuo. j. eo. cum non ſit. s. de pign. ex literis. nec etiam pactum tuetur poſſeſſorem. s. de pact. plerique. ff. de pact. inter debitorem.

1 Et iuſtius ſecũdũ Hoſtienſem, q etiam hic no. qđ dixi ſecundum eum s. eo. cũ ſint. Io. And.

¶Glo. ſeq. quærit, ar. negatiuè, ſoluit contrarium.

b ¶*Prætextu verò nequitiæ.*] hoc ideo dicit, quia decimæ potius dantur intuitu eccleſiæ quam perſonæ. Sed nunquid teneor dare decimas perſonales ei, quem ſcio eſſe ſimoniacum, cum ipſe ſit ſuſpenſus. 32. diſt. c. prẹter hoc. §. verum? Decimę dantur ratione diuini obſequij, vt hic dicitur, ſcilicet in verſi. quibus eas pro ſuo cultu conceſſit. & s. eo. nouum. & 16. q. 1. quæſtio. Item, quia ordines non debent ab eo recipi. j. de ſimo. per tuas. Dico ꝙ decimæ ſunt dandæ illi: nam & Iudæus pręſtat perſonales decimas quaſdam quandoque, ſed non omnes, licet non ratione diuini obſequij, & prædiales. j. de vſu. quanto. Io. & s. eo. de terris. & per quandam decret. quæ eſt in antiqua compilatione [2]. eo. tit. ad audientiam.

2 Hanc decretalẽ habes in 2. cõpilat. c. 8. quam Raymundus omiſit i hac collectiõe.

c ¶*Aliena.*] id eſt, eccleſiaſtica. 16. q. 1. in canonibus. & 12. q. 3. placuit. & 12. q. 1. expedit. Secularia verò poteſt princeps concedere alij. C. de quadri. præſcri. per totum. excipe creditorem. ff. de acq. re. dom. non eſt nouum. & in alio caſu. 19. q. 3. ſi qua mulier. Vinc.

d ¶*Domini voluntatem.*] quia non remittitur propter hoc debitum, ſed augetur. s. de iureiur. eam te.

c ¶*Compellas.*] excommunicari [3] debent qui decimas admoniti non ſoluunt. s. eod. c. & 32. diſt. præter hoc. & bannum domini Papæ componat. 16. q. 1. ſtatuimus. Bern.

3 Idem cõcil. Trid. loco ꝓxime citato.

EX *parte.*] Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Cum tibi.* Abbas Siculus.

CASVS. Abbas S. Columbæ Senoñ. impetrauit priuilegiũ, vt decimas de labore terræ parochiarum ſuarum cum integritate perciperet: poſt impetratum priuilegium ſurrexerunt ibi noualia: quæſiuit Abbas, vtrũ deberet percipere decimas noualium auctoritate priuilegij ſibi conceſſi? Reſpõdet Papa, ꝙ cum ſit ei conceſſum quod maius eſt, videlicet, vt poſſit percipere decimas de labore terræ parochiarum ſuarum, percipere poteſt & quod minus eſt: quia vbi maius cõceditur, & minus cõceſſum videtur. Not. ꝙ priuilegium trahitur ad res futuras & res cõſecuturas. Item priuilegium largè interpretari debet in hoc caſu. Itẽ cui conceditur maius, & minus cõceſſum eſſe videtur.

¶Gl. ſeq. alleg. quinque concordantias, & quatuor ad caſum conuerſum. arg. alleg. tria iura. ſignat contrarium, & ſoluit.

f ¶*Cõceditur.*] ſic 12. q. 1. præcipimus. & 16. q. 2. viſis. 95. diſt. illud. & ff. de reg. iur. non debet [4]. j. de do. poſt diuor. reſtitu. per veſtras. Et ecõuerſo, cui interdicitur minus, & maius prohibitum eſſe videt. j. de ſent. excom. cum illorum. arg. 74. diſt. geſta. & ff. de ſenat. qui indignus. & ff. de ſer. expor. cui pacto. Item eſt argu. ꝙ beneficia largè ſint interpretanda. j. de verb. ſig. olim. s. de dona. cum dilecti. in fine. ff. de conſti. prin. l. vlti. argu. contra. s. eodem. tua. Sed ibi donatio decimarum laico facta, odioſa eſt, cum peccato; & ideo non eſt extendenda licentia, ſed eſt reſtringenda: vt ibi dicitur.

4 Sequitur cui plus licet qđ minus eſt nõ licere. Ioã. And.

g ¶*Conceſſum.*] ar. contra. j. eo. cum contingat. ſed ſoluit ibi.

P*Aſtoralis.*] Duæ ſunt partes. Prima conſultatio. Secunda reſponſio: ibi, *Ad quod*. Et hæc ſubdiuiditur, quia primò tractat de expenſis negotiationis. Secundò de expẽſis quæ fiunt pro fructibus habendis: Tertiò de his quæ fiunt pro re reſtauranda. Secunda: ibi, *Expenſas.* Tertia: ibi, *Nec.* Ab. Sicu.

CASVS. Aliquis [5] habens molendinum & piſcarias ſuas, facit ibi expenſas neceſſarias ad cõſeruationem ipſarum rerũ: quærebat epiſcopus Helieñ. vtrum expenſæ iſtę neceſſarię ſint deducẽdæ de fructibus illarum rerum, antequam decimæ perſoluantur, ſecundum ꝙ in negotiatione deducuntur? Antequam Papa huic quæſtioni reſpondeat, oſtendit, quid iuris ſit de illis expẽſis, quæ fiunt circa res emptas de pecunia decimata cauſa negotiationis: Et dicit, ꝙ illæ expẽſæ, quæ fiunt in rebus illis, debeant deduci; cum res illæ vẽduntur, & de reſiduo quaſi de lucro decima eſt perſoluẽda: Sed expenſæ quę fiunt pro percipiendis fructibus illarum rerum, non ſunt deducendæ, quamuis factæ ſint illę expenſę de pecunia decimata, quia fructus illi ſunt illorum qui faciunt impenſas ſalua decima, & fructus illi non poſſunt alienari ſine onere decimarum. Deinde reſpondet ad quæſtionem propoſitam dicens, ꝙ expenſæ quę fiunt pro reſtauratione molendinorum, ſeu piſcariarum, & aliarum rerũ, non ſunt deducendæ de prouẽtibus decimandis, quia res illę ſic reſtauratę remanent penes dominõs. Bern.

5 Hic caſus Bernardi ẽ & in antiquis exemplaribus reperitur.

Nota, ꝙ expenſę quę fiunt in negotiatione deducũtur ante ſolutionem decimarum. Item res ſemper remanet cum onere ſuo obligata. Item non deducuntur expenſæ quę fiunt pro fructibus percipiendis, vel rebus reſtaurandis.

h ¶*De molendinis, & piſcarijs.*] permanentibus non emptis cauſa mercimonij. Bern.

i ¶*Neceſſarias.*] Neceſſariæ dicuntur impenſę ſine quibus res ſit deterior. ff. de impen. in re. do. fac. l. impenſę. & l. quod dicitur. & ff. de verb. ſig. impenſę. Bern.

k ¶*Conceſſum.*] non iure ſcripto, ſed tantummodo hic inuenitur, & non alias: ſed cõſuetudine approbata, vel ratione, quæ eſt optima legum interpres. s. de conſue. cum dilectus. Bern.

a ¶*Acqui-*

a ¶[*Acquiſitas.*] vel factas cauſa mercimonij. Bern.
¶*Gl.ſeq.reci.per q.exquirentem rationem,& duplicem reddit.*
b ¶[*Deducendas.*] Hæc eſt ratio quare deducuntur expenſæ de mercimonijs, & non de fructibus & redditibus aliarum rerum, qa in negotiatione operatur manus hominis, ſed in alijs præcipue operatur manus Dei. arg. 56. diſtin. naſci. ſ. eo. non eſt. & j. eo. cum non ſit. hanc rationem aſſignat Vinc. 1. Et tu adde aliã, ne bis eadem res decimaretur, quia tunc ſunt decimæ pſonales. Lau.
c ¶[*Expenſas.*] factas 2 in eundo, & redeundo, & negotiando, & faciendo meliorem.
¶*Glo. ſeq. not. de omni quod acquritur gratuito titulo, decimam deberi, &c.*
d ¶[*Quaſi de lucro.*] ex hoc videtur ꝙ de omni eo qđ peruenit ad aliquem gratuito titulo, decima ſit ſoluenda: ſic ergo hæres, legatarius, donatarius de hæreditate, legato, & donato dẽt ſoluere decimam, quia de omni licitè acquiſito decimæ ſunt ſoluendæ. ſ. eo. ex tranſmiſſa. & arg. 16. q. 1. decimæ. & q. 7. c. 3. Super hoc dicas, ꝙ filius hæres de hæreditate decimam ſoluere nõ debet: quia vna perſona reputatur cum patre. C. de impu. & alijs ſubſti. ſi quis duobus. §. vltim. & Inſti. de inuti. ſtip. §. ei qui. & 35. q. 3. c. contra dicimus. §. hac auctoritate. & quia de iure naturæ ſibi debita eſt: vnde viuente patre dominus eſt. Inſt. de hære. quali. & diffe. §. ſed ſui quidem. & ſola adminiſtratio deeſt ei. ff. de libe. & poſthu. in ſuis. Quidã dicunt, ꝙ extraneus hæres, donatarius, legatarius (quia totum eſt ei lucrum) decimam dare debet. Alij dicunt, & melius, ꝙ de immobilibus non tenetur quis ſoluere decimam: quia res ad quemlibet poſſeſſorem tranſit cum onere ſuo: vt j. eo. cum non ſit. quoniam cum Deus alienam terram dedit filijs Iſrael, tantum de fructibus ſibi dare decimas mandauit: & ſi de poſſeſſionibus decima daretur, cito poſſeſſiones deuoluerentur ad eccleſias. Sed nunquid doctor de collecta, & aduocatus de aduocatione, mercenarius de mercede tenentur ſoluere decimam? vtique. 16. q. 1. decimæ.
e ¶[*Merces.*] emptæ cã mercimonij de pecunia decimata. Ber.
f ¶[*Deducẽdas.*] qa tũc intelligunt eſſe pdiales decimę 3. Ber.
g ¶[*Decimatæ.*] etiam ſi poſſeſſiones illę ſint emptæ de pecunia decimata, vel ſic, etiam ſi expenſæ illæ ſint factæ de pecunia decimata, quod melius videtur. Bern.
h ¶[*Quoniam.*] iſtud, quoniam, potius illatiuè quam cauſatiuè ponitur ſecundum Vinc. vel propriè, & melius.
i ¶[*Niſi cum onere.*] Nota ꝙ res tranſit cum onere ſuo. 16. q. 1. ſi quis laicus. ff. de contrahen. empt. alienatio 4. j. eod. cum non ſit. ſ. de pign. ex literis. circa finem. Bern.
k ¶[*Nec pro reſtaurando.*] hic rñdet quæſtioni propoſitæ.
l ¶[*Credimus deducendas.*] hoc ſpeciale eſt in decimis, ꝙ non deducuntur expenſę pro fructibus colligendis: vel etiam pro cõſeruatione alicuius rei: aliàs etiam malę fidei poſſeſſor deducit ſumptus neceſſarios. ff. de peti. hęre. ſi à domino. §. vlti. & ſ. de in integ. reſti. requiſiuit. ff. de ſolut. fructus. Io.
m ¶[*Decimandis.*] ſed ſi emiſſem ad hoc vt venderem, & antequam rem illam vendam, feciſſem ſumptus pro illa conſeruanda, bene deducerem ſumptus.
n ¶[*Mercis.*] mercis appellatio propriè ad res pertinet mobiles. ff. de verb. ſig. mercis appellatio.
o ¶[*Deſtruatur.*] ſi aliquid expenditur neceſſario ad illius cõſeruationem, illud non deducitur: vt dictum eſt ſupra.

1 Plus placet Hoſtiẽ ſi iſta rõ, q̃ ſequitur, q̃ prima, qa verũ eſt ꝙ ſine Deo nihil poſſumus: addit aliã ne clerici videantur improbi exactores. j. de cẽſib. ex parte, & ne nimis locupletent cũ aliena iactura. ff. de condi. indebit. nam hoc. Ioan. And.

2 Hæc gloſſa nõ eſt Bernardi nec hẽ in vetuſtis libris.

† illos.

3 Plus placet ꝙ loquatur de decima lucri, quę pſonalis eſt: qđ videẽ in eo, qui pcepit fruct⁹: ſed ſi non pcepiſſet, vñ deducẽda expẽſa culturæ, pter quam eſt venditura carius. Ioan. And.

4 Vide in c. ex literis. ſup gl. vlt. Ioan. And.

tas[a], vel factas de pecunia decimata, cum ipſæ venduntur, credamus deducendas[b] expẽſas[c], & de reſiduo quaſi de lucro[d] decimas perſoluendas, vt ſi vendatur domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, aut quælibet merces[e]: Expẽſas tamen, quæ fiunt pro fructibus percipiẽdis, ex illis, de quibus fructus proueniũt, non credimus deducendas[f], etiam ſi fuerint decimatæ[g]: quoniam[h] ſalua decima, fructus efficiuntur eorum, qui faciunt ipſas expenſas. Fructus autẽ ipſos † alienari poſſe non credimus, niſi cum[i] onere decimarum. ¶Nec pro reſtaurando[k] detrimento quarumlibet rerum, ex quibus decimæ perſoluuntur, credimus[l] deducẽdas expenſas, de prouentibus decimandis[m]: quia penes dominum res permanent reſtauratæ: vt ſi pars aliqua moriatur armẽti, deterioretur vinea, portio mercis[n] depereat, vel totus clibanus deſtruatur[o].

¶Idem.

¶*Qui preſcribit decimas in aliena parochia, ſi ibi inſurgunt noualia, decimas ipſorum non habebit.*

CAP. XXIX.

CVm † contingat interdũ in tua diœceſi: & infrà. ¶Cum in quibuſdã parochijs, ad quaſdam eccleſias, vel perſonas eccleſiaſticas, ab antiquo[p] pertineat perceptio decimarum, & de nouo fiant noualia in eiſdem, quæris à nobis ad quem huiuſmodi noualium decima incipiat pertinere? Vnde inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd cum perceptio decimarum ad parochiales eccleſias de iure[q] communi pertineat, decimæ noualium[r] quæ fiunt in parochijs earundem, ad ipſas proculdubio pertinere noſcũtur: niſi ab his, q alias percipiunt † decimas, rationabilis[s] cauſa oſtendatur †, per quam appareat noualium ad eos decimas pertinere,

¶Idem Epiſcopo Beluaceñ.

¶*Decima omnium fructuum prædij debetur ei, qui decimas ibi præſcripſit, ſed ad aliud prædium præſcriptio non extenditur.*

CVm contingat.] Diuiditur: quia primò ponitur quęſtio. Secundò reſponſio. Secunda pars: ibi, *Vnde.* Abbas Sicul.
CASVS. In quibuſdam parochijs quędam eccleſię, & eccleſiaſticę perſonę ab antiquo perceperunt decimas. de nouo fiũt noualia in parochijs illis, quęritur ad quẽ decima iſtorum noualium incipiat pertinere? Reſpõdet Papa, ꝙ cum perceptio decimarum de iure cõmuni ptineat ad parochiales eccleſias, decimę noualium quę fiunt in parochijs earundem, ad ipſos pertinere noſcuntur, niſi illi q antiquas decimas percipiũt, cauſam rationabilem oſtẽderint, per quã decimæ noualiũ ad eos debeãt pertinere. Not. ꝙ de iure cõmuni decimę pertinẽt ad parochiales eccleſias. Item vna eccleſia poteſt pſcribere decimas in parochia alterius. Item qui pręſcribit in vno capitulo, nõ pręſcribit in alio.
p ¶[*Ab antiquo.*] fortè ex pſcriptione. ſ. de pſcrip. ad aures.
¶*Glo. ſeq. not. quòd de iure, &c. alleg. duas con cor. Demum duo contraria & vni dupliciter, alteri tripliciter reſpondet.*
q ¶[*De iure communi.*] patet hic expreſsè, ꝙ decimę de iure communi pertinent ad parochiales eccleſias: vt 16. q. 1. ſtatuimus. & c. de decimis. & c. ſi quis laicus. ergo non ſpectant ad epiſcopum. vnde in decimis parochialiũ eccleſiarum nõ debet epiſcopus aliquam habere portionem: Nã capitula quę dant epo partem decimarum, loquuntur de decimis epiſcopalis eccleſię. Sed contra. ſ. eo. qm̃. vbi dicitur, ꝙ epiſcopus poteſt retinere partem ſuam de noualibus, quę ſurgunt in parochia alicuius eccleſię, j. eo. dudum. vbi epiſcopus petit decimas in diœceſi ſua poſitas, fundata intentione ſua de iure communi, & ita non pertinent de iure cõi ad parochiales eccleſias, quia ibi obtinet eps. Dicas ꝙ de iure communi tantũ baptiſmalibus 5 eccleſijs decimę debent dari. 16. q. 1. de decimis prout not. Hugo ibi. & c. ſtatuimus. Quid ergo rñdebis illi decretali, qm̃? Dicas ꝙ illa intelligitur per iſtam, vel potius loquitur ſecundum conſuetudinem loci, & illa, dudũ. j. eo. poteſt intelligi de decimis in parochia epi poſitis: quia illę pertinent ad eundem iure communi, & de illis debet facere quatuor partes. 12. q. 2. quatuor. & c. Vulteranę. & c. vobis conceſſo. Vel illę decimę quas petebat eps Brixieñ. ad nullum pertinebant: quia nõ erant in parochia alicuius eccleſię parochialis, vnde ad epiſcopum de iure cõmuni pertinebant: quia decimę in poteſtate epiſcopi ſunt. 16. q. 1. in ſacris. & ſ. eo. quoniam. Vel dic ꝙ illa decre. dudum. loquitur de conſuetudine: vt ibi notatur in fine. illius glo. quę incipit, ſic.
r ¶[*Noualium.*] Hic ad alium pertinent noualia, & ad alium decimę. Vnde ſignatur contra ſ. eo. ex parte M. illud intelligiẽ cum aliquis obtinet decimas per priuilegium: in quo caſu debet habere noualia: quia ex quo eis conceſſæ fuerunt decimę ſimpliciter, & noualia quę poſtea ibi ſurgunt. j. de priuil. quoniam. quia circa. Nam verbo generali ſimpliciter poſito ſignificabit decimas pręſentis tpis & futuri. ff. de ſerui. vrb. prędi. ſi ſeruitus. & C. quę res pig. obli. poſ. l. vlt. & 19. diſt. ſi Romanorum. Sed hic loquitur cum habet decimas ex pſcriptione. quia per hoc non pſcribit noualia: & ſic intelligitur c. ſequens. ſed hoc intellige allegato titulo & probato, j. eod. dudũ. & in quadam decre. extra compilationem, quę incipit, venerabilium.
ſ ¶[*Rationabilis cauſa.*] puta, priuilegium aliud non poſſent oſtendere, cum de iure cõi pertineãt ad parochiales eccleſias: vt ſ. eo. ex parte 6. & præſcriptio allegari non poteſt. Bern.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõpila. Et vide oĩno Couarruuiam lib. 1. varia. reſo. c. 17. circa finem.

† accipiũt.

† Vide tex. in l. nõ omni. cum gl. & Bart. ff. de legib.

5 Idẽ Inno. ſ. eo. ad Apoſtolicæ. & facit qđ poſt eũ ſcripſi. ſ. tit. pxi. ſup ru. Ioan. And. Vide ſynodum Ticinenſem. §. in ſacris canonibus.

6 Poſſet tñ allegare pſcriptionẽ pręḍiorum noualium hoc modo: quia de paſcuis, vel piſcarijs valliũ, vel canneto aliqd prius pcipiebaẽ: licet forte modicũ, & de illo præſcribẽs antiquas decimas etiã pcipiebat decimam. Ioan. And.

C *Vm in tua.*]Communis diuiſio.Secunda pars:ibi, *Reſpondemus*.Abbas Siculus.

C A S V S.Quædam monaſteria & conuentuales eccleſiæ percipiunt decimas maiores,& minutas in alijs parochijs, ſed de quibuſdam fructibus annuatim perceptis ſibi non fuerunt decimæ perſolutę:q̃ritur, quis debeat pcipere decimas illorũ fructuũ? Rñdet Papa, ſi fructus p̃dicti proueniunt ex illa terra, de qua monaſteria, vel conuẽtuales, eccleſiæ decimas pcipiebãt,& eis decimæ illorum fructuum debẽt dari, cum terra illa ab antiquo illis fuerit decimalis: quia vna & eadem res non debet duplici iure cenſeri:alioquin decimę parochialibus eccleſijs perſoluantur, ad quas de iure cõi pertinet perceptio decimarum. Nota q̃ vna eccleſia poteſt præſcribere decimas in alterius parochia: quod hodie intelligendum eſt cum habes titulũ. Item vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. Item decimæ de iure communi pertinent ad parochiales eccleſias.

¶*Gl.ſeq.reci.per quæſtionem.*

a ¶*Minutas.*]Minutæ decimæ appellant̃ partus animaliũ,& de pullis,ouis & hortis: vt s̃.eo.ex parte, de quib.ẽt loquit̃ s̃.eo.multiplici.

b ¶*Ab antiquo.*]quia p̃ſcripſerunt decimas illas.ſupra. cap. proxi. Bern.

¶*Glo.ſequen. alleg.4. concor. & vnum contrarium.*

C A P. XXX.

C Vm† in tua diœceſi quædam monaſteria, & conuentuales eccleſiæ, in multis parochijs maiores decimas percipiant & minutas [a], de quibuſdam fructibus annuatim perceptis, non fuerunt decimæ perſolutæ:& infrà. ¶Reſpondemus, quod ſi fructus prædicti de illa terra proueniunt, de qua monaſteria, vel cõuentuales eccleſiæ, aliquos percipiebant ratione decimarum prouentus:eis proculdubio decimæ fructuum debentur eorum: cum ipſis terra illa ab antiquo [b] fuerit decimalis, & non debeat vna eademque eccleſia†diuerſo iure cenſeri[c]: alioquin parochialibus eccleſijs exoluantur, ad quas de iure communi ſpectat† perceptio decimarum.

Idem Veſprimeñ. † Epiſcopo.

¶*Laici eccleſias,vel decimas donare non poſſunt, etiam ſi ſunt reges: nec ex eorum titulo pręſtatur cauſa pręſcribendi.*

C A P. XXXI.

D Vdum † aduerſus fratres Hieroſolymitani † Hoſpitalis ſancti Stephani, te proponente in noſtra pręſentia quæſtionem, quòd ipſi decimas [d] de laboribus ruſticorum ſuorum Veſprimeñ. eccleſię debitas, non permitterent tibi ſolui:& infrà. ¶ Comparentibus igitur te ac ipſis, ſtatuto termino coram nobis,G.præsbyterum Cardinalem tibi, & eis conceſſimus auditorem, coram quo decimas terrarum, quæ † per ruſticos Hoſpitalis Veſprimeñ. diœceſis excoluntur,& de Ciroga,† & de Noua cularia eccleſias,quæ per ipſos Hiſpitalarios detinentur, intentione tua de iure communi [e] fundata,petiſti: Prior autẽ Hoſpitalis in prædictis decimis & eccleſijs, præſcriptionẽ allegans, propoſuit ſe tibi non teneri ſuper his reſpondere, quod cum per auditorem ad noſtram audientiam perueniſſet, Mandauimus, quòd idem Prior præſcriptionis titulum, quem allegauit,probaret [f],qui B.regis ac reginæ Hungarię priuilegia exhibuit, qui eccleſiam ſancti Stephani,ad quam dictę eccleſiæ cum eiſdem decimis pertinebant,in perpetuã eleemoſynam hoſpitali donationis titulo conceſſerunt:confirmationis † Clemẽtis † Papę p̃deceſſoris noſtri ſcriptũ exhibens, per quod probare vole-

c ¶*Cenſeri.*] 12. q. 2.cognouimus.& j̃.de priuile.quia circa. & s̃.eod.ex parte. ff.de vſucap.eum qui.in fi.argu.contra.ff.de pec.l.hinc quæritur.§.1.vbi dicitur, q̃ peculium q̃nq; duplici iure cenſetur 1. Bern.

D *Vdum.*] Primò ponitur facti & proceſſus narratio.Secundò:ibi,*Nos igitur*.ipſius diffinitio.Prima ſubdiuiditur in tres. Primò ponit actoris petitionem, & auditoris dationem. Secundò reorum defenſionem, iudicis interlocutionem, & defenſionis fortificationem. Tertiò ipſius defenſionis impugnationem. Secunda: ibi, *Prior*. Tertia: ibi, *Cęterum*. Abbas.

C A S V S.Inter ep̃m Veſprimeñ. & fratres hoſpitalis Hieroſolymitani ſancti Stephani,ſuper quibuſdam decimis queſtio vertebatur:partibus propter hoc in præſentia dñi Papæ cõſtitutis,datus fuit eis auditor: coram quo petijt ep̃s decimas terrarum,quæ per ruſticos hoſpitalis prædicti in Veſprimeñ.diœceſi excolũtur:petijt inſuper quaſdam eccleſias, quæ per ipſos hoſpitalarios detinentur: in quibus dicebat intentionem ſuã de iure cõi fundatam:Prior verò prædictus in prædictis eccleſijs & decimis præſcriptionem allegans, propoſuit ſe ſuper his non teneri ep̃o reſpondere: auditor hoc audiens, ſignificauit illud dño Papę,& ipſe mandat eidem, quòd idem Prior probaret titulum præſcriptionis, quem allegabat: ipſe ſtatim exhibuit priuilegium regis ac reginæ Hungariæ, qui contulerũt eccleſiam ſancti Stephani hoſpitali donationis titulo in perpetuam eleemoſynam, ad quam dictæ eccleſiæ & decimæ pertinebant: induxit etiam quoddam ſcriptum confirmationis Clementis Papæ, per quod probare volebat prædictam conceſſionem valere. Ex parte epiſcopi fuit propoſitum, quòd in decimis & eccleſijs donatis à rege & regina, præſcriptionem allegare non poterat pars aduerſa, quæ non poterat habere initium à donatione ipſorum, nec à confirmatione Clementis tantum tempus effluxerat,quòd poſſet pręſcriptio confirmari: & ſic talis titulus non valebat, imo vt dicunt canones, ſacrilegium incurrit qui decimas vel eccleſias de manu recipit laicali: Dominus Papa his omnibus conſideratis dicit, quòd donatores prædicti alijs conferre non potuerunt, quod de iure communi non poterant poſſidere: & per confirmationem Clementis ſuper eccleſia ſancti Stephani, & alijs ad ipſum pertinentibus, factam hoſpitali, iuri epiſcopi non derogatur, quamuis ſcriptum authenticum appareret: quare prohibet ne fratres hoſpitalis præſumant vlterius impedire, quo minus prædictus epiſcopus decimas percipiat antedictas, & pacificè poſſideat in futurum. Nota. quòd eo ipſo quòd eccleſiæ vel decimæ ſunt in diœceſi epiſcopi, de iure communi ad eum pertinẽt. Item titulus debet probari in qualibet pręſcriptione canonica. Item laici in alios transferre non poſſunt, quod eis poſſidere non licet. Item ſi donatio non valet, confirmatio ſuper ea facta non valebit. Item per huiuſmodi confirmationem nõ fit præiudicium diœceſano epiſcopo. Item ſi ſcriptum authenticum non oſtendatur, ad tranſcriptum nihil fieri poteſt.

d ¶*Decimas.*] ſine inquietatione, & liberè percipi poſſet, talis videtur fuiſſe petitio per ſententiam latam, vt dicitur in fin. Ber.

¶*Glo.ſeq. alleg. duas concor. ſignat contrarium.remittit, & dupliciter ſoluit.*

e ¶*De iure communi.*] ſic 16.q.7.omnes baſilicæ.& 18. q.2. monaſteria Item videtur hic, q̃ de iure cõi pertineat perceptio decimarum ad ep̃m.Sed contra,s̃.eo.c.proxi. & c. cum contingat.vbi de hoc dictum eſt,vel poteſt dici,q̃d videtur verius,q̃ hæc allegatio non ponit ius quantum ad decimas: & ſic nullum contrarium. & de conſuetudine loci pertinebant hæ decimæ ad ep̃m,& non de iure cõi: ſed quantum ad eccleſias,quas petebat ep̃s, fundata erat intentio ſua de iure communi:verius puto,q̃ decimæ iſtæ non erant infrà certam parochiam alicuius parochialis eccleſiæ, licet dicatur infrà, quòd pertinebant ad eccleſiam ſancti Stephani: vt dixi ſuprà eod. cum contingat. in glo. quæ incipit,patet hic.

¶*Gloſſ.ſeq. not. titulum probandum, ſignat contrarium, ponit op. Io. & remittit.*

f ¶*Quem allegauit, probaret.*] hic apertè videtur, q̃ qui allegat præſcriptionẽ,tenetur probare titulũ,ex quo habuit cauſam præſcribendi.s̃.de probat.licet.arg. & expreſſum videtur. s̃. de præſcri.ſi diligenti. Nam ſecundũ canones longa & longiſſima præſcriptio nõ differunt: ſed in longa præſcriptione oportet probare titulũ.C.de pręſcr. long.temp.diutina.C.de vſu.pro hærede.l.vlt.ergo & in lõgiſſima, ſecundum canones. Arg.cõtra.s̃.de pręſcr.quoniã omne.& c.vigilanti. vbi dicitur ſufficere bona fides. & eſt contra id quod dici conſueuit, q̃ ſufficit allegare titulum. ſed non oportet probare. Io.dixit q̃

† Cap.2.e. tit.in 4. cõpilatione. Et an minutæ decimæ neceſſario ſolui debeant, vide per B. Thomãm 2. 2. q. 87. art.2.ad 3. arg. & per Turrecrematam in c. reuertimini.16.q.1.

† Aliàs ita vna eadẽque res, &c.

† pertinet.

† Veſprimien.

† Veſpertinien.

† Cap.3.e. tit.in 4. cõpilatione. vide Oldr. conſ. 1. & de multis huc ſpectãtibus vide Couarruuiam li. 1.varia. reſolut.c.17.

† Aliàs hieroſolymitanos.

1 De hoc dicto vide latius hic per Io.An.

† In omnibus manuſcript. ita, quæ per ruſticos ĩ Veſprimien diœceſi excoluntur.

† Chirographa.

† Chiropha.

† Curgo.

† Sirogan.

† Cirogrã.

† Quid operetur cõfirmatio facta per Papam tradit Felinus in c. 2. ſupra de reſcrip. & in c. inter dilectos. ſupra de fid.inſt.

† In vetuſtioribus exemplaribus ita: C. Papa pręd. n. quę verba in recentiorib. iã ſunt extenſa, vt impreſſa.

iſti erant ſuſpecti,& ideo oportuit eos probare titulum,& iuſtum:quia propter ſuſpicionem quandoque transfertur probatio in alium,qui aliàs non cogitur. ſ. vt eccl.ben. vt noſtrū. vbi de hoc notatur.ſed ſuper hoc dic vt dixi in c.ſi diligenti.ſ. de præſcri. vbi inuenies in quo caſu probari debeat titulus, & in quo non.

a ¶*Conceſſionē prædictā.*] quam ſi Papa ex certa ſcientia cōfirmaſſet,valuiſſet,& ex ea ſuſpſiſſet vigorē, licet ex ſe nulla fuerit. arg.ſ.de pac.quotiēs.ſ. de trāſa. c.1.& 96.diſ. bene quidem.& 2.queſt.1.in primis 1.Ber.

1 Secundū Io.qui etiā allegat. ff. de adop. l. adoptio.

b ¶*Laicali.*] vt 16.q. 7.ſi quis deinceps.vnde titulus talis habetur ꝓ non titulo.

c ¶*Non potuerint aliјs.*]1.q.7.Daipertū.j. de donationibus inter virū & vxorē.c. nuper. quia pro nō dato habetur,ꝙ ab illo donatur, qui non pōt de iure donare.j.de iurepa.ꝙ aūt. in fi.Ar. cōtra.ff.de acqui.re.do. nō eſt nouū. ff.de vſufr. ꝙ noſtrum. ff.de contrahend. emp. l.rem alienam.

† aliquod.

† reciperet

d ¶*Poſſidere.*]16.q.7. c.1.& ſ.de pſcr. c. cām quę.quia ſpiritualia nō cadūt in laicū. ſ.de ele. ſacroſancta.& c.Maſſana.96.diſt.bene quidē. ver. nunquā licuit laico anathematizare.

† à ſe,in recentibus, ſed in antiquis,ad ſe, habetur,id e. ad eccleſiam ſancti Stephani.

† authentica,in recētibus, ſed ī antiqs. authēticum, legitur

e ¶*Nullatenus derogetur.*]Nunquā enim intelligitur derogari iuri alterius,niſi hoc exprimatur.85.diſt.Florentinū.& 9.diſ. ecce.ſ.đ aucto.& vſu pal.ex tuarū. & ſ.de of.dele.ſup.e.B.

† Innocentius iij.i cōcilio generali Late.c. 53.& c. 5. eo.tit.in 4. compil.

f ¶*Prohibemus.*] Ex hac ſnīa videt ꝙ actum ſit iudicio Vti poſſidetis. & ex eo qđ dicit ſ. in prin. nō permitteret tibi ſolui:per petitionē epi videtur actū petitorio.Sed ſtandū eſt ſententię: talia enim ſunt ſubiecta, qualia permittunt prædicata. Ber.

† Vide Guidonem Papæ deciſione 184.

bat conceſſionem [a] prædictam plenum habere vigorem: & infrà. ¶Cæterum ex parte tua fuit propoſitum,quòd in decimis & eccleſijs à rege & regina donatis,pręſcriptionem nō poterat opponere pars aduerſa, quæ nec à donatione ipſorū initium habere poterat, nec à confirmatione præfata tantū effluxit temporis, quòd poſſit præſcriptio cōfirmari,& ſic donationis regis ac reginę allegatus titulus nullus erat, cum ſacrilegii crimē incurrat, qui eccleſias, vel eccleſiaſticum aliquid † de manu receperit † laicali [b]; & infrà. ¶Nos igitur cū donatores prædicti conferre nō potuerint [c] aliis,quę ipſi de iure non poterant poſſidere [d]: & per confirmationem prædicti Clementis ſuper eccleſia ſācti Stephani hoſpitali cum decimis, & aliis pertinentibus ad ſe † factam, etiam ſi authenticū † appareret, iuri epiſcopali nullatenus [e] derogetur,ſententialiter prohibemus [f], ne fratres hoſpitalis præſumant vlterius impedire,quo minus decimas percipias memoratas, & pacificè poſſideas in futurum.

¶Idem in concilio generali.†

¶*Domini prędiorum cogi poſſunt, vt prædia dent colenda talibus, à quibus ſine contradictione eccleſia poſſit decimas conſequi. h. d. vſque ad §.illæ.*

CAP. XXXII.

IN † aliquibus regionibus q̄dam permiſtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quamuis cenſeantur nomine Chriſtiano: his nonnulli domini prędiorum ea tribuūt excolenda, vt decimis defraudātes eccleſias maiores inde reditus aſſequantur. Volētes igitur ſuper his eccleſiarum indēnitatibus ꝓuidere: ſtatuimus, vt † ipſi domini talibus perſonis, & taliter ſua prędia excolenda committant,quòd abſq; contradictione, eccleſijs decimas cum integritate perſoluant, & ad id ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur [g].

† In codice Barbatiæ ita: vt ipſi domini de cætero,talibus, &c.

¶*Iſte §.propter ſui breuitatem non ſummatur.*

¶Illæ quippe decimę neceſſario ſoluendę ſunt, quę debentur ex lege diuina [h], vel loci conſuetudine [i] approbata.

¶Idem in eodem †.

¶*Prius ſoluendæ ſunt decimæ,quàm cēſus ſeu tributa:& ſi prius illa ſoluuntur,poſteà decimari debent.*

CAP. XXXIII.

CVm non ſit in homine quid † ſemen ſerēti reſpōdeat, quoniam iuxtà verbum Apoſtoli †: Neque qui plātat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementū dat Deus: ipſum †, qui de mortificato ſemine plurimū fructum affert, nimis auarè quidam in decimis defraudare nituntur: cenſus, & tributa, quæ interdum indecimata prætereunt,de frugibus primitus deducentes. ¶Cum autem in ſignum vniuerſalis dominij, quaſi quodam titulo ſpeciali,ſibi Dominus decimas reſeruauerit: nos & eccleſiarum diſpendijs, & animarū periculis obuiare volentes: Statuimus,vt in prærogatiuam dominij generalis,exactionem tributorum, & cenſuum, præcedat [k] ſolutio decimarum. vel ſaltem hi, ad quos cenſus, vel tributa indecimata peruenerint, (quoniā res cum

In *aliquibus.*] Prīa pars ponit exceſſum, quē ſecūdò corrigi mādat:ibi, *Volentes.* Abb.

C a s v s.In aliquibus regionibus quędam ſunt gentes permiſtæ, quæ ſecundū ritus ſuos decimas nō ſoluunt, licet Chriſtiano nomine cenſeātur, quidam dñi prædiorū talibus perſonis ſua prædia tradunt excolenda:vt inde maiores redditus conſequantur; ſtatuit concilium, vt ipſi dñi talibus perſonis ſua prædia committant, ꝙ abſque aliqua contradictione, cū integritate perſoluant decimas eccleſijs quibus debentur, & ſi neceſſe fuerit compellantur: in fine dicit,ꝙ illæ decimæ quæ debentur de iure diuino, vel etiam de loci cōſuetudine approbata, neceſſario ſunt ſoluendæ.No. ꝙ res tranſit cum onere ſuo. Item decimæ de iure diuino debentur.Item loci conſuetudo attendenda eſt in ſolutione decimarum.

g ¶*Compellantur.*]Pactum enim non nocet eccleſiæ, quin à quolibet poſſeſſore poſſit petere decimam: quia eſt onus qđ ſequitur ipſam rem.ſ.eo.paſtoralis.& cap.proxim.ſ. de pactis. plerique.ff.de pac. inter debitorem. ff. de inſti. ſi cum villico.

Arg.contra.ff. de pac.epiſtola. §. pactum. Si poſſeſſor partem fructuum recipit, & dominus partem teneat, vterque conueniendus eſt.ſ.eo.à nobis.& c.tua nobis.

h ¶*Ex lege diuina.*] quas dominus ſuo dominio ſeruauit, & tamquam debita requiruntur.ſ.eo.parochianos. & j. eod. tua nobis. & 16. q.1.decimæ.Bernar.

¶*Glo.ſeq.ponit.dictum ad quod inducit duo ſimilia, quod poſteà fortificat,& determinat.ſecunda pars reci.per.q.*

i ¶*Loci cōſuetudine.*] Sic ergo attenditur cōſuetudo in decimis:nec mirum: quia 2 & in baptiſmo attenditur, de conſecra.diſtinctio. 4.de trina.& in matrimonio.infra.de cogna. ſpiritu.ſuper eo.& meritò ſeruatur conſuetudo: quia ęque punitur tranſgreſſor conſuetudinis ſicut tranſgreſſor legis.11. diſt. in his rebus. Et hoc poteſt intelligi de conſuetudine illa,de qua habuiſti ſ.c. cum ſint homines.& c. ad Apoſtolicæ. vbi de hoc, & dic de conſuetudine approbata & pręſcripta, aliàs non obeſſet conſuetudo.ſ.de cōſuet.cap.vltim. Si verò cōſuetudo eſt quòd detur duodecima pars, vel minor, talis conſuetudo non ſufficit, niſi ſit approbata à Papa: quia non valet talis cōſuetudo quę abſq; mortali peccato ſeruari nō valet,quantuncunq; lōga. ſuprà de præſcript. quoniā omne. Sed hic non poteſt habere bonam fidem, quia de iure diuino debentur, & ita non poſſet præſcribere, ergo nec conſuetudo ibi locum habere pōt: hoc dico in laicis: quia clerici,vel eccleſia cōtra clericos nō ſolū partē præſcribere pōt, ſed ēt totā decimā. vnde dicit decretum: qui minus dedit decimas, modo emendet. 16. q. 7.quicunque.1.Ber.

2 Hoc intellige circa ſolemnitates accidētales: ſeu exteriores cęremonias, non circa ſubſtātialia ſacramentorum.

† Cap. 54. & c.6.e.ti. in 4. cōpil. & vide notas hui' capitis.

† quod.

† 1.ad Cor. c.3.

† Hanc periodum ex antiquis reſtituimus vt eſt impreſſa,nā i vulgatis ꝑperā legebať. ſed vide notas huius loci. 3.

CVm.]Diuidit. Primò præmiſſa ratione punitur exceſſus. Secundò alia ratio,& exceſſus prohibitio: ibi,*Cum autem.* Tertiò alia ratio:ibi,*Quoniam.*Abbas Siculus.

C a s v s.Quidam ante ſolutionem decimarum, deducebant de fructibus decimandis cenſus & tributa, & alias expenſas: Cum igitur dominus in ſignum vniuerſalis dominij quodam ſpeciali titulo ſibi decimas reſeruauerit: volens concilium & eccleſiarum diſpendijs & animarum periculis obuiare,ſtatuit quòd ante exactionem aliquam tributorum,vel cenſuum,pręcedat ſolutio decimarum, vel ſaltem illi qui cēſus vel tributa indecimata percipiunt,cōpellantur ea decimare: quia res tranſit cum onere ſuo.No. ꝙ decimæ dantur in ſignum vniuerſalis dominij. Item omnem deductionem debet præcedere ſolutio decimarum prędialium.Item res tranſit cum onere ſuo.

¶*Gloſſa ſequens obiicit, & ſoluit.*

k ¶*Præcedat ſolutio.*]quia vt hic dicitur, illas ſibi Dominus in ſignum vniuerſalis dominij reſeruauit. ſuprà.eo.tua nobis. & ideo

& ideo ſine aliqua diminutione expenſarum ſunt ſoluendæ: vt ibi dicitur. & cap. cum homines. ſed non refert multum, vtrum præcedat ſolutio decimarum exactionem tributorum, vel cenſus: quia ſoluere dominus de parte ſua, & colonus de ſua tenetur. ſ. eo. à nobis. & cap. tua nobis. Reſponderi poteſt, licet vterque conueniri poſſit, melius & commodius eſt eccleſiæ cõuenire vnũ quam plures. ff. de exercito. l. 1. §. vl. & l. ſeq. Et diſtinguitur in caſu iſto, vtrum dominus percipiat certam partẽ, tertiam, vel quartam, ſiue duos corbes, vel tres tantum. De hoc dicitur. ſuprà. eo. tua nobis.

a ¶*Cum onere.*] Sic ſ. eo. paſtoralis. ff. de contrahen. emptio. alienatio. & ſ. de pigno. ex literis. Ber.

N *Vper.*] Duæ ſunt partes: Primò ponitur ſtatutum Ciſtercien. Secundò confirmatio, & prouiſio Papæ: ibi, *Ne occaſione.* Abbas.

Casus. Abbates ordinis Ciſterciẽ. habebant priuilegium, de non dãdis decimis de laboribus, quos excolũt ſumptibus ſuis, vnde grauiter lædebantur eccleſię cum ipſi quotidie multas acquirerent poſſeſſiones, de quibus eccleſijs decimę ſoluebantur, ꝓpter qđ prædicti Abbates ad cõmonitionẽ concilij ſtatuerunt, ne decætero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimę debeantur eccleſijs, niſi forte pro monaſterijs fundandis de nouo: & ſi tales poſſeſſiones de quibus decimæ ſoluebantur, eis fuerint collatæ, aut emptæ pro monaſterijs de nouo fundandis, committantur alijs excolendæ, ne occaſione priuilegiorum ſuorum eccleſiæ vlterius aggrauentur: propter quod ſtatuit concilium, vt de alienis terris, & de his etiam quas decætero acquirent, decimas eccleſiis ſoluant, quibus debentur, etiam ſi proprijs ſumptibus eas excolant, niſi cũ ipſis eccleſijs amicabiliter duxerint componendum. Et hoc quod dictum eſt de Ciſtercienſibus, extẽditur ad omnes alios, qui habent ſimilia priuilegia; pręcipit concilium, vt eccleſiarum prelati prompti exiſtant ad exibendum prædictis priuilegiatis de ſuis malefactoribus iuſtitiæ complementum, & eorum priuilegia diligenter obſeruent. Nota quòd ſi priuilegium aliquorum incipiat vergere in enorme detrimentum aliorum, derogandum eſt vel in toto, vel in parte. Item compoſitio poteſt interuenire in decimis.

b ¶*Fortè pro monaſterijs nouiter.*] & ita in caſu iſto obtinet adhuc priuilegium antiquum.

c ¶*Tales.*] ſcilicet de quibus decimæ ſolui debeant. Ber.

d ¶*Committantur.*] interim antequam ædificentur eccleſiæ, vt illi coloni ſoluant decimas de illis terris. idem eſſet ſi ipſi ijdem colerent eas. ſ. eod. cap.

¶*Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & contra, & ſoluit.*

e ¶*Componendum.*] & ſic compoſitio in decimis poteſt fieri per ſacerdotem. ſ. eo. ex multiplici. quæ perſonalis videtur, niſi per ſuperiorem fuerit confirmata. ſ. de tranſact. veniens. Sed nunquid Ciſtercien. & alii monachi non habentes populum, poſſunt præſcribere decimas? Non videtur. quia decimas de iure habere non poſſunt: vt 16. q. 1. peruenit. ergo eas non poſſunt præſcribere. ſuprà de pręſcrip. cauſam quæ. Sed videtur hic ex quo nomine compoſitionis eas poſſunt habere, quòd eas poſſint pręſcribere. Satis poſſet ſuſtineri quòd non poſſint præſcribere decimas, vt in prędicto cap. cauſam quæ. & ſ. eod. tit. dudum. decimę enim intuitu diuini officij tantum debitæ ſunt iure diuino. ſ. eo. tua nobis. ſed iſti nemini ſubminiſtrant ſpiritualia, & decimæ iſtis tantum per priuilegia conceduntur: quia de iure communi eas habere non poſſunt: aliàs ſuperfluum eſſet priuilegium: quia quæ de iure communi competũt ſuperfluũ eſt precibus impetrare. C. de theſau. l. 1. lib. 10. ff. ad muni. l. 1. vnde ſi iſti allegarent pręſcriptionem, neceſſe haberent oſtendere titulum, qui eis daret cauſam præſcribendi. ſ. eod. dudum. quæ loquitur de hoſpitalariis Hieroſolymitanis, qui de iure communi decimas poſſidere non poſſunt: & ideo in his perſonis: quæ de iure communi poſſidere non poſſunt, neceſſarius eſt titulus, & ſic poteſt intelligi. ſ. de præſcri. ſi diligenti. vbi de hoc.

f ¶*Alios.*] hic habes argumentum quòd res inter alios acta aliis prę iudicat.

I *Nterdicimus vniuerſis perſonis eccleſiaſticis.*] Casus. In hoc capitulo prohibetur, ne aliqua eccleſiaſtica perſona præſumat in pignus accipere decimas detentas à laicis, quæ ad alienas ſpectant eccleſias. Nota quòd decimæ detentæ à laicis, in pignus accipi non debent, niſi ab eo ad quem de iure ſpectant.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem de quibus decimis hic loquatur.*

g ¶*A alicis.*] Iſtud poteſt intelligi de decimis laicis in feudum conceſſis, vt nulla perſona eccleſiaſtica, ad quam non pertinent, recipiat illas in pignus: vt ſi penes laicum remaneant, citius redeãt ad eccleſiam, ad quam pertinent, ſaltem poſt mortẽ, cũ in decimis non habeat locum ſucceſſio. ſuprà eod. ad hoc. licet ſuccedant hęredes, in decimis antiquitus conceſſis in feudum; & hac ratione ſufficit ſi laicus de conſenſu epiſcopi, decimas tales alij eccleſiæ donauerit. ſuprà de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capituli. cap. cum Apoſtolica. Eccleſia vero ad quam pertinent, bene poteſt eas in pignus recipere: quia per hoc citius rehabebit decimas ſuas, cum tunc non teneatur computare fructus [1] in ſortem. infrà de vſur. cap. 1. & cap. conqueſtus. & ſuprà de feud. cap. 1. Idem eſſet & multo fortius, ſi laicus de facto tantum decimas retineret. & hæc fuit prohibitionis cauſa, vt per hoc prouideretur eccleſijs, ad quas iſtæ decimæ peruenire debent.

† Cap. 55. Et cap. 7. e. tit. in 4. cõpilatione.

† Pro voce concilio, q̃ eſt in antiquis omnibus codicibus, in antiqua cõpil. ponit, capitulo, qđ nõ eſt ineptũ: nã generales monachorũ conuentus, capitula vulgo dicunt.

† In codice Barbatię poſt verbũ, ꝓgraue tur ita: Nos igitur ſtatutũ & ratũ habentes, decernim⁹ &c.

† De materia hui⁹ tituli vid' cõcilium Tridẽtinũ ſeſ 25. tit. de regularibus.

† Ex cõcilio Maguntino. ſeu Magũtiaco celebrato an. 813. ſub carolo imperatore. c. 23. & c. 3. eo. tit. in 1. compila.

1 Si abſtinet à ſeruitio vaſſalli. Io. And.

onere [a] ſuo tranſit) ea per cenſuram adeleſiaſticam decimare cogantur eccleſiis, quibus de iure debentur.

¶Idem in eodem. †

¶*Ciſtercien. Templarij, & Hoſpitalarij de fructibus poſſeſsionum, quas acquiſierunt poſt concilium generale, de quo hic, decimas ſoluere tenentur, ſi de illis poſſeſſionibus prius ſoluebãtur decimæ.*

CAP. XXXIIII.

NVper abbates Ciſterciẽſis ordinis, in generali concilio † congregati, ad commonitionem noſtram prouidè ſtatuerũt, ne decætero fratres ipſius ordinis emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debeãtur eccleſiis: niſi forte pro monaſteriis nouiter [b] fundandis. Et ſi tales [c] poſſeſſiones eis fuerint pia fideliũ deuotione collatæ, aut emptæ pro monaſteriis de nouo fundandis, committantur [d] aliis excolendæ, à quibus, eccleſiis decimæ perſoluantur. Ne occaſione ꝓpriuilegiorum ſuorum eccleſiæ vlterius prægrauentur †, decernimus, vt de alienis terris, & amodo acquirẽdis etiam ſi eas propriis manibus, aut ſumptibus excolant, decimas perſoluãt eccleſiis, quibus ratione prædiorum anteà ſoluebãtur: niſi cũ ipſis eccleſiis aliter duxerint componendum [e]. ¶Et hoc ipſum ad alios [f] regulares, qui gaudẽt ſimilibus priuilegiis, extendi, volumus, & mandamus: vt eccleſiarum prælati promptiores, & efficaciores exiſtant ad exhibendũ eis, de ſuis malefactoribus iuſtitiæ cõplementum: eorũque priuilegia diligentius, & perfectius ſtudeant obſeruare.

¶Gregorius nonus.

¶*Breue eſt, & ideo non ſummatur.*

CAP. XXXV.

INterdicimus vniuerſis perſonis eccleſiaſticis, vt decimas detentas à laicis [g], ad alienas eccleſias pertinentes, in pignus recipere ab eiſdem laicis non præſumant.

TITVLVS XXXI.

De regularibus, † & trãſeuntibus ad religionem.

¶Ex concilio † Manguntin.

¶*Non poteſt quis ad religionem admitti niſi volẽs: & in ætate idoneus.*

DE REGVLARIBVS ET TRANſeuntibus ad religionem.

¶*Suprà viſum eſt de clericis ſecularibus, & de rebus eorum: meritò reſtat videre de regularibus, & rebus eorum. Vel ſic: quia virorum eccleſiaſticorum duo ſunt genera, quoddam clericorum ſecularium, quoddam religioſorum, ideo viſo de primo genere, meritò ſubijcitur de ſecundo. Abbas.*

De hac materia tractatur 27. quęſtio. 1. & quęſt. 2. & q. 3. & quæſtio. 4. cap. hanc ergo. §. ſed & notandum. vſque ad fi. quęſtio. 1. & quæſt. 2. & quæſtione. 3. & 20. q. 1. & 2. & q. 3. & q. 4. & 1. quęſt. 2. per totum.

N*Vllus tondeatur.* C A S V S. Dicitur in hoccapitulo, quòd nullus debet intrare religionem, niſi in legitima ętate, & ſpōtanea volūtate. No. ꝙ ętas & volūtas attēdenda ſunt circa intrantes religionē.

¶ *Gloſſa ſequens recitetur per obiectionem & ſoluit, cui ſolutioni ſignat contrariū.*

CAP. I.

NVllus [a] † tōdeatur, niſi in † legitima [b] ætate, & ſpontanea [c] volūtate.

¶Ex eodem. †

¶*Impubes monaſterium ingreſſus, poſt annum à parentibus reuocari non poteſt. hoc dicit primò. Pubes per vim ingreßus, poſt annum exire, vel à parētibus reuocari non poteſt. hoc dicit ſecundò. Abbas Siculus.*

CAP. II.

SI † quis ante annos legitimos tonſuratus [d] eſt, ſine conſenſu parentum ſuorum: ſi parētes ipſius infrà annum [e] non reclamauerint ad principem [f], aut ad proprium epiſcopum, vel ad [g] miſſum dominicum, in clericatu permaneat [h]. ¶Si verò poſt legitimos annos, per vim [i] † clericus [k] factus eſt, & nec ipſe, nec parentes eius infrà annum ad memoratas perſonas reclamauerint, in clericatu permaneat [l], ſicut is, de quo ſuperius dictum eſt.

a ¶*Nullus tōdeatur.*] ſcilicet ad profitēdum vt ſic ſit monachus. 20. q. 1. illud. clericus tamē poſt ſeptimum annum poteſt fieri: quia tunc eſt doli capax. 28. diſt. de his. & 77. diſt. quicūque. & cap. in ſingulis. Sed arg. cōtra. ſ. de pręben. ſuper. ibi dicitur, quòd pueri non ſunt idonei ad beneficium obtinendum.

b ¶*In legitima ætate.*] ſcilicet. 14. annorum.

c ¶ *Spontanea voluntate.*] quia ſi coactus, non valeret. 20. q. 3. præſens clericus.

S*I quis.*] Communis diuiſio: quia duo ſūt dicta, vt patet in rubro. Secundum: ibi, in §. *Si vero.* Abbas.

C A S V S. Statuit cōcilium Maguntin. quòd ſi aliquis infra legitimos annos religionem intrauerit cum conſenſu parentum ſuorum, ſi parētes infra annum non reclamauerint ad Papā, vel epiſcopum, vel eius vicarium, poſt annū ipſum non poterunt reuocare. Si verò poſt legitimos annos per vim religionem intrauerit, & infra annū, nec ipſe, nec parentes eius reclamauerunt ad prædictas perſonas, poſtea exire non poterit, cum pręſumatur conſentire. Nota quod ab initio non valuit, tractu temporis conualeſcit.

d ¶*Tonſuratus.*] vt fiat monachus, vel regularis canonicus. 20. q. 2. ſi in qualibet.

e ¶*Infra annum.*] & diem. 20. q. 2. puella. & tutor contradicere poteſt infra idem tempus, vt ibi dicitur.

f ¶*Ad principem.*] id eſt, ad Papam, de conſec. diſtin. 1. corpora. vel ad principem, id eſt, ad pręlatum eccleſiæ. Ber.

g ¶*Ad miſſum.*] id eſt, vicarium epiſcopi, qui gerit vices ſuas ſ. de Inſti. ex frequentibus.

h ¶*Permaneat.*] quo ad parentes: quia poſt annum filium reuocare non poſſunt: vt hic patet: & 20. quæſtio. 2. puella. ipſe verò puer quandocunque vſque ad finem 14. ann. 1 poſſet reſilire. j. eo. ſignificatum. & cap. cum ſimus poſtea vero nō poterit exire. 30. q. 1. illud.

i ¶*Per vim.*] illatam ſibi à parentibus.

k ¶*Clericus.*] id eſt, monachus.

l ¶*Permaneat.*] quia ex mora tanti temporis præſumitur cōſenſiſſe, & intellige ſi potuit reclamare. infra de ſpon. ad id quod. & 1. quęſtione. conſtat. infrà. de deſponſa. impube. de illis 2. aliàs aūt nō teneret monachatus. ſ. qđ met. cau. perlatū.

V*T clerici.*] C A S V S. Clerici qui fingunt ſe monachos, cōpellantur fiant vel veri monachi, vel veri clerici. Nota ꝙ qui fingit ſe monachum, debet fieri monachus, aut habitum dimittere. Item habitus non facit monachum, ſed profeſſio regularis.

¶*Glo. ſeq. diſtinguit diſſimulationis cauſam honeſtam, & inhoneſtam, & arg. ad quæſtionem.*

m ¶*Fingunt.*] Nota quòd fictio, ſiue ſimulatio 2 quandoque fit ex honeſta cauſa, quandoque ex inhoneſta. Ex honeſta cauſa. 22. q. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus. & ſi aliquis ſimulat religionem ex honeſta cauſa, ita quòd proteſtatio præcedat, non nocet. ſupra de his quæ vi metusve cauſa fiunt, perlatum vbi de hoc. Simulatio verò ex inhoneſta facit monachum, & compellitur redire ad monaſterium propter dolum ſuum. 27. diſtin. qđ interrogaſti. [7. q 1. vidua. & j. c. proxi.] ita iſti clerici fingunt ſe monachos ex honeſta cauſa ab initio, ex qua datur eis optio. Sic etiam dico in matrimonio quòd ſi aliquis per dolum eo propoſito copuletur alicui mulieri, quòd nolit ſtare legitime cum ea, & hoc ſit paratus probare, non eſt audiendus: quia in ſponſalibus ſine matrimonijs recurritur ad communem intelligentiam verborum. j. de ſpon. ex literis. 3. Argumētum eſt hic ad quæſtionem illius qui finxit ſe mulierem, & ſuſcepit habitum in monaſterio monialium, vt poſſit corrumpere monachā, & in cap. quod interrogaſti. Ber.

¶Ex concilio Toletano †.

¶*Clericus ſecularis vtens habitu, & nomine monachali, cogit vt fiat monachus, vel ab hoc deſiſtat.*

CAP. III.

VT clerici, qui ſe fingunt [m] habitu, & nomine monachos, & non ſunt, corrigantur: vt † veri monachi ſint, vel † veri clerici [n].

¶Ex concilio Arelateſi. †

¶*Nouitia, quæ ſponte ſe ingerit actibus profeſſarum, per hoc cenſetur profeſſa. hoc dicit, & eſt caſus multum notabilis.*

CAP. IIII.

VIdua ſi ſponte [o] velū cōuerſionis, quamuis nō ſacrum ſibi impoſuerit [p], & in eccleſia inter velatas oblationem [q] Deo obtulerit, velit nolit, ſanctimoniæ habitum vlterius debet habere: Licet [r] ſacramento firmare velit, eo tenore velamen ſibi impoſuiſſe, vt deponere poſſet.

¶Gregorius † Ant he. ſubdia.

¶*Monachus temere ad aliud monaſterium tranſire, vel peculium habere non poteſt.*

¶*Glo. ſeq. alleg. duo iura, in contrarium allegat alia duo & ſoluit.*

n ¶*Veri clerici.*] & ſic datur eis optio, vtrum velint eſſe clerici, vel monachi. ſim. ſ. de ele. cum cauſam. & arg. 16. q. 1. nemo poteſt. Arg. contra. j. c. proxi. & 17. diſtin. qđ interrogaſti. vbi cōpelluntur in monaſterio remanere. Sic poteſt ſolui: hic conſtabat eos tales eſſe, licet ſtarēt in habitu monachali: in contrarijs non conſtabat. imo tāquam veri monachi ſtabant, & ſe gerebant, vnde nōn audiuntur volētes iurare contrarium.

V*Idua.*] Primo ſoluitur dubium. Secundò ſolutionem ampliat ibi, *Licet.* Abbas.

C A S V S. Si qua vidua ſponte velum conuerſionis ſibi impoſuerit, quamuis non ſacrum, & in eccleſia inter aliàs velatas oblationem Deo obtulerit, velit nolit, vlterius habitum religionis debet habere, quāuis per ſacramentum firmare velit, eo tenore velum ſibi impoſuiſſe, vt ipſum deponere poſſet. Nota quòd vidua poteſt ſibi velum imponere, & intellige de velo conuerſionis. Item ipſo facto præſumitur quis monachus. Item ex quo quis aſſumpſit habitum. non auditur reclamans, nec ſtatur iuramento ipſius in præiudicium voti, ex quo apparuit monachus.

o ¶*Sponte.*] ſecus ſi per vim. ſ. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. perlatum. Tancredus.

p ¶*Impoſuerit.*] Ipſamet vidua velum conuerſionis ſibi poteſt imponere. vt hic patet, & 27. q. 1. viduas. poteſt etiam illud recipere à ſacerdote. j. qui cle. vel vo. conſuluit. & 20. q. 1. vidua. aut ab epiſcopo. ſ. quod met. cauſ. perlatum. velum vero 4 conſecrationis à nullo recipiūt. 20. q. 1. deuotis. ſolæ ēm virgines conſecrantur: vt c. de votis. & cap. placuit. ead. q.

q ¶*Oblationē Deo obtulerit.*] Reſpicit loci conſuetudinem vbi forte velatæ offerunt panem ad Euchariſtiam conficiendam. 5 ſimile 37. quæſtio. 1. vidua. & ita eo ipſo quòd ſic ſtetit in eccleſia cum alijs, monacha iudicatur. 17. diſtin. qđ interrogaſti. & 20. quæſtio. 1. quem progenitores. Si vero aliàs habitaſſet ibi etiam longo tempore, non iudicaretur monacha. in Auth. vt conſtitu. quæ interpreta. circa medium. coll. 6. & ideo conſueuit dici, quòd habitus ſine profeſſione non facit monachum. j. eod. cap. porrectum.

r ¶*Licet ſacramento.*] ſcilicet tantum, ſed ſi adiuuetur alijs bonis pręſumptionibus, & perſona honeſta ſit: tūc forte ad plenā probationem poſſet ſibi deferri ſacramentum. C. de reb. credi. in bonæ fidei. ſ. de proba. ſicut conſuetudo. ſ. de iureiur. c. vlt. 6 & etiam ſine iuramento. ſi haberet alias probationes. ſ. qđ met. cau. perlatum. Vinc. Sed hæc vidua non potuit probare per legitimas probationes, ſed allegabat fictionē ex alia cā honeſta, & iurare volebat, ſed iuramentum ſuum non ſufficit, & ideo remanet in monaſterio. Et ſecundum hoc intelligitur illud c. & illa palea. 27. q. 1. viduas aūt valere. de fictione ex honeſta cā: aliàs ſi fictio ex inhoneſta cauſa fuiſſet, nulla probatio iſtius audiretur propter dolū ſuū, ēt ſi aliud probaret. ſic po-

† Vide B. Thomā 2. 2. q. 289. art. 5. & cōcilium Triden. infra citatum.
† Dictio, in deeſt ī omnibus antiquis codicibus.
† ſcilicet cōcilio Magūtino, ſed recte ait Antonius Auguſtin⁹ ſe in libris editis cōciliorū hoc c. nō inuenire.
† Burchardus li. 8. decret. c. 3. Iuo par. 7. c. 26. & c. 4 e. ti. in 1. cōpi. adde beatū Thomā pręcitato loco.
† Vide cōciliū Tridētinū ſeſ. 25 tit. de regularib⁹, c. 19
† Ex Iuone par. 7. c. 30 & 31. colliges hoc eſſe conciliū Toletanū 4. vbi c. 52. ſimilis, eſt ſententia Burchard. lib. 8. cap. 7. & c. 5. e. tit. in 1. cōpilat.
1 Vide cōcilium Triden. ſeſſio. 25. ti. de regularib⁹ c. 1. vbi tēpus annorū xxj pręfinit. ante quod ꝓfeſſio facta nulla eſt.
2 De hoc articulo vide Caietanū 2. 2. q. 1. ar. 6. & quę dixi lib. 1. in Directoriū ſchol. 22.

† au t.
† aut.
† Aliàs, Aurelian. ſed habetur in cōcilio Triburienſi. c 25. refert Burchard⁹ lib. 8. c. 39. Iuo par. 7. c. 55. & c. 6. e. ti. in 1. cōpi. Quibus. locis aliis cōciliis tribuit, ſed fortaſſis nō recte
† In plurib. vulgatis legit Grego. ix. aliàs, Greg. iii. ſed ī oībus manuſcriptis, q̄ nos vidim⁹, habetur vt eſt impreſſū, q̄ lectio vera eſt, vt cōſtat ex epiſtola 40. li. 1. regiſtri. B. Gregorii & c, 7. e. ti. in 1. cōpil. Vide Iuonem par. 7. c. 122. & oīno B. Thomā. 2. 2. q. 18. art. 8.
3 Qđ dic vt e. ti. tua nos. Io. An.
4 De multiplici velo quære notata 20. q. 2. c. illud. §. velamē. ī gl. & hoc p G. & H. Io. And.
5 Fortaſſis reſpexit hic glo. ad cōſuetudinē eccleſię Ambroſianæ Mediolanēſis, vbi muliercule quędam ſimplices hoſtias deferūt ad altare, poſt Euangeliū in ſolēniorib⁹ Miſſis: nam alibi vbi ſit hæc cōſuetudo cuius gloſſa meminit non inuenio.
6 Vide qđ đ matrimonio carnali notat e. ti. mulieri. Io. And.

poteſt intelligi c.illud.27.diſtin. quod interrogaſti. vt dicitur ſ. cap. proxi. quicunque ergo ſictè monaſterium vult intrare ex honeſta cauſa, proteſtetur illud præſentibus teſtibus: vt fecit illa in cap.perlatum. Et cap.illud, quod interrogaſti. poteſt intelligi in eodem caſu cum iſta decret. vt intelligatur de ſictione ex honeſta cauſa: ſed mulier illa hoc probare non potuit, & ideo compellitur redire ad monaſteriũ prout intellexit Hug.Ber.

CAP. V.

IOannes frater: & infrà ¶Præſenti iuſſione mandamus, vt neque monachum de monaſterio in monaſterium [a] temerè migrare liceat, nec eorum aliquem peculiare [b] † quicquam habere. Sed ſi hoc præſumpſerit, monaſterio, in quo ab initio conuerſatus eſt, ſub Abbatis ſui regula competenti coerctione reddatur [c].

† peculiũ quoddam habere.

¶Ex regiſtro Gregorij †.

† Lib.1.epiſtola. 48. ad Anthemiũ refert Gratianus 20.q.1.c. quia aũt.& c.1.e.ti.in 2.compil.

¶Vbi eſt dura congregatio, vel religio, requiritur in profitente plena pubertas, ſcilicet tempus decem, & octo annorum. hoc dicit habito reſpectu ad mentem literę. Et eſt textus ſingularis.

CAP. VI.

QVia [d] in inſulis dura eſt congregatio monachorum; Pueros [e] in eorum monaſteriis ante decimum octauum annum [f] ſuſcipi prohibemus.

¶Alexander iij. archiepiſcopis, & aliis eccleſiarũ prælatis per Galliam † conſtitutis.

† in Gallia.

¶Si Ciſtercienſis ſine licẽtia ſui Abbatis ad aliud monaſterium tranſit, ad proprium monaſterium regredi cogitur.

CAP. VII.

NOn † eſt vobis dubium; & infrà. ¶Vniuerſitati

† Poſt conciliũ Lateranen. ſub Alexã. iii. par. 17. c. 6.& c. 2.e. tit.in 1.cõ. vide Archidiaconum in c.ſtatuimus. 19.q. 3.& Ioannẽ And. in c.ſi religioſus.de ele. in 6.

IOannes.] Diuiditur. Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Præſenti.* quæ duo facit. Primò prohibet. Secundò ſi contra fiat, corrigi præcipit: ibi, *Sed ſi.* Abbas.

Casus. Statuit Papa quòd monachus de monaſterio ad monaſteriũ temerè non tranſeat, nec aliquis monachus peculiũ habeat: & qui contra fecerit, monaſterio primo reſtituatur, competenti coerctione adhibita. Nota, quòd non licet monacho trãſire de vno monaſterio ad aliud monaſterium, niſi ſit arctioris religionis: & tunc cum licentia ſuperioris ſui tranſire debet. Item monachus non debet habere peculium, & idem de omnibus regularib9 intelligendum eſt. Item monachus cauſa leuitatis exiẽs de monaſterio ad monaſterium, debet compelli redire ad primũ, & ibi coerceri.

¶Gl. ſeq. reci. per q. & vnum contrarium.

a ¶*Monaſterium.*] Hoc c. loquitur de his, qui cauſa leuitatis tranſeunt: aliàs licitum eſſet tranſire ad arctiorem religionẽ petita licentia, licet non obtenta. ĩ.eo. licet.

b ¶*Peculiare.*] Niſi cauſa adminiſtrationis. ĩ. de ſtat. mona. monachi. aliàs niſi in morte reſignauerit, cum ipſa pecunia in ſterquilinio ſubterretur. ſuprà de ſta. mona. & cano. regu. cum ad monaſterium.

c ¶*Reddatur.*] quem tenetur Abbas recipere, ne vagabundus in animæ incurrat detrimentum: & compellitur Abbas ſi noluerit [1]. ĩ.eod.cap.vlt.& arg.18.q.2.Abbates. Item ſignatur contrarium.27.q.1.ſi qua monacharum. & cap. ſi quis rapuerit. vbi dicitur quòd monachi delinquentes debent tradi arctiori monaſterio. Solu. illa intelliguntur cum priora monaſteria redarguũtur de diſſolutione. Quid hodie debet fieri de iſtis fugitiuis, dicitur ĩ.eod.c.vlt.

1 Aliàs: noluerit.

QVia.] Primò ponitur ratio: Secundò prohibitio: ibi, *Pueros.* Abbas.

Casus. Quia nimia erat aſperitas religionis in inſulis, præcipitur, ne quis ante xviij. annum monachari volens, recipiatur. Nota quòd propter auſteritatem vitæ regula inſtituta à canone, extenditur.

d ¶*Quia.*] hoc cap. in quibuſdam libris habetur pro palea [2] 20.q.1.cap.quia autem.

2 Verũ dicit Bernardus. imo in vetuſtiſſimis Gratiani codicib. quos vidimus nõ habetur hoc c. vt intelligas poſtea adiectũ, & ob id ſignari vt palea.

e ¶*Pueros.*] Nota quòd puer dicitur vſque ad decimumoctauum annum. ĩ.de deſpon.impu.cap.puberes.

f ¶*Decimumoctauum annum.*] Hoc ſpeciale eſt propter aſperitatem locorum. aliàs regulare eſt, quòd poſt tempus pubertatis tam maſculi quã fœminę poſſunt profiteri. 20. q. 1. c.1.& q.2.ſi in qualibet.& c. puella.

NOn eſt.] Primò ponitur exordium. Secundò mandatum: ibi, *Vniuerſitati.* Tertiò aliud mandatum: ibi, *Et ſi qui.* Abbas Siculus.

Casus. Mandat Papa prælatis per Galliam cõſtitutis, quòd non permittant recipi per epiſcopatus ſuos, monachos, vel conuerſos Ciſtercien.ordinis, poſtquam fecerint ibi profeſſionem, ſine licentia Abbatum ſuorum: & ſi aliquis contra hoc fecerit, & monitus ad ſuum monaſterium non redierit, compellant ipſum ad monaſterium ſuum redire. Nota quòd Ciſtercien. monachi ad aliam religionem tranſire non poſſunt: quia non reperitur arctior. Item monachus ſuum monaſterium non poteſt deſerere ſine licentia ſui Abbatis. Item deſerentes monaſteriũ ſuum; monendi ſunt vt redeant: & niſi redierint, per ſententiam excommunicationis ſunt compellendi.

veſtræ mandamus, quatenus monachos, vel conuerſos Ciſtercienſis ordinis, poſt profeſſionem, ſine licentia Abbatum ſuorum, per epiſcopatus veſtros recipi nullatenus permittatis [g]. Et ſi qui ex eis ſine licẽtia Abbatum ſuorũ, de monaſterio exire præſumpſerint, & cõmoniti celeriter [h] non redierint, eos regredi compellatis.

¶Idem magiſtro F. Ciuitaten. † canonico.

† ciuitanẽ. alias deſiderat iſcriptio in codice barbatię & alijs.

¶Profeſſio facta ante decimũquartum annum non obligat: poſt decimumquartum, vero ſi fit per ſuſceptionem habitus profeſſorum, etiã non obligat, niſi detur perſeuerantia tridui.

CAP. VIII.

AD † noſtram noueris audientiã perueniſſe, quòd eremitæ de Montefolli quoſdam pueros ſeduxerunt intantum, quòd quidam ſuaſionibus eorum aſſenſum præbentes, ſtatim religionis habitum, in ipſorum monaſteriis ſuſceperunt: quorum vnus T. nomine, ſtatim [i] pœnituit ꝙ habitũ induiſſet: & infrà. ¶Quocirca mandamus, quatenus ſi cõſtiterit ꝙ præfatus T. ante con

† Poſt conciliũ Lateran. par. 21 c.1.& c.8. eo.ti. in 1. cõpi. Et de materia huiusdecretalis, tene ꝙ nouiſſimè diffiniuit concilium Trid. ſeſſio.25.ti. d' regularib9 & monialibus.c.15.

¶Gloſſa ſequens recitatur per duas quæſtiones, ſcilicet quæ ſit ratio, & an licentia ſufficiat.

g ¶*Permittatis.*] & meritò: quia qui mutat locum, de minori ad maiorem mutare debet.93.diſt. legimus. in fin. ſ. de tranſla. licet. & c.1. & hoc ideo pręcipitur: quia non reperitur ordo arctior. & pro eo quod dicit, licentia, ſupple, maximè: quia nec Abbas poſſet in hoc diſpenſare, vt ad minorẽ tranſiret. Vel intellige quòd de licentia Abbatis poſſet tranſire ad æqualem iuſta de cauſa.

¶Gloſſa ſeq. recite. per quæſtionem quando dicatur celeriter fieri.

h ¶*Celeriter.*] poſt admonitionem, & celeritas iſta ad arbitrium iudicis refertur, ex quo non determinatur. ſuprà de offic. delega. de cauſis. ff. de iure deli. l. 1. in fin. De iſtis vagabundis tene vt dicitur. ĩ.eo.c. vlt.

Additio. De hoc, celeriter, dicitur. ſuprà de locato & condu. c.vltim.

AD noſtram.] Minor xiiij. annis per profeſſionem, religioni non obligatur: idem in maiori, qui ſine probatione ſuſcepit habitum profeſſorum, quem dimiſit infra triduum. Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem: ibi *Quocirca.* Abbas.

Casus. Eremitæ de Montefollio quoſdam pueros ſeduxerunt in tantum, quòd quidam ſuaſionibus eorum conſentiẽtes, ſtatim religionis habitum in ſuo monaſterio receperunt: vnus eorum T. nomine, ſtatim pœnituit, & infra triduum inde exiuit: poſtmodum iurauit quandam recipere in vxorem, ſed illi eremitæ non permittebant ipſum illam ducere, vt iurauit: ſignificatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat, quatenus ſi conſtiterit, quod præfatus T. ante xiiij. annum cõpletum habitũ ſuſceptũ depoſuerit, aut ſi poſt xiiij. annũ habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & infra triduũ depoſuerit, eum ab impetitione dictorum eremitarum denunciet abſolutum: & eam, quam iurauit, accipiat in vxorem, ſi aliud non impediat. Nota quòd ante xiiij. annum votum non obligat. Item qui illectus habitum ſuſcipit, præſumitur non vouiſſe.

¶Gloſſa ſequens argu. allegat quatuor iura pro, & 4. contra, & ſoluit.

i ¶*Statim pœnituit.*] Argumentum, non dici factum ꝙ non durat. 1.q.1.conſtat. ff. quod cum eo qui in alie. po. ſi filius. ff. de in rem ver. ſi pro patre. §. verſum.& 23.q.6. vides. Arg. cõtra quia ex quo ſemel placuit, amplius diſplicere non põt. 32.q.5. horrendus. C. de contrahen. empt. non idcirco. & 4.diſt. erit autem.& c.in iſtis.& 8.q.2. dilectiſſimi. Sol. vbi conſtat de facto, & eius qualitate [3], non eſt quærendũ de eius perſeuerantia:

3 Aut rogatione fir[illegible] pure cõtracta. ſecundum Hoſt. Io.And.

Nam ſufficit quod ab initio conſtitit: cum vero conſtat de facto, ſed de intentione neſcitur, recurrimus ad præſumptionem perſeuerantiæ: vt in caſu iſto & conſimilibus.

¶*Glo.ſeq.notat annum incœptum, &c. alle. quatuor iura: in contrarium alleg.tria, & ſoluit.*

gendi ſunt remanere vel ibi, vel ad mitiorem tranſire, ſi ſponte voluerint, vt hic dicit, & ĩ.eodem.conſulti 3.

3 Poſt hæc verba in quodã antiquo exẽplari mox ſub ſequuntur hæc: Et intelligo iſtã decretalẽ infra eo.cõſulti. ſecundũ il lã ĩ. eo.ſtatuim⁹. Hu.

e ¶*Habitũ.*] de quo præmiſit, ex quo renunciauerunt ſeculo.

f ¶*Redire.*] moribus emendatis.ĩ.eodem, conſulti.Ber.

¶*Glo.ſeq.quærit in qua veſte, & c.alleg.quòd in prima ſoluit. contrarium, & ad legem reſpondet.*

a ¶*Ante conſummationem.*] Not.ex hoc verbo, quod in caſu iſto annus inceptus 1 pro completo nõ habetur 20.q.1.illud.& q.2.ſi in qualibet.& ĩ.eod. ſignificatum, & in alio caſu.ſ.de elect. cum in cunctis arg. contra.ff. de munc.& ho. ad rem publicam.& 78.diſtin. presbyter. & in c. prædicto. cum in cunctis. §.inferiora. Solut.in dignitatibus fauor conſideratur: & ideo annus inceptus pro completo habetur: ſed in epiſcopo eſt ſpeciale: in regulæ obſeruatione grauitas eſt & labor & ſic odium: & ideo annus completus exigitur.argum. ſupra.eo. quia in inſulis.

1 Tempus inceptum quando habeatur pro completo aut nõ lo. tradit de Platea i §. ꝑterea. Inſti.qbus nõ eſt permiſ. face. teſta.

† aliqua.

† obſtat.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, ponit opinionem quam reprobat demum ſoluit.*

† Cap.9.e. tit.in 1.cõ. & poſt cõcilíũ Lateran. ſub Alexan.iij. par.21.c.2.

b ¶*Triduum.*] Argu. contra.20.q.1.c.firma. & 27.q.1.per totum. 20.q.3. eos qui ſemel. ſol.Quidam dicunt, ꝙ iſtud diſpenſatiuè dictum eſt, aliàs regulare eſt, quod pubes ingrediens etiã poſt momentum exire non poteſt: vt dicunt contraria.Sed hæc ſolutio non valet: quia contra votum continentiæ 2 non admittitur diſpenſatio: quia continentia caſtitatis & abdicatio proprietatis ita inhærent oſſibus monachorũ, vt nec ſummns Pontifex valeat diſpenſare.ĩ.de ſta. mo. cũ ad monaſterium. in fi. Dicas ergo ꝙ iſte ſine deliberatione & ex mentis impetu intrauit, & ellectus fuit: & ita quo ad Deum non fuit obligatus, qui conſiderat cor, & non opus.14.q.5.ſi quid inueniſti.& 15.q.6.c.1.in fi.& ideo nec apud eccleſiam, cum habeat certa indicia de tali voto facto impetuosè, ex eo quod ſine probatione habitum ſuſcepit & quia infra triduum pœnituit, & quia propè pueritiam fuit. iure ergo communi eccleſia ipſum abſoluere debuit,& ita non fuit obligatus quãtum ad Deum,& eius eccleſiam.arg.22.q.4. vnuſquiſque. & 15.q.1.ſanè.ar.17.q.4.ſunt qui opes.Ber.

2 De hoc articulo vide B.Thomã, & ibi Caietanũ 2.2.q.88. art.12.

S*Vper.*] Communis diuiſio, Secunda:ibi, *Reſpondemus.* Quę diſtinguit inter profeſſos & nouitios. Abbas Siculus.

Casus. Quidam clerici ſuſceperunt habitum religionis eo animo, vt ad ſeculum non redirent: & ante factam profeſſionem ad priorem ſtatum ſunt reuerſi: quæſitum fuit de his clericis, vtrum ſic remanere poſſint? Reſpondet Papa, ꝙ ſi auſteritatem religionis, ad quam migrauerunt, ſeruare noluerint: ad minorem religionem compellendi ſunt tranſire, nec amplius in eccleſijs ſecularibus debent aſſumi, ne contra votum ſuum venire probentur: ſed ſi ante ſuſceptum habitum poſiti in probatione recedere voluerint, ad priorem ſtatum redire non prohibentur, No.quod qui habitum religionis aſſumit eo animo, vt in religione perſeueret, ad ſeculum redire non poteſt, ſed ad largiorem ordinem ſi voluerit tranſire poteſt. Item qui cauſa probationis habitum religionis aſſumit, ante profeſſionem ad ſeculum redire poteſt.

c ¶*Suſceperunt.*] eo animo vt ad ſeculum non redirent, nulla facta ibi profeſſione.ĩ.e.ſtatuimus. ita quòd de hoc conſtabat, vt ibi dicitur.

d ¶*Ne contra votum.*] quo rennnciauerunt ſeculo generaliter, nondum facta profeſſione alicuius religionis. vnde co-

ſummationem [a] decimiquarti anni, ſuſceptum habitum depoſuerit, aut ſi poſt decimumquartum annum, habitum ipſum ſine probatione ſuſceperit, & infrà triduum [b] depoſuerit: eum ab impetitione prędictorum eremitarum denuncies abſolutum: & eam, quã poſtquam exiuit, iurauit accipere in vxorem, liberè poſſe traducere, ſi alia † cauſa rationabilis non obſiſtat †.

¶Idem Elien.Epiſcopo.

¶*Qui recipit habitum profeſſorum, vbi diſtincti ſunt habitus, compellitur ibi vel alibi eſſe religioſus: ſed ſi recipit habitum nouitiorum, poteſt ad ſeculum redire.*

CAP. IX.

SVper † eo, quod quæſitum fuit de clericis, qui religionis habitum ſuſceperunt [c], & ante profeſſionem ad priorem ſtatum ſunt reuerſi: Reſpondemus, quòd ſi auſteritatem religionis, ad quam migraſſe noſcuntur, ſeruare noluerint, ad minorem relgionem ſunt cogendi tranſire: nec amplius in eccleſijs ſecularibus debẽt aſſumi: ne contra votum [d], quod Domino fecerunt, venire probentur. Verum ſi ante ſuſceptum huiuſmodi habitum [e], in probatione poſiti recedere voluerint, ſecundum regulam † beati Benedicti, non videtur prohiberi ad priorem ſtatum redire [f]: quæ videtur præcipere vt in eadem veſte [g], in qua veniunt reuertantur.

† Quid de hoc articulo diſponat hęc regula refert hic Hoſtienſis, regulę etiã verba commemorãs

¶Idem Ambianen.Epiſcopo.

¶*Canonicus regularis poteſt effici monachus, ſi religio ad quam tranſit, eſt ſtrictior ſua: aliàs ſecus.*

CAP. X.

SAnè † de canonico, qui in eccleſia Aromaten. profeſſionem fecerat, & fugerat ab eadem, in monachum à quodã Abbate recepto: Id tuę fraternitati ſignificamus, quòd ſi locus vbi nũc permanet, maioris religionis quàm eccleſia Aromaten. exiſtat †, ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittas [h]: alioquin eum ad priorem eccleſiam redire compellas.

† Cap. 10. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilíũ Laterã. par. 50. c. 29.

† exiſtit.

g ¶*In eadem veſte.*] Sed in qua veſte poſiti in probatione debent eſſe? Videtur quòd in illa in qua venerũt.53. diſt. legem. & 54. diſt. multos.in fi. arg. 17.q. 2. ſi quis incognitus. Dic quod in monachali habitu, vt hic dicitur & ĩ.eod.ſtatuimus.alioquin non poſſet probare auſteritatem monachalem, quę in veſtibus pro magna parte conſiſtit. Et qđ dicit hic in fin.in eadem veſte redeant; in qua venerunt, ſic intellige: quia finita probatione ſi noluerint ibi remanere, reſtituentur eis veſtes, cum quibus venerunt, & cũ eis recedent, & ſic ſeruatur pro regula monachorum. Et cap. 4 quæ dicunt, quòd probari debent in veſte laicali, non ſeruantur, ſed intelligas de veſte, in qua venerunt. Vel dic, in veſte laicali, id eſt, in veſte nouitiorum, qui ſunt ĩ probatione: quę differunt ab illis quæ dantur profitẽtibus. ĩ. e.ſtatuimus.

4 Scilicet illud c.multos.1o.An.

S*Ane.*] Si canonicus regularis fit monachus: aut ſtrictioris religionis, & manet monachus: aut laxioris, & redire compellitur. Et eſt textus notabilis. Diuiditur Nam primò narrat factum. Secundò diſtinguendo diffinit: ibi, *Id tuæ.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam canonicus Aromaten. profeſſus ibidem, ab eccleſia Aromaten. aufugit, & à quodam Abbate in monachum eſt receptus: quæſitum fuit, an deberet ibi remanere: Reſpondet Papa epiſcopo Ambian. quod ſi locus ille vbi nunc eſt, maioris religionis exiſtit quàm eccleſia Aromaten. ipſum in eodem loco cum pura conſcientia remanere permittat, alioquin ad primam redire compellat eundem. Nota, quòd de minori religione ad maiorem tranſire licet, & non econuerſo.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium & ſoluit.*

h ¶*Remanere permittas.*] Sed contra videtur 19.q.3.mandamus vbi dicitur, quòd ſi canonicus regularis ad monaſterium tranſeat, ad canonicam reducatur, & in vituperium memoriale cucullam portet. ſed illud intellige quando cauſa leuitatis, vel vanitatis non petita licentia tranſit 5: hic quando cauſa maioris religionis, & bono zelo.ĩ.eod.licet.Ber.

5 De ſolutione hui⁹ cõtrarii. vide plenius hic per Hoſtienſẽ, Io. A.& alios.

S*Ignificatum.*] In prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſponſio:ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam G. nomine infra. xiiij.annum conſtitutus, timore magiſtri ſui habitum religionis aſſumpſit, & inde infra annum exiuit, & ſic vagabundus diſcurrit: ſignificatum fuit hoc domino Papę: vnde mandat epiſcopo Beluacen.quatenus ſi inuenerit, quod ille G. non fuiſſet oblatus à parentibus, & infra xiiij. annum à religione receſſit: ab illo voto quod fecit, ipſum denunciet abſolutum: Si vero à parentibus fuit oblatus, aut xiiij. annum compleuerit, quando religionem intrauit, ſiue poſt xiiij. annum profeſſionem à ſe factam ratam habuerit, compellat eundem ad eandem religionem, vel aliam tranſire. No.quòd votum ante xiiij. annum non obligat. Item votum quod ab initio non tenuit, per ratihabitionem ſubſequentem tenet.

a ¶*A paren-*

¶Idem Beluacen. Epiſcopo.

¶*Minor xiiij. annis, profitendo non obligatur religioni, niſi factus maior ratum habuerit.*

CAP. XI.

Significatum † eſt nobis: & infrà. ¶Mandamus, quatenus ſi inueneris, quod G. non fuiſſet à parentibus [a] oblatus: & infrà decimum quartum annum facti voti pœnitens, à religione receſſerit: ab illo voto profeſſionis, quod fecit, denūcies abſolutum. Si autem à parentibus fuerit oblatus [b], ſeu decimumquartum annum cōpleuerit, cum religionem intrauit [c]; ſeu poſt decimumquartum annum profeſſionem à ſe prius factam, ratam [d] habuerit: eum ad eandem, vel ad aliam religionem [e] tranſire compellas.

¶Clemens tertius.

¶*Si filia minor duodecim annis à parentibus monaſterio tradita, maior facta ſponte veletur, ad ſeculum redire non poteſt.*

CAP. XII.

Cum † virum: & infrà. ¶Vtrum [f] ea, quæ infrà diſcretionis [g] annos, à parentibus monāſterio tradita, habitum religionis inducens, benedictionem accepit, & exiēs poſtmodum ſe cuidam militi copulauit, ad monaſterium redire cogatur: Conſultationi tuę taliter reſpondemus, quòd cum iuxtà cōcilij Toletani [h] † cenſuram, monachum aut paterna deuotio [i], aut propria profeſſio faciat: quicquid horum [k] fuerit allegatum † tenebit, reuertendi ad ſeculum aditu penitus interdicto. Non enim videtur illa monaſticæ profeſſionis à ſe poſſe iugum excutere, cum eam non conſtet euidenter contradixiſſe, cum benedictionem accepit, quam non niſi in ætate diſcretionis recipiunt [l], quæ velantur: præſertim ſi ratihabitione ſecuta † (& ſi eam quandoque contradixiſſe conſtiterit) quòd ante geſtum fuerat, roboratur [m]. ¶Nec obloquitur [n], quod de prædeceſſoris noſtri Leonis † Papæ conſtitutione per cōtrarium ſenſum ſumitur †: vt puellæ, quæ coactę parentum imperio, virginitatis habitum ſuſceperūt †, ipſum poſſint ſine præuaricatione deſerere: cum de ea rectè † poſſit intelligi, quæ in ætate nubili noſcitur conſtituta: tunc enim quia liberum habet arbitrium in electione propoſiti, ſequi parentum non cogitur voluntatem.

¶Idem.

¶*Valet profeſſio facta ſine ſuſceptione habitus religionis.*

---

a ¶*A parentibus oblatus.*] Si fuiſſet à parentibus oblatus ante xiiij. annum exire non debuit, ſed poſt xiiij. annum ibi ſtare non cogitur. j. eod. cum ſimus. aliàs ſi non fuiſſet traditus à parentibus, quandocunque vellet, poſſet exire, vt hic innuitur.

b ¶*Fuerit oblatus.*] ſupple, maximè. Bernardus.

c ¶*Intrauit.*] quia túc tenet quòd fecit. 20. queſt. 1. illud.

¶*Glo. ſeq. recitetur per queſtionem.*

d ¶*Ratam habuerit.*] quod itellige ſi expreſsè conſentiat: imo certe etiam tacitè, ſi vltra illud tempus remaneat 1. infra de deſpon. impuber. literas. & cap. acceſſit. tamē cauſa maioris certitudinis ī principio xv. anni eius voluntas requirenda eſt. 20. q. 1. cap. illud. & ſic ſeruant plures religioſi, & bene. Item eſt hic argu. quod ea quæ ab initio non valent, tractu temporis conualeſcunt. ſi. j. de deſponſ. impuber. de illis 2. Sed dic valet vt exnūc, ſed non vt extunc. ff. de officio proconſulis. obſeruare. in fine.

¶*Gl. ſeq. obijcit, & ſol.*

e ¶*Ad aliam religionem.*] Hoc nō videtur probare: quia ſi fecit profeſſionem ibi, ad aliam poſtea minorem tranſire non poteſt. ar. ſ. eo. non eſt. Sed dic ad aliam eiuſdem religionis, vel maioris.

C*Vm virum.*] Si impubes etiam inuitus à parentibus monaſterio traditus, factus maior ſpōte recipit habitum profeſſorum, ad ſeculum amplius redire non poteſt. In prima ponitur cōſultatio. In ſecunda reſponſio: ibi. *Conſultationi*. Tertiò ſoluit contrarium: ibi, nec obloquitur. Abbas.

CASVS. Quædam puella infra annos diſcretionis monaſterio tradita fuit à parentibus, & habitum religionis aſſumens, benedictionem accepit, quam recipiunt. quæ velantur: poſtmodum de monaſterio exiens cuidam militi ſe copulauit: quæritur, vtrum ad monaſterium redire teneatur? Reſpondet Papa, quòd ſecundum Toletan. concilium, paterna deuotio, aut propria profeſſio, monachum facit: & quodcunque iſtorum allegatum & approbatum fuerit, obligatus erit: & ideo ad ſeculum redire non poteſt, nec poteſt vlterius iugum profeſſionis reijcere: cum non contradixerit quando benedictionem accepit, quam benedictionem tantum in ætate diſcreta recipiunt, quæ velantur: & quia etiam ſi contradixerit. poſtmodum ratū habuit. Poſteà rn̄det tacitæ quæſtioni, quæ poſſet fieri per decretum Leonis Papæ à contrario ſenſu, vbi dicitur puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, ſed ſponte virginitatis habitum ſuſceperunt, habitum non poſſunt deſerere, ergo per contrarium ſenſum datur intelligi, quòd ſi coactę habitum ſuſcipiunt, ipſum deſerere poſſunt. Reſpondet Papa non obſtat illud decretum: quia illud intelligitur de puella nubili, quæ non cogitur ſequi voluntatem parentum, cum habeat liberum arbitrium in vouendo: hic loquitur de illa quæ adhuc erat infra annos diſcretionis, quæ adulta facta profeſſionem fecit: vel ſi coacta fuit, poſtea conſenſit. No. quòd ex deuotione & oblatione parentum obligatur filius ad religionē. Item poſſeſſus in ętate diſcreta, vlterius ad ſeculū redire nō poteſt. Itē votum ꝙ ab initio nō valuit, tractu temporis per ratihabitionē tenet. Itē no. ꝙ argumentū à contrario ſenſu validū eſt, dūmodo in eundē caſum fiat: ſed hic erat diuerſus caſus.

f ¶*Vtrum.*] ſupple hic, quæſiuiſti.

g ¶*Diſcretionis annos.*] id eſt, infra annos ad votum, vel matrimonium contrahendum aptos, qui in puella xij. in puero xiiij. ſunt: vt 20. q. 1. c. 1. & 2. nam ante dicuntur carere iudicio. ff. de iudi. cum prætor. §. nō autem. & 3. q. 7. c. infamis. §. tria. in princi. Et dic iudicio id eſt diſcretione, ſed quo ad beneficium reſtitutionis implorandum, vſque ad xxv. annum dicitur eſſe fragile, & infirmū huiuſmodi ætatis cōciliū. ff. de minori. l. 1. Lau.

h ¶*Concilij Toletani.*] 20. q. 1. monachum.

i ¶*Paterna deuotio.*] Paterna deuotio quandoque facit monachū occaſionaliter. aliquando. enim filius obtemperat voluntati paternæ ex debito honeſtatis, non neceſſitatis. 20. q. 1. illud. & c. puellę. ſic & in matrimonio intellige. j. de deſpon. imp. c. 1. Alias non cogitur filius ad hoc obtemperare patri: vt hic, in fi. & in prędicto c. puellę. & j. eo. cū ſimus. quia res eſt voti, non præcepti. 32. q. 1. integritas. & c. puellę. Et expone, autem pro, &, quia paterna deuotio facit monachum, cum ſequitur ratihabitio filij, & eadē expoſitio fit. C. de ver. ſig. l. penul. vbi aut, ponitur pro, &.

k ¶*Quicquid horum.*] Ex hoc verbo videtur, quòd per ſe ſufficiat alterum iſtorum. ſed nō eſt verum: vnde ſic intellige: paterna deuotio cum ratihabitione filij adulti ſufficit: propria profeſſio filij ſine patris deuotione ſufficit: & ita ſi incipias à primo, vtrunque neceſſarium eſt: ſi à ſecundo, ſufficit ſecundum tantum. ſimiliter. ſ. de reſcriptis. olim.

¶*Glo. ſeq. quærit. & ſoluit.*

l ¶*Recipiunt.*] Sed quid ſi ante reciperet? Rn̄deo, Nō obſtat exire volenti: quia non tenet profeſſio infra diſcretionis annos. 15. q. 1. illud. & c. 1. ſ. eo. ſignificatum. & j. eo. cum ſimus. ſicut nec matrimonium, niſi malitia ſuppleret ętatē. j. de deſp. impu. puberes. & cap. à nobis. & cap. vltim.

¶*Gloſſa ſequens arg. & determinat.*

m ¶*Roboratur.*] Arg. quòd ea quæ ab initio non tenent, tractu temporis conualeſcunt. ſic. ſ. eo. ſignificatum. & j. de deſpon. impube. de illis. 1. q. 1. conſtat. Dic quòd ex nunc incipit valere, & non extunc: vt dixi ſ. eo. ſignificatum.

n ¶*Nec obloquitur.*] Hic rn̄det tacitæ queſtioni, quę poſſet fieri p c. illud puellę. 20. q. 1. à cōtrario 2 ſenſu. vbi dicitur, ꝙ puellę, ꝗ ſuſcipiunt habitū virginitatis, nō coactę imperio parētū, deſerere nō poſſunt habitū ſuſceptū: ergo ſi coactæ fuiſſent, à cōtrario ſenſu bene poſſūt deſerere: at iſta fuit coacta, ergo nō debet cōpelli redire ad monaſteriū. Nō obſt. illud c. à cōtrario ſenſu inductum, quia illud intelligitur de adultis, qui non poſſunt habitū ſemel ſuſceptū relinquere, & hic loquitur de ea, quæ adhuc erat infra annos diſcretionis, quæ facta adulta profeſſionem fecit, nec contradixit. Vel ſi coacta fuit, poſtea conſenſit: vnde exire non poteſt. & eſt ſimile C. ꝙ met. cau. l. 2. ſ. de his quæ vi metus ve cauſa fiunt. ad audientiam.

---

† Cap. 1. e. ti. in 1. cō. & poſt cōciliū Lateran. pa. 50. c. 10. vbi e. itegra clauſula. Et vide cōciliū Tridē. ſeſ. ſio. 15. tit. de regularibus. c. 15. ex quo ceſſant nunc difficultates textus, & gloſſarū.

1 Per annū j eo. c. 1. li. 6. vbi habes 4. modos quibus ratificatur profeſſio minoris facti maioris Io. And.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cō. vbi eſt integra clauſula. Vide cōciliū Trid. ſeſ. 25. ti. d regularib⁹. c. 15. & c. 19. & c. 1. & c. nō ſolū. e. ū li. 6.

† Id eſt cōciliū Toletanum. 4. c. 48.

† Alligatū legitur in cōcilio, & i omnibus manuſcriptis, quā lectionē hic ēt agnouit Hoſtienſis. in codice barbatię periodus punctis diſtinguitur ita, quicquid horū fuerit allegatū tenebit. ꝙ exponit Hoſtienſis.

† ſequenti.

† Leo Papa 1. epiſtola 90. ad Ruſticū Narbonēſem epiſcopū. c. 14

† aſſumitur

† receperunt.

† Dictio recte, deeſt ī vetuſtioribus.

2 Argumētū à cōtrario ſēſu an & qñ valeat tradunt late Doctores poſt gloſſā in l. 1. ff. de off. ei⁹ cui mā. eſt iuriſ. & Euerardus in loco à contrario ſenſu.

P *Orrectum.*] Monachum facit profeſſio, non habitus tantum. Communis diuiſio. Secunda; ibi, *Inquiſitioni.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam canonicus Archerontinus I. nomine, votum emiſit vt fieret monachus, in infirmitate conſtitutus: ipſe vero timẽs, ne voto incompleto decederet, iunctis manibus tradidit ſe abbati in monachum & in fratrẽ: quæritur, an talis ſit cõpellẽdus promiſſum adimplere? Rñdet Papa, ꝙ cũ monachum non faciat habitus, ſed profeſſio regularis, talis compellẽdus eſt vt fiat monachus, & reddat Dño quod vouit, & ꝙ promiſit, ex quo votũ emiſit, & Abbas ipſum recepit. Nota ꝙ ſola profeſſio ſine habitu monachũ facit. Itẽ qui votum facit vt fiat monachus, compellendus eſt reddere Domino qđ promiſit.

† Cap. 4. e. tit. in 2. cõ. Vide præ alijs hic nẽ ricũ Bohic adde B. Thomã. 2. 2. q. 88. ar 3.

CAP. XIII.

PORrectum † nobis ex parte tua petitorium contineb at, quòd I. canonicus Acherontinus infirmitate grauatus votum vt fieret monachus, ſe aſſerit emiſiſſe, vnde metuẽs, ne voto decederet non completo, iunctis manibus tibi ſe reddidit in monachum, & in fratrem: & infrà. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd † cum monachum non faciat habitus [a], ſed profeſſio [b] regularis, ex quo à conuertendo votum emittitur, & recipitur ab Abbate, talis vt fiat monachus, & reddat Domino, quæ promiſit, erit vtique cõpellendus.

† Aliàs ita: ꝙ cũ monachũ faciat nõ habitus ſed &c.

¶*Celeſtinus † tertius.*

¶*Si pater ſe cum bonis ſuis, & filio impubere, obtulit monaſterio, filius factus maior exire poteſt religionem, & legitimam à monaſterio petere.*

CAP. XIIII.

CVm † ſimus: & infrà. ¶Sanè noſtris auribus eſt relatum, quòd cum B. miles ſe cum filio ſuo diſcretionis [c] annos nullatenus attingente, ad quoddam monaſterium cum

¶*Gl. ſeq. alleg. tres concor. & tria iura in contrarium, & ſoluit.*

a ¶*Non faciat habitus.* 1] Hic euidenter apparet, ꝙ habitus non facit monachũ, ſed ſola profeſſio regularis. ſic ĵ. qui cle. vel vouen. cõſuluit. & ĵ. eo. ex parte. & ſ. eo. vt clerici. Sed contra videtur 27. diſt. ꝙ interrogaſti. & ſ. eo. vidua. & c. ſup eo. Sol. illud verũ eſt, ꝙ habitus ſine profeſſione nõ facit monachum: ſola enim ꝓfeſſio vera, vel prẽſumpta monachum facit, & ſolẽnizat votũ. Dicas ergo, ꝙ quicunque facit profeſſionem in manu Abbatis; ſeu ẽt alicuius monachi, & vbicunque, dummodo recipiatur eius profeſſio ab Abbate & fratribus, monachus eſt, & ſolennizatum eſt votum illius. ĵ. qui cle. vel vouen. inſinuante. & hic. Et illa capitula, ꝙ interrogaſti. & c. vidua. intelliguntur de præſumpta profeſſione. ex quo enim morãtur inter alias moniales, & gerunt ſe tamquam monachas, monachæ ſunt cenſendæ, 20. q. 1. quem progenitores. & quia ab initio eo propoſito & eo animo intrauerunt, vt monachæ eſſent tacitè, ex quo nullam proteſtationem fecerunt, & multo tempore ibi fuerunt, ſaltem per annum in habitu profeſſorum. ĵ. eo. ex parte vnde poſtea non audiuntur, etiam ſi velint iurare contrarium. Illud capitulum, ſuper eo. intelligitur de illis qui habitum recipiendo renunciauerunt ſeculo tacitè, vel expreſsè: vt ibi dicitur. & ĵ. eo. conſulti. & c. ſtatuimus. quod in eodem caſu loqui videtur cum illo cap. conſulti.

† Clemens ii.

1 Adde qđ idem dixit Bal. in l. interdũ. §. diuus quoq; ff. de publicanis.

† Cap. 5. e. tit. in 2. cõ. Et de intellectu vide Ferdinãdũ Vaſquium li. 1. cõtrouer. illuſtrium. c. 37.

¶*Glo. ſeq. dat duas lecturas.*

b ¶*Profeſſio.*] quæ hic interceſſit, ex eo quod dicit, iunctis manibus tibi ſe reddidit in monachum & in fratrem, ſaltem tacite, licet forte non expreſſit formam profeſſionis, quam habes 20. q. 1. vidua. & perinde fuit ac ſi formam illam ſeruaſſet. Sed litera ſequens videtur contradicere huic, vbi dicit: talis vt fiat monachus, & reddat Dño quæ promiſit, &c. Sed tu expone 2, fiat monachus, id eſt, ſtet & viuat vt monachus. Vel intellige, quòd votum fecit ſolũmodo vt fiat monachus tradendo ſe in manus Abbatis: vt ĵ. de voto & voti red. per tuas. vbi fuit ſimilis promiſſio. & hoc probat litera illa, ex quo à conuertendo votum emittitur: vt ſcilicet fiat monachus. talis ergo qui ſic promiſit & vouit, quod intrabit religionem, compellendus eſt vt fiat monachus, & reddat Dño promiſſum & votum ſuum; & ſic planè ſonat litera. Et ita collige ex hoc quòd qui promittit ſe intraturum aliquã religionẽ, tenetur cõplere promiſſum, & poteſt & debet cõpelli 3. ĵ. de vo. & vo. redemptio. per tuas. Quod primus dixit, verius puto: quia reddendo ſe in manibus Abbatis in monachum & fratrem ſtatim fuit monachus.

2 Eodẽ modo expo- nũt Tanc. Innocẽti⁹ Hoſtiẽſis, & alij antiqui.

3 Si tñ profitetẽ aliam religionẽ ẽt laxiorẽ, tenet profeſſio, quia ſcđum votũ ſolẽne derogat primo ſimplici ĵ. eo. q. poſt votũ. li. 6. Io. And.

bonis ſuis etiam contuliſſet: dictum filium ſuum fecit habitum ſuſcipere monachalem: & infrà. ¶Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi dictus puer ad annos diſcretionis [d] peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalẽ: ſi ad hoc induci nequiuerit, non † eſt vllatenus compellendus: quia tunc liberum ſibi erit eum dimittere, & bona paterna [e], quæ ipſi ex ſucceſſione proueniunt [f], poſtulare.

† Aliàs ita: non eſt ad hoc vllatenus, &c.

¶*Innocentius iii. Epiſcopo, & capitulo Targilen.* †

† Gargillẽ. † Targin. † Argin.

¶*Furioſus profitendo non obligatur niſi factus ſanẽ mẽtis ratũ habuerit.*

CAP. XV.

SIcut [g] † tenor literarum: & infrà. ¶Conſultationi veſtrẽ taliter reſpondemus, quòd licet iſta duo inter ſe repugnãtia [h] videantur, vt quiſquam ſcilicet ſi extra ſe poſitus, & de præſenti vita deſperet: ſi tamen eo tempore, quo P. ſacerdos lator prẽſentium: poſitus † extra mentẽ [i] aſſeritur, indutus fuit habitu [k] monachali: cum alienatus non ſentiat, ac per hoc non valeat conſentire, eum denuncietis ab obſeruatione monaſtici ordinis abſoluendos.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõ. vbi eſt integra clauſula. Et đ materia vide latè ꝑ Barbaciam cõ ſil. 60.

† Aliàs ita: poſitus extra mẽtem vt aſſeritur &c.

C *Vm ſimus.*] Cõmunis diuiſio. Secunda: ibi, *Diſcretioni.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam miles B. noĩe, ſe cũ filio ſuo infra decimũ quartum annũ cõſtituto, ad quoddã monaſteriũ cũ bonis ſuis tranſtulit: & dictũ filiũ ſuũ fecit habitum ſuſcipere monachalem: ſed cũ ipſi puero diſpliceret monaſtica diſciplina, infra modicũ tempus à monaſterio receſſit, & bona paterna cœpit cum inſtãtia poſtulare: ſed Abbas dicebat, ꝙ non erat audiendus: cũ tpe ſuæ oblationis exstiterit maior xiij. annis: Cõſultus Papa rñdet dicens, ꝙ ſi dictus puer ad annos diſcretionis iam peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, non eſt ad hoc vllatenus compellẽdus: quia tunc liberũ ſibi erit habitũ ipſum dimittere, & paterna bona, quæ ipſum ex ſucceſſione cõtingũt, poterit poſtulare. No. ꝙ intrãs religionẽ ante decimũ quartũ annũ, cũ venerit ad annos diſcretiõis, habitũ dimittere põt, & paterna bona poſtulare.

c ¶*Diſcretionis.*] dic de hoc vt dictum eſt ſ. eo. cum virum.

d ¶*Ad annos diſcretionis.*] xiiij. ſ. annorũ: qa tũc liberũ eſt, ei ſtare ſi voluerit remanere, vel recedere ſi ei nõ placet. 20. q. j. illud. & q. 2. ſi in qualibet.

e ¶*Et bona paterna.*] quibus priuari nõ potuit legitima iure naturæ, reliqua parte monaſterio competente, quæ in ipſo ingreſſu competit. 19. q. 3. ſi qua mulier. quẽ erit tertia illius partis, quæ ſibi ab inteſtato debetur. vel medietas ſecundum numerum filiorum. C. de inoffi. teſtamen. in Auth. nouiſſima.

f ¶*Proueniunt.*] ſuprà de teſta. Raynutius. & cap. Raynaldus. vbi de hoc.

S *Icut tenor.*] Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio; ibi *Conſultationi.*

¶*Glo. ſeq. ponit caſum.*

g ¶*Sicut.*] CASVS. Sacerdos 4 iſte infirmitate grauiſſima laborabat, ita ꝙ extra ſe poſitus deſperabat de vita præſenti: & in tali articulo conſtitutus indutus fuit habitu monachali: & ad monaſteriũ deportatus: tandem conualuit, & habitũ dimiſit, & de Abbatis licentia monaſterium dereliquit: cõſuluit ſacerdos dñm Papam quid eſſet ei faciendum: & ipſe rñdet ſecũdum ꝙ ſequitur in litera. Bernardus. No. ꝙ contraria allegans auditur. Itẽ nota ꝙ mente alienatus non obligatur, cum nec conſentire valeat, nec diſſentire, tamquam dormiens. Item quod ab initio non valet, ex poſt pacto conualeſcit.

4 Hic caſ⁹ Bernardi eſt & in vetuſtis codicibus reperitur.

h ¶*Repugnãtia.*] Vnde nõ videbat audiẽdus. ſ. de appe. ſolicitudinẽ. 23. q. 7. quod autem. C. de liberali cauſa. cum precum.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. quam ſoluit, & ſolutionem obijcit.*

i ¶*Extra mentẽ.*] Si aũt integrũ haberet iudiciũ, licet grauiſſimã pateretur infirmitatẽ, bene obligarẽt, ſi voueret. arg. Inſti. qui. nõ eſt permiſ. facere teſta. §. ꝓterea 5. tenetur aut hoc ꝓbare, ſcilicet ſe tunc temporis extra mentem fuiſſe. ſ. de ſucce. ab inteſta. cum dilectus. Argum. contra. 3. q. 9. iudicas. Lau.

5 Furioſus tpe quo furor declinauit, teſtari poteſt. Io. And.

k ¶*Habitu monachali.*] Ita ꝙ votũ feciſſet; qa ſolus habitus non

nō facit monachū,ſed profeſſio.ſ. c. porrectū.& ĩ.e.ex parte.
a ¶*Abſolutum.*]& ita nullum eſt votum,ſiue obligatio,quæ ſit mente alienata.ſic 17.q.2.Gonſaldus.

AD *Apoſtolicam*] In prima parte ponitur duplex conſultatio deciſa.In ſecunda reſponſio:ibi, *Quæſtionibus*.Primò reſpondet ad primam. Secūdò ad ſecundam: ibi,*Prohibendum*.Abb.

CASVS. Regularis inſtitutio prohibet monachū fieri ante vnius anni probationem: verumtamen quidam ante tempus illud, aut ēt ſtatim faciunt profeſſionem, quæ recipitur ab Abbate:quæritur,vtrū tales monachi ſint cenſendi? Rñdet Papa, licet tempus probationis vnius anni, à ſāctis Patribus ſit inſtitutum tam in fauorem cōuerſi quam monaſterij:tamen ſi ante tempus ꝓbationis, ille qui cōuerti deſiderat, habitū recepit, & profeſſionem faciat, Abbate per ſe, vel per aliū,habitū concedente,& profeſſionē recipiente,vterque iuri ſuo renunciare videtur quod ꝓ ſe noſcitur introductum,& ideo monachus eſt cenſendus: quia multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. In fine prohibet abbatibus, ne paſſim ante tēpus probationis quoſlibet ad profeſſionem recipiant:& ſi cōtra fecerint,puniantur. Nota ꝙ regulare eſt,vt nullus ante vnius anni probationem in monachum, vel regularē canonicū recipiatur. Itē nota hic rationes, quare tempus probationis fuit inuentum. Itē receptio,& profeſſio monachi poteſt delegari. Item quilibet renunciare poteſt iuri quod pro ſe noſcitur introductum.Itē multa fieri prohibentur, facta tamen tenent. Hæc regula locum habet in his, quæ non habent perpetuam prohibitionem, quia non cauetur in prohibitione, quod ſi factum fuerit, non valebit. Item tempus probationis eſt inſtitutum in ſubſidium fragilitatis humanæ.

† Cap.2.e.ti.in 3.cō. vbi eſt integra clauſula. Et vide cōſiliū Triden.ſeſſio.15. tit. de regularibus c.15. ex quo ceſſant dubia textus & gloſſarum.

† Dictio,facta deeſt ī oībus antiquis exēplaribus.

† Conciliū Triden.ſeſſio. 25.ti.đ regul.c.15. oppoſitum diffiniuit, ꝙ videto.

¶*Gloſſa ſeq.recitetur per obiectionem, quam dupliciter ſoluit, ſed primam approbat.*

b ¶*Anni.*]vt 17.q.2.Gonſaldus. quādoque tamen ſtatuitur biennium.19.q.2.monaſterijs.quandoque triennium.18.q.2. ſi quis incognitus:quia diuerſa tpa ſtatuuntur, videtur eſſe arbitrarium,quod ſatis poteſt concedi: quia etiam ſtatim poſſet recipi,& renunciare beneficio huius probationis: vt ĩ. eo.c. dicitur.& cap.ſtatuimus.Dici conſueuit,ꝙ clericus ignotus,& laicus notus probantur per biennium: ſed clericus notus per annū, laicus ignotus per triennium, & ſic intelligi conſueuerunt capita prædicta. Sed non credo ꝙ hodie ſeruetur illa diuerſitas:imo quilibet ſtatim poteſt admitti, vt dictum eſt Ber.

¶*Glo ſeq.recitari poteſt per contrarium, quòd alter ſolus renunciet de l.quod fauore. ſecundo quòd etiam vterque non renunciet. per cap.ſi diligenti.*

c ¶*Monaſterij.*] Ergo alter altero inuito huic beneficio renunciare non poteſt: quod eſt verum, quia communiter in fauorem vtriuſque 1 introductum fuit: & quod fauore alicuius introductum eſt, in odium eius non debet retorqueri. C.de leg. quod fauore. & in re communi potior eſt conditio prohibentis; vt arg. ff. de ſerui. ruſt. prędi. per fundum. & ff. communi.diui.Sabinus. Γ. de communi tamen conſenſu poteſt vterque renunciare iuri ſuo,vt hic dicit: cum ſit perſonale & ſingulare beneficium,ſ.de offi.deleg.gratum. C.de pact. ſi quis in conſcribendo.ff.de min.ſi iudex.& 7.q.1.quam periculoſum. ſecus ſi eſſet commune beneficium & fauore omnium introductum. ſ. de foro competen. ſi diligenti. vbi de hoc. & 4. q.3.c. ſi teſtes.§. itē parentes.

1 De hoc articulo vide latius hic per Ioannē And. & ꝑ Panormitanū docentes q̄n quis poſſit iuri ſuo renunciare.

¶Idem Piſano Archiepiſcopo.

¶*Profeſſiò nec fieri, nec recipi debet infra tempus probationis, ſed facta & recepta tenet.hoc dicit. & eſt caſus notabilis, & quotidiè allegatur.*

CAP. XVI.

AD† Apoſtolicam ſedē: & infrà. ¶Cū monachū fieri ante vnius anni [b] probationem, regularis inſtitutio interdicat: & infrà.¶Quæſtionibus tuis taliter reſpondemus, ꝙ licet tempus probationis à ſanctis Patribus ſit indultū,nō ſolum in fauorem cōuerſi, ſed ēt monaſterij [c]: vt & ille aſperitates iſtius,& iſtud, mores illius valeat experiri: (quod vtrunque diligēter eſt obſeruādū, preſertim cum ab vtroque de reliquo facta † certa notitia non habetur) ſi tamen ante tēpus probationis regulariter ꝑfinitum, is qui conuerti deſiderat,habitum recipit, & profeſſionem emittit, Abbate per ſe vel per alium,profeſſionem recipiente monaſticā, & monachalem habitum concedente: vterque renunciare videtur ei quod pro ſe noſcitur introductum: Ideoque obligatur † per profeſſionem emiſſam pariter & acceptam, ad obſeruantiam regularem, & verè monachus eſt cenſendus: quia multa fieri prohibentur, quę ſi facta fuerint,obtinent [d] roboris † firmitatem.¶Prohibendum [e] eſt autem † Abbatibus,ne paſſim ante tempus probationis, quoſlibet ad profeſſionē recipiant: & ſi contra formā præſcriptā quoſlibet indiſcretè receperint,animaduerſione ſunt debita corrigendi [f]: cum in ſubſidium fragilitatis humanæ, ſpatium probationis ſit regulariter inſtitutum.

† Dictio,roboris, deeſt in antiquis, & in emēdatioribus codicibus.

† Itē deeſt dictio,aūt, quā habet codex Barbatiæ.

¶Idem Aconen. † Epiſcopo.

† Ancon. † Adenen. † Acomē.

¶*Qui profeſſionē fecit,licet in clauſtro numquā permanſerit, ſed in ſeculo,& ſuis bonis vſus fuerit,ad obſeruātiam regularem compellitur.*

CAP. XVII.

SIcut† nobis fuit propoſitū quidam clericus cum ægritudine nimia laboraret, quaſi de morte [g] ſecurus, & † de recuperanda ſanitate deſperans, habitum canonicorum regularium petiit,& accepit: ſed nec ad eccleſiam tranſiuit,nec bonis ſuis [h] vti ceſſauit, videntibus & ſcientibus [i] epiſcopo, & canonicis eccleſiæ Nazaren. † à quibus habitum ſuſceperat regularē: & infrà. ¶Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi regularem habitum ſe poſtulante ſuſcepit, & ad obſeruationem religionis

† Cap.3.e.tit.in 3.cō. De materia vide Speculat.ti.de ſtatu monachor. Hoſ. in ſum.ti.đ regula. §. & qualiter

† Aliàs ita: & de recuperanda ſanitate deſperatus.

† Nozaten

d ¶*Obtinent roboris firmitatem.*] vt 17.q.2.cap. nos nouimus. & 27.diſt.ſi vir. & 2.q.6. c.biduum.Ber.

e ¶*Prohibendum.*]qa graue eſt inexpertos Dei ſeruitio applicare. 19.q.3.monaſterijs. C. de re mili. contra publicam.lib.12. & ff. de vac.mune. prætor.§.vl. & tenetur quis de mala electione, argu. 23. diſt.tales.ff. nau.caupo. ſtabu.l.vltim.§.2. C.de colo. illy. l. vnica. lib. 11.vbi tenetur quis eo ipſo quòd admiſit ignotum.

f ¶*Corrigendi.*] arbitrio iudicis, ex quo pœna non adijcitur. ſ. de offic.delega. de cauſis. ff. de iure deliber. l. 1. in fine.

SIcut nobis.] Diuiditur: quia primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Fraternitati*.Abbas.

CASVS.Quidam clericus nimia ægritudine laborans, quaſi de morte ſecurus, & de recuperanda ſanitate deſperans, habitum canonicorū regulariū petijt,& accepit: ſed ad eccleſiā non tranſiuit, nec bonis ſuis vti poſtpoſuit, videntibus,& ſcientib. epiſcopo, & canonicis eccleſiæ Nazareth, à quibus habitum ſuſceperat regularem: & per multa tempora ſeculariter ſe habuit: quæſiuit epiſcopus,vtrum eſſet compellendus habitum reſumere regularem? Reſpondet Papa, quòd ſi regularem habitum petijt,& accepit, & profeſſionem fecit, compellendus eſt, vt habitum regularem aſſumat: nec prodeſt illi quòd tanto tempore extra canoniam manſit: imo in augmentum maioris tranſgreſſionis ipſius, poteſt merito allegari. Nota quòd monachi compellendi ſunt habitum depoſitum reaſſumere,& ad clauſtrum redire.Item contra votum non præſcribitur. Item diuturnitas temporis peccata non minuit, ſed auget.

¶*Glo.ſeq.quærit obyciendo,& ſoluit.*

g ¶*De morte ſecurus.*] ſi tamen ſanæ mentis fuit: aliàs non obligaretur.ſ.eo.ſicut tenor.17.q.2. Gonſaldus.32.q.7.c.neque furioſus.& C.de tranſact.l.ſana mente. Sed quæritur quare aliàs timor mortis impedit monachari.ſ.quod me.cau.perlatum.& non hic?Reſpondeo,monachatur ibi vt euadat mortem corporis, hic non monachatur, vt euadat mortem corporis,ſed potius mortem animæ. Io.

h ¶*Bonis ſuis.*]quondam: ſi tenuit monachatus.ſic 27.q.1.ſi quis rapuerit.& ĩ.qui cleri.vel vouen.c. vlt.

i ¶*Et ſcientibus.*]vnde tenebantur eum reuocare.ĩ.eo.c.vlt. ſed ad bona ipſius ſi mortuus eſſet,& ipſum non reuocauerūt aſpirare non deberent: quia quem viuum contēpſerunt, non poſſunt mortuum ſuum dicere.C. de lati.liber.tollen.l.vnica. §.ſed ſcimus.& ĩ.de infan.& lang.expo.cap.vnico.Bernard.

a ¶*Sua ſe*

a ¶*Sua ſe profeſſione.*] Aliàs ſolus habitus non facit eum monachum.ſ.eo.porrectum.
b ¶*Tanto tempore.*] Nullus annorum numerus ipſum excuſat.33.q.5.quod Deo patri.imo tanto grauius delinquit.ſ.de conſue.c.vlt.& j.de ſimo.non ſatis.& ridiculum eſſet (vt dicit lex) meliorẽ eſſe furis conditionẽ propter cõtinuationem furti.ff.de furtis.inficiando. §. infans.Io.Simile huic habes.ſ. de teſta. quia ingredientibus.

L Icet.] Diuidit principaliter i duas partes: In prima ponitur exordium: ex quo ſecundo factum diffinit: ibi, *Cum ergo.* Prima facit quinque. Nam primò ponit formam priuilegij: Secundò ipſius interpretationem,& interpretationis cauſam: ibi, *Quia tamẽ.* Tertiò illã fortificat: ibi, *Cum etiam.* Quartò illam reaſſumendo ſpecificat: ibi, *Quocirca.* Quintò ſpecificationem determinat, ibi, *Illa.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachus ſine licẽtia Prioris ſui tranſiuit ad ordinẽ Ciſtercien. Prior & fratres moleſtabant eum dicendo, quod ſine licentia non potuit proprium monaſteriũ deſerere: peruenit hoc ad notitiã domini Papæ: vñ ipſe ſuper ipſo negotio ſcribit Priori & fratribus. Dimoliẽ. à quib. monachus prędictus receſſit dicẽs, licet, qbuſdã regularib. à ſede Apoſtolica ſit conceſſum, vt poſtquam aliquis apud eos profeſſus fuerit, ad alium locum ipſis inuitis, etiam cauſa maioris religionis tranſire non poſſit: ſed hoc ea ratione fuit illis conceſſum, ne quis ex temeritate vel leuitate, in iniuriam ſui ordinis, ſub prætextu maioris religionis, ad alium ſe poſſit ordinem transferre, nõ quod ei debeat licentia denegari, qui cum humilitate ac puritate, eam duxerit poſtulandam: qui ergo taliter à ſuo prælato licentiam poſtulauerit, ex lege priuata, quæ legi communi præiudicat, abſolutus, ad arctiorem religionem liberè poterit ſe transferre, non obſtante proterua indiſcreti contradictione prælati: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: vnde nouerint vniuerſi, quibus hoc priuilegium fuerit conceſſum, ſe de iure teneri taliter poſtulantibus tranſeundi licentiam impertiri: quia ſicut ſubditus licentiam à ſuo prælato cum humilitate & puritate poſtulare tenetur: ſic prælatus ſine difficultate tenetur ſubdito licentiam indulgere, ne videatur propoſitum impedire diuinitus inſpiratum. Si vero probabiliter dubitat, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem aut laxiorem ex charitate, aut ex temeritate tranſire, ſuperioris eſt iudicium requirendum, ne forte Angelus Satanæ, in lucis Angelum ſe transformet. Illud tamen regulariter eſt obſeruandum, vt nullus epiſcopus ſine licentia Romani Pontificis præſumat deſerere prẽſulatum: quia ſicut maius bonum, minori bono præfertur: ita communis vtilitas priuatæ præfertur: Mandat igitur Papa prædictis fratribus, quatenus prædictum monachum, qui de puro corde & conſcientia bona ad ordinem Ciſterciẽ. tranſiuit, vlterius non moleſtent. Nota, quòd qui lege priuata ducitur, à lege cõmuni eſt exemptus. Item petita licentia à prælato licet non ſit conceſſa: poteſt quis ad arctiorem religionem tranſire, quaſi ab ipſius lege ſolutus. Item priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Item ſicut ſubditus tenetur prælato, ita prælatus tenetur ſubdito in hoc caſu. Item epiſcopus ſine licentia Papę non poteſt epiſcopatum dimittere. Item maius bonum minori bono præfertur. Item communis vtilitas præfertur priuatæ.

canonicæ, ſua ſe profeſſione [a] ligauit, ad reſumendum habitum, eccleſiaſtica eſt diſtrictione cogendus: cum, quòd tanto [b] tempore extra canoniã † manſit †, non in excuſationẽ eius, ſed in maioris transgreſſionis augmentum, meritò valeat allegari.

¶Idẽ Priori, & cõuentui Dimolieſi †.

¶*Poteſt religioſus zelo ſanctioris vitæ, ad religionem tranſire ſtrictiorem, petita prius licentia prælati ſui licet non obtenta: etiam ſi primum monaſterium ſit priuilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius tranſire non poſſit. h.d. Et eſt caſus notabilis, & quotidie allegatur.*

CAP. XVIII.

L Icet † quibuſdam monachis [c] & canonicis [d], necnon & Hoſpitalarijs & Templarijs à ſede Apoſtolica ſit indultum, ne poſtquam aliquis ꝓfeſſus fuerit apud eos, ad alium locũ poſſit ipſis inuitis arctioris etiã religionis obtentu tranſire, vt vnuſquiſque ſecundum Apoſtolũ in ea [e] vocatione permaneat, in qua dignoſcitur eſſe vocatus: Quia tamen vbi ſpiritus Dei eſt, ibi libertas: & qui Dei ſpiritu aguntur, nõ ſunt ſub lege [f], quia lex nõ eſt poſita † iuſto, ea ratione videtur hoc illis fuiſſe conceſſum, ne quis ex temeritate [g], vel leuitate, in iacturam, vel iniuriã ſui ordinis, ſub prætextu maioris religionis, ad alium ordinẽ tranſuolaret: ſicut frequenter à multis conſtat eſſe præſumptum: non quidem vt ei tranſeundi licentia denegetur, qui eam cum humilitate ac puritate duxerit poſtulandam, vt nõ fictè, ſed verè, ad frugem melioris vitæ valeat trãſmigrare. ¶Talis ergo poſtquam à prælato ſuo tranſeundi licẽtiam [h] poſtulauerit, ex lege priuata [i] (quæ publicæ legi pręiudicat) abſolutus [k], liberè poteſt ſanctioris vitę propoſitum adimplere: non obſtante proterua indiſcreti contradictione pręlati: quia priuilegium meret [l] amittere, qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate: Cum etiam Romanus Pontifex, qui ſupremam in eccleſia obtinet poteſtatem, Archiepiſcopis, & epiſcopis † cedendi licentiam ex [m] iuſta cauſa petentibus, ſine difficultate concedat. ¶Quocirca nouerint vniuerſi, quibus huiuſmodi priuilegiũ eſt conceſſum, ſe ad concedendam licentiam tranſeundi taliter poſtulantibus de iure teneri: quia ſicut ſubditus à prælato, cum humilitate & puritate, debet tranſeundi licẽtiam

c ¶*Monachis.*] 1 ſ.c. non eſt.
d ¶*Canonicis.*] 19.q.3.ſtatuimus. & c. mandamus.Ber.
e ¶*In ea vocatione.*] 21.q.1.c.1.& q. 2. placuit.& 7.quæſtio.1. nõ oportet.
f ¶*Sub lege.*] 19.q.2. duæ ſunt.Ber.
g ¶*Ex temeritate.*] aduerte qualiter interpretatur priuilegium iſtorum, ſcilicet quòd nullus talium poſſit tranſire ad ſtrictiorẽ religionem, hoc eſt verum (vt dicit) temeritatis cauſa: ſic enim cum prohibetur iuramentum, temerarium tantum intelligitur prohibitum. 22. q.1.ita ergo.Io.
¶*Glo.ſeq.alle. tres concor. & vnum contrarium. quærit & ſoluit, ſolutioni dupliciter opponit. Demum obijcit ad tex. & ſoluit.*
h ¶*Licentiam poſtulauerit.*] Sufficit ergo petere licentiam licet nõ obtineatur.ſic ſ. de arbitr.cum olim. & ſ. de loca.& conduc. potuit C.de iur.emph.l.vl. Argu.contra.ſ.de electio. cum in veteri.& ad idẽ etiam poſſet induci circa prin. Sed quid ſi aliquis non petita licentia receſſerit ad ſtrictiorem vitam nunquid eſt reuocandus? Cõſueuit dici quod nõ, dummodo leuitatis cauſa non tranſeat, vt hic in fin.innuitur. Sed obſtat 19.q.2.mandamus.& illud poteſt intelligi quando leuitatis cauſa tranſit; adhuc videtur cõtra.ſ.de æta.& quali.intelleximus.vbi tranſiuit quidam ſine licentia ad aliud monaſteriũ, nec inde punitus videtur. Sed qualiter poteſt quis inuito prælato ſuo perſonam ſuam alienare, cum rem alienare non poſſit,& maior ſit alienatio perſonæ quàm rei. 12.q.1. præcipimus.& 17.q.1.c.2. 2 cum forte clericus teneatur iuramẽto obedire. 8.q.1.ſciendum.& ſ.de maio. & obed. cum in eccleſijs.nec etiam poteſt peregrinari ſine licentia ſui epiſcopi. de conſe.diſt.5.non oportet. & ſæpe propter obedientiam bonum intermittitur. 11. q. 3. quid ergo. cum obediendum ſit, vbicunque non eſt contra præceptum Domini, vel dubium ſit quod non contra præceptum Domini ſit. 23.q.1. quid culpatur.in fi. Sed illud auctoritate canonis fit inſtinctu Spiritus ſancti, & ita non conſtringitur per legem. 19.q.2.duæ. arg. j. de diuor.gaudemus.
i ¶*Ex lege priuata.*] quæ eſt amor Dei, ſiue Charitas, de qua dicitur: Habe charitatem, & fac quicquid vis. de pœn. diſt.2.radicata.Lau.
¶*Glo.ſeq.quinque perſonas excipit.*
k ¶*Abſolut⁹.*] Ab hac vniuerſitate excipit̃ vxor carnaliter cognita, impubes,& ſeruus. j. de cõuer.cõiu.quidã intrauit.20.q.2.c 1.& 2.& 54.diſ.ſi ſeruus.Itẽ excipitur epiſcopus. j. eod. c. ver.illa ſemper regula & curiæ adſtrictus.53. diſtin. legem.
l ¶*Meretur amittere.*] 11.q.3.priuilegium. 74. diſt. vbi iſta. C.de Iudę.l.3.& l.Iudeos 3.Ber.
m ¶*Ex iuſta cauſa petentibus, ſine difficultate cõcedat.*] Quę ſit iuſta cauſa, & quæ non, oſtenditur ſupra de renun. niſi cum pridem.Ioan,

† Canonicã, habent oẽs antiqui codices.
† Religioſus contra bonũ obedietię non põt pręſcribere. facit. l. 1. C. de ſer.fug.
† Dimolienen.
† de Mole.
† Dubeolẽ
† Dunoliẽ.
† Cap.4.e.ti.in 3. cõ. Et de materia hui⁹ decretalis vide omnino B.Thom. 2. 2. q. 189. art.8.& Hoſti. in ſum. tit.de regularib. §. & qualiter.
1.Cor.7.
2.Cor.3.
† impoſita.

1 Hæc clarius patent in decretali ici.ſi qua libera.quæ eſt in 1.cõ. tit.de ſtatu regula.quã omiſit Raymundus in hac collectione.
† Vide B. Thomã. 2. 2. q. 185. art.4.
2 Facit ad hoc bonũ arg.inl.ſed & ſi.§.ſi ipſe ſeru⁹. ff. de pecu.
3 Si Iudæi crucẽ vrendo, vel alias fidẽ offẽdunt, pendent hactẽnus ſibi pmiſſa. Ioã.

a ¶*Superioris.*

poſtulare, ne bonum obedientiæ contemnere videatur: ſic profectò prelatus ſubdito, ſine difficultate, & prauitate qualibet, debet tranſeundi licentiam indulgere, ne videatur propoſitū impedire diuinitus inſpiratum. ¶Si verò probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem, aut laxiorem ex charitate, an ex temeritate trāſire, ſuperioris [a] eſt iudicium requirendum: ne forte Angelus ſatanę ī lucis [b] Angelum ſe transformet. Illa ſemper regula inuiolabiliter obſeruata, vt nullus abſque licentia Romani Pontificis prę-ſumat occaſione quacunque deſerere preſulatum: quoniam ſicut maius bonum minori bono præponitur: ita cōmunis vtilitas [c] ſpeciali vtilitati præfertur †. Et in hoc caſu rectè præponitur doctrina ſilentio, ſolicitudo [d] contemplationi, & labor quieti. Ad quod vtique deſignandū vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus, non de Rachele [e] ſecundum carnem natus eſt, ſed de Lia. † nec legitur eum in domum ſuam Maria recepiſſe †, ſed Martha. Vnde quando poteſt epiſcopus pręeſſe pariter & prodeſſe, non debet cedendi licentiam poſtulare, aut ēt obtinere. ¶Cum ergo R. monachus veſter, ad fratres Ciſtercienſis ordinis tranſmigrauerit, non vt ordini veſtro aliquatenus derogaret, ſed vt apud eos vitam duceret arctiorē: Mādamus, quatenus ſuper eo quod de corde [f] puro, & cōſcientia bona, & fide non ficta feciſſe dignoſcitur, eum nullatenus moleſtetis: quia charitas eſt fons proprius, cui non communicat [g] alienus.

¶Idē Prepoſito, & Decano, & Scholaſtico Demeren. † Colon. diœceſis.

¶Coniuges religionem profitendo ab inuicem diuertere poſſunt: aliter ſi ſe abiurant, & non contineni, illicitum eſt iuramentum.

CAP. XIX.

VEniens † ad Apoſtolicā ſedem G. mulier ſupplici nobis inſinuatione mōſtrauit, quòd cum matrimonium cum E. in facie eccleſiæ contraxiſſet, & diutius cohabitaſſet eidem, orta eſt diſſenſio inter ipſos, in tantum, vt quòd † deinceps alter non requireret alterum, vterque corporaliter præſtitit iuramentum: hanc vir ipſe diuortij cauſam aſſignans, ꝙ quandam ipſius mulieris amitam [h] cognouiſſet, antequam eam duceret in vxorem: quod licet aſſererēt quāplurimi, non fuit ſuper hoc eccleſiæ facta fides. Cum autem poſtmodū ad ſecunda vota conuolaſſet vterque, ſecundo viro viā vniuerſæ carnis ingreſſo, priore ſuperſtite, dicta mulier ſe fecit in arcto loco, ad pœnitētiam agendam includi, poſtulans vt ei dignaremur impendere concilium ſalutare. ¶Nos igitur attendentes, quòd illud fuit illicitum iuramentum [i]: Mandamus, quatenus præfatū virum monitione pręuia † cōpellatis †, vt ea, quam ſuperduxit, excluſa, præfatam [k] mulierē recipiat: audituri [l] poſtmodum ſi quid fuerit quęſtionis. Si verò contra matrimonium nihil fuerit oſtenſum, & vir ſeculo derelicto maluerit ad regularem vitam migrare, vos ei ſuper hoc licentiam tribuatis, vt & illa poſſit in ſuo propoſito [m] permanere.

¶Idem Abbati de Afflıgen. & magiſtro R. & G. canonicis Traiecten.

¶Qui ad monaſterium conuertitur ſumendo habitum nouitij, poteſt infra tempus probationis redire ad ſeculum, niſi appareat eum vitam voluiſſe mutare omnino.

CAP. XX.

COnſulti † ſumus frequenter à multis, vtrum is qui

a ¶*Superioris.*] Simile 11.q.1.peruenit.j. de iure patro. nullus. in Auth. de ſanctiſ. epiſco.§.ſi à clero.coll.9.Vinc.
b ¶*In lucis.*] 26.q.5.nec mirum.& 29.q.1.§.1.
¶*Glo.ſeq.reci.per obiectionem, & ſol. & remiſſionem. Ioan.*
c ¶*Ita communis vtilitas.*] Simile.7.q.1.ſcias. & in auth. de reſti.& ea quæ par.§.licet. coll. 5.& s. de poſtu.prelat. c. 3. hoc intellige cum per publicam nō impeditur priuata: quia ordinata charitas incipit à ſe. 23.q.5. ſi nō licet. & de pœ. diſt.3.qui vult.& 19.q.2.duæ.14.diſt. ꝙ ait.ff. de iud.ſi lōgius.in ſi. 1 ff.de pſcr.ver.qui ſeruādarū. ſic nō debet prælatus ſua negotia pponere negotijs eccleſiæ. 12.q.4.quicunque. De hoc etiam dicitur.s.de poſtu. prelato.c.3.

i vide j.de vo.ꝙ ſuper his. per. 3. gl.Io.And.

d ¶*Solicitudo contemplationi.*] i. vita actiua, quę in hoc caſu prepoñitur contemplatiuæ.
e ¶*De Rachele.*] Rachel ſignificat vitā cōtēplatiuam, quæ eſt formoſa, ſicut illa fuit. Lia ſignificat vitam actiuam, quæ fœcunda eſt in ſobole, & ideo pfert pulchritudini Rachelis. s. de renunciat. niſi cum pridem. Ber.

† Vide l.actiōe.§.Labeo. in verſi.eo. tēpore. ff. p ſo. gl.in l.1.& ibi Bar. ff. ſol.matri.

f ¶*Corde puro.*] quia preſumitur prima facie ex ipſo facto, ꝙ habet ſpeciem boni, niſi probet cōtrariū.s. de ſeru. c.vnico.& s.de preſumptioni.dudum.
g ¶*Non cōicat alienus.*] ſ. à charitate. de pœ.diſt. 1. c. reſuſcitatus.§.itē vt Chriſtus.B.

† Hoc ita patet: Iacob genuit Iudam ex Lia, Gene. c.29.in fin. Iudas. genuit Phares, & Zarā d Thamar: de hoc ſemine deſcēdit Dauid, & chriſtus ſecūdū carnē, Matth. c.1. ſic ergo de Lia natus eſt chriſtus, id eſt, d gene re ſuo.

VEniens.] Pria pars ponit petitionem mulieris. Secunda prouidet, & iudicem dat: ibi, *Nos igitur.* Abbas.
CASVS. Quædā mulier cōtraxit matrimonium cū quodam viro in facie eccleſiæ, & diutius cohabitauit eidē: Tandem orta fuit diſcordia inter eos, ex eo ꝙ vir dicebat quandam amitam ipſius mulieris antequam eam duceret, cognouiſſe: ſed de hoc non fuit eccleſiæ facta fides, vnde contigit quòd vterque illorum iurauit, quòd deinceps alterū nō requireret: & poſtmodum ad ſecunda vota tranſiuit vterque: viro ſecundo de medio ſublato: mulier viro priore viuente, ad agendum pœnitentiam, quoddam monaſterium intrauit, poſtulans ſibi conſilium ſalutare impendi: Papa vero conſiderans, quòd iuramentum illud illicitum fuit, mandat quibuſdam, quatenus præfatum virum moneant & compellant, vt illam, quam ſuperinduxit, dimittat, & vxorem ſuam recipiat, audituri poſtmodum ſi quid fuerit quæſtionis: & ſi contra matrimonium nihil fuerit probatum, ſi uir ad religionem tranſire voluerit, ei licentiam tribuant tranſeundi, vt & illa mulier in ſuo poſſit propoſito remanere.

† d'Miren. † de Morē. ſed vt plurimū in antiqs. legitur ita: d Mirē.

Nota, quòd iuramentum contra matrimonium, illicitū eſt, & nō ſeruandum. Item ſi vir adulterium cōmittit, mulier tamen nō poteſt intrare religionem ipſo in ſeculo remanente.
h ¶*Amitam cognouiſſet.*] Si hoc verum fuit, non fuit matrimonium quo ad Deum: Vnde ſi probaretur, ſepararētur. j. de eo qui co. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. aliàs non ſepararentur: vt eo. tit. de illo.
¶*Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & ponit duas opiniones.*
i ¶*Illicitum iuramentum.*] Et ideo non ſeruādum. ſic s. de iureiu. tua.2. Sed nunquid aliqui poſſunt licitè ſe abiurare, & pmittere perpetuam continentiam? Videtur quòd ſic: qa talia matrimonia ſanctiora ſunt alijs. 33.q.5.qđ Deo pari. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ tali modo non poſſunt ſe abiurare, vt remaneant in ſeculo, niſi tranſeāt ad religionē. Arg.j.tit. proxi.ex parte. 2. ad fi. Io. cōtrarium dixit, & iſti non abiurauerant ſe pp perpetuā continentiam, ſed vt poſſent adulterari, & quòd neuter illorum alterū accuſaret: talis abiuratio phibetur hic.& s.de iure iur. tua 2. imo ſine aliquo iuramento ſe poſſent obligare ad perpetuam continentiā. arg. prædict.c. ꝙ Deo pari. nullū enim iuramentū obſtat, quin alter crimē alterius denunciare ſaltē poſſit. s. de iureiu. quemadmodum.

† Cap.1.e. tit.in 3. cōpilatione. Et de materia pter doctores hic, vide Turrecremarā in c.ꝙ Deo pari.33.q.5. & Sotū lib. 4.ſent.diſt. 27.q.1.arc. 4.

† quòd vt

† premiſſa.

† cogatis.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*
k ¶*Præfatam mulierē recipiat.*] Arg. cōtra. j. de diuor. ſignificaſti. ſed hic locū habet: nihil mihi tu, vel ego tibi, nil Catilina Cethego. 32.q.6. per to. & s. de iureiu. tua 2. & j. de adul.c. pe. & vlt. Ioan. & ff. ſoluto matrimo. viro atque vxore. Ber.
l ¶*Audituri poſtmodū.*] Et ita qſtio reſtitutionis præcedere. debet. s. de reſti. ſpo. ex cō queſtione. & s. de ordine cognitionum, ſuper ſpolitatione.
m ¶*Poſsit in ſuo propoſito.*] Et cōpellenda eſſet in propoſito 2 remanere, ſi maritus vellet ratum habere, vel obſeruare propoſitum. Argu. j. tit. proxi. quidam intrauit. & 33.q.5. quòd Deo. Io.

† Capit. 7. eod. tit. in 3. compil. Et vide omnino cōciliū Tridēt. ſeſ. 25. ti. d regularib. c. 5. per qđ ceſſat diſtīctio huius decretalis.

2 HOC verū ſi ſe voto aſtrinxiſſet Io.And.

COnſulti ſumus.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Licet.* In qua diſtinguit duo membra. Secundum: ibi, *An conditionaliter.* Abbas Siculus.
CASVS. Aliquis intrauit monaſterium, habitum ſumendo nouitij, quæritur, vtrum infra tempus probationis, ante factam profeſſionem licite poſſit ad ſeculum redire? ſuper hoc diuerſi diuerſa dixerunt: Innocentius tamen diſtinguit, vtrum ille qui conuertitur, propoſuerit abſolute vitam mutare, vt in

habitū

habitu regulari decætero Deo famuletur; vel regularem obſeruantiam experiri, vt ſi ſibi diſplicuerit, ad ſeculum reuertatur: In primo caſu ſaltem ad laxiorem regulam trãſire tenetur vt regulariter viuat: In ſecundo vero caſu, poteſt ad ſeculum redire. Vt ergo appareat, quę fuerit eius intentio, ab initio propoſitum & intentionẽ ſuam proteſtetur hanc intellige ſecundum illam. ĵ.c.pen. No. ꝙ eadem eſt ſubſtantia religionis apud omnes religioſos, ſed in qualitatibus differunt. Itẽ nota vtilem diſtinctionẽ, quam ponit litera circa conuertendos. Itẽ proteſtatio in omni cõtractu debet fieri, vt ſciatur contrahentium voluntas.

monaſterium ingreſſus eſt, habitum ſumẽdo nouitij [a], ſi ante profeſſionem emiſſam infra tempus probationis exire voluerit, licitè poſſit abſque apoſtaſiæ nota, vel noxa [b] †, pſertim cum debita morum correctione ad ſeculum remeare. ¶Licet autem ſuper hoc ſenſerint diuerſi diuerſa, nos tamen credimus diſtinguendum [c], vtrum is, qui conuertitur, propoſuerit abſolutè [d] vitam mutare, vt ſub habitu regulari omnipotenti Deo de cætero famuletur: an conditionaliter experiri obſeruantiam regularem, vt ita demũ ſi [infra annum †] ſibi placuerit profiteatur ordinis diſciplinam: aut ſi forte non placuerit, moribus emendatus, † ad ſtatum priſtinum reuertatur. In primo caſu [e] debet, vt regularirer viuat, ad laxiorẽ ſaltem regulam pertranſire: In ſecũdo poteſt ad ſeculum, non tamen vt viuat ſeculariter [f], remeare [g]. Vt ergo quę ſit eius intentio plenius agnoſcatur, propoſitum ſuum in principio proteſtetur [h].

¶Idem.

¶Qui infra annum probationis non facta profeſſione redit ad ſeculum, licitè poteſt ad ordines, & beneficia promoueri.

†Vide Alciatum li. 4. de ver. ſigni. Cor. Fronto. li. de differẽtijs ait: noxa pęna eſt noxia culpa.

a ¶*Nouitij.*] ſcilicet cauſa probationis habitus nouitiorum debet diſcerni ab habitu profeſſorũ. ĵ. eo. ſtatuimus.

b ¶*Vel noxa.*] Nota verſum: *Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.* qñque tamen vnum ponitur pro alio vt hic, vnde melius dixiſſet, noxia. Inſti. de noxa. circa prin.

†Hęc duo verba: ĵ. annũ, q̃ ſunt in recẽtioribꝰ, deſũt in omnibꝰ manuſcriptis, & in impreſſis paulo antiquioribus.

†emẽdatis

c ¶*Diſtinguendũ.*] Diſtinctio iſta hodie non videtur habere locum p decre. ĵ. eo. ſtatuimus ex quo enim ſimpliciter aſſumit habitũ nouitiorum, libere ante annum poteſt redire ad ſeculum, niſi euidenter appareat contrariũ, vt ibi Lau.

d ¶*Abſolutè.*] ita ꝙ euidenter appareat. ĵ. eo. c. proxi.

e ¶*In primo caſu.*] Sic intelligitur. ſ. eo. ſuper eo. eo enim ipſo qđ abſolutè religionem intrauit, licet non fecerit profeſſionẽ, intelligitur renunciaſſe ſeculo, cum nullam præmiſerit proteſtationem. Vnde vel ibi remanere debet, vel ad laxiorem trãſire. vt dictũ eſt in c. ſuper eo. Arg. contra. ĵ. eo. ſtatuimus. vbi de hoc.

f ¶*Seculariter.*] id eſt, diſſolutè. arg. 81. diſt. dictum. Ber.

¶*Glo. ſeq. quærit, opi. ponit, & ſoluit.*

g ¶*Remeare.*] Nunquid licebit tali contrahere matrimoniũ ex quo licet ei redire ad ſeculum? Dicunt quidam quòd non, cum ſit ſimpliciter vouens. 17. q. 2. nos nouimus. Si autem cõtraxerit, tenet. 27. diſt. ſi vir. 27. q. 1. nuptiarum. & ĵ. qui cler. vel vo. rurſus. quod non eſt verum: quia nec fuit expreſſum votum, nec intendit continere, qui tantum ſub conditione vouet: ſicut nec obligatur, qui ſub conditione 1 contrahit matrimonium, conditione deficiente. ĵ. de condi. appo. de illis.

1 Sed diſtĩgue de cõditione ꝑ ut Theologi, vt late refert Dñicus Sotus li. 4. sẽ. diſ. 29. q. 2. ar. 1. 2. & 3. & Syluester in ſum. verbo, matrimoniũ. 3.

¶*Gloſſa ſequens quærit, allc. proponit opi. Io. in fin. ſoluit. contrarium interſerit, arg. de proteſtatione, alleg. 4. iura, & duo in contrarium.*

h ¶*Proteſtetur.*] Quid ſi non proteſtetur 2: nunquid pręſumitur pro religione? Videtur quòd ſic: quia ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit. ff. de reli. & ſum. fun. ſunt perſonę. dixit Io. quòd præſumi debet, quòd potius voluerit abſolutè mutare ſeculum, quam conditionaliter: niſi proteſtatio præcedat. Et ſic eſt hic arg. quòd proteſtatio neceſſaria eſt. ſ. de his quæ. vi metusve cau. ſi. prælatum. 31. q. 2. Lotharius. 7. q. 1. Pontifices. & ſ. de electio, Cumana arg. contra ſ. de conſti. cum M. & ſ. de appel. ſolicitudinem. vbi non valet proteſtatio illi qui contra illam facit. & ita præſumitur hic in dubio in ſecuriorem partem: quia religio ſecurior eſt. ĵ. de re. iu. eſtote. ff. eo. tit. ſemper in obſcuris: ſicut cum dubitatur, an aliquis ſit excommunicatus, præſumitur ipſum excommunicatum, vt abſoluatur ſaltem ad cautelam, & tunc poſtea debet abſtinere ratione dubij. infrà de cle. exc. mini. illud. & ĵ. de ſen. exc. per tuas. Sed contra videtur, ex quo aſſumit habitum nouitij, nec facit profeſſionem, nec renunciat ſeculo expreſsè, quòd non intendit ſe obligare ſimpliciter. ĵ. e. ſtatuimus. vbi de hoc dicitur, niſi euidenter appareat quòd tales, & c. quod verum eſt: & ſic intellige iſtam decr. ſecundum illam.

2 Sed hodie ſiue ꝓteſtet, ſiue non, ante annũ probatiõis nõ tenet profeſſio, vt diffiniuit concilium Tridẽ. initio capitis relatũ: & ſic ceſſat quæſtio gloſſæ.

CAP. XXI.

POſtulaſti †: & infrà: ¶Tertiò quæſiuiſti, vtrum illi, qui in annis minoribus [i] conſtituti nouitiorum habitum ſuſceperunt, & infrà annũ poſtmodum non facta profeſſione, ad ſeculum ſunt reuerſi, & epiſcopis ſuis hoc ſcientibus, ad ſacros ordines ſunt promoti, ſuſtineri debeant in illis eccleſijs miniſtrare, in quibus ſunt ab eiſdem epiſcopis inſtituti. ¶Nos fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quod propter hoc non ſunt ab eccleſijs ipſis amouendi, ſed in eis poſſunt liberè miniſtrare.

¶Honorius tertius Veneten. † eṗo.

¶Qui vltrà annum portat habitum monachalem in monaſterio, vbi ſunt habitus indiſtincti, cenſet profeſſus.

CAP. XXII.

EX † parte tua fuit propoſitum, quòd nonulli ſunt, qui licet pluribus annis geſtauerint habitum monachalem, profeſſionem tamen monaſticam non fecerunt: vnde cum ſuper eo quòd habent propriũ & aliàs irregularirer viuunt, à te, vel ab alijs arguuntur: non erubeſcunt dicere, ſe ad carentiam proprijs, & cõtinentiam, ac aliàs regulares obſeruãtias

† Cap. vni co. e. tit. in 4. cõpi. Primã qõnem habes ſ. de foro cõp. poſtulaſti. ſecundã ĵ. de homic. poſtulaſti. & vide cõciliũ Trid. initio pręcedentis c. citatum.

P*oſtulaſti.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Nos.* Abbas Siculus.

C a s v s. Aliqui infra xiiij. annum aſſumpſerunt habitum nouitiorum, poſtmodum infra annũ ante factam profeſſionẽ ad ſuas eccleſias ſunt reuerſi: quæritur, vtrum debeant tolerari? Reſpondet Papa, quod propter hoc nõ ſunt à ſuis eccleſijs amouendi. Not. quòd qui habitum nouitiorum aſſumunt, infra annũ ꝓbationis poſſunt redire ad priſtinum ſtatum: niſi fecerint profeſſionem.

† Venetrã.
† Venen.
† Vertenẽ.

¶*Glo. ſeq. dupliciter legit quod hic dicitur de minore, & ſecundum alteram declarat quale fuit dubium, & ponit opi. Hug. & Inno.*

i ¶*Minoribus.*] Hæc quæſtio 3 non habet dubitationem: quia ſi erant infra xiiij. annum non tenuit ingreſſus, & ita poſſunt libere exire ſ. eo. ad noſtram. ſignificatum. & c. cum ſimus. & 20. q. 1. illud. ſed tamen verbum iſtud dubium eſt: quia poteſt intelligi quòd fuerunt infra xiiij. annum, & ſic videt quæſtio, & quòd fuerint minores xxv. & maiores xiiij. ſ. de prob. in præſentia. & tunc dicas, quòd non conſtabat euidenter, quòd ſeculum vellent mutare quando habitum ſuſceperunt: quare poſſunt redire ad priſtinum ſtatum. ĵ. eo. ſtatuimus. Si vis intelligere ꝙ eſſent infra xiiij. annos, hęc potuit eſſe dubitatio: quia forte erant doli capaces: & ſic videbatur quòd malitia suppleret ætatem, ſicut in matrimonio carnali. ĵ. de deſpon. imp. à nobis. & c. tuæ. quia & poterant ſe obligare diabolo, ſic & Deo. ĵ. de deli. puc. pueris. Sed Papa reſpondet quòd liberè poſſunt miniſtrare in eccleſijs poſteà receptis: & ſic non obligantur ante xiiij. annum. Hug. vero dicebat, quòd bene obligatur doli capax, & tenebat monachatus: quia poterat ſe obligare diabolo, per illud c. pueris. & Innocentius fuit in eadem opinione, qui in decre. iſta reſpondet. quòd ingreſſus tenuit, ſi malitia ſupplebat ætatem: vt in antiqua decretali patet 4. ſed hodie non prodeſt. Bernar.

† pro intellectu huiꝰ cap. vide omnino B. Thomã in 4. ſen. diſt. 18. q. 1. ar. 3

3 Quęſtio etiã huius gloſſę ceſſat hodie p conciliũ Triden. ſ. citatũ initio præcedẽtis. cap.

4 Verba autẽ antiquæ decretalis in 4. cõpi. hoc ti. c. 1. ita habẽt: Niſi prudẽtia forte ſuppleuerit ętatẽ in illis, vt trãſire debeãt ad regulã laxiorẽ. q. cũ ipſi abſque proteſtatione religionis habitũ aſſumãt, vitam pręſumũtur propoſuiſſe mutare hęc ibi. quæ cõſulto reſecauit Raymundus.

E*X parte.*] Communis diuiſio. Secunda pars ibi, *Ideoque* Abbas.

C a s v s. Quidam ſunt, qui pluribus annis portauerunt habitum monachalem, tamen profeſſionem monaſticam non fecerunt: Cum iſti poſtmodum arguuntur; ſuper eo, ꝙ proprium habent, & aliàs irregulariter viuunt, dicunt ſe nõ teneri ad carentiam proprij, nec continentiã, cũ habitus non faciat monachũ, ſed profeſſio regularis: ſignificatũ fuit hoc dño Papæ: mãdat eṗo loci, quatenus quoſlibet ſibi ſubiectos, q prędicto modo terrã duabus vijs ingredi nituntur, cõpellat per cenſurã eccleſiaſticã, vt poſtquã per annũ geſtauerint habitũ monachalẽ regulam ſecundum formã ordinis profiteãtur & ſeruent. No. ꝙ nemo debet terram duabus vijs ingredi. Item qui per annum gerit habitum monachalem, præſumitur monachus: vnde compelli debet vt profiteatur regulam illius ordinis.

a ¶*Habitus.*

a ¶*Habitus.*]ſuprà. eod. porrectum. vbi de hoc. & infrà qui cle.vel vo.conſuluit.

b ¶*Diœceſana.*]id eſt,lege iuriſdictionis : nam regulares non ſubſunt epiſcopo quantum ad legem diœceſanam. 16.q.1.cũ pro vtilitate. ſed lege iuriſdictionis. Quæ differentia ſit inter legem diœceſanam, & legem iuriſdictionis,dicitur ſ.de offi.ordi.cõquerente. & cap. dilectus.Bernardus.

non teneri : cum habitus [a] non faciat monachum, ſed profeſſio regularis : & infrà. ¶Ideoq; fraternitati tuæ mandamus, quatenus quoslibet tibi lege diœceſana [b] ſubiectos,qui prę dicto modo terram duabus [c] vijs ingredi non verentur: vt poſtquam per annũ [d] geſtauerint habitum monachalem, regulam ſecundum formam ordinis profiteantur & ſeruent, eccleſiaſtica cenſura compellas.

Gregorius nonus.

¶*Infra probationis annum liberè quis redit ad ſeculum, niſi profeſſionem fecerit tacitè, vel expreſſè,vel appareat eam vitam mutare voluiſſe.hoc primò. Secundò dicit, quòd ad hoc vt dignoſcantur nouitij à profeſſis, debet habitus profeſſorum benedici in locis, vbi habitus non eſt diſtinctus.*

¶*Glo.ſeq. inducit tria ſimilia. & arg.alle.duo iura.Io.*

c ¶*Duabus vijs.*] & malè : quia in vno eodemque officio nõ debet eſſe diſpar profeſſio.16. q. 7. in noua actione.& ſic ſ.de elect. cum cauſam.& eſt ſimile quod dicitur, vſque quo claudicatis ĩ duas partes? 49.diſt.c.vlt.& nemo poteſt duobus dominis ſeruire : vt 29 diſt.Acutius.& de pœnit.diſt.1. c. ſuſcitatus. §. item vt Chriſtus ait. Item.arg. eſt quòd allegans contraria non eſt audiendus.ſ.de app.ſolicitudinem. 23. q. 7. quod autẽ. & ideo iſti non fuerunt auditi.

¶*Glo.ſeq. declarat præſumptionem, quæ inſurgit ex lapſu anni : alle. concor.dicens locum id habere cum eſt habitus indiſtinctus.*

d ¶*Per annum.*] Hoc ideo dicit,quia per annum debet quis eſſe in probatione antequam fiat monachus.17.q.2. Gonſaldus.& ſ.co.ad Apoſtolicam.niſi renunciet illi beneficio:vt ibi dicitur.& j.c.prox.Qui ergo poſt annũ remanet in habitu monachali,& nõ reclamat, intelligitur tunc ipſo facto tacito vouere,vnde poſtea exire non poteſt;vt hic patet: imo compellitur expreſſè profiteri,niſi proteſtatio pręceſſiſſet.ſ. quod met. cau.perlatum.& hæc eſt præſumptio iuris,& de iure,ita quod non admittitur probatio in contrarium, ex quo nulla proteſtatio præceſſit,27.diſt.quod interrogaſti.ſ. eo. vidua.20.q.1. quem progenitores.ſimilis præſumptio eſt j. de ſpon.ad id ꝙ. & c.is qui.& j.de Iudæ.c.vlt.& 54.diſt.fraternitatem.Et quòd dicit,per annum, poſſet ſuppleri, maximè : ſi intelligatur de habitu monachali,qui dari profitentibus cõſueuit:vt j.c.prox. aliàs locum habet quod dicit̃ de anno, vbi non eſt diſtinctus habitus nouitiorum ab habitu profeſſorum. Ber.

STatuimus.]Duo ſunt dicta. Secundum : ibi *Nihilominus.* Primum ſubdiuiditur. Primò ſtatuit. Secundò excipit. *Niſi.* Tertiò rationem ſubdit : ibi, *Cum.*Abbas.

CASVS. Statuitur in c.iſto,ꝙ nouitij in probatione poſiti,libere poſſunt ad priorem ſtatum redire infra annum, antequã ſuſcipiant habitum,qui dari profitentibus conſueuit, vel ante profeſſionem emiſſam, niſi appareat euidenter,ꝙ tales voluerint vitam mutare,& in religione perpetuo Domino deſeruire:quia licitum eſt cuilibet renunciare iuri ſuo. Statuitur inſuper ad omnem ambiguitatem tollendã,ꝙ cum in quibuſdã locis religioſis,habitus nouitiorum nõ diſtinguatur ab habitu profeſſorum,tempore profeſſionis benedicantur veſtes, quæ profitentibus conceduntur : vt per hoc habitus profeſſorum, diſcernatur ab habitu nouitiorum. No. ꝙ nouitij in probatione poſiti infra annum liberè poſſunt redire ad ſeculum, niſi euidenter appareat,quòd voluerint vitam mutare.Item differentia debet eſſe inter habitum nouitiorum, & profeſſorum, quæ in benedictione veſtium conſideratur.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit duplicem habitum : demum quærit : ponit tres opiniones, & ſoluit.*

1 De variis habituũ generibus q. bus religioſi diſtingũtur, videto hic ꝑaliis Henricum Boich.

e ¶*Qui dari profitentibus.*]Nota quòd eſt habitus 1 profeſſionis,qui votum habet annexum,& eo ipſo ꝙ quis talem habitum recipit,monachus efficitur,& per talem habitum intrãdo religionem ſolennizat votum,quare poſtea reclamare non poteſt ex quo cœpit cum alijs canere. & de tali habitu loquitur hic.& ſic poteſt intelligi ſ.e.vidua.& 27.diſt. quod interrogaſti.& 27.q.1.vidua.& 20.q.1.quem progenitores.& talis habitus impedit & dirimit matrimonium.27.q.1.c.1. Item eſt habitus probationis,qui differt ab habitu profeſſorum: vt hic in fi.dicitur.& talis habitus non obſtat, quo minus poſſit redire ad ſeculum infra annum ante factam profeſſionem, vt hic dicitur:& ſ.eo.conſulti.niſi euidenter appareat, ꝙ voluit ſeculum mutare, vt ſtatim dicitur.

CAP. XXIII.

STatuimus † nouitios ĩ probatione poſitos, ante ſuſceptum religionis habitum, qui dari profitentibus [e] conſueuit, vel ante profeſſionẽ emiſſam, ad priorem ſtatum redire poſſe liberè infrà annum: Niſi euidenter appareat [f], quòd tales abſolutè voluerint vitam mutare,& in † religione perpetuo Domino deſeruire: Cum quilibet renunciare valeat ei,quod pro ſe noſcitur introductum †. ¶Nihilominus ſtatuentes, ad omnem ambiguitatem penit⁹ amouendam,quòd cum in quibuſdam locis religioſis, nouitiorum habitus non diſtinguatur ab habitu profeſſorum,pro feſſionis tempore benedicantur veſtes, quæ profitentibus conceduntur, vt nouitiorum habitus † à profeſſorum habitu diſcernatur [g].

† Huc referas conciliũ Tridẽt. ſępe citatũ ſeſ.25. ti.ď regularib. c. 15. & vide ꝑ aliis hic Henricũ Boich. & Panormitanũ ſ. c.ex parte.

† Aliàs ita: & in religione perpetua.

† Vide l. ſi quis in cõſcribendo. C. de pac. Bar. in l. lecta.ff.ſi certpet.

† Dictio, habitus, deeſt hic in plurib⁹ antiquis exẽplaribus.

Sed pone : clericus eſt in petitione : nũquid expectabit epiſcopus vſque ad tempus probationis,vt cõferat 2 beneficium:cũ eccleſia vacare non debeat vltra ſex menſes. ſ. de conceſ. præben. nulla?Dicit Io.ꝙ ſi auctoritate epiſcopi receſſit,videtur ei dediſſe licentiam vſque ad tempus probationis : ſi vero ſine licentia receſſit,tunc poterit cum legitimo tẽpore elapſo, priuare.Vel dicas, ꝙ ſi euidẽter appareat ꝙ voluit abſolute mutare ſeculum,ſtatim poteſt beneficium illius epiſcopus conferre : ſi vero non conſtet de hoc,tũc videtur quòd epiſcopus teneatur ipſum expectare, vſque ad tempus probationis : cum habeat illud tempus à iure ille conuertendus ſ.e. ad Apoſtolicam. & dicit decretum,ꝙ licentiam ab Apoſtolo datam nemini auferre poſſumus. 28.diſt.de his.ſi iudex minus tempus dederit,quã ſit ſtatutum à lege, ſuppleretur à iure. ff. de re iudi. l.4.§.ſi qs qa videtur iuſta de cauſa abeſſe:vnde non dẽt ꝑtiuari.ſ.de cler. non reſi.inter quatuor. & c.vlt. Verius tamen videtur ꝙ ſi eṗs non vult cũ tantum expectare, & eccleſia ꝑꝑ huõi abſentiam damnũ incurrat,debet eum citare,vt redeat, vel vt profiteatur & ſi ad terminũ nõ redierit,põt ordinare eccleſiã per iura ꝓx. allegata: nec credo illã eſſe iuſtã cãm expectãdi,qa priuata vtilitas nõ dẽt præferri cõi vtilitati.ſ.c.licet.ſ. de poſtu. pręl.c.3. Idẽ credo ſeruandũ ſi alter ſponſus intret religionẽ,& j.certũ tempus profiteatur.alioquin compellitur redire ad ſponſam : quia & ibi periculũ imminet fornicationis. j.de conuer.coniu.ex publico.arg.ſ.vt lit.non conteſt.qm̃ frequenter.§.1.ſatis poſſet dici, ꝙ eṗs non poſſet illum priuare vſque ad tempus ſtatutum,& interim faciat deſeruiri in eccleſia per alium cui prouideat de bonis eccleſiæ.arg. ſ. de app. peruenit 2. & ſ. de cleri.non reſi.c.pen.ſecus in muliere, cui conſuli interim non poteſt.hoc æquius videtur fauore religionis, ſumma enim eſt ratio q̃ ꝓ religione facit.ff.de reli.& ſump.fune. ſũt ꝑſonę.B.

2 Hæc quæſtio iam eſt hodie declarata per deciſionẽ Pontificiã in c. beneficiũ de regularibus. lib.6.

¶*Glo.ſeq.quærit, & ſoluit.*

f ¶*Niſi euidẽter appareat.*]Ex hoc videt̃,ꝙ q ſimpliciter intrat religionẽ,dũ tñ nõ faciat profeſſionẽ, vel non recipiat veſtes q̃ profitentibus cõcedunt̃, licet nullã faciat ꝓteſtationẽ, ꝙ ſemper poſſit redire ad priſtinũ ſtatũ infra annũ: & ſic præſumit̃ ꝙ condõnaliter voluit experiri obſeruantiã regularẽ.niſi appareat euidenter, ꝙ ſeculũ mutare voluerit. Sed qualiter appareat ꝙ hoc voluit? Dico ꝙ ſi renũciauerit ſeculo expreſſe,vel ſi aliud dicat,vel faciat,ꝑ ꝙ voluntas eius appareat : vel ſi ſtatim recipiat veſtes,q̃ tm̃ dãtur profitẽtib. ſed ſi nihil dicat vel faciat,nõ apparet euidẽter 3 ꝙ voluerit mutare.j.q cle.vel vouẽ.cõſuluit. optime facit,& ſic põt intelligi.ſ.eo. cõſulti.& ſic nõ pręſumit̃ pro religione ſi voluerit redire ad priſtinũ ſtatũ: qa nõ eſt veriſimile,ꝙ ſit immemor ſuæ ſalutis.1.q.7. ſancimus.& ꝙ ei ſit credendũ,eſt ar.de rap.cũ cauſa.& ita nõ ꝑſumitur pro religione vbi ſimpliciter intrauit, ex quo vult ante annũ exire:imo præſumimus ꝙ conditionaliter habitũ aſſumpſit;ſic ergo debet apparere ꝙ voluerit ſeculũ mutare, quod patet ex eo quod dicit:cũ quilibet valeat renunciare ei.qđ pro ſe,& c.& ex eo qđ dicit.ſ.eo.conſult. in fine : propoſitum ſuũ in principio proteſtetur, ſcilicet ꝙ vult ſeculum mutare, hoc expreſſe dicẽdo,in contrariũ tñ conſueuit ibi dici,prout dixit ibi Io.& ſic intelligimus hodie illã decretalẽ ſecundũ iſtam.

3 Quę ſine euidẽtia ſigna, quib⁹ appareat, ꝙ ſeculum mutare voluerit.plenius proſequitur hic Io.And.

g ¶*A profeſſorũ habitu diſcernatur.*]Et ſic patet, ꝙ alius eſt

habitus

habitus profeſſionis: & alius habitus probationis, ſiue nouitiorum: vt dicitur ſuprà vt per hoc appareat qui ſint profeſſi, & qui non 1. Ber.

1 Aliàs difficile diſcernerent ſicut difficile diſcernitur liber à ſeruo. ff. de cōtr. emp. q̃a difficile ſecundum Vin. Io. A.

NE religioſi..] Diuiditur. Primò conſtitutionis cauſa ponitur. Secundò conſtitutio ſubmittitur. ibi, *Statuimus.* quæ duo facit. Primò prouidet circa eiectos & fugitiuos: Secundò circa inobedientes: ibi, *Si vero. Abbas.*

CASVS. Cum prælati corrigere teneantur ſubditorum exceſſus, & oues vagabundas reducere ad ouile, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur: ſtatuit Papa Gregorius, vt præſidentes capitulis celebrandis ſecundum ſtatutum concilij generalis, ſiue Abbates aut Priores, requirant fugitiuos ſuos, & eiectos de ordine ſuo, ſolicite annuatim, reducēdo eos ad clauſtrū, ne vagabundi diſcurrant in animarum ſuarū periculum: & ſi in monaſterijs ſuis recipi poſſunt: compellantur Abbates ſeu Priores eorū vt eos recipiant ſalua ordinis diſciplina: Si autem regularis ordo hoc non patitur, prouideant, vt apud eadem monaſteria in locis cōpetentibus, vitæ neceſſaria talibus miniſtrentur, ſi abſque graui ſcādalo fieri poteſt: alioquin in aliis domibus eiuſdem ordinis prouideatur eiſdem: ſi autē ibi fugitiui inobedientes extiterint, excommunicentur, & tamdiu ab eccleſiarum prælatis excommunicati publice nuncietur, donec ad mandatum ſuorū prælatorum humiliter reuertantur. Nota quòd monachi vagabundi reducendi ſunt ad monaſterium ſuum, ne damnabiliter euagentur.

† De materia, pter doctores hic, vid Ancharanū in c. cū in eccleſiis d maiori. & obed.

† Lateranẽſis ſub Innocētioiij. c. 12.

† quis dicatur fugitiuus, vide. ff. de ædil. edi. l. quis ſit fugitiuus.

† Dictio, ſuos, deeſt in antiquis codicibus: & redūdare docent ſequentia, videlicet illa: de ordine ſuo.

† pręmiſſa.

† Vide l. æquiſſimum. ff. de vſufr. & i l. oleū. cū notatis. ff. de dona.

¶Idem.

¶*Religioſi fugitiui annuatim ſunt requirendi, & cogendi vt ad monaſterium reuertantur.*

CAP. XXIIII.

NE † religioſi vagandi occaſionem habentes, ſalutis propriæ detrimentum incurrant, & ſanguis eorum de prælatorū manibus requiratur [a]: Statuimus, vt præſidentes capitulis celebrandis, ſecundum ſtatutum cōcilij generalis [b] †, ſeu partes Abbates, ſeu Priores, fugitiuos † ſuos † & eiectos de ordine ſuo, requirant ſolicitè annuatim. Qui [c], ſi in monaſteriis ſuis recipi poſſunt, ſecūdum ordinem regularem, Abbates, ſeu Priores eorum, monitione preuia † per cenſuram eccleſiaſticam cōpellantur ad receptionem ipſorum, ſalua ordinis diſciplina [d]. Quòd ſi hoc regularis ordo non patitur, auctoritate noſtra prouideant, vt apud eadem monaſteria in locis competentibus, ſi abſque graui ſcandalo [e] fieri poterit †, alioquin in aliis religioſis domibus eiuſdem ordinis, ad agendam ibi pœnitentiam, talibus vitæ neceſſaria miniſtrentur [f]. ¶Si verò huiuſmodi fugitiuos, vel eiectos inobedientes inuenerint, eos excommunicent, & tandiu faciant ab eccleſiarum prælatis excommunicatos publice nunciari, donec ad mandatum ipſorum humiliter reuertantur.

a ¶*De prælatorum manibus requiratur.*] & ita prælatus tenetur de facto ſubditi, niſi eum correxerit. ſuprà de offic. ord. irrefragabili. & infrà de ſtatu regularium, cum ad monaſteriū ad fi. & 43. diſt. Epheſijs.

b ¶*Concilij generalis.*] quod habes. infrà de ſtatu monach. in ſingulis.

c ¶*Qui.*] ſcilicet, preſidentes, vel abbates.

ADDITIO. Vel dic & melius: qui, ſcilicet, fugitiui, & eiecti.

d ¶*Salua ordinis diſciplina.*] Hoc eſt dicere, impoſita eis pœnitentia ſecundum quòd regula illius ordinis requirit & præcipit.

e ¶*Si abſque graui ſcandalo.*] Nihil oīno cū ſcandalo faciendum eſt. s. de temp. ord. ad aures. s. de præſcrip. nihil prodeſt. & væ homini illi, per quem ſcandalum venit. j. de no. oper. nunc. cum ex iniuncto. Ber.

¶*Glo. ſeq. quærit & ſoluit.*

f ¶*Vitæ neceſſaria miniſtrentur.*] Et quis miniſtrabit ei neceſſaria? Abbas prioris monaſterij, vel ſecundi? Credo quòd Abbas prioris monaſterij, 2 vt ſi aliquid habeat de ſuo, prouideat ei de illo. 16. quæſtione. 6. de lapſis. & etiam ſi non habuiſſet aliquid, prouidebit monacho ſuo tempore pœnitentiæ, aliàs monaſterium illud ſecūdum quare grauaretur?

2 Argumẽtū eſt pro hoc in l. ſeruus. C. de quæſtioni.

DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

¶*Supra viſum eſt de regularibus in genere, ſed quia coniugati quandoque intrant monaſterium, & dubitari poſſet de eorū ingreſſu, ideo ad clariorem doctrinam auctor poſuit ſpecialē rubricā.*

De hac materia habetur 33. q. 5. & 27. q. 2. cap. ſunt qui cum duobus c. ſeq. & cōuenit infra de rap. c. pen. Abb.

TITVLVS XXXII.

De conuerſione coniugatorum.

¶Alexander tertius Vbergeſi. † epo.

¶*Si vir de vxoris licentia profitetur, & vxor ipſa ſuſpecta nec continentiam vouet, nec religionem ingreditur, epiſcopus vxori virum reſtituet: hoc dicit iuxta literam.*

CAP. I.

PRæterea [g], † vtrū laicus vxoratus, qui præſentibus ſacerdotibus, & monachis ignorante epiſcopo, de licentia, & permiſſione vxoris, monaſterium ingreſſus profeſſionem fecit, vxore in ſeculari habitu remanente, nec tranſeunte ad religionem, aut perpetuam continentiam vouente, ab epiſcopo ſuo poſſit ad torū reuocari vxoris; an illa compellenda ſit continentiam obſeruare? Dicimus, quòd niſi vxor ad religionem tranſierit [h], aut perpetuò caſtitatem ſeruare promiſerit [i]: vir poteſt, & debet de monaſterio reuocari [k].

¶Idem Salernitano Archiepiſcopo.

¶*Ante matrimonium conſumatum poteſt alter coniugum, etiam altero inuito, religionem ingredi: ſed remanens in ſeculo poteſt ad ſecunda vota tranſire.*

Præterea.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Dicimus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laicus præſentibus ſacerdotibus & monachis, ignorante epiſcopo, de licētia & permiſſione vxoris monaſteriū intrauit, & profeſſionem fecit, vxore in ſeculo remanente, nec tranſeunte ad religionem, aut continentiam vouente: quæritur, vtrū laicus ille poſſit ab epiſcopo ſuo ad torū vxoris de monaſterio reuocari: an illa debeat cōpelli ad continentiam obſeruandam? Reſpondet Papa, quòd vir poteſt & debet de monaſterio reuocari, niſi vxor ad religionem trāſierit, aut caſtitatē perpetuo ſeruare promiſerit: cum ſit illius ætatis, q̃ ſine ſuſpiciōe nō poſſit in ſeculo remanere. Not. q̃ alter coniugū nō pōt ad religionē trāſire altero ī ſeculo remanēte, niſi caſtitatē ſeruare ꝓmiſerit.

† Vrbergẽ. † Helien. † Vercell°.

† Cap. 1. e. ti. in 1. cō. & Poſt cōciliū Late. ſub Alex. 3. part. 5. c. 4. Et de materia vid Turrecrematā i c. q̃ Deo. 33. q. 5. & Dominicū Sotū lib. 4. ſen. diſ. 27. q. 1. art. 4.

g ¶*Præterea.*] ſupple, quæſiuiſti.

h ¶*Tranſierit.*] cum non poſſit eſſe in ſeculo ſine ſuſpicione turpitudinis. 27. quæſtio. 2. ſcripſit. & cap. ſunt qui dicunt.

i ¶*Promiſerit.*] manendo in domo propria. ſi eſt ſenex. j. eo. cum ſis. & cap. ad Apoſtolicam.

¶*Glo. ſeq. alleg. tria iura pro concor. & duo pro contrarijs, & ſol. diſtinguendo. ponit opi. Iterum ſignat aliud contrarium, & ſoluit.*

k ¶*Reuocari.*] ſic patet 3 quòd non ſufficit vxoris licentia, vt vir poſſit intrare monaſterium. ſic j. eo. ex parte 1. 33. quæſt. 5. notificaſti. j. eodem. coniugatis. Sed contra, 33. quæſt. 5. qui vxorem. 27. quæſtione. 2. Agathoſa. Solu. Dicas quòd ſi talis eſt vxor, quæ non poſſit eſſe in ſeculo ſine ſuſpicione fornicationis, non ſufficit ſola licentia vxoris, niſi & ipſa ſimiliter conuertatur: quo caſu hęc decretalis poteſt intelligi, & omnia ſimilia. Si vero ſenex eſt, ſufficit ſola licentia, interueniente auctoritate epiſcopi, & ipſa voueat, & remaneat in ſeculo. j. eod. cum ſis. & c. ad Apoſtolicam. & c. vxoratus. & in caſu iſto intellige illa iura, quæ videntur dicere, quòd alter coniugum poteſt ad religionem tranſire de conſenſu vxoris, ea in ſeculo remanente. Alij volunt dicere, quòd ſufficit vxoris licentia. infrà. eodem ex parte. & cap. conſuluit. & in hoc cap. loquitur de licentia extorta, vel quia fuit iuris ignara. ſed tene primum. Tanc. Item ſignatur conrra. infrà eodem. veniens. Solu. illa fuit fornicata, & ita obſtabat ei exceptio fornicationis: ſic 27. quæſtio. 2. Agathoſa. Bernardus.

3 De materia huius gloſſę vide quos paulo ante citaui

Verum.

V *Erum.*] Primò ponit dictum. Secundò ipſius rationem: ibi, *Quia*. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd ſi aliqui per conſenſum mutuum de pręſenti matrimonium contraxerint, antequam ſint carnaliter coniuncti, poteſt alter religionem intrare altero inuito, ſicut quidam ſancti de nuptijs vocati fuerunt: & ille qui remanſit in ſeculo, poterit matrimonium contrahere, cum nondum ſint vna caro effecti. Not. quòd ante carnalem copulã poteſt alter coniugum altero inuito intrare religionem.

† Cap. 2. e. ti. in 1. cõp. Et poſt cõcilium. Lateran. part. 5. c. 1. Deciſioné huius decretalis validé tuetur Sot⁹ ab impugnatiõe hęreticorũ li. 4. ſen. di. 21. q. 1. art. 4. addẽ Turrecrematã in c. ſeriatim. 31. diſ.

CAP. II.

V Erum † poſt conſenſum legitimum de pręſenti, licitũ eſt alteri, altero etiam repugnãte, eligere monaſteriũ [a], (ſicut [b] ſancti quidã de nuptijs vocati fuerunt) dummodo carnalis commiſtio non interuenerit inter eos: & alteri remanenti (ſi commonitus continẽtiam ſeruare noluerit) licitum eſt ad ſecunda vota tranſire. Quia cum non fuiſſent vna caro ſimul effecti, ſatis poteſt vnus ad Deum tranſire, & alter in ſeculo remanere [c].

¶ Idem Piſano Archiepiſcopo.

¶ *Qui inuita vxore profeßionem fecit, & ei poſtea reſtituitur, non compellitur mortua vxore ad monaſterium redire: matrimonium tamen contrahere non debet.*

CAP. III.

Q Vidam † intrauit monaſterium ĩuita vxore: qua ipſum repetẽte, coactus eſt ad eam redire: ea mortua, quæris, an ipſe cogatur reuerti ad monaſterium; an aliam poſſit ducere in vxorem. Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd votum [d] non tenuit: vnde ratione voti ad monaſteriũ non tenetur [e] redire: vlterius verò non poterit vxorem accipere: promiſit enim ſe nõ exigere [f] debitum, quod in eius poteſtate erat: & ideo quo ad hoc votum tenuit: non reddere autem, non erat in eius, ſed mulieris poteſtate. vnde Apoſtolus: Vir nõ habet poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier.

† Cap. 3. e. ti. in 1. cõp. Et poſt cõciliũ par. 5. c. 2. vidẽ gl. ĩ c. mulier. 33. q. 5. & ibi doctores.

1. Cor. 7.

¶ Idem Exonen. Epiſcopo.

¶ *Vxoratus religionem intrare non poteſt, niſi etiam vxor ingrediatur: vel niſi ſuſpecta non ſit, & continentiam promittat. h. d. Et eſt vnum caput de principalioribus tituli.*

CAP. IIII.

C Vm † ſis prœditus ſcientia literarũ, ignorare non debes, ſanctorum Patrum cõſtitutioni [g] eſſe contrarium, vt vir vxore ſua, aut vxor viro eius † non aſſumente religionis habitum, debeat ad religionem tranſire: & infrà.

¶ Inde eſt quòd auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne in epiſcopatu tuo, virum vel vxorem (niſi vterque ad religionẽ migrauerit) trãſire permittas. Verum ſi ita vxor ſenex eſt, & ſterilis [h], quòd ſine ſuſpicione [i] poſſit eſſe in ſeculo, diſſimulare [k] poteris, vt ea in ſeculo remanente, & caſtitatem promittente, ad religionem tranſeat vir eiuſdem.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cõ. Et poſt cõciliũ Later. par. 5. c. 2. Et de articulo huius c. vide Turrecrematã in c. ſunt q dicunt. 27. q. 2. in fi. † ſuo.

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrariũ & remittit.*

a ¶ *Monaſterium.*] 27. q. 2. deſponſatam. ĩ. eo. ex publico. arg. contra. ĩ. de ſpon. commiſſum ibi ſoluitur. Ber.

b ¶ *Sicut ſancti quidam.*] ſicut beatus Macharius, & Alexius. 27. quæſtio. 2. cap. ſcripſit. §. ecce.

¶ *Gloſſa ſeq. ponit opi. quam reprobat. Io.*

c ¶ *Remanere.*] & cũ alia contrahere. ĩ. e. ex publico. Et dicunt quidã, quòd nihilominus remanet vinculũ prioris matrimonij, ſed prorſus ineſſicax ꝓpter ingreſſum: & ſic habebit duas vxores, ſed nõ obeſt tale vinculum. arg. de conſecr. diſtin. 4. c. 2. Sed contra eos facit 31. q. 1. quomodo virginibus. & ĩ. de diuor. gaudemus. Vnde primi matrimonij vinculum ſoluitur ꝑ ingreſſum religionis: vt in Auth. de ſanc. epiſc. §. ſi vero conſtante adhuc matrimonio. coll. 9.

Q *Vidam.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidã intrauit monaſterium vxore inuita, coactus eſt ad eam redire: tandem mortua eſt illa: quęritur, vtrum debeat compelli ad monaſterium reuerti, an poſſit aliam accipere vxorem? Reſpõdet Papa, quod votum non tenuit: vnde ratione voti ad monaſterium non tenuit redire: tamen vlterius non poterit vxorem accipere, quia promiſit ſe non exigere debitum carnis: quod fuit in eius poteſtate, & quantum ad hoc tenuit votum: ſed non reddere, non erat in poteſtate viri, ſed vxoris: vnde dicit Apoſtolus. Vir non habent poteſtatẽ ſui corporis, ſed mulier, & econuerſo. Nota, quòd alter coniugum altero inuito ad religionem tranſire non poteſt: Item votum pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item votum meum obligat me ad id quod in me eſt. Item mutuam ſeruitutem ſibi debent vir & mulier, ex quo ſunt vna caro effecti.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

d ¶ *Votum non tenuit.*] plene, tenuit tamen quo ad ea quæ erant in eius poteſtate, ſcilicet non exigere debitum carnis: ꝙ in ipſius fuit poteſtate, ſic ĩ. eo. placet. vnde compellitur continere, ſed non compellitur ad monaſterium redire: vt ĩ. cod. placet. Arg. contra. ĩ. eo. ex parte. & c. conſuluit. vbi compellitur ad monaſterium redire. ſed ibi ſoluitur.

e ¶ *Non tenetur.*] id eſt non debet ab eccleſia compelli, ipſe tamen peccat ſi non perficit quod vouit, ex quo impedimentum ceſſauit. arg. 17. q. 2. nos. nouimus. Ber.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit. Secundo quærit. ponit opi. Tan. contrariam quam approbat, & alternatiue reuertitur ad primã. Tertiò quærit, ſoluit diſtinguendo, ſolu. opponit, & reſpondet.*

f ¶ *Non exigere.*] ſic ĩ. eod. placet. Sed hęc ratio non videtur bona: ſic enim beata Maria [1] contrahere non debuit, cum propoſuerit ſe non exigere. 27. q. 2. beata Maria. & tamen legitime contraxit, vt ibi dicitur. Reſpondeo imo bona eſt hæc ratio, quia poſt talem votum contrahere non debuit, propter pronitatem quam habet exigendi debitum. & quod dicitur de beata Maria, hoc fecit ex reuelatione diuina. Sed pone quòd contrahat, quid erit? Tancredus dixit, ꝙ tenet matrimonium: quia votum non fuit ſolemne. arg. ĩ. qui cleri. vel vo. rurſus. Alij dicunt, quòd non tenet matrimoniũ & debent. ſeparari. ĩ. e. ex parte. & c. conſuluit & hoc verius videtur: quia quantum ad continentiam ſeruandam, ſatis ſolemnizauit ipſũ votũ per ſuam profeſſionẽ. Vel ſi vis dicere ꝙ matrimoniũ teneat, ipſe tamen debitum ab vxore exigere non debet: quamquam reddere debet exactus: quia faceret contra conſciẽtiam. arg. ſ. de reſti. ſpo. literas & ĩ. de ſen. excom. inquiſitioni. Item quęritur vtrum mulier poſſit intrare monaſterium in caſu iſto inuito viro: Hic poteſt diſtingui, an ſit reconciliatus ei, & eductus de monaſterio, & tunc nõ poteſt eo inuito intrare: arg. 33. q. 5. qđ Deo pari. ſi vero non eſt recõciliatus ei, poteſt trãſire ad religionẽ eo inuito. 27. q. 2. Agathoſa. 33. q. 5. qui vxorẽ. Sed videtur quòd non obſtante eo quòd eſt recõciliatus. quòd ipſa poſſit intrare religionẽ eo inuito: quia ipſe iã non poteſt ab ea exigere debitum: & ſicut ille ea inuita renunciauit exactioni debiti coniugalis, ita & ipſa eo inuito poteſt renunciare ſeruituti, quàm habet in ipſum. Hoc verum eſt quantum ad huiuſmodi ſeruitutem: quia & ipſe debet ad monaſterium redire, vbi fecit profeſſionem. ĩ. eo. placet. quo ad alia tamen quæ vir debet vxori, & econuerſo, nõ videtur quòd viro inuito poſſit trãſire, poſtquã illa eduxit eũ de monaſterio, & ei eſt recõciliatus: quia nõ ſolũ tenenẽ coniugati ad debitũ carnale reddendũ, ſed mutuũ auxiliũ & obſequiũ: quia in quibuſdam matrimoniũ eſt legis obſequium. 27. q. 1. nuptiarũ. Ber.

1 De hoc articulo vide B. Auguſti. li. 4. contra Fauſtũ Manichęũ. c. 8. & c. 9. ẽt magiſtrũ ſen. li. 4. di. 30. §. ꝑmiſſis aliquid. addendum & ibi ſotũ. q. 1. art. 1. & 2. vbi late đ matrimonio B. Virginis.

C *Vm ſis.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Inde eſt*. vbi ex genere præmiſſo infert ſpeciem. Abbas Siculus.

CASVS. Præcipit Papa epiſcopo Exonen. ne in epiſcopatu ſuo, permittat virum vel vxorem ad religionem tranſire, niſi vterque ad religionem migrauerit: tamẽ ſi vxor eſt ſenex, quę ſine ſuſpicione poſſit in ſeculo remanere, diſſimulare poterit, vt in ſeculo remaneat caſtitate promiſſa, & vir poterit ad religionem tranſire. Nota, ꝙ alter coniugum non debet ad religionem tranſire ſine reliquo. Item ſi mulier ſit ſenex, & caſtitatem promiſerit, poteſt vir ad religionẽ tranſire. Item nota hic argumentum pro ſenibus, quòd ſint continentes.

g ¶ *Conſtitutioni.*] 27. q. 2. ſunt qui dicunt. & c. Agathoſa. qa Agatho. & c. ſcripſit nobis. in iſtis conſtitutionibus dicitur: ꝙ vir & vxor poſtquã copulatione coniugij vna caro effecti ſũt, non põt alter ad religionẽ trãſire altero in ſeculo remanente.

h ¶ *Sterilis.*] ratione ætatis, & non naturæ: qm̃ multę ſunt ſteriles & iuuenes, quæ continere non poſſunt [2], nec volunt.

i ¶ *Sine Suſpicione.*] ſic ĩ. c. vxoratus. & c. ad Apoſtolicam.

k ¶ *Dißimulare.*] Diſſimulatiõe approbatiõis: qa talis trãſitus bene approbaẽ. ſi cõſentit mulier. ĩ. c. vxoratus. & c. ad Apoſt.

2 Sano modo hoc dictum accipias, ideo enim cõtinere non poſſunt, qa reuera ad continentiã non ſe diſponunt, neq; ea faciunt, quæ pro cõtinẽtiæ dono à Deo imperando fieri oportet.

Coniugatus

C*Oniugatus.*] Diuiditur: quia primò ponitur dictũ. Secũdò exceptio: ibi, *Niſi.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic ꝙ nullus coniugatus ad ſacros ordines recipiatur, niſi prius continentiam vouerit, & ab vxore fuerit abſolutus. Nota, ꝙ non ſufficit viro licentia mulieris, vt ad ordines promoueat, imo exigitur ꝙ continentiam voueat.

† Golonieñ. † Colocẽ. † Cap. 5. e. tit. in 1. cõpilat. Et poſt cõcilium parte. 5. c. 6. Et de vero intellectu vide Durãdum lib. 4. ſen. diſtin. 27. q. 2. & ibidem Palud. q. 2. & latiꝰ ibi Sotũ. q. 1. art. 4. verſi. præterea contra eãdem primam cõcluſionem.

¶ *Gloſſ. ſeq. recite. per quæſt. arg. pro, & ſoluit contrarium. Io.*

a ¶ *Ad ſacros.*] ex eo qđ prohibet ꝙ coniugatus non promoueatur ad ſacros ordines, datur intelligi, ꝙ poſſit ad minores: quia quod de vno negatur, de alio conſequens intellectus patet. 25. diſtin. qualis. ſed nõ eſt verum: quia coniugati promoueri non debent. ſ. de cleri. coniuga. diuerſis fallacijs. imo ſi clerici ſunt in minoribus ordinibus, beneficijs debent priuari. eo. tit. c. 1.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cõpilatio. Et poſt cõcilium Lateran. part. 5. c. 7. Et de materia & intellectu vide quos citaui paulo ante in c. coniugatus. adde Dominicũ in cap. ſi ſe cuidã. 28. diſtin.

¶ *Glo. ſeq. quęrit, ponit opi. Ala. ponit contrariam, & reuertitur ad primam.*

b ¶ *Ab vxore continentiam profitente.* [Sed nunquid ſufficit hoc? Videtur ꝙ ſic. 32. diſt. ſeriatim. & 77. diſt. eṗs benedictionẽ. quæ potius cõtradicit. ſed ibi exponitur religionem, ideſt caſtitatem. ſic ſ. de cleri. coniuga. ſane. quod concedebat Ala. ſi vir remaneat in ſeculo. Alij dicunt ꝙ ordinari non debet, niſi ad religionem conuertatur vterq;. Quod dicitur hic intellige in eo caſu, in quo eſſet ſenex & ſterilis. ita ꝙ nulla eſt ſuſpicio de vxoris incontinentia: & ſic intelligitur illa decre. ſane. de cleri. cõiug. nam qui promouetur ad ſacros ordines, eo ipſo intelligitur continentiam profiteri. & ſi iuuenis eſſet vxor, præſumptio eſſet contra vtrunque. argu. ſ. cap. proxi. in fin. vnde non debet promoueri talis, niſi ambo tranſierint ad religionem. ſecus ſi ſit ſenex, & ſine ſuſpicione. vel dicas vt dixit Alan. quòd aliud eſt in eo qui promouetur ad ſacros ordines remanendo in ſeculo: quia ibi ſufficit quòd communi conſenſu continentiam promittant, vt dicũt iura primo inducta: quia etiam communi conſenſu, ſine ſuſceptione ordinum poſſunt continentiam profiteri remanendo in ſeculo. 33. q. 5. quod Deo pari. & aliud eſt in his qui conuertuntur: quia locum ibi habet quod dicitur ſ. c. proxi. & ĩ. eo. ad Apoſtolicam.

†In aliquot impſſis exẽplarib. ita & religioſam veſtẽ, vel vitã aſſumat.

S*Anè.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Fraternitati.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quod ſi coniugati ordinari voluerint, voluntas vxoris prius debet requiri, & obtineri, vt dicitur in præcedenti c. prohibet etiam ne vxoratus poſſit in epiſcopũ promoueri, niſi vxor ſua continentiam profiteatur, & intret religionem, ſacram veſtem aſſumendo. Nota, ꝙ vxoratus non debet promoueri ſine licentia vxoris. Item nota ſpeciale in vxore epiſcopi, quòd debet continentiam profiteri: & intrare religionem antequam vir eius promoueatur in epiſcopum.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.*

c ¶ *Vxoratum.*] Si de fraude nõ ſit ſuſpectus, rõne vxoris & filiorũ à ṗlatura, & ab adminiſtratione nõ repellitᷣ: in quo caſu intelligitur hoc. 31. diſt. omnino: ſecus ſi ſuſpectus: qa ſæpe ꝑ tales ſubſtantia eccleſiaſtica deperire ſolet. 28. diſt. de Syracuſanæ. & ſ. de cleri. coniu. diuerſis fallacijs. 61. diſt. Cathinenſis.

¶ Idem Strigoñ. † & Coloñ. † Archiepiſcopis.

¶ *Coniugatus non eſt ordinandus ad ſacros ordines, niſi vxor continentiam promittat.*

CAP. V.

C Oniugatus †: & infrà. Nullus cõiugatorum eſt ad ſacros [a] ordines promouendus: Niſi ab vxore continentiam [b] profitente, fuerit abſolutus.

¶ Idem eiſdem.

¶ *Vxoratus in epiſcopum promoueri non poteſt, niſi vxor religionem profiteatur.*

CAP. VI.

S Anè † ſi coniugati conſenſerint ordinari, vxoris voluntas prius requirenda eſt: & infrà. ¶ Fraternitati veſtræ auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne vxoratum [c] præſumatis in epiſcopum ordinare: niſi vxor prius profeſſa continentiam, ſacrum ſibi velamen [d] imponat, & religioſam veſtem † aſſumat.

¶ Idem Brixieñ. Epiſcopo.

¶ *Sponſa de pręſenti non cognita, quæ dicit ſe velle religionem ingredi, compellitur infra certum tempus profiteri, vel adhęrere marito.*

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

d ¶ *Sacrum ſibi velamẽ.*] Sed qd ſi eſſet vetula, nunqd ſufficit ſi cõtinentiã profiteatur. ĩ. eo. vxoratus. & ĩ. eo. ad Apoſtolicã? Rñdeo, non ſufficit, niſi conuertatur, & eſt ſpeciale in vxore, epiſcopi: aliàs contradiceret c. præced.

CAP. VII.

E X † publico inſtrumento nobis innotuit, quòd cum Veroneñ. epiſcopus cauſam matrimonij, quæ inter A. virum, & M. mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet terminandam, iudiciali ſententia matrimonium approbauit. & eidem mulieri præcepit, vt ad virum rediens, exhiberet eidem coniugalem affectum: quod cum renuerit, fuit vinculo excommunicationis aſtricta. ¶ Cęterum quia licet à præfatto viro deſponſata fuerit: adhuc tamen (ſicut aſſerit) ab ipſo eſt incognita: Mandamus, quatenus ſi prædictus vir ipſam carnaliter non cognouerit †, & eadem ad religionem [e] tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti [f] cautione, quòd vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra duorum [g] menſium ſpacium debeat, ipſam à ſententia, qua tenetur, abſoluas: ita quòd ſi ad religionem tranſierit, vterque reſtituat [h] alteri, quod ab eo noſcitur recepiſſe: & infrà. ¶ Sanè quod Dominus in Euãgelio dicit, non licere viro †, niſi ob cauſam fornicationis, vxorem ſuam dimittere, intelligẽdum eſt, ſecundum interpretationẽ ſacri eloquij, de his quorum matrimonium carnali co-

ADDITIO. Quidã dicũt ꝙ non ſufficit, & eſt ſpeciale in eṗo. credo ꝙ ſufficeret. & hoc intelligitᷣ de iuuene, argu. ex fine huius capit.

† Cap. 7. e. tit. in 1. cõpila. Et poſt cõcilium par. 5. c. 8. Vide Turrecrematã in c. ſunt qui dicunt. 27. q. 2. & omnino Dominicũ Sotũ lib. 4. ſent. diſt. 27. q. 1. arti. 4. vbi egregie defendit deciſionẽ huius Decretalis.

E *X publico.*] Prima pars narrat factum Secunda: ibi. *Cæterum.* mulieri petenti dat iudicẽ. Tertia ſoluit obſtaculũ: ibi, *Sane.* Abb.

CASVS. Inter A. virum, & M. mulierẽ qõ matrimonij vertebatur quę fuit commiſſa eṗo Veroñ. q pro matrimonio ſententiã promulgauit, ꝑcipiẽs mulieri, vt ad virum rediret, & ei coniugalem exhiberet affectum: qđ cũ facere nollet, fuit excõmunicata: ſed illa ſe virginẽ aſſerens, dicebat ſe velle religionẽ intrare: ſignificatum fuit hoc dño Papę, vnde mãdat eṗo Brixieñ. quatenus ſi ṗdictus vir eã carnaliter nõ cognouerit, & illa ad religionẽ tranſire voluerit, abſoluatur à ſñía excõicationis, recepta prius ſufficiẽti cautione ab ipſa, ꝙ dẽat ad religionẽ trãſire, vel ad virum ſuũ redire infra duos menſes: & ſi ad religionẽ trãſierit, vterq; reſtituat alteri qđ ab eo recepit. In fine rñdet tacitæ qõni, q̃ poſſet fieri de auctoritate Euangelij, qua dicitur: nõ liceat alicui dimittere vxorẽ ſuam excepta cą fornicationis: quia illud intelligendũ eſt de his, quorũ matrimonium eſt carnali copula conſummatum. Not. ꝙ ante carnalem copulam poteſt alter coniugum religionem intrare, altero in ſeculo remanente. Item cum diſſoluitur matrimoniũ iuſta de cauſa, vterque debet alteri reſtituere quicquid ab eo habuit. Item priuatur quis iure ſuo ſine culpa ſua. Item per carnalem copulam matrimonium conſummatur.

† cognouit

† Vide concilium Triden. ſeſſio. 24. titu. de ſacramẽto matrimonij. cã. 6. & ſeq.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

e ¶ *Religionem.*] Quid ſi vellet remanere in domo propria, & ſeruare religionẽ? Non eſt audienda. ĩ. eo. ex parte. 2. in fi. qa ad bonũ & malũ ſe poſſet habere. & ideo quod certius eſt, tenẽdum eſt. vt ĩ. de ſpon. iuuenis. & de pœnit, diſt. 7. §. 1. Ber.

f ¶ *Sufficienti.*] Nomine ſufficientis cautionis intelliguntur pignora, vel fideiuſſores. ff. mand. ſi mandato. §. vlti. ſatis putarem in caſu iſto dari cautionem ad arbitrium iudicis. 24. diſt. quanquam.

g ¶ *Infra duorum.*] Nunquid iſtud tempus eſt ordinariũ & regulare, vt ſemper tantum tempus indulgeatur, & nõ minus, licet dicatur de duobus mẽſibus? Credo ꝙ iſtud committeretᷣ arbitrio iudicis, vtrum plus vel minus tẽpus indulgeat ad profitendum dicenti ſe velle ẽt intrare religionẽ. & currit à tempore illo quo iudex ſtatuit terminũ. Sed pone quòd elapſum eſt tempus ſtatutum, nunquid adhuc poteſt intrare religionẽ? Dico ꝙ ſic ſemper ante carnalem copulam. iudex tamen debet præfigere terminum peremptorium infra quem profiteatur, vel conuertatur ad virum: alioquin illam excommunicet nec dabit ei tempus probationis epiſcopus, niſi maritus conſentiat. De hoc dic vt ſ. tit. proxi. ſtatuimus.

h ¶ *Reſtituat.*] quod obtinet vbicunque matrimonium diſſol-

diſſoluitur ex iuſta cauſa.infrà de do.poſt diuor.reſti.cap.1.& infrà de coniug.ſer.propoſuit.C.de ſpon.l.vlt. C. de epiſc.& cleri.Deo nobis.

1 De materia huius gloſſæ,quę valde eſt controuerſa inter canoniſtas, & Theologos vide Turrecrematam. in c.ſunt qui dicunt.17. q.2.ver.ad tertium ſic procedit. & latius p Sotum lib. 4.diſt.27. q.1.arti.4. verſi. Alia vero argumenta.

† confirmari.

† Cap.8.e. tit.in 1.cõpilat. Et poſt cõcilíu part. 5.capit.6. Vide quos citaui ſupra eod.in c.coniugatus.

† exiſtat ita

a ¶*Conſummatum.*] Sed contra videtur, 1 quia matrimonium mandato Dei perficitur.26.diſtinct.deinde opponitur. Sol. eſt conſummatio quæ fit quo ad matrimonij eſſentiam, quæ fuit facta in paradiſo ab ipſo Domino per cõiunctionem animorum: quæ deſignat conformitatem fidelis animæ ad Chriſtum: vt ibi: Et eſt quædam cõſummatio, quo ad ſacramentum Chriſti ad eccleſiam, per incarnationem verbi Dei in vtero virginali. quod deſignat per illud matrimonium, quod eſt carnali copula cõſummatum: vt hic. & ſ. de biga.debitum.27.quæſtio.2.in omni,vel ſaltem quo ad hoc quòd impedire poſſit propoſitum religionis. Lau. Notauit hic Alanus ꝙ matrimonium non conſummatum ſortitur naturam ex conſtitutione eccleſiæ, ideo circa illud latiſſime patet Papæ poteſtas. Vincentius dixit, quòd Papa per diſpenſationem poſſet diſſoluere tale matrimonium: poſſet etiam ſtatuere, quòd per ſecundum matrimonium rumperetur primum.ſecus de conſummato quòd ab ipſo Domino naturam ſuam ſortitur. & ideo ſola interpretatio circa illud pertinet ad Papam,non diſpenſatio,vel contraria conſtitutio.Contra tamẽ argum.ſ.de ſpon.duorum.cap.vlt.Bern.

pula eſt conſummatum [a], ſine qua conſummari † non poteſt.

¶Idem Priori, & fratribus ſancti Ioannis.

¶*Summa vt ſupra.eo.cap.cum ſis.*

CAP. VIII.

VXoratus † ſine licẽtia vxoris inter vos nullatenus recipiatur [b]: quæ integræ opinionis ita exiſtat †, quòd nulla marito ſuſpicio habeatur, eam ad ſecunda vota velle migrare: vel quòd minus [c] continenter debeat viuere; quæ ſi talis extiterit, marito eius in conſortio veſtro recepto, ipſa publicè in conſpectu eccleſiæ continentiam profeſſa, in domo propria cum filijs [d] ſuis, & familia poterit permanere. ¶Si autem talis fuerit, quæ ſuſpicione nõ careat: voto continentiæ celebrato, à ſecularium hominum ſe conuerſatione remoueat, & in loco religioſo, vbi Deo ſeruiat, perpetuò commoretur. ¶Nullus veſtrum mulierem aliquam tonſurare [e], vel ad habitandam [f] ſecũ præſumat aſſumere.

¶Vrbanus tertius Priori ſanctæ Crucis.

¶*Coniugatus faciens profeſſionem vxore conſentiente, licet nunquam intrauerit monaſteriũ: ſi mortua coniuge cum alia contrahat, non valet matrimonium, & monaſterium intrare compellitur.*

CAP. IX.

EX † parte Abbatis ſancti Petri ad audientiam noſtram peruenit, quòd cum D. in infirmitate poſitus, conſentiente [g] vxore votum vouens caſtitatis, monachalem habitum ſuſcepiſſet, poſtmodum liberatus vxorem retinuit, & aliam, ea defuncta, ſibi temerè copulauit. ¶Quia verò licet prædictus D. vxore ſua remanente in ſeculo, de iure ad religionem [h] nequiuerit proficiſci, ea tamẽ ſublata de medio, votum ſine ſalutis ſuæ periculo, non potuit violare: Mandamus, quatenus ſi verũ eſt quod aſſeritur, prædictum D. per excommunicationem cõpellas, vt muliere dimiſſa ad ſuum monaſterium reuertatur, ſub regulari habitu decætero Domino ſeruiturus.

¶Clemens † tertius.

¶*Profeſſus religionem vxore ſciente, & diſſimulante, ea mortua ad ſeculum redire non poteſt. hoc dicit ſecundum intellectum veriorem, & ſingularem in materia.*

VXoratus.] Diuiditur principaliter in duas partes. Primò prohibet per hoſpitalarios ſancti Ioannis, vxoratum recipi ſine vxoris licentia, Secundò prohibet per ipſos recipi mulieres, Secunda: ibi, Nullus. prima pars ſubdiuiditur ſecundum quod diſtinguit qualitatem vxoris licentiam dantis. Abbas.

CASVS. Primò dicitur, quòd cum vxoratus non recipiatur ad religionem, niſi vxor primo promiſerit continẽtiam, ſi eſt talis, quòd ſine ſuſpicione poſſit in ſeculo remanere, in domo propria cum ſua ſtare familia poterit. Secundò dicitur, ꝙ ſi eſt iuuenis, compellatur recedere à conuerſatione ſecularium hominum, & intrare religionem. Tertiò dicitur, quòd nullus clericus vel monachus tondeat mulierem. vel ſecum teneat. Nota, quòd vxoratus non poteſt tranſire ad religionẽ, niſi vxor prius vouerit caſtitatem. Item votũ publice factũ, videtur eſſe ſolemne. Item ſi mulier non caret ſuſpicione: nõ ſufficit viro eius licentia conuertendi, niſi ipſa intret religionem. Item moniales non debent habitare cum monachis.

¶*Glo.ſeq.quærit, & ſoluit.*

b ¶*Nullatenus recipiatur.*] Sed pone, quòd de licentia vxoris recipiatur, & profeſſionem faciat ſolemniter, & habitum recipiat, ſed vxor non promittit continentiam, nec promiſit tranſire ad religionem, ſiue ſit ſenex, ſiue iuuenis, nunquid tenet monachatus, cum non ſit ſeruata forma huius cap. ſuprà eodem cum ſis. & infrà eodem ad Apoſtolicam? Ego credo, quòd monachus ſit, & votum ſolemnizauit omnino quo ad ſe ita quòd non poſſit exire monaſterium, nec vxor poteſt eũ repetere iure ſeruitutis. quia renunciauit illi ſeruituti dando ei licentiam: epiſcopus tamen per officium ſuum 2 poteſt virum de monaſterio reuocare, & reddere vxori, ne illa inci-

2 Idem notat infra. c.prox. ad fi.vlt.gl.& idem Innocentius ſupra.eo.quidam.Ioan. And.

dat in fornicationem, cum hoc ad ipſum pertineat, ſi ſuſpecta eſt.93.diſtinct.diaconi. & ita intelliguntur iura de hac materia loquentia, ſed ea mortua compellitur redire ad monaſterium.& ſic intelligitur.ſuprà eodem capitu.1.& infrà eodem ex parte.conſuluit.& ſuprà quod met.cau. capit.1. & licet dicatur hic & ſuprà eodem cum ſis. & infrà eodem ad Apoſtolicam. quòd alter coniugum non recipiatur, niſi alter tranſeat ad religionem, vel promittat continentiam, verum eſt hoc quòd non debet recipi, nec ille etiam debet tranſire: tamen ſi recipiatur prędicto modo tenet monachatus, vt dictum eſt, quia multa fieri nõ debent: facta tamen manent. De hoc not. infrà eodem capit. proxim.nec dicitur in aliqua iſtarum decret. ꝙ monachatus non teneat, ſed quòd ita fieri debeat. Ber.

† Cap.1.e. tit. in 2.cõpilat.

c ¶*Minus continenter.*] Sic ſuprà eodem, cum ſis & infrà eodẽ, ad Apoſtolicam.

d ¶*Cum filijs ſuis & familia.*] ſic 20.quæſt.1.vidua.27.quæſtio.1. mulieres. argu.contra. ea.cauſa.quęſtio.2.ſeripſit.

e ¶*Tonſurare.*] 30.diſtin.ſi qua mulier.

f ¶*Ad habitandum.*] quia huiuſmodi duplicitas reprobatur.18.q. 2.diffinimus.& 32. diſtin.interdixit.7.q̃ſtio. 2. cognouimus.Ber.

† Celeſtinus 3.

EX parte.] Profeſſus religionem de conſenſu vxoris in ſeculo remanentis, licet vxori fuerit reſtitutus, ea mortua ad monaſterium redire compellitur. ita communiter ſummatur, textus tamen iſte nihil dicit de reſtitutione. Prima pars ponit querelam. Secunda dat iudicem: ibi. Quia vero. Abbas.

CASVS. Quidam D. nomine in infirmitate poſitus, vxore ſua conſentiente votum caſtitatis emittens, ſuſcepit habitum monachalem, & poſtmodum liberatus, vxorem ſuam retinuit, & ea defuncta aliam ſuperinduxit: quæritur vtrum cum ea valeat remanere? Reſpondet Papa, licet ille D. ad religionem de iure nequiuerit proficiſci vxore in ſeculo remanente, ea tamen ſublata de medio, votum ſuum violare non potuit: vnde mandat, quatenus ſi verum eſt quod aſſeritur, prædictus D. compellatur per excommunicationem, vt mulierẽ ſuam dimittat, & ad ſuum monaſterium reuertatur: decætero in habitu regulari moraturus. Nota, quòd vir nec intrare religionem, nec votum vouere poteſt ſine conſenſu vxoris. Itẽ non ſufficit viro intranti religionem, licentia vxoris in ſeculo remanentis. Item vouentes compellendi ſunt per ſententiam excommunicationis, votum ſuum ſeruare.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ponit opinionem Lauren. & remittit.*

g ¶*Conſentiente vxore.*] Sed eſto quòd ſit iuuenis, nunquid vouet dando licentiam: nam non poteſt in ſeculo remanere. ſ.eod.cum ſis? Lau. dicit quòd ſi ſcit ius, vel ei dicatur, intelligitur vouere, aliàs non 3. & dic conſentiente & promittente intrare religionem.27.queſt.2.Agathoſa.arg. Vel dic vt in notula ſeq.dicitur.

3 Ad hoc infra eod. veniens. Ioan.And.

¶*Glo.ſeq.arg.alle.duo iura, in contrarium alleg.alia duo ponit tres opin. & tertiam impugnat. ponens dictum Hu. & ſoluens decret.1.ſ.eod.*

4 De materia huius gloſſæ vidẽ pleniſſime per Henricũ Boich. ſupra.eod. c.vxorat⁹.

h ¶*De iure ad religionem.*] Colligitur 4 hic argum. ꝙ vxori licentia

ri licentia non ſufficit, ad hoc vt ad monaſterium poſſit tranſire vir eius. ſim. ſuprà eod. titu. capitu. 1. & 33. quæſtio 5. notificaſti. Sed contra videtur. 27. quæſt. 2. Agathoſa. & 33. quæſtio. 5. qui vxore. Quidam dicunt, licentia vxoris non ſufficit, niſi & ipſa conuertatur. & c. qui vxorem. loquitur de conſilio. & capit. Agathoſa. exponitur ita quòd huic dicto concordat. Alij dicunt quòd ſufficit licentia vxoris, & dando ei licentiam intelligitur ſolemnizare votum. argum. 32. diſtinct. ſeriatim. 28. diſtinc. diaconi. & capit. ſi qua vidua. & hoc c. & ſimilia loquūtur de licētia extorta. Tan. & quidam alij dicunt, ꝙ hoc intelligi debet ſecundum diſtinctionē illius cap. ſ̄. eo. cum ſis. & j̄. eo. ad Apoſtolicā. Sed hæc diſtinctio nō videtur hic habere locum: quia ſi fuit iuuenis, non ſufficiebat dare licentiam, niſi ipſa cōuerteretur, vt ibi dicitur: vnde non tenuit votum, nec debet compelli redire ad monaſterium: vt ſ̄. eo. quidā: ſi erat ſenex, bene potuit tranſire de licentia vxoris, vt ea iura dicūt: & hic dicit, quòd de iure tranſire nō debuit. Hug. dicebat, quòd illa decret. quidam intrauit. non tenebat: quia bene debebat ille compelli ad monaſterium redire: quia votum tenuit: & hoc idem poteſt dici ſecundum eum de illa. infrà eodem placet. prope fin. vbi non cogitur redire ad monaſterium, & ſic ſtabitur huic: & j̄. eo. c. prox. hoc ſatis videt̄. Sed dicatur ꝙ in decre. illa, quidam intrauit, tenet, & ille non cōpellit̄ redire ad monaſteriū: q̄a votū non fuit ſolēne. quia inuita vxore hoc fecit, nec fecit ibi profeſſionē: hic vero cōſentiente vxore, ꝓfeſſionē fecit. j̄. c. prox. & ſic omni modo quo potuit votū ſolēnizauit: vn̄ quāuis nō debuerit vir tranſire, vxore in ſeculo remanēte, tn̄ tenuit votū, & monachus fuit: q̄a multa fieri nō debent, facta tn̄ remanēt. ſ̄. tit. prox. ad Apoſtolicā. vn̄ cōpellit̄ redire ad monaſteriū vxore mortua. Sed contradicere videtur. ſ̄. c. 1. vbi mulier dedit licentiā viro, & tn̄ de monaſterio reuocat̄, & reſtituit̄ vxori niſi, vxor caſtitatē promiſerit, aut ad religionē trāſierit: Sed nō dicit̄ ꝙ monachatus nō tenuerit, vn̄ mortua vxore cōpelli debuit ad monaſteriū redire: & ita cōcordat cū iſta, & hoc probatur ſ̄. quod met. cau. c j. Hug. dixit, ꝙ decreta illa non tenet: quia conſentit marito, & debebat cōpelli ad caſtitatē, vel monaſteriū intrare ſi iuuenis eſſet. & ꝑterea nō dicit̄ ibi ꝙ mulier poſſet reuocare maritū, ſed eṗs ex officio ſuo: tn̄ cōpellitur illa redire, ꝑꝑ ea quæ dixi j̄. eod. placet. ibi ſimiliter non fuit ſolēne votū: quia non habuit licentiā viri. vn̄ nec illa compellitur redire ad monaſterium. Bernar.

ADDITIO. Vel promiſit vitā mutare. 27. quæſtio. 2. Agathoſa.

C*Onſuluit.*] Legitur varijs modis, & ſecundū primū intellectū h. d. ſi coniuges profitent̄ religionē, altero mortuo alter ad ſeculū redire nō pōt. & iſte intellectus elicitur ex textu, intelligendo, ꝙ vxor ēt intrauit religionē. Legitur & ſecundo, ꝙ ſolus maritus intrauit: & hoc intendit: Profeſſus religionem conſenſu vxoris in ſeculo remanentis, ea mortua ad ſeculum redire non poteſt. ſic communiter ſummant doctores. ſed iſte textus non patitur aliquem iſtorum intellectuum. Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam conſentiente vxore ſua tranſiuit ad religionem: tandem vxor illa mortua eſt: quæſitum fuit vtrū poſſit habitum ſecularem reaſſumere, & aliam ducere in vxorē, vel ſi ductam ſibi liceat retinere? Reſpondet Papa, quòd prædictus vir nec habitum quem aſſumpſit, abijcere poteſt, nec aliquam ſibi in matrimonium copulare: & ſi contraxerit, matrimonium ipſum eſt dirimendum. Nota, quòd ſufficit vxori licentia ad hoc vt votum viri teneat: vt hic colligitur.

a ¶*Tranſiens.*] de cōſenſu 1 vxoris quę ſenex erat, vel promiſit vitam mutare. 27. quæſt. 2. Agathoſā. vel ipſe poſt mortē vxoris ratū habuit qđ prius fecit. ſim. ſ̄. quod met. cā perlatum. Ber.

b ¶*Tranſierat regularem.*] ipſe maritus. & ita idem eſt in canonico regulari, qđ in monacho, cum parua ſit differētia īter eos. 20. q. 3. pręſens clericus. j̄. de ſtatu monacho. qđ Dei timorem.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.*

c ¶*Dirimendum.*] Ergo votum eius ſolemne, ex quo ſeparat matrimonium. j̄. qui clери. vel vouen. rurſus. quod verū puto: quia de licentia vxoris intrauit, & ita tenuit ingreſſus: aliàs eſſet contra. j̄. eod. placet. in fine Ber.

C*Hariſſimus.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS. Vxor regis Sueuiæ graui infirmitate depreſſa continentiā vouit: vir ſuus ad tempus voto continentiæ conſenſit. ipſa poſtmodum liberata, viro ſuo adhærere matrimonialiter recuſabat: vnde rex petijt à Papa ſibi ſuper hoc prouideri, & compelli vxorem ſibi matrimoniali adhærere affectu: mandat Papa quibuſdam, quatenus ſi inuenerint vxorem regis prædicti graui infirmitate detentam continentiam vouiſſe: & virum ſuum ad tempus prębuiſſe conſenſum: maxime ſi idem vir non vouit perpetuam continentiā, prædictam dominam viro ſuo faciant adhærere, & vtrunque adinuicem matrimoniali affectu tractare. Not. quòd vir & vxor pari conſenſu poſſunt continentiam vouere: ſed alter ſine altero vouere nō poteſt. Item votum ad tempus emiſſum non obligat vouentem.

¶*Glo. ſeq. arg. & remittit. iterum ar. & approbat.*

d ¶*Præbuiſſe conſenſum.*] Argum. quòd ſufficit alterius conſenſus ad hoc vt alter poſſit intrare religionem. De hoc dic, vt dictum eſt ſ̄. eod. cap. 1. & ex eo quod dicit, ad tempus, videtur ſi ſimpliciter licentiam dediſſet, ꝙ ſufficeret, & ex eo qđ dicit, maxime ſi vir eius continentiam vouiſſet, quod verum eſt: quia vir & vxor communi conſenſu poſſunt continentiā vouere perpetuo remanēdo in domo ſua. 33. q. 5. quod Deo pari. & ad tempus. 33. q. 4. Apoſtolus.

e ¶*Maximè.*] id eſt, tantum, ſecundum quoſdam 2. Bernard.

P*Lacet.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Quædam mulier credens maritum ſuum eſſe mortuum, habitum religionis aſſumpſit: tādem eo reuerſo, de monaſterio educta fuit: viro ſuo poſtmodum defuncto, quæritur vtrum compellenda ſit ad monaſterium redire? Reſpondet Papa, quòd votum ſuum non tenuit omnino, tamen in tantū tenuit, quatenus ſe potuit obligare: intrando enim monaſterium promiſit ſe non exacturam vlterius debitum carnis, qđ erat in eius poteſtate: redire vero ad ſeculum non erat in poteſtate ipſius, ſed mariti, & ideo quo ad ſe votum tenuit, & poſt obitum viri tenere non deſijt, cum ad eum caſum deuenerit, in quo efficax potuit habere principiū: tamen ſaluti ſuę melius prouideret, ſi ad monaſteriū rediret: ſi vero ad hoc induci non poterit, non eſt compellenda. Not. quòd votū pro parte tenet, & pro parte non tenet. Item iuri ſuo licitum eſt cuilibet renunciare, ſed iuri alterius nemo renunciare poteſt. Item ſi res venit ad eum ſtatum, à quo incipere potuit, tenet etiam ſi ab initio non tenuit.

a ¶*Vſquequa-*

CAP. X.

C*Onſuluit* † nos G. ſacerdos, vtrum vir, ad religionem tranſiens [a], & in ea per annum & amplius morā faciens, vxore ſua poſtquam ad domū tranſierat [b] regularem, de præſenti vita ſublata, ſecularē habitum reſumere valeat, & aliā ducere in vxorem, vel ſi ductā ei liceat retinere. ¶Conſultationi huiuſmodi taliter reſpondemus, quòd prædictus vir nec habitum poteſt abijcere, quē aſſumpſit, nec aliquam ſibi matrimonio † copulare. Quòd ſi contraxerit, matrimonium ipſum decernimus dirimēdum [c].

† Cap. 2. e. tit. in 2. cōpilat.

† Aliàs ita: in matrimoniū copulare aliàs ita: in matrimonio copulare.

Celeſtinus tertius.

¶*Coniunx quæ continentiam vouit, tenetur reddere debitum coniugi, licet ad tempus voto conſenſerit.*

CAP. XI.

C*Hariſsimus* †: & infrà. ¶Fraternitati veſtrę Mandamus, quatenus ſi inuenerítis vxorem regis Sueuiæ, graui infirmitate depreſſam, continētiam vouiſſe, & virum eius ad tempus præbuiſſe cōſenſum [d], maximè [e] ſi non idem vir continentiam vouit perpetuam, eandem viro cohabitare faciatis, & vtrumque inuicem maritali affectione tractare.

† Cap. 3. e. tit. in 2. cōpilat. Vbi integrā habes facti hic trūcati narrationem, quā & Cōtius affert.

1 Vt dixi ſupra. cap. proxi. Petrus & Abbas intelligunt hoc c. quando ſciente & tacēte cōiuge, religionē profitetur: quę ſi prius moritur quam reuocet, ille manet monach'. Ioan. And.

¶Idem.

¶*Si alter coniugum altero ignorante religionem profitetur, & propter hoc de monaſterio educitur, illo mortuo ad monaſterium redire non cogitur.*

CAP. XII.

P*Lacet* † nobis: & infrà. ¶Solicitudo tua nos conſuluit, vtrum mulier quæ credens mortuum maritum, habitum religionis aſſumpſit, & eo reuerſo de monaſterio educta fuit, poſt obitum viri ſit ad regularem obſeruantiam compellenda. ¶Super quo reſpondemus, quòd licet votum eius vſquequaque non te-

† Cap. 4. e. tit. in 2. cōpilatio. Vide Turrecrematā in c. ſeriatim. 32. diſtin. & late hic Hēric. Boich. vide magiſtrum ſen. lib. 4. diſt. 38. §. hic q̄ritur.

2 Scilicet Gof. Phil. & Inn. qđ placet Hoſtienſi per id quod dixit gloſſa proxi. Ioā. And.

a ¶*Vſquequaque non tenuerit.*] quia remanſit obligata viro ad debitum reddendum. 33. quæſtio. 5. ſi dicat.
b ¶*In poteſtate ipſius.*] ſic. s̃. eo. quidam intrauit. Ber.
¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*
c ¶*In eius poteſtate non erat.* Et ſic auctoritate propria exire non poterat. Quid ſi exiuiſſet de facto, nunquid eſſet compellenda redire? Videtur ꝙ non, per id quod dicit in fine.

nuerit [a], eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus ſe poterat obligare: promiſit enim intrando monaſterium, ſe non exacturam carnis, debitum †, quod erat in poteſtate ipſius [b], redire verò ad ſeculum, in eius poteſtate [c] non erat, ſed in poteſtate mariti: & ideo quantum ad ipſam tenuit [d] votum, quod poſt viri obitum tenere nõ deſijt: cum ad eum caſum, à quo poterat [e] efficax habere principium, perueniſſe noſcatur. Cõſultius itaque dicimus, & ei congruentius ad ſalutem, vt ad monaſterium redeat, vbi bona ducta intentione profeſſionem fecit, & habitum religionis accepit. Si verò ad hoc induci non poterit, ipſam inuitam credimus non cogendam [f].

¶Innocentius tertius Piſano Archiepiſcopo.

¶*Summa vt ſupra eodem capitulo cum ſis:*

CAP. XIII.

AD † Apoſtolicam ſedem: & infrà. ¶Cum autem vir & vxor vna caro ſint per copulam coniugalem effecti: nec vna pars conuerti poſſit ad Dominum, & altera in ſeculo remanere: profectò non eſt alter coniugum recipiendus ad obſeruantiam regularem: Niſi reliquus perpetuam continen-

† Vide Sotum lib. 4. ſentẽ. diſt. 32. q. 1. & 2. & 3.

Additio. Et 27. quæſtio. 2. ſi vir. Sed contra. ſuprà eod. quidam. in fin.
¶*Gloß. ſeq. argu. ponit duas leges, & vnum canonem, & ſoluit.*
d ¶*Quantum ad ipſam tenuit.*] Argum. quòd ſentẽtia pro parte tenet, & pro parte non tenet. ff. de re iud. de vnoquoque. ff. de mino. etiam. §. 1. argumen. contra. C. de repu. l. vnica. ff. fami. erc. l. in hoc iudicio. de cõſec. diſtin. 2. comperimus. Dic quòd ſi ſententia continet plures articulos, ſiue plura capitula 1, id eſt, diuerſa, poteſt pro parte valere, & pro parte non valere. & ſic poteſt pro parte cõfirmari, & pro parte infirmari. exempla patent. ſuprà de teſta. Raynutius. & cap. Raynaldus. & l. prædicta, etiam. aliàs aut tota confirmatur, aut tota caſſatur. de conſecr. diſtin. 2. comperimus.

1 Vel vnũ ſolũ ſeparabile: de hoc quæro de reg. iur. ea. quæ. li. 6. Io. And.

† Cap. 2. ti. de regularibus in 3. cõpilatio. Vide Turrecrematã in c. ſunt q. dicunt. 27. q. 1. in fin. adde Ancharanum in cap. tua nos. de iureiuran.

e ¶*A quo poterat.*] ſic econtra ſoluitur iudicium quod firmum erat, ſi ad eum ſtatum deuenit à quo incipere non potuit. ff. de iudic. ſi à me. & l. ſi alter. 3 ſecus in matrimonio. 32. quæſtio. 7. illi qui ſani. & cap. neque furioſus. j. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. diſcretionem.

2 Cõmuniter incipit Iulianus 2. vide de elect. querelã ſuper 1. glo. Ioã. Andr.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & remittit.*
f ¶*Non cogendam.*] Sed nunquid tenet matrimonium ſi mulier iſta contraheret? Dic vt dictum eſt ſuprà eodem quidam intrauit. hic non fuit votum ſolemne: quia nec habuit licentiam viri: vnde non compellitur redire ad monaſterium ſic s̃. eod. quidam.
Additio. Vel dic verius, quòd non habuit viri conſenſum in ſuo ingreſſu, ſed de profeſſione emiſſa conſtat per reſponſionem domini Papæ.

AD *Apoſtolicam ſedem.*] Iſtud cap. eſt pars cap. ad Apoſtolicam. s̃. tit. proxim. Primò ponitur dictum. Secundò exceptio: ibi, *Niſi.* Abbas.
Casvs. Dicitur hic, quòd cum vir & vxor ſint vna caro, non poteſt vir ad religionem intrare, niſi mulier ſimiliter caſtitatem voueat, & religionem ingrediatur: niſi forte ſine ſuſpicione incontinentiæ poſſit in ſeculo remanere. Not. quòd vir & vxor per carnis commiſtionem fiunt vna caro. Item vir non debet conuerti, niſi vxor conuertatur. Item nota hic argumentum pro ſenibus quòd ſint continentes.
g ¶*Vt ſine ſuſpicione.*] ſic ſuprà eodem cum ſis. & capitu. vxoratus. Bernar.
ij EX *parte.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos autem.* quæ tria facit. Primo contra ſolutionem allegat. Secundo ſoluit ibi: *Nos tamen.* Tertio ſolutionem determinat: ibi, *Porro.* Abbas Siculus.

Casvs. Quædam mulier coram duobus abbatibus velum viduitatis aſſumpſit, cum celebratione Miſſæ ac litania, ſicut moris eſt: poſt hæc quidam nobilis proponebat ſe mulierem illam mediantibus internuncijs per verba de præſenti deſpõſaſſe: mulier illa confitebatur ſe conſenſiſſe in illum, ſed quia

tiam repromittat: ſed & vitam debet mutare: niſi fortè ſit eius ætatis, vt ſine [g] ſuſpicione incontinentiæ, valeat in ſeculo remanere.

¶Idem Lugduneñ. † Archiepiſcopo.

¶*Per religionis profeßionem, non per propoſitum caſtitatis ſeruandæ in ſeculo diſſoluuntur ſponſalia de præſenti.*

CAP. XIIII.

ij EX † parte tua eſt intimatum, quòd cum quædã mulier velum viduitatis [h] coram duobus Abbatibus aſſumpſiſſet, benedictione ſolemni cum celebratione Miſſæ, ac litania † (ſicut debuit) accedente: quidam nobilis proponebat, ſe prius mulierem ipſam, mediantibus internuncijs [i], †, per verba de præſenti, arrha [k] etiam interpoſita, deſponſaſſe: & infrà. ¶At illa ſe in illum conſenſiſſe confeſſa, dixit, quòd audierat eum eſſe lepra † percuſſum, & ob hoc eius fuerat abominata complexus [l]: & infrà.
¶Nos autem inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd etſi poſſit non inconſultè videri, ꝙ ex quo matrimonium inter legitimas perſonas, per verba de præſenti contrahitur, illis viuentibus in nullo caſu poſſit diſſolui, vt viuente reliquo alter ad ſecunda vota tranſmigret †: etiam ſi vnus fidelium,

audiuerat illum lepra percuſſum, nolebat ſibi vlterius adhærere: quærebatur vtrum huiuſmodi veli ſuſceptio matrimoniũ impediat inter eos? Rñdet Papa, licet videatur, ꝙ ex quo matrimonium cõtractum eſt inter legitimas perſonas ꝑ verba de præſenti, in illo caſu poſſit, id eſt, in nullo caſu poſſit illis viuẽtibus diſſolui, vt altero viuente, alter poſſit ad ſecunda vota tranſire, etiam ſi vnus fidelium fieret hæreticus: niſi forte ſecus fieret ex reuelatione diuina, ſicut de quibuſdam ſanctis legitur eſſe factum: tñ Papa non vult declinare à veſtigijs anteceſſorum ſuorum, qui dixerunt, ꝙ antequã matrimonium ſit per carnalem copulam conſummatum, licitũ eſt alteri coniugũ reliquo inconſulto ad religionem tranſire, & alter poterit ſe alij copulare: & hoc idẽ Papa cõſuluit obſeruãdum in caſu præmiſſo, quamuis cauſa ſit falſa, per quam mulier prædicta ad veli ſuſceptionem fuit inducta: quia & ſine tali qualibet cauſa, mulier ꝓpter religionem id facere potuiſſet: verumtamen licet mulier illa videatur religionis habitũ aſſumpſiſſe in veli ſuſceptione, tamen ſi velit in domo propria permanere, quaſi ſeruatura propoſitũ religionis, cõpelli debet ad matrimoniũ conſummandum, niſi voto ſolẽni ſe aſtrinxerit ad obſeruantiam regularẽ: in quo caſu compellenda eſt religionis propoſitum adimplere. No. ꝙ matrimoniũ poteſt cõtrahi per nuncios, & ita pñt pallium cõferre. Item antequã matrimonium carnali ſit copula conſummatũ, alter cõiugum pót altero inuito ad religionẽ tranſire: aliàs cõpelli dẽnt inſimul permanere. Item falſa cã non impedit ſuſceptionẽ religionis. Itẽ velum viduitatis non impedit matrimoniũ contractum, ſi religionem certam non intrat mulier. Item votum ſolemne impedit matrimonium contrahendũ, & dirimit iã contractũ.

† Ludun.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpil. De materia vide quos citaui ſupra e. ca. verum. & c. ex publico.

† Litania qd, tradit concilium Maguntiacũ ſub Carolo Magno anno 813. c. 32. & 33.

† Vide Sotum lib. 4. ſenten. diſtin. 27. q. 1. artic. 3. ver. ſed alia hinc naſcit. & Turrecrematã in c. nec illud. 30. q. 5. & in ca. honorant. 32. q. 2.

† De hoc Sotus li. 4. ſentẽ. diſt. 32. q. 1. articu. 1. ex quo intelliges gloſſam finalẽ hic veram eſſe.

† migraret

h ¶*Viduitatis.*] id eſt, velũ qđ datur viduis. ar. 27. q. 1. viduas quoq;. nec dicit hic, ꝙ votũ emiſerit: vñ poſtea diſtinguit circa finẽ: nec dicit velũ ꝓfeſſionis: licet. n. aſſumat habitũ ſiue velũ religionis, ꝑſumit tñ ꝙ vouerit, ſed nõ eſt ſufficiẽs ꝑſumptio, niſi deuoueat ſe alicui religioni, vt dicitur in fine. Lau.
i ¶*Internuncijs.*] Not. ꝙ matrimonium poteſt contrahi per nuncios inter abſentes, vt hic videtur. 32. q. 2. honorantur. ff. de ſpon. ſufficit. & l. vlt. ff. de ritu nuptiarum. mulierem.
k ¶*Arrha.*] licet arrha poſſit apponi in contractu matrimonij, non tamen pœna. C. de ſpon. l. vlt. ff. de verbo. obl. Titia. j. de ſpon. Gẽma mulier. & hæc arrha poſtquã mulier intrauit monaſterium, poteſt repeti à viro & exigi. s̃. eo. ex publico. C. de epiſc. & cleri. Deo nobis. olim non poterat, vt ibi dicitur.
l ¶*Complexus.*] Quærebatur vtrum veli ſuſceptio impediret matrimonium inter eos.

a ¶*Ratum coniugium.*] quia contumelia creatoris non ſoluit ius matrimonij inter fideles, licet alter labatur inter hæreſim: quia matrimonium ratum eſt inter eos. Sed ſi duorum coniugum infidelium alter conuertatur ad fidem, tunc contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij, ſecundum quòd dicitur ȷ̃.de diuor.quanto.

inter quos eſt ratum coniugium [a], fieret hæreticus †, & nollet permanere cum altero ſine contumelia creatoris: niſi fortè ſecus fieret ex reuelatione diuina, quę ſuperat omnem legem [b]: ſicut à quibuſdam ſanctis [c] legitur eſſe factum. ¶Nos tamen nolentes à prædeceſſorum † noſtrorum veſtigijs declinare, qui reſpondere conſulti, antequam matrimonium ſit per carnalem copulam conſummatum, licere alteri coniugum reliquo inconſulto, ad religionem tranſire, ita quòd reliquus ex tunc legitimè poterit alteri copulari: hoc ipſum tibi conſulimus obſeruandum in articulo prænotato, quamuis falſa ſit cauſa [d], per quam ad ſuſceptionem veli, prædicta mulier eſt inducta: cum ſine qualibet tali cauſa idipſum religionis obtentu facere potuiſſet. ¶Porrò licet prædicta mulier videatur in veli ſuſceptione [e] religionis habitum aſſumpſiſſe, ſi tamen velit in domo propria remanere, quaſi propoſitum [f] caſtitatis in ſeculo ſeruatura, nihilo minus conſummādum eſt matrimonium iam contractum: niſi ſe voto [g] aſtrinxerit ad obſeruantiam regularem: in quo caſu compelli poteſt, vt relicto ſeculo, religionis propoſitum exequatur.

¶Idem Rudineñ. † Epiſcopo.

¶*Maritus factus monachus à coniuge adulterata reuocari non poteſt.*

† Quia per hæreſim non diſſoluitur matrimoniũ. concilium Tridētinũ ſeſſio. 24. titu. de ſacramento matrimonij, canone. 5.

b ¶*Omnem legem.*] 19.q.2.duæ ſunt. ſ̃. de regu.licet. infrà de diuor.gaudemus.

c ¶*Sanctis.*] ſ̃.eo.verum.27.q.2. cap. ſcripſit.§.ecce.verſic. item beatus.

¶*Gloſſa ſequens alleg. concor.& demum contraria tria.*

† per prædeceſſores poteſt intelligi Alexan. 3. cuius sũt decretales ĩ ca.verum. & in ca.ex publico.ſupra eo. is enim Inn. iij. qui hic loquiť præceſſit.

d ¶*Falſa ſit cauſa.*] Falſa enim demonſtratio, vel cauſa legatum non perimit.C. de fal. cau.adiec.le. l. 2. ff. de condi. & demon. falſa demonſtratio.nec mendacium obligantis impedit obligationem. argumen.infrà eodem veniens. ff. de pigno. act.l.1.& l. ſi rem alienam.nec vitiat diſpenſationem.infrà de con ſan.qa circa.& ita non conſideratur quæ fuerit cauſa impulſiua.argumen. ſuprà de iureiur.quemadmodum.§. vltim. Argum.contra. infrà de voto & vo.redem.magnæ.in fine 1. Nã in huiuſmodi ſpiritualibus etiam dolus aduerſarij non vitiat contractum ſuprà de his quæ vi metusve cau. fi. cap. cum dilectus. & infrà eod. dudum. & cap. accedens. nec conſideratur cauſa, vel intentio contrahentis.C. de condi.ob cau.da. ſi repetendi. & ſuprà de reg. & tranſe. ad religio.vidua. 27.diſtin.quod interrogaſti. Tancred.

1 Ibi ceſſatio cauſæ non liberat à voto: ſed ex illa votum facilius commutatur. Ioan. An.

† Tluden. † Tudimē. † Tudinē. † Audin. † Rudonē.

e ¶*In veli ſuſceptione.*] Sic ȷ̃.qui cle.vel vouen.conſuluit.33.quæſt. 5.quod Deo pari. tamen ſolus habitus non facit monachum, ſed profeſſio.ſ̃.tit.proxi. porrectum. niſi feratur per annum.ſ̃.de reg.ex parte tua.vel niſi ſit habitus profeſſionis, qui datur profitentibus.ſuprà tit.proxim.ſtatuimus.& cap.vidua.& 20. quæſt.1. quem progenitores.& eſt hic argum.quòd ſuſceptio veli ſiue habitus non facit monachum.

¶*Glo.ſeq.reci.per quæſtionem, an clericatus, vel vita eremitica.& c.in fine quærit, & ſoluit.*

f ¶*Propoſitum caſtitatis.*] Bene dicit, propoſitũ: quia ſi vere caſtitatis votum deuoueret alicui religioni, ſcilicet ſancti Auguſtini vel Benedicti, in propria domo manendo, bene ſolemnizaretur votum.27.q.1.de viduis. & ca.mulieres.20.q.1. vidua.ȷ̃.qui clerici, vel vouen. inſinuante. Vel dic quòd talis religio non ſoluit ſponſalia de præſenti, ſicut nec diſſoluerentur ſi vir fieret clericus.27.q.2.ſi vir. De vita eremitica dicũt quidam, quòd ſoluit ſponſalia de præſenti.arg.27.q.2.c. ſcripſit.§.ecce. Alij dicunt, quòd non.vnde ſi eremita contraheret matrimonium, teneret: quia poteſt habere proprium.19. q.3.c.perlatum.§.econtra.Io.Sed quid ſi in veritate leproſus fuiſſet? Si ſit ſponſa de futuro ſoluuntur ſponſalia propter leprã: vnde nõ teneť contrahere.ſ̃.de iureiu.quemadmodum. ſi eſſent ſponſalia de præſenti, bene compelleretur cõſummare matrimoniũ, niſi vellet intrare religionẽ, ſicut hic innuitur.

g ¶*Voto.*] id eſt, profeſſione.

CONſtitutus.] Prima pars narrat factum. ſecunda dat iudicem: ibi, *Ideoque*. Abbas.

CASVS. Quidam acolythus H. nomine, quandam puellam duxit in facie eccleſiæ in vxorem, & eam carnaliter cognouit: tandem orta eſt diſcordia inter illum & amicos puellæ: quare fuit alij copulata, & dictus acolythus fuit ad ſacros ordinatus, & tãdem habitum Ciſterciẽ.aſſumpſit. Dubitauit ipſe H. an licite poſſet in ſuo propoſito remanere: acceſſit ad Papam exponens ſibi prædicta: vnde mãdat diœceſano epiſcopo, quatenus ſi res ita ſe habet, prædictam mulierem compellat, vt ab illo recedat, cui per adulterium fuit copulata, nec prædictum monachum impediat, quo minus votum ſuũ valeat adimplere. No. quòd ſi vxor alicuius publice adulteratur, vir licite poteſt poſtmodum promoueri ad ordines, & intrare religionem. hoc intellige ſi poſt adulterium commiſſum eam non cognouit.

CAP. XV.

COnſtitutus † in præſentia noſtra H. ſua nobis confeſſione monſtrauit, quòd in acolythatus ordine conſtitutus, quandam puellam R. nomine in facie eccleſiæ duxit vxorem: quam cum carnaliter cognouiſſet, orta diſcordia inter eum & amicos puellæ, ipſa fuit cuidam alij V. nomine copulata: & tu memoratum H. vſque ad gradum ſacerdotij [h] ordinaſti. Cum autem eum ſua conſcientia remorderet habitum ordinis Ciſterciẽ. aſſumpſit: & infrà. ¶Ideoque mãdamus, quatenus ſi res ita ſe habet, prædictam mulierem, vt à dicto V. recedat, cui per adulterium eſt coniuncta, nec prædictum monachum impetat †, quo minus regalare votum valeat adimplere, per cenſuram eccleſiaſticam cogere [i] non omittas.

† Cap.2.e. tit. in 3.cõpilat. vide Turrecrematã. in c. dixit dominus, & in c.in cõiugio 32. quæſt.1.

† In omnibus antiquis, impetat legiť: in recētioribus inqetet, habeť.

¶Idē Pictauieñ. Epiſcopo, & Abbati de Boribardeñ. † Pictauieñ. diœceſis.

¶*Vxor nõ poteſt repetere maritum, de cuius licentia religionem intrauit, ſi poſt ingreſſum non continuit: licet ad conſentiendum, ſeu ad dandam licentiam dolo fuerit inducta.*

CAP. XVI.

VEniens † ad præſentiam noſtram L. nobis intimauit, ꝙ cũ olim intrãdi monaſterium propoſitum concepiſſet, pluribus ſacerdotibus præſen-

h ¶*Ad gradum ſacerdotij.*] quod bene fieri potuit 2, cum illa vxor ſua publice fuit adulterata: vnde amiſit ius quod habebat in eum.infrà de diuor. ſignificaſti. Item ſi fuiſſet vidua, vel ab alio cognita, promoueri non debuit.34. diſtin. curandum ſi cuius.

† Barudiē. † Barrubabrund.

2 Adde qđ dicã poſt Innocētiũ in c.proxi. in fin. Ioã. And.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

† Cap.3.e. tit.in 3. cõpilat. Et de intellectu, vide Dominicũ Sotũ libr. 4. ſenten. diſt.27.q. 1. artic.4. circa finē.

i ¶*Cogere.*] Sed videtur quòd talis coactio ei obeſſe non dēt, quo minus repetat virum: quia in facie eccleſiæ nupſit tolerante eccleſia, quamdiu, ſaltem appareat an fuerit matrimonium inter illos: Argumen.infra de fri.& malefi.fraternitatis 3 .ȷ̃.de diuor. gaudemus. in fine. Reſpondeo, non excuſatur propter hoc: imo magis puniri debet: quia taliter nupſit, nulla ſententia ſeparationis præmiſſa. vnde illa debet ſeparari ab eo, cui iuncta fuit per adulterium: quia viuente viro priori, alteri non potuit copulari, licet perdiderit ius quod habebat in illum: quia manent coniuges etiam ſeparati propter adulterium.32.quæſtio.7.capit.1. & 2. & ſic obſtat ei exceptio fornicationis 4 .ȷ̃.eod.capitu.proxim.& 27.quęſtio.2.Agathoſa.aliàs ſi fornicata non fuiſſet: poſſet ipſum repetere: vt cap. Agathoſa.niſi de conſenſu illius promotus fuiſſet: vt ibi. 33. quæſt. 5.qui vxorem.

3 Ibi fuerat matrimoniũ ſeparatum p iudiciũ eccleſiæ. Io. And.

4 Quæ qa notoria, erat, obſtaret etiam petenti reſtitutionē de diuor.ſignificaſti. Ioan. And.

VEniens.] Prima pars narrat factum. Secunda dat iudicem: ibi, *Quocirca*. Abbas.

CASVS. Quidam coniugatus nomine Lambertus, propoſuit monaſterium intrare præſentibus pluribus ſacerdotibus: inſtitit apud vxorem ſuam, vt ſuper hoc ſuum præſtaret aſſenſum aſſerens quòd niſi hoc faceret, tam ſibi, quàm toti mundo redderet ſe inutilem: & ſic illa tam ipſius quã aliorum precibus & fletibus deuicta, caput illius ſponte altari ſuppoſuit manu ſua: & ea præſente ibidem extitit tonſuratus: & poſtmodum finito tempore probationis fecit profeſſionem: illa in ſeculo remanens inhoneſtos amatores admiſit:

tibus, apud vxorem ſuam inſtitit, vt ſuper hoc ſuum impertiretur aſſenſum: & infrà. ¶Ipſa demum tã ipſius, quàm multorum aſtãtium precibus, fletibusque deuicta, caput eius altari ſuppoſuit manu ſua [a]: qui ea pręſente tonſuratus ibidem, monaſterium adijt: & finito, probationis tẽpore, profeſſionem [b] fecit ſolẽniter monachalem: illa verò in ſeculo remanens, inhoneſtos amatores admiſit: & infrà. Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita, prædictum. L. in monaſterio quod intrauit, perſeuerare liberè permittatis: licet enim in hoc videatur non modicum deliquiſſe, quòd captioſè [c] aſſeruit: quia † niſi ſibi eadem mulier conſentiret, tam ſibi quàm toti mundo ſe inutilem redderet: & cum presbyteros exorauit, ne prædictæ mulieri exponerent, quòd eandem relinquere ſeculum oporteret, ſi fortè licentiam daret viro, ex quo tamen eadem caput viri altari ſponte ſuppoſuit [d], & poſtmodum non continuit, ſuper reuocatione ipſius non eſt aliquatenus audienda: cum ipſius intentio exceptione poſſit commiſſæ fornicationis elidi: maximè cum antequam fuerit fornicata, ipſum non duxerit repetendum [e].

admiſit: dictus L. timens ne factum illius ſibi poſſet imputari, acceſſit ad Papam exponens ſibi prædicta: vnde Papa mandat epiſcopo Pictauieñ. & cuidam abbati, quatenus ſi eſt ita, prædictum L. permittant libere permanere in monaſterio quod intrauit, quamuis multum deliquerit, in eo quod ipſe malitioſè aſſeruit, quod niſi illa cõſentiret, tam ſibi quàm toti mundo redderet ſe inutilem: & quando rogauit presbyteros, ne mulieri prædictæ exponerent, quòd ipſam ſeculum relinquere oporteret, ſi licentiam daret viro: tamen ex quo caput viri altari ſponte ſuppoſuit, & poſtmodum non continuit, ipſum vlterius reuocare non poterit, cum exceptione fornicationis poſſit repelli, maxime cum antequam fuerit fornicata, ipſum non repetijt. Nota, quòd dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractum, vbi mulier non continuit, ſecus ſi continuiſſet: vt in capit. ſeq. Item poſtquam alter coniugum publice fornicatur, alter poteſt religionem intrare, altero inuito.

† Aliàs ita: quod ſi nõ ſibi eadem mulier cõſentiret.

a ¶*Manu ſua.*] Et ita iuri ſuo renunciauit. argumen. ſ. de conſu. ex literis.

b ¶*Profeſſionem fecit.*] quod facere non debuit ea in ſeculo remanente. ſuprà eodem cum ſis. & capit. ad Apoſtolicam. & ſuprà eodem capitu. 1. cum eſſet iuuenis. ſecus ſi ſenex: vt ibi dicitur.

c ¶*Captioſè aſſeruit.*] Hic eſt argumen. quod licet dolus interueniat in ſpiritualibus, tenet contractus. infrà eodem dudum. & ſuprà de his quæ vi metusve cau. fiũt. cũ dilectus. vbi de hoc. aliud ſi minis inducta fuiſſet vt daret viro licentiam: talis licentia nulla eſt. 33. quæſtio. 5. notificaſti. & ideo pręiudicatum eſt huic mulieri: quia non continuit, ſed inhoneſtos amatores admiſit, vt expreſsè dicitur in fine: aliàs ſi continuiſſet non præiudicaſſet ſibi 1 per hoc quod fecit, quòd non promiſerit tranſire ad religionem, nec etiam continentiam promiſerit cum eſſet iuuenis, vt ſuprà eodem ad Apoſtolicam. & ſuprà eodem capit. 1. Ioan.

1 Adde ad hoc quod notat Bal. in l. ea, quę C. ſi man. ita fu. alie.

¶*Gloſſa ſequens notat à contrario, tripliciter quærit, & ſoluit.*

d ¶*Sponte ſuppoſuit.*] Bene dicit, ſponte: quia etiam ſi vir inuita muliere intraſſet religionem, licet talis ingreſſus nullus fuerit. j. eod. cap. proxim. ſi tamen poſtea fornicetur, non poteſt ipſum repetere. 27. quæſt. 2. Agathoſa. j. de diuor. ſignificaſti. Sed pone. quòd vir nolit excipere, quia nemo cogitur excipere, ſicut nec compellitur agere. C. vt ne. inuit. age. vel accuſ. cog. l. 1. & quilibet iuri ſuo poteſt renunciare. ſuprà de reg. ad Apoſtolicam. & capit. ſtatuimus quid erit? Dicas quòd monaſterium eo inuito poteſt excipere, & eum defendere: ne permittat eum in peiorem ſtatum detrahi. ff. de li. cau. l. 1. & 2. licet enim primo non tenuerit votum: tñ quantum ad ipſum vouentem tenuit. ſuprà eodem, quidam intrauit. & cap. placet. & quam cito ipſa fuit fornicata, ſtatim perdidit ius exigendi: ergo cum ſit liberatus à ſeruitute mulieris, ſtatim monaſterium habet plenum ius in eum: & ſic exceptio, quæ competit viro, acquiſita eſt monaſterio, cum res ad eum ſtatum peruenit à quo potuit habere principium. ſuprà eodem titu. placet. Sed quid ſi exiret 2, & nollet excipere: quia poteſt ei remittere. ſuprà de iureiur. quemadmodum. in fin. Credo quòd bene poteſt illam recipere, non obſtante contradictione monaſterij: quia votum ex toto non tenuit, cum decepta fuerit: nec ipſa etiam vouerit. argumen. opt. ſuprà eodem cap. proxim. niſi vir profeſſionem feciſſet, poſtquam illa fuit fornicata: quia tunc non poſſet epiſcopus eum de monaſterio educere, nec eum compellere, vt eam reciperet, propter fornicationem. Sed qd ſi vir fornicetur in monaſterio cui mulier dedit licentiam: nunquid ipſum repetere poteſt? Non. 33. quæſtion. 5. quod Deo pari. quia pdidit omne ius quod habuit in viro: quia propter conſequens delictum, non renaſcitur ſeruitus amiſſa. de conſec. diſtinct. 4. quæris. licet ſecus eſſet ſi ambo eſſent in ſeculo 3, & propter fornicationem alterius ambo eſſent diuiſi. infrà de diuor. ex literis. & ſuprà de iureiu. tua. & hoc ideo, quia ius quod monaſterium habet in ipſo, propter ſuũ delictum perdere non poteſt. Io.

2 Scilicet, antequam emitteret profeſſionem.

¶Idem.

¶*Vxor maritum profeſſum repetere poteſt, non obſtante licentia profitendi, ab ea metu extorta.*

CAP. XVII.

ACcedens † ad præſentiã noſtram I. mulier propoſuit quòd cum V. vir eius eam ſibi matrimonio copulaſſet, volens tandem idem vir habitum aſſumere monachalem, poſtulabat humiliter ab eadẽ, vt tam pio propoſito faueret ipſius: quæ propter multa verbera †, & alia grauamina, quæ dictus vir inferebat eidem, ſe ipſam aſſerẽs dimiſſurum, annuit votis [f] eius. Cumque idem vir in domo de Vader. † Ciſtercieñ. ordinis, religionis habitum aſſumpſiſſet: mulier in domo monialium, nullo ibi habitu religionis aſſumpto, vel voto conuerſionis emiſſo, permanſit: proceſſu verò temporis [g], cum idem vir ad ſeculum rediens, religionis habitum reliquiſſet, eadẽ mulier ſe inſtanter ab ipſo † petijt reaſſumi: & infrà. ¶Quocirca diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, dictum virum, vt eam recipiat, eique affectum exhibeat coniugalem, appellatione remota cogatis.

† Cap. vnico. e. tit. in 4. compil.

† Hinc colligitur licentiã fuiſſe metu extortam, & ideo nõ tenuit. 33. q. 5. notificaſti. & ibi. Turrecremata.

† Vender.
† Vanden.
† Vade.
† Vende.

¶ *Gloſſa ſequens argu. ſubueniri etiam ignoranti, &c.*

e ¶*Repetendum.*] Potuit ergo prius eum repetere. Et ita eſt argumen. quòd ſi quis ignoret ius illud, ſcilicet ꝙ ſi dederit licentiam viro, teneatur relinquere ſeculum, iterum poteſt eum repetere: & ſic ſubuenitur ignoranti hoc ius naturale. Lau.

3 Dicit G. notabiliter infra de adult. cap. vlt. vt hic refert Ioã. And. quod compenſatio adulterij non habet locum quando ſecũdo adulterans mutauerat ſtatum adde hic Ioan. And.

† eo.

ACcedens.] Primò partis narratio. Secundò iudicis datio: ibi, *Quocirca*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam coniugatus volens aſſumere habitum monachalem, petijt ab vxore ſua, vt ſuper hoc ſuum præſtaret aſſenſum: quę propter multa verbera & alia grauamina, quę inferebat eidem, dicens quòd ipſam dimitteret, annuit voluntati ipſius, & ſic vir ille aſſumpſit habitum Ciſtercieñ. & mulier domum quarundam monialium intrauit, nullo habitu aſſumpto, vel voto conuerſionis emiſſo: tandem vir ille habitum dimiſit, ad ſeculum redeundo: mulier ſtatim petijt illum ſibi reſtitui, propter hoc ad Papam accedens: vnde mandat, quatenus ſi eſt ita, vir compellatur eam recipere, & ei exhibere coniugalẽ affectum. Not. quòd licentia fraudulenter extorta non valet, nec vir poſſet monaſterium intrare.

f ¶*Votis.*] Inuita & coacta: vt patet per præmiſſa verba: vnde votum viri non tenuit: quia alter inuito altero vouere non poteſt. ſ. eo. quidam. 27. q. 2. Agathoſa. & 33. q. 5. notificaſti. & cap. ſi dicat. vbi idem caſus ponitur.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit. ſecundo quęrit, ſoluit & remittit.*

g ¶*Proceſſu vero temporis.*] Sed videtur per ſpatium ſequentis temporis, & patientiam ipſius mulieris, ratificari ingreſſus viri. Argumen. infrà qui cle. vel vo. inſinuante. cum vterque poſt ingreſſum tanto tempore tacuerit, & patientiam adhibuerit, nec videtur quòd poſtea audiatur; imo vir debet compelli redire ad monaſterium. Argumen. infrà de ſpon. ad id quod. infrà de fri. & malefi. capitu. 1. & 1. quæſtio. 1. cõſtat. Sed hoc non eſt verum, imo cum ipſa non mutauerit ſeculum, nec promiſerit continẽtiam, 4 ſemper adhuc intelli-

4 Cum ergo ſine his non ſufficeret expreſſa licẽtia, minus tacita. ſim. ſupra. de p̃b. dilecto. ſecũdũ Io. Tancre. & Vin.

intelligitur diſſentire; quod apparet ex eo quòd quam cito exiuit, eum repetijt, & ſic per primum & vltimum colligitur, quòd medio tempore non conſenſerit. ſic. 28. diſtinct. quia ſunt culpæ, & præcipue cum præſumatur ex hoc quòd ſit iuuenis: ſiue ſit iuuenis, ſiue vetula, nunquam debet intrare ſine licentia vxoris: ſed ſeruatur quod dicitur. ſuprà eodem ad Apoſtolicam. Sed nunquid iſte cum fuerit redditus vxori, poterit exigere debitum? Dicas quòd nõ poterit exigere debitum: quia renunciauit illi iuri, quod habebat in vxore, intrando monaſterium, quod fuit in eius poteſtate: ſed exactus reddere debet: vt dixi ſuprà eodẽ quidam intrauit. De hac materia conſueuit notari 27. quæſtione ſecunda. Agathoſa. & 33. quæſtione quinta, qui vxorem.

† Honorius. 3.

† Vide Ludouicum Romanum ſing. 674. vt in meo codice incip. Non ſumus in materia.

† Vices, habent antiqua exemplaria, vt impreſſum eſt.

¶Innocentius † tertius Epiſcopo, & Decano, & Theſaurario Linconień.

¶Vxor profeßi, quæ dedit viro licentiam profitendi, non compellitur ingredi religionem, ſi continens eſt, & non ſuſpecta.

CAP. XVIII.

SIgnificauit † nobis A. mulier, quòd cum ipſa F. viro ſuo coram decano ſancti Quiriaci, vices † archiepiſcopi Senoneń. in hac parte fungente, licentiam conceſſerit religionem intrandi: continentiæ tamen voto eidem iniuncto, & recepta fide ab ipſa, quòd perpetuò contineret: idem decanus poſt factam profeſſionem à viro prædicto in monaſterio, in quo habitum aſſumpſerat monachalem, aſſeruit ipſam debere religionẽ intrare, quãquam id primò non expreſſiſſet eidem, & hoc expreſſo illi † licentiam non dediſſet: & infrà. ¶Quocirca mãdamus, quatenus ſi eſt ita, & eſt talis ætatis, de qua ſuſpicio [a] haberi nõ poſſit, ipſam votum continentiæ obſeruantem, intrare monaſterium compelli non permittatis inuitam.

¶Gregorius nonus.

¶Adultera, quam maritus reconciliare non vult, ad agendum pœnitentiam, in aliquo clauſtro collocatur.

S*ignificauit.*] Primò ponit mulieris querelam. Secundò dat iudices: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casvs. Quedam mulier A. nomine, coram decano ſancti Quiriaci fungente vices archiepiſcopi Senoneń. dedit licentiam viro ſuo religionem intrandi, voto continentiæ ſibi iniuncto, & recepta fide ab ipſa, quòd perpetuo continentiam ſeruaret, & ſic vir profeſſionem fecit: Decanus vero, poſt factam profeſſionem à viro, dicebat, ꝙ mulier illa debebat religionem intrare: ſed illud primo ſibi non expreſſit: quod ſi expreſſum fuiſſet, viro licentiam non dediſſet: Sed decanus ad hoc compellebat eandem: vnde mulier illa, hæc omnia ſignificauit domino Papæ: vnde mandat quibuſdam, quatenus ſi eſt ita, & mulier talis ætatis exiſtat, de qua ſuſpicio non poſſit haberi, non permittant illam compelli religionem intrare, votum continentiæ obſeruantem. Not. quòd mulier coram iudice eccleſiaſtico debet dare licentiam viro intrandi religionem. Item nota argumentum, quòd ſi mulier dat licentiam viro religionem intrandi; ſi iuuenis eſt, debet compelli vt ipſa ſimiliter religionem intret: alioquin ſufficit eius licentia continentiæ voto emiſſo.

† Illi, ſcilicet viro ſuo.

a ¶*Talis ætatis de qua ſuſpicio.*] Et ita videtur quod ſi mulier iuuenis ſit, non ſufficit quòd continentiam promittat, ad hoc vt maritus poſſit religionem intrare: niſi & ipſa ſimiliter mutauerit vitam. ſuprà eodem ad Apoſtolicam. & cap. cum ſis. Ex eo enim quod dicit: de qua ſuſpicio haberi non poſſit, nõ debet compelli, intelligo quòd ſi ſit ſuſpecta, debet compelli religionem intrare, ex quo promiſit continentiam: cum veriſimile non ſit quòd eam ſeruet, ſi remanſerit in ſeculo. argumen. ſuprà eodem parte. in fin. licet non intenderet ab initio religionem intrare. & argumen. ad hoc 33. quæſtio. 5. qui vxorem, quia eo ipſo quòd licentiam dedit viro, & promiſit continentiam, intelligitur tacite promiſiſſe intrare religionem, cum ſit iuuenis. argumen. bo. ſuprà eodem veniens. verſus fin. & quæ ſine conditione vouentur, ſine conditione ſoluantur. 32. quæſtio. vltim. capit. vltim. & Dominus exigit oblatum, quod non exegerat offerendum. 27. quæſtion. 1. nuptiarum. in fin. & 45. diſtinct. de Iudæis. Et ſic cum teneatur ad continentiam per ſuam promiſſionem, tenetur ad id ſine quo eam ſeruare non poteſt. argumen. ſuprà de offic. deleg. præterea. & capitu. prudentiam. ad fin. & ſic inuita compellitur intrare religionem, quia fecit id propter quod compellitur: ſicut quandoque ex officio ſuo compellitur intrare monaſterium. 50. diſtinct. ſi ille. 27. quæſtion. 1. ſi quis rapuerit. C. de adulte. Authen. ſed nouo iure. & Authen. ſed hodie. infrà capitu. proxim. Alij dicunt, quòd vir ſibi debet reſtitui ex officio iudicis. ſupra eodem capitul. 1. quod ſatis poteſt dici: vt notat. s. eo. vxoratus.

CAP. XIX.

GAudemus † in Domino: & infrà. ¶Mulieres verò, quæ relicto maritali toro, lapſu carnis ceciderunt [b], ſi mariti earum à te diligenter commoniti, eas ad frugem melioris vitæ conuerſas, noluerint recipere propter Deum: in clauſtris [c] cum religioſis mulieribus ſtudeas collocare, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

¶Idem I. Moniali monaſterij de Plauda. †

¶Si coniuges ſe adinuicem abſoluerunt continentiam promittendo, & vterque, vel alter eorum religionem profitetur, alter alterum repetere non poteſt.

CAP. XX.

DVdum † à C. laico mota contra te (quam vxorem ſuam dicebat) materia quæſtionis, R. ſanctæ Mariæ in Coſmidiń. diaconum Cardinalẽ dedimus auditorem. Coram quo dictus C. conquerendo proponens, quòd indebitè recuſabas eidẽ (cuius vxor eras per conſenſum de præſenti, & carnis † copulam ſubſecutam) matrimonialiter adhærere, te ſibi reſtitui poſtulauit. Ad quod fuit reſpõſum, ꝙ ipſe pro animæ ſuæ remedio, pura & ſpõtanea voluntate, præſenti-

† Vide Ludouicum Romanum ſing. 674. vt in noſtro codice, incip. Nos ſumus ĩ materia. & de materia vide infrà de adulterijs.

G*Audemus.*] Communis, diuiſio Secunda pars: ibi, *Mulieres.* Abbas Siculus.

Casvs. Aliquæ mulieres cõdemnatæ ſunt de adulterio propter quod à viris ſuis ſunt relictæ: dicitur, quòd ſi ad frugem melioris vitæ conuerſæ fuerint, ſi mariti earum commoniti eas recipere noluerint, in monaſterijs cum religioſis mulieribus debent poni, vt perpetuam pœnitentiã ibi agant. Nota, quòd quandoque propter culpam ſuam compellitur quis intrare religionem, vt ibi pœnitentiam agat.

† Plonca. † Plonta.

† De materia huius decretalis videto plene p Turrecrematã ſupra ſæpe citatũ, & Sotum in 4. ſen. diſt. 27. q. 1. artic. 4. & diſtin. 32. q. 1. art. 3. ad de Syluestrũ ĩ ſum. verbo: votum 5

† carnalem

b ¶*Ceciderunt.*] Et ſunt condemnatæ per ſententiam: vel adulterium earum publicum & notorium eſt ſecuta ſententia, vnde viri eas recipere non coguntur. infrà de diuor. ſignificaſti. etiam ſi ſint emendatæ, vt hic dicitur. Bernar.

c ¶*In clauſtris.*] Et ita mulier de adulterio condemnata, vel publice deprehenſa, detruditur in monaſterium 1 ad agendam perpetuam pœnitentiam, ſi eam emendatam vir recipere noluerit: tamen infrà biennium poteſt eam recipere ſi vult: ſi vero noluerit eam recipere, vel ſi prius moriatur quàm eam recipiat, tunc tondeatur, & habitum monachalem recipiat ibi perpetuo moratura, vt expreſsè habetur in authen. vt nulli iudic. li. ha. lo. ſer. §. ſi quando verò adulterij crimen. coll. 9. vnde ſumpta 2 fuit hæc decre. & C. de adul. Authen. ſed hodie. & cum rebus ſuis: ne ſit onerosa monaſterio: vt in Authen. illa, ſed hodie. continetur. non tamen propter hoc erit monacha, niſi amplius proceſſum fuerit. Et ſic quandoque propter culpam ſuam aliquis compellitur intrare monaſterium. 50. diſtinct. ſi ille. & 16. quæſtione ſexta, de lapſis. 27. quæſtione prima, ſi quis rapuerit. & idem videtur dicere decret. 32. quæſtione prima, de benedicto. & 2. quæſtione prima, in primis. verſus princ. & 34. diſtinct. fraternitatis. in fin. Olim vero alia pœna puniebantur adulteræ, quia lapidabantur conuictæ de adulterio ſecundum legem Moſaicam. 33. quæſtione quinta, hæc imago. & C. de adulte. caſtitati. vbi legitimis pœnis ſubijcitur. ſed 3 hæc pœna non imponitur cum non agitur criminaliter. ſuprà de procu. tuæ.

1 De hoc varia ſunt terrarũ ſtatuta: quæ ſi iuſta ſint, ſeruari debent.

2 Vide locum vnde ſumpta eſt hæc decretalis, vt apertius eã intelligas.

3 In antiquis codicibus ita: ſed hæc pœna non imponitur cũ agatur ciuiliter, ſupra de procur. tuæ.

D*Vdum.*] In prima ponitur facti & proceſſus narratio. In ſecunda diffinitio: ibi, *Nos itaque.* Prima ſubdiuiditur. Primò ponitur datio auditoris. Secundò actoris petitio: ibi, *Coram quo.* Tertiò: ibi, *Ad quod,* rei reſponſio. Quartò;

Quarto: ibi, *Verum*. actoris replicatio. Quintò: ibi, *Sed ad iſta*. rei triplicatio. Abbas Siculus.

CASVS. Inter C. laicum & I. vxorem ſuam matrimonij quæſtio vertebatur: datus fuit eis auditor: coram auditore petebat dictus C. ſibi vxorem reſtitui, cum qua per verba de præſenti contraxerat, carnali copula ſubſecuta: ad quod fuit ex parte mulieris reſponſum, quod ipſe pro animæ ſuæ remedio, ſpontanea voluntate, præſentibus duobus ſacerdotibus & teſtibus quinque adhibitis, renunciauit omni iuri quod habebat in ipſa, reſignando illud in manibus alterius ſacerdotis, promittens ſe caſtitatem ſeruaturum, deuouendo ſe hoſpitali de Ponte voto ſolemni, & ipſi dedit licentiam monaſterium intrandi, & verſa vice ipſa dedit ei licentiam ſimili modo, & reſignauit omne ius quod habebat in ipſo, prout iſta continebantur in publico inſtrumento: verũ prædictus C. propoſuit, quòd inſtrumẽtum illud mutatũ fuerat: quia cum caſu amiſſum fuerat, illud quod prius fuerat in tertia perſona, mutatum fuit in primã perſona, & plus in vno quã in alio continebatur: Inſuper, quòd quidam deceptoriè eum allexerunt proponentes eidem, quòd in hoſpitali prędicto cibis ad voluntatem ſuam poſſet vti, & quòd ardorem libidinis ibi extinguere poſſet: & ſic ſeductus, iratus, & illectus non debet ſibi obeſſe, quod dicitur in hac parte feciſſe: ſed ad prędicta ſic fuit reſponſum, quòd non nocet an inſtrumentum loquatur in prima, vel in tertia perſona, dummodo veritas non mutetur. Præterea quamuis aliquando dicto C. ſpes data fuiſſet, tamen eo tempore quo prædicta facta fuerunt, pure, ſimpliciter, & propria voluntate ea noſcitur feciſſe: vnde compelli debet vitam mutare: Dominus Papa ſuper his habito conſilio cum fratribus ſuis mulierem prædictam ab impetitione dicti C. abſoluit, perpetuum ſilentium imponendo eidem. Not. quòd vir & mulier ab omni iure quod alter habet in alterum, ſe abſoluere poſſunt, & religionem intrare: quia iuri ſuo quiſque poteſt renunciare. Item per inſtrumentum aliquid probatur ſicut per teſtes. Item non refert diuerſitas narrandi vbi eadem dicuntur, & veritas non mutatur. Item dolus in ſpiritualibus non reſcindit contractum: quia non fit conditio illius per dolum talem deterior. Item licet aliquid calore iracundiæ factum ſit ab initio, ſi poſtmodum per conſenſum ratificetur, valet.

† Aretini

‡ Vide de hoc articulo Henricũ Boich hic, & omnino Guidonem Papæ deciſi. 244. incipi. quiſpiã in cauſa.

bus duobus religioſis ſacerdotibus, & adhibitis quinque teſtibus fide dignis, omni iuri quod in te habuerat, renunciauit omninò [a]: reſignando illud in manibus alterius ex ſacerdotibus ſupradictis, qui in perſonam eccleſiæ reſignationem huiuſmodi recipere procurauit: & quòd idem C. ſe caſtitatem ſeruaturum promiſit, pauperumque hoſpitalis de Ponte obſequio ſe deuouit [b]: promittens voto ſolemni omnia & ſingula ſupradicta, & tribuens tibi licentiam ad monaſterium tranſeundi: te verſa vice ſimiliter promittente, ac tribuente illi licentiam, & ius quodlibet reſignãte: ſicut hæc omnia dicebantur per publicum inſtrumentum eſſe probata, manu B. notarij Aretiñ. † confectum. ¶ Verum prænominatus C. propoſuit, quòd caſu amiſſo inſtrumento † præfato, illud in prima perſona, quod prius erat in tertia, inſertis pluribus in vno, aliter quàm in alio fuit ab ipſo formatum: & cum tibi iratus fuiſſet, ſicut verba & verbera indicabant, nondum calore iracundiæ [c] quieſcente, quidam ipſum deceptoriè allexerunt, proponentes eidem, quòd in hoſpitali prædicto cibis ad libitum poſſet vti, ac proprium retinere, præfato B. ſibi nihilominus promittente, quòd non ſolum ardorem, ſed etiam appetitum libidinis extingueret in eodem: propter quod quicquid in hac parte feciſſe dignoſcitur, iratus, ſeductus pariter, & illectus, & ſub ſpe promiſſionis, ac ſub ea conditione, vel modo, ſi poſſet continentiam obſeruare, aſſeruit † à ſe factum. ¶ Sed ad iſta reſpondebatur econtra, quòd an tabellio in tertia perſona inſtrumentum conficiat, vel in prima (dummodo non mutetur ſubſtantia veritatis [d]) nihil intereſſe videtur. Inſuper quamuis aliquando ſpes [e] memorato C. data fuiſſet, per quam ad hoc ſe propoſuit † inductum: eo tamen tempore [f], quo talia facta fuerunt, purè, ſimpliciter, ac voluntariè [g], pro amore Dei, & remedio animæ ſuæ, ſolummodo ad votum, & ad alia ſupradicta noſcitur proceſſiſſe †: propter quòd à conſortio ſecularium hominum debet diſcedere, vitamque mutare: cum ſe illius ętatis eſſe proponat, vt ſine ſuſpicione [h] incontinentiæ non valeat in ſeculo remanere. ¶ Nos itaque habito fratrum noſtrorum cõſilio, te ab impetitione dicti C. ſententialiter duximus abſoluendam, perpetuum illi ſuper hoc ſilentium imponentes.

† Aliàs ita: aſſeruit eſſe factum.

† proponit

† Vide l. cũ plures. §. locator. ff. locati.

¶ Idem.

¶ Breue eſt, ſed per alia verba poteſt ſic ſummari: Poſt ſententiam diuortij, quo ad torum latam ob fornicationem ſpiritualem mariti, poteſt vxor liberè religionem intrare.

a ¶ *Renunciauit omnino.*] quod ei licuit, etiam ſi non tenuiſſet votum ex toto: quia hoc erat in poteſtate ipſius. ſ. eo. quidam. & cap. placet.

a ¶ *Omnino.*] ſimile omnino habes. ſuprà de reſcrip. cum contingat. ff. de fideiuſſ. l. Græce. §. illud. vbi dicitur, quòd fideiuſſor in duriorem cauſam non obligatur omnino.

b ¶ *Obſequio ſe deuouit.*] Et ſic ſolemnizauit votum deuouendo ſe religioni illius hoſpitalis: vnde compelli debet, vt relicto ſeculo ſuum exequatur propoſitum. ſuprà eod. ex parte. in fine.

¶ *Gloſſa ſequens reci. per quæſt. alleg. pro, & vnum canonem contra.*

c ¶ *Calore iracundiæ.*] Si hoc eſſet verum, non teneret votum: quia inconſultus calor, calumniæ vitio caret. 2. quæſtio. 3. capit. ſi quem. §. notandum. 2. & cap. ſi quis iratus. Tempore enim furoris iuſtum putat eſſe quod facit. 11. quæſtio. 3. illa præpoſitorum. & ira ſæpe innocentes ad crimen inducit. ea. cauſa & ea. quæſt. ira ſæpe. & lubricum linguæ facile ad conſequentiam trahi non debet. ff. ad l. Iul. maieſt. famoſi. C. ſi quis impe. maledi. l. vnica. Argumen. contra. 17. quæſtio. 4. ſunt qui opes. & hoc verum eſt niſi poſt calorem iracundiæ conſentiat: vt in cap. ſi quis iratus. & ſuprà de regulari. ſicut in fine.

¶ *Gloſſa ſequens fortificat text. & arg. pro teſtibus, &c.*

d ¶ *Subſtantia veritatis.*] Hæc erat ſatis bona defenſio: quia nihil refert narrandi diuerſitas, vbi eadem dicuntur: vt infrà de verbor. ſignific. nihil obſtat. ſic quolibet loquendi genere formata inſtitutio valet, ſi modo per eam liquebit voluntatis intentio. C. de teſt. quoniam indignum. in princ. & eſt argum. pro teſtibus diuerſo modo narrantibus: dũ tamẽ in ſubſtãtia facti non diſcordẽt [1]. 8. q. 1. in ſcripturis. de conſe. diſt. 2. quotidie. Ber.

1 Senſus enim tollendus eſt, & non caſus, 34. q. 2. nõ ſatis. de cõſec. diſt. 4. retulerũt. & lex non imponitur verbis. C. communia de leg. l. 2. & de elec. commiſſa. lib. 6. Ioan. And.

e ¶ *Spes.*] Not. hic argumen. imo quaſi expreſſum eſt, quòd in huiuſmodi ſpiritualibus dolus aduerſarij non vitiat contractum. ſic ſuprà de his quæ vi metuſve cauſa fi. cum dilecti. ſuprà eod. ex parte. & c. veniens. aliàs ſi dolus dat cauſam contractui, non tenet contractus. ff. de dolo, & eleganter [2]. Sed quare in huiuſmodi ſpiritualibus licet dolus alterius interueniat, non vitiatur talis contractus? Quia talis dolus bonus dolus eſt, & bonus dolus non prohibetur. ff. de do. l. 1. Dolus, calliditas ad decipiendum dicitur: vt in prædicta. l. ſed per talem dolum non decipitur, nec ad malum inducitur, imo conditionem ſuam facit meliorem: & ideo non vitiat contractum.

2 Et ꝗ hoc ſupra de emptio. & ven. cũ dilecti. Ioan. And.

f ¶ *Tempore.*] Not. quòd [3] ſi quis renunciationis tempore nõ habeat metum vel violentiam, licet præceſſerit vis vel metus, non aget interdicto quod vi. C. quod vi metuſve cau. l. 2. & hic.

3 Hæc gloſſula nõ eſt Bernardi, nec habeẽ in antiquis exemplaribus.

g ¶ *Voluntariè.*] Et ſic licet ab initio deceptoriè inductus fuiſſet: ex quo poſtea ſponte hoc fecit, proxima cauſa turpitudinis ablata eſſe videtur. ſim. infra de deſponſatione impu. de illis. in fi. & C. quod metus cauſ. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. l. ſi ob turpem.

h ¶ *Suſpicione.*] Vnde compelli debet vitam mutare. ſuprà eodem ſignificauit. maximè cum hoc promiſerit: vt patet ſuprà. Bernar.

CAP. XXI.

MVlier †, quæ in fide remanſit [a], poteſt nolente viro, qui ab infidelitate reuertitur, propter quam ab eo fuerat iudicio eccleſiæ [b] ſeparata, ad religionem liberè conuolare.

MVlier.] Iſtud capit. propter ſuam breuitatem non diuiditur. Abb. Sicul.

CASVS. Aliquis coniugatus tranſiuit ad infidelitatem, vxore ſua remanente in fide, propter quod illa fuit à viro iudicio eccleſiæ ſeparata: vir reuerſus eſt ad fidem: vir eam repetebat, ipſa nolebat redire ad eum, ſed potius volebat religionem intrare: quæritur vtrum poſſit ad religionem tranſire eo inuito, & reſpondetur quòd poteſt: ſed ſi nollet religionem intrare, debet compelli redire ad virum. Not. quòd vxor poteſt à viro per iudicium eccleſiæ ſeparari, ſi ſit infidelis. Item ſi vxor propter infidelitatem viri ab eo ſeparata fuerit: viro nolente, poteſt ad religionem tranſire, licet vir ſit reuerſus ab infidelitate.

† De materia vid̃ magiſtrum ſent. lib. 4. diſt. 39. & ibi plene per Bonauenturam, Sotum & alios, vbi copioſè d̃ fornicatione ſpũali & matrimonijs fidelium cũ infidelibus, & infidelium inter ſe.

a ¶ *Remanſit.*] viro tranſeunte ad infideles: puta Sarracenos, vel Iudæos, vel etiam Hæreticos.

¶ *Glo. ſeq. arg. à contrario, & argumentum determinat, ex quo diuerſitatem infert, & tunc ipſius rationem quærit, & dupliciter ſoluit.*

b ¶ *Iudicio eccleſiæ.*] Ergo à contrario ſenſu videtur, quòd ſi nõ fuit iudicio eccleſiæ ſeparata, ꝙ eo inuito religionem intrare non poſſit: & ita aliud eſt quando iudicio eccleſiæ fuit ſeparata ab illo, & aliud quando nõ fuit ſeparata, ſed ab illo propria auctoritate receſſit. ſimil. ĩ. de diuor. de illa. ſed ſi nollet intrare religionem, compelli debet ad ipſum redire vtroque caſu: ſiue fuerit iudicio eccleſiæ abſoluta, ſiue non. ĩ. de diuor. quanto, in fine. non obſtante illa ſpirituali fornicatione. cum iam ſit emendatus, & incipiat eſſe quod non fuit. 50. diſt. ferrum. Secus in carnali fornicatione, ſiue iudicio eccleſię ſit ſeparata, ſiue publice ſit fornicata: quia non tenetur illam recipere niſi velit, quamuis emendatam. s̃. eodem. gaudemus. & hæc ſeparatio fit tantum quo ad mutuam ſeruitutem: quia vinculum matrimonij non diſſoluitur 1 in hoc caſu, cum alter fidelium tranſit ad infidelitatem: vt in cap. prædicto, quanto. Sed quæ eſt ratio quare in fornicatione carnali non compellitur maritus recipere vxorem, etiam emẽdatam: ſed in ſpirituali compellitur? Hęc poteſt eſſe ratio: ſi maritus cognoſceret vxorem poſt carnalem fornicationem: poſtea remoueri non poteſt ea mortua propter defectum ſacramenti: & ſic præiudicium ei fieret. 34. diſtin. ſi laici. & capit. ſi cuius vxorem. ſed hoc non contingit in fornicatione ſpirituali: quia per pœnitentiam purgata eſt. Item alia eſt ratio: in fornicatione carnali anima & corpus polluitur: ſed in ſpirituali tantum anima: & in carnali fornicatione non tantum fit in anima quòd diſpliceat marito: ſed etiam in corpore: quod non fit in ſpirituali: & vir magis ſcandalizatur ex eo quòd fit in corpore, & magis offenditur, quã ex eo quod fit in anima: & ita cauſa maioris ſcandali illati viro fit vt, poſt carnalem fornicationem non compellatur: ſed poſt ſpiritualem fornicationem compellitur: niſi ad religionem tranſire voluerit, vt hic dicitur.

† Pro intellectu hui⁹ tituli vide Sotum lib. 4. ſen. diſt. 39. q. 2. artic. 3.

† Cap. 2. e. rit. in 2. cõpilat.

Et præter doctores hic vid̃ Panor. in c. 1. & in c. ſuper hoc. infrà de eo qui duxit in mat. quã polluit per adult.

1 Hoc eſt veriſſimũ, & diffiniuit concilium Trid. ſeſſio. 24. titu. de ſacramento matrimonij cano. 5.

TITVLVS XXXIII.

De conuerſione † infidelium.

¶ Celeſtinus tertius.

¶ *Non poteſt quis illam habere in vxorem, cuius maritum occidit machinatione ipſius mulieris: ſecus ſi ſine machinatione. Et eſt pulcher, & quotidianus caſus.*

CAP. I.

LAudabilem †: & infrà. ¶ Interrogaſti de Sarracenis, qui dum in captiuitate eſſent, quarundam Chriſtianarum viros earum inſidijs, & machinationibus occiderũt, vtrum, quia poſteà per ipſas ad fidem Chriſtianam conuerſi ſunt, eas de iure poſſint accipere † in vxores: vel ſi duxerint, coniugium teneat eorundem. Hic Triburienſis † concilij [c] regula contenti ſumus, aſſerentis, quòd ſi in mortem ipſorum malitioſè fuerint machinatæ, licet earum ſtudio ad fidem acceſſerint, tamen nec eis adhærere debent, nec ſunt, ſi adhæſerint etiam tolerandi, cum tale damnum tali lucro [d] eccleſia compenſare non velit. ¶ Ad hoc Sarraceni quidam in bello ſunt Chriſtianos interfeciſſe notati, & Chriſtiani ſimiliter [e] Sarracenos: poſteà verò Sarraceni ad fidem conuerſi, vxores eorum, quos in belli certamine occiderunt, ſibi matrimonialiter copularunt: & idipſum Chriſtiani de Sarracenis mulieribus conuerſis ad fidem feciſſe noſcuntur: quæ poſtquam de priorum virorum morte compererint † veritatem, diuortium inſtanter † expoſcunt. ¶ In his igitur reſpondemus, quòd cum tales non procurauerint [f] virorum interitũ defunctorum, matrimonium in-

† ducere.

† compeπriunt.

† conſtanter.

DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

¶ *Supra viſum eſt de conuerſione cõiugatorum ad religionem: nunc ſubijcit de eorum cõuerſione ad fidem. habetur de hac materia 28. q. 1. & 2. & 32. q. 8. cap. vnico. Abbas Siculus.*

LAudabilem.] Sarracenus, qui machinatione Chriſtianæ mulieris ipſius maritum occidit, ſi cum ea matrimonium cõtraxit, ſeparatur, licet per eam ſit reuerſus ad fidem. Diuiditur, nam duæ ſunt partes principales. Secunda: ibi, *Ad hoc.* Et quælibet ſubdiuiditur in conſultationem, & reſponſionem, vt hic patet in textu. Abbas Sicul.

CASVS. Quidam Sarraceni erant in captiuitate Chriſtianorum, & interfecerunt viros quarundam mulierum Chriſtianarum, inſidijs & machinationibus ipſarum: poſtea ipſi Sarraceni per mulieres illas ad fidem Chriſtianam ſunt conuerſi: quæritur, vtrum dę iure illas poſſint accipere in vxores: & ſi eas duxerint, an tale coniugium teneat? Reſpõdet Papa, ꝙ iſta quæſtio determinatur per concilium Triburieñ. in quo dicitur. quòd ſi in mortem ipſorum malitioſè fuerint machinatæ, quamuis earum ſtudio ad fidem conuerſi fuerint, contrahere non debent: & ſi contraxerint, non ſunt tolerandi: quia tale damnum cum tali lucro compenſari non debet.

†Vide concilium Triburiẽſe ca. 40. & cap. 51. ſed ibi nõ ſũt hæc eadẽ verba.

c ¶ *Triburienſis concilij.*] quod habes. 31. quæſtion. 1. ſi quis viuente. quia eas nõ poſſunt habere, ſi in mortem ipſorum aliquid machinatæ fuerunt, vt hic dicit. idem eſt ſi fidem dederunt: vt ea. cauſa & q. cap. relatum. infrà de eo qui dux. in mat. cap. 1. Vel ſi de facto contraxit: vt infrà eodem ſuper hoc. & cap. cum haberet. Ita tamen quòd poſt fidem datam cognouit eandem vxorem, vxore ſua viuente, aliàs ſola fides data non impedit matrimonium. infrà eodem qui dux. in matrimonium quam polluit per adult. capit. vltimo.

d ¶ *Tali lucro.*] ſic 14. diſtin. quod ait. 33. quæſt. 5. ſi dicat. ſimile. 1. quæſt. 1. non eſt putanda. ĩ. de vſur. ſuper eo vero. 22. quæſt. 2. ne quis arbitretur.

AD HOC. Quidam Sarraceni interfecerunt quoſdam Chriſtianos in bello, & quidam Chriſtiani quoſdam Sarracenos ſimiliter interfecerunt in bello: poſtea vero Sarraceni illi ad fidem conuerſi ſunt, & contraxerunt matrimonium cum vxoribus illorum quos in bello interfecerunt: & Chriſtiani cum mulieribus conuerſis ad fidem illorum, quos in bello interfecerunt: mulieres iſtæ, poſtquam intelligunt veritatem, de morte priorum virorum, diuortium petunt: quæritur quid iuris ſit? Reſpondet Papa, quòd cum tales non procurauerint mortem virorum, matrimonium inter huiuſmodi perſonas licite poteſt contrahi, nec debent aliquatenus ſeparari: cum hic cauſa illa non ſubeſt propter quam debeant ſeparari. Not. quòd mulier non poteſt contrahere cum illo qui virum ſuum interfecit, ſi mortem eius fuerit machinata. Item compenſatio non habet locum in delictis. Item quod per me non ſtetit, mihi imputari non debet.

e ¶ *Et Chriſtiani ſimiliter.*] Pugnantes pro patria & fide, ob quam pater in filium, & filius 2 in patrem inſurgere debet. ff. de relig. & ſumptib. fune. minime. & maritus in vxorem 28. quæſtion. 1. vxor. in fin. 23. quæſtio. vltim. legi Syromaſtem.

2 Vide Alfonsũ Caſtrum li. 2. c. 26. de iuſta hæreticor. punitione.

¶ *Glo. ſeq. not. duo requiri, & ponit caſus quibus ſufficit alterum. in fin. quærit. arg. pro ſoluit contrarium.*

f ¶ *Procurauerint.*] Ex eo quod hic dicit, & 31. q. 1. ſi quis viuente.

viuente.ȷ.de eo qui dux.in matri.c.vlt.ad hoc vt matrimoniũ impediatur,duo exiguntur, ſcilicet affectus cum opere ſubſecuto: 1 & eſt ſimil. ff.de condi.& demon. l.2.in fin.hic enim tunc puniuntur cum concorditer ad hoc procedunt. 15.q.1. capitul.1.in fin.& capitu.ſi quis non iratus.quandoque punit opus ſine affectu quo ad legẽ promotionis. 15.q.1.ſi quis non iratus. quandoq; affectus ſine opere: vt 1.q. 1. qui ſtudet.ſuprà.de biga.nuper.ibi tamen interuenit opus nõ cum affectu.Quid ergo ſi ratum habuerunt eos interfectos eſſe? Idem videt: quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur,& mãdato comparatur.ff. de vi & vi ar.l. 1.§.ſed & ſi cũ qs.Contra credo 2 .argu.ȷ.de ſpon.cũ apud.cum edictũ de matrimonio cõtrahendo ſit prohibitorium,vt ibi. Ber.

1 De hoc ȷ. de eo q du.in mat. ſi per hoc. & c. fi. Io. And.

2 Idem no. Io. in pdi. c. ſi qs viuẽte. Vin. hic. & Hoſti. Io. An.

† De caſu huius c. vide B. Thomã libr. 4. ſent. diſt. 35.q.1.ar. 4. ad 4. argumentũ.

ter huiuſmodi perſonas licitè poteſt contrahi: & taliter copulati diuortium nequeũt poſtulare.

¶Gregorius nonus Argentiñ. Epiſcopo.

¶Si alter infidelium coniugum uenit ad fidem,altero remanente in infidelitatis errore, communis proles aſſignatur conuerſo.

CAP. II.

EX † literis tuis accepimus, quòd quidam de Iudaicæ cæcitatis † errore, ad Chriſtũ verum lumen adductus, vxore ſua in iudaiſmo relicta, in iudicio poſtulauit inſtanter, vt eorum filius quadriennis aſſignaretur eidem, ad fidem catholicam,quam ipſe ſuſceperat,perducendus [a] †. ¶Ad quòd illa † reſpondit, quòd cum puer adhuc infans exiſtat, propter qđ magis materno indiget ſolatio,quàm paterno [b],ſibique ante partum onerosſus,doloroſus in partu †, poſt partũ laborioſus fuiſſe noſcatur, ac ex † hoc legitima coniunctio [c] maris & fœminæ, magis matrimoniũ, quàm patrimonium nuncupetur, dictus puer apud eam debet conuenientius remanere: & infrà.¶Cum autem filius in patris poteſtate [d] conſiſtat,cuius ſequitur familiam, & non matris:& in ętate tali quis nõ † debet apud eas remanere perſonas, de quibus poſſit eſſe ſuſpicio,quòd ſaluti,vel vitæ inſidientur [e] † illius,& pueri poſt triennium [f] apud patrem non ſuſpectum ali debeat, & morari,materque pueri, ſi eũ remanere cõtingeret apud eã †,poſſet illum adducere ad infidelitatis [g] errorem, in fauorem maximè fidei Chriſtianæ,Reſpondemus, patri eundem puerum aſſignandum.

†prauitatis

† producẽdus.

† alia

EX literis.] Si vxore in Iudaiſmo relicta Iudæus ad fidẽ conuertitur,cõmunis proles aſſignatur eidem. hoc dicit. Vel quo ad intellectum, maxime iuxta gloſſam, dic vt in rubro, & eſt caſus notabilis. Primò ponitur conſultatio.Secundo reſponſio:ibi, *Cum autem*. Conſultatio verò duo facit.Primò ponit viri petitionem.Secũdò defenſionem mulieris:ibi,*Ad quod.* Reſponſio vero Papæ quadruplicem præmittit cauſam.Abb.Sicu.

CASVS. Quidam Iudæus conuerſus ad fidem vxore ſua in iudaiſmo relicta,petebat in iudicio, vt eorum filius quadriennis aſſignaretur eidem, per ipſum ad fidem quam ſuſceperat perducendus: Mulier reſpondebat,quòd cum puer infans exiſteret, magis indigeret materno ſolatio, quã paterno, qui ſibi ante partum fuerat oneroſus, doloroſus in partu, & poſt partum laborioſus: Vnde potius coniunctio viri & mulieris dicitur matrimonium, quàm patrimonium: & ideo apud ipſam debebat potius remanere:quæſitum fuit à Papa, quid iuris eſſet,cum filius in poteſtate patris conſiſtat, cuius familiam ſequitur,& non matris, & in tali ætate apud ſuſpectas perſonas aliquis remanere non debeat, quæ vitæ ipſius inſidientur: & pueri poſt triennium apud patrem non ſuſpectum ali debeat & morari:& ſi apud matrem maneret,poſſet illum trahere ad infidelitatis errorem:& ideo propter fauorem fidei, reſpondet Papa puerum illum patri aſſignandum. No.ꝙ filius conditionem patris vel matris conuerſi ad fidem ſequi debet. Itẽ nota diffinitionem matrimonij: Matrimonium eſt legitima coniunctio maris & fœminæ indiuiduam vitæ conſuetudinẽ retinẽs. Item filius eſt in poteſtate patris & non matris. Item filij apud ſuſpectas perſonas morari non debent. Itẽ filij poſt trienniũ à patre ſunt alendi. Item fauor fidei attendẽdus eſt.

¶*Glo.ſeq.primò arg.quòd cauſa,& c. & remittit. Secundò notat patrem etiam contra matrem,& c.Tres caſus excipit. Tertiò diſtinguit duo membra,& in ſecundo ſubdiſtinguit.Quartò notat filium ſequi,&c.*

a ¶*Perducendus.*] Iuſta fuit cauſa petitionis & honeſta: & ita ſumitur hic arg. quòd cauſa petitionis ſemper inſerẽda eſt in ipſa petitione:aliàs repellitur. ȷ. de libel. oblatio. c.2.& 3. vbi de hoc.Sed nota ꝙ pater poteſt petere filium in poteſtate ſua conſtitutum,per interdictum de liberis exhibendis cõtra matrem,& contra quemlibet detinentem: mater tñ quandoque habet exceptionem contra maritum,puta ſi eſt minor triennio:cum apud eam tunc debeat educari: Vel etiam ſi iudicatum eſſet in contrarium.ff.de lib.exhi.l.1.§.ſi vero. Et in alio caſu habet exceptionem ob nequitiam patris, vt ſine diminutione patriæ poteſtatis apud eã filius moret.ff. eo.deinde.§.ẽt ſi maxime.Circa hoc diſtingue,aut filius à nullo detinet,aut ab aliquo:ſi ab aliquo,& tunc volens aut inuitus.Primo caſu petere poſſum per officium iudicis. ff. de lib.exhibẽ. l.3.§.hoc aũt.Si ab aliquo volens detinet,poteſt peti rei vendicat.adiecta cauſa de iure Quiritũ cognitione prætoria.ff.de rei vendi.l.1.§.1.quod ius propriè Romanorum eſt.Inſtit.de pa.poteſta. §.1. In tertio caſu locũ habet interdictum de lib. exhiben.vt ff.de libe.exhib. l.1.1.reſpon. & ff.de rei vend.l.1. §. 1. Et nota ꝙ filius cõditionem patris vel matris conuerſi ad fidem ſequi debet. 28. q.1.Iudæi.& in hoc caſu filius infans non doli capax ſequitur meliorem conditionem: alias ſi doli capax eſſet,non deberet baptizari niſi ſponte 3. 23. q.5.ad fidem.45.diſtin. de Iudæis. quandoque tamẽ ſequitur deteriorem conditionem,ſcilicet matris,ſi ſerua ſit. 32.q.4.c.vlt.Ber.

† ac poſt partũ,&c.

† ac p hoc

3 Vide B. Thomã 2.2.q.10.ar.12.& par.3.q.68.ar.10.

† non debeat apud illas,&c.

†inſidiant.

† ipſam

b ¶*Paterno.*] ȷ.de prę ſumptio.illud.

c ¶*Legitima coniunctio.*] Matrimonium dicitur legitima coniunctio maris & fœminæ indiuiduã vitę conſuetudinem retinens. 27.quæſtio.2.§.1.Inſt. de pa.po.ĩ prin. Et hęc eſt ratio quæ conſueũit aſſignari à doctoribus,quare potius dicatur matrimonium quã patrimonium illa coniunctio.B.

d ¶*Poteſtate.*] Pater enim dicitur habere filium in poteſtate,& non mater.Inſtit.de patria poteſtate.§.vlti.& C.de adoptionib.mulierem.vnde filius patris familiam ſequitur, & nõ matris.Inſtitu.de legitima agnato. tutela.§.1. vnde iſta verba fuerunt ſumpta.Et expone,familiam, id eſt, agnationem,licet aliàs hoc nomen, familia, multas habeat ſignificationes. ff.de verbo.ſignifica. pronunciatio.§. familiæ. & facit ad hoc Inſtitu.de pa.poteſtate.in fin.& C.de verbo.ſignifi.l.vlti.non enim denominatur filius à cognatione matris,ſed patris:arg. ff.ad mu.l.1.

¶*Glo.ſeq. reci. per queſtio. vbi pupillus debeat educari. & diſtinguit an mortuus eſt pater,an viuit,&c.*

e ¶*Inſidientur.*] Nota quòd mortuo patre pupillus educari non debet apud illas perſonas, quæ ipſius pudicitiæ poſſunt inſidiari.ff. vbi pupil. educ.de.vel mo.l.vlti. Prætor enim decernere debet,vt ſine vlla ſuſpicione alatur partus, etiam contra voluntatem patris.ff.eo.l.1.& æſtimabit ex affectu ſingulorum quis magis ad ſuſpicionẽ & ſpem ſucceſſionis ſit prior. C.eo.l.2. veruntamen educatio pupilli nulli magis committenda eſt quàm matri, niſi vitricum ei inducat 4 .C. eo.l.1. ſi vero viuo patre quæſtio eſt, apud quem educetur filius facto diuortio,olim æſtimabat prætor quando apud patrem, & quando apud matrem alatur.C.de diuor.l.vnica.hodie diſtinguitur, vt ſi pater cauſam diuortij præſtitit, tunc ali debeat apud matrem. ſi vero mater cauſam præſtitit diuortij, tunc ali debet apud patrem.C.eo. Authen.ſi pater. ergo hic ali debet apud patrem:quia mater præſtat cauſam diuortij.infrà.de diuor.gaudemus.& c.quanto.quæ non ſequitur maritum cõuerſum ad fidem,quem ſequi debet. 13. quæſtio. 2. vnaquæque.& quia inſidiaretur vitæ ipſius, vt hic dicitur, & per iura prædicta.

4 Et tñ vitricus põt eſſe tutor. C de contrario iud. tu.l.fi.

f ¶¶*Poſt triennium.*] Filius minor triennio, apud matrem debet ali:maior triennio,apud patrem.C.de pa.pot.nec filiũ. arg.C.de infan.expo.l.2.& ȷ.eo.c.vnico.

ADDITIO. Vnde verſus.

Mater alit puerum trimum:trimoque minorem.
Maiorem vero paſcere patris erit.

g ¶*Ad infidelitatis errorem.*] Hac de cauſa etiam ſi eſſet minor triennio, vel pater vellet eum perducere ad fidem, cum ſit in eius poteſtate, patri debuit aſſignari in fauorem fidei Chriſtianę:cum aliàs ſi eſſet maior,& proclamet ſe velle fieri Chriſtianum,debeat de manibus illorum eripi.ar.infrà.de Iudæ.ſicut Iudæi.

DE

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

¶*Suprà viſum eſt de quodam voto in ſpecie, quod ſcilicet emittitur per ingreſſum religionis, vel per ſuſceptionem fidei: nunc ſubijcit de voto in genere, & ipſius voti redemptione.*

TITVLVS XXXIIII.

De voto, † & voti redemptione.

† In aliquot vetuſtis ità: De votis, & votorũ redẽptione. Iã de materia voti plurima canoniſtis valde neceſſaria tradit B. Thomas li. 4. ſen. diſt. 38. q. 1. ar. 1. 2. & 4. 3. & 22. q. 88 per totam quæſtionẽ.

¶Alexãder tertius Exoneñ. Epiſcopo.

¶*Vota poſſunt eleemoſynis redimi, vel in aliud commutari, intercedente ſuperioris auctoritate, & iuſta cauſa redimendi, vel mutandi.*

CAP. I.

DE † peregrinationis votis, an eleemoſynis redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari: Reſpondemus, ꝙ ab eius, qui præſidet, pendet arbitrio [a], vt conſideret diligẽtius qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis [b]: ſcilicet an ex infirmitate, ſeu affluẽtia diuitiarum, an † alia cauſa probabili, peregrinatio, an † recompenſatio [c] melior fuerit, & Deo magis accepta: & ſecundum hoc habet exinde diſpenſare.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpila. Et poſt cõcilium Lateran. ſub Alexan. 3. par. 35. c. 3

† aut

† aut

¶Idem Noruiceñ Epiſcopo.

¶*Commutat Papa votum vltramarinum, in his maxime qui in puerili ætate vouerunt.*

De hac materia habetur. 27. q. 1. per totũ. & 32. q. 1. c. fin. repetitur in 6. & in cle. de fid. inſtru. c. quod ſuper. Abbas.

DE *peregrinationis.*] Epiſcop⁹ ex cauſa mutare poteſt votum peregrinationis ĩ aliud quod ſit Deo magis acceptum. Vel ſumma generalis ſic, vt in rubro. Et duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Reſpondemus*. Abbas.

CASVS. Aliquis fecit votum peregrinationis: quæritur vtrum tale votum poſſit redimi eleemoſynis, vel cõmutari in aliud neceſſitate inſtãte? Reſpondet Papa, quòd de arbitrio ſuperioris pendet, vt ipſe conſideret diligenter qualitatem vouentis, & cauſam cõmutationis, ſcilicet an ex infirmitate, vel affluẽtia diuitiarum, aut alia probabili cauſa, vt ſcilicet peregrinatio, vel commutatio magis ſit Deo accepta, & ſecundum hoc ſuper hoc diſpenſet. Not. ꝙ circa votum peregrinationis põt epiſcopus diſpenſare. Item in commutatione voti qualitas vouentis & cauſa commutationis conſiderari debent. Item in votis commutandis conſiderari debet quid Deo magis placeat.

¶*Glo. ſeq. arg. ad commutationem pœnarum. alleg. 7. iura, & tria in contrarium. ſol. & arg.*

a ¶*Arbitrio.*] Arg. de pœnæ commutatione. 82. diſt. presbyter. 22. q. 4. innocens. de pœni. diſt. 1. medicina. 36. q. 1. de raptoribus. 41. diſt. non cogantur. j. de maledi. c. 2. 12. q. 2. fraternitas. arg. contra. 16. q. 1. decimæ. & cap. de decimis. 32. q. vlt. cap. vlt. Sol. ı Commutatio pœnæ adhibenda eſt quandoque, hac conſideratione præhabita, vt illud quod vice cõmutationis preſtatur intantum, vel amplius ſit Deo acceptũ: vt hic in fi. & j. eo. ſcrituræ. & eſt arg. quod epiſcopi poſſunt diſpenſare in voto. … ıc.

ĩ Adde ꝙ iura allegata ĩ gloſſa loquunẽ de cõmutatione pęnitentiæ: dic ergo eſſe textũ cum gloſſa in l. qđ ergo, §. pœna grauior. & ibi B. ff. de his q̃ no. infa.

b ¶*Cauſam commutationis.*] Cauſa ſemper conſiderari debet quare fiat commutatio. arg. j. eo. magnæ. in fin. & c. quod ſuper his.

¶*Glo. ſeq. dat regulam, quam exponit. vnum caſum excipit.*

c ¶*Recompenſatio.*] In omni voto, ſiue conſiſtat in faciendo, ſiue in non faciendo, ſiue ſit ſolemne, ſiue ſimplex, poteſt habere locum compenſatio, dummodo ante votum fuerit liberæ voluntatis: Hoc dicitur propter articulos fidei, quos vnuſquiſque vouit in baptiſmo, quia illud votũ ante baptiſmũ eſt neceſſitatis: ſed in voto continentiæ ſecus eſt, cui ęque bonum vel maius inueniri non poteſt. argu. 32. q. vlti. c. vlti. Et caſtitas ſola eſt, quæ potens eſt, Deo animas præſentare. in Auth. de leno. §. ſancimus. coll. 2. & quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. 27. q. 1. integritas. j. de ſtatu mona. cum ad monaſterium. Ber.

VEnientis.] Duo facit. Primò ponit formam voti. Secundò eius abſolutionem & mutationem: ibi, *Nos autem*. Abb. Siculus.

CASVS. R. clericus dum eſſet in puerili ætate conſtitutus & doli capax diſpoſuit proficiſci Hieroſolymam: & cuidam, qui illuc accedere volebat, fidem dedit, & ſuam ab eo accepit, quòd in via fideles ſocij exiſterent: Tandem factus diſcretus, & adultus, acceſſit ad Papam petens eius conſilium: Papa illum abſoluit à voto, quod in ætate puerili fecerat ex facillitate potius quam arbitrio diſcretionis: ita tamen quòd votum redimat eleemoſynis: & toto tempore vitæ ſuæ, ſi poterit, vni pauperi debeat prouidere. Nota, quòd votum redimi poteſt eleemoſynis, iuſta de cauſa.

CAP. II.

VEnientis † ad nos R. narratione accepimus, quòd in puerili [d] ætate conſtitutus, Hieroſolymam diſpoſuit [e] proficiſci: cuidam quoque, qui ſepulchrum dominicum propoſuerat viſitare, fidem dedit, & ſuam recepit ab eo, quòd ſibi inuicẽ in via ſocij fideles [f] exiſterent: & infrà. ¶Nos autem ipſum à voto, quod in ætate tenera, facilitate [g] potius quàm ex arbitrio diſcretionis promiſit, abſoluimus: ita tamẽ quòd idem votum eleemoſynis redimat: & iuxtà concilium noſtrum †, toto vitæ ſuæ tempore, vni pauperum Chriſti (dummodo ad hoc ſuæ facultates ſufficiant [h]) debeat prouidere.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpila. Et poſt cõcilium Lateran. par. 50. c. 15. Vide B. Thomã 2. 2. q. 88. ar. 9. & Sylueſtrũ ĩ ſum. verbo: votum 3. §. 5.

† Aliàs veſtrum, quã lectionẽ iã olim impugnauit hic Hoſtienſis,

¶Idem magiſtro A. de Mandeforde.

¶*Ex ſola conceptione boni explicandi, non obligatur quis ad bonum conceptum exequendum.*

CAP. III.

LIteraturam † tuam: & infrà. ¶Cum ex quadam minutione, nimio fuiſſes mortis pauore perterritus, hæc verba protuliſti: Non diu hic morabor: proponens [i] in animo, ꝙ

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpilat. Et p̃ter doctores hic vid̃ Nauarrum in manuali confeſſariorũ c. 12. nu. 26 & 5. 2. in latino nup impreſſo.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiectio.*

d ¶*In puerili.*] Intellige quòd erat doli capax, alioquin compenſatio quæ ſequitur, nõ erat imponenda: vel forſitan in maiori ætate ratum habuit: vnde tenebatur illud adimplere, aliàs non. 10. q. 1. illud. & ſuprà. de regu. ſignificatum. & ca. ſicut. Tanc.

e ¶*Diſpoſuit.*] procedendo ad actum exteriorem: vt patet ex litera ſequenti. vnde mortaliter peccaſſet, niſi compleuiſſet votum, ſi cõmutatio non fuiſſet ſubſecuta. arg. 17. q. 1. qui bona.

¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

f ¶*Socij fideles.*] Sed nunquid Papa potuit illum abſoluere ab obligatione qua ſocio tenebatur? Vtique. argu. 6. quæſtio. 3. per principalem. C. de quadrien. præſcriptio. bene à Zenone. C. de precibus imperat. offeren. quotiens. nec erit dicendus voti tranſgreſſor. j. e. non eſt. Alan.

¶*Glo. ſeq. arg. alleg. canonem. ibi contrarium. alle. tria iura, & ſoluit.*

g ¶*Facilitate.*] argum. quod votum ex facilitate emiſſum obligat. ſimile 17. quæſtio. 4. ſunt qui opes. argum. contra. ſuprà. de regu. ad noſtram. 22. quæſtio. 4. vnuſquiſque. & 27. q. 1. nuptiarum. Sed hoc vt dictum eſt, poſtea ratum habuit, factus maior.

h ¶*Sufficiant.*] Nam poſſibilitas ſemper ſubauditur. s. de iureiu. querelam. & c. breui. arg. 4. diſt. erit autem. & ff. de ſtatuli be. l. cũ hæredes. §. Stichus. & 47. diſt. quod ad nos. Sic impoſſibile præceptum non obligat. ff. quæ ſenten. ſine appellatio. reſcindan. l. Paulus 2. Laur.

L*Iteraturam.*] Hoc capi. continet notabilem & ſingularem deciſionem: & poteſt ſic ſummari: Simpliciter proponẽs religionem ingredi, licet non ingrediatur, non eſt reus voti. Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Igitur* Abbas Siculus.

CASVS. Magiſter A. fecit ſibi minui in brachio. brachium eius intumuit ex illa minutione, ita quòd perterritus fuit ad mortem: dum eſſet in tali ſtatu, protulit hæc verba: non diu hic morabor: proponẽs in animo religionem intrare: dubitauit, an ex tali facto teneretur religionem intrare: reſpondet ei Papa, quòd ſi plus non eſt in voto proceſſum, non debet dici tranſgreſſor, ſi non adimpleat quod dixit. Nota, quòd per ſimplicia verba nõ obligatur, quis niſi habeat animum adimplendi votum. Item nota hic arg. quòd ex nuda promiſſione non oritur obligatio.

¶*Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

i ¶*Proponens.*] non tamen animo obligandi, nec firmiter hoc proponendo, ſeu eligendo: quia tunc mortaliter peccaſſet ſi non impleuiſſet propoſitum. 17. quæſtio. 1. qui bona. & §. 1. & ſuprà. eo. capitu. proxi. vbi dicit diſpoſuit proficiſci. & ideo dicit j. ſi plus non eſt in voto proceſſum: quia non dicit

hoc

hoc animo ſe obligandi, vnde non fuit mendacium. 22. q. 2. quod autem ait. & nemo ſe obligat, niſi qui animum habet ſe obligandi. ff. de actio. & obligatio. l. obligationum. argu. ff. ſi çert. peta. ſi ego.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium. Item arg. & in contrarium alle. 3. iura.*

religionis habitũ eſſes aliquando ſuſcepturus: & infrà. ¶ Tibi igitur reſpondemus, quòd ſi plus non eſt in voto proceſſum, transgreſſor iudicari non poteris, ſi non impleas quod dixiſti [a].

¶ Idem.

¶ *Omne votum mutabile eſt in votum religionis.*

CAP. IIII.

SCripturæ †: & infrà. ¶ Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium [b] in perpetuam noſcitur religionis obſeruantiam cõmutare.

¶ Innocentius iij. Strigoneñ. Archiepiſcopo.

¶ *Executio voti vltramarini auctoritate Papæ poteſt ex cauſa differri.*

CAP. V.

NOn † eſt voti dicẽdus trãſgreſſor, qui quod vouit, auctoritate [c] ſedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere [d]. Sanè ſignificauit nobis rex Hũgariæ, quòd cum in regni perturbatione † conſilium, & auxilium tuum ſibi ſenſerit hactenus profuiſſe, vtilitati eius non modicum derogaret, ſi Hieroſolymam (ſicut ex voto teneris) regno pergeres impacato: & infrà. ¶ Ideoque mandamus, quatenus non prius iter arripias Hieroſolymam adeundi, quàm regnum ipſum [e] fuerit tranquillitati priſtinæ reſtitutum: vel ſuper hoc receperis ab Apoſtolica ſede mandatum.

1 Iſtud ar. non ſumit hic, cũ nec pactũ fecerit, nec verbum emiſerit ſecundum Hoſtienſem.

a ¶ *Quod dixiſti.*] Argu. contra. 22. q. 5. iuramenti. Item argumentum 1 ꝙ ex nudo pacto non oritur actio, licet ſit arg. contra. 12. quæſtio. 2. quicunque ſuffragio 2. & quæſtio. 5. quia Ioannes. & 27. q. 1. hę vero. in fine. Lau.

2 vbi d' hoc & 1. q. 7. quotiẽs. & de pac. c. 3 Ioan. And.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilat.

Et pro intellectu vide B. Thomam. 2. 2. q. 88. ar. 12 ad primũ argumentum & li. 4 ſen. diſt. 39 q. 1. ar. 4. in corpore articuli.

SCripturæ.] Per ingreſſum religionis ſoluitur votũ religioni nõ conſonum. h. d. Et eſt notabilis deciſio, intelligendo quòd hoc fiat ſine auctoritate ſuperioris. Pro declaratione textus pone caſum literalem. Quidam vouerat viſitare ſepulchrum ſanctum, demum intrauit religionem voto non cõpleto: dubitatur an iſte eſſet vere reus fractivoti: & reſpõdetur quòd non, per rationem quę habetur in litera. Abb. Sicu. Nota, quòd non frangit votum qui illud in melius commutat. Item magis ſeruire videtur qui temporale ſeruitium in perpetuũ commutat.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilat.

Et vide B. Thomã. 2. 2. q. 88. art. 12.

¶ *Glo. ſeq. arg. dat. ſimile, & reddit cauſam.*

† turbatione.

b ¶ *Temporale obſequium.*] Non enim eſt illi neceſſaria certa delicti ſatisfactio, cuius totum vitæ tempus obedientiæ impẽditur ſui conditoris. de pœ. diſt. 1. c. quis aliquando. §. his auctoritatibus. ſic non frangit propoſitum. qui illud in melius commutat. ſ. de iureiu. peruenit. Et ita eſt arg. ꝙ intranti monaſterium, non eſt imponenda 3 pœnitentia pro peccato ante commiſſo: Sic enim remittitur Aſtulpho pœnitentia publica, ſi monaſterium voluerit ingredi. 33. q. 2. admonere. & hoc propter continuationem pœnitentiæ & exercitij, in quo ſemper debent eſſe monachi, ar. 16. q. 1. vos autem. ſi vero poſtquam monaſterium Ingreſſi fuerint, delinquunt, bene ſubijciuntur pœnitentiæ, & diſciplinæ abbatis, ſecundum regulam illius loci. ſ. de regu. c. vlt. & j. de ſen. excom. cum illorum.

3 Hoc non eſt quia talis à ſatisfactione abſoluat, ſed quia eoipſo qđ ſuã voluntatẽ etiã in ſeruitutem redigit pp Deum, plenarie iam pro omni peccato ſatisfecit, q̃ chariorem habet omnibus reb' mundi. ita B. Thomas ĩ 4. ſen. di. 4. q. 3. ar. 3. quæſtiũcula. 3. ad 3. argumentum.

NOn eſt.] Tria facit. Primò præmittit exordium. Secundò ſubmittit narrationem: ibi, *Sane.* Tertiò concluſionem: ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Archiepiſcopus Strigonien. votum emiſerat Hieroſolymam viſitandi: rex Hungariæ ſignificauit domino Papæ, quòd cum regnum Hungariæ in perturbatione eſſet, conſilium & auxilium archiepiſcopi erat ſibi multum neceſſariũ: vnde petijt à domino Papa, quatenus mandaret archiepiſcopo: vt Hieroſoly. non accederet, donec regnum ad tranquillitatem perueniret. vnde mandat Papa archiepiſcopo, quatenus iter non arripiat Hieroſolymam adeundi, priuſquam regnum tranquillitati priſtinæ fuerit reſtitutum, vel ſuper hoc ab Apoſtolica ſede recipiat mandatum: & ideo tranſgreſſor voti non habebitur qui de mandato Papæ votum diſtulit adimplere. Nota, quòd non dicitur transgreſſor voti, qui ipſum differt adimplere: quia quod differtur, nõ aufertur: ſic ex cauſa poteſt differri executio voti.

4 De materia huius gloſſæ, vide B. Thomam loco proxime citato.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

c ¶ *Auctoritate ſedis Apoſtolicę.*] arg. quòd Papa poteſt diſpenſare in voto 4, & epiſcopi etiam. ſuprà. eo. c. 1. Sed cum vota ex neceſſitate ſint ſoluenda. 17. quæſtio. 1. c. 1. & de iure naturali, non videtur, quòd ibi habeat locum diſpenſatio: quia dictum eſt, Vouete & reddite Domino vota veſtra. infrà. eo. magnæ. & c. proxi. vnde in his votis non diſpenſat, ſed declarat. cum enim quis vouet peregrinari ſubintelligitur, ſi commode fieri poteſt: vt ſuprà. de iureiuran. quanto vbi de hoc. & de voto & iuramento dic vt ibi: ſicut nec frãgit votum: qui illud in melius commutat. ſuprà. capi. proxi. & de hoc dictum eſt ſuprà. eo. c. 1.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

d ¶ *Adimplere.*] Si iuſta cauſa ſubeſt. ſuprà. eo. cap. 1. aliàs non eſt ſecurus quo ad Deum, cum quo Papa diſpẽſat. niſi ſubſit cauſa diſpenſandi: ſicut nec dicitur abſolutus q̧ cauſam excommunicationis ſupprimit. ſuprà. de offic. ord. cx parte. & infrà. de ſenten. excom. cum pro cauſa. habebit tamen exceptionẽ quo ad eccleſiam ille cum quo ſine cauſa diſpenſatum eſt. argum. ff. de furtis. inter omnes. §. pen. quo ad Deũ ſibi allegatio non valebit, vbi iudicabitur eo teſte quo iudice. 9. quæſtio. 3. aliorum hominum, & 11. quæſtio. 3. audi.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

e ¶ *Regnum ipſum.*] Sic ergo Papa præfert vtilitatẽ priuatam cõmuni vtilitati 5, contra id quod habes. ſuprà. de poſt. cap. 3. & 7. q. 1. ſcias. & 8. q. 1. in ſcripturis. & ſ. de reg. licet. Non ſunt contraria, quia hic non præfert, ſed differt: & quod differtur, non aufertur. 31. q. 2. ancillam. de pœ. diſt. 6. nemo.

5 Quã vocet hic vtilitatem priuatam, & quã cõem tradit Ioã. And. quẽ videto.

¶ Idem Andreæ duci.

¶ *Eccleſia compellit hæredem laicũ per excommunicationem, & bonorũ ſubtractionem, ad executionem voti vltramarini ad quod ſe obligauit pro defuncto.*

CAP. VI.

LIcet † vniuerſis liberum ſit arbitrium [f] in vouendo, vſque adeo tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votum, vt ſine proprio † ſalutis diſpendio alicui nõ liceat reſilire [g]. Accepimus ſiquidem, quod cum rex Hungariæ pater tuus agens in extremis, votum quod vouerat Domino, Hieroſolymitanam prouinciam in forti manu, humili corde viſitare, ſub interminatione maledictionis paternæ commiſerit † tuæ fidei exequẽdum [h], & tu aſſumpto crucis ſi-

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõpilatione.

De intellectu Couarruuias in c. ſi hæredes. ſupra de teſta. & de magna voti obligatione B. Thomas 2. 2. q. 88. ar. 3.

† propriè

† commiſit

LIcet.] Primò ponit exordium. Secundò: ibi, *Accepimus.* narrat factum. Tertiò: ibi, *Mandamus.* concludit. Quartò comminatur: ibi, *Ne ſi onus.* Abb. Sicul.

CASVS. Rex Hungariæ votum emiſerat Hieroſolymã adeũdi, tandem voto nõ completo agẽs in extremis, filio ſuo Andreæ duci ſub interminatiõe maledictionis paternę iniũxit exequendum, & ille ſigno crucis aſſumpto, promiſit votũ patris ſine dilatione adimplere: patre ſublato de medio, collecta multitudine q̃ plurima bellatorũ, Hieroſolymã adire ſimulauit, & tandẽ aciẽ bellatorũ contra fratrẽ ſuũ regẽ Hungariæ conuertit: Papa hoc intelligẽs mãdauit eidẽ, quatenus oĩbus alijs poſtpoſitis: vſq; ad feſtũ exaltationis ſanctæ crucis iter arripiat Hieroſolymã adeũdi, ſibi onus iniunctũ & ſponte receptũ exequendo: ne ſucceſſione paterna ſe reddat indignũ: qđ ſi nõ fecerit, ex tũc ſe nouerit excõicatum, & priuabiť iure qđ ſibi cõpetebat ordine geniturę, ſi dictus rex frater eius ſine prole decederet, & regnũ ad minorẽ fratrẽ ipſius deuoluetur. No. ꝙ vouere eſt voluntariũ, ſed adimplere eſt neceſſariũ. Itẽ aliquis votũ ſuum põt exequi per aliũ. Itẽ qui non adimplet voluntatem defuncti, priuari debet ſucceſſione illius.

f ¶ *Liberum ſit arbitrium.*] Vnde dicit Auguſt. Quæ non cępit, deliberet: quæ egreſſa eſt, perſeueret. 27. q. 1. nuptiarum. & ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum liceret ea nobis non impendere, cauſa tamen dilectionis impendimus. 28. q. 1. iam nunc.

g ¶ *Reſilire.*] in aliud tamen poteſt commutari de auctoritate ſuperioris, & iuſta de cauſa: vt ſupra eo. cap. 1. & 2. & infrà eod. c. magnæ.

¶ *Glo. ſeq. argu. quem poſſe pro alio, &c.*

h ¶ *Commiſerit tuæ fidei exequendum.*] Arg. ꝙ aliquis poteſt

ieiuna-

gnaculo, te id impleturũ ſine dilatione qualibet promiſiſti: & infrà. ¶Mandamus, quatenus poſtpoſitis cæteris ſolicitudinibus, vſque ad feſtum exaltationis ſanctę crucis, debitum acceptæ crucis exoluens, propoſitum iter arripias, & humiliter proſequaris: Ne ſi onus † tibi à patre iniunctũ, & à te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet [a] detrectaueris, paterna te reddas ſucceſſione indignum, & hereditatis emolumento priueris, cuius recuſaueris onera ſupportare: ſciturus ex tũc anathematis te vinculo ſubiacere: & iure quod tibi, ſi dictus rex [b] ſine prole decederet in regno Hungariæ competebat, ordine geniture †, priuandum [c], & regnum ipſum ad minorem fratrem tuum, appellatione poſtpoſita, deuoluendum.

¶Idem Trecenſi Epiſcopo.

¶*Commutat Papa votum vltramarinum in vigilias, orationes, & ieiunia: tunc maxime, cum ceſſat cauſa quæ induxit ad vouendum: ita etiam quòd expenſæ fiendæ in eundo, morando, & redeundo, integraliter mittantur in terræ ſanctæ ſubſidium.*

CAP. VII.

MAgnę † deuotionis: & infrà. ¶Cum Treceñ. eccleſia contra libertatem eccleſiaſticam grauaretur, nec per alium quàm per Campanię comitẽ in vltramarinis partibus conſtitutum, eidem eccleſiæ crederes poſſe de facili ſubueniri, ad ipſum propoſuiſti accedere: ac in ſignum peregrinationis, & deuotionis terrę Orientalis, crucem Dominicã aſſumpſiſti: & infrà. ¶Quamuis autẽ audita morte ipſius, intentionem tuam conſpiceres iam fruſtratam, noluiſti [d] tamen ſine conſilio Apoſtolicæ ſedis ad propria remeare, ſed ingreſſus vrbem †, intentionis tuæ propoſitum, ac ſtatum Treceñ. eccleſiæ, nobis humiliter expreſſiſti: & infrà. ¶Et quidem tria præcipuè duximus † in hoc negotio attendenda, quid liceat [e] ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem. Sanè non [f] videbatur contra votum licitum, vt venires [g], cum vox clamet prophetica [h]: Vouete, & reddite Domino Deo veſtro: vt primum [i] ad conſilium, ſecundum [k] ad imperium referatur. Sed nec decens videbatur [l], cum ſit ſcriptum in Euãgelio: Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro [m], aptus eſt regno Dei. ¶Præterea non videbatur expedire, cum ex abſolutione tua ſcandalum poſſet laicorum mentibus generari, dicẽtium, Vbi eſt Deus clericorũ? & hoc exemplo credentium, ſe ad voti obſeruantiam nõ te-

ieiunare pro alio, & votum alterius adimplere, quia mortuus ſoluit votum ſuum per ſuperſtitem. arg. 13. q. 2. animæ defunctorum. & 26. q. 6. ſi aliquis fuerit.

a ¶*Occaſione qualibet.*] ſupple minus idonea, quod in generali verbo ſubintelligitur: argu. ſ. de elect. cauſam quæ. & ſ. de offi. delega. ex parte. 2. ff. de ritu. nuptia. quãquam 1. & de iureiu. veniens. & c. Quintauallis.

b ¶*Si dictus rex.*] frater ipſius ducis, contra quem dux ipſe conuerterat aciem bellatorũ, quam contra inimicos crucis dirigere ſimulauit.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & tripliciter ſoluit.*

c ¶*Priuandum.*] Dicit hic Vincentius, ꝙ qui non adimplet voluntatem defuncti, ſit ei auferenda tota hæreditas, & idem dicit canon. 1 1. q. 1. Silueſter. & hoc concordat legi antiquæ. C. de fideicommiſſis. l. vltima. in fine. attamen illud obſeruatur in extraneo hærede. Sed licet filius inſtitutus hæres non adimpleat voluntatem defuncti, non ideo totum perdit, ſed reſeruatur ei legitima. C. de fideicommiſ. Authen. hoc amplius. Et ſatis poteſt dici, quòd lex in hoc caſu præiudicet canoni ratione æquitatis. Vel hic auxit pœnã legis ob fauorem terræ ſanctæ. Vel melius dic, quòd id quod dicit lex de legitima relinquenda, non poteſt habere locum in huiuſmodi dignitatibus, cũ diuidi nõ poſſint: quia regnum vnicum debet eſſe: & ſi contingeret quòd aliter diminueretur, cito deſtrueretur, ſed aliæ hæreditates bene diuiduntur inter hæredes, ſed hic vnus tantum debet eſſe rex: & ideo dicit quòd totum regnum deuoluetur ad alium fratrem 2.

M*Agnæ.*] Diuiditur principaliter in tres partes. Primò ponitur facti narratio. Secundò allegatur pro, & contra: ibi, *Et quidem.* Tertiò diffinitio: ibi, *Cum igitur.* Abbas Siculus.

Casvs. Dum comes Campaniæ in vltramarinis partibus moram faceret, & eccleſia Treceñ. contra eccleſiaſticam libertatem plurimum grauaretur. Treceñ. epiſcopus conſiderans quòd per alium eidem eccleſiæ non poſſet de facili ſubueniri, ad ipſum propoſuit accedere; & in ſignum peregrinationis & deuotionis terræ Orientalis, ſignum crucis aſſumpſit, & ſic arripuit iter peregrinationis: dum eſſet in via, intellexit quòd dictus comes mortuus erat, & licet intentionẽ ſuam conſpiceret iam fruſtratam, noluit tamen redire ſine conſilio domini Papæ, & ſic ad vrbem acceſſit, & intentionem ſuam, & ſtatum eccleſiæ ſuæ domino Papæ expoſuit: dominus Papa conſiderans hæc dicit, quòd in hoc negotio tria ſunt conſideranda: quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, quid expediat ſecundum vtilitatem: oſtendens quòd ipſe votum ſuum debeat perficere auctoritate Prophetæ dicentis, Vouete & reddite: & hoc eſt quod dicit: quod liceat. Item auctoritate Euangelij dicẽtis: Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei: & hoc eſt quod dixit: quid deceat. Item nõ expediebat propter exemplum aliorum: quia quod agitur à prælatis, facilè trahitur in exemplum ab alijs: & hoc eſt quod dixit, quid expediat. Poſtmodum allegat in contrarium ꝙ votum perficere non debeat propter ætatem, cum vix poſſet ſuſtinere labores propter neceſſitatem Treceñ. eccleſiæ, cui eſt obligatus. Ipſum etiam votum, quod licet ex ſui natura ſanctum eſſet, non tamen ſine licentia ſedis Apoſtolicæ vouere potuit: poſtea oſtendit quòd votum cõmutari poſſit auctoritate veteris teſtamenti: vnde conſiderauit, quòd votum poſſit commutari in aliud opus pietatis, nõ curãdo quid homines iniquè loquantur: exẽplo Domini dicentis: Sinite illos quia cæci ſunt, concedit epiſcopo licentiam votum peregrinationis taliter commutare, vt expenſas quas eſſet facturus eundo, & morando, & redeundo, tranſmittat in ſubſidium terræ ſanctæ, laborem orationibus & ieiuniis recompenſans: & quia epiſcopus ſpecialiter pro libertate Treceñ. eccleſiæ per dictum comitem aſſequenda votũ peregrinationis emiſit, eo ſublato de medio cauſa ceſſauit, & ideo ceſſare potuit & effectus: & hac cauſa inſpecta Papa hanc indulgentiam ſibi fecit. Nota quòd eccleſia poteſt implorare auxilium & brachium ſeculare cum iniuſtè aggrauatur. Item in quolibet voto tria conſiderãda ſunt, quid liceat, ꝙd deceat, quid expediat. Item factum prælatorum de facili trahitur ab alijs in exemplum, & ideo valde cauere debent quid eis liceat, quid deceat, & quid expediat. Item clericus, vel epiſcopus ſine licentia ſui ſuperioris votum peregrinationis nõ debet emittere. Item votum iuſta de cauſa poteſt commutari. Item veritas propter ſcandalum non eſt dimittenda. Item in voto locum habet recompenſatio. Item cauſa voti in ipſo commutando conſideranda eſt. Item ceſſante cauſa ceſſat effectus.

d ¶*Noluiſti tamen ſine conſilio.*] & bene: quoniam nemo iuramentum ſuum, vel votum debet interpretari 3. ſ. de ele. venerabilem. & ĩ. eo. ex multa. niſi certus eſſet quòd non eſſet obligatus. arg. ĩ. de ſen. excom. inquiſitioni. Tanc.

e ¶*Liceat.*] Hæc tria ſemper conſideranda ſunt. arg. 11. q. 1. aliud. & 4. diſtin. denique. in fi.

f ¶*Sanè non.*] Hic incipit oſtendere, quòd votum ſuum perficere teneatur.

g ¶*Vt venires.*] non obſtante ꝙ cauſa voti ceſſat, cum etiã ſi ſine cauſa vouiſſet, nihilominus teneretur. ſ. de conuer. coniu. ex parte. Facilius enim diſpenſari poteſt ceſſante cauſa: vt dicit in fi. cauſa enim non impedit niſi exprimatur. C. de condict. ob tur. cau. da. ſi repetendi niſi à iure ſubintelligatur. ff. de iure do. ſtipulationem. Io.

h ¶*Prophetica.*] ſcilicet, Dauid.

i ¶*Primum.*] ſcilicet, vouete. Ber.

k ¶*Secundum.*] ſcilicet, reddite.

l ¶*Sed nec decens videbatur.*] vt venires contra votum.

m ¶*Retro.*] apoſtatando ſimile ĩ. de apoſta. quidam. Nam apoſta-

1 Vide infrà de verbo. ſign. c. Abbate. in glo. penul. Ioã. And.

† Defunctorũ vota quãdo hæredes perſoluere teneantur, vide Hoſtienſem i ſum. de voto. §. & vtrum. adde Nauarrum in manuali cõfeſſariorum c. 12. num. 56. & 57.

† Adde an ordine geniture, vel electione ſuccedi debeat in regno. Bal. i l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu.

† Cap. 5. e. tit. in 3. cõpilatione. Et præter Hoſtienſẽ & alios videto hic Henricum Boich. & quatenus agitur de cruce dñica, in ſignũ deuotiõis terræ ſanctæ, vide notas in c. fi. §. fin. de offi. iudic. deleg.

2 De hoc videto hic copioſius per Hoſtienſem, Ioan. And. & alios.

† Scilicet Romam ꝑ excellentiam, §. ſed ius. Inſtitu. de iure natura.

† diximus

Pſal. 75.

Luc. 9.

3 Facit ad hoc tex. in l. 1. ff. de aucto. tut.

apoſtata dicitur retro ſtans.26.q.vlt.non obſeruetis.& 3.q.4. beatus de pœn.diſt.2.pennata.

1 Et ibi ſequit: Nec ſic inflecte re ſenſus humanos edicta valent, vti vita regētis, & Eccle. 10. Qualis eſt rector ciuitatis, tales & habitantes in ea. Io. An.

a ¶*Agitur à prælatis.*] iuxta illud, Componitur orbis regis ad exemplum 1. 11.q.3. præcipuè. Nam prælati ſunt tanquam ſignum poſiti ad ſagittam, vnde inferiores vitam corū reſpiciunt. j. de accu. qualiter & quando.

b ¶*Verū ætatis.*] Hic allegat, quòd non tenetur perficere votum ſuum.

c ¶*Forſitan non debueras.*] maximè ad loca remota. argu. 7.q.1. præſentium.& ff.de offic.præſi.illud obſeruādum. 7.q.1. ſi quis in clero.& de conſe. diſt. 3. non oportet. nec iſtud forſitan eſt dubitatiuum.ſic 33.q.2.admonere.s̃.de proc. tuæ fraternitatis. Io.

† Vide omnino Alfonſum Caſtr. lib.2.ca.8. de iuſta hęret. punit. Leui. 4.

d ¶*Peregrinari.*] de conſe.diſt.5.non oportet 1.

e ¶*Aſtrictus.*] quia ſicut clericus ſine licētia epiſcopi ſui, non debet ab eccleſia abeſſe, vel recedere ab eadē. 7.q.1.pręſentium.& s̃. de renun.admonet. ſic & epiſcopus ſine licentia Papæ. s̃. de transla. inter corporalia.

† Huc ſpectant tradita per beatum Thomam 2. 2. q.88. ar.8.

f ¶*Cum igitur.*] Hic incipit oſtēdere, quòd votum cōmutari poſſit.

g ¶*Cōmutari poſſit.*] Cum igitur mādatum Domini, & votum pari paſſu ambulent, vt hic dicit: & mandatum Domini poteſt adimpleri per aliud ęquipollens, vt 22. q.4.innocens.ergo & votum.ſic argumētatur hic Inn. & Io.

Exod.3.& 22. Num.3. & 8. Deut. 15. Luc.2. Leui. 25. Exod. 36.

h ¶*Sinite illos.*] vt 11. q.3.inter verba.

i ¶*Eundo, morando, & redeundo facturus.*] Hæc tria tempora conſiderātur, cum aliquis cōdemnatur alij in expenſis factis, in proſequenda appellatione. s̃. de appellatio. reprehenſibilis.C. qui accu. non poſ. qui crimen. ſimile s̃. de conceſſio. præben.quia diuerſitatem.in fin.

† In codice Barbatię ita: qđ in ouē cōmutabatur alias ita: q oue cōmutabatur.

† nec.

† In antiquis ita 1. Nōne ſcis, quia, &c. Matt.15.

k ¶*Sine diminutione.*] præter illam diminutionem, quæ fieret in pecunia transferenda: quia ille qui eam portabit, ſuis expenſis nō militabit.s̃. de præſcri. cum ex officij.& 12.q.2.charitatem. Vel intellige, quòd hæc pecunia mitti debet per aliquem religioſum, qui aliàs eſſet illuc iturus. Vincen.

l ¶*Ceſſauere cauſæ.*] Arg. quòd ceſſante cauſa ceſſat priuilegium.j̃.de verbo.ſigni. abbate.in fi. & 16.q.1. generaliter. & 25.q.2.§.vlti.& Inſtit.de aucto.tut.& cura.§.fin.& C.de reſti. mili.l.vlt.& ſuprà.de deci.ſuggeſtum.Ioan.& s̃.de renun.poſt translationem. vbi de hoc. ſuprà. de iureiurando, & ſi Chriſtus. in fine. Ber.

neri. Quod enim agitur à prælatis[a] †, facile trahitur à ſubditis in exemplum: iuxtà quod Dominus inquit ad Moyſen in Leuitico: Si ſacerdos qui eſt vnctus peccauerit, faciet delinquere populum. Verū ætatis[b] vitæ ſeneſcentis defectus, atq; canicies, quæ vix labores & dolores ſuos tolerare poſſunt, in contrarium allegabant, & eccleſiæ Treceñ. ſuſpiria, cui vinculo paſtoralis ſolicitudinis es ligatus, ſine cuius aſſenſu votū peregrinationis emittere forſitan[c] non debueras: & infrà. ¶Ipſum etiam votū, quod ex ſui forma ſanctum & honeſtū erat, ex perſona vouentis minus licitum videbatur. Cum enim † iuxtà canonica inſtituta, clericus abſque ſui epiſcopi licentia peregrinari[d] non debeat, & epiſcopus non minus, imo potius ſedi Apoſtolicæ ſit aſtrictus[e], videri meritò poterat, quòd abſque generali, vel ſpeciali licentia, votum peregrinationis, qua te tamdiu abſentares, emittere nō deberes: & infrà. ¶Cum igitur[f] in lege veteri, in qua non minus pręceptum Domini obligabat, quā votum hodie obliget in eccleſia, primogenita quæ Domino mandabantur offerri, quædam Domino redderentur, vt primogenita Leuitarum: quædā redimerentur, vt aliarū tribuū: quædam commutarentur in aliud, ſicut primogenitum aſini, qui † pro oue cōmutabatur: ex hoc attendentes, quòd votū cōmutari poſſit[g] in opus aliud pietatis: non † curātes quòd os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus à tramite veritatis: de illius auctoritate ſecuri, qui cum audiſſet à diſcipulis, Scis † quia Phariſæi audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt? Reſpondit, Sinite illos[h], cæci ſunt, & duces cęcorum: tibi pro te & famulis tuis licentiam concedimus uotum peregrinationis taliter cōmutare, ut expēſas quas fueras in eundo[i], morando, & redeundo facturus, alicui religioſo cōmittas, in neceſſarios uſus terrę illius, ſine diminutione[k] qualibet transferendas: & infrà. ¶Laborem etiam laboribus recompenſes, ſolicitius inſtando uigilijs, deuotius uacans orationibus, & in ieiunijs fortius te exercens. Ad hanc autem indulgētiam tibi faciendam ſpecialiter nos induxit, quòd cum pro libertate Trecenſis eccleſiæ per dictum comitem aſſequenda, præcipuè uotum peregrinationis emiſeris, eo ſublato de medio, quia ceſſauere cauſæ[l], facilius ceſſare potuit & effectus.

¶Idem Cantuarienſi Epiſcopo.

¶*Impedito ad tempus exequi votum vltramarinum conceditur dilatio: perpetuò verò impedito, indicitur redemptio in eo quod magis expediat terræ ſanctæ.*

CAP. VIII.

Quod † ſuper his: & infrà. ¶Quæſiuiſti de his, qui pro ſuccurſu terræ ſanctæ, ſigno crucis aſſumpto, propter infirmitatem, vel paupertatē, vel aliam iuſtam cauſam, votum non poſſunt vtiliter adimplere, cum ſine diſtinctione receperis in mandatis, vt eos qui ſignum crucis aſſumptum abiecerunt, ad reſumptionem ipſius, & executionem voti compellas. ¶Nos † autem inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quòd debiles, & inopes magis illuc in defectum, quàm ad profectum accedunt, cum[m] iſti pugnare non poſſint, & illi[n] mēdicare cogantur: niſi forte ſint nobiles & magnates, qui ſuis ſe cum expenſis bellatores adducant: vel artifices, & agricolę, qui de laboribus ſuis ſibi poſſint acquirere neceſſaria, & terræ ſubſidia miniſtrare: quāuis non multi talium, propter breuitatem poſſeſſionum, & paucitatem inhabitantium ibi ſint opportuni. ¶Vnde credimus diſtinguendum inter illos qui temporalem[o], & eos qui perpetuam impedimenti cauſam creduntur habere: ꝙ primis indulgēda eſt dilatio[p], ſecundis

Quod ſuper.] Communis diuiſio. Secūda: ibi, *Nos autem.* quæ tria facit. Primò ponit generalem doctrinam. Secūdò duplicem diſtinctionem. Prima: ibi, *Vnde credimus.* Secunda: ibi, *Rurſus.* Tertiò ſoluit cōſultationem indeciſam: ibi, *De mulieribus.* Abbas.

Casvs. Quidā aſſumpſerant ſignum crucis in ſubſidium terræ ſanctæ, & quia iſti votum ſuum non adimplebāt, mandauit Papa Cantuarieñ. archiepiſcopo, vt eos compelleret ad executionem voti: Quidam propter infirmitatem, quidam ꝑꝑ paupertatem, vel aliā iuſtam cauſam vtiliter non poterant votum ſuum adimplere: quæſiuit archieps à Papa, qd de his eſſet agendum? & ipſe reſpondet, ꝙ debiles & inopes, magis in defectum quàm ad profectum illuc accedunt: quia debiles pugnare non poſſunt, & pauperes mēdicare coguntur: niſi forte ſint nobiles & magnates, vt ſuis expenſis ſecum poſſint ducere bellatores: vel artifices, vel agricolæ, qui de laboribus ſuis ſibi victū quærere poſſunt: vnde Papa diſtinguit inter illos qui temporalē cauſam habere noſcūtur, & inter illos qui perpetuam: primis danda eſt dilatio, ſecundis eſt redemptio indulgenda: ita tamen ꝙ expenſas, quas eſſent facturi, trāſmittant in ſubſidiū terræ ſanctæ.

† Cap.4.e. tit. in 3.cōpilatione. Et quatenus Innocentius & alij agunt hic de poteſtate Papæ, ſeu eccleſiæ in gerēdo bello cōtra infideles vide Eymericum in Directorio īquiſitorū par.2.q.46 & Franciſcū Victoriam in relectiōe de iure belli. adde beatū Thomā 2.2. q. 10. art.8.

m ¶*Cū iſti.*] ſcilicet, debiles.

n ¶*Et illi.*] ſcilicet, inopes.

o ¶*Qui temporalem.*] Eādem diſtinctionem facit lex in iudice, vt ſi non poteſt intereſſe propter temporalem impotentiam, expectādus eſt: & ſi habeat perpetuum impedimentum, remouendus eſt. ff.de vaca.mune. l.vlti. & ff. de iudicijs.ſi longius 1. argumentum ad idē s̃. de reſcriptis. ſciſcitatus. Io.

† Aliàs ita: Nos inquiſitioni tuæ reſpondemus.

p ¶*Dilatio.*] Expectādi enim ſunt quouſq; cauſa impedimenti ceſſauerit. ſimile. j̃.de ſenten.excom.de cætero.& c. q̃uis.in fi. Idem eſt ſi per fortuitos caſus impediretur, nihilominus cum poteſt, adimplere tenet̃. ff.de verb.obli.inter ſtipulantem.§.ſacram. niſi certa res eſſet promiſſa, non in genere. C.ſi cer.pet.incendium. Io.

2 Hæc l. loquitur etiā cū ſubeſt longa protractio, licet nō perpetua infirmitas, neceſſaria ꝓfeſſio, vel rei familiaris periculū. Io. An.

a ¶*Compen-*

a ¶*Compenſato labore.*] ieiunijs & orationibus: vt ſ.c.proxi. circa fi. Lau. Vel videtur ꝙ tñ mittere teneantur pro quanto nollent ſuſtinere laborem hunc, ſed vix poteſt æſtimari. prima expoſitio melior eſt.

RVRSVS. In iſto §. diſtinguitur inter illos qui pro defenſione terræ ſanctæ votũ peregrinationis emittunt, & illos quibus pro ſatisfactione ſuorum peccatorum iter peregrinationis in iũgitur: Circa primos plus conſideratur ſuccurſus terræ ſãctæ: Circa ſecundos labor itineris, ſecundum intentionem vouentis, vel pœnitentis: & ideo ſi aliquis de vouentibus eſt inutilis ad pugnandum, melius eſt votũ redimere quàm expenſas conſumere: Et de pœnitente qui non poteſt propter debilitatẽ iter peregrinatiõis implere, idem eſt dicendũ, ſcilicet vt redimat votum, ſed non de illo qui poteſt ire, licet nõ poſſit pugnare: quia principalis cauſa conſideranda eſt. Mulieres vero quæ non vouerũt, ſi remanere noluerint viros ſuos ſequantur: illæ vero quę vouerunt: niſi ſint diuites, vt poſſint ſecum ducere bellatores, redimant votum. Nota ꝙ votum pro terræ ſanctæ ſubſidio factum, ex iuſta cauſa poteſt redimi, vel differri. Itẽ in voto peregrinationis cauſa ſubſidij terrę ſanctæ, commutatio poteſt interuenire, non autem cum cauſa laboris & pœnitentiæ tantum imponitur. Item principalis cauſa voti conſideranda eſt: & ſecundum illam diſpenſari debet.

b ¶*Circa primos.*] ſcilicet, qui pro ſuccurſu terræ ſanctæ votũ emiſerunt.

c ¶*Circa ſecundos.*] ſcilicet, quibus pro ſatisfactione ſuorum criminum labor peregrinationis eſt iniunctus.

d ¶*Vouentium.*] ſcilicet ſponte, & non per pœnitentiam iniunctam.

e ¶*Quamuis ſit habilis.*] hic formatur ſecunda quæſtio ſequentis capituli. §. ſecundo quæſiuiſti.

f ¶*Potens tamen.*] Vnde non ſubeſt cauſa cur debeat immutare: aliàs qui iniunxit, vel quilibet maior eo eam poſſet immutare iure communi, ſed immutationem huiuſmodi pœnitentiæ videtur hic reſeruare ſibi, & illis quibus ſpecialiter à ſede Apoſtolica iniungitur, & eſt ſpeciale. infrà. eod. capitu. proxi. Vinc.

g ¶*De mulieribus.*] non vouentibus, ſcilicet.

h ¶*Viros ſuos.*] Et hic formauit archiepiſcopus tertiã quæſtionem. j. c. proxi. §. quod autem.

i ¶*Sequantur.*] qui de vxorum licentia vouerunt: vel ex cã concedit Papa, ꝙ viri poſſunt vouere ſe ituros in ſubſidiũ terræ ſanctæ inuitis vxoribus. j. c. proxi. verſi. in tanta quoque.

autem eſt redemptio iniungenda, ac rerum facultate penſata, quas poſſunt, aut quas facturi eſſent expenſas, perſonarum præterea compenſato † labore [a] in ſubſidium terræ ſanctæ tranſmittant, exequentes per alios, quod per ſe nequeũt adimplere. ¶Rurſus inter illos, qui pro defenſione terræ ſanctæ, votum peregrinationis emittunt, & eos, quibus pro ſatisfactione ſuorum criminum, iter peregrinationis iniũgitur, credimus diſtinguẽdum: quòd circa primos [b], plus terræ ſanctæ ſuccurſus: & circa ſecundos [c], plus labor itineris ſecundum intentionem vouentis, vel pœnitentis debet attendi. Vnde ſi quis hoc modo vouentium [d] eſt inutilis ad pugnandum, quamuis habilis [e] ſit ad eundum, melius eſt redimere votum, quàm expenſas conſumere: quod & de pœnitente, qui propter debilitatem non poteſt iter iniunctæ peregrinationis implere, ſanè valet intelligi: non autem de illo, qui quãuis ſit impotens ad bellãdum, potens tamen [f] eſt ad eundũ †: & infrà. ¶De mulieribus [g] aũt hoc credimus obſeruãdum, vt quæ remanere noluerint, viros ſuos [h] ſequantur [i]: cæteræ verò [k] (niſi forte ſint diuites, quæ ſecum in ſuis expenſis poſſint deducere bellatores) votum redimant quod vouerunt.

¶Idem eidem.

¶*Votum vltramarinum certis caſibus redimi & commutari poteſt: nõ tamen per alium quàm per Papam, vel cum ipſius ſpeciali mandato. hoc dicit, vſque ad §. ſecundò quæſiuiſti.*

CAP. IX.

EX † multa tuæ ſolicitudinis prouidentia: & infrà.

†re compẽſato.

†Contius, eũdem ad dic in margine, aliàs conſilium. vtrumque prę ter fidẽ veterũ exẽplarium.

† Cap. 5. e. tit. in 3. cõpilatione. Et quatenus hic agitur de cruceſignatis pro terræ ſanctæ ſubſidio, vide poſt concilium Lateranen. ſub Innocẽtio iij. in expeditione ꝓ recuperanda terra ſãcta. adde tractatũde forma procedẽdi cõtra inquiſitos de hæreſi tit. de officio cruceſignati. Doctores in c. excõicamus. §. catholici. j. de hære. & plenè Cãpegium apud Zanchinum c. 37.

k ¶*Cæteræ vero.*] ſcilicet vouentes.

EX multa.] Quinque ſunt dicta: Secundum: ibi, *Secundo.* Tertium, ibi, *Quod autem.* Quartum: ibi, *In tanta.* Quintum: ibi, *De clericis.* Abbas Siculus.

CASVS. In cap. præcedenti, dicitur quòd circa cruceſignatos diſpenſatur vt illi votũ redimant qui perpetuo impedimẽto detinentur: quæſiuit archiepiſcopus ille Cantuarieñ. vtrũ id quod in decretali prædicta dicit, ius generale conſtituat, vt licitũ ſit prælatis abſoluere ſibi ſubiectos ſecũdum formã ſibi expreſſam. Præterea in dicta decretali in parte deciſa dicitur: per viros religioſos poterit diſpenſari: quæſiuit idem archiepiſcopus, de quibus religioſis intelligatur: Reſpõdet Papa ad primam quęſtionem ꝙ in conſultatione prędicta ius conſtituitur generale, & licet dicatur ibi, ad quales ſcilicet viros religioſos, non tamen explicatũ ibi ad quos eius executio ſpãliter ſpectet: dicit Papa, executio illius iuris ad illos tantũ pertinet, quibus à ſede Apoſtolica fuerit iniunctum: per hãc reſponſionẽ ſoluta eſt ſecũda quæſtio, de quibus religioſis ſit illud intelligẽdum, ſcilicet, vtrum de regularibus, an de epiſcopis; ad neutros iſtorum executio illius iuris ſpectat, ſed ad illos tantum, quib. à ſede Apoſtolica ſpecialiter indulgetur.

l ¶*Expreſſam.*] ſ. cap. proxi.

m ¶*Ad quales.*] ſcilicet viros religioſos, de quibus fiebat mentio in c. proxi. quod ſuper. ſed illa clauſula remota fuit, quæ poſita erat ſub illo. j. & ante §. illũ de mulieribus.

n ¶*Incumbit.*] Ecce hic vnum mirabile, ꝙ eſt ius commune, vt diſpenſetur in voto cum debilibus, & huiuſmodi. argu. ſ. eod. c. 1. & tñ eius executio non per mittitur alicui, niſi cui Papa ſpecialiter committit. quod tñ reſtringendum eſt circa votum huiuſmodi, ſcilicet pro ſuccurſu terræ ſanctæ emiſſum: ergo cum hic Papa ſibi diſpenſationem reſeruet, in alijs votis epiſcopis diſpenſationẽ indulget. ar. ſ. c. 1. de ſent. excom.

o ¶*Religioſi.*] Religioſi dicuntur non ſolum monachi & regulares ſed & clerici: vt 1. q. 1. nullus. & etiam laici dicuntur religioſi. 28. diſtin. ſi qua vidua.

p ¶*Religione*] 1. q. 1. viliſſimus. 8. q. 1. qualis erit.

q ¶*Ad neutros.*] Arg. generaliter dictum, nulli eſſe dictum. ſ. de offi. deleg. ex parte 2. arg. C. de pig. l. 2. Io.

SECVNDO. In præcedenti decretali dicitur, ꝙ ſi quis vouentium eſt inutilis ad pugnãdum, quis ſit habilis ad eundũ, melius eſt redimere votum q̃ expenſas conſumere: quæſiuit archieps, vtrum ſit generaliter intelligendum tam de nobilibus, qui

¶Ex conſultatione, quam ad inquiſitionem tuam, ſuper negotio Cruce ſignatorum olim edidimus, viã inueniſti ad alias quæſtiones: & vtrum quod in ea dicitur, ius conſtituat generale, vt paſſim prælatis quibuſlibet illos ſecundum formam expreſſam [l], abſoluere liceat, qui eorum ſunt iuriſdictioni cõmiſſi, ſolicitè requiſiſti. Ad hoc igitur reſpondemus, quòd in cõſultatione noſtra ius editur, & licet ad quales [m], ad quos tamen † ſpecialiter ſpectet eius executio, nullatenus explicatur: illis autem ſolummodo ius hoc exequendum incumbit [n], qui ſuper hoc mandatum receperint à ſede Apoſtolica ſpeciale. Sic ergo illi eſt inquiſitioni reſpõſum, qua conſequenter tua fraternitas requiſiuit, de quibus religioſis intelligendum hoc eſſet: Vtrũ ſcilicet ibi religioſi [o] † vocẽtur hi tantum, qui religionis habitum ſuſceperunt, quorum plures idiotæ ſunt & iuris ignari: an epiſcopi qui ſicut dignitate præcellunt, ſic & religione [p] debent alijs præeminere, nam ad neutros [q] illius executio iuris ſpectat, niſi per Apoſtolicam ſedem eis ſpecialiter delegetur.

¶*Habiles ad eundum, ſed inhabiles ad pugnandum, ſi ſunt ſtrenui conſilio, vel milites bellatores poſſunt ſecum ducere, votum vltramarinũ non redimunt. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶Secundò quæſiuiſti, vtrum quod dicitur, Si quis vouentiũ eſt inutilis ad pugnandũ, quãuis ſit habilis ad eundum, melius eſt, vt redimat votũ, quàm conſumat expẽſas, generaliter accipi debeat, vt † nobiles & magnates, qui ſunt cõſilio ſtre

† tantum, in vno vetuſtiſſimo exẽplari.

† religioſi, q. & quot modis dicãtur vide per Archidiaconum Ioannem And. & alios. i c. vt officiũ. §. verſi quia de hæret. lib. 6. tradit plenè Albertinus, in ca. quoniã. de hæret. lib. 6. q. 1. per totam quæſtionem.

† Aliàs ita: vt nobiles etiam magnates.

bus, qui ſecum poſſunt ducere bellatores; an de minoribus tñ? Reſpondet Papa, ſi diligenter conſideraſſet, quæſtionem iſtam ſolutam inueniſſet in decretali prædicta, vbi dicitur, ꝙ debiles & inopes magis in defectum q̃ profectum accedunt, &c. Quod aũt dicitur in fine præcedentis c. mulieres quæ remanere voluerint, de illis intelligitur quæ ꝑ votum non ſunt aſtrictæ. Itẽ in voto iſto viri vouere poſſunt ſine conſenſu vxorum, pp neceſſitatem populi Chriſtiani. Clerici vero qui vouerunt ire ad ſubſidiũ terræ ſanctæ, cum clericatus officiũ eos reddat inhabiles ad pugnandum, votum redimant, niſi vel cõſilio ſint ſtrenui, vel officio prædicationis iſtructi, aut ſint magnatum obſequio deputati, vel ſint adeo diuites, vt ſecũ poſſint ducere bellatores: hoc aũt de vouentibus intelligendũ eſt, non de illis quibus labor peregrinationis in pœnitentia eſt iniũctus. Nota hic ab initio vnũ mirabile, ꝙ ius cõe eſt, vt diſpenſetur in voto terræ ſanctę: & tñ eius executio nulli permittitur, niſi cui Papa ſpecialiter committat. Item quod generaliter dictum eſt, generaliter eſt intelligendũ. Item nota caſum, vbi vir poteſt ſine vxoris conſenſu vouere, & in eius præiudicium. Itẽ clerici pugnare nõ debent.

a ¶*Maturitate tamen conſilij.*] Idẽ dicit lex in aduocatis, qui non minus prouident generi humano, q̃ ſi patriã armis defenderent. C. de aduo.diuer.iud.l.ad uocati. Et lex dicit, ꝙ omnibus æque poſtliminium eſt, nõ ſolum his q pugnare poſſunt, ſed oĩbus q eius naturę ſunt, vt conſilio, vel auxilio, vel alijs modis vſui eſſe poſſint: vt ff. de cap. & poſtli. reuer. l.poſtliminiũ.§. vlti.& cõſilio pollet cui vim natura negauit 1. & eſt ſi.ff.de vac.munerũ l.2.§.qm̃ ita.& §.ſeq.

nui, & multos ſecum poſſunt trahere bellatores, an minores tantummodo verbum huiuſmodi comprehendat? Verum ſi ad ſuperiora oculum tuæ cõſiderationis extendas, quæſtionem iſtam † inuenies in ſerie conſultationis noſtrę ſolutam, vbi dicit̃, quòd debiles & inopes, magis in defectum terræ ſanctæ, quàm ad eius profectũ accedunt, &c. Quamuis † poſſit aliter reſponderi, quòd non ſunt inutiles ad pugnandum qui etſi per ſe pugnare nõ poſſunt, maturitate tamen conſilij [a], adeſſe valent pugnãtibus, & perſonæ defectum per alios releuare: & infrà.

¶*Vxores poſſunt ſequi viros vltra mare ſi volunt, ſed non tenentur, niſi & ipſæ vouerint. hoc dicit. Abbas.*

¶Quod autem ſuperius ponitur [b], mulieres quæ remanere noluerint, &c. de illis intelligẽdum eſſe videtur, quæ ſe ad peregrinationis propoſitum, nullius voti vinculo aſtrinxerunt: & infrà.

¶*Viri ſine conſenſu vxorum emittere poſſunt votũ vltramarinum. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶In tanta quoque neceſſitate populi Chriſtiani, ne terræ ſanctæ impediatur ſubſidium, viri præter vxorum [c] aſſenſum huius peregrinationis propoſitũ, vouere liberè valent †: & quod vouerint liberè adimplere. Vt autem conſentiant, ſunt attentius commonendæ.

¶*Clerici tanquam inhabiles ad pugnandum redimunt votum vltramarinum, niſi in certis caſibus. hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶De clericis † verò duximus reſpondendum, ꝙ cum clericatus officium eos reddat inhabiles ad pugnandũ [d], niſi vel conſilio ſtrenui, vel officio prædicationis inſtructi, aut magnatum ſint obſequio deputati [e], aut vſque adeo diuites fuerint & potentes, vt in expenſis ſuis aliquos ſecum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere, quàm ad votũ illos cogere proſequẽdum, ſi neceſſitas exigit, vel vtilitas perſuadet. Hæc autem de vouentibus dicimus, non de his, quibus labor peregrinationis, in pœnitentia eſt iniunctus [f].

b ¶*Superius ponitur.*] s.cap.proxi.in fi.& hoc ſtatim ſequit̃.

c ¶*Viri præter vxorum.*] Specialiſſimus caſus eſt iſte, ꝙ vir põt emittere votũ præter licentiã vxoris, contra illa iura. 33. q.5.quòd Deo.& 27.q. 2.ſi tu abſtines. & per hoc videtur, ꝙ aliquod votum ſit maius voto 2 continentiæ: nam propter continentiam ẽt ad tps non liceret hoc fieri: vt 33.q.5.ca.1. ſed in võto abſtinentiæ ſecus videtur, dum tamen per tale votum neutri fiat præiudicium. 33.q.5.noluit. Io.

d ¶*Inhabiles ad pugnandum.*] clerici vero pugnare non debent. Armã enim clericorum ſunt lachrymæ. 23.q.8.clerici q in quacunque.c.quicunque.& c.conuenior. licet non minus pugnet q conſilio pugnat, vt dictũ eſt in notula, idẽ dicit lex.

e ¶*Obſequio deputati.*] qui ex debito officij eos ſequi tenetur. j.de ſenten.excom.inter alia.

¶*Glo.ſeq.arguit & ſignat contrarium.*

f ¶*In pœnitentia eſt iniunctus.*] Videtur ergo ꝙ mutatio voti non poſſit fieri in his pœnitentijs imponendis. ar. cõtra. 82. diſt. presbyter ſi fornicationem.

PEr tuas.] Cõis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidã emiſit votum ſolẽniter ſuſcipiẽdi habitũ regularẽ in Grationopolitana eccleſia: & poſtea ꝓmiſit, ꝙ infra certũ tẽpus votũ qđ emiſerat adimpleret: tãdem termino trãſacto, votum ſuum non adimpleuit: poſtmodũ vocatus fuit ad regimẽ eccleſiæ Gebeñ. iſte cõſiderans ꝙ votũ emiſerat, nec fecerat quod ꝓmiſit, petijt cõſilium à dño Papa, & ipſe conſulit ei, vt ſi ſuã ſanare deſiderat conſcientiam, reſignet regimen eccleſiæ Gebeñ. & reddat Dño votum ſuũ: ſi poſtmodum capitulum eccleſiæ prædictæ ipſum duxerit eligendum, electionem poterit recipere de ſe factam. Nota ꝙ qui promittit ſolemniter religionẽ intrare, omnino intrare tenetur.

¶*Idem.*

¶*Qui vouit religionem ingredi, ſi voto non completo fiat epiſcopus, renunciare debet, & votũ implere. Sic communiter ſummatur.*

CAP. X.

PEr tuas nobis literas intimaſti, te in Grationopolitana † eccleſia ſuſcipiendi habitum regularem, votum ſolemniter emiſiſſe, & poſteà promiſiſſe in manibus prælati eiuſdẽ eccleſię, te infrà duos menſes [g] poſtquam ab Apoſtolica ſede rediſſes, votum quod emiſeras impleturum. Cumque termino ipſo tranſacto, non curaſſes quod voueras adimplere, tandem exiſtens voti tranſgreſſor, vocatus fuiſti ad regimẽ eccleſiæ Gebenenſis; & infrà. ¶Nos igitur tuæ diſcretioni conſulimus, vt ſi tuam ſanare deſideras conſcientiam, regimen reſignes eccleſiæ memoratæ, ac reddas altiſſimo vota [h] † tua. Quòd ſi Capitulum eiuſdem Gebeñ. eccleſiæ, te poſtmodũ canonicè duxerit eligendum [i], electionẽ recipere poteris de te factam.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

g ¶*Duos menſes.*] ſi hoc nõ appoſuiſſet, nihilominus tenebatur ſuſcipere habitũ regularẽ, & deberet ad hoc compelli, cum ad hoc voto ſolẽni ſe aſtrinxerit. s. de cõuerſione cõiugatorum, ex parte. in fi. s. de reg. porrectũ 3. Sed quid ſi prælatus & fratres prædicti loci nollent ipſum poſteà recipere? Tunc non diceretur trãſgreſſor voti ſi per eum non ſtetit infra tempus ſtatutũ. ſi. j. de ſpon. ſicut. ſed ipſi poſſunt compelli, vt eũ recipiant, ex quo promiſerunt illum recipere: quia qua ratione ille compellitur ad votum reddẽdum per decretalem prædictã, porrectum. eadem ratione & illi, ex quo votum ſuum emittit, & recipitur ab abbate. ar. ſuprà. de reg. cap. vlt. niſi aliud rationabile obſiſtat.

h ¶*Reddas altiſſimo vota.*] ſic s. eo. magnæ. cum hoc ſit præceptum, vt ibi: quia Dominus exigit oblatum, quod non exigeret offerendum. 27. q. 1. nuptiarum. in fine.

¶*Glo. ſeq. notat regularem eligi poſſe, & c. arg. contrarium.*

i ¶*Eligendum.*] & ſic patet 4, ꝙ canonicus regularis poteſt eligi ad regimen eccleſiæ ſecularis: quia hæc Gebeñ. eccleſia ſecularis eſt, aliàs quare diceret: redde Domino vota tua? & de iure communi ex quo dicit: duxit eligendum. & ad idem facit j. tit. proxi. ꝙ Dei timorem. vbi de hoc. tamen ibi cõtra poteſt ſumi ar. ꝙ non de iure communi, vbi dicit: ſicut annuẽdum duximus poſtulationi, &c. ſed tñ aliud videt̃ hic: qa eccleſia Gebeñ. cathedralis eſt, & monachi regulares de iure cõi poſſunt eligi in epiſcopos. 18. q. 1. c. 1. & ſic nõ probatur per hanc

† Dictio, iſtã, deeſt in aliquot vetuſtis exemplaribus.

† Quamuis poſſit. & aliter.

† valeant.

† De materia huius §. & cur clericis & epiſpugnare non liceat: vide omnino B. Thomã 2. 2. q. 40. ar. 2.

1 Et iterũ: Gradior ĩ tauro virt[9], ſed parnula vulpes Pleni[9] anguſta ſub breuitate ſapit. ſecundum Gof. Et Ouidius. Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurũ A cane nõ magno ſæpe tenetur aper. Ioan. And.

2 Circa hoc dictũ vid B. Thomã 2. 2. q. 88. art. 11. & Sotum lib. 7. de iuſti. & iure. q. 4. art. 2.

† Gratinopolitana. † Garopolitanæ. † Granopolitana. ſed Grationopolitana lego. cuius eccleſiæ epo ordinis ſancti Auguſtini canonici regulares obediunt. & is ẽt Gebenenſis ſuffraganei ſunt archiepi Viẽnenſis. oẽs in Burgundia.

† Vide concilium Triden. ſeſſio. 24. titu. de regularib. cap. 1.

3 Et j. de frig. frater nitatis, & optime facit. ff. de verb. obli. eũ qui calendis. §. quotiens.

4 Hæc gloſſa deprauata erat, reſtituimus ex fide veterum exẽplarium.

hanc decretalem, quòd de iure communi eligi poſſunt ad inferiores dignitates curam animarum habentes. & iſte monachus fieri non poterat exiſtendo epiſcopus, niſi reſignaret epiſcopatui, cum eccleſia Geben. ſecularis eſſet.

Poſtulaſtis.] Diuiditur. Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Diſcretioni*. & pro caſu præmitte quod habetur in glo. Abbas. Siculus.

† Haresberien. & Beregaden. p poſitis. † Hareſtiẽ. & Feregan den. † Habenẽ. & Berega ben.

Casvs. Duo priores regulares, quorum vnus erat Cruceſignatus, & alter ſigno crucis deſiderabat inſigniri, petierunt à domino Papa, vt liceret eis ſecum deferre viceſimã prouentuum eccleſiarum ſuarum, deputatã ſuccurſui terrę ſanctę: Reſpondet eis Papa: Si eccleſiæ ſuæ pro ipſorum abſentia enormiter non lædantur, & ipſi vtiles fuerint terræ ſanctæ verbo & exẽplo, (quod tamen cõmittit illorũ conſcientiæ) dimiſſis procuratoribus idoneis in eccleſijs ſuis, tenentur votum ſuum explere: & ſic poterũt viceſimam eccleſiarum ſuarum, deputatã ſubſidio terræ ſanctæ, ſecum portare. Nota, quòd cum prælatus ſe abſentat ab eccleſia ſua, tenetur dimittere procuratorem qui vice ſua procuret negotia eccleſiæ ſuæ, tam in iudicio quã extra iudiciũ, & iſtud tenent omnes.

† vtrum

† Quo ordine recipiatur, qui crucis charactere deſiderãt inſigniri, tradit Campegius in fine tractatus Zanchini de hæreticis, in inſtructione de modo cruceſignãdi.

† De materia tituli vide cõciliũ Triden. ſeſſio. 25. tit. de regularibus. & in quo differant monachi & canonici regulares, tradit Iaſon in Authẽ. igreſſi C. de ſacro ſan. eccle.

¶Honorius tertius Harebeñ. † & Bengad. præpoſitis.

¶*Prælatus etiam profeſſus poteſt votum vltramarinum emittere, & in ſuos vſus viceſimam prouentuum eccleſiæ conuertere.*

CAP. XI.

Poſtulaſtis à nobis, an † vobis profeſſis ordinem regularem, quorum alter Cruceſignatus eſt, & reliquus charactere crucis deſiderat † inſigniri, liceat viceſimam [a] prouentuũ eccleſiarum veſtrarum deputatam ſuccurſui terræ ſanctæ, deferre vobiſcum: & infrà. ¶Diſcretioni veſtræ taliter reſpondemus, quòd ſi eccleſiæ veſtræ per abſentiam veſtram enormiter [b] non lædantur, & vos vtiles fueritis terræ ſanctæ verbo [c] pariter & exemplo [d], (quod cõſcientiæ [e] veſtræ duximus relinquendum) dimiſſis procuratoribus [f] idoneis in eccleſijs veſtris, poteſtis & tenemini [g] votum peregrinationis implere: & ſic poteſt in vſus veſtros trãſire viceſima eccleſiarum veſtrarum, terræ ſanctæ ſubſidio deputata.

TITVLVS XXXV.

De ſtatu † monachorum, & canonicorum regularium.

¶Gregorius † Archiepo Neapolis.

a ¶*Viceſimam.*] quã ſoluere tenebãtur omnes, tam clerici ſeculares, quam regulares ad ſubſidium terræ ſanctæ, ſecundum quod fuerat conſtitutum in concilio generali in decretali illa, ad liberandam. quæ non eſt in hac compilatione: ſed qui erant cruceſignati, vel qui etiam vellent ſignari, non tenebantur ad hoc, imo ſibi poterant retinere, vt hic dicit.

† Hic in quibuſdam recẽtioribus legit Gregorius iij. in alijs, nonus. ſed recte ait Cõtius, imo primus li. 7. indict. 2. c. 15. Et ca. 1. e. tit. in 1. cõpilatione.

¶*Glo. ſeq. arguit, ſignat contrarium, & remittit.*

b ¶*Enormiter.*] & ita non vult Papa propter ſuccurſum terræ ſanctæ, eccleſias iſtas enormiter aggrauari in abſentia iſtorum, in quo caſu ceſſat priuilegium. ſuprà. de decimis, ſuggeſtum. & infrà. de verbo. ſignifica. quid per nouale. & ſi non poteſt alteri ſubueniri quin alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuare quam alterum lædere. 14. quæſtio. 5. denique. 22. q. 2. primum. ff. de cond. indeb. nam hoc natura. Item nohic nõ præfertur publica vtilitas priuatæ. [1] arg. ad hoc ſuprà. eod. non eſt. & eſt arg. contra id. 7. q. 1. ſcias. & s. de poſtu. c. 3. vbi de hoc.

1 Dixit V. hoc cõtingere: quia priuata oĩno confunditur: & publica non multum iuuatur. dixit Gof. hoc ideo quia priuata nõ includebatur ſub cõi idẽ Hoſtiẽſis. Io. An.

c ¶*Verbo.*] ſcilicet prædicationis: quia licet per officium ſuũ inhabiles ſint ad pugnandum, poſſunt tamen in aliis ſe vtiliter habere. s. eod. ex multa.

d ¶*Exemplo.*] bono vitæ ſcilicet: quia verbo & exemplo dicimur prædicare. 43. diſt. ſit rector.

e ¶*Conſcientiæ veſtræ.*] ecce quòd relinquitur aliquis propriæ conſcientiæ ſuæ. ſic. ſuprà. capit. proxi. & 33. q. 4. vir cum propria. s. de renun. niſi cum pridem. in fi. & 33. diſt. habuiſſe. & 4. diſtin. denique. & 15. q. 8. c. 1. & s. de iureiur. mulieri. quia de nemine præſumendum eſt quòd ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. q. 7. ſancimus.

¶*Gloſſa ſequens arguit.*

f ¶*Procuratoribus.*] Nota arg. quod prælatus [2] quĩ ſe abſentat ab eccleſia iuſta de cauſa, & de licentia ſuperioris, dimittere debet procuratorem in loco ſui, qui procuret vtilitatem eccleſiæ.

2 Prælati enim erãt iſti, & præpoſiti: vt patet in ſuperſcriptione decretalis.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

g ¶*Tenemini.*] Sed quare dicit, tenemini, cum alter iſtorum nondum fecerit votũ, ſed dicat tantum, deſiderat inſigniri? Sed dic quòd iſte, licet votum adhuc non emiſerit, tamẽ iam in animo ſuo plenè deliberauerat, & propoſitum ſuum in hoc fixerat: vnde ſine peccato contrauenire non poterat. 17. quæſt. 1. qui bona. ſic ſuprà. eod. capit. 2. aliàs non diceretur transgreſſor. ſuprà. eo. literaturam.

¶*Diœceſanus non debet moleſtare monaſteria, præterquam pro cauſa correctionis: nec eis oblata ſibi vendicare.*

CAP. I.

Theodoſius †: & infrà. ¶Alicui monaſterio nec tu, nec presbyteri tui, præter diligentiam diſciplinæ [h], aliquid moleſtiæ inferatis [i]. Aut ſi quid illic pro diuerſorum † deuotione acceſſerit [k], vobis vendicare æſtimetis, cum monachis ibi ſeruientibus debeat proficere, quicquid à fidelibus taliter offerri contingit.

† Theodorius.

DE STATV MOnachorum, & canonicorum regularium.

† Aliàs: clericorum.

¶*Suprà viſum eſt de conuer. coniug. Item de voto: ſed quia conuerſi ad religionem, vel vouentes ingredi, efficiuntur vt plurimum monachi, vel canonici regulares, ideo poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Abbas.*

De hac materia tractatur 58. diſtinctio. & 17. quæſtio. 1. 18. q. 1. & quæſti. 2. per totum. et generaliter à 16. cauſa vſque ad 21.

† Conciliũ Lateranẽ. ſub Alexã. 3. capi. 10. Et c. 2. eo. tit. in 1. cõpilat.

¶Ex concilio Lateraneñ. †

¶*Monachi non debent poni ſinguli per parochias. hoc primo. Si pro monachatu aliquid detur, receptus à ſacris ordinibus prohibetur: & recipiens ab officio ſuſpenditur. hoc ſecũdo. Monachus habens peculium ſine licentia abbatis: ab altaris communione remouetur: & ſic decedens, ſepultura, & fratrũ communione priuatur. hoc tertiò. Si pecunia confertur pro habendo aliquod officium in monaſterio. dans & recipiens deponũtur. hoc quartò. In prioratibus conuentualibus per electionem inſtituti non ſunt remouendi ſine cauſa rationabili, & de cauſa rationabili triã ponit exempla. hoc dicit comprehendendo ſubſtantiam.*

Theodoſius.] Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana, non à lege iuriſdictionis. Sic communiter ſummatur: ſed hæc vocabula ſunt potius magiſtralia quàm iuris. & ponit duas prohibitiones. & tertio rationem ſubijcit. Secunda: ibi, *Aut*. tertia: ibi, *Cum*. Abbas Siculus.

Casvs. Archiepiſcopus Neapolitanus monaſteria ſua grauabat: & ea quæ offerebantur ibidem ſibi vendicare volebat: vnde Papa mandat eidem, quatenus nec ipſe, nec preſbyteri ſui alicui monaſterio aliquid moleſtiæ inferant, præter ſolam diſciplinam: & ſi aliquid illic à fidelibus acceſſerit, nihil ſibi debeat vendicare, ſed totum monachis ibi ſeruientibus proficiat. Not. quòd epiſcopus nihil iuris habet in monachos, niſi cauſa diſciplinæ. Item de eo quod monachis offertur, nihil debet epiſcopus vendicare.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiectionem, quam ſoluit, & remittit.*

h ¶*Diſciplinæ.*] hoc intellige cum monachi populum non habent. quia tunc ſolam diſciplinam debent. 16. quæſtio. 1. cum pro vtilitate. niſi ſit honeſtum ſeruitium debitum ex conſtitutione, vel conſuetudine. 18. quæſtio. 2. ſeruitium. & 1. q. 3. quæſitum. Si enim haberent populum, tunc monaſteria ſubſunt epiſcopo ratione populi, quo ad legem diœceſanam. argu. 18. q. 2. Eleutherius. de hoc dictum eſt ſuprà. de offi. ord. dilectus filius.

3 Vel loquitur in religiõis priuilegiatis eod. tit. cap. fin. Goff. vel prohibet totũ vendicari: ſed non partẽ canonicã, & ſic ceſſant cõtraria, ſecũdũ Hoſtienſẽ. Io. And.

i ¶*Inferatis.*] niſi hoc ſolum quod canones iubent. 18. q. 2. hoc tantum. & c. quàm ſit. & c. luminoſo.

¶*Glo. ſeq. recitatur per obiectionem.*

k ¶*Acceſſerit.*] in vita: quoniam ſi in morte cauſa ſepulturæ aliquid relinqueretur, inde epiſcopus debet habere canonicam portionem ſuprà. de ſepultur. de his. & capitu. cum ſuper. & ſuprà. de teſtam. requiſiſti [3]. niſi conſuetudo repugnet.

Monachi.

Monachi.] In hoc cap.quod communiter non ſummatur, quinq; ſunt dicta. Secundum : ibi, *Si quis*. Tertium : ibi, *Qui vero*. Quartum: ibi, *Prioratus*. Quintum: ibi, *Priores*. Ab.

Casus. Statuit Lateran. concilium, ꝙ monachi non recipiantur pretio in monaſterijs, nec peculium habeant, nec ſoli per parochias habitẽt: quia væ ſoli, quia non eſt qui ſubleuet eum ſi ceciderit: & qui dederit,& qui receperit, puniatur. Qui vero peculium habuerit, niſi forte ab abbate fuerit ei ꝓ iniuncta adminiſtratione permiſſum, à cõmunione remoueatur altaris: & qui cũ peculio in extremis inuẽtus fuerit, & nõ reſtituerit, nec oblatio ꝓ eo fiat, nec inter fratres accipiat ſepulturam: quod intelligendũ eſt de omnibus religioſis: Abbas autem qui iſta diligenter non cauerit, officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurum: Item nullum officiũ pretio alicui concedatur: alioquin dantes & accipiẽtes à miniſterio fiãt eccleſiaſtico alieni. In fi. dicit, ꝙ Priores qui per electionem canonicã capituli ſui fuerint inſtituti, non mutentur, nec remoueantur niſi ꝓ manifeſta cauſa. Nota ꝙ monachus ꝓ ſua receptione in monachum, nihil debet dare. Item non debet habere peculium. Item ſolus habitare nõ debet. Item pœna dãtis pecuniam pro ſua receptione, eſt quia non poteſt ad ſacros ordines promoueri. Item in caſu monachus poteſt habere peculium, ſ.cauſa adminiſtrationis. Item pœna habentis peculium eſt penitus in morte carere ſepultura. Item Prioratus vel officia pro pretio alicui dari non debent. Item nota hic differentiam inter Priorem conuentualem & alium: quia Prior cõuentualis deponi non poteſt, niſi pro manifeſta & rationabili cauſa, puta, ſi ſit dilapidator, vel viuat incontinenter.

† peculiũ, id eſt, propriũ, vide l. cogi. ff. ad Trebel.

† Eccleſiaſtes.c.4.

† ſi

† recipit.

† Vide concil.Trident. ſeſſio. 25. tit.de regularib.c.2.

† Qui dicãtur fratres & qui monachi, & in quo differãt à canonicis regularibus, tradit Iaſ. in Authe. ingreſſi. C. de ſacroſan.eccleſ.

† curauerit, in concilio.

CAP. II.

Monachi non pretio[a] recipiãtur in monaſterio, nec peculium [b] † permittantur habere: nec ſinguli per villas & oppida, per quaſcunque parochiales [c] ponantur eccleſias: ſed in maiori conuentu, aut cũ aliquibus fratribus maneant: nec ſoli inter ſeculares homines ſpiritualium hoſtiũ cõflictum expectent, Salomone † dicente, Væ ſoli [d]: quia cum † ceciderit, nõ eſt qui ſubleuet eum. ¶Si quis autẽ exactus ꝓ ſua receptione aliquid dederit, ad ſacros ordines [e] nõ aſcendat: is verò qui eũ receperit †, officij ſuſpenſione mulctetur. ¶Qui † verò peculium habuerit, niſi ab Abbate fuerit ei ꝓ iniuncta adminiſtratione permiſſum [f], à cõmunione remoueatur altaris: & qui in extremis cũ peculio inuentus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres † accipiat ſepulturam [g]: quod etiã de vniuerſis religioſis præcipimus obſeruari. Abbas autem, qui diligẽter iſta non cauerit †, officij ſui iacturam ſe nouerit incurſurũ. Prioratus quoque, ſeu Obediẽtiæ, pretij donatione nulli tradantur [h], alioquin dãtes & accipientes, à monaſterio fiant eccleſiaſtico alieni. ¶Priores autem cũ in eccleſijs conuentualibus, per electionem capitulorum ſuorum canonicè fuerint inſtituti, niſi pro manifeſta, & rationabili cauſa nõ mutentur [i]: videlicet † ſi fuerint dilapidatores [k], ſi incontinenter vixerint, aut tale aliquid † egerint, pro quo amouẽdi meritò videantur; aut ſi etiam pro neceſſitate maioris officij, de conſilio fratrũ fuerint tranſferendi.

¶Alexander tertius Abbatibus, & cõuentibus Ciſtercien. ordinis.

¶*Monet Ciſtercienſes, vt ſeruent regulam ſecundum primæuam inſtitutionem. hoc dicit primo. Et domus religioſa aggregata Ciſtercienſibus, eorum mores ſeruare tenetur. hoc dicit ſecundò.*

CAP. III.

Recolentes † qualiter hæc ſancta plantatio: & infrà. ¶Dolentes dicimus, quòd etſi non ab omnibus, neque in omnibus, à pleriſque tamen & in pluribus, ab illa ſancta inſtitutione dicitur declinatum. intantum, vt aliqui ex vobis primæ inſtitutionis obliti [l], contra ordinis veſtri regulam

a ¶*Pretio.*] j.de ſymo.quoniam ſimoniaca.

b ¶*Peculium.*] niſi pro iniũcta adminiſtratione: vt j.ſequit.

¶*Glo.ſeq.recit. per obiectionem de canonibus.16.q.1.&c.*

c ¶*Parochiales.*] & ſic patet, ꝙ monachi ſinguli in parochialibus eccleſijs eſſe nõ debẽt. Et iſtud quidem ius cõe eſt quod hic dicitur ex diſpenſatione: tñ videtur ꝙ monachus põt præfici in parochiali eccleſia.16.q.1.in parochia.& c.cum pro vtilitate.& c.doctos.& c.ſi monachus.& cap. ſi quis monachus.in collegiata vero eccleſia videtur ꝙ de iure communi poſſunt eligi.j.eo.quod Dei timorem.& arg.ſ.tit.proxi.per tuas.T.

d ¶*Væ ſoli.*] 7.q.1.illud.82.diſt. in omnibus.

e ¶*Ad ſacros ordines.*] & inſuper de monaſterio expellat 1 ſecũdum ꝙ traditur j.de ſimo.quoniam ſimoniaca. Vel debet ſibi pecunia reſtitui, & intret aliud monaſteriũ.eo.tit. veniẽs.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium.opi. ponit cui ſignat contrarium, & ponit opinio.Hug.quam approbat, cui ſignat contrarium de decre.dudum.*

f ¶*Adminiſtratione permiſſum.*] aliàs proprium habere non poteſt.12.q.1.non dicatis.27.q.1.c.monacho.18.q.1.c.1.& j. eo.cum ad monaſterium. Arg.contra.27.q.1.de viduis. Illud planũ eſt, ꝙ monachus proprium habere non poteſt 2: imo & ſi ſub ea cõditione fieret monachus vt habeat propriũ, conditio frãgitur, & remanebit monachus.arg.j.de cõditio.appo. quicunq;.vbi tenet matrimonium & cõditio frangitur.arg.ad hoc.ff.ſi vſusfr.pet.l.1.§.1.ff.de vſu.& habi. ſed neq;.& C. de inſtitutio.ſub condit.reprehendenda. Arg.cõtra.manifeſtum. j.de condi.appo.c.vlt.vbi dicitur, ꝙ ſi conditio quæ fit contra ſubſtantiam matrimonij apponitur in matrimonio, matrimonium nullũ eſt: ſed hæc conditio de proprio retinendo, eſt cõtra ſubſtantiã monachatus, vt videtur: quia dñs Papa in eo diſpenſare non poteſt, ſicut nec in cõtinẽtia 3. j.eo.cũ ad monaſteriũ. in fin. & eſt arg.ad hoc 32.q.2.ſolet. In hac opin. fuit Hug. & idem credo ꝙ non ſit monachus: quia proprietatis abdicatio & cõtinentia caſtitatis ſunt de ſubſtãtia monachatus ſicut in matrimonio carnali. Arg.contra.ſ.de cõuer. coniu.dudum.

1 Nec obſt. 20.q.3.cõſtituit. qđ loquit. de illectis, qui non ſunt ſimoniaci. ſecũdũ T. Vincen. & Goſ. Io.

2 De hoc vide concilium Trid. paulo ante citatum.

3 De hoc articulo vide quos citaui j. hoc. tit.c. fin. in vltimis verbis illius c.

† Aliàs ita: vt videlicet ſed in antiquis & in cõcilio, vt eſt impreſſum.

† aliud.

g ¶*Sepulturam.*] ſic j. eo. cum ad monaſterium.& c.ſuper quodã. & hoc idem locum habet in quolibet, quem cõſtat deceſſiſſe in mortali peccato.88.diſ.neque apud. 13.q. 2. pro obeuntibus. & 23.q. 5. placuit. Ala.

h ¶*Nulli tradantur.*] vt fiat ibi cuſtos, vel ꝓcurator ibi cõſtituatur. 1.q.1.ſi quis epiſcopus. & q. 3. ſaluator.

¶*Gl. ſeq. recitatur per contrarium de §. tales.*

i ¶*Non mutentur.*] hoc intelligitur de illis qui inſtituuntur perpetuo ꝑ canonicã electionem capituli, & confirmationem ſuperioris. Iſti ſine certa cauſa remoueri non debent: quia ſine culpa nemo priuari debet iure ſuo. 56. diſtin. ſatis peruerſum. & 16.q.vltim. inuentum.ſ. de iudi. c.1. Alij Priores qui per electionem canonicam non creantur, ad voluntatem abbatum ſuorum remouentur.j.eod. cum. ad monaſterium. §. tales. & huiuſmodi regularibus non confirmantur Prioratus.ſ. de confirmatio.porrecta. Tanc.

† Cap. 2.e. tit. in 2.cõpilatio. Et de ordine Ciſtercienſiũ eorũq; origine, vide Anton. par.2.hiſtoriali. ti.15. §.18.& plene Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi par.4.cõſideratio.58

k ¶*Dilapidatores.*] propter hoc bene remouentur. 3. q. 2. quia ea quæ.& j.de ſimo.licet Hely.& c.per tuas.& ſ.de offic. delega.venerabilis. & hoc ſi probetur & propter incontinentiam remouetur abbas. 18.q.2.ſi quis.Abbas.

Recolentes.] Diuiditur in quatuor partes. Primò Ciſtercien.ordo ſecundum antiqua tempora multipliciter commendatur. Secundò modernis temporibus conſideratis reprehenditur. Tertiò vt Ciſtercien.ſuis terminis ſint contenti monentur. Quartò, ꝙ domus eis aggregatæ debeant ſe moribus iſtis conformare, inſtruuntur. Secunda: ibi, *Dolentes*. Tertia: ibi, *Ideoque*. Quarta: ibi, *Cæterum*. Abbas Siculus.

Casus. Abbates & conuentus Ciſtercien.ordinis in multis receſſerunt à ſua prima inſtitutione, intantum, vt multi ex illis contra regulam ordinis, ſibi vendicent villas, eccleſias, & fidelitates,& alia, quę ab honeſtate regulari diſcrepant de quibus. Papa dicit ſe condolere: vnde mandat eis quatenus domus illorum ſuis terminis ſint contentæ, ſecundum quod à prima ſui origine fundatæ ſunt: Si enim ſuas inſtitutiones reliquerint, & cõuerti ad communia iura aliorum monaſteriorum voluerint, oportebit eos iure communi cenſeri, quia dignum eſt, vt qui ſimilem cum alijs ſuſcipiunt vitam, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam: In fine dicit, ꝙ domus aliæ, quæ ad iſtorum ordinem ſunt tranſlatæ, vel ſe tranſtulerunt, inſtitutionibus iſtorum ſe conforment. Nota quòd qui ſimilem vitam ducunt, ſimili debent foro conueniri, vel priuilegio gaudere. Item quod alij aggregatur, eius naturam debet imitari.

l ¶*Obliti.*] qui eam ſciuerunt.

a ¶*Eccleſias.*] quas poſſunt habere nigri monachi.
b ¶*Altaria.*] 1.q.3.quæſitum. vbi eccleſiæ vulgari vocabulo altaria nuncupantur, ſed hic reſtringitur ad decimas 1, propter verbum, eccleſias.
c ¶*Hominia.*] à vaſallis, feudum ab eiſdem tenentibus.

1 Vel alios redditus, q propter altaria ꝓueniunt. Ioã. And.

† In vno vetuſtiſſimo exemplari ita: fidelitates, hominia, & onera ſuſcipiunt, &c. in alio pau lo recétio ri ita: fidelitates & homagia ſuſceperũt &c. nam dictio, benignè, deeſt in omnib. & quid ſit, hominia, late explicat hic Hoſtienſ. quẽ videto.

2 Cõcor. l. Iudæos. C. de Iudæ. & l. qui fine. ff. de neg. ge. & de pecu. l. liberam.

† recepit

† Cap. 6. e. tit. in 2. cõpilatione.

3 Et ſic non ta ſecundũ Innocentium propter ſcãdalum nõ exhumari, q aliàs exhumandus eſſet. Io. An.

d ¶*Iuſtitiarias.*] id eſt, officia iudicum ſecularium, qui iuſtitiarij in aliquibus locis appellantur.
e ¶*Tributarias.*] id eſt, officia colligentiũ tributa: qui. n. deſeruiunt Deo, talibus ſe implicare non debent. 21.q.3.c.1.& 2.
f ¶*Conſtitutis terminis.*] quia quilibet debet eſſe contentus terminis ſuis. 13.q.1.c.1. & ſ. de ſepul. c.1.
g ¶*Communi iure cenſeri.*] quia per hoc, priuilegio ſuo renunciare videtur, ex quo abutuntur eo. 11.q.3. priuilegium. ſi. ſ. de vita & honeſta. cleri. c. vlt. & ſ. de cle. coniuga. ex parte 2. quia duplici iure cenſeri non debent. 12.q.2. cognouimus. in fi. & ſ. de deci. cũ in tua.
h ¶*Vel etiam commutatis.*] datis villis pro agris: quia villas habere non debent: vt ſ. dicitur.
i ¶*Coaptent.*] & ita id quod aggregatur alij, ipſius naturam imitari debet. 16.q.1. temporis qualitas. & c. ſeq. ſ. ne ſede vacan. c.1. vbi notatur de hac vnione.

villas, eccleſias [a], & altaria [b] poſſident, fidelitates † & hominia [c] benignè ſuſcipiunt, iuſtitiarias, [d] & tributarias [e] tenent: & infrà. ¶Ideoque precibus, & monitis exhortamur, quatenus domus illæ, q̃ à prima ſui origine, in ipſo ordine ſunt fundatæ, conſtitutis [f] terminis ſint contentæ: & infrà. ¶Si enim relictis originalibus ordinis inſtitutis, ad cõmunia volueritis aliorum monaſteriorum iura diuertere, oportebit vos communi iure cenſeri [g]: quia dignum eſt, vt qui ſimilẽ cum alijs vitam ſuſcipiunt, ſimilem ſentiant in legibus diſciplinam. Cæterum domus illæ, quæ de alijs inſtitutionibus ad veſtrũ ordinem ſe tranſtulerint, veſtris omnino ſe ſatagant vſibus cõformare: & relictis poſſeſſionibus, vel etiam commutatis [h], quas inſtitutio veſtra nõ recipit, ſic ſe in omnibus religioni veſtræ coaptẽt [i], vt quemadmodũ gaudẽt ſe in ſocietatẽ ordinis, & habitus identitatem aſſumptas, ſic etiam in paupertate ſeculariũ rerum ſe lætentur veſtris inſtitutionibus conformatas.

¶Clemens tertius.

¶*Regularis canonicus, qui non reſignauit proprium in morte, non debet in cœmiterio ſepeliri: & ſi de facto ſepultus fuit, inde debet exhumari, ſi ſine ſcandalo fieri poteſt.*

CAP. IIII.

SVper† quodã canonico regulari, qui in articulo mortis agens, licet à Priore ſuo cõmonitus, propriũ [k], quod contra regulam latẽter habuerat, noluit reſignare, & ſic diẽ clauſit extremũ, & fuit inter alios fratres traditus ſepulturæ: & infrà. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ille canonicus, non tantũ fuit Chriſtiana ſepultura [l] priuandus, verumetiam ſi ſine maximo ſcandalo [m] potuit † fieri, de ipſa proijci [n] dignus eſt eccleſia. Hoc autẽ cum forte cõtigerit, in ſimilibus [o] eſt agendum.

SVper.] Cõmunis diuiſio. Secunda: ibi, *Inquiſitionem.* quã prorogat. ibi, *Hoc autem.* Abbas.

CASVS. Quicunque regularis in morte cũ peculio inuẽtus fuerit, inter fratres non debet ſepeliri: & ſi ſepultus fuerit, debet inde eijci dummodo ſine ſcandalo fieri poſſit. Nota, ꝙ monachus habens proprium, in morte nõ debet cum fratribus ſepeliri. Item in ſimilibus idem eſt iudicium.

k ¶*Proprium, quod contra.*] cũ talibus non dignat Dominus fieri pars calicis eorum. 12.q.1. clericus. & c. nolo.

l ¶*Sepultura.*] prò eo ꝙ in mortali peccato mortuus eſt. ſic ſ. eo. monachi. §. qui vero. & j. eo. c. 2. pro talibus. n. ſancta non orat eccleſia 3. 13.q.2. pro obeuntib. & 23.q.5. placuit. Ber.
m ¶*Maximo ſcandalo.*] pro quo vitãdo multa fiunt, & omittuntur, dummodo ſine peccato mortali poſſint fieri, vel omitti. j. de noui operis nuncia. cum ex iniuncto.
n ¶*Proijci.*] ſi oſſa illius poſſunt diſcerni ab alijs. ſuprà de ſepultu. ſacris.
o ¶*In ſimilibus.*] ſic ſ. de reſcri. inter cæteras. & ita de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt. ff. de legib. non poſſunt. Ber.

QVod Dei.] Diuiditur in tres partes. Primò ponitur exordium. Secundò facti narratio & ſupplicatio. Tertiò ſupplicationis admiſſio cum duplici motiuo. Secunda: ibi, Sanè: Tertia: ibi, *Licet.* Abbas.

CASVS. Quidam plebanus ſancti Gauinij deſiderans ad frugem melioris vitæ tranſire, coram fratribus ſancti Victoris, renunciauit officium plebani, promiſſionem faciens de ſua cõuerſione: profeſſionem tñ ſolemnem non fecit nec habitum aſſumpſit: parochiani illius conſiderantes laudabilem adminiſtrationem ipſius, impetrauerunt à Florentino epiſcopo, vt adhuc adminiſtraret ibidem: & hoc idẽ obtinuerunt à quodam legato Apoſtolicę ſedis: poſtmodũ petierunt à Papa, ꝙ hoc ratum haberet, præcipuẽ cum illud feciſſet de licẽtia Prioris ſancti Victoris: Super hoc reſcribit Papa eidẽ plebano, dicens, ꝙ licet in concilio Laterañ. de monachis caueatur, ne ſoli per villas & oppida eſſe debeant: de regularibus tñ hoc nõ cauetur, qui etſi nõ putentur ſeiuncti à monachis, regulæ tñ inſeruiunt laxiori, & monachi per canones antiquos ad curam parochialium eccleſiarũ ordinantur, ex quo debent prædicationis officium exercere, qđ priuilegiatum eſt: ſic ergò annuit poſtulationib' prædictorum parochianorum, vt ibi exerceat plebani officium, ita ꝙ vnum canonicorum regularem (ſi fieri poteſt) habeat ſecum. Nota ꝙ qui promittit regularem vitam aſſumere, tẽnetur religionem intrare: & poſſet ad hoc cõpelli. Item monachi ſoli habitare nõ debent. Item licet eadẽ ſit ſubſtantia ordinis canonicorum regulariũ & monachorum: eſt tamen differẽtia in qualitatibus. Item monachi poſſunt habere populum. Item officium presbyterorum eſt prædicare. Item officium prædicationis priuilegiatũ eſt.

p ¶*Promiſſionem.*] Ex qua obligatus fuit ad obſeruantiã regularem ſeruandam: licet non fecerit profeſſionẽ, vnde poſſet compelli ex ſua promiſſione ſi nollet. ſ. de reg. porrectum. & ſ. tit. proximo. per tuas.

¶Innocentius iij. V. plebano ſancti Gauinij †.

¶*Canonicus regularis poteſt præfici eccleſię parochiali, etiam ſeculari: ſed debet habere ſocium ſecum, ſui ordinis, ſi commodè fieri poteſt.*

CAP. V.

QVòd † Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur euidenter, cum opera, quæ facis, teſtimonium perhibeant veritati. ¶Sanè quondam deſiderans ad frugem melioris vitæ tranſire, officium plebani reſignans, coram fratribus ſancti Victoris Bononiẽ. promiſſionem [p] de tua conuerſione feciſti, neque profeſſionem ſolemnem emittens, neq; habitum religionis aſſumens: ſed parochiani plebis eiuſdem attendentes, te laudabiliter præfuiſſe, à Florẽtino epiſcopo impetrauerũt, vt miniſtrares [q] ibidem. hoc etiam P. presbyter Cardinalis tunc Apoſtolicæ ſedis legatus ꝓponitur annuiſſe, quod iam dicti parochiani à nobis ratum haberi, ſuppliciter † poſtularunt, præſertim cum de licentia Prioris ſancti Victoris, noſcaris hactenus id feciſſe. ¶Licet autem in Laterañ. [r] † concilio de monachis caueatur, ne ſinguli per villas & oppida, per quaſcunque parochiales ponantur eccleſias; & cætera: quia tamẽ iſtud de canonicis regularibus ſpecialiter nõ cauetur, qui etſi à ſanctorum monachorum conſortio non putentur ſeiuncti, regulæ tamen inſeruiunt laxiori [ſ]: & per antiquos canones [t] etiam monachi poſſunt ad eccleſiarum parochialium regimen [u]

† Gauini. † Grauini

† potuerit, habẽt vetuſtiores, qđ & ſeries poſtulat.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilatione. Et vide ꝑ alijs hoc ip ſo loco Hẽricũ Boich. & an religioſi promoti in ꝑlatos teneantur ad obſeruantias regulares, tradit luculenter B. Thomas 2.2.q.185. art. 8.

† ſimpliciter.

† Cõcilium Lateranẽ. ſub Alexã. iij. c. 10.

q ¶*Miniſtrares ibidem.*] Aliter nõ poterat ibi miniſtrare, niſi de licentia epiſcopi, cum iam renunciaſſet officio plebani quantum in ſe fuit. ſ. de renun. quod in dubijs. tamen intelligo quòd renunciatio tenuit.
r ¶*Lateranen. concilio.*] ſ. eo. monachi.
ſ ¶*Laxiori.*] aliàs æquiparantur monachi & canonici regulares in multis. 20.q.3. præſens clericus. & j. ne cleri. vel mona. ſuper ſpecula. & ſ. de poſtula. ex parte.
t ¶*Canones.*] 16.q.1. doctos. & 55. diſt. priſcis.
¶*Gloſſ. ſeq. quærit, ponit duas opi. & ſolu. Secundò obijcit de decre. per tuas. & ſoluit.*
u ¶*Regimen in præsbyteros.*] Vtrũ monachi de iure cõmuni, vel

vel diſpenſatione poſſint ad regimen animarum aſſumi, dubitari conſueuit: Dicunt quidam, ꝙ hodie poſſunt de iure communi, olim tamen ex diſpenſatione: vt 55. diſt. priſcis. Alij dicunt, ꝙ nec hodie poſſunt niſi ex diſpenſatione, cum Lateran. concilium hoc prohibeat. ſ. eod. c. 2. Satis poteſt dici, ꝙ olim monachi non poterāt præfici eccleſijs, niſi ex neceſſitate, vt 55. diſt. priſcis. hodie poſſunt etiam vtilitate ſuadente. Sed regulares, vt dicit hic, licite poſſunt eligi ad regimen eccleſiarum vtilitatis cauſa, & de iure communi, vt videtur, arg. ſ. tit. proxi. per tuas. Sed in hoc eſt differentia inter monachos, & canonicos regulares 1, quòd monachus tenetur habere ſocios ſecum ſui ordinis. ſ. eo. tit. c. 2. & j. de capel. mona. c. pen. & vlti. Sed regulares ad hoc non tenentur, niſi commodè poſſint, vt hic dicitur: ſed litera ſequēs contrariū innuit, vt ibi dicit: ſic annuendum, &c. & hoc tutius eſt dicendum. Prætereà dicitur hic circa principiū, ꝙ plebanus iſte promiſſionem fecerat ſolummodo de ſua conuerſione, nec profeſſionē fecit, nec habitum religionis aſſumpſit, & ita non fuit canonicus regularis, nec amplius in voto fuit ꝓceſſum: quod patet per hanc literam: Quare ergo Papa non mandat ꝙ votum ſuū Domino reddat, ne dicatur voti trāſgreſſor: propter qđ ſignatur contrarium. ſ. titu. proxi. per tuas. vbi dicit Papa, ꝙ reſignet regimen eccleſiæ Geben. & reddat Domino vota ſua, & poſtea ſi electus fuerit, poterit electionem recipere de ſe factam: Poteſt reſponderi, ibi neceſſe habebat reſignare epiſcopatum, aliter non poterat fieri monachus, aut regularis canonicus, cum eccleſia Geben. eſſet ſecularis, & poſtmodum ſine aliqua diſpenſatione poteſt eligi in epiſcopum ſiue cathedralis eccleſia ſit regularis, ſiue ſecularis, propter excellentiam epiſcopalis dignitatis: ſicut clericus ſecularis poteſt eligi in epiſcopū: ſiue eccleſia ſit ſecularis, ſiue regularis: Hic verò etiam ſi eſſet iam canonicus regularis, nihilominus poterit diſpenſatiue aſſumi in plebanum, ergo multo fortius poterat ibi remanere. de licentia epiſcopi & Prioris diſpenſatiue: ſed contra promiſſionē non poterat diſpenſare cum renunciatio ſua non tenuiſſet ſimpliciter: & ideo diſpenſat Papa cum ipſo propter promiſſionem vt remaneat in officio plebani propter maius bonum, nō facta aliqua profeſſione, & ex hac promiſſione debet viuere regulariter tanquā profeſſus vt dicit in fin. Quidam tamen dicunt, ꝙ fecerat profeſſionem, ſed ex litera hoc non colligitur: ſed in illa decre. per tuas. non petebatur diſpenſatio, vt ibi remaneret tanquam monachus, ſed petebat conſilium quid ei faciendum eſſet ſuper voto quod fecerat. Papa reſpondet ſibi de iure, ꝙ reddat Domino vota ſua, & ſic non contradicit huic: & ſi idem fuiſſet petitum, idem fuiſſet reſponſum. Bern.

a ¶ *Priuilegiatum.*] in hoc eſt priuilegiatum officium prædicandi: quia nemo debet prædicare, niſi ei ſit cōmiſſum ab epiſcopo loci, vel ab Apoſtolica ſede. infra, de hæret. excōmunicamus. §. quia vero. & illi qui per electionem ad hoc eliguntur.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

b ¶ *Et regularis.*] ſed nunquid tenetur regulam obſeruare propter illam promiſſionem? Dico ꝙ ſic, vt dixi. ſ. eod. cap. in prin. & ita patet, ꝙ per ſolam promiſſionem obligatur quis ad obſeruantiam regularem 2. Bern.

† Vide concil. Tridēt. ſeſſio. 5. de refor. c. 1. & ſeſſi. 24. de refor. c. 4. vbi multa valde vtilia de officio prædicationis.

1 Vide alias dr̄ias ꝑ Iaſonē in Authen. in greſſi. C. đ ſacroſanc. eccl. adde Felynū in c. in pręſentia. de ꝓba.

† Aliàs: ita Abbati Lu blaceſi.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cō pilatione. Vide cōcilium Trid. ſeſſio. 25. tit. de regularib. c. 1. & 2. & de intellectu huius đcretalis circa verba vltima, vide Albertinū tract. de agnoſcēdis aſſertio. catho. & hæret. q. 13.

2 Credo ꝙ iſte poſtea plus ꝓceſſit ſolemnē profeſſionē emittendo, ſecūdū Lau. Ioan. And.

in presbyteros ordinari, ex quo debēt prædicationis † officium (quod priuilegiatum [a] eſt) exercere: ſic annuendum duximus poſtulatis, vt exercens plebani officium (ſi commodè fieri poterit) vnum canonicum regularē tecum habeas ad cautelam: cuius in his quæ Dei ſunt, & regularis [b] obſeruantiæ, tam cōſortio quàm ſolatio perfruaris:

¶ Idem Abbati, † & conuentui Sublaceñ.

¶ *Primò tractat de veſtibus monachorum. Secundò de abdicatione proprietatis. Tertiò de ſilentio. Quartò de cibis. Quintò de officijs in genere, & in ſpecie.*

CAP. VI.

Cum † ad monaſteriū Sublaceñ. & infrà. ¶ Firmiter inhibuimus, ne quis de cætero monachorum, lineis camiſijs vteretur: & infrà. ¶ Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, ne quis monachorum proprium [c] aliquo modo poſſideat: ſed ſi q̃s aliquid habeat proprij, totum incontinenti reſignet. [d] Si verò poſt hoc, proprietatem aliquam fuerit deprehenſus habere, regulari monitione præmiſſa, de monaſterio expellatur [e], nec recipiatur vlterius, niſi pœniteat ſecundum monaſticam diſciplinam. Quod ſi proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte [f], ipſa cum eo in ſignum ꝑditionis, extra monaſterium in ſterquilinio [g] ſubterretur: ſecundum quòd beatus Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. vnde ſi quicquam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatum, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel Priori, vel Cellerario aſſignetur. ¶ In † oratorio verò, refectorio, & dormitorio continuum ſemper ſilentium obſeruetur. In clauſtro quoq; certis horis, & locis, ſecūdum antiquam conſuetudinem monaſterij, laudabiliter obſeruatam. ¶ In refectorio verò † nullus omnino carne † veſcatur [h]. Nec in quibuſdam ſolemnitatibus (ſicut aliquando fieri conſueuit) conuentus exeat cū Abbate paucis ibi relictis, vt extra refectorium edant carnes: cū illis diebus præcipuè, regularis diſciplina ſit ſtudioſius obſeruanda. Sed nec extra refectorium, niſi in infirmitorio, eſum carnium credant ſibi licere. Quāquam ex indulgentia [i] poſſit Abbas interdum aliquos fratrū, nunc hos, nunc illos (prout neceſſitas poſtulauerit) aduocare, ipſosq; ſecū in camera ſua melius, & plenius exhibere. Porrò debiles, & infirmi, qui minutione indigent, vel aliqua medicina, non ſeorſum in cameris, ſed oēs in

† In codice Barbatiæ ita: In oratorio, nec non refectorio, et dormitorio, &c.

† Dictio, vero, deeſt in antiquis.

† Aliàs, carnibus.

Cum.] Non poteſt congruè ſummari propter multitudinem dictorum, ſed cape diuiſionem pro ſummario. Diuiditur enim principaliter in quinque partes: ſecunda: ibi, *Prohibemus.* tertia: ibi, *In oratorio.* quarta: ibi, *In refectorio.* quinta: ibi, *Tales.* Et primò ibi tractat de officijs in genere; ſecūdò de clauſtrali Priore: ibi, *Prior.* tertiò de Abbate: ibi, *Abbas.* Et cōfirmatur hæc decre. in Clemen. ne in agro. eo. tit. Abbas.

Casus. In capitulo iſto tradiť qualiter monachi viuere debeant, & qualiter etiā in alijs officijs tam prælati quā alij debeant ſe habere. In fine dicit, ꝙ Abbas cum aliquo monacho diſpenſare non poteſt, vt proprium habeat: q̃a abdicatio proprietatis, & cuſtodia caſtitatis ita ſunt annexa regulę monachi, vt contra ea ſummus Pontifex non poſſit licētiam indulgere. Nota, ꝙ monachus lineis camiſijs vti nō debet. Itē monachus proprium habere non debet. Item monachus habens proprium, in ſterquilinio ſepeliri debet. Item in oratorio, dormitorio, refectorio, & clauſtro ſilentium ſeruari debet. Item monachus in refectorio carnes comedere non debet. Item nihil eſt cum ſcandalo faciēdum. Itē nullum officium alicui monacho concedi debet in perpetuū. Item Prior conuentualis ſub Abbate exiſtens, poteſt monachos corrigere. Item tota cura monaſterij ad Abbatem pertinet. Item propter negligentiam poteſt prælatus deponi. Item cum monacho, vt habeat proprium, nō ſolum Abbas non poteſt diſpenſare, ſed nec etiam Papa.

c ¶ *Proprium.*] ſic ſ. eo. c. 2. & c. ſuper quodam.

d ¶ *Reſignet.*] ſ. eo. monachi.

e ¶ *Expellatur.*] etiam ab altaris miniſterio remouendus eſt in vita. ſ. eo. monachi. & c. ſuper quodam. vel poteſt mitti in arctius monaſterium, ne euagetur, vt ſic pœniteat, & reſtituat illud. arg. 16. q. 6. de lapſis. & 27. q. 1. ſi quis rapuerit.

3 Concordat concil. Tridēt. ſeſ. 25. de reform. c. 19.

f ¶ *In morte.*] ſecus ſi in vita, quia tunc debet conuerti in vtilitatem eccleſiæ. ſ. de offi. ord. quanto. & 18. q. 2. Abbates.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium. & ſoluit.*

g ¶ *In ſterquilinio.*] ſic ſ. eo. monachi. &c. ſuper quodam. quia in mortali peccato deceſſit, vt ibi dicitur. arg. contra 23. q. vlt. quicunq;. ſed illud intelligiť de pœnitēte, ſed ad terrorē aliorū nō orat pro eo eccleſia ſicut contingit de his qui moriuntur in torneamentis. j. de tornea. c. 1. 3. & j. de raptoribus. c. 2.

h ¶ *Carne veſcatur.*] de conſec. diſt. 5. carnem.

¶ *Glo. ſeq. ponit quatuor caſus, in quibus Abbas diſpenſat.*

i ¶ *Indulgentia.*] ſic ergo Abbas poteſt diſpenſare in regula monachali quantum ad eſum carniū: vt hic 4, & arg. de conſec. diſtin. 5. carnem. Item in cella ſpeciali conſtituenda. 20. q. vlti. monachum. Item diſpenſat in ordine. j. de eo qui fur. or. recepit.

4 Hoc non probatur hic, cum hic de carnib. nil dicat: facit tñ ad hoc finis cap. ſecundū Pet. et Abbatē: q̃a ſi prohibeť diſpenſare ī illis, ꝑmittitur ī alijs. Ioan. And.

recepit.cum H. Item diſpenſat cum eo,qui excommunicatus ordines ſuſcepit.j.de ſentent.excom.cum illorum. Io.

a ¶*Delicatus.*] arg.ad hoc 61.diſt.non cogantur.ff. ad l. Fla. de plagia.l. fin.

b ¶*Perpetuo.*] hoc verum eſt,qñ non eligitur canonice à capitulo,ſed abbas cõmittit ei adminiſtrationẽ. De hoc habes.ſ.eo.c.2.

c ¶*Amoueri.*] Iſti ẽt regulares canonicè electi ex leuibus cauſis remoueãtur. de ſimonia, per tuas.

d ¶*In omnibus.*] quia tota poteſtas monaſteſterij ad abbatem pertinet.18.q.2.nullam.etiã ſi durum eſſet mandatum,ei parẽdum eſt 23.q.1.quid culpatur.

e ¶*Negligens.*] qm̃ pro negligentia põt remoueri.18.q.2.ſi qs abbas 1.& 81.diſt. dictũ.† & 86.diſt. c.1.& 11.q.3.placuit.& 100.diſt. qm̃.& 1.q.1.c. ſi q epi. §.ecce cũ honoris.&C. de offi.pfec.orien.ſi qs. ff.de cuſto. & exhi.reo. carceri. & l.milites. qđ verum eſt, ſi eſt magna negligentia.ff. de verb. ſignifi.magna.Ioan.

† ſint.

1 Hic debet eſſe cõcor. & 81. diſt. dictũ. & bene eſt de gl.& ad de ibi hãc glo.& ſ.de offi. archi. ea quæ.l.

f ¶*De ſuis manibus.*] ſic ſ.de offi.ord.irrefragabili.vbi inuenies cõcor.de hoc.

¶*Glo.ſeq.ponit quoſdã caſus, in quibus Papa non diſpenſat.Ponit demum opi. Vin.& Ioan. Item opin. contrariam & ſoluit. In fin. notat quatuor,quibus monachatio præiudicat.*

g ¶*Abdicatio proprietatis.*] 2 & ita habes hic ꝙ Papa in multis prẹter articulos fidei diſpenſare nõ poteſt,ſ.vt monachus propriũ habeat, & in voto continentiæ. Item in ſecũdo gradu cõſanguinitatis. ſ.de reſt.ſpo.literas. Itẽ nec cõtra Apoſtolum. 21.q.1.ſunt quidam. Itẽ nec contra quatuor concilia.15.diſt. ſicut quod vſquequaq; verum non eſt, qm̃ Papa diſpenſat contra multa ſtatuta quatuor conciliorum: quãuis concilia non audeat reprobare: & tñ quod hic dicit,verum eſt,ꝙ Papa non poteſt in his diſpenſare: qm̃ abdicatio proprietatis & cuſtodia caſtitatis ſunt de ſubſtãtia monachatus. Vin.& Io.dixerunt,ꝙ Papa non poteſt diſpenſare,vt monachus habeat propriũ exiſtendo monachus: ſed de monacho põt facere non monachũ. Alij dicunt, ꝙ poteſt diſpenſare pp plenitudinem poteſtatis,ꝙ monachus habeat proprium: qm̃ poteſt auferre ſubſtantiam rei.arg.C.de rei vxo.act.l.1.in prin.& de nihilo 3 põt aliquid facere.3.q.6.hoc quippe.arg.de conſe.diſt.2.reuera. Et exponunt quod hic dicit, non poteſt licentiã indulgere,i.non congruit poteſtati illius.ſimile,32.q.5.ſi Paulus.Puto verum eſſe, ꝙ Papa in his duobus licentiã indulgere non poteſt, vt litera iſta dicit,etiam ſi vellet. nã contra votum caſtitatis diſpenſare non poteſt:quia nullũ inuenitur æque bonũ,in quo poſſit cõmutatio fieri:quia nihil eſt melius continentia:quia virginitas replet paradiſum.32.q.1.nuptiæ. & caſtitas ſola eſt quæ cũ fiducia põt 4 Deo animas pſentare.in Auth.de lenonib.§.ſancimus.coll.2.& nullam cõmutationem poteſt dare homo pro anima ſua, cum ſit pretioſior omnib. reb.24.q.3.ſi habes.arg. 12.q.1.pcipimus. Item not. ꝙ monachatio præiudicat oĩbus votis; voto.ſ.peregrinationis.ſ.de vo.ſcripturẹ.Item præiudicat etiam iuramento.infra de ſpon.cõmiſſum. Item maior eſt quàm pœnitentiæ impoſitio.33.q.2.admonere.Item præiudicat matrimonio ante carnalem copulam. ſupra de conuerſio. coniuga.ex publico.& cap.verum. & c.ex parte. Bern.

†Aliàs ita: vt exẽplo vitæ, verbis doctrinæ fratres, &c.

2 Vide gl. de ſimili materia in c.pposuit. 4.ſ.de conceſſione pbẽ.& quos ibi citaui. et notas noſtras in d. c.pposuit. vbi illa & hæc gl.declaratur.

3 Vide B. Thomã,& Caietanũ in ñ. huius decretalis citatos.

4 Intellige hoc dictũ prout declaraui in c. quãto ſ. de tranſlatione epiſ. ſuper gl.in verbo veri Dei vicẽ.

infirmitorio quẹ neceſſaria fuerint ſibi tam in carnibus, quã in alijs,recipiant competẽter. Quòd ſi quis eorũ debilis fuerit,aut etiam delicatus[a],vt nõ poſſit communibus cibis eſſe contentus: ſic ei prouideatur ſine ſcandalo aliorũ, vt ſi Abbas, vel Prior voluerit in refectorio miſericordiã facere ſpecialem, cibum aliquẽ competentem non ante illũ,ſed ante ſe faciat apportari, de quo ipſe illi faciat pitantiam, pro ſuſtẽtatione naturæ. ¶Tales aũt ad agenda officia monaſterij deputenẽ,qui fideles fuerint† & diſcreti.Nec alicui cõmittatur aliqua obedientia perpetuo[b] poſſidenda, tamquam in ſua ſibi vita locetur, ſed cum oportuerit amoueri[c],ſine contradictione qualibet reuocẽ. ¶Prior autem prẹ cæteris poſt Abbatem, potens ſit in opere & ſermone,vt exemplo † vitæ, verbóque doctrinẹ fratres ſuos & inſtruere poſſit in bono,& à malo etiã reuocare:zelum religionis habens ſecundum conſcientiã,vt delinquẽtes corripiat, & caſtiget, obedientes foueat, & confortet. ¶Abbas verò (cui omnes in oĩbus[d] reuerenter obediant) quanto frequẽtius poterit, ſit cum fratribus in conuentu:vigilem curã, & diligentem ſolicitudinẽ gerens de omnibus: vt de officio ſibi commiſſo dignã Deo poſſit reddere rationem. Quòd ſi præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, ſeu negligens[e], aut remiſſus, pro certo ſe nouerit nõ ſolum ab officio deponendum †, ſed & alio modo ſecundum regulam caſtigandum: cum offenſa non ſolum propria, verum etiam aliena,de ſuis manibus[f] requiraẽ. ¶Nec æſtimet † Abbas quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo monacho diſpenſare: quia † abdicatio[g] proprietatis,ſicut & cuſtodia caſtitatis,adeo eſt annexa regulæ monachali, vt contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere.

† Vide.l. carceri. & l.milites ff. đ cuſt.reo.

† extimet.

† De hoc articulo, q valde eſt controuerſus vide B. Thomã & Caietanũ 2.2.qõ. 88. ar.11.Late per Turrecrematã in c. de illo clerico 32. diſt. adde Ferdinandum Vaſquium lib. 1. controuerſ. illuſt. c.25. & Albertinũ initio. c.citatum.

¶Idem in concilio generali.†

¶*Primò ſtatuit de concilijs regularium prouincialibus celebrandis ſingulis triennijs. Secundò moderatur numerum euectionum & perſonarum venientium. Tertiò diſponit de inſtructoribus, & prẹſidentibus capitulo. Quartò de tempore quo duret capitulum, & quid ibi fiet. Quintò quòd obſeruetur,quod ibi fiet. Sextò de capitulo ſequenti.Septimò de communi vita ducenda. Octauò de viſitatoribus eligendis,& ipſorum officio. Nonò extendit ad canonicos regulares. Decimò prouidet ſuper diſcordia viſitatorum. Vndecimò hortatur diœceſanos ad monaſteriorum reformationem.Duodecimò præcipit proteruos & ſimiles compeſci ab offenſis monaſteriorum. Et hẹc diuiſio ſufficit pro ſummario.*

† Conciliũ gñale Lateran. ſub Innocẽ.iij.c.12.& c.2. de ſtatu religioſorũ i 4.cõpil. Et vide cõcil. Trid.ſeſſio 25.titu. de regularib. cap. 8. vbi hæc renouatur.

CAP. VII.

IN ſingulis regnis,ſiue puincijs, fiat de triennio in triennium (ſaluo iure diœceſanorum[h] pontificum) commune Capitulum abbatũ atq; Prio-

I ¶*N ſingulis.*] Diuiditur in duodecim partes. Secunda: ibi, *Hoc adhibito.* Tertia: ibi, *Aduocent.* Quarta ibi, *Huiuſmodi.* Quinta: ibi,*Et quod.* Sexta: ibi, *prouiſio.* Septima: ibi,*Et qui.*Octaua: ibi, *Ordinentur.*Nona: ibi, *Hoc ipſum.* Decima: ibi,*Si vero.*Vndecima: ibi, *Porro.* Duodecima:ibi, *Ad hoc.*Ab.Sic. CASVS. Innocẽtius Papa volens intendere circa reformationẽ & ſtatum monachorum, in generali concilio reſidẽs ſtatuit, ꝙ in ſingulis puincijs ſiue regnis, fiat de triennio in triẽnium commune Capitulum abbatũ & Priorum abbates proprios non habentium, & qui non conſueuerunt tale Capitulũ celebrare, ſaluo iure diœceſanorum epiſcoporum ad quod vniuerſi cõueniant,niſi fuerint legitime impediti apud vnum de monaſterijs ad hoc aptũ, ita ꝙ nullus pluſquam ſex equitaturas,& octo perſonas adducat:& in hac nouitate aduocent duos abbates vicinos Ciſtercieñ.ordinis ad pſtandum ſibi cõſilium & auxiliũ opportunũ: cum in huiuſmodi Capitulis melius ſint inſtructi,& illi duo aduocent duos abbates de ipſis, quos viderint expedire, & ipſi iiij. pſint ipſi Capitulo: ita tñ ꝙ per hoc nullus eorum auctoritatem prẹlationis ſibi aſſumat: vnde poſſunt mutari cum viſum fuerit expedire:In quo Capitulo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obſeruantia regulari: & quod ſtatutum fuerit illis quatuor approbantibus, irrefragabiliter obſeruetur,& in eodem Capitulo conſtituantur certæ perſonæ,quæ ſingulas abbatias eiuſdẽ regni ſiue prouinciæ monachorum & monialium debeant viſitare,corrigentes & reformantes quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere,ita ꝙ ſi rector aliquis fuerit remouendus,denuncient hoc epo diœceſano vt illum remoueat: quod ſi non fecerit,viſitatores hoc referãt ad Apoſtolicam ſedem: Et hoc qđ dictum eſt de monachis, de canonicis regularibus præcipit obſeruari. Itẽ diœceſanus eps monaſteria ſibi ſubiecta ſtudeat reformare,vt cũ viſitatores illuc acceſſerint,plus inueniant ibi cõmendatione,quàm reformatione dignum: In fine præcipit Papa epis, & perſonis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt compeſcant per cẽſuram eccleſiaſticam aduocatos, patronos, rectores, conſules & magnates, ne monaſteria pſumant offendere in pſonis,vel rebus. No.hic arg.pro antiquioribus,ꝙ ſint ſapientiores,Item aliquis poteſt eſſe delegatus ex cõſtitutione. Item dñs Papa ſic vult iura ſuperiorum ſeruare, vt inferiorũ iniurias nolit ſuſtinere. Item ad iudicem ſecularem pertinet tueri eccleſias: ad quod, ſi non fecerit, poterit compelli.

¶*Glo. ſeq.arg. alleg. duo iura.*

h ¶*Saluo iure diœceſanorum.*] In viſitationibus, procurationibus, & correctionibus 5, & eſt arg.ꝙ procuratio neceſſaria eſt, ſimile.

5 Vel quia per hoc in nullo eneruatur iuriſdictio. epiſcopi. vt j. eo.§.ordinetur.ſecũdum Hoſt. Ioan.And.

rum abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt [a] tale Capitulũ celebrare: ad q̃d vniuerſi conueniant præpeditionem canonicã non habentes, apud vnum de monaſterijs ad hoc [b] aptum: Hoc adhibito moderamine, vt nullus eorum pluſquam ſex euectiones, & octo † perſonas adducat. † ¶Aduocent autem in huiuſmodi nouitatis primordijs, duos Ciſtercien̄. ordinis vicinos abbates, ad præſtandũ ſibi conſilium, & auxilium opportunum: cũ ſint in huiuſmodi Capitulis celebrãdis ex lõga cõſuetudine plenius informati: qui abſq; cõtradictione duos ſibi de ipſis aſſocient, quos viderint expedire: ac ipſi quatuor præſint Capitulo vniuerſo, ita ꝙ ex hoc nullus eorũ ſibi auctoritatem prælationis aſſumat, vnde cum expedierit prouida poſſit deliberatione mutari. ¶Huiuſmodi verò Capitulum aliquot certis diebus continuè, iuxtà morem Ciſtercien̄. ordinis celebret̃: in quo diligẽs habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obſeruantia regulari. Et quod ſtatutũ fuerit illis quatuor [c] approbantibus, inuiolabiliter obſeruetur, omni excuſatione, contradictione, & appellatione [d] remotis: Prouiſo nihilominus vbi ſequenti termino debeat Capitulũ celebrari. ¶Et qui conuenerint, vitam ducant cõmunẽ & faciant proportionabiliter [e] ſimul omnes cõmunes expenſas, ita ꝙ ſi non omnes poterunt in eiſdem, ſaltẽ plures ſimul in diuerſis domibus commorentur. ¶Ordinentur etiam in eodem Capitulo religioſæ, ac circunſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias [f] eiuſdem regni, ſeu prouinciæ non ſolum monachorum, ſed etiam monialium, ſecundum formã ſibi præfixam, vice noſtra [g] ſtudeant viſitare, corrigentes, & reformantes, quæ correctionis, & reformationis officio viderint indigere, ita ꝙ ſi rectorem loci cognouerint ab adminiſtratione penitus amouendum, denuncient [h] epiſcopo proprio, vt illum amoueat procuret. Quòd ſi non fecerit, viſitatores hoc referant ad Apoſtolicę ſedis examẽ. Hoc † ipſum regulares canonicos, ſecundum ordinem ſuum, volumus & præcipimus obſeruare. ¶Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri, ad Apoſtolicæ ſedis iudiciũ abſq; ſcandalo referatur, cæteris, irrefragabiliter obſeruatis, quæ concorditer fuerint deliberatione prouiſa. ¶Porrò diœceſani epiſcopi, monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformare, vt cum ad ea prędicti viſitatores [i] acceſſerint, plus in illis inueniant quod commendatione, quàm quod correctione ſit dignum, attentiſſimè præcauentes, ne p eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauentur: qua † ſicut volumus ſuperiorũ iura obſeruari, ita inferiores nolumus iniurias [k] ſuſtinere. ¶Adhoc diſtrictè præcipimus tam diœceſanis epiſcopis, quã perſonis, quæ præerunt Capitulis celebrandis, vt per cenſuram eccleſiaſticã appellatione remota cõpeſcant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & conſules, magnates, & milites, ſeu quoslibet alios, ne monaſteria præſumant offendere in perſonis, aut rebus: & ſi forſan offenderint, eos ad ſatisfactionem † compellere non omittant, vt liberius, & quietius Deo valeãt famulari.

¶Honorius iij. abbatibus, & monachis in Lombardia, & Marchia Teruiſinà conſtitutis.

¶Primò tractat de correctione monachorum. Secundò de correctione abbatum. Tertiò viſitatorum. Quartò de ſecularibus in monaſterijs beneficiatis. Quintò conſtitutionem extendit ad moniales: hoc ſufficiat pro ſummario.

CAP. VIII.

EA quæ p religionis honeſtate: & infrà. ¶Porrò cũ viſitatores ſecũdum ſtatutum generalis concilij †, ordinati à

---

eſt, ſimile. 9. q. 3. ſaluo. & 7. q. 1. pontifices.

a ¶*Non conſueuerunt.*] Per hoc videtur ꝙ abbates exempti teneantur venire ad tale capitulum, quod verum eſt. j̃. in cap. proxi. §. ſi vero. & §. quòd ſi. Abbas.

b ¶*Ad hoc aptum.*] habita ratione diſtantiæ quo ad omnes. 63. diſt. cum longe.

c ¶*Illis quatuor.*] Quid iuris ſit, qñ plures ſunt iudices, & in pari, vel impari numero diſcordant: dicitur s̃. de re iudic. c. vlt. ſed iſti non videntur delegati, ſed potius ordinarij auctoritate huius conſtitutionis à ſede Apoſtolica, vnde ſecundum hoc ſi diſſentiunt in numero pari, tenet ſentẽtia eorum qui abſoluũt. ff. de re iudi. inter pares. & s̃. de re iud. c. vlti.

† Aliàs nouem. ſed in cõcil. octo legitur.

d ¶*Et appellatione remotis.*] Inquiſitio iſta fit cã correctionis & reformationis, quare locum nõ habet appellatio. s̃. de app. reprehenſibilis. & c. cũ ſpeciali. in fi. & s̃. de of. ordi. irrefragabili. niſi forſitã modũ excederẽt: vt ibi, vbi de hoc: nec ẽt recuſare poſſunt, quia cum eos elegerint, eorũ perſonas approbauerũt. 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. & s̃. de cã poſ. cum olim. niſi ex noua cã ſuperueniente. s̃. de offic. dele. inſinuãte. qa iuſta recuſatio nulli eſt denegãda 1. 3. q. 3. q̃d ſuſpecti. & C. de ſen. & interlo. om. iud. l. vlt. arg.

† De hoc articulo vide quos citaui ĩ c. cũ ex officij. s̃. de præſcriptionibus.

e ¶*Proportionabiliter.*] i. pro numero perſonarũ 2, & ſecundum facultates cuiuſlibet, ſicut in naui fit collatio ſecundũ proportionẽ & æſtimationem rerũ. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 2. §. cum in eadẽ.

1 Secundũ Io. ſecundũ quẽ videtur ꝙ ſi qs c. à principio contradiceret, & iuſtam cãm oſtenderet, eſſet audiẽdus: & hoc innuitur ibi, qui abſque contradictione. idẽ Vin. & Ph. Ioan. And.

f ¶*Singulas abbatias.*] Et ſic exemptas. j̃. cap. proxi. §. ꝙ ſi abbas. verſic. hæc eadem.

¶*Gl. ſeq. quærit, & ſoluit, & ẽt ſoluit duas q.*

g ¶*Vice noſtra.*] Tanquam delegatus auctoritate huius cõſtitutionis. ſimile s̃. de off. ord. irrefragabili. Nunquid per hoc fit præiudiciũ ep̄o loci? Videt̃ ꝙ non per hoc quod dicit in prin. ſaluo iure, &c. vnde ſatis poteſt dici, ꝙ iſti tunc demum corrigent, cum ep̄s eſt negligens: qa aliàs nulla viſitatio vel correctio neceſſaria eſt, imo grauarent̃ monaſteria ex eorum acceſſu: & aliorũ iuriſdictionem vſurparent, cum ſua iuriſdictio ep̄o non ſeruatur: vnde ordo ep̄orum confunditur. 11. q. 1. peruenit. Videt̃ etiam ꝙ ſi ep̄s eſſet negligens, ꝙ primo debeat admoneri. arg. s̃. de offi. ordi. quanto. & 9. q. 5. nunc vero. Sed verius videtur ꝙ ſine aliqua admonitione poſſint viſitare, & quia melius ſciunt hoc quàm epiſcopi: nec ep̄o fit præiudicium, quia ſi inueniãt aliquem amouẽdum, denunciant ep̄o, vt illum amoueat, & ita ſaluo iure ep̄i hoc officium exercent. Tñ ſi epiſcopus vellet viſitare locum, ipſi præponerentur ep̄o, quia videretur ꝙ epiſcopus hoc faceret malitioſe cã impediẽdi eos 3. Monaſteria vero exẽpta ſine aliqua diſtinctione viſitabunt. j̃. eo. c. proxi. imo non obſtãte viſitatione epiſcoporum, ipſi exercent officium ſuum, vt dicit inferius. j̃. eo. c. §. porrò.

2 Et equitaturarũ. & hoc tenet Vinc. nõ. n. eſſet bene proportionatũ ſi tñ ſolueret q ducit tres equos ſicut qui ducit ſex, ſecundum Hoſt. Io. And.

3 Videto hic Hoſtiẽſem & Io. And.

† In codice Barbatiæ ita hoc ipſum circa regulares canonicos &c.

h ¶*Denuncient epiſcopo proprio.*] ſic j̃. c. proxi. §. ſi vero.

i ¶*Vt cũ ad ea prædicti uiſitatores acceſſerint.*] Hic patet ꝙ viſitatores iſti pñt viſitare, ẽt ſi ep̄i nõ fuerint negligẽtes.

k ¶*Iniurias ſuſtinere.*] ne inde naſcatur iniuria, vnde iura naſcunt̃. j̃. de accuſa. qualiter & quando. & C. vnde vi. meminerint. Bern.

EA quæ.] Huius capituli quinque ſunt partes. Secunda: ibi, *Si vero.* tertia: ibi, *Sequentes.* quarta: ibi, *Præcipimus.* quinta: ibi, *Hæc autem.* Abbas.

CASVS. In præcedẽti capitulo cõcilij generalis ſtatuitur, qualiter cõe capitulum de triennio in trienniũ debent abbates & priores celebrare: dicit Honorius in capitulo iſto, ꝙ viſitatores ordinati ſecundum concilium prędictũ, cum ꝓceſſerint ad viſitãdum, de ſtatu monachorum & obſeruantijs regularibus diligẽter inquirant, & tam in ſpiritualibus q̃ temporalibus corrigant & reforment, quę fuerint reformãda ſecundũ regulam B. Benedicti, & puniant delinquẽtes iuxta modũ culpæ ſine perſonarũ acceptione. Si vero abbates fuerint negligentes in corrigẽdis monachis, aut ſeipſis: iuxta mandatũ viſitatorũ, ita publice puniantur in capitulo generali, ꝙ pœna illorum ſit cæteris in exemplũ. Si verò abbas nõ exemptus à viſitatoribus inuentus fuerit negligẽs vel remiſſus, denunciẽt hoc diœceſano ep̄o, & per ep̄m detur ei fidelis & prouidus coadiutor, vſq; ad capitulũ generale: Si vero dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs merito remouendus, per diœceſanum ep̄m remoueatur, poſtquam ſibi à viſitatoribus fuerit denunciatum, à regimine abbatiæ: quòd ſi epiſcopus hoc non fecerit, Apoſtolicæ ſedi viſitatores ipſi ſtudeant nunciare: ſequentes viſitatores di-

† In codice Barbatiæ ita: qa ſic volumꝰ ſuperiorũ iura ſeruari vt ĩferiores nolumus iniurias ſuſtinere. In alijs nõnullis itẽ vetuſtis ita, qa ſic volumus ſuperiorũ iura, ſeruari, vt inferiorũ nolimus iniurias ſuſtinere. qa tñ lectio ĩpreſſa recta eſt, licet in paucis reperiatur. nõ fuit mutata.

† ſatisfaciẽdum.

† Scilicet Lateranenſis ſub Innocent. iij. c. 12. quod eſt relatũ ſupra cap. prox. & ſtatutũ cuius hic meminit, hr̃ ibi in §. ordinentur ẽt.

ligenter perquirant veſtigia priorum viſitatorũ & eorum negligentiam referant capitulo generali, vt ipſi inde puniantur: & idem faciendum eſt de præſidentibus capitulo generali: Itẽ præcipit ꝙ abbates & monachi decætero nõ recipiant ad præbendas clericos ſeculares, & hi qui recepti ſunt, in capitulo locum, vel vocẽ ſibi non audeant vendicare, ſed beneficijs ſuis ſint contenti: & ſi qui de prędictis clericis inuenti fuerint criminoſi, per epm diœceſanum puniant. Si verò ſint exẽpti, per viſitatores vel præſidentes puniantur. Hæc omnia in monaſterijs, quæ non habẽt abbates ꝓprios, ſed Priores, & in monaſterijs monialiũ quo ad articulos congruentes abbatiſſis & monialibus ꝓcipit obſeruari. Not. ꝙ correctio monachi primo loco ſpectat ad abbatem. Itẽ pœna non debet excedere culpam: ſed ſecundum modum culpę puniendi ſunt delinquẽtes. Itẽ pœna vnius debet eſſe metus aliorum. Item clerici ſeculares in eccleſijs regularibus præbendari nõ debent.

generali abbatum Capitulo, proceſſerint ad viſitationis officium exequendum, de ſtatu monachorum, & obſeruantijs regularibus diligenter inquirant: & tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus corrigant, & reforment quæ viderint corrigenda: ita tamen ꝙ monachos delinquentes, per abbatem loci [a] corrigi faciãt, eiſq; iniungi pœnitentiam ſalutarem, iuxtà beati Benedicti regulam † & Apoſtolica inſtituta, non ſecundum normam prauæ conſuetudinis: ꝗ quaſi pro lege in quibuſdam eccleſijs inoleuit. Ipſi etiam viſitatores, monachos, quos contumaces inuenerint & rebelles, iuxtà modum culpæ, [b] vice noſtra, regulari cenſura percellant abſque perſonarum delectu[c], non parcẽdo rebellibus [d] ob ſuam pertinaciam, vel potentiam amicorum, quin ouẽ morbidam [e] eijciant ab ouili, ne inficiat ſanas oues. ¶Si † verò abbates in corrigẽdis, iuxtà viſitatorum mandatum & regularia inſtituta, in ſeipſis [f] ſeu monachis, inuenti fuerint negligentes, proclamẽtur & corripiantur, & ita puniantur publicè [g] in capitulo generali, quòd pœna ipſorum ſit alijs in exemplum [h]. ¶Quòd ſi abbas non exemptus fuerit à viſitatoribus nimis negligẽs, & remiſſus inuentus: id loci diœceſano denuncient ſine mora: & per illũ detur ei fidelis & prouidus coadiutor vſq; ad capitulum generale. Si autem dilapidator inuentus fuerit, vel aliàs meritò amouendus, per diœceſanum, poſtquam hoc ſibi à viſitatoribus denunciatum fuerit, amoueatur abſque iudiciorum † ſtrepitu [i], à regimine abbatiæ, ac monaſterio prouideatur interim adminiſtrator idoneus, qui temporalium curam gerat, donec ipſi monaſterio fuerit de abbate prouiſum. Quòd ſi forſan epiſcopus hoc adimplere noluerit, vel neglexerit, viſitatores, vel præſidentes capitulo generali, defectum epiſcopi, Apoſtolicæ ſedi non differant intimare. Hęc eadem circa exemptos abbates fieri præcipimus per viſitatores, vel præſidẽtes capitulo generali: depoſitione † ipſorum ſedi Apoſtolicæ reſeruata: ita vt abbate, qui amouendus videbitur, interim per viſitatores, vel in capitulo præſidentes, ab adminiſtratione ſuſpenſo, adminiſtrator idoneus monaſterio deputetur. Illorum autem exceſſus, & alia, quæ viſa fuerint intimãda, capitulo præſidentes nobis denuncient per fideles nuncios, & prudentes: quibus de cõmuni contributione [k] abbatũ, iuxtà cuiuſlibet facultatem ſufficienter miniſtrentur expenſæ. Sequentes autem viſitatores, perquirant priorum viſitatorũ veſtigia diligenter, & eorum negligentias [l], & exceſſus referant ſequenti capitulo generali, vt iuxtà culpam publicè debitam pœnam portent. Idem etiam de abbatibus præſidentibus generali capitulo, præcipimus obſeruari. ¶Præcipimus † quoque, vt in nullo monaſterio, ad præbendas recipiant decætero abbates & monachi, clericos [m] ſecula-

a ¶*Per abbatem loci.*] Correctio monachi primo loco ſpectat ad abbatem. ſ. de of. ord. quãto. qui ſi negligens fuerit, deuoluitur poteſtas ad ſuperiorem. vt ibi, & aliàs puniet de negligẽtia, vt ſequit ĩ. §. proxi.

b ¶*Iuxta modum culpæ.*] vt in quo maior fuerit culpa, maior exerceatur vindicta 1. 5. diſtin. quia ſanctitas tua. & 24. q. 1. non auferamus. in fi. & ſi ſtultus fuerit. in culpa, ſapiens ſit in pœna. 34. diſt. qa ea. nec pœna amplius extendatur quàm delictum fuerit repertũ. ſ. de his quæ fiunt à maio. par. c. quæſiuit. & C. de pœn. ſancimus.

¶*Glo. ſeq. alle. duas concor. in contrarium alle. 5. iura. ſoluit, & ſolutioni ſignat cõtrarium.*

c ¶*Abſque perſonarum delectu.*] Simile ſ. de iud. nouit. & ſ. de præb. c. pen. arg. contra: quia plus punitur qñq; vnus, quàm alter. 24. q. 1. qui contra pacẽ. 40. diſt. homo chriſtianus. 11. q. 3. præcipue. 25. q. 1. nulli. & C. de modo mul. eos in fi. hic ergo non habet locum diſtinctio perſonarum, cũ omnes ſunt æquales, nec aliquis cenſetur ammodo nobilis, vel potens: quia iam non habet propriam voluntatem. 12. q. 1. non dicatis. 20. q. 3. præſens clericus. & 27. q. 2. ſcripſit. & ideo ſine delectu perſonarum ſunt percellendi, qui ibi delinquunt 2. argumentum tamen contra. ſ. eo. c. cum ad monaſterium.

d ¶*Rebellibus.*] quia in contumacia perſiſtentibus nos cõuenit eſſe ſeueros. 2. q. 5. quanto. ſ. de poſtulan. cap. 1. ſi vero ſine ſcandalo hoc fieri non poſſet, referatur ad Apoſtolicæ ſedis iudicium. arg. ſ. eo. c. proxi. verſi. ſi vero in hac nouitate.

e ¶*Ouem morbidam.*] quia reſecandæ ſunt putridæ carnes 3. 24. q. 3. reſecandæ. quia vna ouis morbida totum gregem inficit. 45. diſt. ſed illud.

Additio. Vnde verſus.

Morbida ſola pecus inficit omne pecus.

f ¶*Seipſis ſeu monachis.*] Primò. n. debent ſeipſos corrigere abbates, demũ monachos. 42. diſt. §. 1. & 47. diſt. c. ſicut. §. neceſſe. ſimile. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. vlti. ff. de pact. cũ in eo. ff. de fideiuſ. tuto. & à quo debet ſuos monachos prohibere, multo fortius & ſeipſum. ff. ſi ſer. ven. altius. nec poteſt alios corrigere, cũ tacitus rñdeat eadem ꝗ corrigit, cõmiſiſſe. 25. diſt. primũ. & 26. diſt. vna tãtum. quia primo debet eijcere trabẽ de oculo ſuo, quàm feſtucam de oculo fratris. 3. q. 7. c. fames. §. porro. in fi. & 1. q. 1. multi. 4 Additio. Vnde verſus.

Exterſis oculis aliorum facta videmus.

Ad diſcernendũ propria ſenſus abeſt.

g ¶*Publicè in capitulo.*] quia publicè deliquerant, & quia admoniti fuerãt negligẽtes. ar. 2. q. 1. ſi peccauerit.

h ¶*In exemplum.*] vt 2. q. 7. quapropter. & C. ad l. Iul. repetun. l. 1. & ff. de pœnis. l. capitaliũ. §. famoſos 5. ff. depoſiti. bona fides. 1. reſpõſo. in fine.

¶*Glo. ſeq. primò reddit rationem, ſubdit duo dicta, quorum primum recitetur per q. ſecundum per obiectionem.*

i ¶*Abſque iudiciorum ſtrepitu.*] quia de plano & ſine iudiciorum ſtrepitu. ĩ. de accuſat. olim. & hoc ideo quia hmõi regulares de facili remouentur à ſuis ad miniſtrationibus. ĩ. de ſimo. per tuas. non eſt ordo iudiciarius vſque quaque ſeruãdus in huiuſmodi inquiſitionibus regularium. ĩ. de accuſ. qualiter & qñ. in fi. & in caſu iſto non eſt amplius quærẽdum de talibus, cum iam conſtet per inquiſitionem viſitatorũ, quia de delicto vnius hominis ſæpius non eſt quærendum. ff. nautæ caupo. ſtabu. l. licet. in fi. Item habes hic quòd iudex poteſt de cauſa cognoſcere, non tamen poteſt ſententiam ferre 6. ſimile in cauſa epiſcoporum. 3. quæſt. 6. quamuis. & cap. dudum. ſed hoc ideo fit, ne præiudicetur epiſcopo diœceſano: & in hoc caſu ſaluum eſt ius eorum. ſupra eodem c. proxi. in prin. idem eſt etiam in exemptis, quorum depoſitio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur: vt infrà dicitur. Bernard.

k ¶*De communi contributione.*] ſimile ff. ad l. Rhod. de iactu. l. nauis. in principio. & §. cum autem iactus. & l. 1. & 2. in principio.

¶*Glo. ſeq. ponit duo simil*[illegible]

l ¶*Et eorum negligentias.*] [illegible]c aliquis poſt depoſitũ officium tenetur reddere rationem de his quę male geſſit, vel quę male adminiſtrauit 7. ſic curator, tenetur de ſua adminiſtratione & conuenitur poſt depoſitum officium. C. de tranſact. l. 3. ſic etiam magiſtratus reipublicæ de lata negligentia tenetur. ff. de admini. rerum. ad ciuita. perti. magiſtratus.

m ¶*Clericos ſeculares.*] Quia in vno eodemq; officio diſpar non

† Vide Hoſtien. ſ. eo. in c. cũ ad monaſteriũ. §. 1. ſuper verbo: monaſticã diſciplinã. & plenius eundem ſupra de regularib. c. vlti. §. 1. in fine.

† Vide conciliũ Trid. ſeſſio. 25. tit. de regularib. c. 14.

1 Niſi ex cãſa fiat contra rium vt in vxoricida, ꝗ grauius punit quã matricida ꝓp refrenãda maritorũ ſæuitiã, vt not. 1. q. 1. cito turpem in gl. & quis Io. And.

2 Ad hoc de coniu. ſeruo. c. ſi. Ioan. And.

3 Hieronymus ad Amandũ. putridæ carnes. ferro indigẽt & cauterio.

† Qualiter hæc verba ſint accipienda. vide ĩ clem. ſæpe cõtingit. de ver. ſign. & Eymericũ in Directorio Inquiſitor. par. 3. q. 55

4 Adde qđ not. ſ. de ele. dudũ. 2. circa pri. Ioan. And.

† Vide conciliũ Trid. ſeſſio. 24. de reform. c. 5.

5 Vide de calum. c. 2. ſup vlti. gl. Ioan. And.

† Vide qđ per hũc §. determinat Ludo. Romanus ſingulari 663. incip. An ſimplex capellanus.

6 Adde idẽ ſentire Bartol. in l. & an eadẽ §. actiões. ff. de except. rei iudi.

7 Ad hoc ĩ. de immunit. ecc. aduerſus. ĩ gl. ſeq. Io. An. Itẽ adde hoc tex. in l. magiſtratus. ff. đ admini. re. ad ciui. perti.

non debet eſſe profeſſio, nec eſt arandum in boue & aſino. 16. q. 7. in nona. ſ. de elect. cum cauſam. Bern.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

¶ *Suprà uiſum eſt de ſtatu religioſorum, & quibus ſubijciantur, nunc de horum domibus, & eccleſiis, & quibus ſunt ſubiectæ, eſt videndum. ideo, &c.*

De hac materia habetur. 11. *q.* 1. *per totã. &* 16. *q.* 7. *omnes baſilicæ. cum ſeq.* 18. *q.* 2. *quidam. cum ſeq. Abb.*

res: nec hi, qui iã recepti ſunt, locum, vel vocem in capitulo, dormitorio, vel refectorio, ſeu clauſtro ſibi vendicare cõtendant, ſeu monachorum cœtibus importunè ſe præſumant miſcere: ſed beneficijs ſibi cõceſſis contenti, conuerſentur honeſtè, opportuna obſequia in monaſterijs fideliter impendentes: nihilque vltra in ſpiritualibus, aut temporalibus exigant in ipſis monaſterijs, vel vſurpent. Si qui verò taliũ à viſitatoribus inuenti fuerint criminoſi, per diœceſanũ epiſcopum † in non exemptis, & per viſitatores vel præſidentes generali capitulo in exemptis, beneficijs priuentur eiſdem. ¶ Hæc autem omnia etiã in monaſterijs, quæ non habẽt abbates proprios, ſed Priores, necnon in monaſterijs monialium, quo ad articulos abbatiſſis, & monialibus congruentes, ꝑcipimus obſeruari.

TITVLVS XXXVI.

De religioſis domibus, vt epiſcopo † ſint ſubiectę.

¶ Gregorius Victori Archiepiſcopo Neapol. †

¶ *Si dubitatur in cuius diœceſi ſit baſilica conſecranda, ille epiſcopus conſecrabit qui prius in illo loco epiſcopalia exercebat.*

CAP. I.

NVnc † autem ad baſilicam, quæ dedicãda [a] eſt, debet diſquiri, cuius ciuitatis epiſcopus, antequam fundaretur baptizauerit incolas, & ad cuius cõſignationem [b] ſub annua deuotione cõcurrerint. Non enim terminis [c] hæc, aut locis [d] conuenit diffiniri: ſed ille ad conſecrationem vocetur [e] cui per hunc modum quẽ ſcripſimus, conſtat debere permitti.

NVnc autẽ.] Continet vnũ conſtructũ, in quo approbat vnũ modum cognoſcendi, ad quem epiſcopum pertinet conſecratio eccleſiæ, & alium modũ improbat: ibi, *Non enim.* Abbas.

CASVS. Quædam eccleſia cõſtructa fuit circa confines duorũ epiſcopatuũ: populus petebat illam conſecrari: cõtentio erat inter epiſcopos, quis eorum deberet eam conſecrare: quæſitum fuit à Papa quid iuris ſit. Reſpondet Papa: debet inquiri cuius ciuitatis epiſcopus baptizauerit incolas illius loci, antequã eccleſia fundaretur, & ad cuius conſignationem annuatim cõcurrerint: non enim hoc diffinitur terminis, aut locis: Sic ergo ille vocandus eſt ad conſecrationẽ, qui prædicta contulit ſacramenta. Not. ꝙ per collationem ſpiritualium probatur cui ſubſit eccleſia, ſiue populus, & non per terminos, vel loca.

† Dictio, epm, deeſt in antiqs, & in recentiorib. magis emendatis.

† Epiſcopis

† Neapolitano.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpila. à quo hæc ſumpta ſint nõ dũ inueni.

a ¶ *Dedicanda.*] id eſt, cõſecranda. tunc enim appellatur eccleſia, ſicut electus in cõſecratione nomen aſſumit epiſcopi: ſic monachus tunc dedicatur Deo, cũ facit profeſſionem. 27. q. 1. virginibus. & cap. ſi quis ſacro. Bern.

b ¶ *Ad cuius conſignationem.*] Ex iſtis duobus, ſcilicet, quod dicit baptizauerit, & ad cuius conſignationem ſub annua deuotione concurrerint, apparebit ad cuius iuriſdictionem debeat pertinere. 16. q. 3. licet in regulis. & q. 5. poſſeſſio territorij. Et hoc videtur habere locũ vbi limes certas parochias non diſtinguit: Sed ſi limes diſtinctus eſſet, non videtur eſſe dubitatio quis eam conſecraret: niſi alter præſcripſiſſet populum.

c ¶ *Terminis.*] diſtinctis inter ciuitates per ciues. 10. diſt. lege. & 3. q. 6. hęc quippe. vel terminis nouis ſcilicet, quoniam antiquis bene diffinitur. arg. ſ. de paro. ſuper eo. 1 & 16. q. 3. inter memoratos. & c. dilectio.

d ¶ *Locis.*] id eſt, proprietate locorum: quia proprietas loci non facit diœceſim. 16. q. 3. licet. & q. 5. poſſeſſio. & cap. ſi quis epiſcoporum. Eius ergo auctoritate conſecrabitur eccleſia, qui populo hæc duo ſacramenta ſub annua conſignatione contulit. Bernard.

e ¶ *Vocetur.*] & ſi ei quæſtio moueatur, interim in poſſeſſione defenditur 2. 8. q. 4. nonne. & ſ. vt lite pendente, à memoria. & cap. ſeq.

1 Vide qđ ibi dixi poſt Hoſt. in prin. qđ facit ad ꝓpoſitum. & đ voto, qđ ſuper ad finẽ magnæ. gl. Io. An.

2 Poſſet tñ poſtea apparere locus de alterius dominio, ſecundum Vinc. Ioan. And.

QVia.] Primò ponit vnionem, & eius cauſam. Secundò: ibi, *Ipſum autem.* Vnam determinationem, cuius ſubdit generalem determinationem: ibi, *Nam.* Abbas.

¶ Idem Agapito † abbati.

¶ *Nihil iuris deperit epiſcopo, in cuius diœceſi ſita eſt eccleſia, quam Papa vnit eccleſiæ alterius diœceſis, & eſt caſus quotidianus.*

CAP. II.

QVia monaſterium, quod in fundo Martiano ſitũ eſt, hoſtilitate faciente, dicitur deſolatum: illud tuo monaſterio, cum omnibus rebus ſuis, vel quę ei competunt actionibus, perſpeximus vniendum [f]: & infrà. ¶ Ipſum autem monaſterium, ſic tuæ nos ordinationi commiſiſſe cognoſcas, vt tamen iuriſdictionem illic non epiſcopus Surrentinus, in cuius ciuitate monaſterium tuũ eſt ſitum: ſed Nucerinus, cuius [g] † eſt diœceſis, habeat. ¶ Nam ſic huius † loci ordinationem diſponimus, vt tamen iura ſua ſingulis epiſcopis inuiolata ſeruemus.

CASVS. Quoddam monaſterium ſitũ erat in fundo Martiano, qđ fuit hoſtilitate deſolatum: Papa vniuit illud monaſterio Agapiti abbatis cum omnibus rebus ſuis, iuribus & actionibus, ita tamen ꝙ epiſcopus Surrentinus, ĩ cuius ciuitate eſt monaſterium huiuſmodi abbatis Agapiti, nõ habeat ibi iuriſdictionẽ, ſed epiſcopus Nucerinus, in cuius diœceſi eſt illud monaſterium: vt tñ iura ſua ſingulis epiſcopis inuiolata ſeruẽtur. Nota, ꝙ per hanc vnionem non fit præiudicium epõ, in cuius diœceſi eſt illud monaſterium. Item Papa iura ſua cuilibet conſeruare intendit. Item priuilegium, ſeu indulgentia ſine præiudicio alterius dari debet.

¶ *Gloſſa ſequens remittit.*

f ¶ *Vniendum.*] De hac vnione 3 dic vt ſ. ne ſede vacante. c. 1.

¶ *Glo. ſeq. arguit.*

g ¶ *Cuius eſt diœceſis.*] Per hanc vnionem nõ fit præiudicium epiſcopo, in cuius territorio eſt. Et ſic eſt argum. quòd Papa non intendit iuri alterius derogare ꝑ ſuum priuilegiũ. ſupra de conſuet. cum olim. & ſupra de vſu pal. ex tuarum. & ſ. de offic. ordina. licet. & ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. ſi quis à principe. & §. merito. & ſupra de maiorit. & obedien. cum inferior. quia ſi vnicuiq; epiſcoporum ſua iuriſdictio non ſeruatur, eccleſiaſticus ordo confunditur. 11. q. 1. peruenit. ſim. ſuprà. de do. inter dilectos. Bernar.

† Agabito † Agapeto tñ legiẽ in antiquis. & in regiſtro B. Gregor. li. 9. epiſtola. 68. & c. 3. eo. tit. in 1. compila. abſciſſa refert Antonius Auguſtinus ĩ notis primæ collectiõis loco proximè citato.

3 Et de materia vnionis, vide q̃ ſanciuit cõcil. Tridẽt. qđ citaui ſupra ne ſede vacan. cap. 1.

† In codice Barbatiæ ita in cuius eſt diœceſi, habeat.

† huiuſmodi.

¶ Ex decretis Eugenij Papæ. †

¶ *Epiſcopo ſubſunt omnia loca pia, & ad eius ſolicitudinem debent ordinari ad vſum deſtinatum.*

CAP. III.

DE † xenodochijs, & alijs ſimilibus locis [h], per ſolicitudinem epiſcoporum, in quorum diœceſi [i] exiſtunt, ad eaſdẽ [k] vtilitates, quibus conſtituta ſunt, ordinentur [l].

¶ Vrbanus iij. Ariminenſi Epiſcopo.

¶ *Locus auctoritate epiſcopi ad vſum hoſpitalitatis deputatus, eſt religioſus, & ad mundanos vſus redire non debet.*

† Hoc reperi. in 1. cõpila. eo. tit. c. 2. & hic, non alibi.

† Xenodochium Alciatus lib. 1. ꝑtermiſſorum verbo: Noſocomiũ recte interꝑtatur. hoſpitale. De materia vide cõcil. Tridẽt. ſeſſio. 25. de refor. c. 8. adde notas noſtras in hãc decretalem.

DE *Xenodochijs.*] CASVS. Ordinatio & diſpoſitio xenodochiorum, & monaſteriorum, aliorumq; locorum ſimilium pertinet ad epiſcopum, in cuius diœceſi ſunt conſtituta. Not. ꝙ omnia monaſteria & loca religioſa ſubſunt epiſcopo, in cuius diœceſi ſunt conſtituta ipſo iure, niſi aliud in contrarium oſtendatur.

h ¶ *Locis.*] ſupple, ſtatuimus.

i ¶ *In quorum diœceſi.*] Hic manifeſtè patet, quòd monaſteria, & alia loca religioſa pertinent ad epiſcopum loci de iure communi. 16. q. 5. ſi quis epiſcoporum. & q. 7. omnes baſilicæ. & 18. q. 2. monaſteria. niſi oſtendant exemptionem. 18. q. 2. abbatibus. ſ. de præſcrip. cum non liceat.

k ¶ *Ad eaſdem.*] id eſt 4 ad eundem cenſum, qui fuit impoſitus in fundatione debeant dare. ĩ. de cenſi. prohibemus. 18. q. 2. Eleutherius. vel ex præſcriptione. 18. q. 2. ſeruitium. vel ex viſitatione. ſ. de præſcrip. cum ex officij.

l ¶ *Ordinentur.*] 4 id eſt, ordinatè exponantur, vel regantur.

4 Hæ duæ gloſſulę nõ ſunt Bernardi, nec habẽtur in antiquis exemplarib.

AD *hæc.*] Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Inquiſitioni.*

Casus. Quæſitum fuit à Papa, vtrum locus deputatus ad hoſpitalitatem poſſit in ſeculare habitaculum cõmutari? Reſpondet, ꝙ ſi locus ille ad vſum hoſpitalitatis & prouiſionem pauperum auctoritate põtificis deputatus fuerit, non debet amplius mundanis vſibus deputari, cum ſit religioſus: ſicut de veſtibus, & vaſis ligneis, & alijs ad diuinum cultum per epiſcopum deputatis antiqua indubitanter obſeruat conſuetudo, & ſacri canones edocent. No. ꝙ ad hoc vt locus ſit ſacer, neceſſe eſt ꝙ accedat auctoritas pontificis. Item quæ ſemel diuino cultui deputata ſunt, ad humanos vſus amplius reddire non debent.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compila. Vide Archidiaconũ in c. nemo de conſecra. diſt. 5. & Calderinũ conſi. 5. & 6. titu. de religioſis domib.

CAP. IIII.

AD † hæc: & infrà. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi locus ad hoſpitalitatis vſum, & pauperum prouiſionem fuerit (ſicut moris eſt) auctoritate pontificis [a] deſtinatus, cum ſit religioſus, non debet mundanis vſibus [b] deputari: ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, & alijs vtenſilibus ad cultum religionis per pontificem deputatis, antiqua conſuetudo indubitãter obſeruat, & venerabiliũ patrum edocent ſanctiones.

¶Innocentius tertius Conſtantinopolitano patriarchæ.

¶*Locus religioſus debet reformari de religioſis duntaxat, non de ſecularibus, niſi in defectũ religioſorum.*

CAP. V.

INter † quatuor: & infra. ¶Quandiu monaſteria per regulares [c] remanere potuerint ordinata, nõ ſunt ad ſeculares clericos transferẽda. Sed ſi regulares defuerint, propter eorum defectum, in eis ſeculares clerici poterunt ordinari.

†Cap. 1. eo. tit. in 3. cõpilat. reliquæ partes qrendæ ſupra ſub varijs titulis in capitib' incip. inter quatuor. Et vide concilium. Trid. ſeſſio. 14. de refor. c. 10.

a ¶*Auctoritate pontificis.*] Hoc ideo dicit, quia priuatus locũ nõ facit ſacrum. ff. de rerũ diuiſione. in tãtum. §. ſacræ. ff. de ſepulchro viola. l. 3. §. ſi quis in ſepulchro dolo malo. & §. ſi quis in ſepulchro. ¶*Glo. ſeq. alleg. ſeptem concor. in contrarium duo iura, & ſoluit.*

b ¶*Mundanis vſibus.*] Qđ enim ſemel Deo dedicatũ eſt, ad humanos vſus amplius redire non debet. 12. q. 2. nulli licet. & ſ. de re. p. muta. mancipia. & cap. ſeq. & de conſecra. diſt. 1. ligna. & c. veſtimenta. & 19. q. 3. quæ ſemel. & ff. de reli. & ſumpti. fu. ſi quis ſepulchrũ. §. 1. 1 Arg. contra. 54. diſt. ex antiquis. & c. frequens. Prima rubrica vera eſt regulariter. Contraria loquuntur de ſeruis, quia eoipſo qđ promoti ſunt dominis eorum ignorantibus, peccauerunt: & ideo in eo puniuntur, quia reuocantur in ſeruitutem, excepto ſacerdote, diacono, & ſubdiacono, qui redìment ſe. diaconus dabit vicarium: vt in capitulo ex antiquis, & ſubdiaconus eodem priuilegio gaudet cum diacono. ſupra de ſeruis non ordinandis, miramur. Secus eſt in eccleſiaſticis poſſeſſionibus, quæ ſpirituales non ſunt: quia & illæ poſſunt alienari ſi expedit. 12. q. 2. ſine exceptione. & 10. q. 2. §. hoc ius. Bern.

1 Senatus ꝓhibet ſepulchrũ ꝑmutari, id eſt, alteri' conuerſatiõis vſum accipere. Ioan. And.

INter *quatuor.*] Diſtinguit duo membra. Secundum proſequitur ibi, *Sed ſi.* Abbas.

Casus. Quærebatur à domino Papa, vtrum eccleſiæ regulares poſſint fieri ſeculares? Ad quod reſpõdet, ꝙ eccleſiæ regulares non debent fieri ſeculares, niſi deficientibus regularibus: & ita neceſſitas non ſubijcitur legi. Nota, ꝙ eccleſia debet ſemper reformari per homines eiuſdem profeſſionis. Item neceſſitas non ſubijcitur legi.

c ¶*Per regulares.*] In eccleſia regulari non poteſt epiſcopus ponere canonicos 2 ſeculares, vt hic patet, & 19. q. 3. quæ ſemel. & 18. q. 2. peruenit. & ſ. de re. eccl. ali. poſſeſſiones. ſ. de ſta. mona. ea quæ ſed homines diſtrictioris vitæ ſunt ibi ponendi, vel alterius religionis. j. ne clerici vel mona. relatum. dum tamen haberi poſſint: aliàs ponerentur ſeculares, vt hic dicitur: quia neceſſitas legem non habet. ſ. de conſue. quanto. & j. de reg. iur. quod non eſt. & de conſe. diſt. 1. diſcipulos 3. ſicut & de ſeculari eccleſia poteſt fieri monaſterium. j. de eccl. ædifi. ad audientiam. Bern.

2 Imo nec præbendarios. đ hoc ſ. ti. 1. c. vlt. §. pen. Ioã. And.

3 Cõcor. l. 2. ff. de offi. conſu. & l. nõ ſolum. cum vulg. §. fin. ff. de excuſ. tut.

COnſtitutus.] Primò ponitur facti, ſeu cauſæ narratio. Secundò ipſius diffinitio: ibi, *Cum autem.* Prima ſubdiuiditur in tres partes. In prima actoris petitio. In ſecũda reorum defenſio: ibi, *Verum.* In tertia actorum replicatio: ibi, *Cæterum.* Abbas Siculus.

Casus. Epiſcopus Albañ. in præſentia domini Papæ conſtitutus, petebat ius epiſcopale in eccleſia Caſtri, quod Pauli dicitur, ab abbate & fratribus monaſterij Cryptæ ferratæ, in qua monaſterium ius patronatus habebat ex eo, quod erat ſita in diœceſi Albañ. & ideo de iure communi debebat ſibi de iuribus epiſcopalibus reſpondere: niſi contrarium appareret, petens compelli monaſterium ad ſoluendam penſionẽ pro prædicta eccleſia, & reſtitutionem penſionis ſubtractæ à xl. annis & citra: Sed œconomus monaſterij ex aduerſo reſpondit, ꝙ licet eccleſia illa ſita eſſet in diœceſi Albañ. non tamen ei tenebatur reſpondere in aliquo, ex eo ꝙ Dominicus Lauitanẽ. epiſcopus ꝙ fuerat epiſcopus Albañ. omnes eccleſias ſitas in diœceſi Albañ. pertinẽtes ad monaſterium iſtud, & quicquid iuris habebat tam in monaſterio quã in eccleſijs illis, cõceſſit monaſterio in emphyteuſim ſub annua penſione 8. denariorũ: ita ꝙ licitum eſſet abbati & fratribus omnia ſacramenta recipere à quocunq; vellent epiſcopo, tam in monaſterio quàm in alijs eccleſijs, in quibus etiam eccleſijs conceſſit eis tertiam mortuariorum, & C. Papa quod factum fuerat ab illo epiſcopo confirmauit: Inſuper propoſuit, ꝙ etſi eccleſia illa aliquando fuiſſet ſubiecta eccleſiæ Albañ. monaſterium per xl. annos & amplius in pace poſſedit eandem: Ad hoc reſpõdet procurator epiſcopi, conceſſionem Lauitañ. epĩ non tenere, vt puta cõtinentem ſimoniacam prauitatem, ex eo ꝙ eps ſpiritualia conceſſit, recipiendo pro eis annuam penſionem, & ſic cõmiſit vitium ſimoniæ: vnde conceſſio illa non tenuit: & cõfirmatio Papæ fuit obtenta per ſubreptionem, cũ in confirmatione illa nõ fuerit mentio facta de illa penſione: Ad hoc fuit ex parte monaſterij rñſum, ꝙ non eſt inſolitum nec nouũ, vt cum epiſcopi concedunt eccleſias pijs locis, aliquid ſibi reſeruent in eis nomine penſionis: & Papa cum priuilegiũ libertatis, vel protectionis præſidium aliquibus eccleſijs concedit, aliquẽ cenſum ſibi reſeruat in eis, & in literis cõceſſionis cenſus exprimitur ad perpetuam memoriã: His & alijs auditis, dñs Papa condemnauit œconomum monaſterij œconomo epĩ in ſolutionem prædictæ penſionis decætero faciendam, iuxta ratam, quæ contingit prædictam eccleſiam, & in reſtitutionẽ penſionis ſubtractæ à xl. annis ſecundum ratam eandem: Super omnibus alijs abſoluit œconomũ monaſterij ab impetitione œconomi ipſius epiſcopi eidem perpetuum ſilentium imponendo. Not. ꝙ eoipſo ꝙ eccleſia ſita eſt in diœceſi alicuius epiſcopi, probatur ſibi eſſe ſubiecta, niſi aliud oſtendatur. Item epiſcopus poteſt remittere iura epiſcopalia pro annua penſione, vt hic colligitur: nec eſt ſimonia, & præcipue cum accedit confirmatio Papæ. Item ſententia concipienda eſt in perſona procuratoris, ſiue ab initio, ſiue poſt litem conte. interueniat: vt hic colligitur. Item not. hic arg. ꝙ licet quis ceſſet in ſolutione penſionis vltra biennium, non ideo cadit à iure ſuo.

¶Idem Abbati & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶*Eccleſia ſita in diœceſi epiſcopi, tenetur ſibi in epiſcopalibus reſpondere, niſi appareant remiſſa legitime: & poteſt epiſcopus remittendo epiſcopalia cenſum ſibi retinere.*

CAP. VI.

COnſtitutus † in præſentia noſtra epiſcopus Albañ. † in eccleſia Caſtri, quod Pauli dicitur, in qua iuſpatronatus monaſterio veſtro recognoſcebat [d], à vobis ius [e] epiſcopale petebat, quoniam ſita erat in diœceſi Albañ. & ideo de iure communi [f] ei tenebatur in epiſcopalibus reſpondere; & infrà. ¶Verum œconomus veſter propoſuit ex aduerſo, ꝙ etſi eccleſia ſita eſſet in diœceſi Albañ. [g] ei tamen non tenebatur in aliquo reſpondere, cum Dominicus Lauitanus † epiſcopus, qui fuerat epiſcopus Albañ. vniuerſas eccleſias ad veſtrum monaſterium pertinentes, [h] in diœceſi eius ſitas: & quicquid iuris tã in monaſterio veſtro, q̃ in eis habebat, in emphyteuſim ſub annua octo denariorum vſua-

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilatio.

† Albañ. † Alben.

†Leuitan'. † Lauican. † Lucan. ſed in omnibus manuſcriptis legitur. Lauicanus.

d ¶*Recognoſcebat.*] id eſt, confeſſus fuerat iuſpatronatus ad veſtram eccleſiam pertinere.

e ¶*Ius epiſcopale.*] Quid ſit ius epiſcopale, & in quibus conſiſtat habes ſ. de offi. ord. conquerente. & c. dilectus. in glo.

f ¶*De iure communi.*] 16. q. 7. omnes baſilicæ. & 18. q. 2. monaſteria. & ſ. eo. de xenodochijs.

g ¶*Alban.*] Forte diuerſis temporibus, vel vno tempore potuit habere per diſpenſationem domini Papæ. 21. q. 1. relatio.

h ¶*Pertinentes.*] ſed nõ pleno iure. tunc verbũ, ptinere: latiſſimã habet ſignificationẽ. ff. de verbo. ſignifi. verbum ptinere.

a ¶*Penſione.*]

a ¶*Penſione.*] Id eſt, cenſu

¶*Glo ſeq. arg. reprobat & remittit, ponit opinio. Ioan. & contrariam Hu. quam approbat.*

b ¶*A quocunque.*] Hic videtur ꝙ epiſcopus poſſit aliquam eccleſiã eximere in totũ à iure epiſcopali. j. de cenſi. cũ venerabilis. arg. qđ nõ eſt verũ, vt ibi not. & arg. ad hoc. ſ. de dona. paſtoralis. Tñ eps põt cõferre priuilegia. ſ. de his quæ fi. à prælat. ſine. cõſen. c. quanto. & ſ. de re iudi. cum inter. ſed in piu diciũ aliorũ priuilegiũ conferre non poteſt, vt videtur: quia ſolus princeps poteſt auferre vni, & dare alteri. 9. q. 3. nũc vero. & c. per principalem: & C. de quadrien. præſcrip. bene à Zenonem: nam epiſcopus rem vnius eccleſię alteri eccleſiæ dare non poteſt. ſ. de reb. eccleſ. non alie. c. 1. & epiſcopus in præiudicium archidiaconi aliquem priuilegiare non poteſt. j. de exceſſ. prela. ad hęc arg. ad hoc ſ. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. c. cum Apoſtolica. Io. dixit 1, quòd epiſcopus bene poteſt dare priuilegium vni eccleſiæ in præiudicium alterius: & inducebat 16. q. 1. ſtatuimus. vbi dicitur, quòd nullus præter cõſcientiam epiſcopi debet dare decimas extra baptiſmalem eccleſiã: inde argumentatur à contrario ſenſu, quòd de cõſenſu epiſcopi poteſt. & Gratianus ſic argumentatur in ſeq. §. Hu. tamen dicit contra ꝙ hoc non poteſt epiſcopus. & intelligit ca. ſtatuimus. de decimis ad epiſcopum pertinentibus. Verius credo quod dicit Hu. ꝙ epiſcopus non poſſet dare res vnius eccleſiæ, clericis inuitis, alteri eccleſiæ per iura præmiſſa: niſi certa & rationabilis cauſa oſtenderetur, quia licet princeps hoc poſſit, epiſcopi tamen hoc non poſſunt.

† Dictio, partem, deeſt in antiquis.

† Id eſt, Cęleſtinus Papa prædeceſſor noſter.

† Alben.

† Aliàs, monaſterium tamen veſtrum.

† Hic etiã vox, partẽ deeſt in antiquis, & in recentioribus magis emẽdatis.

† Faciunt ad hoc q̃ notat Bar. in l. Titio centum ff. de condi. & demon.

† eadem.

1 Et Goffre. & Vin. hic quæ opinio ẽ vera ſecundũ Hoſtie. qñ epiſcopus facit id de cõſenſu capituli & ex cã rõnabili. his duob⁹ deficiẽtibus, vel ipſorũ altero, vera eſt opi. Hu. ſecundũ eũ. Io. And.

2 Et ſupra de tranſa. cap. præterea 2. Ioã. And.

lium penſione[a] monaſterio veſtro conceſſit: ita videlicet, vt liceret abbati & fratribus, à quocunque[b] vellet epiſcopo, tam ordinationem clericorũ, quàm cõſecrationem altariũ, in monaſterio ipſo, & prædictis eccleſijs obtinere, in quibus etiam vobis tertiam[c] partem † mortuariorum indulſit, & C. † Papa prę enim quod ab eo factum fuerat. cõfirmauit[d]. verum etſi eccleſia ipſa fuiſſet aliquando eccleſiæ Albañ. † ſubiecta, monaſterium † veſtrũ nihilominus legitima ſe poterat præſcriptione tueri, cũ per quadraginta annos ipsã pacificè poſſediſſet. Cæterũ œconomus[e] epi cõceſſionẽ epi Lauitani nõ tenere dicebat, vtpote continentem ſimoniacam prauitatem, cũ enim tertiam partem † mortuariorum monaſterio cõceſſiſſet, & tam in ordinationibus clericorum, quàm altarium conſecrationibus, indulſiſſet ei plenariam libertatem, non eſt dubium quin cum ſpiritualia hæc exiſtant, eo ipſo quòd ſuper his recompenſationem[f] certæ penſionis accepit, commiſerit vitium ſimoniæ †: vnde contractus huiuſmodi nullam obtinet firmitatem. confirmatio autem Apoſtolicæ ſedis fuerat ꝑ ſubreptionem obtenta, cũ in ea † de pẽſione nulla mẽtio habeatur: & infrà. ¶Cum autem nec inſolitum ſit nec nouum, vt cum epiſcopi eccleſias conceſſerint pijs locis, aliquid[g] ſibi reſeruent in eis nomine pẽſionis[h]: nos quoque cum libertatis priuilegium, vel protectionis pręſidium aliquibus eccleſijs indulgemus, gratis accipiamus cenſum gratis oblatum, & in literis noſtris ad ſucceſſorum noſtrorum memoriam, cenſus exprimamus etiam quantitatem, auditis propoſitis œconomum monaſterij veſtri, œconomo[i] eiuſdem epiſcopi, eccleſię nomine, in ſolutionem penſionis[k] prędictę, iuxta ratam[l] quæ contingit eccleſiam prędictam, & reſtitutionẽ ſubtractæ à quadraginta annis, ſecundum ratam eãdem, per diffinitiuam ſententiam condemnamus, & eundem œconomũ veſtrum ab impetitione œconomi eiuſdem epiſcopi, ſuper alijs reddimus[m] abſolutum ꝑpetuũ illi ſilentiũ imponẽtes.

¶Idem abbati & conuentui Farbeñ. †

¶*Eps petens eccleſiam quo ad temporalia & ſpiritualia, obtinet in ſpiritualibus eoipſo, quòd probat eſſe in ſua diœceſi, ſi non appareat excepta: ſed in temporalibus ſuccumbit, niſi aliter doceat de iure ſuo. & in hoc vltimo eſt caſus notabilis.*

CAP. VII.

Cum † venerabilis frater

c ¶*Vobis tertiam.*] ſecundum conſuetudinem illius loci. ſ. de teſt. requiſiſti. & ſupra de ſepult. c. 1.

d ¶*Confirmauit.*] ex certa ſcientia ſupple.

e ¶*Oeconomus.*] In principio fuit epiſcopus Albañ. in cauſa, vt dicitur in principio, poſtea creauit œconomum: vt hic innuitur.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

f ¶ *Recompenſationem.*] Videtur quòd ſimoniachus fuerit talis contractus: & pręcipuè ſi pactum interuenit: quia temporale pro ſpirituali dari non poteſt. ſ. de re. permu. ad quæſtiones. & cap. vlt. 2 Sed ſine pacto eſt arg. ꝙ poſſit, ſupra vt eccle. benefi. c. vnico. Quare ergo in dubio potius interpretatur cõtractum eſſe non ſimoniacum, niſi quia in dubio accipiendum eſt id quod vitio caret. ff. de leg. in ambigua? Dico ꝙ non committitur hic, aut in conſimilibus exemptionibus ſimonia, quia plus percipiebat epiſcopus temporalis commodi ab illa eccleſia, quàm erant iſti denarij & ita potuit remittere totum retentis ſibi octo denarijs, & iſtud nõ dicitur percipere propter aliquam recompenſationem: ſed potius in ſignum ſubiectionis. j. de cenſi. c. 2. Io.

g ¶*Aliquid.*] quod poteſt: quia etiam patronus hoc facere poteſt. j. de iure patro. præterea. & j. de cenſi. cum venerabilis. & 16. q. 2. viſis. & ſ. de donatiobus. paſtoralis.

h ¶ *Penſionis.*] id eſt, cenſus.

i ¶*Oeconomo.*] & ita formatur. hæc ſententia in perſonam œconomi, epiſcopi, & monaſterij: & in principio fuit epiſcopus in cauſa: vt patet in principio cap. & ſic eſt contra ſententiam M. de hac materia dic vt dixi ſ. de elect. querelam. ſententia tamen mandabitur executioni in perſonam domini. ff. de re iud. l. 4. §. 1

k ¶*Penſionis.*] id eſt, cenſus.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiectionem & ſoluit, cui ſolutioni opponit, & propter id aliter ſoluit.*

l. ¶*Iuxta ratam.*] Hoc ideo dicit; quia penſio iſta pro pluribus eccleſijs ſoluebatur. Itẽ eſt hic arg. ꝙ ſi quis ſteterit vltra biennium 3 ꝙ non ſoluerit canonem, non cadit à iure ſuo, quia iſti condemnantur ad reſtitutionẽ pẽſionis ſubtractæ à xl. annis & citra. ſed hoc iõ contingit, quia nõ fuit actum illo iure, id eſt ad reuocationẽ rei emphyteuticarię: imo ſatis videtur actum ad hoc petendo iura epiſcopalia, quæ epiſcopus conceſſerat monaſterio, ſed non expreſſe. quod patet ex petitione epi. Vel dic, ꝙ verè priuari debuit monaſteriũ iure qđ habebat in prædicta conceſſione, ſi verè cõtractus ille fuiſſet emphyteuticus, & ex eo ꝙ non ſoluerit penſionẽ debito tẽpore. ſ. de loca. & condu. potuit. & ſi actũ fuiſſet ad hoc, quia ſecundum modũ agendi, & c. j. de accu. qualiter & quando 2. & j. de ſimo. licet Hely. verſus fi. Sed reuera hic nõ fuit contractus emphyteuticus, in quo cõtractu non transfertur dominium directum in emphyteutam: ſed vtile: ſed fuit cenſualis 4 contractus, in quo directum & vtile dominium tranſiuit in monaſterium: & hoc apparet ex illa litera, vbi dicit, & quicquid iuris tam in monaſterio quàm in eccleſijs in diœceſi eius ſitis, & c. vnde quantocunque tempore ſteterit ꝙ cenſum non ſoluerit, non perdit propter hoc res donatas, ſed cenſum totius temporis tenetur reſtituere: & bene fuit cenſus petitus petendo ius epiſcopale, vt patet in principio: & ideo condemnatum fuit monaſterium ad integram penſionẽ, id eſt, ad cẽſum totius temporis, ſcilicet xl. annis ſubtractum: nam ſub hac petitione, Peto ius epiſcopale: nõ ſolum comprehenditur ius epiſcopale quod ipſo iure communi debetur: ſed & quod conſtitutum eſt pacto, vel conſuetudine 5. ſ. de præſcrip. auditis. arg. & vbicunque inueneris in hac decretali penſionem, expone, id eſt, cenſum. & hæc expoſitio probatur per illud quod Papa dicit, gratis cenſum accipiamus. & vbi dicit, cenſus exprimimus quantitatem. & ita plana eſt decre. Ber.

m ¶*Alijs reddimus.*] epiſcopalibus ſcilicet: & ita penſio iſta comprehendebatur in petitione epiſcopi. Ber.

3 De hoc articulo vide omnino quos citaui ſupra. ti. de locato. & conduct. cap. potuit emphyteuta.

† Farfen.

4 Contractus cẽſualis qualis ſit & in dubio an præſumatur contractus cẽſualis vel emphyteutic⁹ tradit plenè Couarruias li. 3. cap. 7. varia. reſolu. & qualiter ſit cenſus celebrandus vide ĩ extrauagãti Pii. V. Pontificis Max. in c. cum onus Apoſtolicæ.

† Cap. 1. e. tit. in 4. cõpilatio.

5 Facit ad hoc l. ſolemus, & l. ſi quis intentione cum not. ff. de iudi.

Cum *venerabilis.*] Sunt duæ partes. Prima factum narrat. Secunda diffinit: ibi, *Quia igitur*. Et vtraque ſubdiuiditur, vt per ſe patet. Abbas.

Casvs. Epiſcopus Sabineñ. petebat eccleſiam ſancti Angeli de Cauceia à monaſterio Farbeñ. cum pertinentijs ſuis & poſſeſſionibus, dicens, illam ad ſe pertinere tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus iure communi, eo quòd erat ſita in diœceſi Sabineñ. Quòd in temporalibus ad ſe ſpectaret, nitebatur oſtendere per publicum inſtrumentum, in quo continebatur expreſſe, quòd I. Sabineñ. epiſcopus H. Farbeñ. abbati, &

ti,& duobus alijs abbatibus poſt illum, dictam eccleſiam cum pertinentijs ſuis locauit, pro annua penſione quatuor ſolidorum Papieñ. Contra inſtrumentum illud ex parte monaſterij fuit propoſitum, ꝙ nulla fides eſt ei adhibenda, propter ſuperlinearem ſcripturam, & raſuram in loco ſuſpecto in annotatione indictionis: His & alijs intellectis: quia conſtitit domino Papę eccleſiam prædictam ſi tam eſſe in diœceſi Sabineñ. adiudicauit epiſcopo ius epiſcopale in omnibus ſpiritualibus in eadem eccleſia, exceptis quibuſdam capitulis, quæ per authentica ſcripta ei ſubtracta eſſe noſcuntur: Sed quia inſtrumentum prędictum inſufficiēs fuit ad probandum: ꝙ eccleſia ipſa ei ſubeſſet quo ad temporalia, vt puta de iure propter prędicta ſuſpectum, abſoluit monaſterium ab impetitione epiſcopi quo ad temporalia. Not. eo ipſo ꝙ eccleſia ſita eſt in diœceſi, epiſcopi de iure communi ſubeſt ei quo ad ſpiritualia. Itē inſtrumentum ſuſpectū eſt propter ſuperlinearem ſcripturam, & raſurā in indictione, id eſt, in annis Domini, & in alijs locis ſuſpectis. Itē illa duntaxat quæ continentur in priuilegijs, ſunt obſeruanda.

† Cancia.
† Cantia.
† Farfen.
† De hac materia vide plene p Iaſonem & Decium in l.fin. C. de edict. diui. Hadria. tollen. & Alexandrū cō ſi.59. inci. viſo ꝓceſſu. in 2. vo. adde Feli. in c.ex literis ſupra d' fide inſtru.

noſter. I. Sabineñ. epiſcopus eccleſiam [a] ſancti Angeli de Cauceia † cum ſuis pertinentijs, & poſſeſſionibus petijſſet, aſſerens eam ad ſe, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus pertinere: allegauit ante omnia ius commune: quia cū conſtituta ſit in diœceſi Sabineñ. ſub ipſius debebat conſiſtere poteſtate. In temporalibus quoque ad ſe dictam eccleſiam pertinere nitebatur oſtendere per publicum inſtrumentum, in quo continebatur expreſsè I. Sabineñ. epiſcopum H. Farbeñ. † abbati, & duabus perſonis, poſt ipſum dictam eccleſiam cum ſuis pertinētijs [b] locauiſſe [c], pro annua quatuor ſolidorum Papienſium penſione. Sed pars veſtra propoſuit inſtrumento prædicto nullam fidem penitus adhibendam, propter ſuperlinearem ſcripturam, & raſuram † loco ſuſpecto factam, vbi videlicet annotatio [d] temporis recenſetur: & infrà. ¶ Quia igitur nobis conſtitit eccleſiam ſupradictam, conſtitutam in diœceſi Sabineñ. [e] epiſcopale [f] ius in omnibus ſpiritualibus eidem epiſcopo adiudicauimus in eadem: illis tantum exceptis, quę per authentica ſcripta ei dignoſcuntur eſſe ſubtracta: & infrà. ¶ Quia verò inſtrumētum prędictum, per quod epiſcopus eccleſiam intendebat quo ad tēporalia vendicare, ad faciendā ſuper hoc fidem, inualidum eſſe cognouimus, vtpote propter prædicta [g] de iure ſuſpectum, vos ab impetitione ipſius, quo ad temporalia eiuſdem eccleſiæ, duximus abſoluendos.

¶ Idem.

¶ Monaſterium ſubiectum eſt epiſcopo, in cuius diœceſi ſitum eſt, niſi probetur exemptum. hoc dicit quo ad titulum.

CAP. VIII.

CVm † dilectus filius: & infrà ¶ Quia cauſa nō poterat in noſtra pręſentia terminari, cū nūcius monaſterij ſuper ꝓcuratione, vel ratihabitiōe [h]

CVm dilectus.] In prima inſtruitur delegatus, qualiter ſuper ſētentijs pronunciet. In ſecunda & tertia, qualiter ſuper ſubiectione pronūciare debeat. Secunda ibi, *Quòd ſi.* Tertia: ibi, *Similiter.* Abb. CASVS. Epiſcopus Aurieñ. per circunuentionem fecit ſibi pręſtari obedientiā ab abbate cuiuſdā monaſterij, quod ſitum erat in ſua diœceſi, præter fratrum ſuorū aſſenſum, cum monaſterium ipſum diceretur liberum & exemptum, & ſic orta fuit quęſtio inter epiſcopum & monaſteriū ſuper ſubiectione ipſius monaſterij: Abbas timens ſe per epiſcopum aggrauari, ad ſedem Apoſtolicam appellauit: epiſcopus non obſtante appellatione tulit ſententiam ſuſpē ſionis & excommunicationis in abbatem, & monaſterium interdixit, propter quod nuncius monaſterij & nuncius epiſcopi ad ſedem Apoſtolicam acceſſerunt: Coram Papa propoſuit nūcius monaſterij prædictas ſententias non tenere, cum monaſterium exemptum eſſet, vel ſaltem tutum erat legitima pręſcriptione. Sed quia nuncius monaſterij mandatum procuratorium non habebat, cauſa nō potuit in præſentia Papæ terminari: vnde commitit cauſam quibuſdam ſub hac forma. Quatenus ſi cōſtiterit iudicibus, abbatem ad ſedem Apoſt. antequam ep̄s tuliſſet ſn̄ias prædictas in abbatē, & in monaſteriū legitimè appellaſſe, vel ſi conſtiterit monaſteriū prædictū exemptū eſſe à iuriſdictione epiſcopi, iudicent prædictas ſententias non tenere, non obſtante ꝙ abbas ab epiſcopo circūuentus præter fratrum aſſenſum, ei obedientiam promiſit, cum fraus & dolus ei patrocinari non debeant: ſed ſi abbas defecerit in probatione exemptionis, nec legitima præſcriptione poterit ſe tueri, adiudicent monaſterium Aurieñ. eccleſiæ ſubiacere, quamuis probet ſe appellaſſe ante ſententias ſupra dictas, cum monaſteriū ſit in ipſius diœceſi conſtitutum. Item & ſi abbas defecerit in probatione appellationis, ſi conſtiterit de exemptione, vel legitima præſcriptione, tam abbatem quam monaſterium abſoluant ab epiſcopi impetitione. Not. ꝙ ſine mandato non admittitur quis ad agendum. Item excommunicatio vel interdictum poſt appellationem legitimam promulgata, nulla eſt. Item delictum ſiue factum prælati nō præiudicat eccleſiæ. Itē fraus & dolus nulli prodeſſe debet. Item poteſt quis ſe tueri priuilegio, vel præſcriptione ſub alternatione. ſed ſimul coniunctiue non poteſt: quia contraria ſunt priuilegium, & præſcriptio. Ber.

† Capit. 2. eo. tit. in 4. compilat. Videto hic p alijs Hoſtieſem, & Henricum Boich. Adde concilium Trid. ſeſſ. 25. tit. de regularib. c. 11.

¶ *Glo. ſeq. arg. & remittit, alleg. in contrarium quatuor iura, & vltimum ſoluit.*

a ¶ *Eccleſiā ſancti.*] Hic videtur ꝙ ſi vna eccleſia agat de ſubiectione alterius, ꝙ non ſit agendum contra ipſam eccleſiam, ſed potius contra ipſam, quæ eſt in poſſeſſione illius ſupra de electio. querelam. & 16. q. 3. inter memoratos. & ſupra de præſcript. auditis. vbi de hoc. ff. de libe. exhi. l. vlt. ff. de ſerui. l. vlti. 2. reſpon. & ff. ſi ſer. vendi. is cuius familia. arg. contra. ſ. de appellatio. ad audientiam. & ſ. vt lite non conteſtata. quoniam frequenter. §. quòd ſi 12. q. 2. quicunque militum. & ſ. de electio. querelam. Sed ibi conuenitur ſubditus ſuo nomine, & nō nomine eccleſiæ.

b ¶ *Pertinentijs.*] Petitio iſta nimis larga videtur, ſic ſupra de reſtitutione ſpoliatorum, cum ad ſedem. quia verbum, pertinere, late patet. ff. de verborum ſignificatione. verbum pertinere. Quid iuris ſit de hoc dictum eſt ſupra de libelli oblatione, c. 2. & ſupra de donationibus. inter dilectos.

c ¶ *Locauiſſe.*] Sed hoc nō ſufficit. ſ. de fide inſtrumento. inter dilectos 1. & C. locati. ad probationem.

d ¶ *Annotatio temporis.*] id eſt, in annis Domini. idē eſſet in indictione, in qua citius comprehenditur falſitas. ſ. de fide inſtrumentorum, inter dilectos. Io.

1 Et intelligas hoc vt ibi notabiliter dicebat Abbas, ꝙ non erat ſuperflua hæc ꝓbatio: quia licet non ſufficiat cōtra extraneum, ſufficit cōtra conductorē. Io. An.

e ¶ *In diœceſi Sabinen.*] Vnde iure cōmuni ad eum ſpectabat. ſ. eo. de Xenodochijs. & 18. q. 2. monaſteria. & 16. q. 7. omnes baſilicæ. 100. diſt. contra morem. Ber.

f ¶ *Epiſcopale ius.*] Hoc in multis conſiſtit. ſ. de officio ordina. conquerente.

¶ *Glo. ſequens exponit, & ſucceſſiuè de duobus quærit. in vtraque arguit & ſoluit.*

g ¶ *Propter prædicta.*] ſcilicet propter raſuram in loco ſuſpecto. & interlinearem ſcripturam. ſic ſupra de fide inſtrumento. inter dilectos. ad hoc enim vt credatur inſtrumento, oportet ꝙ ſit ſine omni ſuſpicione. argu. ſupra de reſcriptis. cum adeo. & c. ad audientiam. & C. de edicto diui Hadriani tollendo. l. vltim. Sed quid ſi raſura repoſita fuerit de eadem manu? Non videtur ꝙ obſtet. argu. infra de priuilegijs. cum olim. C. de fide inſtrumentorum, comparationes. Si conſtet quòd eadem manu & in loco non ſuſpecto, non obeſt. Item quid ſi raſura ſit in vno loco, & tamen per alia quæ poſita ſunt in inſtrumento, probetur bene propoſitum? Videtur quòd ſufficiat ad probandum. arg. bonum ſupra de re iudicata. cum I. & A. & C. ſi ex falſis inſtrumentis vel teſtimon. l. 3. 2. & hoc ſatis poteſt cōcedi: quia non eſt præſumptio quòd in fraudem factum ſit: qa & ſine illa raſura conſtabat. Item hoc ipſo quod inſtrumentū falſatum fuit, ſufficiebat ad imponendum ei ſilentium. ſupra de reſcriptis, olim. Ber.

2 Et meliꝰ ſecundum Hoſtienſē ff. de leg. 1. ſi ſeruꝰ plurium. §. ſi numerus & ſupra de fide inſtr. paſtoralis. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. ponit differentiam, quam demum improbat.*

h ¶ *Ratihabitione.*] Notare vult differentiam inter literas procuratorias, & literas de rato. nam vbi quis ſimpliciter cōſtituitur procurator, licet generaliter conſtituatur, tamen tranſigere, ſiue componere non poteſt: vt ſ. de arb. per tuas. & C. de tranſact. l. tranſactionis. & ſic intelligitur ff. de procu. mandato 3. Sed ſi adijciatur clauſula illa; & quicquid aliud etiam ſuper hoc fecerit, ratum habebit: tunc poterit tranſigere, ſiue componere, aliàs nihil operaretur illa adiectio, & ſic videntur differre iſta duo. arg. ff. iud. ſol. l. 3. §. procuratorem. ſimile habes. ſ. de offic. deleg. coram. Vel dic quòd non eſt differentia 4 inter mandatum procuratorium & literas de rato: Mandatū procu-

3 Et j. de procu. qui ad agēdū. lib. 6. Ioan. And.

4 Idē Guil. in Specul. d' procu. §. 1. ver. in ꝓmiſſis Ioa. And.

procuratorium appellat hic literas de rato, & ſic intellige ſ. de officio deleg. coram ſ. de tranſact. contingit. & ideo dicuntur literæ de rato: quia in mandato procuratorio, conſtituens ſemper adijcit in fine, ꝙ ratum habebit quicquid procurator fecerit ſuper cauſa illa, ad quam datus eſt. ff. de procu. l. ſi procuratorem. Et cautio rati danda eſt, quando de mandato dubitatur. C. de procura. l. 1. Ber.

a ¶[*Repromiſit.*] Non enim potuit, ꝑpter hoc renunciare priuilegio ſuo. ſ. de arbi. cum tempore. & quia non habuit aſſenſum fratrum ſuorum, non obfuit, q̃a delictum perſonæ, &c. & 16. q. 6. ſi epiſcopũ. & ſ. de exceptionibus, cum venerabilis.

b ¶[*Præſcriptione tueri.*] Hic de vna defenſione ſiue exceptione tranſit ad contrariam. arg. ſ. de præſcr. auditis. ff. de excep. nemo. ſimiliter de vna actione tranſit ad contrariã. ar. ſ. de iud. examinata. C. de inof. teſt. cõtra maiores. argu. contra ſ. de appellationibus. ſolicitudinem. ff. de tribu. q̃d in hæredem. §. eligere. C. de non nu. pecu. Auth. cõtra qui propriã 1. Sed quid ſi debuit proponere omnes exceptiones infra certũ terminum? Non videtur ꝙ poſtea ſit audiendus. ſ. de excep. paſtoralis. Et qui in vna exceptione ſuccumbit, volens aliam ſtatim proponere, non auditur, niſi hoc faciat infra terminum præfixum. Inſti. de excu. tut. §. qui autem. Dicas ꝙ ſi alicui competunt plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ, in eo caſu ſi non proponit omnes ſcilicet infra terminum, poſtea non auditur. & ſic intelligitur. §. Inſti. de excu. tuto. §. qui autem. niſi ſecundum tenorẽ illius decre. paſtoralis. Si autem ſunt contrarię, puta, quia primo dixit ſe exemptum, & ſuccumbit, poſtea poteſt aliam proponere, puta, præſcriptionem 2: vt hic. & c. auditis. & l. prædicta, contra maiores. Contrarium tamen eſt in actionibus: quia tunc ab initio debet eligere, aliàs poſtea non auditur volens aliam intentare contrariam: vt l. prædicta. quod in hæredem. §. eligere.

literas non haberet, eam veſtro duximus examini committendam: Mandantes, quatenus ſi conſtiterit abbatem, ad ſedem Apoſtolicam antequam epiſcopus in eum ſuſpẽſionis, vel excommunicationis, & in monaſterium interdicti ſententias tulerit, legitimè appellaſſe; vel monaſterium à iuriſdictione epiſcopi eiuſdem exemptum: eo non obſtante quòd abbas ab eo circumuentus, præter fratrum ſuorum aſſenſum, ei obedientiam repromiſit [a] (cum fraus & dolus ei patrocinari non debeant) iudicetis illas ſententias non tenere †. ¶Quòd ſi abbas in exemptionis probatione defecerit, nec legitima ſe poterit pręſcriptione [b] tueri: licet probet ſe ante prædictas ſententias appellaſſe, nihilominus tamen monaſteriũ. iudicetis Auriẽ. eccleſiæ ſubiacere, in cuius eſt diœceſi fundatum †. ¶Similiter eo in probatione appellationis deficiente, ſi vobis conſtiterit de exemptione, vel legitima præſcriptione, tam abbatem, quàm monaſterium, ab impetitione epiſcopi abſoluatis.

¶Idem in coucilio generali.†

¶*Nouam religionem non licet conſtituere ſine auctoritate Romani Pötificis: Nec in diuerſis monaſterijs poteſt quis eſſe abbas vel monachus; ſic principaliter ſummatur, licet plura dicta habeat.*

CAP. IX.

NE nimia religionum † diuerſitas grauem in eccleſiam Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cętero nouam † religionem inueniat: ſed quicunque ad religionem conuerti voluerit, vnã de approbatis [d] aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam domum de nouó fundare, regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis. ¶Illud etiam prohibemus, ne quis in diuerſis monaſterijs locum monachi habere præſumat, nec vnus abbas pluribus [e] monaſterijs præſidere.

† Hinc patet ſententias cenſurarum poſt appellationem latas non tenere, de quo vide Panormitanũ in c. conſiderauimus. ſupra de electio.

† ſitum

1 Sol. caſus eſt ſpecialis & facit ff. de regu. iur. l. nemo ex his. & q̃d ibi not. Io. And.

† Conciliũ gñale Lateran. ſub Innocent. iii. c. 1. & c. 3. eo. ti. in 4. compila.

† religionis.

2 Etiã ſimul poſſet hoc ꝓponi, cũ nõ ſint cõtraria. de priui. cum perſonæ. li. 6. Io. And.

NE *nimia.*] Diuiditur. Primò nouam religionem prohibet in perſonis & locis. Secundò pluralitatem locorum monachis & abbatibus: ibi, *Illud.* Abbàs.

CASVS. Prohibet hic concilium, ne aliquis decætero nouam religionem inueniat, ſed qui vult ad religionem tranſire, vnam de approbatis aſſumat. Item qui voluerit nouam domũ fundare, & regulam & inſtitutionem accipiat de approbatis: in fine prohibet, ne in pluribus monaſterijs monachus exiſtat, nec vnus abbas præſit pluribus monaſterijs. Not. ꝙ diuerſitas religionum reprobatur, Item qui fundat eccleſiam, non nouã religionem debet conſtituere, ſed vnam de approbatis debet aſſumere. Item vnus monachus non debet habere locum in diuerſis monaſterijs, nec vnus abbas præeſſe debet pluribus abbatijs.

c ¶[*Nouam religionem.*] Nam nouum collegium non poteſt conſtitui in conſulto principe. ff. de colleg. illi. l. 3. ſic nec noua dignitas ſine auctoritate Papæ 3. ſ. de conſue. cum olim. & 22. diſtin. cap. 1.

¶*Glo. ſeq. inducit duo ſimilia.*

d ¶[*De approbatis.*] ſic qui nouam dignitatem inſtituit in eccleſia, conſtituet eam ſecundum conſuetudinẽ aliarum dignitatum. ſ. de conſue. cum olim. ſimiliter noua eccleſia debet regi ſecundum conſuetudinem aliarũ. j. de cenſib. ſuper eo.

¶*Glo. ſeq. inducit alia duo ſimilia.*

e ¶[*Pluribus monaſterijs.*] ſic patet ꝙ nullus poteſt eſſe monachus, vel abbas in pluribus monaſterijs: ſic etiam de iure nullus poteſt ꝑfici in diuerſis eccleſijs ſecularibus. ſ. de præb. de multa. nec ſimul ꝑbendam & dignitatem habere ſ. de conceſſ. præben. cum noſtris. & cap. literas. nec abbas cum fratribus poſſet diſpenſare vt monachus haberet locum in diuerſis monaſterijs. arg. ſ. de elect. conſtitutis.

3 Nec nouus sãctus vel nouę reliquię. ĩfra de reli. c. 1. & 2. nec nouę feriæ repentinæ. C. d̃ ferijs a nullo iudice. ſecũdũ Hoſt. Io. A.

† Vide Cardinalẽ cõſil. 39. inci. in aliquib. locis. & Felinum inc. eccleſia sãctæ Mariæ. ſupra d̃ cõſti. adde c. vnicum e. tit. lib. 6.

TITVLVS XXXVII.
De capellis monachorum, & aliorum religioſorum.

¶Vrbanus tertius.

Ad curam monaſterio ſubiectam, non monachi; ſed ſeculares clerici præficiuntur, & epiſcopis ſubſunt.

CAP. I.

IN † eccleſijs vbi monachi habitant, populus ꝑ monachum nõ regatur: ſed capellanus, qui populum regat, ab epiſcopo per conſilium monachorum [f] inſtituatur: Ita vt ex ſolius [g] epiſcopi arbitrio, tã ordinatio eius, quàm depoſitio, & totius vitæ pendeat conuerſatio.

¶Innocentius iij. archipresbytero, & clericis ſanctæ Cæciliæ.

¶*Si eccleſia non cathedralis vendicat ſibi ius in alia eccleſia, obtinebit ſolum quo ad ea, quæ probabit ſibi deberi præſcriptione, vel alio legitimo modo. hoc dicit ſecundum communem, & verum intellectum.*

DE CAPELLIS Monachorum, & aliorum religioſorum.

¶*Suprà viſum eſt de religioſis, item de domibus religioſorum in genere: nunc autem ſubijcit in ſpecie de domibus religioſis, ſeu capellis monachorum. Abbas. Siculus.*

De hac materia tractatur 16. q. 2. & q. 1. peruenit. & in alijs ca.

IN *eccleſiis.* Primò ponit dictũ. Sc̃do ampliat: ibi, *Ita vt.* Ab.

CASVS. Statuit Vrbanus Papa, ꝙ monaſteria quæ populum habent, habeant capellanum ſuum inſtitutum ab epiſcopo de conſilio monachorum, qui populum regat, & viſitet cum neceſſe fuerit. cuius ordinatio & depoſitio ad epiſcopum pertinet. Not. ꝙ monachi curã populi habere non debent. Item ordinatio, & depoſitio presbyterorum ad epiſcopum pertinet.

¶*Glo. ſequens alleg. vnam concor. in contrarium alleg. 4. cano. & ſoluit.*

f ¶[*Monachorum.*] Hoc ius commune videtur: vt ſ. de ſta. mo. monachi. vbi prohibentur poni per parochias. Signantur contraria. 16. q. 1. dictos. & c. vos autem. & c. in parochia. Sol. quod hic dicitur, intellige de monacho clauſtrali, qui non eſt à populo electus, nec ab epiſcopo inſtitutus. monachi debent habere capellanum, qui miniſtret populo ſacramenta, ab epiſcopo inſtitutum de conſilio monachorum. vt hic dicit: qui circumeat parochiam cum neceſſe fuerit: quod monachi facere non debent. Ibi de illis qui præficiuntur parochialibus eccleſijs per epiſcopum, hic non. & hoc ca. loquitur vbi eſt cõgregatio monachorum.

¶*Glo. ſeq. recitetur per contrarium de cano. 15. q. 7. & c.*

g ¶[*Solius.*] Hoc ideo dicit: quia monachi non poſſunt remouere eum, ſed ſi delinqueret, per epiſcopũ debet remoueri ordine

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpil. Et vide concilium Trid. ſeſſi. 25. titu. de regularib. c. 11. adde gloſſam & Archidiaconũ. 16. q. 2. in ſumma.

dine iudiciario,& ita excluduntur monachi quantum ad hoc. ſed ſi deberet deponi: tunc neceſſarij ſunt alij epiſcopi. 15. q. 7.fœlix.& c.ſi quis tumidus.

D *ilectus.*] Tria facit primò ponit petitionem actoris. Secundò defenſionem rei, Tertiò Papæ diffinitionem. Secunda: ibi, *Ad hæc*. Tertia: ibi, *Nos*. Abbas ſiculus.

† Cap.vnico e.tit. in 3. compil. Videtopræ aliis Henrichũ Boich. hoc ipſo ca.

CAP. II.

Dilectus † filius M. ſyndicus eccleſiæ veſtræ, ab œconomo ſancti Laurentij de Piſcinula, in ſcrutiniis [a] baptiſmate, & capitulis [b], & ſimilibus ſubiectionem poſtulans, poſſeſſorium & petitorium [c] intentabat. Cum enim eccleſia ſancti Laurentii ſit in parochia veſtra ſita, debet de iure communi [d] eccleſiæ veſtræ, in prædictis omnibus ſubiacere, quia nec priuilegium exemptionis habet, nec præſcriptionem [e] pro ſe poterat allegare, cum illa † eccleſia ſanctæ Cæciliæ præſcripſiſſet, ſicut per teſtes dicebat legitimè comprobatum. Prætereà cum coram C. Papa prædeceſſore noſtro ſuper prædictis, inter veſtram, & prædictam eccleſiam, quæſtio verteretur [f], M. presbyter eiuſdem eccleſiæ fuit ſponte [g] confeſſus quòd eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ ſcrutinium, & baptiſma debebat. Cunque pars veſtra teſtes, qui ſe illum diuerſis temporibus, ad capitulum vocaſſe, ipſum que veniſſe aſſerebant, in medium produxiſſet: eis iurare paratis, prædictus presbyter ſe vocatũ [h] iuiſſe ad capitulum eſt confeſſus. vnde prędictus prædeceſſor noſter eccleſiam veſtram, capitulo, quo ſe conqueſta fuerat ſpoliatam, ſaluo iure ptoprietatis eccleſię ſancti Laurentii, reueſtire curauit [i], ſicut in eius literis continetur. Per hoc ergo proprietatem quo ad ſcrutinium [k] & baptiſma, & poſſeſſionem quò ad capitulum, veſter voluit ſyndicus comprobare. Ad hæc † ſancti Laurentij œconomus ex aduerſo reſpondit, quòd eccleſia illa † nullo medio ad Romanam eccleſiam pertinebat. Cum enim monaſterium monialium fuerit, & generaliter ſeruetur in vrbe, vt nullum monaſterium titulo [l] ſit ſubiectum, incongruum videbatur, vt regulares ſecularibus ſupponantur. prætereà vſque hodie nos in ea inſtitutionem, & deſtitutionem liberam exercemus: & infrà. ¶ Nos igitur audi-

† Aliàs illam,& tũc expone.ſ. eccleſiam ſancti Laurentij, quã poſſidebatur ab eccleſia ſanctę Cęcilię cũ ſita eſſet ĩfra parochiã ſuã non é contra. Aliàs illa, ſcilicet iura quę petebãtur, q̃bus vſa erat eccleſia ſanctæ Cæciliæ non eccleſia ſancti Laurentij. ita notat Hoſtiẽſis, quem ſequor.

† ad hoc.

† ipſa.

C ASVS. Syndicus eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ, nomine ipſius eccleſiæ petebat ab œconomo ſancti Laurentij de Piſcinula ſubiectionem in ſcrutinijs, baptiſmate, capitulis & ſimilibus, poſſeſſorium, & petitorium intentando, dicens, quòd cũ eccleſia ſancti Laurentij ſit in parochia ſanctæ Cæciliæ ſita, de iure communi debet ei in prædictis omnibus ſubiacere: cum priuilegiũ exemptionis non habeat: nec præſcriptionem pro ſe poterat allegare, cum eccleſia ſanctæ Cæciliæ præſcripſiſſet prædicta, ſicut per teſtes dicebat eſſe probatum: præterea cum inter prædictas eccleſias coram C. Papa ſuper prędictis, quæſtio verteretur, M. præsbyter eccleſiæ ſancti Laurentij fuit ſponte confeſſus, quòd eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ debebat ſcrutinium & baptiſma: & cum eccleſia ſanctæ Cæciliæ vellet producere teſtes ad probandum, quòd ille presbyter diuerſis temporibus vocatus fuerat ad capitulum, & quòd ad ipſum venerat, dictus presbyter confeſſus fuit ſe vocatum àd capitulum veniſſe: vnde C. reſtituit eccleſiam ſanctæ Cęcilię, quò ad capitulum, quo conqueſta fuerat ſe ſpoliatam, ſaluo iure proprietatis eccleſiæ ſancti Laurentij. per hoc ergo ſyndicus ſanctæ Cæciliæ probare volebat proprietatem quo ad ſcrutinium & baptiſma, & poſſeſſionem quo ad capitulum: Ad hoc œconomus ſancti Laurentij ex aduerſo reſpondit, quòd eccleſia ipſa nullo medio pertinet ad Romanam eccleſiam: præterea ipſa eccleſia fuit monaſterium monialium, & generaliter ſeruatur in vrbe, vt nullum monaſterium titulo ſit ſubiectum: quare incongruum videbatur vt regulares ſecularibus ſupponantur: & dominus Papa in ipſa eccleſia inſtitutionem liberam exercebat & deſtitutionem. Dominus Papa his & alijs intellectis, condemnauit œconomum ſancti Laurentij ſyndico eccleſiæ ſanctæ Cæciliæ in ſcrutinio & baptiſmo, ita tamen quòd per hoc nullum præiudicium generetur Romanæ eccleſiæ, ſi quando ius ſuum forte duxerit proſequendum. In inſtitutione vero, & deſtitutione, & capitulo œconomum ſancti Laurentij ab impetitione ſyndici ſanctæ Cęciliæ prorſus abſoluit, ſibi ſuper hoc perpetuum ſilentium imponendo. Not. quòd in eodem libello poteſt quis intentare poſſeſſorium & petitorium ſuper diuerſis articulis, & etiam ſuper eodem. Item confeſſio ſyndici vel procuratoris præiudicat eccleſiæ. Item obedientia probatur per hoc ꝙ quis vocatur & venit ad capitulum, vel concilium. Item proteſtatio facienda eſt ne factum proprium ſuæ eccleſię noceat. Item in perſona ſyndici formanda eſt ſententia: & ideo condemnationis & abſolutionis ſententia poteſt in procuratorem, vel ſyndicum proferri.

1 Hęc ſcrutinia in ſeptimana ſãcta fieri cõſueuerunt circa pueros poſtea in magno ſabbato baptizãdos, vt refert Hoſtiẽ. & Ioan.And. hic ex Goffredo.& vide Archidiaconum & Ioannẽ And. in c. 2. de ele. lib.6.

a ¶*In ſcrutinijs.*] ſic s̃. de ma. & obed.his quæ. Scrutinium hic & ibi appellantur catechiſmi ſiue exorciſmi, qui fiunt baptizandis per xx. dies ante 1 baptiſmum. de quibus legitur de conſe. diſtinct. 4. ante baptiſmum. & cap.ante xx. & 10. quæſtio. 1. peruenit. Et eſt vulgare Romanorum: aliter accipitur ſcrutinium. ſuprà. de ſcruti. cap. vnico. & aliter accipitur in concilio Lug. s̃.de elect. in electionibus. & capit. quia propter.

b ¶*Capitulis.*] id eſt, ſynodo, ſiue conuentu, vbi vitia corriguntur.

¶*Gloſſ. ſeq. not, in eodem libello, & c. inducit duo ſimilia, & ſubdit cauſam.*

c ¶*Et petitorium.*] ſuper diuerſis cap. ſcilicet petitorium quò ad ſcrutinium & baptiſma, poſſeſſorium quò ad capitulum: & ſic duæ actiones ſimul in eodem libello poſſunt, proponi 2: ſicut & de poſſeſſione ſoli interdicto vnde vi poſſunt experiri, & de rebus vi ablatis ad exhibendum, vel vi bo. ra. ff.de vi & vi. ar. l.1. §. ſi fundus de quo.& pro eadem re poſſunt iſta duo ſimul intentari, & ab eadem parte: vt hic, & ſupra de cauſ. poſ. capit. 2. 3. & 4.& cap. cum dilectus. vbi materia iſta expeditur, & cap. paſtoralis. Item & vnum iudicium ſufficit ad plures ſocietates. ff.pro ſoc.cum duobus.§.ſi plures. aliàs incipit, lex iſta, ſub qua eſt iſte. §. ſi inter fratres. arg. ff. fam. erciſ. hæredes.§.de pluribus. & §.ſeq. & hoc fit cauſa dirimendarum litiũ. arg.ff.de act. emp. l. nõ eſt nouum. & ſuprà. de cau. poſ.cap,ad vltimum.

2 Concor. ſupra de teſ. ſignificauerunt. de cã poſ. cum ſuper Io. And.

d ¶*De iure communi.*] s̃. tit. proxi.c. conſtitutus.

e ¶*Præſcriptionem.*] imo & ſi allegaſſet eam, non iuuaretur, niſi allegaret eam ex alterius perſona. s̃.de præſcrip. cum ex officij.

f ¶ *Verteretur.*] ſuper diuerſis articulis, ſcilicet petitorio quantum ad ſcrutinium, & baptiſma, & poſſeſſorio quò ad capitulum, vt patet ex ipſa litera. Sed modo coram Innocentio agebatur poſſeſſorio & petitorio, & quia non fuit modo probatum de proprietate quò ad capitulum, abſoluitur eccleſia ſancti Laurentij quò ad capitulum, vt in fine dicitur, dum eccleſia Romana habuit ibi inſtitutionem & deſtitutionem, & eccleſia ſanctæ Cæciliæ illa ſolummodo habebit poſtea, quæ presbyter confeſſus fuit quantum ad proprietatem coram Celeſtino Papa, cum in omnibus alijs eccleſia ſancti Laurentij pertineat ad eccleſiam Romanam: vt in fine patet.

3 Et tamen ſuper poſſeſſorio nõ pronũciat ſecundum Innocẽtiũ ſed poteſt dici ꝙ pronunciauit in deciſa ſecundum Petrum & Abbatem. Io.And.

g ¶*Sponte confeſſus.*] Et ſic confeſſio procuratoris præiudicat domino. iſte presbyter procurator erat eccleſię ſancti Laurentij. De hoc notatur ſupra vt lite non conteſtata. capitulo primo. Et ſponte dicit, quia ſecus ſi coactus. infra de accuſa. cap. ſi conſiterit. Et confeſſio in vno iudicio facta coram Celeſtino, valet hic in alio coram Innocentio, vt patet Ber.

¶ *Gloſſa ſequens alleg. vnam concord. & ſignat vnum contrarium.*

h ¶*Vocatum.*] Per hoc igitur probatur poſſeſſio 4 obedientię, quòd aliquis vocatus ad ſynodum venit. argu. ſupra. de his quę fiunt à maiori parte capituli. cap. ex ore. argu. contra. s̃.de reſt.ſpo.olim.

4 Sed non proprietas Io. And.

i ¶*Curauit.*] Eodem iure debuit pronunciare diffinitiuè ſuper prędictis duobus articulis ſed noluit. Ber.

k ¶*Scrutinium, & baptiſma.*] In his duobus obtinuit, in omnibus alijs ſuccubuit: vt j̃.ſequitur.

¶*Glo.ſeq.obijcit, & dupliciter ſoluit.*

l ¶*Titulo.*] id eſt, plebi ſeculari. 18. quęſtio. vltim. peruenit. & capit. dudum. Sed nonne ſubijcietur epiſcopo qui eſt ſecularis? Sed illud eſt, vt dicit Vin. propter excellentiã digni-

dignitatis 1. imo verius videtur: vt T. dixit, quòd de iure communi monachi poſſunt ſubeſſe titulo, ideſt, plebi ſeculari. 16.queſt. 1. alia.& c.eccleſia habet. & c.legi.arg.93. diſtin. à ſubdiacono.

1 Facit quod no. de ele. nullus lib. 6. in vlt. gl. Ioan. And.

tis propoſitis, œconomum[a] ſancti Laurentij ſyndico veſtro in baptiſmo, & ſcrutinio condemnamus: ita vt per hoc eccleſiæ Romanæ nullum præiudicium generetur[b], ſi quando forte ius ſuum duxerit proſequendum, In inſtitutione[c] autem, & deſtitutione, & capitulo, œconomum ipſum ab impetitione ſyndici veſtri prorſus abſoluimus, ſyndico veſtro ſuper hoc perpetuum ſilentium imponentes.

¶Honorius tertius Epiſcopo Venetenſi.

¶ *In prioratibus monachorum non poſſunt ſinguli monachi commorari, etiam ſi ſuper hoc habeant reſcriptũ Apoſtolicum, niſi in illo fiat mentio de Lateranenſi concilio.*

CAP. III.

EX parte tua fuit propoſitũ: & infrà. ¶ Abbas & cõuẽtus Riueñ.† Venet. †diœceſis occaſione literarũ[d] Apoſtolicæ ſedis aſſerunt[e] ſibi eſſe cõceſſum, vt in ſingulis ipſorũ Prioratibus ſinguli monachi commorentur, ſi pluribus non ſuppetunt facultates eorundem. ¶ Cum autem id obuiet Lareranen. concilio, † de quo nulla mentio[f] eſt in literis antedictis: Fraternitati tuæ breuiter reſpondemus, quòd huiuſmodi literas ab Apoſtolica ſede non credimus emanaſſe. Quòd ſi per occupationem[g] forſitan emanauerint, nolumus[h] per hoc derogari concilio ſupradicto.

a ¶ *Oeconomum ſancti Laurentij.*] Hic formatur ſententia in perſona procuratoris ſiue œconomi, non tamen ipſe conueniet, vel conuenietur actione iudicati. niſi eſſet defenſor tantum, vel datus in rem ſuam. ff. de procura. Plautius. Arg. contra quòd in perſona domini. ſ. de proba. licet. De hoc traditur ſ. de elect. querelam.

b ¶ *Generetur.*] Et ita Papa iudicat quòd ei non obſit exceptio rei iudicatæ. ſimile ſ. de re iud. c. ſuborta. vnde bene præſcribitur cõtra monaſterium exemptum ſpacio legitimo xl. ann. licet non contra Papam. 16. q. 4. volumus.

c ¶ *In inſtitutione.*] Hic patet quod in quibuſdam iuribus epiſcopalibus poteſt præſcribi, ita quod non propter hoc in alijs & ita fallit regula illa, quod per partem tota ſeruitus retinetur: vt ff. de ſer. ru. prædi. vna eſt via. de hoc dicitur ſ. de præſcri. auditis. & hoc ideo eſt, quia ius epiſcopale ẽ genus multas habens ſpecies ſub ſe, quarum multæ enumerantur. ſ. de offic. ordi. conquerente. & cap. dilectus.

† Riuenẽ.
† Rinen.
† nanet ẽ.

EX parte tua.] Diuiditur. primò ponitur conſultatio. ſecundo reſponſio: ibi, *Cum autem*. Abbas.

† Lateran. cõcilio ſub Alexã. iij. c. 10. refertur ſupra de ſtatu mona cho. c. monachi.

CASVS. Abbas, & conuentus Riueñ. Veneteñ. diœceſis literas Apoſtolicas ad quoſdam iudices impetrauerunt, ne epiſcopus diœceſis eos compelleret plures monachos ponere in quibuſdam prioratibus ſuis, vbi ſinguli monachi eſſe conſueuerunt, cum pluribus facultates non ſufficerent eorundem, inquiſita prius veritate de facultatibus prioratuum: occaſione iſtarum literarum dicebant ſibi eſſe conceſsũ vt in ſingulis prioratibus ſuis ſinguli monachi commorẽtur, dummodo pluribus facultates non ſuppettãt eorundem: Eps Venetenſis ſignificauit hoc dño Papæ, & ipſe reſcribit ei dicens, cum iſtud obuiet concilio Lateranenſi, de quo nulla ſit mentio in literis prædictis, reſpondet, quod non credit huiuſmodi literas à ſede Apoſtolica emanaſſe: quod ſi forſitan per occupationem emanauerint, non vult per hoc derogari concilio antedicto. Not. quod monachi in eccleſijs ſoli commorari non debent. Item ſi quis literas impetrat contra aliquod ius, ſiue cõcilium, de ipſo iure ſiue concilio mentionem facere debet, aliter non valent.

¶ *Glo. ſeq. incipit caſum.*

d ¶ *Literarum.*] Literæ iſtę tales fuerunt: Impetrauerunt monachi iſti literas ad quoſdam iudices 2, ne eps diœceſanus cõpelleret eos plures monachos inſtituere in quibuſdam prioratibus ſuis, vbi ſinguli monachi eſſe conſueuerunt, cum pluribus non ſufficerent facultates eorundem: inquiſita prius veritate de facultatibus prioratuum, occaſione talium literarum dicebant, ſecundum quod inferius continetur.

2 Ho. dicit iſtos fuiſſe conſeruatores contra diœceſanum Ioan. And.

e ¶ *Aſſerunt.*] & male: quia licet in eccleſijs illis non poſſent eſſe plures monachi, non tamen Papa concederet quod ſoli monachi in ſingulis prioratibus ſingulariter ponerentur, quia illud eſſet contra concilium Lateran. ſ. de ſta. mo. c. 2. & eſt expreſſum j. c. proxi. vnde literæ iſtæ de conſcientia Papæ non emanauerunt. Bernar.

f ¶ *Nulla mentio.*] & ſic patet quòd ſi quis literas impetrat contra aliquod ius, ſiue concilium, non valent, niſi fiat mentio de illo iure. ſuprà de reſcrip. nonnulli. & ſ. de æta. & quali. cã te.

g ¶ *Occupationem.*] ſic. j. de ſen. excom. ſi aliquando. C. de lib. cau. iubemus. idem eſſet ſi per importunitatem petentis. C. de pe. bo. ſublatis. l. 1. lib 10. argu. ſ. de reſcrip. ſi quando.

h ¶ *Nolumus.*] tamẽ ſi vellet 3, bene poſſet diſpenſare contra concilium: quia auctor illius concilij in parem nõ habuit poteſtatem. ſupra de elect. innotuit. & Papa maior eſt quã concilium. ſ. de elect. ſignificaſti.

3 Sed hoc non debet velle propter periculum peccati carnalis concupiſcentiæ, quod imminet ſpecialiter & eſt ſequela ſolitariæ vitę religioſi inter homines cõuerſantis: & hoc cõſiderauit cõciliũ Laterã. vt ibi patet Io. An. ex Hoſtiẽ.

¶Idem Burdegaleñ. Archiepiſcopo.

¶ *Ordinarius compellit abbatem, vt monachos à Prioratibus reuocet ad clauſtrum, vel eis ſocios adiungat.*

CAP. IIII.

AD audientiam noſtram peruenit, quòd nonnulli monachi lege tibi diœceſana[i] ſubiecti, in quibuſdam Prioratibus habitant ſolitarij, contra ſtatutum generalis[k] concilij †. Ideoque mandamus, quatenus ipſorum abbates, ſeu Priores, vt vel ipſos ad clauſtrum † reuocent, facientes in ipſis eccleſijs deſeruiri per clericos ſeculares: vel alios monachos eiſdem aſſocient[l], cum quibus vitam poſſint ducere regularem, monitione prẽmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam compellas.

† Quod citaui ſupra c. præced.

† clauſtra.

AD audientiam.] Primo ponit tranſgreſſionem concilij: quam ſecundo mandat corrigi: ibi, *Ideoque*. Abbas.

CASVS. Significatũ fuit domino Papæ, quod quidam ſubiecti archiepiſcopo Burdegaleñ. ſolitarij habitabãt in quibuſdã Prioratibus cõtra ſtatutum Lateraũ. concilij: vnde mandat Papa eidem archiepiſcopo, quatenus abbates, ſeu Priores ipſorũ, vt vel ipſos reuocent ad clauſtrum, facientes per clericos ſeculares in eiſdem eccleſijs deſeruiri, vel aſſocient ſibi alios monachos, cũ quibus vitam regularem obſeruent, per cenſuram eccleſiaſticã monitione præmiſſa compellat. Not. quòd monachi in eccleſijs ſoli ſine alijs monachis habitare non debent contra concilium Lateraneñ. Item epiſcopi poſſunt compellere abbates ne monachos ſolos per villas dimittant.

i ¶ *Diœceſana.*] id eſt, iuriſdictionis. De hac lege no. ſ. de offi. or. dilectus.

k ¶ *Generalis concilij.*] Hic vocat Papa Lateraneñ. concilium generale, quod habes ſ. de ſta. mona. capit. 2. ſed concilium Innocentij ſemper ſic appellatur.

¶ *Glo. ſeq. ponit differentiam quam improbat.*

l ¶ *Eiſdem aſſocient.*] & ita epiſcopi compellere debent abbates, ne monachos per villas ſolos dimittant, ſecus in canonicis regularibus, ſi eligerentur ad regimen animarum, nam illi non compelluntur alios ſecum habere, niſi id commodè facere poſſint. ſ. de ſta. mo. quod Dei timorem. ſed ibi eſt collegium: vnde idem videtur de regularibus, ſcilicet quod non deberent eſſe ſoli in capellis.

TITVLVS XXXVIII.

De iure † patronatus.

† De materia totius tituli vide late per Lãbertinũ in libris de iure patronatus adde concilium Trident. infra ſuis locis citandum.

¶Ex concilio Mediolanenſi †.

† In omnibus antiqs ita: ex concilio Mediomatricis idem Burchard. li. 3. decr. c. 42. & in 1 compila. eo. tit. c. 1. Iuo. par. 3. ca. 46. habet ex concilio Mediomatricenſi caro. extat tamẽ hoc decretũ in cõcilijs vulgatis in ſynodo Cabilonenſi ſecũda habita ſub imperatore Carolo Magno c. 26.

¶ *Si propter diſcordiam patronorũ eccleſia caret adminiſtratore, ceſſatur in eccleſia à diuinis, tolluntur reliquiæ, & oſtia clauduntur, ſi aliter ſine ſcandalo eccleſiæ prouideri non poteſt. hoc dicit cum cap. ſequenti.*

DE IVRE PATRONATVS.

¶ *Suprà viſum eſt de præben. & dignit. item de reli. domi. item de capel. mona. ſed quia ad iſtas fit inſtitutio nonnunquam per præſentationem patroni, & ſic poſſet dubitari de iure patronatus, & de modo præſentandi: meritò poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Abb. Sicul.*

De hac materia tractatur. 16. q. 6. piæ mentis, §. cum ergo. vſque ad fin. q. 16. q. 5. ſi quis Epiſcoporum.

Perla-

PErlatum eſt.] Duo facit concilium. Primò prohibet eccleſiam inter patronos diuidi: Secundò ponit quid facere debeat epiſcopus cum patroni nō ordinant eccleſiā. Secunda ibi. *Et ſi.* Abb. Sic.

CASVS. Aliquando contingit, ꝙ vnus patronus eccleſiæ relinquit plures hæredes: quilibet hæredum vult pro ſuo arbitrio eccleſiam ordinare cum vacat: ſtatuit concilium, ꝙ inter hæredes patroni eccleſia diuidi nō debeat: & ſi diſcordia fuerit inter eos, propter quam ſacerdos ibi ordinari non poſſit, epiſcopus præcipiat vt nullo modo Miſſarum ſolemnia celebrentur ibidem, donec ad concordiam redeant, & canonicè prouideant, eccleſiæ. Not. ꝙ eccleſiæ diuidi non debent. Item epiſcopus poteſt compellere patronos eccleſiarum diſcordātes per ſubtractionem diuinorum, vt ad concordiam redeant.

CAP. I.

PErlatū eſt: & infrà. ¶Nobis viſum eſt, quòd eccleſia inter hęredes patroni diuidi non debeat [a]. Et ſi ſimultates [b] inter eos ſurrexerint, propter quas ſacerdos ſuo ibi officio canonicè fungi non poſſit: ſi aliter prouideri non poterit, pręcipiatur ab epiſcopo, vt nullo modo ibi Miſſarū ſolemnia celebrentur [c], donec ad concordiam redeant, & eccleſia ſacerdotē, canonicè habeat, qui liberè ſuum miniſterium valeat exercere.

¶Ex concilio Triburieñ. †

† Cōcilliū Triburienſe. cap. 32. Burchardus lib. 3. decreti c. 224. Iuo par. 3. cap. 283. & ca. 2. eo. tit. in 1. compil.

¶*Summatum eſt in capitulo proximo.*

¶*Gloſſa ſequens fortificat text. per rationem ad quam inducit 4. iura. Secundò tractat an ius patronatus cuique patrono competat in ſolidum. In fin. quærit & arg.*

CAP. II.

QVęcunque eccleſia: & infrà. ¶Si contingat pro eccleſia poſſidere patronos, vt eam nolint ſub vno pręsbytero procurari †, epiſcopus (ſi aliter non poterit ipſi conſulere) tollat inde reliquias [d], atque eiuſdem eccleſię claudat oſtia, vt ſacrum miſterium † nullus in ea celebret, antequam vnum eligant presbyterum, qui ſacroſancta ſit idoneus procurare.

† In vno veteri codice alterius manu erat ſcriptum: ordinari.

† Aliàs miniſterium. qđ agnoſcit hic Hoſtienſis.

a ¶*Non debeat.*] quia ad mutabilitatem mondanarum neceſſitatum eccleſia turbari non debet. 10. diſt. lege. & 3. q. 6. hęc quippe. & 100. diſt. c. 1. & ǰ. eo. querimoniam. Et nota ꝙ ius patronatus apud vnum quemque hęredum eſt inſolidum quoad omnem eius effectum ff. de bo. li. ſi libertus. in fin. præter ſacerdotis præſentationem, quæ eſt apud omnes 1, ita ꝙ apud nullū: vt hic patet, & ǰ. c. proxi. ſicut electio, quia res ſimplex eſt & indiuiſibilis, & ſic ad quemlibet hæredem inſolidum tranſit, etiam ſi ex diuerſis & inæqualibus partibus ſint hæredes. arg. ff. de ſer. via. C. de relig. ſi ſepulchrum. & ff. e. l. ꝙ ſi locus. & ff. ad leg. Fal. l. 1. §. ſi vſuſfructus. & ff. de vſu. & hab. vſus. quia incorporalia diuidi non poſſunt. argu. 7. q. 1. nihil Quid ſi non conueniant, poſſent ne paciſci adinuicem, vt alternis vicibus pn̄tarent? Arg. ꝙ ſic ff. de vſufru. quotiens. ff. de ſerui. via. in fi. ADDITIO. Et ff. commu. diui. l. communi diuidundo. §. ſi de vſufructu. Inno. contra, cum ſit res ſpiritualis. vide cle. plures. eo. titu.

1 De hoc articulo qđ ſit tenēdum vide clemētinā & plures. de iure patronatus.

b ¶*Simultates.*] id eſt, latentia odia ſiue diſcordiæ.

c ¶*Celebrentur.*] ſic 16. q. 7. conſiderandum. & cap. ſi plures. ſed hoc hodie ſeruari nō dēt, ſi aliquo modo ſine ſcandalo poſſit eccleſia ordinari. ǰ. eo. quoniam. Ber.

QVæcunque.] CASVS. Si patroni eccleſiæ diſcordes fuerint vt eam nolint de vno pręsbytero ordinare, ſi epiſcopus aliter eccleſiæ conſulere non poterit, tollet inde reliquias, & claudat oſtia eccleſiæ, nec diuinum ibi celebretur officium, donec canonice vnum elegerint presbyterum. Iſta duo capitula reducenda ſunt ad c. ſequens. Not. ꝙ epiſcopus poteſt compellere patronos diſcordantes, ad ordinandam eccleſiam de vno presbytero.

¶*Glo. ſeq. ponit triplicē lecturā, Melen. Ioa. Fauen. & Alani.*

d ¶*Reliquias.*] Quidam dicunt, ſicut Melendus. ꝙ hoc cap. non tenet, & illa. cap. ſimiliter non tenent. 16. q. 7. conſiderandum. & c. ſi plures. & c. ſeq. quoniam. & c. eam te. niſi forſitan ex facto epi magnum ſcandalum oriretur, tunc poſſet ſeruari hoc qđ hic dicitur ad tempus, quod ſatis videtut. Ioan. Fauen. dicebat. tollat reliquias. ideſt, non ponat. Ala. intelligit de reliquijs, quæ ſunt in capſis extra altare, quod eſt verum, quia de illis quæ ſunt in altari non intelligitur.

QVoniam.] Primò ponit abuſum patronorum. Secundò cōſtitutionem: ibi, *Præſenti.* Abbas.

¶Ex concilio Lateraſi. †

† Conciliū Lateran. ſub Alex. iii. c. 17. & c. 4. eo. tit. in 1. cōpil.

¶ *Si patroni in præſentando diſcordant; præfertur præſentatus à maiori parte, ſi eſt idoneus; & ſi hoc ſine ſcandalo fieri non poteſt, vel patroni infra tempus debitum non præſentant, epiſcopus ordinabit eccleſiam.*

CAP. III.

QVoniam † in quibuſdam locis fundatores [e] eccleſiarum, aut hęredes eorum, poteſtate, in qua eos eccleſia hucuſq; ſuſtinuit, abutuntur [f]: & cum vna eccleſia vnius debeat eſſe rectoris, pro ſua diſſenſione † plurimos repręſentant: Pręſenti decreto ſtatuimus, vt ſi forte in plures partes † fundatorum ſe vota diuiſerint, ille pręficiatur eccleſię, qui maioribus [g] iuuatur meritis, & plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu. Si † autem hoc ſine ſcandalo [h] eſſe nequiuerit, ordinet [i] antiſtes eccleſiam ſicut melius eam ſecundū Deum viderit ordinandam. Et id ipſum etiam faciat, ſi de iure patronatus quęſtio emerſerit inter aliquos, & cui competat, infra quatuor [k] menſes nō fuerit diffinitum.

CASVS. In quibuſdam locis patroni eccleſiarum, vel eorū hæredes abutunť poteſtate ſibi ab eccleſia cōceſſa: quia cum vna eccleſia vnius debeat eſſe rectoris: ipſi in diſcordia plurimos pręsētāt: vnde ſtatuit Lateran. concilium, vt ſi forte vota patronorū in plures partes ſe diuiſerint, ille præficiatur eccleſiæ, qui plurimorum eligitur & approbatur aſſenſu, & aliàs idoneus fuerit: Si autem hoc ſine ſcandalo fieri non poterit, epiſcopus ordinet eccleſiam ſecundū quod melius ſibi viſum fuerit: In fine dicit, ſi de iure patronatus quæſtio emerſerit inter aliquos: & illa infra quatuor menſes non fuerit diffinita, ex tunc ſuperior ordinet eccleſiā Not. ꝙ ex fundatione eccleſiarum acquiritur ius patronatus. Itē plures rectores non debēt inſtitui in vna eccleſia. Item electio maioris partis tenet, dummodo electus ſit idoneus. Item propter ſcādalum aliquando receditur à iure. Item ſi qō iuris patronatus infra quatuor menſes non finiatur, ep̄s poſtea ordinare poteſt eccleſiam.

† De intellectu & materia vide Hoſt. in ſumma eo. tit. §. quid iuris. Lapū allega. 77. adde Baldum in l. 1. ff. de ſenator. & Lābertinum de iure patrona. li. 2. par. 2. arti. 8. q. 2.

† Defenſione, legitur in concilio aliàs, diſpenſatione.

† Aliàs pſonas.

† De intellectu hui⁹ §. vide Lābertinum tractat. de iure patro. ar. 9. q. 1. par. 2. li. 2.

¶*Glo. ſeq. recitetur per q. an refectione, & c. & ponit opi. Lau. quam determinat. ſecundo quærit. arg. pro, & contra. & tenet vltimū.*

e ¶*Fundatores.*] Not. ꝙ ex fundatione 2 eccleſiæ acquiritur ius patronatus, vt hic, & 16. q. 7. filijs. & ǰ. eo. nobis ſed ex refectione, vel reparatione non acquiritur: vt dicebat Lau. arg. ff. ne quid in loco publi. l. prætor. §. vicinales. ea videlicet ratione, quia quod humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem non recipit. ff. commu. prædi. tam vr. quam ru. l. caueri 3. quod intelligo cum omnino non eſt deſtructum monaſterium vel eccleſia: ſed ſi funditus deſtructum ſit, & de conſenſu epiſcopi aliquis vellet reędificare eccleſiam, credo ꝙ acquirat iuſpatronatus, quia perinde eſt ac ſi ab initio eccleſiam cōſtruxiſſet. ǰ. de Iudæ. conſuluit. arg. Item quid ſi reędificata eſt eccleſia de eadem materia. nunquid prior patronus remanet patronus? Videtur ꝙ ſic, quia eadem eccleſia intelligitur. ff. de iud. proponebatur. & 7. q. 1. denique. & arg. ff. de vſufru. in area. & ff. de ſer. vr. prędi. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. & hęc eccleſia loco prioris ſuccedit, vnde eadem intelligitur. arg. ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum. & ff. ſi ex noxa. cau. l. 2. in fi. ff. de vſur. dominus. in prin. ff. de ſer. ru. prędi. Attilicinus. arg. contra, quia deſinit eſſe patronus, & obligatio ſemel extincta, & c. ff. de ſolu. q res. §. arcam. & de conſecra. diſt. 4. quęris. qđ verius videtur.

2 Vide cōcilium Trident. ſeſſ. 14. de reformat. c. 12. & ſeſſ. 25. de ref. cap. 9.

3 Per hāc l. dixit Vi. ǰ. ca. ſignificaſti. ꝙ ſi aliquis cōſtruxit eccleſiam, & eam fecit cōſecrari, ꝙ alius eā dotādo patronatū ſibi non poteſt agrere. Io. An.

f ¶*Abutuntur.*] & ita perdere debent priuilegium. 11. q. 3. priuilegium. & 74. diſt. vbi iſta didiciſti.

g ¶*Qui maioribus.*] Simile. 63. diſt. ſi forte. Sed nunqd reqriť ꝙ maioris 4 ſit meriti, & ꝙ plures eū pn̄tēt? hoc videť velle hęc litera; ſed videť ſufficere ſi ſit idone⁹, dū tn̄ hēat maiorē partē, licet ali⁹ ſit melior. De hac materia diciť ſ. đ ele. eccleſia veſtra.

4 De hoc articulo vide quos citaui ſuprà in c. conſtitutis. 46. đ appellat.

h ¶*Scādalo.*] ar. ꝙ pp ſcādalū recediť à iure. ſ. de pb. cū teneamur. & ǰ. đ no. op. nū. cū ex iiūc. & ſ. đ tē. or. ad aur. vbi đ hoc.

i ¶*Ordinet antiſtes.*] ponendo ibi rectorem, ita quòd ipſum poſtea repręſentet ſi voluerit. arg. ǰ. eod. ſi verò.

k ¶*Infra quatuor.*] ǰ. eo. cū pp. cōtra. ǰ. ca. eā te. ibi ſoluitur.

Pręte-

PRæterea.] Duo ſunt dicta. Secundum: ibi, *Clericus*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam laici patroni in tantam audaciam prorumpunt, vt ſine auctoritate eporum clericos inſtituant in ecclеſijs,& deſtituant: & poſſeſſiones & alia bona eccleſiarũ pro ſua volũtate diſtribuãt, propter quod Lateran. conciliũ decernit illos anathemate feriendos: Clerici verò,qui eccleſias de manibus recipiũt laicorum ſine auctoritate epi ſui,cõione priuẽtur:& ſi eas non dimiſerint,à miniſterio eccleſiæ & ordine deponantur. No.ꝙ laici etiam patroni de rebus eccleſiarum ſpiritualibus,vel tẽporalibus, ſine auctoritate epi ſui nihil diſponere debent. Item ſine auctoritate epi clerici non debent inſtitui in eccleſijs.Item pœna clerici recipiẽtis beneficiũ de manu laici eſt,vt cõmunione priuetur. Itẽ pœna clerici non dimittentis beneficium receptum à laico eſt, quod deponi debet.

† Scilicet cõcilio Lateran. ſub Alexan.iii. ca. 14. §. præterea. & c. 5.eo. tit.in 1. compil.

a ¶ *Inſtituant.*] 16.q.7. laici.& c.per laicos.

† vel.

b ¶ *Eccleſiaſtica.*] 16. q.7.decimas.

c ¶ *Per laicos*.] j.de priuileg.cũ & plantare. ¶ *Glo.ſeq. ponit opi. ſignat literæ contrarium, & remittit.*

d ¶ *Communione priuetur.*] & ita non eſt ipſo iure ſuſpenſus 1 qui recipit eccleſiam à laico, & per hoc intellige illos canones.16.q.7.ſi quis deinceps 2. cum alijs cap.ſeq. quæ hoc dicere videntur.Item alia pœna etiam imponitur ei qui per abuſum laicorum conſentit ſuæ electioni, quia fit ineligibilis. ſ. de elect. quiſquis. ar. contra j. eo.cura. ꝙ ſcilicet eccleſia poſſit haberi per laicum. ibi ſoluitur.

1 Quod credo Tan. & Vin. idem Hoſtienſis cũ nec laici ſint excõicati ſupra proximo reſpõſo.Io.And.

† Poſt concilium Lateran.ſub Alexa. iii. par. 15. cap. 1. §.quia autẽ & c.7. eo. ti. in 1. cõpil.

¶ Ex eodem. †

¶ *Excommunicantur patroni laici, qui clericos inſtituunt, & deſtituunt in eccleſiis etiam patronatis, vel bona ipſarum aliter adminiſtrant: Et clerici qui inſtitutionem laicorum recipiunt.communione priuentur.*

CAP. IIII.

PRæterea, quia in tantum quorundam laicorum proceſſit audacia,vt epiſcoporum auctoritate neglecta, clericos inſtituant [a] in eccleſijs, & remoueant cum voluerint: poſſeſſionem quoque, atque alia eccleſiaſtica [b] bona pro ſua voluntate plerũque diſtribuant, ipſos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem qui eccleſiam per laicos [c] ſine proprij epiſcopi auctoritate receperit,cõmunione, priuetur [d], & ſi perſtiterit, à monaſterio eccleſiaſtico, & † ordine deponatur.

¶ Alexander iij. Eboraceñ. Archiepiſcopo.

¶ *Si patronus laicus ſucceſſiuè præſentat duos, & ſecundus inſtituitur ab epiſcopo,valet inſtitutio. hoc dicit primò. Patronus non poteſt clerico,vel alteri eccleſiæ conferre eccleſiam patronatam, vel alteri donare.*

CAP. V.

QVod † autem conſulis, ſi clericus idoneus ad vacantem eccleſiam præſentatus,non fuerit ab epiſcopo diœceſano admiſſus,& poſtmodũ alius idoneus pſentatus, & inſtitutus ab epiſcopo poſſeſſionem tenuerit corporalem: an primo clerico eccleſiam petente, debeat poſterior remoueri vel poſterior priori præferri: Dubium non eſt quin in caſu iſto melior ſit conditio poſſidentis [e]: quoniam antequam præſentatio per diœceſanum epiſcopum approbetur,ratum non eſt quod à patrono fuerat inchoatum. ¶ De cætero tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd ſi laici clericis,vel collegijs,de conceſſionibus, vel donationibus inſtrumenta confecerint † in hæc verba, vel ſimilia: conceſſi,vel dedi eccleſiam, & præſenti charta firmaui:ſi conſenſus [f] epiſcopi non acceſſerit nihil agi videtur: quia pro non dato [g] habetur,quòd ab illo datur, qui non poteſt de iure donare.

† aliàs conceſſerint.

Vod autem.] Duo ſunt dicta. Secundum: ibi, *De cætero.* Abbas Siculus.

CASVS. Patronus eccleſiæ ad vacantem eccleſiam præſentauit prælato ſuo(ad quem pertinet inſtitutio)clericum idoneũ: clericus ille non fuit à prælato admiſſus: poſtmodum patronus voluntate mutata alium idoneum præſentauit, qui fuit ab epiſcopo inſtitutus, & in poſſeſſionem inductus: quæritur quis iſtorum alteri præferri debeat? Reſpondet, quòd in caſu iſto melior eſt conditio poſſidentis, quia antequam præſentatio per epiſcopum approbetur, ratũ non eſt quod à patrono fuit inchoatum. No. quòd licitum eſt laico patrono variare ante inſtitutionem præſentati. Item nota caſum in quo melior eſt conditio poſſidentis, ſcilicet quando laicus patronus præſentat primo vnum, nec recipitur, & præſentat ſecundo alium,& recipitur: ſecus eſt in clerico patrono.

e ¶ *Poſſidentis.*] Sic infrà. eo. paſtoralis. hoc intellige cum laicus præſentat: ſecus ſi eccleſiaſtica perſona, cui taliter variare non licet. infrà. eo. cum autem. ſed epiſcopus punitur vt in cap. paſtoralis. Et eſt ſimile quod dicitur. C. de rei ven. quotiens. ſimile ſuprà.de præſcrip. ad aures. & ita ille potior eſt in iure, qui prior poſſeſſionem fuerit adeptus. 3.

ADDITIO. De hac materia tractatur. ſ. de off. ordi. cum vos.& melius. ſ.de offi.leg.dilectus.

2 Vbi de hoc & ſ.de renũ.quod in dubijs. & habent locum hæc iura vbi laicus dat eccleſiam in titulum. ſecus ſi in proprietatẽ. ſecundũ Vin. Io.And.

3 Si vero laicus præſentans nõ variaſſet, præſentatus ab eo remoueret quemlibet inſtitutum. de re in.cumBerthold. Io. And.

DE CAETERO. Aliquis laicus patronus conceſſit eccleſiam, & inſtrumentum fecit ſub hac forma: Ego talis concedo & do eccleſiam talibus clericis ſiue collegijs, & præſenti charta confirmo:quæritur an talis conceſſio teneat? Reſpondet Papa,ſi conſenſus epiſcopi non accedat,nihil agitur: quia pro non dato habetur quod datur ab illo qui donare non poteſt. Not. quòd laicus eccleſiam nemini dare poteſt ſine conſenſu epiſcopi. Item pro non dato habetur, quòd ab illo datur, qui de iure donare non poteſt.

¶ *Gloſſa ſequens quærit,ponit ſolu. Lau.*

f ¶ *Si conſenſus.*] Et ita ſi conſenſus epiſcopi acceſſerit valet talis donatio, vel conceſſio. j.eod.c.illud. & c. nullus. Sed quid intelligitur dare patronus? eccleſiam dare non poteſt: quia ad eum non pertinet: imo ad epiſcopum, Lau. dixit quòd iuſpatronatus ſolummodo intelligitur donare, quòd ſuum eſt, de conſenſu. tamen epiſcopi.ſ.de dona.paſtoralis. ne deluſoria intelligatur donatio: vt res potius valeat quàm pereat.& arg.ff.de leg.1.ſi domus.§.vlt.& hoc probatur ex eo quod dicit, pro nõ dato habet,&c.

¶ *Gl. ſeq.ſig.contrariũ.*

g ¶ *Pro non dato.*] Sic ergo pro non dato habetur quod ab illo dat, qui de iure dare nõ poteſt. ff. de acqui. re.domi.traditio.& C.de pę. l.2. ff. eo.l. 2. §. vlti. & j.de do. poſt diuor. reſti.nuper. & C. qui pro ſua iuriſdi. iudi. dare da ri ve poſ.l.vnica.& 1.q. 7. Daibertum.Arg.cõtra.j.eo.cura. & melius c.cõſultationibus. Supple hic,nec eſt in poſſeſſione, vel quaſi: aliàs ſi eſſet in quaſi poſſeſſione non vi, non clam, non precario,nulla quæſtione ſibi mota:quia tunc ius acquiritur præſentato, & obtinet. j. eo. ex literis.& c. conſultationibus. ſed iſti laici erant in poſſeſſione ſaltem de facto: & niſi conſenſus epiſcopi acceſſerit,non valet donatio, & ita concordat cum illa. j. eo. cura.

¶ Idem Exonieñ. † Epiſcopo.

† Exon.

¶ *Comparans, vel emens, iuſpatronatus,eo ſpoliari debet. Vel ſic: Qui emit iuſpatronatus vt poſſit præſentare filium, vel nepotem, ſeu quem vult eo priuari debet, hoc dicit. Et vtraque lectura poteſt ſuſtentari.*

CAP. VI.

QVia † clerici quidam aduocatias [h] † eccleſiarũ cõparant [i], vel quocunque modo poſſunt,acquirunt, vt poſtmodum eorum filij vel nepotes, ad eaſdem eccleſias præſententur: Præcipimus, vt id arctius inhibere procures: Eoſdẽ aduocationibus taliter ac-

† Cap.8.e. tit. in 1. cõpil poſt cõcil. Laterã. par.15.c.4. Et de intellectu Lambertinus d iure patro. art. 2. q.5. par. 2. li.1.

† Aduocationes, in qbuſdã vt dicit vno ſolo codice manu ſcripto paulo recentiori.

Via clerici.] Primò ponitur exceſſus.Secundò pœna: ibi, *Eoſdem.* Abbas.

CASVS. Quidam clerici comparant ius patronatus eccleſiarum, vel alio modo quo poſſunt acquirunt,vt poſtmodum cũ vacauerint, eorum filij vel nepotes præſententur ad eas. præcipit Papa epiſcopo Exonieñ.vt hoc diſtrictè prohibeat, & eoſdem clericos aduocationibus taliter acquiſitis appellatione remota ſpoliet: Not. quòd qui iuſpatronatus emit, eo debet priuari.

h ¶ *Aduocatias.*] ideſt. iuſpatronatus 4, qđ qñque dicitur aduocatio: vt hic: quandoque vicedominatus, vel cuſtodia, ſiue guardia: vt j.c.præterea. Item dicitur ius frequentationis, vel proceſſionis.16.q.7.piæ mentis. & c.Frigentius. quandoque gratia.16.q.5.ſi quis epiſcoporum. Tan.

4 Quod patet ex eo. quia vt dicit tex. ad hoc emebatur, vt fieret præſentatio: ſecundum Inno. Ioa. And.

¶ *Glo.ſeq.reci.per contrarium de decre.j.c.prox.*

i ¶ *Comparant.*] per ſe tantum:quod eſſe non poteſt, cum ſit ſpirituali annexum. infrà. eo.de iure. ſed cum vniuerſitate poteſt obligari. infrà. eo.c.prox.& vendi.j.eo.c.cum ſeculum 5. ad inſtar fundi dotalis.ff.de fun.do. l.1.ff. de acquiren. rerum domi.l. quædam.

5 Concor. l.bonorum & l.hæreditas. ff. de pet. hære. & ibi plenè per doctores.

¶ Glo.

¶*Glo.ſeq.recitetur per quæſtionem, quam ſoluit, ſignat contrarium, & ibi remittit.*

1 Sed non intrudere: & ſic loquitur contrarium. Io. And.

k ¶*Filij.*] Licet aliquis ſit patronus, ſe præſentare non poteſt infrà. eo. per noſtras. filios autem ſatis credo quòd poſſit præſentare 1.ff.quod cuiuſque vni.l.illud. Arg.contra. j. eod. conſuluit.vbi de hoc.

¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.refert aliam quæſtionem. arg. negatiuè. & illud tenet.*

† Herefordeñ. † Herefordeñ.

a ¶*Spoliando.* Sed cui applicabitur? Poteſt dici quòd eccleſiæ, cui per huiuſmodi emptionē facta ē ſimoniaca iniuria. arg. j. de ſimo. de hoc & 17. q. 4. ſi quis in atrio 2. & ſic eccleſia erit patrona ſua ipſius. Sed quid ſi ipſa eadem eccleſia emiſſet iuſpatronatus à ſuo patrono nunquid amittit patronus ius patronatus, vt ſic remaneat apud ipſam eccleſiam? arg. quod non. j. eod. illud. quia venditio non tenuit: quia ſpirituale, vel ſpirituali annexum vendi non poteſt. j. de ſimo. querelam. & j. eo. de iure. & ſic remanebit penes patronum reſtituta pecunia. Argu. contra poſſet hic colligi: quia hic dicitur quòd emptor ſpolietur, & non venditor: vñ eo ipſo quod imponit pœna emptori & nō venditori, videtur remanere penes ipsū patronū iuſpatronatus: quia ſi voluiſſet priuari, hoc dixiſſet ſicut de alio. Vel dic quod prius dixi B.

2 Per quæ iura dixit hic Innocentius quod eccleſia libera erit ab aduocato. Io. An.

† Cap.3.e. tit.in 1. cōpil.& poſt conciliū Lateranē. par. 15. capit. 5. Et pro intellectu vide Baldū in l. à procuratore. C.mandati.& in l. ſi quis.C. de ſecūd.nup & in c.quāto. de diuor.

† Salebe-rien. † Salesbe-rien. † V. † vv.

quiſitis, appellatione poſtpoſita ſpoliando[a].

¶Idem Herfordeñ. † Epiſcopo, & abbati de Forde.

¶*Iuſpatronatus conſiſtens in aliqua vniuerſitate temporalium, tranſit cū ipſa vniuerſitate, etiam ſi vniuerſitas tranſeat tantum quo ad vtile dominium, niſi iuſpatronatus ſpecificè ſit exceptum. hoc dicit, Et eſt notabilis caſus, & quotidie allegaī.*

CAP. VII.

Ex† literis I. Salabrieñ. † epiſcopi accepimus, quòd defuncta perſona eccleſię de Latoñ. G. miles, qui villam in qua eccleſia ſita eſt, à monaſterio de Vintoñ. ad firmam[b] tenebat, ad eandem vacantem, G. † clericum prædicto epiſcopo præſentauit: poſtmodum abbatiſſa prædicti monaſterij alium præſentauit[c] eidem, ad eccleſiam ſupraſcriptam †: quo nolente præſentatum ab ea recipere, apud Cantuarienſem[d] archiepiſcopum, grauem de epiſcopo depoſuit quæſtionē: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit, quòd præfato militi præſcripta villa fuerit, non excepto[e] iure patronatus, ad firmam cōceſſa: vel[f] antequam de iure patronatus inter abbatiſſam, & militem controuerſia eſſet ſuborta, præfatus G. † in præſcripta eccleſia per epiſcopum, ad præſentationem militis inſtitutus fuiſſet: ei (dummodo aliàs ſit idoneus) adiudicetis eccleſiam; ita quod ſi abbatiſſa obtineat aduerſus militem, illi de temporalibus debeat reſpondere.

† ſupradictam.

Ex literis.] Diuiditur in duas partes. Primò ponitur querela epiſcopi. Secundò dantur ſibi iudices, & inſtruūtur quomodo debeant diffinire: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

Casvs. Abbatiſſa & moniales monaſterij de Vintoñ. quandam villam ſuam, in qua ſita erat eccleſia de Latoñ. pertinens ad monaſterium ipſum, locauerunt ad firmam G. militi, miles ille ad eccleſiam ipſam poſtmodum vacantem præſentauit epiſcopo V. clericum, quem epiſcopus inſtituit: poſtmodum abbatiſſa prædicta epiſcopo alium præſentauit: ſed epiſcopus admittere noluit præſentatum ab ipſa: vnde abbatiſſa apud archiepiſcopum Cantuarieñ. de epiſcopo depoſuit queſtionem: qui primum præſentatum fecit remoueri, & ſecundum ſibi pſentatum fecit inſtitui, vnde orta fuit contentio inter eos: Salabrieñ. epiſcopus qui primum inſtituerat, ſignificauit hoc domino Papæ; vnde mandat iudicibus, quatenus ſi conſtiterit quod prædicto militi prædicta villa fuerit conceſſa, non excepto iure patronatus, vel etiam ſi conſtiterit quòd antequam de iure patronatus inter abbatiſſam & militem cōtrouerſia orta eſſet, præfatus V. inſtitutus fuiſſet per epiſcopum ad præſentationem militis, eccleſiam eidem adiudicent, dummodo idoneus ſit: ita quòd ſi abbatiſſa obtineat aduerſus militem, prædictus V. illi de temporalibus debeat reſpondere: & ſic in vtroque caſu obtinebit. Not. quòd iuſpatronatus tranſit cū vniuerſitate, niſi ſpecialiter excipiatur. Item lite mota ſuper iure præſentandi, vel eligendi præſentatio poſtea fieri non dēt, vel electio: & ſi fieret, non debet confirmari vel infirmari pendente quæſtione iuriſpatronatus, vel electionis. Item præſentatio facta ab illo, qui in poſſeſſione iuriſpatronatus eſt, valet.

¶*Glo.ſeq. ponit opinionem.*

b ¶*Ad firmam.*] Dicunt quidam quod talem contractum celebrauerunt inter ſe, quod vtile dominium tranſiret in conductorem, & ſic in ipſum tranſiuit iuſpatronatus: ſecus in creditore. s. de re iud.cum Bertholdus. B.

c ¶*Præſentauit.*] ſupple, & epiſcopus ipſum recepit.

3 Concor. l. 1. & ibi doctor. ff. de procu.

d ¶*Apud Cantuarienſem.*] qui fecit primū remoueri, & inſtitui pñtatum per abbatiſſam, vñ orta fuit contentio inter eos.

e ¶*Non excepto.*] Arg. conceſſum videri quod non eſt nominatim exceptum. j. de ſpon. cum apud 3. Item arg. quod idem iuris eſt in toto & in parte. arg. ff. de offi. præ. vr. l. 1. §. 3. & 12. q. 2. cognouimus 4. De hoc tractat. s. de traſlat. inter corporalia.

4 Nota et quædā ex generalitate trāſire, quę ſpecialiter tranſire nō poſſet. ſed cōtra. ff. de pigno. l. obligatione. & s. de offi. lega. quod translatione. ibi ſoluitur ſecū dū Hoſtiē. Io. And.

¶*Glo.ſeq.reci.per q.an is cui mota eſt quæſtio, & c.ar. negatiuè per hoc c. ponit opi. contrariam, ſoluit dupliciter, & reſpondet ad contraria. Iterū reaſſumit opi. contrariam. in ſi. obijcit; & ſoluit.*

f ¶ *Vel antequam.*] Arg. eſt hic à contrario ſenſu, quod res litigioſa nō debet transferri in aliā perſonam lite pendente. 11. q. 1. quia res. & 16. q. 4. volumus. & s. vt lit. pend. à memoria. & quaſi per totum. Et ita videtur quod ſi moueatur alicui quæſtio de iure patronatus, & interim vacet eccleſia, quòd non poſſit præſentare ante finem cauſę. Sed non eſt verum hoc ſecundum quoſdā prout dicitur s. de in inte. reſti. cū veniſſēt. imo ſi quis eſt in quieta poſſeſſione præſentandi, non debet inde amoueri, vt dicunt quidam, vſq; ad finem cauſę. 16. q. 4. volumus. & s. vt lit. pen. à memoria. & ſufficit eſſe in poſſeſſione. j. eo. conſultationibus. & ſupplent hic, maxime. Sed litera iſta manifeſtè contradicit, & certe verius videtur, quod eligere, vel præſentare quis nō poſſit, poſtquam ei mouetur quæſtio ſuper proprietate. Vel ſi dicatur, quod poſſit præſentare lite mota, tamen præſentatus non debet inſtitui pendente controuerſia, ex qua pendet. s. de in inte. reſt. cap. 2. & eſt arg. opti. s. de elect. Cumana. vbi clerici & capellani erant in quaſi poſſeſſione eligendi, & mota fuit eis quæſtio ſuper iure eligendi vacante eccleſia: & quia non probauerunt de iure ſuo, non valuit eorū vox 5. Nec obſtant contraria quæ dicunt, quòd lite pendēte non eſt priuandus poſſeſſor ſua poſſeſſione: quia ibi alia ratio eſt: ibi enim omnia reſtituuntur, & fructus poſt litem conteſtatam. Sed hic non debent reſtitui fructus præſentationis: quia canonicè inſtitutus non remouetur ſine culpa, & hoc verius credo. Contra tamen notauit Io. ſcilicet, quod poteſt licitè eligere, qui eſt in quieta poſſeſſione, licet moueatur ei quæſtio. s. de in integ. reſti. cum veniſſent. & ita ſi fuit iſte pſentatus ante quæſtionem motam, obtinebit: quia ille credebatur patronus, cū eſſet in poſſeſſione totius villæ, & ita credebat ſe eſſe patronum & bona fide. ſic j. eo. conſultationibus. & ſi poſtea obtineat abbatiſſa in iure patronatus: quia probabit quod excepit iuſpatronatus, reſpondebit illi de tēporalibus. 16. q. 2. ſanè. & j. de priui. cum & plantare. §. in eccleſijs. & hoc dicit hic in fine. Contra hoc tamen. s. de re iud. cum Bertoldus: & j. eo. conſultationibus. vbi dicit: ſi tempore præſentationis ſuę iuſpatronatus eccleſiæ poſſidebat. ſed hic non erat in poſſeſſione iuriſpatronatus, licet poſſideret villā quia hoc nō colligitur per literā: ſed intellige quod erat in poſſeſſione iuriſpatronatus, & ſic ceſſant contraria; & ſatis bene colligitur, quod miles erat in poſſeſſione iuriſpatronat[9], ex eo quod dicit in fine: ita quod ſi abbatiſſa obtineat aduerſus militē, illi de temporalibus debeat reſpondere. Ex hoc apparet quod miles reus erat, & abbatiſſa contra militem agebat: & ſic relinquitur quod miles credebat patronus & ſic agebat vt patronus. vnde tenuit pręſentatio & inſtitutio eo tempore facta quo quietè iuſpatronatus eccleſiæ poſſidebat. j. e. conſultationibus. & s. de elec. querelam. & ita lite mota non debet præſentare, vel ſi præſentat, ſuſpenditur inſtitutio in euentum ſententiæ: vt dictum eſt.

† V. † vv.

† Viton. † Vvinton.

† Cap. 10. eo.ti. in 1. compilat. & poſt cōcilium Lateran. par. 15 c. 6. Et vide cōcilium Trident. ſeſſ. 14. de ref. c. 13. adde concilium Magūtinē. tempore Arnulphi. c. 4. & concilium Saleguſtadien. c. 13. & de intellectu vid Lābertinū de iurepatro. art. 2. q. 2. par. 3. li. 2.

5 Sed hoc fuit ex virtute proteſtationis cōtra eos factæ: cui ipſi clerici conſenſerunt: vt ibi notatur. Io. And.

¶Idem vintonieñ. † Epiſcopo.

¶*Si laicus, clerico vel religioſo loco concedit eccleſiam ſine conſenſu epiſcopi: non obſtante tali conceſſione, quæ non valet ad ipſam eccleſiam cū vacauerit, poterit præſentare, & eam alteri eccleſiæ de conſenſu epiſcopi poterit concedere. hoc dic. cum cap. cum laici. & cap. ſuggeſtum. infra eo.*

CAP. VIII.

Illud † prætereundum non duximus, quod ſi laicus epi-

Illud.] Diuiditur: quia ponit duo dicta. Secundum: ibi. Licet. Abb.

Casvs. Patronus eccleſiam non vacantem concedit alicui religioſæ domui inconſulto epiſcopo, poſtmodum vacante eccleſia, patronus præſentauit clericum epiſcopo, ad eccleſiam illam

illam vacantem,& epiſcopus illum inſtituit: quæritur vtrum prima conceſſio impediat ſecundam? Reſpondet Papa,ꝙ ſecunda conceſſio tenet non obſtante prima, quæ de iure nullius eſt momenti, tum quia de re non vacante facta eſt: tum quia laici ſine auctoritate epiſcopi nulli poſſunt eccleſias dare,quamuis iuſpatronatus poſſint loco religioſo conferre: Si autē eccleſia vacante iuſpatronatus loco religioſo contulerit, & aliquis ſine præſentatione fratrum eiuſdem loci fuerit inſtitutus, eius inſtitutio eſt de iuris rigore irritanda. Not. quòd non præſtat impedimētum,quod de iure non ſortitur effectum. Item eccleſia non vacans cōcedi non poteſt. Item laici ſine auctoritate epiſcopi eccleſias dare non poſſunt. Item laici poſſunt dare iuſpatronat⁹ loco religioſo.

¶Glo.ſeq.ponit opinionem.

a ¶*Eccleſiam.*] Quidā intelligunt, quòd per hanc conceſſionem laicus iſte intendebat dare eccleſiā quo ad proprietatem, vel eccleſiā in vſus proprios, quod facere non poterat. ſ. de dona.paſtoralis. 10. q.1.nouerint.& cap.ſic quidam.cum alius eam poſſideret: ſecus ſi dediſſet iuſpatronatus et ſine conſenſu epiſcopi, 1 vt dicunt,vt no. j.eod. c. in notula hæc litera innuit, &c.

ſcopo inconſulto eccleſiam[a] non vacantem concedit religioſæ domui, & poſteà cum vacauerit,ad præſentationem eiuſdem laici, clericus ibi fuerit per diœceſanum epiſcopū inſtitutus, prior conceſſio ſecundam inſtitutionem, quo minus habeatur rata,& firma, non poteſt aliquatenus impedire[b]: cum illa conceſſio de iure nullius poſſit eſſe momēti:tum quia de re[c] non vacante facta eſt:tum quia laicus ſine auctoritate epiſcopi, nemini[d] poteſt eccleſias† dare: Licet religioſo[e] loco iuſpatronatus†conferendi liberam habeat facultatem. Si verò iuſpatronatus vacante eccleſia, religioſo loco contulerit[f], & aliquis ſine præſentatione fratrum eiuſdem loci, fuerit† in ipſa eccleſia inſtitutus,eius ſecundum rigorem iuris eſt inſtitutio irritanda.

†eccleſiam

† patronatus ius conferēdi,&c.

† Verbum, fieri, quod hic eſt in quibuſdā inſertum, deeſt ī omnibus antiquis codicibus,& in recētiorib. magis emēdatis.

1 De hoc videto hic latius per Io.And.

¶ Idem eidem.

¶*Inſtituti in eccleſijs patronatis, per nouos patronos mutari non poſſunt,nec viciſſitudines eccleſiarum per eos fieri.*

¶*Glo.ſeq.arg.alleg.duo iura.& tria alle. in contrarium.*

b ¶*Aliquatenus impedire.*] Arg.ꝙ non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum.arg.ſ.eo. quod autē. ſ.de elect.bonæ.Ar.contra ſ.de elect.conſiderauimus. & c.auditis.& j.de ſponſa.ad audientiam.

c ¶*De re non vacante.*] & ita patet, ꝙ eccleſia non vacans conferri non poteſt priuatæ perſonæ:vt ſuprà de donat.conſultationibus. ſed loco religioſo de auctoritate epiſcopi eccleſia non vacans pōt concedi:vt in decre.conſultationibus.

d ¶*Nemini.*]id eſt,nulli priuatæ perſonæ licet.

e ¶ *Licet religioſo.*] Hæc litera innuit, quòd laicus poſſit dare iuſpatronatus loco religioſo ſine auctoritate epiſcopi: ſed eccleſiam non,argum.16.quæſtio.vlti.nemini regum.ſed non credo. vnde ſupple hic de conſenſu epiſcopi: quia ſiue concedat eccleſiam,ſiue iuſpatronatus,neceſſaria eſt auctoritas epiſcopi.ſup.eod.quod autem.& ſup.de dona.conſultationibus.& j. eo.nullus.

Additio. Hæc opinio reprobatur per c.vnicum. eod. titu.libro 6.

¶*Glo.ſeq.quærit, ponit opin.Vincen. & reſpondet capit. quod Vinc.alleg.*

f ¶*Contulerit.*]de auctoritate epiſcopi,vt dixi.Sed nunquid laico poteſt dari iuſpatronatus? Vinc.dixit quod ſic,arg.j.eo. ex inſinuatione.ſed ibi non fuit donatio,ſed frater ceſſit fratri ius ſuum,ſeu renunciauit ei quantum ad ſe ius præſentandi:& ita non fuit donatio,cum ipſe in ſolidū eſſet patronus, vt ibi dicitur. ſed cum vniuerſitate bene poteſt donari, vel vendi,& obligari.ſ.eo.ex literis.& j. eo.cum ſeculum.

Q *Verimonia.*]Habet duo dicta.ſecundum:ibi, *Et viciſſitudines.* Abbas.

Casus. Dicitur in capitulo iſto,quòd propter mutationes patronorum ordinatio eccleſiarum mutari non debet ab ipſis patronis, vel ab alijs: quod eſſet abſurdum, cum in patronorum poteſtate eccleſia non conſiſtat. No. quòd propter mutabilitatem rerum mundanarum mutari non debet diſpoſitio eccleſiarum.

¶*Glo.ſeq.exponit,ſignat contrarium,& ſoluit.*

g ¶*Mutationes.*] Licet patroni mutentur ſucceſſione, vel alio modo,eccleſiæ ſtatus propter hoc mutari non debet, cū in ipſorum diſpoſitione eccleſia non ſit,ſed potius epiſcoporum:nec poſſunt illam extrahere de ſua poteſtate.10. q. 1.ſic quidam.& c. nouerint. argum.contra 16.q.vltima decernimus. & c. filijs.ſed hic habent tātum poteſtatem defendendi eccleſiam, & denūciare ſacerdotis exceſſus epiſcopo,ſed ſuper rebus nullam habent poteſtatem. ſ. eo. præterea.

h ¶*Mutentur.*] Simile 10.diſt.lege.& 101. diſt.peruenit.1.& 3.q. 6. hoc quippe.

i ¶*Viciſſitudines.*] 2 id eſt, permutationes, vt puta ſi patroni haberent plura iura patronatus, non poſſunt illa permutare ſine auctoritate epiſcopi. Hoſtieñ.

C *Vm laici.*] Summatum eſt ſ. eod. c. illud. Primò ponitur dictum. Secundò ratio: ibi, *Non enim.* Abbas.

Casus. Aliquis laicus patronus concedit eccleſiam vacantē alicui clerico, ignorante epiſcopo,aut non conſentiente,poſtea pœnitentia ductus clericum alium præſentauit epiſcopo,& epiſcopus ipſum inſtituit: quæritur quæ conceſſio valeat? Dicitur, quòd inſtitutio illius valere debet,qui auctoritate epiſcopi eſt inſtitutus, non obſtante prima conceſſione,quæ nulla eſt: quia non licet laicis clericos in eccleſijs ordinare.No.quòd locus eſt pœnitenti,vel pœnitentiæ; & ex hoc ſurgit illud, ꝙ aliquis poteſt contra factum ſuum venire.Item non præſtat impedimētum quod de iure non ſortitur effectum. Item laici eccleſias ordinare non debent.

CAP. IX.

Q Verimoniam †: & infrà. ¶ Abſurdum videtur omninò,vt ad ſingulas patronorum ſecundum humanam conditionem, mutationes[g], eccleſiarum ordinationes mutentur[h]: Et viciſſitudines[i] eccleſiarum ab aduocatis,vel alijs præſumantur.

†Ca.11.eo. tit.in 1. cōpil. & poſt concil.Lateran. par. 15.c. 7. Et de intellectu vide Lābert. de iu. pat.art. 36.q.2.parte 2.lib. 1. & art. 4.q. 2. parte 3. lib.2.

¶Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo.

¶*Patronus eccleſiam clerico conferre non poteſt:& ſi contulerit,poteſt hoc non obſtante ad eccleſiam præſentare rectorem.*

CAP. X.

C Vm † laici epiſcopis neſcientibus,aut non conſentientibus, eccleſias clericis concedunt, in quibus habent iuſpatronatus, & poſteà pœnitentia[k] ducti, alios ad eaſdem epiſcopis repræſentant, & illi ad eorum præſentationem, in eiſdem eccleſijs ab epiſcopis inſtituuntur: eorum debet inſtitutio ſtare, qui auctoritate ſunt epiſcopi inſtituti: conceſſione priori (quæ nulla eſt[l]) omnino eua-

†Ca.12.eo. tit. in 1.cōpil. & poſt concil.Lateran. par. 15.c. 3. Et vide cōcilium Triden.citatū ſupra hoc tit.c.illud.

2 Hæc gloſſula Hoſt. eſt, vt finis īdicat, nec in antiquis Raymundi exēplarib. reperitur.

¶*Glo.ſeq.ponit brocar. quòd licitum ſit pœnitere.alleg.9.iura, in contrarium alleg. 5. ſolu.ponendo regulam, & ſex caſus contra illam.*

k ¶*Pœnitentia.*]Et ita licitum eſt pœnitere, & contra factū ſuum venire:vt ſup.de elect.noſti.& 2.q.6.c. ei qui. §. ſi quis libellos.12.quæſtio.1.certe.ff.de mino.ſi minor.C.qui bon. ce.poſ.l.2.ff.de mune.& hono.vt gradatim.§.ſed & reprobari. ff.depoſi.l.1.§.ſi verò depoſuero.& ſup.de depo.bona fides.& ff. de actio. empti & venditi ſi ſterilis.§.vlti.Argumen. contra ſup.de fil.presby.veniens.ſup.de cler.coniuga.diuerſis fallacijs.& 17.quæſtio.4.ſunt qui opes.inf.de deſpon.impu. de illis 1.& 3.quæſtio.3.cap.induciæ.§.offeratur. Sol.non eſt locus pœnitentiæ niſi in caſibus,puta ſi iuſta cauſa ſubeſt.12.q. 1.certe.63.diſtinct.quia ſancta.§.verum.vel ſi aliquid inopinatum emergat.22. quæſtio. 2. ne quis arbitretur. & in omnibus delictis & maleficijs.argum.50.diſtin. ponderet.& ſuprà de reb.eccle.alien.vel non. ſi quis presbyterorum. vel in his quæ fauore ſui tantum ſunt introducta, quibus renunciare poteſt.7.quæſtio.1.quam periculoſum.& in his quæ recepta non ſunt plenè.ff.de iuriſdict. omnium iudi.ſi conuenerit.Vinc.& in caſu iſto, vt hic patet, & j. eod.cum autem.& cap.paſtoralis.

¶*Glo.ſeq.not.alle.tria iura,& vnum alleg.in contrarium, & ibi remittit.*

l ¶*Quæ nulla eſt.*] Sic. ſ.eod.illud.& ita prima electio quæ nulla eſt,non impedit ſecundam.ſ. de elect. bonæ memoriæ. & c.congregato.& ſ.de app.conſtitutis.Arg. contra. ſuprà de elec.auditis.vbi colligitur,ꝙ electio,quæ nulla eſt, impediat ſecundam.ſed illud contra.ibi ſoluitur.

a ¶*Laicis.*] Nec etiam clericis patronis licet eccleſiam ordinare: vnde habes ſimilem caſum de clericis, ei quod dicitur hic de laicis. j. eo. c. vlt. Ala.

C*Vra paſtoralis.*] Tria facit. Primò ponit dictum. Secundò exceptionem: ibi, *Niſi.* Tertiò rationē ipſius: ibi, *Cum enim.* Abbas.

C a s v s. Quidam religioſi & alij etiam clerici, recipiebant eccleſias de manibus laicorum ſine auctoritate epiſcoporum, quod erat contrarium iuri: vnde mandat Papa prædictis religioſis, quòd nullus eorū eccleſias recipiat ex donatione laicorū, ſine auctoritate & conſenſu diœceſani epiſcopi, vel retinere præſumat taliter acquiſitas: niſi legitima fuerint præſcriptione muniti, vel poſtea conſenſum habuerint diœceſani epiſcopi: quia enim laici nō poſſunt in alios, niſi ius quod habent transferre, huiuſmodi cōceſſiones irritę ſunt cenſendæ. Not. quòd laici eccleſias conferre non poſſunt. Item titulus non idoneus acquiritur alicui. Item ratihabitio retrotrahitur. Item nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.

†C. 13. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 15. c. 9. Et de intellectu vide Couarruuiam in regula: poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. & in 2. parte relectionis §. 11. & Lamber. de iur. pat. art. 11. q. 1. par. 2. lib. 1.

cuata. Non enim licet laicis [a], clericos in eccleſijs præſumptione propria ordinare.

¶Idem abbatibus, Prioribus, & clericis per archiepiſcopatum Eboraceñ. conſtitutis.

¶*Religioſi vendicare vel retinere non poſſunt eccleſias ſibi conceſſas à laicis, ſine diœceſani conſenſu: niſi legitimè pręſcripſerint, vel poſteà diœceſanus conſenſerit.*

C A P. XI.

CVra † paſtoralis: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus ex donatione laicorum [b], niſi auctoritas diœceſani epiſcopi, & conſenſus adſit, nullus veſtrum aliquas ſibi eccleſias vendicare præſumat, vel retinere taliter acquiſitas: Niſi legitima [c] † fuerit pręſcriptione munitus, aut diœceſani epiſcopi habuerit poſteà conſenſum [d]. Cum enim laici non poſſint in alios niſi ius [e], quod habent, transferre, huiuſmodi conceſſiones irritas penitus eſſe cenſemus.

¶Idem Lingoneñ. †Epiſcopo.

¶ *Si patroni eccleſiæ vacantis infra tempus à iure conceſſum non pręſentant, epiſcopus ordinabit eccleſias.*

†Alias, longa. quæ ēt vocem hic agnoſcit Hoſtienſis.

†Lingon. † Lundon.

b ¶*Laicorum.*] Laici enim eccleſias conferre non poſſunt. 16. q. 6. ſi quis deinceps, & c. ſi quis epiſcopus. & c. ſi quis clericus per laicos. & inf. de priuileg. cum & plantare. nec debent intereſſe electionibus, vt ibi habeat vocem in eccleſia collegiata. ſuprà de electio. Maſſana. & capitu. ſacroſancta.

¶*Glo. ſeq. obijcit per locum à diuiſione, & tripliciter ſoluit.*

c ¶*Legitima.*] id eſt, quadrageneria, quæ ſola currit contra eccleſiam: vt 16. q. 3. c. placuit. ver. quas actiones. Sed obijcitur contra hoc: iſti monachi vel clerici, qui ſcripſerunt has eccleſias, aut habuerunt bonā fidem, aut malam: Si dicas bonam, hoc non potuit eſſe, niſi quia ignorabant ius: ſed ignorantia iuris non prodeſt ad vſucapiendum. 1 ff. de vſucap. nunquam. & qui contra legum interdicta mercatur, non præſcribit. C. de agri. & cenſi. quemadmodum. lib. 11. & iſti contra interdicta canonum receperunt eccleſias. 16. q. 7. ſi quis deinceps. ſi quis epiſcopus. ſi quis clericus per laicos. s̄. eo. prętercа. & c. quod autem. & c. illud. & ita præſcribere non poſſunt. Si malam fidem habuerunt, nulla præſcriptione iuuantur. s̄. de præſcrip. vigilanti. & c. quoniam omne. & 24. q. 2. ſi virgo. Poteſt dici, ꝙ hic toleratur huiuſmodi præſcriptio ꝓpter ſcandalum, quia eccleſiæ non poterant reuocari ſine ſcādalo. Quidam dicunt, ꝙ eoipſo ꝙ epiſcopo ſciente & non cōtradicente poſſederunt, intelligitur epiſcopus conſentire: & quod ſequitur, aut diœceſani habuerint poſtea conſenſum: ſupplent, expreſſum: & tunc non eſt neceſſaria præſcriptio, cum habent conſenſum epiſcopi. Vel poteſt dici, quòd illi q eccleſias receperunt de manu laicorum, non poſſent præſcribere, quia contra iura recipiunt: ſed eorum ſucceſſores præſcribere poſſunt, qui hoc ignorant, & bonam fidem habent, ex quo inueniunt eccleſiam in poſſeſſione: 2 quia qui in locum alterius ſuccedit, iuſtam habet ignorantiæ cauſam. ff. de reg. iur. qui in alterius.

1 Et quoad hoc æquiparamus vſucapionem pſcriptioni noſtræ: in vtraque em̄ requirit bona fides, ſecūdū Vin. Io. And.

2 Iſtā gloſſam dicit hic Panormi. ſingularem in ſuo effectu.

d ¶*Conſenſum.*] Arg. quòd ratihabitio retro trahitur. 16. q. 1. c. vlt. arg. contra. ff. de reg. iu. l. pen.

¶*Glo. ſeq. ponit brocar. quòd nemo plus iuris, &c. alleg. quinque iura pro, & quinque contra: & ſoluit.*

e ¶*Niſi ius.*] Nemo enim poteſt plus iuris in alium transferre quàm ipſe habeat. ff. de regu. iur. nemo. inf. de do. poſt diu or. re. nuper. ff. de acqui. rer. domi. traditio. ſup. eod. quod autem. in fi. 54. diſtinc. abbati. arg. contra. ff. de acqui. re. dom. non eſt nouum. Inſti. qui. alie. non licet. §. econtra. C. de diſtra. pig. quamdiu. & l. ſi ceſſante. ff. de vſufru. quod noſtrum. ff. de acqui. poſ. interdum. Sol. primum verum eſt, & iſta contraria ſpālia ſunt, nec etiam iſtud ius quod habent, ſcilicet iuſpatronatus, poſſunt conferre ſine auctoritate epiſcopi, vt dixi ſuprà eo. illud. & inf. eodem, nullus.

C A P. XII.

SI † verò ordinatio alicuius eccleſiæ ad tuam inſtitutionem ſpectat, & pro controuerſia laicorum de iure patronatus inter ſe diſceptantium, prorogatur [f]: Fas tibi ſit appellatione remota, in eadem perſonam idoneam inſtituere: Ita quòd repræſentetur [g] ab eo, qui ius euicerit patronatus.

†C. 15. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 15. c. 12.

S*I verò.*] Primò ponitur quæſtio. Secundò ſolutio: ibi, *Fas.* Tertiò limitatio: ibi, *Ita.* Abbas.

C a s v s. Inter aliquos vertitur controuerſia de iure patronatus ſuper aliqua eccleſia, propter quam controuerſiā differtur vltra tempus à iure conſtitutum ordinatio ipſius: dicit Papa, ꝙ epiſcopus appellatione remota ordinet eccleſiā de perſona idonea, ita quòd inſtitutus repræſentetur ab eo, qui ius obtinuerit patronatus. Not. quòd dicitur hic, quod dictum fuit in illa decre. s̄. eo. qm̄ in quibuſdam. Item perſona idonea dēt inſtitui in eccleſia. Item licet inſtitutus pleno iure gaudeat, tñ repræſentari dēt à patrono, qui ius euicerit patronatus: qđ verum eſt, non vt ius aliquod ſibi creſcat, ſed ne de facto poſtea vexetur.

†C. 16. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 15. c. 13. Et pro intellectu vide Bald. in l. 1. C. de bo. lib. & i l. 3. C. de edict. diui Hadriani tollen.

¶Idem Hoſpitalarijs.

¶*Si ius patronatus eccleſiæ deuenit ad exemptos, per hoc in nullo debet lædi ius epiſcopale.*

C A P. XIII.

CVm † ſeculum reliqueritis: & infrà. ¶ Prohibemus ne cum ratione feudorum emptorum [h], aliterve acquiſitorum, vel etiam alio modo iuſpatronatus in eccleſijs parochialibus acquiſieritis, epiſcopo ius parochiale minuere [i] præſumatis.

f ¶*Prorogatur.*] vltra quatuor menſes. s̄. eo. quoniam. & inf. eo. cum propter.

¶*Glo. ſeq. quærit opponendo, & ſoluit.*

g ¶*Repræſentetur.*] Sed quid valet hæc repræſentatio, cum iam ſit inſtitutus, & ius habeat? Per hanc repræſentationem nullum ius acquiritur huic, ſed præſentatur vt patronus per hoc ſit in quaſi poſſeſſione ſui iuris, ne poſtea vexetur de facto. 3 j. eo. c. conſultationibus.

3 Ipſe patronus vel presbyter à patrono ſecundum Alanū. Io. And.

C*Vm ſeculum.*] Primò exordium deciſum. Secundò prohibitio: ibi, *Prohibemus.* Abb. Sicu.

C a s v s. Hoſpitalarij aliquando acquirunt ius patronatus in eccleſijs parochialibus ratione feudorum emptorum, aut etiam alio modo: prohibet eis Papa, ne ius epiſcopale hac occaſione diminuant epiſcopo diœceſano. No. quòd ius patronatus tranſit cum vniuerſitate in venditione. Item religioſi viri non habent plus iuris in eccleſijs in quibus iuſpatronatus habent, quàm alij.

¶ *Glo. ſeq. ponit quatuor vel quinque modos, quibus tranſit iuſpatronatus, & ponit verſus.*

h ¶*Emptorum.*] Sic ergo iuſpatronatus transfertur venditione cum vniuerſitate: & hoc verum eſt, niſi ſpecialiter ſit exceptum s̄. eod. ex literis. & venditio feudi facta intelligitur de voluntate domini, aliter non valeret, in conſtitutione Friderici de feudis. Transfertur etiam ſucceſſione. 4 s̄. eo. qm̄ in quibuſdam. & c. 1. & 2. & 16. q. 7. filijs. & permutatione. 16. q. 6. nemini regum. & alienatione vniuerſitatis, vt hic: & donatione cum conſenſu epiſcopi facta. s̄. eo. quod autem. & c. illud. & j. eo. nullus. Vnde verſus:

Iura patronatus tranſire facit nouus hæres:
Res permutata, donatio, venditioque. Bernardus.

4 Quod intelligas tā de ſuis, ſi inſtituātur hr̄des, vel alio modo ſuccedant, q̄ de extraneis. 16. q. 7. conſiderandū vbi de hoc. & c. ſi p[illegible] res. qui[illegible] tñ dicunt ad ſolos hæredes ſangui nis [illegible] in ea [illegible] lij. Io[illegible]

i ¶ *Minuere.*] Et ita nihil plus iuris debent iſti religioſi habere, quàm illi à quibus ius habuerunt: & ſic epiſcopus ius ſuum integrum habebit: quia per mutationem talem eccleſię ordinatio mutari non debet. ſup. eod. querimoniam. & s̄. eod. cura. ſimile. ſup. de dona. inter dilectos. ſup. de relig. do. quia monaſterium.

Ex

E*X inſinuatione.*]Primò narrat factum. Secundò dat iudices: ibi, *Mandamus*. Abb.

Casvs. O. clericus cōqueſtus fuit dn̄o Papæ, ꝙ cum frater eius conceſſerit ei ius patronatus, quod cōiter habebant in quibuſdam eccleſijs, quidam clerici ſine ipſius aſſenſu & præſentatione, illas eccleſias occupant & detinent occupatas: mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, detentores illarum compellantur, vt illas prædicto clerico reſtituant, per eum libere ordinandas. Not. ꝙ patronus poteſt dare ius patronatus, ſiue ius præſentationis perſonæ priuatæ.

¶ *Gl. ſeq. reci. per obiectionem, quam dupliciter ſoluit.*

a ¶ *Liberaliter contuliſſet.*] Sic ergo videt̄, ꝙ laicus ius patronatus poſſit donare priuato, ēt ſine cōſenſu ep̄i, ſed ſupple ꝙ de cōſenſu ep̄i hoc fecit. Verius videtur, ꝙ hæc nō erat vera donatio: q̄a vterque iſtorū fratrū erat verus patronus in ſolidum. s̄. eod. c. 1. & ff. de ope. libe. ſi libertus. in fi. quia res eſt indiuiſibilis. arg. ff. ſi ſer. vendi. loci corpus. §. ſi fundus. & ideo nihil dedit in veritate, ſed conceſſit fratri tantum liberā ordinationē eccleſiarum, vt ipſe ſolus poſſet præſentare: & eſt ſimile ff. de ſer. ſeruitutes. §. ſeruitus.

b ¶ *Reſtituant.*] quia non habuerunt canonicum ingreſſum: vn̄ debent expelli. ſic 16. q. vlti. decernimus.

†C. 17. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt concil. Lateran. par. 15. c. 14. Et de intellectu Lāber. de iu. patr. ar. 12. q. 1. par. 2. lib. j.

† Hæc duo verba: & pacifice, deſunt in antiquis libris, & recentib. magis fidis, ſunt in veteri compilatione.

† Adon. † Andronſi. † Andron. † Abdon.

†Ca. 18. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt conci. Lateran. par. 15. c. 15.

¶ Idem.

¶ *Sine conſenſu patroni non poteſt quis eccleſiam occupare.*

CAP. XIIII.

EX†inſinuatione O. clerici accepimus, quòd cum ei frater eius, iuſpatronatus, qđ in quibuſdam eccleſijs habebat, liberaliter contuliſſet [a]: eas quidam ſine ipſius aſſenſu occuparunt, & detinent occupatas: & infrà. ¶ Mādamus, quatenus (ſi eſt ita) earum detentores, vt eaſdem prædicto clerico reſtituant [b], per eum liberè [& † pacificè] ordinandas, monitione præmiſſa compellas.

¶ Idem Adoneñ. †Epiſcopo.

¶ *Non poteſt patronus eccleſiam ſibi retinere, vel etiam alteri concedere propria authoritate.*

CAP. XV.

COnſuluit † nos: & infrà. Cum ſanctuarium Dei iure hæreditario [c] teneri non poſſit: non decet aliquatenus ſuſtineri, vt clerici eccleſias à parentibus ſuis fundatas, propria auctoritate [d] detineant: aut laici filijs, vel aliquibus alijs, concedant [e] eaſdem.

¶ Idem.

¶ *Iuſpatronatus per ſe vendi non poteſt.*

C*Onſuluit.*] Primò ponitur ratio. Secundò diſpoſitio: ibi, *Non decet*. Abbas.

h ¶*Ad filios vel nepotes.*] Hæc eſt cauſa quare iſta conſtituebant, & mala: & ideo eius cauſatum eſt malum: cuius. n. cauſatum eſt malum, ipſum quoq; malum eſt: vnde puniuntur, vt hic dicitur. Ber.

E*A quæ.*] Primò ponitur exceſſus. Secundò pœna: ibi, *Quod.* Abbas.

CASVS. Quidam archidiaconi faciebant collectam denariorum beati Petri per archidiaconatus ſuos, & ſub tali occaſione eccleſias & parochias plurimum aggrauabant: pręcipit Papa, ꝙ hoc non faciant: quod ſi ſecus præſumpſerint: id quod videntur habere, auferetur ab eis. Not. ꝙ pretextu officij ſibi commiſſi, non dẽt qs illicitas exactiones præſumere: quod qui fecerit, officio illo priuari debet. Item priuilegium meretur amittere, q permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

ptis eccleſijs, non differatis appellatione poſtpoſita remouere.

¶Idem.

¶*Si collectores grauant eccleſias. priuari debent officio.*

CAP. XII.

EA†quæ de auaritiæ: & infrà. ¶ Cum autem propter beati Petri viſitationem, dẽariorum collectam [i] per archidiaconatus veſtros feceritis, eccleſias, vel parochias nõ grauetis [k]: Quòd ſi ſecus pręſumpſeritis, id quod videmini habere, auferetur [l] † à vobis.

¶Lucius tertius.

¶ *Qui recipit iuramentum de nouo cenſu impoſito eccleſiæ perſoluendo, compellitur iurantem abſoluere.*

CAP. XIII.

SIgnificauit†nobis T. rector eccleſię de Fulſig. †quòd cum à monachis de Caſtig. † ad regimen ipſius eccleſię fuiſſet electus †, de ſoluendo eis annuo cenſu trium marcharum, quas prædeceſſor eius ſoluerat, præſtitit ſacramentum, poſtmodum epiſcopus diœceſanus ne ipſum cenſum monachis ſolueret, niſi prius conſtaret quod epiſcopali [m] auctoritate fuiſſet impoſitus, in periculum ordinis ſui interdixit [n]: & infrà. ¶ Quo-

i ¶*Collectam.*] Pręſtatio quædam eſt, quam Anglici ſoluunt Romanæ eccleſiæ, & dẽt. eſſe moderata, vt certum & determinatum qđ dẽt. ff. de dam. infe. ex damni. arg. C. de Iudæis. Iudæos. Ala.

† Cap. 15. tit. de ſimonia in 1. cõpil. & poſt conci. Lateran. par. 2. c. 4.

k ¶*Grauetis.*] ſ. quoniã ſub ſpecie tributorum non debent illicitæ exactiones fieri: vt hic patet, & ff. de of. p̃ſi. illicitas. §. illicitas.

† Mat. c. 25. &. Luc. c. 19.

l ¶*Auferetur.*] ne dũ quęritis vſurpare quod veſtrum non eſt, perdatis quod vobis competere videbatur. 13. q. 1. §. 1. circa finem qõnis. & 25. q. 2. ſi decre. quia priuilegiũ meretur amittere, & c. 11. q. 3. priuilegium. Ber.

† Ca. 1. eo. tit. in 2. cõpilat.

S*Ignificauit.*] Primò ponit caſum perplexum. Secundo: ibi, *Quocirca.* diſtinguẽdo prouidet. Secundũ mẽbrum: ibi, *Si verò.* Abb.

† Fulcig. † Furtigen. ſed vt plurimũ in antiquis habetur. Fultig.

CASVS. Monachi de Caſtig. elegerunt quendam clericum T. nomine ad regimen eccleſiæ de Fulſig. ipſum iuramenti vinculo adſtringentes, de ſoluendo eiſdem annuatim cẽſum trium marcharũ, quas prędeceſſor eius ſoluerat: poſtmodũ ep̃s diœceſanus præcepit eidem in periculum ordinis, ne cenſum illũ eis ſolueret, niſi primo conſtaret, ꝙ auctoritate ep̃ali fuiſſet impoſitus: Sacerdos prædictus hoc ſignificauit domino Papæ: vnde mandat cuidam, quatenus ſi conſtiterit præfatũ canonem auctoritate ep̃i, & non de nouo fuiſſe impoſitum, præcipiat epiſcopo, vt prohibitionem ſuam relaxet: Si vero cenſus de nouo ſit impoſitus, ſiue auctoritate epiſcopi factũ ſit, ſiue non: compellat monachos illos, vt clericum illum à iuramento abſoluant. Nota quòd noui cenſus etiam de auctoritate epiſcopi eccleſijs imponi non debent. Item iuramentum de nouo cenſu ſoluendo præſtitum relaxandum eſt.

† Clauſtig. † Clauſtrigen.

† aſſumpt⁹.

m ¶*Epiſcopali auctoritate.*] quod videtur ſufficere, iuſta tamen de cauſa. ſup. eo. præterea. ſup. de præb. auaritiæ. ar. j̃. de eccle. ædifica. ad audientiam.

¶ *Glo. ſeq. quærit, arg. pro, & contra. ponit opin. Lau. quam approbat.*

n ¶*Interdixit.*] Sed in hoc dubito, cui potius debuit obtẽperare. videtur ꝙ ep̃o. 11. q. 3. qui reſiſtit. & 23. q. 1. quid culpatur. Sed videtur potius ꝙ ſeruare debeat iuramentum, maxime cum habeat probabilem cauſam, quia prædeceſſor ſoluit, & ſic erunt monachi in quaſi poſſeſſione: vnde non debent priuari vſquequo conſtet. ſ̃. vt li. pendẽ. c. 1. Laurentius dixit, ꝙ potius ſeruari debet mandatum ep̃i, & litera illa præſtat ar. ad hoc, vt prohibitionẽ relaxet, quod ſatis poteſt concedi: quia conditio 4 ſubintelligebatur in iuramento hæc, ſcilicet,

4 Faciunt notata per Albe. trac. de ſtatut. parte 1. q. 25.

ſcilicet, niſi rationabile aliquod impediat: & quia præſumptio eſt contra eos, ex eo ꝙ ipſum iurare fecerunt, ad quod non fuerat compellendus, etiam ſi de iure ſolui debeat.

¶*Glo. ſeq. quærit, & tripliciter ſoluit.*

a ¶*De nouo.*] & ita ab initio poteſt imponi. ſ. eo. ſcientes. ſ. de iu. pat. ꝑterea. & ar. ſ. vt eccle. bene. c. vnico. ſed ex poſt facto nõ poteſt imponi cenſus, nec etiam per compoſitionem. ſ. de tranſac. de cætero. Sed quem dicit cẽſum nouum? Poteſt dici nouus, qui non eſt impoſitus in fundatione 1 ipſius eccleſiæ. 18. q. 2. Eleutherius. & ſ. de iure patr. præterea. vel qui non eſt præſtitus tanto tempore, ꝙ ad legitimam præſcriptionem peruenit. 2 Sed multũ refert, vtrũ quis alleget ꝑſcriptionem, quia ea probata obtinet, licet in veritate fuerit nouus: an vero cenſum ab initio cõſtitutum: quia tunc nõ iuuatur tẽpore, niſi cõſtet ꝙ legitime fuerit conſtitutus. vel poteſt appellari nouus, q impoſitus fuerit poſt Lateran. concilium. ſ. eo. prohibemus. & ỹ. eod. grauis. Lau.

¶*Gl. ſeq. ſupplet, & remittit.*

b ¶*Siue auctoritate epiſcopi.*] Hic euidenter apparet, ꝙ epiſcopi nouum cenſum non poſſunt ĩponere: & tu ſupple, verum eſt ſine rationabili, & iuſta cauſa: vt no. ſ. eo. prohibemus. Dic vt ibi.

SOpitæ.] Primò narrat factum. Secundò diffinit: ibi, *Ea propter.* Abb.

CASVS. Inter archiepiſcopum Rauennateñ. & monaſteria de Bononia controuerſia vertebatur, ſuper procurationibus recipiendis cã viſitationis: Abbas ſancti Proculi aliorum monaſteriorum de Bononia procurator, & pro monaſterio ſuo, ꝑp controuerſiam iſtam ad Apoſtolicam ſedem acceſſit, & ſuper cã iſta diutius litigauit: archiepiſcopus aſſerebat ꝓcurationes ipſas in alijs monaſterijs ſuæ prouinciæ, ſibi ſine contradictione præſtari, & probauit per teſtes, procurationes exhibitas fuiſſe prædeceſſoribus ſuis in monaſterijs Bonoñ. Papa videns intentionem archiepiſcopi iure communi fundatã: & anteceſſorum ſuorum conſuetudine adiuuari, condemnauit monaſteria ſupradicta, ad procurationem præſtandã dicto archiepõ, & ſucceſſoribus ſuis, ſecundum facultates eorum. No. ꝙ archiepiſcopus cum viſitat ſuam prouinciam, procurationes de iure communi recipere debet. Item conſuetudo in procurationibus recipiendis attendenda eſt. Item procurationes ſecundũ facultates eccleſiæ ſunt exigendæ. Item ſententia lata pro prædeceſſore prodeſt ſucceſſori.

c ¶*Procurator.*] Et tamen conſtitutus erat ab vniuerſitatibus pluribus: ſed procurator propriè dicitur, qui mãdato dñi res ipſius tractat. ff. de procu. l. 1. non eſt differentia in nominibus ſecundum canones, dum tamen conſtet quòd ei detur poteſtas agendi. ſup. de procu. petitio. vbi de hoc. & in Auth. de ſanct. epiſ. §. alium autem. & §. ſi verò epiſcopi. coll. 9. & 1. q. 3. ſaluator.

d ¶*In alijs.*] Ergo & in monaſterijs Bonoñ. quia idem ius debet habere in his, & in alijs. ſ. eo. eccleſijs. ỹ. eo. ſuper eo. qa vna & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. 12. q. 2. cognouimus. & ſ. de deci. cum in tua. & ita eſt hic ar. ex eo, quod alij faciunt, qui cenſentur eodem iure, & ſub eodem domino, & tu facere debes, niſi oſtendas contrarium. 3 100. diſt. contra mortem.

¶*Glo. ſeq. alleg. concor. & ſoluit contrarium.*

† Canonẽ. habent omnia exẽplaria manuſcripta, cuius vocis eſt eadem ſignificatio, cũ voce cẽſum.

1 Vel exemptione. de religio. do. cõſtitutus. ſecundum Goff. Ioan. And.

2 Adde ꝙ contra cenſum nõ ꝑſcribitur. l. cõpetit. C. de præſcri. xxx. anno.

†Ca. 1. eo. tit. in 2. cõpil. Et quatenus hic agitur incidenter de viſitatione monaſteriorum, vide concilium Trid. ſeſſio. 21. de reform. c. 8. & ſeſſio. 25. tit. de regularib. c. 20.

circa mandamus, quatenus ſi præfatum cenſum †auctoritate præſulis, & non de nouo [a] impoſitum fuiſſe conſtiterit, epiſcopo præcipias vt prohibitionem ſine dilatione relaxet. Si verò cenſus ſit de nouo impoſitus, ſiue auctoritate epiſcopi [b] hoc factum fuerit, ſiue non, eoſdem monachos, vt clericum à iuramento abſoluant, appellatione remota compellas.

¶Idem Raueñ. Archiepiſcopo.

¶ *Archiepiſcopus viſitans prouinciam etiam à monaſterijs prouinciæ procurari debet.*

CAP. XIIII.

SOpitæ: † & infrà. ¶ Sanè cum inter te, & monaſteria Bononię, ſuper procurationibus, quas ab eis exegeras, controuerſia verteretur: & infrà. ¶ Abbas ſancti Proculi omnium aliorũ procurator, [c] ſicut ex literis quas portauit, apparuit, ſuper hoc diutius litigauit: & infrà. Sed tu procurationes ipſas in alijs [d] monaſterijs tuæ prouinciæ, aſſerens tibi ſine contradictione præſtari, eas prædeceſſoribus tuis in monaſterijs Bonoñ. exhibitas, per teſtes idoneos probauiſti. Inde vtique vidimus intentionem tuam iure [e] communi, & prędeceſſorum tuorum conſuetudine [f] adiuuari, eã propter monaſteria ſupradicta condemnauimus, ad procurationem ſecundum facultates [g] eorum, tibi tuiſque ſucceſſoribus exhibendam.

¶Clemens tertius.

¶*Patroni etiam clerici nouum cenſum eccleſiæ imponere non poſſunt, nec veterem augere: & ſi ſuper hoc iuramenta vel cautiones exegerũt, coguntur abſoluere.*

CAP. XV.

GRauis † admodum: & infrà. ¶ Eccleſiaſticæ perſonæ, cum eccleſias vacare cõtingit, non aliter quenqnam ad ipſarum regimen volunt vocare, niſi aut nouũ cenſum eccleſijs illis imponant, aut veterem contra conſtitutionem concilij [h] Laterañ. † augmentent, ad ipſius ſolutionẽ inſtituendum presbyterum, iuratoria [i], vel fideiuſſoria [k] cautione cogentes: & infrà. ¶ Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus quęcunque cõſtiterit contra cõſtitutionem prędictam, ſuper eccleſijs, vel earum cenſu, à tempore conſtitutionis [l] huiuſmodi attentata, in irritum reuocãtes: presbyteros, quos ſuper his iuramenta illicita præſtitiſſe noueritis, congrua ſatisfactio-

e ¶*Iure communi.*] qđ ſolum ſufficit, & hoc ius eſt, 10. q. 1. decernimus epm. & c. placuit. nec obſtat quod dicit 18. q. 2. luminoſo. quia illud intelligitur de ex empto.

f ¶*Conſuetudine.*] Et ſic duplici iure cenſet: vnde fortius debuit ꝓ ipſo iudicari, cũ vtrũque per ſe ſufficeret. C. de edi. diui Adri. tollẽ. l. fina.

g ¶*Facultates.*] quod quidem ſemper conſiderandum eſt. ſ. eod. cũ Apoſtolus. 10. q. 3. cauẽdum inter cætera. & c. vlt. ỹ. eo. quanto. & c. cum nuper. & hoc intellige quando cã correctionis & viſitationis accedit. ſ. eod. cum nuper. ſed ſi ex alia cauſa, puta pro negotijs proprijs, tunc non habebit procurationem. 4 ar. 10. q. 3. relatum. & inf. eod. tit. procurationes. Ber.

GRauis admodum.] Prima pars narrat factum. Secunda prouidet: ibi, *Diſcretioni.* Abbas Sicu.

CASVS. Quidã eccleſiaſtici ſeu religioſi, habentes præſentationem in eccleſijs, nolũt ad eas vacãtes aliquos præſentare, niſi aut nouum cenſum illis imponant, aut veterẽ penſionẽ augmentent contra cõcilium Laterañ. & ad ſolutionẽ ipſius inſtituendos presbyteros iuratoria, vel fideiuſſoria cautione compellunt: peruenit hoc ad notitiam dñi Papæ: vnde mandat quibuſdam, quatenus quicquid conſtiterit contra conſtitutionem concilij ſuper huiuſmodi à tempore præfati concilij attentatum, in irritum debeant reuocare: & presbyteros, q ſuper his iuramenta illicita præſtiterunt, faciant abſolui, congrua ſatisfactione impoſita: & qui contra formam canonum decætero ſuper his venire præſumpſerint, canonicè puniantur. No. ꝙ nouus cenſus eccleſijs non debet imponi: nec vetus augeri. Item conſtitutio trahitur ad futura, & ea tantum reſpicit: niſi dicatur in ea, ꝙ præterita illicita ſunt, & ideo nõ ſeruanda. Item iuramẽta contra formam canonum præſtita illicita ſunt, & ideo nõ ſeruanda. Item qui contra formam canonum aliquid attentant, puniendi ſunt.

h ¶*Concilij.*] ſ. eo. prohibemus. & c. præterea.

i ¶*Iuratoria.*] quod potius periurium, quàm iuramentum poteſt dici. ſ. de iureiu. ſicut noſtris.

¶*Glo. ſeq. rationem reddit. alleg. 7. iura, & tria quibus fallit ratio.*

k ¶*Fideiuſſoria.*] Hęc fideiuſſio non tenet, cũ ſit acceſſoria ei quod non tenet, ſic C. de leg. non dubium. ſ. de fo. compet. ſi diligenti. & ſ. de rer. permu. c. vlt. ſ. de fi. inſtr. inter dilectos. C. de ſacroſ. eccl. ſancimus nemini. ff. de condi. ſine cã. auunculo. ỹ. de dote poſt diuor. re. & ſi neceſſe. Fallit hoc ſ. de iureiu. debitores. & c. cum contingat. C. ſi aduer. ven. l. 1. ff. quib. mo. vſuſfr. ami. quid tamen. 1. reſponſo.

l ¶*A tempore conſtitutionis.*] Arg. conſtitutiones ad futura tantum extendi. ſup. de conſtitu. cognoſcẽtes. niſi dicatur in eis,

3 Vnde dicebat Inn. ꝙ huic archiepõ ſufficiebat ius commune, vel generalis conſuetudo: quia cũ nõ eſſet contra ius, erat extendẽda ad eccleſias ſimilis cõditionis. Io. An.

†Ca. 4. eo. tit. in 2. cõpilat. Et de materia vide Cardinalẽ in clemen. 1. §. 1. de exceſſibus prælat.

† Lateran. ſub Alexã. 3. c. 7. §. ꝓhibemus.

4 Etiam ſi per illã dięceſim iret ad aliã viſitandam: vt dicã eo. ti. Romana. §. 1. ſuper ver. viſitationis. Ioã. And.

in eis, ꝙ præterita reſpiciant. ſ. de conſtit. c. vlt. vbi de hoc. & de hoc habes 82. diſt. c. 2. & 3. in fi. & 32. q. 4. dixit Sarra.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

a ¶ [*Abſolui.*] Arg. contra. ſ. de iureiur. tua nos, hic verò vnũ tantum fuit iuramentum, & temerarium, ibi vero duo, ita ꝙ periurium vitari nõ poterat, & ideo ibi ab eccleſia remouentur. Et dic, abſolui, id eſt abſolutos nunciari.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

b ¶ [*Punientes.*] Pœna vero illorum qui contra canones veniunt, multiplex eſt, ꝓut no. ſ. de elec. nihil eſt & ſ. de offi. ordi. ad reprimẽ mendam. Sed qualiter puniũtur in iſto caſu? Poteſt dici, ꝙ eccleſia priuabitur ex eo ꝙ ſciẽter poſt prohibitionẽ contrarium facit. Ber.

†Belliuillę

ne impoſita, faciatis abſolui [a]: eos qui de cætero contra formam canonum ſuper his venire præſumpſerint, canonicè punientes. [b]

¶ Innocentius tertius abbati, & conuentui Bellęuillę.†

¶ *Qui tenetur procurare fratres alicuius domus, obligatur ad procurandum omnes, licet illorum numerus nunc creuerit: ſed ſi ex hoc grauaretur nimium, per iudicis officiũ ſibi prouidebitur. h. d. ſecundum lecturam magis communem.*

C A P. XVI.

QVanto† creatori: & infrà. ¶ Accepimus, quòd ab ipſo domus veſtræ primordio, de fundatoris voluntate [c] proceſſit, vt fratribus ſancti Irenęi procurationem vnam, annis ſingulis liberaliter exhiberet: cum nihil teneatis [d] ab eis†, propter quòd huiuſmodi procuratio ipſis debeat exhiberi: verum tunc propter fratrũ & ſeruientium paucitatem, talis procuratio non grauabat: ſed nunc in tantum excreuit numerus eorundem, quòd ad procurationem vix quatuor marchæ argenti† ſufficerent, quæ pro vna fieri conſueuit: & infrà. ¶ Indulgemus [e] igitur, ne vltra primam menſuram, in procuratione ipſa ſitis vlterius prædictis fratribus obligati: ſed expenſis, quæ conſueuerunt ſufficere, ſint contenti: niſi facultates eccleſiæ intantũ excreuerint [f], quòd ſine grauamine ampliato fratrum numero, ad ſoluendum debitum procurationis, extendi poſſit quantitas expenſarum.

†Vox, argẽti, deeſt in antiqs, & in recentiorib. magis emendatis.

QVanto creatori.] Diuiditur. Primò recitat factum. Secundò indulget, & indulgẽtiam moderatur: ibi, *Indulgemus.* Abbas.

†Ca. 1. eo. tit. in 3. cõpilar.

C a s v s. Fundatores monaſterij Bellæuille, ab ipſa fundatione ipſius monaſterij, conſtituerunt vt fratres illic domino ſeruientes, fratribus S. Irenæi vnam procurationem annis ſingulis exhiberent: q̃uis ab eis nihil teneãt, ſed ab initio propter paucitatem fratrum & ſeruientium ſancti Irenæi, procuratio illa fratres monaſterij Bellæuillæ non grauabat, poſtmodum intantum creuit numerus eorundem, quòd ad procurationẽ vix ſufficiunt quatuor marchæ, quæ pro vna fieri conſueuit: quare monachi iſti, prouideri ſibi ſuper hoc poſtularunt: Papa indulget eis, ne vltra primam menſuram in procuratione ſint vlterius prędictis fratribus obligati, ſed expenſis quæ conſueuerunt fieri ſint contenti, niſi facultates ſui monaſterij intantum excreuerint, ꝙ ſine grauamine poſſint exhibere procurationẽ prędictam. Nota, quòd in fundatione eccleſiarum poteſt imponi cenſus de voluntate fundatoris. Item not. quòd augmentatis facultatibus procuratio poteſt augmentari, & canonicorum numerus poteſt augeri. & ſic eſt argu. ꝙ cenſus ex cauſa poteſt augmentari, & diminui.

†Infero, ꝙ ſolutio cẽſus nõ denotat dominiũ. arg. l. neq; natales. C. de proba.

c ¶ [*Voluntate.*] Sic ergo patet, quòd ab initio de voluntate 1 fundatoris poteſt imponi cenſus. ſup. de iure patrona. præterea. 18. quæſtio. 2. Eleutherius. argum. 16. q. vlti. filijs decernimus.

1 Quæ in hoc eſt neceſſaria ſecũdũ Vin. et Goff. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. reci. per obiect. & ſolutionem.*

d ¶ [*Teneatis.*] Et ita ſine cauſa conſtituta videtur: vnde non videtur ꝙ teneat. ſ. eo. peruenit. ſed bene ſeruanda eſt huiuſmodi liberalitas. arg. ſ. de dona. per tuas. C. de dona. ſi quis argentum. §. ſinautem.

e ¶ [*Indulgemus.*] In hoc fuit indulgentia: quia cõſtituta fuit ſimpliciter nulla certa quantitate taxata pro illa procuratione: vnde ſimpliciter tenebantur procurare fratres illos quotcunque eſſent. arg. j. de priuileg. quia circa. & ff. de ſer. vrban. prædi. ſi ſeruitus. vbi verbum, ſimpliciter poſitum, generaliter intelligendum eſt: vt ibi, & 19. diſtin. ſi Romanorum. Sed ex eo ꝙ nõ determinat̃, debebat̃ cõueniens, ſiue mediocris. 2 ff. de au. & argen. lega. qui lancem. ff. de ædil. edi. ſciendum. §. illud. ff. de leg. 3. nummis. C. communia de leg. duobus. §. ſed & ſi quis. Sol. quia grauabatur eccleſia, dabitur tantum ad primam menſuram: & tot fratres procurabunt modo, quot ab initio conſueuerunt. Si vero quantitas conſtituta fuiſſet pro illa procuratione, illa non augeretur etiam auctis facultatibus. arg. 10. q. 3. relatum. ludibrium enim eſſet ſi quod ſtatutum fuit ab initio, momento quolibet mutaretur. argumen. C. de bon. quæ lib. l. vlti. §. vbi autem puellis. non enim quod rite, & ſecundum leges ab initio actum eſt, ex alio euentu ſuſcitari debet. C. de admini. tuto. ſancimus.

2 Ar. ſupra. tit. j. paſtoralis. in fi. Lau. de hoc inf. de reg. iur. in obſcuris. libro 6. Ioã. And.

¶ *Glo. ſeq. arguit, & ſignat contrarium.*

f ¶ [*In tantum excreuerint.*] quocunque modo. ſ. de conſtitu. cum M. ſi vero parum excreſcerent, non augeretur procuratio, nec modicum lucrum auferretur cõductori: quia & modicum damnum ſuſtinet. ff. loca. ſi merces. §. vis maior. Eſt ergo euidens ar. ꝙ ſi excreſcant res, debet procuratio creſcere: ſicut econuerſo diminuitur propter ſterilitatem. ff. loc. ſi vno. & ſ. eo. titu. propter ſterilitatem. Contrariorũ enim eadem eſt diſciplina. ff. de verbo. obli. inter ſtipulantem. §. ſacram rem. arg. idẽ melius Inſti. de his q ſunt ſui vel alie. iu. in princ. arg. contra. C. de allu. l. vlt. C. de fun. rei priua. l. 2. lib. 11. Sol. illa locum habent cum diligẽtia cultorum res, vel fructus augmentatur. hic cum Dei prouiſione & fidelium oblatione res augmentatur: ſicut contingit cum caſu fortuito res deteriorantur, merces remittitur. Si vero vitio rei, ſiue culpa coloni, puta, quia vinum acuit, vel ſi ſegetes herbis corruptæ ſunt, conductori obeſt. ff. loca. l. ex conducto. §. vitium rei. tamen ſine culpa coloni damnum contingens non obeſt colono. ſuprà eod. titu. propter ſterilitatem. Item eſt arg. optimum quòd creſcentibus facultatibus eccleſiæ, creſcere debet numerus: etiam ſi ſit numerus canonicorum ſtatutus. ſup. de conſtitu. cum M. quæ non admittit hanc diſtinctionem, vtrum facultates creſcunt prouiſione Dei, an diligentia hominum, 3 quę etiam nec in iſto caſu debet admitti: ſufficit enim quòd res augmentatæ ſunt. Lau.

¶ Idem Primicerio, & clero Mediolanẽ.

¶ *Omnes eccleſiæ, niſi quæ ab hoc per priuilegium Apoſtolicum ſint exemptæ, procurare tenentur legatos ſedis Apoſtolicæ, ſeu etiam eius nuncios, nec in hoc præſcriptione iuuantur. h. d. vſque. ad §. ſanè.*

C A P. XVII.

CVm †inſtãtia veſtra quo-

†Ca. 2. eo. tit. in 3. cõpilat. Vide Abbatem conſil. 94. inci. videtur primo in 1. vol. & Felin. in c. accedẽtes. ſup. de præſcrip.

CVm inſtantia.] Diuiditur: quia duæ ſunt partes principales: Secunda: ibi, *Sanè.* Abb.

C a s v s. Primicerius & clerus Mediolanẽ. per quoſdam nuncios ſuos conqueſti ſunt domino, Papæ, ꝙ cum ipſi legatos & nuncios Apoſtolicæ ſedis deuote recipiant & procurent, ordinarij maioris eccleſiæ Mediolanẽ. ipſos procurare renuunt, & ad faciendas expenſas ſubſidium denegant impertiri: vnde in procurationibus exhibendis plus debito aggrauantur: quare ſibi ſuper hoc prouideri poſtulabant: Papa ſic eorum poſtulationi, vel petitioni rñdet, ꝙ cum oẽs eccleſiæ legatis & nuncijs Romanæ curiæ procurationes impẽdere teneantur, nullam haberi vult ab hmõi procurationibus excuſatã: niſi forte per ſpãle priuilegium Apoſtolicæ ſedis ſit exempta, qđ tñ Papa non credit, etiam ſi longiſſimo tempore procurationem non præſtiterit, cum in talibus locum nõ habeat præſcriptio: quia & Papa circa prouiſionem & ſolicitudinem omnium eccleſiarum non ceſſat: veruntamen in his exigendis, cum modum & ordinem vult obſeruari, vt nullus prelatus, vel eccleſia, ſuper hoc rõnabiliter conquerat̃: Si vero de cõi collecta expenſas legatorum & nunciorum Apoſtolicæ ſedis facere voluerint, hoc eis Papa non prohibet: tamẽ per hoc nullum vult præiudicium generari nuncijs, & legatis ſuis, quo minus poſſint à quocunq; voluerint ꝓcurationes debitas poſtulare: ita tñ ꝙ ſi aliqs in hoc fuerit grauatus, ſibi ab alijs reſtauret̃, & nuncijs Apoſtolicæ ſedis in neceſſarijs exhibendis pareat, quicunq; fuerit requiſitus, ita tñ ꝙ in fraudem nihil fiat, nec compellant̃ procurationem recipere per cões miniſtros: & q contumaciter eis reſtiterint, ꝑ eccleſiaſticã cenſurã ſunt compellendi. No. ꝙ oẽs eccleſiæ legatos & nuncios Romanæ eccleſiæ procurare tenentur. Item contra ꝓcurationẽ, q̃ debet̃ nuncijs Apoſtolicæ ſedis, non currit præſcri-

3 Et maxime religioſorum, qui ſibi nõ poſſunt acquirere: & tales erant iſti. vel aliter ſi bona eccleſiæ creſcunt & augẽtur tacite, & per latẽs incremẽtũ: nõ ideo augebitur. cenſus. ſi vero patẽter, ſecus. ad hoc C. de allu. l. 1. & 2. Inſti. de re. diui. §. qđ ꝑ alluuionem ſecundum Vinc. Io. And.

præſcriptio. Item dominus Papa omnium eccleſiarum curã & ſolicitudinem gerit. Item ſecũdum facultates eccleſiarum procurationes exhiberi debent. Item compelli poſſunt eccleſiæ nuncijs Apoſtolicæ ſedis procurationes exhibere.

a ¶*Quotidiana.*] quia pro republica noctes ducit inſomnes, in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuffragio. in principio collatione 2. & voluntarios labores appetimus (dicit Imperator) vt quietem alijs præparemus. in Authen. vt diuinæ iuſſio. colla. 9. in prin. Bernar.

† haberi

b ¶*Non credimus.*] quia Romana eccleſia non ſolet aliquem priuilegiare contra ſe. argum. C. de ſacroſan. eccle. iubemus nullam. arg. ſuprà. de præſcrip. cũ ex officij 1. & ibi etiam dicitur, ꝙ in procuratione non currit præſcriptio. Ber.

† impenderit.

1 Dic etiã idẽ facere Imperatorem. l. comperit. C. de præſcript. 20. anno. Io. And.

¶*Gl. ſeq. tractat de modo procurãdi legatum, ſignat contrarium, & ſoluit.*

c ¶*Indebitè prægrauari.*] Illud ſemper eſt obſeruandum, vt ſecũdum facultates eccleſiarum procuratio exhibeatur. 10. q. 3. inter cætera. & ca. vlti. ſuprà. eo. cum Apoſtolus. j. eo. cum nuper. & capi. prox. ſi enim tenuis eſt patria extraordinario auxilio iuuanda eſt. C. no. vec. l. 1. imo a paupere non debet exigere. 1. q. 2. placuit. quia nec iudex exigit ſportulas à pauperibus in Auth. de manda. princ. §. ſi tibi quoque. colla. 3. nec etiam tenuis vitæ homines ſub aduentu officialium iniuriis affici debent. ff. de offi. præſi. illicitas. §. 2. ſ. eo. c. ea quę. dabitur enim legatis lac ad bibendũ, vt dicit Ioannes, ne rubentibus buccis prædicent ieiuniorum doctrinam. 35. diſtin. ca. ſexto die. & cap. eccleſiæ. nec bibent vltra tertiam vicem. 44. diſtin. in illa palea. quando. & comedent lardum, vel carnes cum aceto. C. de eroga. mili. anno. l. 1. lib. 12. arg. contra. 41. diſtin. non cogantur. cui ſtatur, & in hoc caſu eſſet eis denegandum, ſi vltra vires 2 peterent. j. de exceſſi. prælato. cum ad quorundam. ff. de aqua quo. & æſti. l. 2. §. Trebatius. & 10. q. 3. quia cognouimus. & ſ. de offi. ord. con querente.

† Dictio, expenſis, deeſt i antiquis & in recentioribus magis emẽdatis.

2 Impoſſibiliũ enim nulla eſt obligatio. ff. de regu. iur. impoſſibilium. & de hoc. ſ. e. cũ Apoſtolus. Ioã. And.

d ¶*Procurationes.*] j. eo. procurationes.

e ¶*Ab alijs.*] ceſſis actionibus ſibi à legato. arg. ff. de cenſibus. cum poſſeſſor. vel condictione ex hoc canone. argu. ff. de condict. ex lege. l. vnica. Dabit enim legatus literas ſuas illi, qui eum procurauit, vt ab alijs recipiat quod vltra partem ſuam expendit: ſic obſeruatur de facto. argu. l. prædictæ, cum poſſeſſor.

f ¶*Requiſitus.*] etiam in prouincia, in qua nõ eſt legatus, in eundo & redeundo. ſ. de iureiur. ego N.

g ¶*In fraudem.*] vt 3 ſi deſcendit in domum amici, vt ab eo procuretur, & ille datis ſibi literis per eum, ab alijs duplũ, vel triplum recipit.

3 Hãc gloſſulã non inuenio in antiquis exemplaribus, nec credo Bernardi eſſe.

h ¶*Compellantur.*] quoniam particularis exactio & ſolutio non modica habet incommoda. ff. fami. erciſc. l. planè. arg. cõtra. ff. ad legem Falc. lineam. & l. Plautius. & ff. de pact. l. epiſtola. §. vlt. & C. de pactis. debitori.

tidiana [a]: & infrà. ¶Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd cum omnes eccleſiæ, legatis, & nuncijs ſedis Apoſtolicæ procurationes impendere teneantur, ab earum præſtatione nullam habere † volumus excuſatam: niſi forte per ſpeciale priuilegium ſedis Apoſtolicæ (quòd non [b] credimus) ſit exempta: etiam ſi longiſſimo tẽpore procurationis obſequiũ non impenderint †: cum in talibus præſcriptio ſibi locum ne queat vẽdicare: quia nos à prouiſione paſtoralis ſolicitudinis circa omnes eccleſias nunquã omnino ceſſamus.

¶*Tractat de modo procurationis ipſorum legatorum & nunciorũ Abb.*

¶Sanè in his exigendis eũ modum & ordinẽ volumus obſeruari, vt nulla eccleſia, vel prælatus, ſe indebitè prægrauari, [c] rationabiliter conqueratur. Si verò de communi collecta legatorum & nunciorum noſtrorum expenſas duxeritis faciendas (quod vobis non duximus inhibendum) ex hoc nobis, & noſtris, nullum præiudicium volumus generari, quo minus poſſint à quocũque maluerint, procurationes [d] ſibi debitas poſtulare: ita ꝙ ſi exactus vltra ſuã grauatus fuerit facultatem, ſibi ab alijs [e] reſtauretur: Nuncijs tamen noſtris in neceſſarijs [expenſis †] exhibendis pareat qui cunque fuerit requiſitus [f], ita ꝙ in fraudẽ [g] nihil penitus attentẽt, nec per cões miniſtros procurationis obſequium, ſi noluerint recipere, cõpellant [h]. Qui verò cõtumaciter eis duxerint reſiſtendum, diſtrictione ſunt eccleſiaſtica compellendi.

¶*Idẽ Zemorenſi † & Salamãtino Epis.*

† Samorẽ. & Salamãti. de qbus vide Vaſęũ in Annalibus Hiſpaniæ ca. 20. & 21.

¶*Si ad vnicã menſurã ſolui debet qđ debetur ex voto, ad illã in poſterũ ſolui debebit: ſi verò ad diuerſas, liberabitur ſoluens etiam ad minorem.*

CAP. XVIII.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpil. Et quatenus obiter tangit hic materia implendi voti, vide B. Thomã 2. 2. q. 88. ar. 3. & q. 189. art. 3. & qđ ex ſimplici ꝑmiſſione oriatur, actio, vide notata in c. 1. đ pac: adde gloſſam & Bar. in l. ſi vnus §. pactus. ff. de pact.

EX † parte Cõpoſtellani archiepiſ. fuit propoſitũ, ꝙ cũ hi qui vota [i] beati Iacobi continuè perſoluerunt, ad cõem terræ ſuæ menſurã, cũ qua videlicet emunt & vẽdunt, ipſa perſoluerint hactenus & ꝑſoluãt, quidam quia † longis tꝑibus ab eorũ ſolutione ceſſarunt, nunc quandã menſurã exhibent paruiſſimam [k], & ignotã: & infrà. ¶Cum ergo non conſtet ad quam menſuram, anteceſſores eorum prædicta vota perſoluerint, credimus diſtinguendum: vtrum habitatores regionis ipſius, qui ea continuè perſoluerunt, ad vnam & eandem menſuram huiuſmodi vota perſoluerint, an ad varias & diuerſas. In primo enim caſu [l], ad eandẽ & illi ſoluere ſunt cogendi [m]. In ſecundo volẽtes ſoluere ad minorem, non ſunt cogendi, vt ad maiorem perſoluant: quoniam cum huiuſmodi vota

† Aliàs ita: quidã qui à longis &c.

EX parte.] Casus. In archiepiſcopatu Compoſtellano, quidam vota beati Iacobi continue perſoluerunt ad cõmunem menſuram terræ, cum qua emunt & vendunt: quidã alij à longis retro temporibus ab eorum ſolutione ceſſarunt: de nouo inceperunt ſoluere vota illa, ad quandam menſuram paruiſſimam & ignotam, & cum eadem ſoluere nituntur; quæſitũ fuit à Papa, vtrum illi cogẽdi ſint ſoluere vota prędicta, ad communem menſuram terræ, ſecundum ꝙ alij ſoluerunt continue? Reſpõdet Papa, ꝙ cum non conſtet, ad quam menſurã anteceſſores eorum, prædicta vota perſoluerunt, diſtinguendum eſt, vtrum habitatores regionis ipſius, qui vota illa continue perſoluerunt, ad vnam & eandem menſuram perſoluerint, an ad varias & diuerſas: ſi ad vnam menſurã perſoluerunt, & illi ad eandẽ mẽſuram ſoluere ſunt cogendi: Si vero ad diuerſas ſoluere conſueuerunt, & illi volũt ſoluere ad minorem, non ſunt cogendi, vt ad maiorem perſoluant: quia cum huiuſmodi vota gratuita fuerint ab initio, benignè ſunt ab huiuſmodi viris eccleſiaſticis exigẽda, ne videantur lucris temporalibus inhiare. Nota ꝙ ſucceſſor tenetur ad id quod anteceſſor ſoluere conſueuit. Item minor pars tenetur facere quod maior facit. Item in votis locum habet coactio. Item in dubijs liberum eſt ſequi quod magis placuerit. Itẽ quæ gratis ſunt oblata, benignè ſunt exigenda. Item clerici lucris temporalibus inhiare non debent.

Et vt intelligas, incipias ſic caſum literalem: Quidam vouerunt dare eccleſijs certos ſextarios frumenti: in illo loco reperiuntur plures ſextarij minores, & maiores: dubitabatur, an ſecundum minorem, vel maiorem vota eſſent exoluenda: Et reſpondetur vt in litera. Abb. Sicul.

i ¶*Vota.*] annua ab Hiſpanis 4 tempore cladis promiſſa. Laurentius.

4 Eo ꝑſertim tẽpore quo Hiſpaniam à fœda Maurorum colluuie, circa annos dñi. 800. et aliàs purgare mittebatur, vid Vaſæum in annalibus Hiſpaniæ.

k ¶*Paruiſſimam.*] quod facere non debẽt, quoniam omnes ad communem menſuram terræ ſoluere debent. ff. de contrahen. empt. imperatores.

l ¶*Primo caſu.*] ſ. cum omnes ad eandem menſuram ſoluũt: & ita quod maior pars facit, illi ſeruare tenentur. 100. diſtin. contra morem. ſ. de cap. mo. dilectus. & arg. ſ. e. ſopitę. Itẽ arg. eſt, ꝙ in dubijs ſeruanda eſt conſuetudo vicinorũ. ar. ſ. de conſue. cũ olim. & j. eo. ſup eo. & ſ. eo. eccleſijs. ff. de leg. 1. ſi ſeruus pluriũ. §. vlt. Itẽ in dubijs nõ ſequimur quod maximũ eſt, ſed quod minimũ. ff. de leg. 3. nummis. ff. de reg. iur. ſemper in ſtipulationib. 5. arg. tñ eſt hic, ꝙ mediocritas eſt ſequẽda. de hoc notantur arg. plura. ſ. eo. quanto. in notula, in hoc.

5 Et j. de reg. iur. in obſcuris. lib. 6. dixit Vin ꝑ hæc iura, & per l. ff. de leg. 1. ſi ita ſcriptum. ꝙ cũ dubietas eſt i re, debeat minor. ſed ſi eſt in pſonis, omnes repellunt ab inſtitutio. legato, vel libertate. ff. đ reb. dub. ſi fuerit. Io. An.

m ¶*Sunt cogendi.*] ſupple, ſi ſoluentes plures ſint non ſoluentibus. ſuprà. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. vlt. & ſuprà. de elec. dudum. 1. & 19. diſt. in canonicis. ff. de pact. & ſuum hæredẽ. in fi. vel ẽt pares dignitate præcellentes. ſ. de teſtib. in noſtra. & ff. de pa. maiorem. verius videt ꝙ ſiue ſint plures, ſiue pauciores, ex quo non apparet de menſura anteceſſorũ, ſequi

debent menſuram ſoluentium: illam enim præſumo fuiſſe inſtitutam, & ad eos à ſuis maioribus perueniſſe. Vin.

a ¶*Ab initio.*] Simile s. de voto & voti redem. licet. in prin. ideo pro eis bona fit interpretatio, ne ipſorum munificentia erga eccleſias retardaretur. ar. C. de bo. quæ lib. l. 2. aliàs dona plenius ſunt interpretanda. s. de dona. cum dilectus. in fi. ne excogitata fraude aliquis poſſet obuiare ſuę donationi. 16. q. 2. viſis. & 17. q. 4. ſunt qui opes. C. de do. ſi quis argentum. §. vlt. Ber.

gratuita fuerint ab initio [a], benignius ſunt à viris eccleſiaſticis exigenda: ne tanquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.

¶Idem Cæſarauguſtañ. † Epiſcopo.

¶Eccleſiæ tenetur epiſcopo in cuius diœceſi ſunt, reſpondere de procurationibus, quarta decimarum, & alijs epiſcopalibus. hoc dicit quo ad titulum.

CAP. XIX.

CVm † olim: & ĩfrà. ¶Quia nobis fides facta fuit, ꝗ eccleſiæ de † Luna, & de Beſ. in tua ſunt diœceſi conſtitutę, nõ ſolum per alia [b], verum etiam per hoc ipſum, quòd in inſtrumentis [c] compoſitionum continetur expreſſè, vt abbas ſancti Ioãnis Prilateñ. † tã de quarta decimarum, quàm de cæteris epiſcopalibus tibi debeat reſpondere: abbatem ipſum ad integram ſolutionem quartæ [d] omnium decimarum, nullis factis deductionibus [e], & ad præſtationem procurationum, & aliorum epiſcopalium iurium in prædictis eccleſijs condemnamus. Licet [f] enim ex forma ſecundæ compoſitionis, deductiones eſſent aliquæ faciendę, quia tamẽ cõpoſitionem idem abbas nullatenus approbauit, ſed ſtuduit multipliciter impugnare, ex ea non debuit beneficium conſequi [g], cui renunciaſſe tacitè [h] videbatur. Abſonum erat præterea, vt negaret illam eccleſiam in tua diœceſi conſtitutam, ſuper qua inſtrumenta prædeceſſoris tui oſtendebat [i] in iure, monaſterio fuiſſe conceſſa, per quæ epiſcopale ius petebat [k] † expreſſè.

¶Idem Spoletano Epiſcopo.

¶Soluendi ſunt cenſus ad antiquam monetã, in qua inſtituti fuerint, niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum. hoc dicit. & eſt caſus notabilis. & multum allegabilis.

CAP. XX.

OLim † cauſam, quam aduerſus clericos plebis Rupinæ, ſuper ſynodatico proponebas, Tudertiñ. epiſcopo & collegis ſuis commiſimus terminandam: coram quibus ex parte tua fuit propoſitũ, quòd cum ijdem clerici prædeceſſoribus tuis tres in feſto Natiuitatis, & tres in feſto Reſurrectionis Dominicæ, pro ſynodatico ſoluerint denarios Papiẽ. nunc tantum tres Lucenſes pro ſingulis denarijs Papieñ.

CVm olim.] Diuiditur. Primò diffinit. Secundò ſoluit vnum obſtaculum: ibi, *Licet.* Tertiò aliud: ibi, *Abſonum.* Et quia textus eſt aliquantulum intricatus propter nimiam diſcuſſionem facti, ſic pono caſum: Epiſcopus Auguſtañ. impetebat quẽdam abbatem ratione duarum eccleſiarum poſſeſſarum ab eodem abbate, petẽdo illarum vigore procurationem, & alia iura epiſcopalia: Abbas vero & conuentus opponebant illas eccleſias non eſſe in diœceſi illius epiſcopi: Item producebant quoddam inſtrumentũ, in quo continebat, ꝗ epiſcopus illas eccleſias, vel forte aliqua iura in eis conceſſerat abbati: & contra quædam inſtrumẽta compoſitionũ producta per epiſcopum, obijciebat ille abbas, ꝗ per metum regium illæ cõpoſitiones emanauerant, vel forte dicebat inſtrumenta eſſe falſa: Papa vero diffinit vt habet in litera. & eſt capitulũ ſatis difficile. Abbas.

Vel pone ſic caſum: Epiſcopus Cæſarieñ. conqueſtus eſt dño Papæ de abbate ſancti Ioannis, qui eum fraudabat ſuper quartis decimarum, & quibuſdam alijs, quæ habere debebat in eccleſijs quibuſdam, quæ ſpectabant ad ipſum epiſcopum quo ad ius patronatus, quæ omnia abbas ſibi denegauit, dicẽdo illas nõn eſſe in ſua diœceſi: quare dictus eps de diœceſi eſſe probauit: & idem abbas induxit quædam inſtrumenta pro ſe, in quibus continebatur, ꝗ idem abbas compoſuerat cũ ipſo epiſcopo ſuper prædictis, tanquam diœceſano eccleſiarum dictarum: quare dominus Papa de conſilio fratrum ſuorum, condemnat dictum abbatem in omnibus petitis ab epiſcopo, ſine deductionibus aliquibus faciendis ab abbate in prædictis eccleſijs: quamuis enim abbas potuiſſet aliqua deducere de petitis, occaſione compoſitionis cuiuſdam initæ inter epiſcopũ prædictum & monaſterium ipſum: quia tamen abbas non approbauit dictam cõpoſitionem, ſed impugnauit, ſicut potuit, quare videtur illi tacite renunciaſſe, & nullum debet inde cõmodum ſentire: prætérea negare non poterat, ꝗ nõ eſſent de diœceſi epiſcopi illius eccleſiæ ſuper quibus inſtrumenta oſtẽdebat: quia illæ eccleſiæ conceſſæ fuerant à prædeceſſoribus epi monaſterio. per quæ petebat abbas pro epo, & pro eo probabat non ex propoſito, vel directè, ſed per quandã conſequẽtiã. Nota ꝗ eo ipſo ꝗ eccleſia ſita eſt in diœceſi alicuius epi, ei tenet in epalibus rñdere. Item ſuper iuribus epalibus põt fieri cõpoſitio. Item ex eo quod quis impugnat, non debet aliquod beneficiũ cõſequi: cũ ex hoc tacite ei renunciare videatur. Item tacita renuntiatio præiudicat. Item non debet quis inſtrumenta producere, per quæ aduerſarius probet intentionem ſuam. Item contraria proponens non eſt audiendus.

b ¶*Per alia.*] forte per teſtes.

c ¶*Inſtrumentis.*] ex quo continetur in aliqua ſcriptura publica de finibus alicuius epiſcopatus, ei ſtandũ eſt, donec probetur contrarium, licet illa ſcriptura principaliter facta ſit ob aliud. ar. C. de contrahenda & commit. ſtipu. optimã. C. de iu. delibe. cum aliquis. & s. de præſump. illud. & per libros antiquos probant confines epiſcopatus. s. de proba. cum cauſam. vbi de hoc. & arg. s. de parochi. ſuper eo. in fi.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiec. & ponit ſolut. Lau.*

d ¶*Quartæ omnium.*] Hoc ius diuerſum eſt, qñque enim dicit medietas. 10. queſt. 1. anti quos. qñque tertia, vt eadem cau. q. 1. de his. qñque quarta. 16. q. 1. conſtitutum. ſupra de præſcript. de quarta. & hic. & quandoque dicitur ꝗ nihil debet habere. 10. q. 3. c. 1. Laurentius dicit ꝗ ca. illa loquuntur ſecundum diuerſa tpa. Eps debet habere medietatẽ omnium redditũum epalis eccleſiæ, de parochialibus eccleſijs tertiam: poſtea iſta tertia mutata eſt in quartã. 12. q. 2. quatuor cõceſſo. de redditibus. demũ ſtatutum fuit ꝗ nihil perciperent niſi velint ſubire onus fabricę. x. q. 3. c. 1. & c. vnio. hodie potius locũ hẽt cõſuetudo, ſicut dicit de quarta, vel tertia, vel medietate teſtõrum, ꝗ ibi ſeruat conſuetudo loci. s. de ſepulturis. certificari 1. Quid iuris ſit de decimis, dicit s. de deci. cũ cõtingat. cum in tua. & c. dudũ.

e ¶*Nullis factis deductionibus.*] Hoc cõtingit culpa abbatis, q reprobauit quantũ in eo fuit inſtrumentũ, in quo cõtinebat, ꝗ deductiones fieri poterãt: vt j. ſequit.

f ¶*Licet.*] Reſponſio tacitæ quæſtionis.

¶*Glo. ſeq. ponit dictum quod ſtatim determinat. Secundo arg. alle. 3. iura. & duo alle. in contrarium.*

g ¶*Beneficium conſequi.*] Nota, ꝗ aliqs fructũ ex eo cõſequi nõ dẽt quod nititur reprobare 2. arg. 13. q. 2. q̃ præpoſterũ. s. de teſtibus, præſentiũ. quod verũ eſt, ſi vſq; ad ſñiam perſeuerauerit. ff. de inoffic. teſta. Papinianus. §. meminiſſe. C. de his quib. vt indi. alia eſt. Item hic habes ꝗ inſtrumẽtum quod qs approbat pro ſe, tenetur recipere contra ſe. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. ſi quis teſtibus. 19. diſt. ſi Romanorum. C. de reb. cred. l. generaliter. arg. contra. 37. diſt. ſi quid veri. 2. q. 7. ſi hæreticus.

h ¶*Tacitè.*] C. de reb. cre. l. ſi quis iuſiurandum. C. ad l. Cor. de fal. qui falſas. s. de his quæ fi. à maio. par. c. quæſiuit. & c. ex ore. vbi de hoc.

i ¶*Oſtendebat.*] Erat enim abbas ipſe contrarius ſibi, & ideo non erat audiendus, ſaltem in eadem inſtantia iudicij. argu. s. de appell. ſolicitudinem. in fi. Et in inſtrumentis iſtis continebatur, ꝗ epiſcopus eccleſiam iſtam conceſſerat monaſt erio, vel aliquid iuris conceſſerat in eccleſia: vnde per hoc apparebat quòd eſſet in eius diœceſi.

k ¶*Petebat.*] Aliàs petebat, & melius.

O*Lim cauſam.*] Primò narrat factum. Secundo decidit exprimendo motiua: ibi, *Cum igitur.* Abbas.

Caſus. Inter epm Spoletañ. & clericos plebis Rupinæ quæſtio vertebatur ſuper ſynodatico: cauſa ſuper hoc commiſſa fuit epiſcopo Tudertino & collegis ſuis, coram quibus proponebatur ex parte epiſcopi, ꝗ ijdem clerici prædeceſſoribus ipſius epiſcopi ſoluere conſueuerũt tres Papieñ. in feſto Natalis Dñi, & tres in feſto Reſurrectionis Domini pro ſynodatico: nunc tm̃ ſoluunt tres Luceñ. pro ſingulis denarijs Papieñ. cum tamen denarius Papieñ. valeat ſex Luceñ. vnde

petebat

† Cæſarauguſtã. epo. hũc credo eſſe epiſcopum Cęſarauguſtæ ciuitatis, q̃ ẽ in Aragonia: nam viuẽte Innocentio. iij. cuius eſt hæc decretalis, epiſcopũ habebat, ſed tempore Ioãnis 22. Papæ metropolitana dignitate donata eſt.

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpilat.

† De Luna & ď Tauſ.

† Platen.

† Prælate.

† Prẽmatẽ. ſed forte legendum Pinnaten.

† Aliàs, patebat, ꝗ agnouit gloſſa hic, & Hoſtien ſis.

† Cap. 5. e. tit. in 3 cõpilat. Et de materia vide doctores in l. Paulus. ff. de ſolu. Albertũ Brunũ trac. de augmẽto, Frãciſ. Curtium tract. de moneta. poſito i l. cũ quid. ff. ſi cert. pe. Couarruuiã trac. de numiſmat. c. 7. & late Antonium Gabrieliũ lib. 3. commu. concluſ. ti. de ſala. p totum.

1 Vide l. obſeruare. §. antequ. ff. de offi. procon.

2 Videto hic Hoſtiẽſem. & latius de hoc p Io. And.

perſoluebant: cū † tamen vnus denarius Papien. valeat ſex Luceñ. vnde petebas eos ad Papieñ. ſolutionem compelli: cū & ſi tu Lucen. primo anno receperis, ſemper tamen ius tuū poſtmodū fueris proteſtatus [a]: & infrà. ¶Cum igitur conſtet quòd Papien. olim pro ſynodatico ſoluebantur: quod ex eo etiam ſequitur, quòd Lucen. ſoluti ſunt poſtmodū pro eiſdē, cum ex dictis teſtium, & confeſſione † aduocati alterius partis non reuocata [b], poſtmodū appareat euidenter, quòd tempore L. prædeceſſoris tui pro ſynodatico, Papienſis fuit moneta ſoluta, & à tempore dicti L. non niſi triginta ſex [c] annorum, ad plus, tempus effluxerit, & ſit legitimè comprobatū, quòd tres Lucenſes, qui pro vno Papien. poſt mortē ipſius L. ſoluebātur, quinque vel ſex valebāt ex illis, qui hodie ſunt in vſu: Intelligentes ex hoc ꝙ per monetæ declinationem acciderit, vt vſque ad tempus tuū Lucen. dati fuerint pro ſynodatico, ſicut erant in vſu: procuratorem aduerſæ partis nomine clericorum plebis prædictæ, tibi ad ſolutionem denariorum Papienſium, vel æſtimationem [d] † eorum, pro ſynodatico per diffinitiuam ſententiam condemnamus.

† Aliàs ita. cum tamē denarius Papienſis valebat vi. Lucē. &c.

† In aliquot antiqs ita ſunt hęc ſuis pūctis diſtincta: & confeſſione aduocati alterius partis non reuocata poſtmodū appareat, &c.

petebat eos compelli ad Papieñ. ſolutionem, & cum ipſe primo anno recepiſſet Luceñ. ius tamen ſuum poſtmodum ſemper fuit proteſtatus ꝙ per hoc nō fieret ei præiudicium quo ad denarios Papien. Ex aduerſo dicebatur, ꝙ & ſi aliquando denarij Papien. pro ſynodatico fuerunt perſoluti, iá per. 45. annos, & amplius tam huic epiſcopo quàm prædeceſſoribus ſuis Luceñ. fuerant perſoluti, & ſic videbantur ſe præſcriptione tueri: lite conteſtata ſup prædicta petitione, recepti fuerunt teſtes ab vtraque parte, & poſitiones & reſpōſiones hincinde factæ, tandem iudices cauſam remiſerunt ad Papā: Ipſe vero examinato negotio, quia conſtitit ſibi, ꝙ Papieñ. olim fuerāt perſoluti pro ſynodatico, quod ex eo probaē, ꝙ Luceñ. ſoluti ſint poſtmodum pro eiſdē, cum ex dictis teſtium & confeſſione aduocati clericorum nō reuocata, euidenter appareat, ꝙ tempore Lotharij prædeceſſoris huiuſmodi epiſcopi, Papiē. moneta pro ſynodatico ſoluta fuit: & à tpe dicti Lotharij nō niſi 36. annorum, ad plus tēpus effluxerit: & probatum etiam ſit, ꝙ tres Luceñ. qui pro vno Papien. ſoluebantur, poſt mortem ipſius L. quinque vel ſex valebant de illis, qui modo ſunt in vſu: & videns ꝙ propter mutationem monetæ acciderit, ꝙ vſque ad tēpus huiuſmodi epiſcopi, Lucen. dati fuerāt pro ſynodatico, ſicut erant in vſu, condemnauit procuratorem partis aduerſæ nomine clericorum plebis prædictæ epiſcopo ad ſolutionem denariorum Papien. pro ſynodatico, vel eorum æſtimationē per diffinitiuam ſententiam. Nota ꝙ proteſtatio non prodeſt vbi proteſtans venit contra ſuam proteſtationem, vt colligiē hic: quia ſi clerici iſti præſcripſiſſent, non profuiſſet epō proteſtatio. Item confeſſio aduocati præiudicat, niſi fuerit reuocata. Item pars penſionis, vel alicuius alterius præſtationis poteſt præſcribi. Item per partem non retinetur totum. Item ſententia formatur in perſona procuratoris. Item ſolutio pēſionis vel cenſus fieri debet ad illam monetam, quæ ab initio fuit conſtituta, ſi in eſt vſu: aliàs ad eius æſtimationem: & ita principium conſiderandum eſt.

a ¶*Proteſtatus.*] Hinc ergo colligitur, ꝙ non prodeſt proteſtatio cum aliquis in contrarium facit 1, per id quod hic dicitur in fine, quia ſi præſcriptio 2 completa fuiſſet, clerici obtinuiſſent non obſtante tali proteſtatione. ſimile. s̃. de conſti. cum M. & s̃. de ap. ſolicitudinem. ad finem. Ber.

¶*Glo. ſeq. reci. per quæſtio. an & quando confeſſio aduocati reuocari poßit.*

b ¶*Non reuocata.*] Et ſic patet ꝙ confeſſio aduocati ſicut ēt propria confeſſio præiudicat, niſi fuerit reuocata, vt hic patet, & s̃. de appella. cum cauſam. Quædam tamen confeſſio reuocari poteſt quandocunque ante ſententiam. C. de iur. & fa. igno. l. error facti. & s̃. de confeſ. c. vlti. & hoc intellige, ſi probat quis ſe erraſſe. ff. ad l. Aquil. inde Neratius. §. vlt. ff. de confeſ. nō fatetur qui errat. Sed ſi confeſſio aduocati fuerit incōtinenti reuocata: ſiue eadem die: quia tunc non videor eā ratā habere, ex quo eadem die eam reuoco: ſufficit reuocatio ſimplex 3. ar. decre. p̄di. cū cauſam quę. alia ratio eſt ibi. Sed videtur ꝙ ante litē conteſtatā poſſit indiſtinctè error reuocari. ff. de noxa. act. l. electio. §. pen. & ēt poſt, ſi nulla captio eſt aduerſarij. ff. de int. actio. de ætate. §. vlt. q̃nque ēt poſt ſententiā reuocatur error probabilis. ff. q̃n act. de pe. eſt an. l. 2. aliàs eſt §. vlt. in l. 1. Nec obſtat quod diciē de triduo. C. de er. aduoca l. 3. quia ſic ibi contingit de facto, & non ponit ius. Io.

1 Vide quę dixi lib. 1. ī directoriū inquiſitor. Schol. 24. §. hacten⁹.

2 Quæ per ꝓteſtationem nō interrumpiē, niſi in caſibus. C. de anna. excep. vt perfectius. de off. or. paſtoralis ad fi. Inno. & 16. q. 3. ca. placuit. §. pōt. verſi. is aūt. ſecūdum. Abb.

3 De hoc articulo videto hic latius p Ioā. Andi. & abbatem.

¶*Glo. ſeq. no. contra proteſtationem, & illud coadiuuat alle. contrarium.*

c ¶*Non niſi trigintaſex.*] Ex hoc colligitur, ꝙ ſi Lucenſes recepti fuiſſent pro Papien. 40. annis, ꝙ præſcriptum eſſet in ſolutione Papien. & ſic proteſtatio non valuiſſet, vt dixi. s̃. in prima notula: Nam ſi quis vtitur alia aqua q̃ inter partes cōuenerit. prēſcriptum eſt in illa. ff. quemadmodū. ſerui. amit. ſi quis alia. & l. ſi communem. §. 1. & ſi quis paucioribus iuribus vtiē pro pluribus, præſcriptū eſt pro pluribus. ff. de ſeruit. ruſti. prædio. vna eſt via. contra, de præſcri. auditis. Sed contra videtur ꝙ non eſſet præſcriptum in Papien. quia qui aliquid recipit loco alterius, illud recipere videtur. 21. diſ. in nouo. & 94. diſt. c. 1. & ſuprà de præſcrip. auditis. ff. de adminiſt. tuto ita tamen. §. geſſiſſe. Itē qui pretio fruiē, & re frui videtur. ff. de vſufruct. quia qui pretio, & penes eum eſt peculium, penes quem eſt pretiū. ff. de pecu. ſed ſi quis ſeruum. Sed contrariū eſt verum, vt patet per primas concor. Bern.

¶*Glo. ſeq. arg. ad quæſtio. alleg. duo iura.*

d ¶*Vel æſtimationē.*] Argu. ad quæſtionem Dominicalem, ꝙ ad antiquam monetam, & menſuram antiquam facienda eſt ſolutio, licet noua ſit melior. s̃. de iureiurando. quanto. & eſt expreſſum ĩ. eodem, cum canonicis. arg. ff. ſi cert. pet. l. 3. arg. contra 32. q. 4. quis ignoret 4. & arg. ff. de contrahen. empt. imperatores. Idē eſſet ſi moneta minor ſit modo in vſu: quia ſoluere debet æſtimationem antiquæ: vt hic patet.

† extimationis.

† Cap. 6. e. tit. in 3. cōpil. Itē epiſcopus à q̄bus nō poſſit eximere eccleſiā præter Panormitanū hic, vid̄ Oldr. cōſi. 181. Feder. conſilio 147. adde gloſſam in ſumma 25. q. 2.

4 Vbi de hoc. & vid̄ in Spe. de ſolu. §. nūc aliqua. Io. And.

¶Idem Priori Sancti Stephani.

¶*Epiſcopus remittens eccleſiæ ſeruitia quæ ſibi debebat, & ſtatuēs quod aliud ſeruitium non imponatur, procurationem nō intelligitur remiſiſſe.*

CAP. XXI.

Cvm † venerabilis frater noſter. Fauē. † epiſcopus: & infrà. ¶Cognouimus, quòd p̄fatus epiſcopus ſpallas, quas ab eadem eccleſia tam ipſe, quàm prædeceſſores ſui recipere conſueuerant, eccleſiæ præfatæ remiſit, & ſtatuit, quòd aliud ei ſeruitium non imponeret, ſibi & eccleſiæ ſuæ annuatim trium librarū cereo, pēſionis nomine, reſeruato. ¶Quia

† Fauenti.

† Fauen.

C*Vm venerabilis.*] Prima pars deciſè narrat factū. Secunda partis allegationem. Tertia diffinitionis motiuum. Quarta diffinit. Secunda: ibi, *Cognouimus*. Tertia: ibi, *Quia*. Quarta: ibi, *Decernimus*. Abbas Siculus.

Casvs. Inter epm Faueñ. & Priorem Sancti Stephani, ſuper iuribus epalibus controuerſia vertebaē, quæ à dicto Priore dictus eps petebat. Prior econtra reſpondebat, ꝙ ab ipſo nihil petere poterat, exhibens quoddam inſtrumentū, in quo continebatur expreſſè, ꝙ epiſcopus Fauentinus olim ab omni exactione, tam ſua quàm ſuorum ſucceſſorum, dictam eccleſiam prorſus abſoluit, & remiſit eidem ſpallas, quas ipſe & anteceſſores ſui ab ipſa eccleſia recipere conſueuit, retento ſibi & eccleſiæ ſuæ vno cereo trium librarum ceræ annuatim ſoluendo, ſtatuens, quòd nullum aliud ſeruitium imponeret: Dominus Papa viſo inſtrumento prædicto, & alijs auditis & intellectis, quæ partes proponere voluerunt, cognouit, quòd præfatus epiſcopus ſpallas prædictas, quas recipere conſueuerat ipſe & anteceſſores ſui, eccleſiæ prædictæ remiſit, & ꝙ nihil aliud ei imponeret, retento ſibi & eccleſiæ ſuæ cereo prædicto: tamen quia viſitationi annexa eſt procuratio, & epiſcopus ratione epiſcopalis iuriſdictionis quam habet in ea, tenetur, eccleſiā cauſa correctionis viſitare, nec intelligatur quaſi nouum imponi, quod ab ipſa fundatione de iure cōmuni intelligitur impoſitum: Statuit Papa, ꝙ idem epiſcopus cum ad eccleſiam illam acceſſerit cauſa correctionis, moderatam procurationem ab ea recipiat bis in anno: & nihil aliud à dicta eccleſia exigere, vel extorquere præſumat præter penſionem, & procurationes præſcriptas. Nota ꝙ viſitationi annexa eſt procuratio. Item quantumcunque epiſcopus eximat eccleſiam, & quibuſcunque verbis, nihilominus ſibi retinet viſitationē, & procurationem. Item epiſcopi procurationem habere, nō debent, niſi quando cauſa correctionis accedunt ad eccleſiā. Item moderata debet eſſe procuratio.

h ¶*Septenarius.*] Sũt ſeptem [2] horæ ſicut ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti. 30. quæſtio. 1. peruenit. ſeptem dies ſeculi, & ſeptem ætates, quibus completis finietur mundus: ſeptem petitiones in oratione Dominica, ſeptem pſalmi pœnitentiales, item ſeptẽ diaconi, ſicut ſeptem candelabra, 93. diſtinctione, diaconi qui [3]. Et ita ſeptem ſunt horæ, ad quas tenentur ſacerdotes: de alijs nihil dicit: vnde videtur, quòd nõ teneantur: ſed certe tenentur. argu. ſ. de præbend. cum ſecundum Apoſtolum. 91. diſtin. cap. 1. & 2. & 92. diſt. c. vltim. Bernar.

2 Vide Nauarrum in manuali d̃ horis canonicis. c. 3. & notas noſtras in hoc cap.

ADDITIO. Vnde verſus:

Hæc ſunt ſeptenis, propter quæ pſallimus horis:
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat:
Prima replet ſputis, cauſam dat tertia mortis:
Sexta cruci nectit, latus eius Nona bipertit:
Veſpera deponit, tumulo Completa reponit.

¶Ex concilio Tribuzieñ. †

† Tribucẽ.
† Tributẽ. ſed in cõcilijs editis, habetur, in concilio Saleguſtadieñ c. 10. & c. 2. titul. de ſuffragijs. in 2. compilat. & vide notas huius capitis.

¶*Propter Miſſam ſpecialem, Miſſa de feria dimittenda non eſt.*

CAP. II.

QVidam laicorum habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant Euangelium: In principio erat verbũ: & Miſſas peculiares [i]: hoc eſt, † de ſancta Trinitate, & de ſancto Michaele. & ideo ſancitum eſt in eodem concilio, vt vlterius hoc non fiat [k], niſi ſuo tempore, & niſi aliquis velit propter reuerentiam ſanctæ Trinitatis, non pro alia deuotione [l] audire. Sed ſi voluerint, vt ſibi Miſſæ cantentur, de eodem die Miſſas audiant, pro ſalute viuorum, & etiam defunctorum †.

† aut de ſãcta, &c.

3 Sic requiruntur ſeptem doctores in examinando. & approbando Codice de profe. & me. ſi quis. libr. 10. & not. eo. tit. Magiſtros. Ioan. And.

† mortuorum.

¶Innocentius iij. Vigoreñ. † Epiſcopo.

† Vvigorrieñ.

¶*Sufficit ſacerdoti ſemel in die celebrare: & excipit duos caſus, ſcilicet neceſſitatem, & feſtum Natiuitatis.*

QVidam.] Primò ponitur exceſſus. Secundò prouiſio: ibi, *Ideo.* Abbas.

CASVS. Quidam laici habent in conſuetudine, vt per ſingulos dies audiant Euangelium, In principio erat verbũ: & Miſſas peculiares: vnde ſtatuit concilium, vt vlterius hoc non faciant, niſi ſuo tempore, niſi aliquando ex deuotione hoc facere velint, & non propter aliud: ſed audiant Miſſas de eodem die. Et loquitur in caſu, in quo non eſt niſi vnus presbyter in eccleſia, qui dẽt celebrare de die Not. ꝙ aliquid prohibetᷣ nõ ꝑp ſe, ſed propter illud quod inde ſequi poteſt. Item Miſſæ de die audiendæ ſunt, vbi aliquis ex deuotione velit audire.

i ¶*Peculiares.*] id eſt, ſpeciales. de cõſecratio. diſt. 1. & hoc attendendum eſt. Ala.

¶*Glo. ſeq. cauſam reddit, dat vnum ſimile, & arguit.*

k ¶*Non fiat.*] Non quia malum ſit audire tales Miſſas, ſed malum eſt propter talem dimittere canonice ſtatutas Miſſas de die: vt dicitur in fine. 21. diſtin. denique. vbi prohibetur minori benedicere præſente maiore: & dare eleemoſynam non eſt peccatum, ſed dare ad iactantiam malum eſt. 1. q. 1. nõ eſt putanda. & c. vide quantum. & ita eſt arg. quòd aliquid prohibetur, non propter hoc quòd malum ſit, ſed propter id quod ex eo ſequi poteſt. ſ. de iureiu. & ſi Chriſtus. & 22. q. 1. in nouo. & 11. q. 3. nolite. 63. diſt. c. quia ſancta. §. verum.

l ¶*Deuotione.*] quaſi melius ſit Miſſas iſtas audire, quàm aliàs canonicas de die. Ber.

Conſuluiſti.

CONſuluiſti.] C A S V S. Quæſitum fuit à Papa vtrum ſacerdos poſſit celebrare plures Miſſas eodem die? Reſpondet Papa, quòd excepto die Natiuitatis Domini, ſufficit ſacerdoti ſemel in die vnam Miſſam celebrare, niſi neceſſitas immineat. Not. quòd neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſt illicitum. Item nota cõtra ſacerdotes, qui plures Miſſas celebrant in die, cauſa cupiditatis.

¶Gloſſ. ſeq. reci. per q. quare in Natali dicantur tres Miſſæ, ſoluit & ponit verſus.

a ¶*Natiuitatis.*] Die 1 eñ Natiuitatis Domini plures Miſſæ celebrantur. de conſec. diſtin. 1. nocte ſancta. & celebrantͤ etiã tres Miſſæ propter myſterium: quoniam per illas tres Miſſas repræſentatͤ triplex ſtatus, ſ. ſtatus ante legem, ſub lege, & ſtatus gratiæ. Illa quæ cantatur in nocte, repræſentat ſtatum illũ, qui fuit ante legẽ, quãdo omnes erant in tenebris: vnde dicitur in Miſſa, illa prophetia, Populus gẽtium quia ambulabat ĩ tenebris. Secũda quæ dicitur in aurora, repræſentat tẽpus ſub lege: in quo iã incipiebant ex parte ſcire Chriſtum, ſed nõ plenè, propter dicta legis & prophetarum: & ideo cantatur inter diẽ & noctem: & dicitur officium: Lux fulgebit hodie. Tertia dicitur in die, per quam deſignatur tempus gratiæ, ſ. pręſens: vnde dicitur officium: Puer natus eſt, & cap. quod potes intelligere his verſibus:

Tres in natali debent Miſſę celebrari:
Quarum prima, ſacram Chriſti ſignat genituram:
Altera venturi deſignat gaudia Chriſti:
Tertia iam factam quod lex fore ſacra deſignat.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilat. Et de materia. nempe quãdo & qualiter poſſint plures Miſſæ eodem die celebrari, vide oĩno Nauarrum in Manuali cõfeſſariorum c. 25. titu. de ſtatu clericorum.

1 De materia hui' gloſſæ vid̃ hic late p Hoſtiẽſẽ, Ioãnẽ An. & alios: ſed vide omnino B. Thomã li. 4. ſent. diſtinc. 13. q. 1. art. 2. q̃ſtiũcula 4. & 3. par. q. 83. art. 2. ad 2. argumentum.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõpilat. Et vide B. Thomã li. 4. ſent. diſtin. 13. q. 1. arti. 2. q̃ſtiũcula. 4.

CAP. III.

CONſuluiſti †: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd excepto die Natiuitatis [a] Dominicæ, niſi cauſa neceſſitatis [b] ſuadeat, ſufficit ſacerdoti ſemel in die vnam Miſſam ſolũmodo celebrare,

¶Idem Archiepiſcopo Bracharẽ.

¶In Miſſa commemorationis, licet dicatur propria pręfatio, non tamen dicitur hymnus angelicus, nec ſymbolum.

CAP. IIII.

COnſilium † noſtrum: & infrà. ¶Requiſiuiſti, vtrum in diebus profeſtis [c], in quibus ad honorem ſancti Spiritus, beatæ Virginis, & ſanctæ Crucis, Miſſam celebrari contingit, hymnus Angelicus [d], ſymbolum [e], ac præfatio [f] propria debeat decantari: & infrà. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd apud nos in diebus profeſtis, cum Miſſarum ſolemnia in honorem beatæ Virginis celebrantur, neque hymnus Angelicus, neq; ſymbolum decantatur: licet in Miſſa, propria præfatio decantetur, vt inter commemorationem, & ſolemnitatem differentia oſtendatur. vnde, Te Deũ laudamus, regularius [g] dimittitur, quàm dicatur in laudibus matutinis.

¶Glo. ſequens quærit, & ſoluit.

b ¶*Neceſſitatis.*] Sed quam dicit neceſſitatem? Reſpõdeo, ſi celebrauit de die, & poſtea etiã moriatur aliquis, vel etiam cauſa honeſtatis, vel vtilitatis: vt ſi dicta Miſſa de die ſuperueniat aliqua magna perſona, quæ velit Miſſam audire. argum. s̃. eod. cap. 1. & 2. aliàs ergo ſufficit, quòd vnam Miſſam celebret quis in die. de conſec. diſt. 1. ſufficit. & j̃. eo. te referente, nec expreſſe prohibetur quin plures poſſint celebrari, ex eo quòd dicit, ſufficit, vnde poteſt vnam celebrare de die, & aliã pro defunctis: & quotiens celebrat, totiẽs ſumat corpus Chriſti & ſanguinem: de conſecratio. diſtinct. 2. comperimus. & cap. tribus.

COnſilium.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Inquiſitioni.* Et in hoc errant multi ſacerdotes, qui communiter in Miſſa commemorationis, maximè beatæ Mariæ virginis, dicunt, Gloria. Abbas.

C A S V S. Quæſitum fuit à Papa, vtrum in diebus feriatis, in quibus ad honorem ſancti ſpiritus, beatæ Mariæ virginis, & ſanctæ Trinitatis Miſſa celebrari contingit, hymnus Angelicus, ſymbolum, propria præfatio cantari debeat? Reſpondet Papa, quòd apud ipſum in diebus profeſtis, cũ Miſſarum ſolemnia in honorem beatæ Mariæ virginis celebrãtur, neque hymnus Angelicus, neque ſymbolum decantatur, licet propria præfatio cantetur: vt differentia oſtendatur inter commemorationem, & feſtiuitatem: vnde, Te Deum laudamus, regulariter dimittitur in laudibus matutinis. Not. quòd in officio eccleſiæ differentia debet eſſe inter commemorationem, & ſolemnitatem.

c ¶*Profeſtis.*] 2 id eſt, priuatis, quaſi procul à feſto.

2 Dies pro feſtos appellat Nonius Marcellus, eos qui ſunt à feſtiuitate vacui.

d ¶*Hymnus Angelicus.*] ſcilicet, Gloria in excelſis Deo.

e ¶*Symbolum.*] id eſt, Credo in vnum Deum.

f ¶*Præfatio.*] Præfatio beatæ Virginis habetur 70. diſtinc. ſanctorum. Reliquas habes de conſecratio. diſt. 1. inuenimus.

g ¶*Regularius.*] id eſt, regulare eſt vt dimittatur, non vt dicatur. ſimile 7. quęſtio. 1. capit. aduerſitas. §. cum autem. ibi comparatiuum ponitur electiue: hic ponitur negatiue. ſic minus, i. non. ff. de tribu. illud.

¶Idem clericis ſancti P. Magalon. †

† Magalẽ.

¶Sacerdos poſt ſumptam Euchariſtiam, perfundat, niſi aliam Miſſam ſit dicturus.

CAP. V.

EX † parte veſtra: & infrà. ¶Poſtulationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd ſemper ſacerdos vino [h] perfundere [i] debet, poſtquam totum [k] acceperit Euchariſtiæ ſacramentum: niſi cum eodem die aliam Miſſam debuerit celebrare: ne ſi fortè [l] vinum perfuſionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

¶Idem I. quondam Archiepiſcopo Lugdunẽ.

¶Si qua verba ſunt in canone Miſſæ, quæ ab Euangeliſtis dicta non fuerunt, credere debemus quòd à Chriſto Apoſtoli, & ab Apoſtolis eorũ ſucceſſores acceperunt, & hoc dicit vſque ad §. quęſiuiſti.

EX parte.] Breue eſt & ſecundum Hoſtienſem determinantur. quatuor quæſtiones: Nam primò quærebatͤ, an ſacerdos poſt ſacramenta ſumpta p-fundere debeat manus. Secũdò cum quo liquore. Tertiò vtrum illam perfuſionem debeat ſacerdos ſumere. Quartò an poſt illam ſumptam, debeat, ſeu poſſit iterum celebrare. Et in effectu reſpõdet hic Papa ad omnes quæſtiones. Nam debet manus primo perfundere cum vino, & vinum perfuſionis ſumere, niſi ſit celebraturus aliã miſſam: & poſt perfuſionem ſumptã, non poteſt aliã celebrare: & intellige, vt dixi In c. cõſuluiſti. s̃. eo. nã hoc procedit tam in feſto Natiuitatis Domini, quàm in alia feſtiuitate, & ex hoc declaratur iſte textus, Abbas.

† Cap. 4. e. tit. in 3. cõpilatio. Et præter B. Thomã citatum ſu p gloſsa in verbo: niſi forte, vide Nauarrum in Manuali confeſſariorum ca. 25. titu. de ſtatu clericorum.

C A S V S. Quæſitum fuit à Papa, quo (ſcilicet aqua, vel vino) perfundere debeat ſacerdos manus ſuas, poſtquam totum acceperit Euchariſtiæ ſacramentum? Reſpondet Papa, quòd vino perfundere debet, niſi cum eodem die aliam Miſſam debuerit celebrare: quia ſi vinum perfuſionis acciperet, celebrationem aliam impediret. Not. quòd ſacramenta à ieiunis ſunt percipienda.

h ¶*Vino.*] Quærebatur quo perfundere debet ſacerdos? reſpondit quòd vino.

i ¶*Perfundere.*] manus, ſcilicet poſt perceptionem corporis & ſanguinis Domini.

k ¶*Totum.*] bene dicit: quia vel totum recipiat, vel nihil. de conſecratio. diſtin. 2. comperimus.

¶Glo. ſeq. reci. per q. quare dicat, forte, & dupliciter. ſol. Secundo de illo qui ſumpſit medicinam, & ſoluit in fin. quærit, ſoluit, & ponit opinio. Hug.

l ¶*Ne ſi forte.*] Quia ſacramenta à ieiunis 3 ſunt percipienda. 7. quæſtio. 1. nihil. de conſecra. diſtinc. 5. vt ieiuni. 75. diſtinct. quòd à patribus. & ſuprà de temp. ordi. literas. Ideo dicit, forte: quia quorundam eſt opinio, quod qcquid admiſcetur ſanguini, 4 ſanguis efficitur. argumen. ſuprà tit. proxim. quòd in dubijs. & ſecundum illos, qui perfuſionem acceperit, ieiunus erit: Sed potius videtur dubitatiuum illud, forte, & illa opinio hic euacuatur: Sed magis affirmatiue videtur poni: quod cõſuetudo interpretatur, quia ſic obſeruatur: quæ eſt optima legum interpres. ſuprà de conſue. cum dilectus. ſic ponitur 33. quæſtio. 2. admonere. & ſuprà de procu tuæ. & ſic eſt argumen. quòd non eſt ieiunus quis poſtquam bibit. Sed poſt medicinam 5 ſumptam, videtur quòd nihilominus poſſit celebrare: quia medicina non computatur inter alimenta. ff. de penu lega. non omne quod bibitur. Sed non eſt verum: quia ſi non debet poſt perfuſionem, multo minus poſt medicinam: quia in honorem tanti ſacramenti prius ſumi debet corpus & ſanguis Domini. de conſecra. diſtinct. 2. liquido. & 7. quæſt. 1.

3 Vide B. Vhomã. 3. par. q. 80. art. 8.

4 Vide B. Thomã 3. par. q. 77. art. 8.

5 De hoc dubio vid̃ omnino B. Thomã 3. par. q. 8. artic. 8. ad. 4. argumen.

7.quæſt.1.nihil. & antequam cibus digeſtus ſit corpus Chriſti ſumi non debet.de conſecratio. diſtinct.2. tribus. quod ſi conficeret ſacerdos poſt aliquem cibum, vel potum ſumptum, male faceret, tamen conficit.de conſecratio.diſtinct.2. liquido.Hug. 1 dixit contrarium, ſuper decreto illo.75.diſtinc.quod à patribus.

1 Errauit Hug. nec eſt vllo modo eius opinio tenenda.

† Cap.5.e. tit.in 3.cõpilatio. Et vide notas noſtras in hanc decretalem.

† Ex vetuſtis codicibus reſtituimus locum, vt eſt impreſſus, nã in vulgatis corruptiſſime legebatur ita: Quæſiuiſti, quæ ſit forma verborum, q ipſe Chriſtus, & ca. ex quibus nullus poterat ſanus ſenſus colligi.

Matth. c. 26.

† teſtatur

CVm Marthæ.] Tria ſunt dicta, quæ patent per §§. Secũdum: ibi, *Quæſiuiſti.* Tertiũ: ibi, *Tertio loco.* Abbas. CASVS. In Euangelio ſic legitur: Accipiens calicem gratias agens, benedixit. & dedit diſcipulis ſuis dicẽs: Bibite ex hoc omnes, hic eſt enim ſanguis meus, noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: ad vim & prolationem iſtorum verborum, panis & vinum in corpus & ſanguinẽ Chriſti transſubſtantiatur: in canone Miſſæ, quo eccleſia vtitur generalis, additum fuit: myſterium fidei, quod verbum, nullus Euangeliſtarum expreſſit: vnde mirabatur archiepiſcopus iſte, quis auſus fuit adijcere verbũ illud, quærens à Papa quis illud verbum adiecit: ad hoc reſpondet Papa, ſi formam illius canonis inſpiciat diligẽter, præter verbum illud de quo quæſiuit, alia duo videlicet: eleuatis oculis in cœlum: & æterni teſtamẽti: poterit in ipſo canone reperire, quæ in textu Euangelij non leguntur: ſed multa tam de verbis quàm de factis Domini omiſſa fuerunt ab Euangeliſtis, quæ Apoſtoli ſuppleuerũt: In actibus Apoſtolorum legitur Dominũ dixiſſe, Beatius eſt dare, quàm accipere: hoc nullus Euangeliſtarum expreſſit: Itẽ ipſi etiam Euangeliſtæ inter ſe mutuo ſuppleuiſſe leguntur quæ ab aliquo eorũ vel aliquibus ſunt omiſſa: alia vero duo, quę in canone miſſę adduntur, poſſunt ex alijs locis Euangelij comprobari: Ioannes enim deſcribens ſuſcitationem Lazari aſſerit, Ieſum ſurſum oculos eleuaſſe, & dixiſſe, Pater gratias ago tibi quia audiſti me: ſi tunc eleuauit oculos ad patrem quando animam Lazari reuocabat ad corpus, probabilius eſſe videtur, quòd tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlum, cum panem & vinum transſubſtantiauit in corpus & ſanguinem ſuum: Præterea in textu Euangelij ponitur: noui teſtamenti: In canone miſſæ interponitur: & æterni: quia vetus teſtamentum temporalia promittebat, nouum autem, quod fuit Chriſti ſanguine conſecratum, promittit æterna: & ideo teſtamentum illud fuit vetus & tranſitorium: hoc autem nouum eſt & æternum: vel alia ratione: vnde nouum, i. vltimum eſſe deſcribitur, inde æternum, i. perpetuum comprobatur: nouiſſimum enim hominis teſtamentum immobile perſeuerat: quia teſtatoris obitu confirmatur: alioquin non valet, dum vixerit, qui teſtatur: & non ſolum ſcriptura, ſed etiam promiſſio dicitur teſtamentum ſecundum quod dicit Apoſtolus: ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt repromiſſionem accipiant, qui vocati ſunt hæreditatis æternæ: Sic ergo debet intelligi quod in canone legitur: Hic eſt ſanguis meus, noui & æterni teſtamenti, id eſt, nouæ ac æternæ promiſſionis confirmator. Not. q beatius eſt dare, quàm accipere. Item teſtamẽtum morte teſtatoris confirmatur. Item deambulatoria eſt voluntas teſtatoris vſque ad mortem.

† Vide Malchiorẽ Canum lib.3. de locis Theolog. c.3.& ſeq.

Actu. cap. 20.circa finem.

† In omnibus antiqs ita: Beati⁹ eſt magis dare, quã &c.

CAP. VI.

CVm † Marthæ: & infrà. ¶ Quæſiuiſti: quis † formę verborum, quam ipſe Chriſtus expreſſit, cum in corpus & ſanguinem ſuum, panem trãſſubſtantiauit & vinum, illud in canone Miſſæ, quo eccleſia vtitur generalis, adiecerit, quod nullus Euangeliſtarum legitur expreſſiſſe: Cum enim in Euangelio ſic legatur: Accipiens calicem, gratias agẽs benedixit, & dedit diſcipulis ſuis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum: in canone Miſſæ ſermo iſte, videlicet: myſterium [a] fidei: verbis ipſis interpoſitus inuenitur. vnde cũ non Euãgeliſta Chriſtum hoc dixiſſe teſtetur †, miraris, quòd aliquis aſſeuerare tentauerit cũ aliquid plus dixiſſe [b], quàm aliquis Euangeliſtarum aſſeueret. Verum ſi formam ipſius canonis inſpicias diligenter, præter hoc, de quo tua fraternitas requiſiuit, alia duo [c], videlicet: eleuatis oculis in cælum: & æterni teſtamenti: poteris in ipſo canone reperire, quę in textu Euangelico non legũtur. ¶ Sanè multa [d] tã de verbis, quàm de factis Dñicis inuenimus ab Euãgeliſtis omiſſa †, quæ Apoſtoli, vel ſuppleuiſſe verbo, vel facto expreſſiſſe leguntur: Paulus enim in actibus Apoſtolorum ſic ait: Meminiſſe vos oportet verbi domini Ieſu, qui dixit: Beatius † eſt dare [e] quàm accipere. Hæc nullus quatuor Euangeliſtarũ deſcripſit. Nullus etiam horũ expreſſit, quod Paulus de Chriſto ad Corinthios ſcribens ait: Viſus eſt pluſquam quingẽtis fratribus ſimul; deinde viſus eſt Iacobo: nouiſſimè autem tamquam abortiuo [f], viſus eſt & mihi. Ipſi etiam Euangeliſtæ mutuo inter ſe ſuppleuiſſe legũtur: quæ ab eorum aliquo, vel aliquibus ſunt omiſſa [g]. vnde cum tres Euangeliſtæ poſuerint: Hoc eſt corpus meum: ſolus Lucas adiecit: quod pro vobis tradetur. & cum Matthæus & Marcus dicant: pro multis: Lucas dicit: pro vobis: Matthæus autem, in remiſſionem peccatorum, adiunxit Cæterum ea, quæ adduntur in canone Miſſæ, poſſunt ex alijs locis Euangelij comprobari: Ioannes enim ſuſcitationem Lazari deſcribens, Ieſum ſurſum oculos leuaſſe aſſerit, & dixiſſe: Pater gratias ago tibi, quoniam audiuiſti me: & infrà. ¶ Si tunc igitur in cœlum oculos leuauit ad patrem, cum ad corpus exanime animam Lazari reuocauit †, probabilius [h] eſſe videtur † quòd tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlum, cum panem, & vinum in corpus & ſanguinem proprium commutauit. ¶ Cæterum, ſicut ſuperius eſt expreſſum, cum in textu Euangelico, noui teſtamenti ponatur, hic interponitur: & æterni [i]: nã vetus teſtamentum, quod hircorum, & vitulorum fuit ſanguine dedicatum, tẽporalia † promittebat: nouum autem: quod eſt Chriſti ſanguine conſecratum, promittit æterna: &

Matt.26. Mar.14. Lucas.22.

a ¶ *Myſterium.*] iſtud eſt verbũ, de quo quæſiuit, ſcilicet quis adiecit illud in canonæ Miſſæ.

b ¶ *Plus dixiſſe.*] argumen.2. quæſtion.5. conſuluiſti.§.de transla.inter corporalia. ſed hoc cũ ratione eſt additũ.33. quæſt.2. quos Deus. & ĵ.eo.§.ex. eo, in fine.

c ¶ *Alia duo.*] ſcilicet, eleuatis oculis in cœlum: & æterni teſtamenti, prout ſequitur.

d ¶ *Multa.*] Multa 2 enim ſeruat eccleſia, quę ab Apoſtolis non ſunt tradita, quæ tamẽ cum ſint longa cõſuetudine approbata, non ſunt minoris auctoritatis: vt 11.diſtin. eccleſiaſticarum.12. diſtin. illa.

Ioan. 12.

2 In codice Barbatię ita: multa ſeruat eccleſia, q nec ab Euãgeliſtis, nec ab Apoſtolis ſunt tradita, & c. prę ter loca citata in gl. Vide Malchio. Canũ de loc. Theolog. lib.3. c.3. & ſeq.

e ¶ *Beatius eſt dare.*] 16. quæſt. 1. prædicator. quia dando placet homo; accipiendo diſplicet. Vnde verſus.

Tẽporibus noſtris qui cũq ue placere laborat:
Det, capiat, quærat, plurima, pauca, nihil.

f ¶ *Abortiuo.*] Paulus appellat ſeipſum abortiuum: quia ſicut fœtus abortiuus, cum labore, & anguſtia, & attractione ad lucẽ attrahitur, ita Paulus cũ attractione venit ad fidem. 23. quæſtion. 4. diſplicet. & capit. quis nos.

† reuocabat.

† B. Thomas.3. parte q.83. artic.3.ad 2. argu.

† Qualiter hoc ſit intelligẽdũ pulchre explicat. B. Thomas. 1. 2. q.99. arti. 6.& Dominicus Sot⁹ lib.2.de iuſti. & iure. q.2. art. 3.

g ¶ *Sunt omiſſa.*] Nã quod legibus omiſſũ eſt, ſupplendum eſt à iudice.ff.de teſti.quæſitum.& ſuprà de elec.cum nobis.& Dominus quandoque diminutẽ dixit.16.quæſtion. 7.& hæc diximus, & ipſius facta ſupplemus, & contraria ſuis factis facimus. & iuſtè per vſum eccleſiæ diu factum. ad hoc vt iuſtum præſumi debeat. de conſecrat.diſtin.2. liquido. & ſufficit quòd aliquid ſit diu ſeruatum, ad hoc vt præſumi debeat, vel Apoſtolum, vel alium iuſtum auctorem habuiſſe. 11. diſtinct.eccleſiaſticarum.12.diſtin.illa.

h ¶ *Probabilius.*] Not. argumen. quòd ex quo quandoque leuauit, quòd poſtea leuauerit. 1. quæſtion.1. iudices. in fin. & eſt argumen. ex eo quòd quis facere conſueuit. 28. diſtinct.quia ſunt culpæ.ſuprà de pig.illo vos. ff. de vſu. qui ſe miſſes. 1. reſpon. ff. de vi. trit. & ole. lega. ex vſu. ff. de penu lega. dominus Sticho. §. teſtamento.ff. de fund. inſtruct. cum de lanionis.§.aſinam.& ff.de lega.1. ſi ſeruus plurium.§. ſi numerus nummorum.& ff.ad Macedo.inter 3 .§.quod dicitur.Ioan.

3 Aliàs, ſed Iulianus.

i ¶ *Et æterni.*] hic oſtendit quare adiectum fuit: & æterni. Bernar.

a ¶ *Immobile*

ideo teſtamẽtum illud fuit vetus & trãſitorium: hoc autem nouum eſt,& æternum.vel, vt vtamur alia ratione: vnde nouum, id eſt, vltimum eſſe deſcribitur,inde æternum, id eſt, perpetuum comprobatur †. Nouiſſimum etenim hominis teſtamẽtum † immobile [a] perſeuerat: quia teſtatoris obitu confirmatur:iuxtà quod Apoſtolus teſtamentum in morte aſſerit confirmatum: alioquin non valet [b], dum vixerit qui teſtatur. Pręterea non ſolum ſcriptura, ſed etiam promiſſio dicitur teſtamentum,iuxtà quòd Apoſtolus ipſe ſcribit: Ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt repromiſſionem accipiant,qui vocati ſunt hæreditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod in ipſo canone reperitur: Hic eſt enim ſanguis meꝰ, noui & æterni teſtamenti: id eſt, nouæ ac æternæ promiſſionis, ſcilicet confirmator, ſicut Dominus repromittit: Qui manducat (inquiens) carnem meam, & ſanguinem meum bibit, habet vitam æternam.

† approbatur.

Hebr.9.

† Hic poſt vocem, teſtamentũ, in quibuſdam eſt dictio, mortem, ꝙ deeſt in omnibꝰ antiquis: nec eẽ debet, vt indicant ſequentia.

Hebr.12.

¶Ex eo autem verbo, de quo mouit tua fraternitas quæſtionem, videlicet: myſterium fidei: munimentum erroris quidam trahere putauerunt,dicẽtes [c],in ſacramento altaris non eſſe corporis Chriſti,& ſanguinis veritatem [d] †, ſed imaginẽ tantum,& ſpeciem,& figuram pro eo quòd ſcriptura interdũ commemorat,id quòd in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramẽtum, & myſterium,& exemplum [e]. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quòd nec auctoritates ſcripturæ conuenienter intelligunt, nec ſacramenta Dei ſuſcipiunt reuerẽter. ſi enim quia figura eſt ſacramentum [f] altaris, veritas [g] eſſe negatur:ergo nec mors,nec reſurrectio Chriſti (cum figura ſit) veritas eſt credenda.ſi quidem mortem & reſurrectionẽ Chriſti ſimilitudinem,& imaginem eſſe Apoſtolꝰ manifeſtat,Chriſtus(inquiens mortuus eſt pro delictis noſtris , & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. Apoſtolorum etiam princeps Petrus ſic in epiſtola ſua ſcribit: Chriſtus paſſus eſt pro nobis , vobis relinquens exemplũ,vt ſequamini veſtigia eius. Sic ergo tã mors Chriſti, quã eius reſurrectio, eſt exemplũ, vt & nos peccato mortui iuſtitiæ iam viuamus. Quare ſi non fuit veritas,quia fuit exemplũ, ergo nec verè mortuus fuit Chriſtus, nec verè à mortuis reſurrexit: ſed abſit à fidelium cordibus error iſte, cum Propheta de ipſo teſtetur,quòd verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Dicitur tamẽ myſterium [h] fidei, quoniam aliud ibi creditur, quàm cernatur, & aliud cernitur, quàm credatur: cernitur ſpecies panis & vini, & creditur veritas carnis, & ſanguinis Chriſti, ac virtus vnitatis, & charitatis, & infrà.

† Hunc errorem nouiſſime ẽt condẽnauit concilium Triden.ſeſſio. 13 de ſanctiſſimo Euchariſtiæ ſacramento ca. 1.& canone.1. vide quoque B. Thomã 3. par. q. 75. artic.1.

Rom.9.

1. Corint. 15.

1.Pet.2.

Eſaias. ca. 53.

¶Diſtinguendum eſt tamen ſubtiliter inter tria, quæ ſunt in hoc ſacramento diſcreta,videlicet formam viſibilem, veritatem corporis, & virtutem ſpiritualem. Forma, eſt panis & vini:veritas,carnis & ſanguinis:virtus,vnitatis,& charitatis. Primum eſt ſacramentum [i], & non res. Secundum [k] eſt ſacramentum & res. Tertium eſt res & non ſacramentum. Sed primum [l] eſt ſacramentum geminæ rei. Secundum [m] eſt ſacramentum vnius, & alterius res exiſtit. Tertium [n] eſt res gemini ſacramenti. Credimus [o] igitur, quòd formam verborum ſicut

1 Scilicet per tranſſubſtãtionẽ & hæc eſt propoſitio catholica,quam nouiſſime diffiniuit concilium Tridẽ. ſeſſio. 13. de Euchariſtiæ ſacramento.ca. 4. & canone.2.& vide B.Thomã.1.par. q.75.ar.8.

2 De hac vide B. Thomã 3. par. q.75. art.3.

3 Hæc eſt hæreſis.de mũ in concilio Trid. damnata. ſeſſ. 3. de ſacramento Euchariſtiæ.c.4. & canone.1.

4 B. Thomas 3. parte.q.60.artic.2.

a ¶*Immobile perſeuerat.*] C.de ſacroſan.eccleſ.l.1.C. de teſtamen.quoniam indignum.13.q.2.cap.vlti.

b ¶*Non valet.*] Ambulatoria enim eſt voluntas defuncti vſque ad ſupremum vitæ exitum.ff.de adi. lega.l. 4. ff. de donat.inter vir.& vxor.cum hic ſtatus.§. pœnitentiam. & C. de codi.l.3.& C.qui teſtamen. fac. poſ. ſi quis. vnde poteſt mutari teſtamentum, etiam ſi pactum interuenerit ne poſſit mutari.C. de pact.pactum quod dotali. etiam ſi fuerit per principem confirmatum. argumen. C. de teſtament. omnium. quia nemo hanc legẽ ſibi dicere poteſt, vt à priori teſtamento ſibi recedere non liceat. ff. de leg.3.ſi quis in principio.1.reſpon.

Ex eo avtem. Antequam reſpõdeat ad quæſtionem, dicit Papa,quòd ex verbo illo de quo quæſitum fuit, videlicet: myſterium fidei, ſumunt quidam munimentum erroris dicentes, in ſacramento altaris non eſſe corporis Chriſti & ſanguinis veritatem,ſed imaginem tantum,& ſpeciem, & figuram: pro eo, quòd quandoque ſcriptura commemorat id quod in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramentum,& myſterium,& exemplum: ſed qui hoc dicunt,errant: quia non intelligunt auctoritates ſcripturæ,nec ſacramenta ſuſcipiunt reuerenter: Si ſacramentum altaris veritas eſſe negatur, quia eſt figura, ergo nec mors nec reſurrectio Chriſti vera fuit, cum figura ſit: Sed Apoſtolus dixit,ꝙ mors & reſurrectio Chriſti, fuit ſimilitudo & imago, dum dixit Chriſtus mortuus eſt pro delictis noſtris, & reſurrexit propter noſtram iuſtificationem: & hoc etiam dixit Petrus in epiſtola ſua:& ita mors Chriſti & reſurrectio,eſt exemplum:quæritur, ſi non eſt veritas, quia fuit exemplum: ergo nec fuit mortuus, nec reſurrexit: Sed abſit error iſte à fidelium mentibus: tamen dicitur,myſterium fidei:quia aliud creditur quàm cernatur, & aliud cernitur quàm credatur: videtur ſpecies panis & vini, creditur veritas carnis & ſanguinis,& veritas vnitatis & charitatis:& ita inter iſta tria diſtinguendum eſt,quæ ſunt in hoc ſacramento diſcreta,& ſub iſta forma panis & vini, quàm videmus eſt veritas carnis & ſanguinis,& virtus charitatis & vnitatis:iſta non videmus,ſed credimus: primum, ſcilicet forma, quam videmus ſacramentum eſt, & non res: ſecundum eſt ſacramentum, & res deſignata per formam panis & vini: tertium eſt res, & non ſacramentum: ſed primum, ſcilicet forma,eſt ſacramentum geminæ rei: ſecundum eſt ſacramentum vnius, & res alterius exiſtit: tertium eſt res duorum ſacramentorum: his præmiſſis reſpondet Papa ad quæſtionẽ credens,quòd formam verborum prout in canone reperitur, Apoſtoli receperunt à Chriſto, & ab illis Apoſtolis eorum ſucceſſores.

c ¶*Dicentes.*] de conſecra.diſtin.2. ego Berengarius.

d ¶*Sanguinis veritatẽ.*] De corpore Chriſti tres ſunt opiniones. Vna dicit, quòd illa ſubſtantia, quæ prius fuit panis & vinum,poſtea fit 1 corpus & ſanguis Chriſti. de conſecra. diſtinc.2. panis in altari. & c. qa corpus. Secunda tenet,quòd ſubſtãtia panis & vini deſinit 2 eſſe, & tantum accidentia ipſorum remanẽt, ſcilicet ſapor, & pondus,& ſub illis accidẽtibus eſt corpus Chriſti. & hoc approbatur ſuprà de ſumma trinitate & fide cath.cap.1. Tertia 3 dicit, quòd remanet ſubſtantia panis & vini, & ſub eadem ſpecie eſt corpus Chriſti.Ioan.

e ¶*Exemplum.*]de cõſecratio.diſtinc.2.non oportet. & cap. nos.n. & cap. forte dicas. & capit. in quibus & cap. ſemel mortuus eſt.

f ¶*Sacramentum.*] 1. q.1. multi ſecularium. de conſecr.diſt.2. ſacrificium.

g ¶*Veritas.*]ſicut ipſi hæretici dicunt.

h ¶*Myſterium fidei.*] de conſecr.diſt.2. forte dicas.& ca. in qbus. & c. ſemel mortuus. & hic oſtendit quare dicatur myſterium.

i ¶*Sacramentum.*] id eſt,ſacrę rei ſignũ 4 de conſecratione, diſtin.2.ſacrificium.

k ¶*Secundum eſt ſacramentum.*] de conſecratione, diſt.2. hoc eſt quod dicimus. & c. dupliciter.

l ¶*Sed primum.*]ſcilicet forma panis & vini,eſt ſacramentum geminæ, rei. i. corporis Chriſti: & vnitatis: & ita eſt figurans tãtum.

m ¶*Secundum.*] id eſt corpus Chriſti eſt ſacramentum,ſcilicet vnitatis, & eſt res ſacramẽti.ſ. ſpecierum panis & vini:& ita eſt ſignans & ſignatum.

n ¶*Tertium.*] ſcilicet vnitas, eſt res, ſiue ſignatum gemini ſacramenti, id eſt duorum ſacramentorum præcedentium, i. corporis Chriſti, quod eſt ſacramentum vnitatis, & ſpecierũ panis & vini, quæ ſunt ſacramentum corporis Chriſti: & ita iſtud tertium, eſt tantum ſignatum per illa duo ſacramenta: ſpecies panis,& vini,& corpus Chriſti. Primum vero eſt tantum ſacramentum ſignans. Secundum eſt ſignans & ſignatũ. Tertium eſt ſignatum tantum.

o ¶*Credimus.*] Concludit ex præmiſſis ſolutionem principalis quæſtionis: Et de hoc habes 11.diſtin.eccleſiaſticarum.

QVÆSI-

QVÆSIVISTI ETIAM. Secunda quæſtio fuit, vtrũ aqua cum vino in ſanguinem conuertatur? ſuper iſta quæſtione variæ ſunt opiniones apud ſcholaſticos: quidam dicunt, quòd cum duo ſacramenta profluxerint de latere Chriſti, ſcilicet ſanguis 1 & aqua, in illa duo ſacramenta vinum & aqua commixta in calice, diuina virtute mutantur, vt in hoc ſacramento ſit veritas & figura. Alij dicunt, ꝙ aqua cum vino transſubſtantiatur in ſanguinem. præterea dici poſſet, quòd aqua non tranſit in ſanguinem, ſed remanet prioris vini accidentibus circũfuſa: ita quòd vini ſaporem aſſumit: quod inde probatur, ſi poſt calicis conſecrationẽ aliud vinum mittatur in calicem, illud non tranſit in ſanguinem, nec ſanguini commiſcetur, ſed accidentibus prioris vini commixtum circũfunditur corpori, quod ſub illis accidentibus latet, nõ madidãs circũfuſum: & ſic contingit accidentia permutare ſubiectum, & hic cedit natura miraculo: Verũtamen inter prædictas opiniones illa probabilior iudicatur, quæ aſſerit, aquam cum vino in ſanguinem trãſmutari, vt expreſſius eluceſcat proprietas ſacramenti: & ideo vino aqua vnitur, vt Chriſto populus adunetur: per hoc enim quòd ipſe accepit de noſtro, & nos accepimus de ſuo, indiſſolubili vinculo coniungimur: vt ille qui eſt vnum cum patre per vnitatem ineffabilem, fiat vnum nobiſcum per admirabilem vnionẽ, & eo mediante efficiamur vnũ cum patre. Not. quòd accidentia mutãt ſubiectum, & econtra. Item natura cedit miraculo. Item virtus ſupra conſuetudinem operatur.

1 Impropriè loquitur, ſed aptius hæc dicunt in ipſo contextu decretalis.

† Hunc articulũ pulchrè explicat B. Thomas 3. par. q. 74. arti. 8. & Dominicus Sotus libr. 4. ſentẽ. diſt. 9. q. 1. artic. 6.

a ¶*Illa duo.*] ſacramẽta, quæ fluxerunt de latere Chriſti. ſcilicet aquam & ſanguinem. infrà eodem in quadam.

b ¶*Veritas.*] id eſt, caro & ſanguis.

ADDITIO. Vel dic, veritas transſubſtantiationis iſtius aquę, in illam veram aquam Chriſti, & illius vini in ſanguinem.

c ¶*Et figura.*] id eſt, ſpecies panis & vini.

ADDITIO. Vel dic, & figura. quia per aquam figuratur regeneratio, & per vinum redemptio.

d ¶*Transſubſtantiatur.*] ita quòd deſinit ibi eſſe aqua & vinum.

e ¶*Phyſici.*] qui dicunt, quòd aqua & vinum non commiſcentur per minima, ideſt non ita quòd inſeparabilia ſint, ſed talis ſeparatio impoſſibilis, vel difficilis videtur, poſtquã bene admixta ſunt. argum. ff. de acqui. re. do. adeo. §. cum quis. & de conſecratione diſtinctione 2. cum omne. verſus finem.

f ¶*Præterea poteſt dici.*] Hæc eſt tertia opinio.

g ¶*Tranſit.*] Contra iſtos eſt: quia ſi quis ſumpſerit hanc aquam cum ſanguine, iam non erit ieiunus, & ita illa die non poterit conficere. ſuprà eodem, ex parte ſed contra, de conſecratione. diſtin. 2. relatum. & ſuprà eod. titulo. conſuluiſti. & cap. ex parte.

in canone reperitur, & à Chriſto Apoſtoli, & ab ipſis eorum acceperint ſucceſſores.

¶*In ſacramento altaris, aqua cũ vino transſubſtantiatur in ſanguinem. hoc dicit vſque ad §. Tertio loco. Abbas Siculus.*

¶Quæſiuiſti etiam, vtrũ aqua † cum vino in ſanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud ſcholaſticos variatur, Aliquibus enim videtur, quòd cum de latere Chriſti duo præcipua fluxerint ſacramenta, redemptionis in ſanguine, ac regenerationis in aqua: in illa duo [a], vinum & aqua, quæ commiſcentur in calice, diuina virtute mutantur: vt in hoc ſacramento plenè ſit veritas [b], & figura [c]. Alij verò tenent, quòd aqua cum vino transſubſtantiatur [d] in ſanguinem, cum in vinum tranſeat mixta vino: licet phyſici [e] contrarium aſſeuerent, qui aquam à vino per artificium poſſe aſſerunt ſeparari. Præterea poteſt [f] dici, quòd aqua non tranſit [g] in ſanguinẽ, ſed remanet prioris vini accidentibus circunfuſa, ita quòd vini ſaporem aſſumit: quod inde conuincitur, quia ſi poſt calicis conſecrationem, aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non trãſit in ſanguinem, nec ſanguini commiſcetur, ſed accidentibus prioris [h] vini commixtum, corpori, quod ſub eius latet, vndique circunfunditur, non madidans circunfuſum: ipſa tamen accidentia vinum appoſitum videntur afficere: quia ſi aqua fuerit appoſita, vini ſaporem aſſumit. Contingit igitur accidentia mutare ſubiectum, ſicut & ſubiectum contingit accidentia permutare: cedit quippe natura miraculo: & virtus ſuprà conſuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur, aut abſurdum, ſi aqua in corpore Chriſti eſſe credatur: cum legatur de ipſius latere † proceſſiſſe: & infrà [i]. ¶Verum inter opiniones prædictas, illa probabilior [k] iudicatur, quæ aſſerit, aquam cũ vino [l] in ſanguinem tranſmutari: vt expreſſius eluceat [m] proprietas ſacramenti. Nam cum aquæ multæ ſint populi multi [n], iuxtà quod alibi legitur: Beati † qui ſeminatis ſuper omnes aquas: ideo vino aqua vnitur, vt Chriſto populus adunetur: per hoc enim quod ſuſcepit [o] ipſe de noſtro, & accepimus ipſi de ſuo, tam inſolubili nexu coniungimur, vt qui eſt vnum cum patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnũ nobiſcum per admirabilem vnionem: ac per hoc, ipſo communiter mediante, cum patre vnum efficimur. Pater, inquit, ſancte, ſerua eos, quos dediſti mihi, vt ſint vnum ſicut & nos: non pro his rogo tantum, ſed pro eis, qui credituri ſunt per verbum eorum in me, vt & ipſi in nobis vnum ſint, & mundus credat quia tu me miſiſti.

† corpore, legitur vt plurimũ in antiquis.

Ioan. 21.

2 Hæc gloſſula deeſt vt plurimũ in antiquis exemplaribus.

Eſaiæ c. 31.

† In vulgata editione legitur ſicut ẽ impreſſũ, ſed antiqua Raymundi exẽplaria habent ita: beati q ſeminãt ſuper aquas.

Ioan. 17.

¶*Oratio quæ dicitur in ſecreta, in feſto ſancti Leonis, immutata eſt: quia vbi dicebatur: Annue nobis domine, vt animæ famuli tui Leonis hæc proſit oblatio: hodie dicitur: vt interceſſione beati Leonis hæc nobis proſit oblatio. & hæc mutatio contingit, quia ſancti noſtris orationibus non indigent, ſed nos ſuis. hoc dicit vſque ad finem. Abbas.*

¶Tertio † loco fraternitas tua requiſiuit, quare fuerit mutatũ, quod in ſecreta beati Leo-

h ¶*Accidẽtibus prioris.*] Licet logici dicant, quòd accidentia non poſſint permutare ſubiectum, quod verum eſt ſecundum naturam: Sed hic natura cedit miraculo, vt litera dicit.

i ¶*Proceſſiſſe: & infra.*] ſub 2 hoc infra, ponitur alia opinio, quæ ponitur in antiqua cõpilatione, quæ eſt j. eod. titu. in quadam.

k ¶*Illa probabilior.*] Nunquid hoc diffinit vt Papa nobis prohibens alias opiniones: an vt Doctor, vt non imponat nobis neceſſitatem? eius ergo opinio eſt amplectenda: vt ſuprà de feri. capellanus. & tamen non videtur aliquam reprobare. ſuprà de reſtitut. ſpolia. literas.

l ¶*Cum vino.*] id eſt, vinum aquaticum: nõ enim tranſeũt duo in ſanguinem, ſed vinum quod aquam ſibi incorporauit: & ita expone aquam cum vino, id eſt, compactum vel compoſitũ ex eis, hæc expoſitio eſt ſecundũ illam opinionem quæ aſſerit, quòd aqua cũ vino transſubſtantiatur in ſanguinem: & illa probabilior eſt, vt dicitur hic.

m ¶*Eluceat.*] aliàs eluceſcat. Ber.

n ¶*Populi multi.*] de conſecrat. diſtinct. 2. cum omne. & diſt. 4. proprie.

o ¶*Suſcepit ipſe.*] de conſecrat. diſtinc. 2. in Chriſto patri.

TERTIO LOCO. In ſecreta beati Leonis olim ita dicebatur: Annue nobis quæſumus Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc proſit oblatio: modo ſic dicitur: Annue nobis quæſumus domine, vt interceſſione beati Leonis hæc nobis proſit oblatio: quæſiuit archiepiſcopus, quare fuit illud mutatum? Reſpondet Papa: Sacra ſcriptura dicit, quòd iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: & idem eſt intelligendum de alijs ſanctis, qui orationibus noſtris non indigent, ſed nos potius eorum orationibus indigemus: vnde quod continetur in pleriſque orationibus, proſit vel proficiat huic ſancto vel illi, talis oratio ad gloriam & honorem: ita debet intelligi, vt magis à fidelibus glorificetur in terris. In fine dicit Papa, vtrum in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur, ꝙ defunctorum alij ſunt valde boni, alij valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, diſcretio huius archiepiſcopi hoc inquirat. Not. quòd iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre. Item vbi eadem eſt ratio, debet eſſe idẽ ius.

† Summa eſt, ſãctos in cælo cũ Deo regnãtes, non egere precib' noſtris, ſed nos eorũ interceſſionibus. vide concilium Trid. ſeſſ. 25. tit. de inuocatione, & reliquijs ſanctorũ, &c.

a ¶*Leonis.*

nis [a], ſecundum antiquiores codices [b] continetur, ſic videlicet: Annue nobis Domine, vt animæ famuli tui Leonis, hæc proſit oblatio: cũ in modernis ſacramentarijs habeatur, Annue nobis quæſumus Domine, vt interceſſione beati Leonis, hæc nobis proſit oblatio? Super quo reſpõdemus, quòd cum ſacræ ſcripturæ dicat auctoritas †, quòd iniuriam [c] facit martyri, qui orat pro martyre: idem [d] eſt ratione conſimili † de alijs ſanctis ſentiendum: quia orationibus noſtris, non indigẽt, pro eo quòd cum ſint perfectè beati, omnia eis ad vota ſuccedunt: Sed † nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miſeri ſimus) vndique mala noſtra perturbant: vnde quòd in pleriſque † orationibus continetur: Proſit, vel proficiat, huic ſancto, vel illi † talis oblatio ad gloriam, & honorem: ita debet intelligi, vt ad hoc proſit, quòd † magis ac magis à fidelibus glorificetur in terris: licet plerique reputent non indignum, ſanctorum gloriam vſque ad iudicium augmentari: & ideo eccleſiam interim ſanè poſſe augmentum glorificationis eorum optare. Verum † vtrum in hoc articulo locum habeat illa diſtinctio, qua docetur, quod defunctorum alij ſunt valde boni, alij ſunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali: vnde ſuffragia, quæ fiunt à fidelibus in eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt gratiarum: pro valde malis, conſolationes viuorum, expiationes verò pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua diſcretio inueſtiget [e].

¶Idem rectoribus Romanæ fraternitatis.

¶Grauius peccat qui ſimulat conficere, & non conficit, quàm ille qui conficit in mortali.

CAP. VII.

DE † homine; & infrà. ¶Quæſiuiſtis †, quid de incauto presbytero videatur, qui cum ſe ſciat in mortali † crimine cõſtitutum, Miſſarum ſolemnia, quæ non poteſt propter neceſſitatem [f] quãlibet [g] intermittere, propter ſui facinoris conſcientiam dubitat celebrare, peractisque cæteris circunſtantijs, Miſſam celebrare ſe fingit, & ſuppreſſis [h] verbis, quibus conficitur corpus Chriſti, panem † & vinum tantummodo purè ſumit, ita credens per id quod prætendit [i], populo ſatiſfacere, vt per hoc, quod intendit, Deum non debeat prouocare. Cum ergo falſa [k] ſint abijcienda remedia, quę veris [l] ſunt periculis grauiora [m], licet is, qui pro ſui criminis cõſcientia reputat ſe indignum, peccet grauiter [n], ſi ſe ingerat irreuerenter ad illud, grauius tamen videtur offendere, qui ſic fraudulenter illud præſumpſerit ſimulare; cum ille in ſolius miſericordis Dei manum incidat, iſte verò non ſolum Deo (cui non veretur illudere) ſed populo, quem decipit, ſe aſtringat.

---

a ¶*Leonis.*] quia 1 olim orabatur pro ipſo: hodie ipſe orat pro nobis. & ita mutatum eſt.

b ¶*Codices.*] id eſt 1 libri miſſæ, aliàs litera oratorij.

c ¶*Iniuriam.*] 2 quaſi diceret ſuperfluum. ſimile ſ. de maiori. & obe. legebatur.

1 Hæ duæ gloſſulæ non habẽtur in vetuſtis exẽplaribus, nec credo eſſe Bernardi.

2 Hæc gloſſula nõ habẽt in vetuſtis exẽplaribus, nec credo eſſe Bern.

d ¶*Idem eſt ratione.*] argumen. vbi eadem eſt ratio, debet eſſe idẽ ius. ff. ad leg. Aquiliã. illud. æquitatis enim ratio ſimilia iura ſuadere videtur. C. ad leg. Falcidiam. l. vltim. & ſuprà de confirmatio. vti. cum dilecta. vbi de hoc.

¶Gloſſa ſequens quærit obijciendo, & ſoluit dubitatiuè. Item obijcit & ſoluit.

† Hoc dictũ eſt B. Auguſtini de verbis Apoſtoli, ſermone. 17. refert Magiſter ſentẽ. lib. 4. diſtin. 4. cap. 1.

† Aliàs ita: & de ſanctis alijs ſentiẽdũ.

† Vide Sotum lib. 4. ſen. di. 45. q. 3. arti. 1.

† pluribus

† illis

† Aliàs ita: quòd magis ac melius, &c.

e ¶*Inueſtiget.*] Sed quare Papa ponit hũc caſum in hanc dubitatiónem, vtrum habeat locum hic illa diſtinctio vel non, cum Auguſtinus dicat quòd non pro valde malis propitiationes ſunt. 13. quæſtio. 2. tempus. forte ideo, quia dubium eſt, qui mediocriter mali appellantur: ſi enim illi tãtum appellantur mediocriter mali, qui non deceſſerunt in aliquo mortali peccato, ſed tantum in venialibus peccatis, ſed hoc idem eſt quòd mediocriter boni: ſi autem appellat illos mediocriter malos qui deceſſerunt in aliquibus mortalib' peccatis, non tamen valde magnis, obſtat 13. quæſtion. 2. pro obeuntibus. vbi dicitur, ꝙ pro nullo eſt orãdum qui deceſſerit in mortali peccato: Item ſi preces valent pro illis, qui deceſſerunt in mortali peccato: pone quòd aliqualiter eleemoſynæ & orationes valeant ad tollendam partem illius pœnæ, ſecundum hoc poſſunt tot orationes & eleemoſynæ fieri, quòd pœna tollatur tota & ita damnatus ſaluabitur: Ad hoc poſſet dici, quòd mediocriter mali dicuntur, qui habent multa venialia: mediocriter boni qui pauca. Vel melius dicas, quòd mediocriter mali dicuntur, qui mortalia commiſerunt peccata, licet leuia, & in quibus non eſt neceſſaria inſcriptio. ff. de accu. leuia. & in quibus procurator conſtitui poteſt. ff. an per alium cauſę ap. red. poſ. l. 1. Et ſecundum hoc dicas, quòd ſi vnus denarius aliquantam partem pœnæ tollat, ſiue quartam, ſiue tertiam, ſecundus tollat tantum: tantum dico in proportione, ſed non in quantitate: ſecundum hoc etiam ſi totus mundus effunderetur, ſemper aliquid remaneret: Idem poteſt dici de indulgentijs, quæ fiunt in dedicationibus eccleſiarum. Ber.

† De hoc dubio, qđ valde eſt anceps, vide præ alijs Dominicum Sotum lib. 4. ſentẽ. diſt. 45. q. 2. articul. 2. & ibidẽ Magiſtrum in litera. c. 1.

DE *homine.*] Primò ponitur quæſtio. Secundò ſolutio: ibi, *Cum ergo.* Abbas.

CASVS. Quidam ſacerdos cum eſſet in mortali peccato conſtitutus, & oporteret ipſum Miſſarum ſolemnia celebrare, propter conſcientiam dubitabat celebrare: peractis cæteris circunſtantijs. Miſſam celebrare ſe finxit, & ſuppreſſis verbis, quibus conficitur corpus Chriſti, panem & vinum ſolummodo purum ſumpſit, credens per hoc populò ſatisfacere, & Deum non prouocare: Quæſitum fuit, quid de hoc presbytero videatur, vtrum minus malum fecerit, quam conficiendo? Reſpondet Papa, quòd falſa remedia ſunt abijcienda, quæ ſunt veris periculis grauiora, licet enim ille qui pro ſui criminis conſcientia reputat ſe indignũ grauiter peccet, ſi ſe ingerat irreuerenter ad illud, grauius tamen offendit qui ſic fraudulenter illud præſumpſerit ſimulare: quia ille qui verè conficit, in manum ſolius Dei incidit: ille verò qui ſic ſimulat, & Deo & populo ſe conſtringit, qa taliter decipit. Not. ꝙ falſa remedia veris periculis ſunt grauiora. Item exiſtens in mortali peccato celebrare non debet.

† Cap. 6. e. tit. in 3. cõpilat.

† In antiqĩ legĩ, Quæſiuiſti.

† Vide B. Thomã. 3. par. q. 79. art. 3. & q. 80. arti. 5. & Ludou. Carretiũ trac. de hęret. nu. 39.

† In codice Barbatiæ ita: panem & vinum purũ tãtummodo ſumit.

f ¶*Neceſſitatem.*] qa forte dies feſtus imminet, vel funus alicui'.

g ¶*Quãlibet.*] id eſt, aliquam, quæcunque illa ſit. 16. quæſtion. 1. ſimiliter. & 1. quæſt. 7. ſi quis omnem.

h ¶*Suppreſſis.*] id eſt, tacitis: quia non dicit illa verba, quibus conficitur corpus Chriſti.

i ¶*Prætendit.*] id eſt, fingit ſe celebrare. Bernar.

k ¶*Falſa.*] quia populus vana ſimulatione non eſt fallendus. 27. diſtin. quod interrogaſti. & C. de lat. lib. tollen. l. 1. §. ſed & qui. Ber.

l ¶*Quæ veris ſunt periculis.*] Io. ſic exponit, id eſt manifeſtis periculis.

¶Gloſſ. ſeq. ponit duas lecturas.

m ¶*Grauiora.*] Quaſi diceret, grauius eſt peccare occultè, quàm manifeſtè. 12. quæſtio. 1. certe. 11. quæſt. 3. præcipuè. contra. in hoc enim periculoſius eſt quia occultè peccans non habet qui eum corrigat. Alio autem reſpectu magis peccat, qui publicè peccat, quàm qui occultè: quia præſtat alijs exemplum delinquendi: vt in dicto capit. præcipuè. quia peccatũ ſuum tuetur rationibus. & ſic intelligitur illud 32. quæſtio. 4. nemo. & 14. quæſtio. 5. pœnale 3. Tancr. intelligit, vt iacet litera: quoniam grauius peccat ſacerdos criminoſus, qui ſimulat celebrare, & non celebrat, quàm ſi criminoſus celebraret: quia in primo caſu, in pluribus delinquit: Deum enim offendit, & proximum decipit: In ſecundo caſu, ſolum Deum offendit. Et iſte eſt bonus intellectus, quia talia remedia nullus debet inuenire: quia falſa ſunt, ex eo quòd non conficit cum videatur conficere: ideo grauiora ſunt, quàm vera pericula peccatoris qui conficit: & hoc innuit bene litera ſequens.

3 Concor. text. in l. 1. in fi. & ibi Cy. C. vbi de crimi. agi opor. Bar. in l. 2. C. de ſum. trini.

n ¶*Peccet grauiter.*] Sic patet, quòd quicunque eſt in mortali peccato, celebrare non debet. 6. diſtinct. teſtamentum. & de conſecra. diſtinct. 2. quotidie. & 1. quæſtio. 1. ſacerdotes. & cap. ſacroſancta. & omnis talis ſuſpenſus eſt quo ad ſe. ſupra de coha. cle. & muli. capit. vlt. ſed non quo ad alios, vt ibi: niſi

ſit ſimo-

ſit ſimoniacus, vel notorius fornicator: quoniam illi ſuſpenſi ſunt quo ad ſe, & quo ad alios: vt 32. diſtinct. §. verum nullus. & c. præter hoc. & infra de ſimo. tanta. Sed nunquid talis ſacerdos poteſt celebrare, ſi habeat contritionem cordis: quia forſitan dum inſtat neceſſitas celebrandi, non poteſt habere cui cõfiteatur? Satis 1 poteſt dici quòd ſic, dum tamẽ habeat propoſitum ſatisfaciendi: & illud poſtea quam cito poteſt cõfiteatur: vt infra de ſentent. excommuni. decetero. & c. à nobis 2. & ca. quãuis. & 26. q. 6. qui recedunt. de conſecra. diſt. 2. quotidie.

1 Vide B. Thomã 3. par. q. 83. art. 6. ad 2. arg.

IN *quadam.*] Primò ponitur quæſtio. Secũdò ſolutio: ibi, *Nos igitur*. Et ibi primò refert duos errores. Secũdò: ibi, *Sed aduerſus*: illos improbat. Tertiò: ibi, *Per hoc*. reſpondet principali quæſtioni, probans, quòd de latere Chriſti exiuit vera aqua. Quartò: ibi, *Cum autem*. dicit quare de latere Chriſti exiuit ſanguis & aqua. Abbas.

† Cap. 7. e. tit. in 3. cõpil. Præter B. Thomã paulò poſt citatum vide Sotum lib. 4. ſent. diſt. 1. q. 3. art. 5. & diſtin. 9. q. 1. art. 6.

¶Idem Ferrarienſi Epiſcopo.

¶Hic improbat opinionem, quæ habet, quòd in ſacramento altaris aqua conuertatur in phlegma: & probat. Chriſtum fuiße verum Deum, & verum hominem, & quòd de ipſius latere exiuit vera aqua.

CAP. VIII.

IN † quadam noſtra decretali [a] epiſtola aſſeris te legiſſe, illud eſſe nefarium opinari, ꝙ quidam dicere præſumpſerunt, in ſacramento videlicet Euchariſtiæ aquã in phlegma conuerti: nam de latere Chriſti non aquam, ſed humorem aquaticum mentiuntur exiſſe: & infrà. ¶Nos igitur ad tuę ſupplicationis inſtantiam reſpondemus [b], quòd quidam dixerunt, ſed errauerunt, Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed adoptiuũ, vt miſeri Ariani [c] †. Alij Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum, vt impij Manichæi †. ¶Sed aduerſus huiuſmodi hæreſes, Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua loquitur, dicens: Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater [d], verbum, & ſpiritusſanctus: & hi tres vnum ſunt, per hoc intendens oſtendere, quòd Chriſtus ſit verus Deus. Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: ſpiritus, aqua, & ſanguis. per hoc intendẽs oſtendere, quòd Chriſtus ſit verus homo. Nã ad eſſe hominis duo principaliter [e] exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quorum coniunctione [f]

† Hos damnauit conciliũ Nicenum vide Nicephorum lib. 8. cap. 5. 6. 7. & 8.

† Vide Epiphaniũ li. 2. contra hæreſes. hæreſi. 66.

CASVS. In præcedenti decretali, cum Marthæ. inter cæteras opiniones, quæ ibi ponuntur, erat alia opinio, quæ dicebat, in ſacramento Euchariſtiæ aquam in phlegma conuerti: quia de latere Chriſti dicebant non aquam, ſed humorem aquaticum profluxiſſe: hanc opinionẽ tenebat magiſter Hug. epiſcopus Ferrarieñ. quam opinionem Papa reprobauit in decretali prædicta cum Marthæ. ſed ex quo vidit, quòd Papa contrariũ ſentiebat, voluit ſibi adhærere: Sed auctoritas Ioãnis Apoſtoli mouebat magiſtrum Hug. quæ dicit: Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis, & hi tres vnum ſunt, id eſt, de vna & eadem re, ſcilicet de humanitate Chriſti, vt Hug. exponebat: dicebat Hug. ꝙ ſi vera fuit aqua quæ exiuit de latere Chriſti, & non aquaticus humor, non videtur qualiter probatur ꝑ illã auctoritatem, ꝙ Chriſtus ſit verus homo. gloſſa ſuper locum illum ſic ſe habet, ſpiritus, id eſt, humana anima, quam emiſit in paſſione: aqua & ſanguis, quæ fluxerunt de latere Chriſti: per hanc auctoritatẽ probatur, quòd Chriſtus ſit verus homo: Sed dato quòd illa non fuerit vera aqua, ſed aquaticus humor: verba Apoſtoli & gloſſa ſuper illum locum, intelligibilia ſibi videbantur: ſed dato quòd eſſet vera aqua, non intelligebat auctoritatẽ Ioannis & gloſſam ſuper locum illum: vnde petijt à Papa vt auctoritatem & gloſſam ſibi exponeret & ipſe reſpondet dicẽs, quòd quidam dixerunt, ſed errauerunt, Chriſtum non fuiſſe verum Deum, ſed adoptiuum: vt miſeri Ariani. Alij dixerunt Chriſtum non fuiſſe verum hominem, ſed phantaſticum, vt impij Manichæi. Sed contra iſtos loquitur Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua: Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater, verbum, & ſpiritusſanctus: & hi tres vnum ſunt. per hoc oſtendens, quòd Chriſtus ſit verus Deus. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. per hoc intendens oſtendere, quòd Chriſtus ſit verus homo. Ad eſſe enim hominis duo exiguntur principaliter, ſcilicet corpus & anima, ex quibus verus homo conſiſtit: per hoc autem quòd in articulo mortis tradidit ſpiritum, de quo dixerat: Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum, manifeſtè probatur, quòd ſpiritum habebat, & animam rationalem, de qua dixerat: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: per hoc quòd vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua, probatur, quòd Chriſtus habebat verum corpus, & non phantaſticum, de quo nec aqua nec ſanguis poſſet exire: vnde ille qui vidit, teſtimonium perhibuit, & teſtimoniũ eius verum eſt: & ſic tres ſunt qui teſtimonium dãt in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Quòd Chriſtus ſit verus homo ex anima rationali ſubſiſtens, probatur ex eo quòd ſpiritum vitalem emiſit: & de vero corpore hoc probatur, quia inde ſanguis & aqua exiuit: ſed anima rationalis non poſſet viuificare niſi corpus humanum, & ita ſicut fuit verus ſpiritus, & verus ſanguis: ita & vera aqua: quòd ſi non fuiſſet vera aqua, quòd ſi non fuiſſet vera aqua, ſed phlegma, ille qui vidit, profecto non aquam, ſed phlegma dixiſſet: nec in hoc verum regenerationis ſacramentum fuiſſet oſtenſum, cum per ſacramentum baptiſmi, non regeneremur in phlegmate: ſed in aqua: nec per hoc poſſet probari, ꝙ in ſacramento Euchariſtiæ. admiſcenda ſit aqua cum vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed phlegma cum ſanguine fluxiſſet. Item non fuiſſet vera figura, quæ ſuper hac re præceſſiſſet in veteri teſtamento, quando Moyſes virga percuſſit ſilicẽ, & ex ea, non phlegma, ſed aqua manauit: ergo qualiſcunque fuerit illa aqua, ſiue de nouo diuina virtute creata, ſiue de componentibus reſoluta, proculdubio vera fuit, ſicut verus extitit ſudor ipſius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. cum enim ad compoſitionem humani corporis quatuor elementa concurrant, terra, aqua, aer, & ignis, & ad vegetationem eiuſdem corporis, quatuor humores conſimiles illis conueniant, videlicet, ſanguis, cholera, phlegma, & melancolia: vt veritatem humani corporis expreſſius demonſtraret, vnum de elementis, & vnum de humoribus, quæ magis myſterio congruebant, Ioannes expreſſit, ex elementis aquam, & ex humoribus ſanguinem: in quibus duo maxime ſacramenta relucent redemptionis per ſanguinem; & regenerationis per aquam. Not. quòd ad eſſe hominis duo exiguntur, ſcilicet corpus & anima. Item de corpore phantaſtico ſanguis exire non poteſt. Item à forma verborum non eſt recedendum. Item compoſitum in componentia, & elementatum in elementa reſolui poteſt.

1. Ioan. 5.

a ¶*In quadam noſtra decretali.*] ſ. eod. cum Marthæ. ſed illa opinio 2 ſe mota eſt modo inde.

b ¶*Reſpondemus.*] Ad quæſtionem magiſtri Hug. epiſcopi Ferrarienſis, qui opinionem prædictam ſecutus fuit. Dicebat enim Hug. ſi illa fuit vera aqua. quæ de latere Chriſti exiuit, non intelligebat qualiter per illam probatur, quòd Chriſtus ſit verus homo, nec intelligebat ſecundum hoc auctoritatem illam Ioannis Apoſtoli, nec gloſſam ibi poſitam: tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis: & hi tres vnum ſunt. & gloſſa ſuper illo loco ſic ſe habet, ſpiritus, id eſt, humana anima, quam emiſit in paſſione, aqua & ſanguis, quæ fluxerunt de latere Chriſti: ſed dato quòd illa aqua non fuiſſet aqua, ſed aquaticus humor humani corporis, tam auctoritas Apoſtoli, quam gloſſa intelligibilia ſibi videbantur. vnde quæſiuit à domino Papa, vt exponeret ſibi prædictas auctoritates & gloſſam: & ipſe reſpondet.

2 Ea tamẽ opinio, ſeu verius loquendo error quã ex decretali, cum Marthæ, abſtulit Raymundus, refertur in principio huius decretalis eiſdẽ verbis, q. bus extat in antiqua compilatione.

c ¶*Ariani.*] & Bonoſiani. 24. q. 3. quidam ver. Bonoſiani. ſed Ariani ſunt illi qui dixerunt, filium non coæternum patri. 24. quæſt. 3. quidam. ver. Adriani. de ſecta Manichæorum habetur. 24. q. 3. quidam. ver. Manichæi. ſed de iſta non continetur hic, ſed forte alibi. Bernar.

d ¶*Pater, verbum, & ſpiritusſanctus.*] Pater dedit teſtimonium deitatis, quando dixit: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: Filius dedit teſtimonium deitatis, quando in monte transfiguratus potentiam deitatis & ſpeciem æternæ beatitudinis oſtendit: Spiritus Sanctus dedit teſtimonium deitatis, quando ſuper baptizatum in ſpecie columbæ requieuit, vel quãdo ad inuocationem nominis Chriſti corda credentium adimpleuit.

e ¶*Duo principaliter.*] Et ita Chriſtus eſt duo neutri generis: quia & eſt Deus, & homo. infrà de hære. cum Chriſtus. Lau.

f ¶*Coniunctione.*] id eſt, ex quibus coniunctis, inuiſibiliter.

a ¶*Non*

verus homo ſubſiſtit. Per hoc autem, quòd in articulo mortis Chriſtus inclinato capite tradidit ſpiritum, de quo voce magna clamauerat: Pater, in in manus tuas commendo ſpiritum meum: manifeſtè probatur, quòd ipſe ſpiritum habebat non ſolum flatum vitalẽ [a]; ſed animam rationalem †, de qua prædixerat: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem: &, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterũ ſumendi eam. ¶Per hoc autem quòd vnus militum lãcea latus eius aperuit, & continuò ſanguis exiuit,& aqua: probatur apertè, quòd Chriſtus verum corpus habebat: Nam de phantaſtico corpore, nec ſanguis, nec aqua potuiſſet exire. vnde ille qui vidit, teſtimonium perhibuit, & teſtimonium eius eſt verum: quia tres ſunt, qui teſtimonium dãt in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Quòd videlicet Chriſtus ſit verus homo, ex anima rationali †, & humana carne ſubſiſtens, probatur ex eo, quòd ſpiritum vitalem emiſit: & de † vero corpore probatur, quoniam ex eo ſanguis exiuit, & aqua. rationalis quippe anima, non poſſet viuificare, niſi corpus humanum [b], ex quibus verus homo conſiſtit. Cæterum ſicut fuit verus ſpiritus, & verus ſanguis, ita proculdubio vera aqua: Cũ Chriſtus ſit veritas: & à veritate omnis fallacia ſit penitus aliena. Nam ſi non fuiſſet aqua, ſed phlegma, quòd de latere Saluatoris exiuit, ille qui vidit, & teſtimoniũ veritati perhibuit, profectò nõ aquam, ſed phlegma dixiſſet [c]: nec in hoc verum regenerationis ſacramentum fuiſſet oſtenſum, cum per ſacramentum baptiſmi non regeneremur in phlegmate, ſed in aqua. Neque per hoc poſſet vero argumento probari, quòd in ſacramento Euchariſtiæ admiſcenda † ſit aqua vino, ſi de latere Chriſti non aqua, ſed phlegma cum ſanguine profluxiſſet †. Sed nec vera fuiſſet figura, quæ ſuper hac re præceſſit in veteri teſtamẽto, quando Moyſes [d] virga percuſſit ſilicem, & ex ea non phlegma, ſed aqua manauit †. Reſtat igitur, vt qualiſcunque fuerit illa aqua, ſiue naturalis, ſiue miraculoſa, ſiue de nouo diuina virtute creata, ſiue de componentibus ex parte aliqua reſoluta, proculdubio vera † fuit: cũ naturaliter poſſit, & compoſitum in componentia, & elementatum in elementa reſolui: quemadmodum verus extitit ſudor ipſius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compoſitionẽ humani corporis, quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua: aër & ignis: & ad vegetationem eiuſdem corporis, quatuor humores illis [e] conſimiles cõueniant, videlicet, ſanguis, cholera, phlegma, & melancholia: vt veritatem humani corporis expreſſius demonſtraret, vnum ex illis, & vnum ex iſtis Ioannes expreſſit, illaque potius ex illis, & ex iſtis, quæ magis myſterio † congruebant, ex elemẽtis aquam, & ex humoribus, ſanguinem. In quibus, duobus, duo maximè † ſacramẽta, redemptionis videlicet, & regenerationis elucent:

¶Idem in concilio generali. †

¶Præcipit prælatis, & clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium, & diurnum, ſtudioſè celebrent, & deuotè.

CAP IX.

DOlentes referimus, quòd non ſolum quidam minores clerici, verum etiam aliqui eccleſiarum prælati, circa † comeſſationes ſuperfluas, & fabulationes illicitas (vt de alijs taceamus) ferè medietatem noctis expendunt: & ſomno [f] reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, tranſcurrendo vndique continua † ſyncopa [g] matutinum. Sunt & alij, qui Miſſarum ſolemnia vix celebrant quater in anno: & (quod deterius eſt) intereſſe contemnũt: & ſi quando dum hæc celebrantur, interſint, chori ſilentium fugientes, intendunt exterius collocutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina. ¶Hæc igitur, & ſimilia ſub pœna [h] ſuſpenſionis penitus inhibemus, diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ, vt diuinum [i] officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dede-

a ¶*Non ſolum vitalem.*] ſecundum quòd phyſici diuidunt ſpiritum vitalem ſcilicet, & animam. Lau.

Matth. ca. 27.
Luc. c. 13.

b ¶*Niſi corpus humanum.*] cum nõ poſſit habitare in ſicco. argumen. 32. quæſtio. 2. Moyſes. nec corpus humanum vegetari poteſt, niſi per animam: nam ſi aliquando ſpiritus malignus corpus mortui hominis ſubintret: vt 26. quæſtion. 5. nec mirum. non tamẽ illud viuificat, nec vnum cum illo efficitur, ſed illud mouet ad inſtar vẽti, qui laruam ſubintrat, & mouet ipſam.

† rationabilem.
Luc. 22.
Marc. 15.
Matt. 26.
Ioan. 10.
Ioan. 19.
1. Ioan. 5.

c ¶*Sed phlegma dixiſſet.*] Simile ſuprà de transla. inter corporalia. & ſuprà de deci. ad audientiam. & eſt arg. non eſſe recedendum de facili à forma verborum. infrà de ſponſ. ex literis. & C. de libe. præte. l. 3. & ff. de iu. do. promittendo. Et hoc ſi iuri conſonat, aliàs ad iuriſperiti interpretationem recurrendum eſt. ff. de vſufru. leg. ſi alij. argumẽ. ſuprà de conſue. ex literis. infrà de verbor. ſignifi. præterea. & ff. de leg. 3. non aliter. Bernar.

† rationabili.
† In antiq̃s ita: & vero corpore ꝓbatur, &c. abſque dictione, de. quoniã intelligit̃ ꝓcedẽs participiũ nẽpe, ſubſiſtentis.

d ¶*Moyſes.*] ſic ſuprà de conſecr. diſtinct. 2. reuera. hic ergo exigitur expreſſa ſimilitudo inter ea quæ ſunt in nouo teſtamento, & ea quæ ſunt in veteri; alibi non exigitur diuerſitas ne videamur iudaizare. argu. ſ̃. de ſac. vnc. cap. vnico. ver. veruntamen vnctiones, &c. Lau.

e ¶*Illis conſimiles.*] ſcilicet in frigiditate, & caliditate, ſiccitate, & humiditate quã conuenientiam phyſicorum proprium eſt aſſignare, non iuriſperitorum.

ADDITIO. Vide bonam glo. in procemio Inſt. §. igitur.

† Aliàs ita: admiſcenda ſit aqua cum vino.
† fluxiſſet.

DOlentes.] Duo facit. Primò ponit clericorum duplicem exceſſum, Secundò prohibet: ibi, *Hæc igitur.* Prima ſubdiuiditur in duas, prout duo ſunt exceſſus. Secunda: ibi, *Sunt & alij.* Abbas Siculus.

Num. 20.
† emanauit.

CASVS. In concilio iſtó reprehendit Papa clericos, & prælatos eccleſiarum, qui circa comeſſationes ſuperfluas, & confabulationes illicitas potius ſũt intenti, quàm circa diuina officia: & quidã eorum vix Miſſarum ſolemnia quater in anno celebrant. hæc & alia ſimilia, præcipit Papa ſub pœna excommunicationis & in virtute obedientiæ corrigi ac emendari. Not. quòd clerici & prælati, comeſſationibus ſuperfluis. & confabulationibus illicitis vacare non debent. Item in officijs diuinis ſyncopatio reprobatur. Itẽ officium diuinum deuotè celebrari debet.

† Vide B. Thomã 3. part. q. 74. art. 7. ad 3. arg. vbi citat hũc locũ qui perperam tribuitur Innocẽtio ij. in pluribꝰ Diui Thomæ exemplaribꝰ cũ ſit Innocẽtij iij.
Luc. 22.

f ¶*Somno.*] 1 Requirit natura requiẽ: tamen captanda eſt hora cõgrua: vnde Seneca: Quies tibi ſit, non deſidia. Ouidius ſine titulo:

Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.

Longa quieſcendi tẽpora fata dabunt. Ioã.

1 Hæc gloſſula nec ẽ Bernardi, nec habet̃ in vetuſtis codicibꝰ.
† miniſterio.
† maxima.

g ¶*Syncopa.*] De conſecrat. diſtin. 4. retulerunt. Vnde verſus.

Syncopa de medio tollit quod epentheſis auget.

De iſtis figuris dicitur ĩ. de verbo. ſignifi. forus.

† Scilicet Lateranẽ. ſub Innocentio iij. c. 17. refe tur c. 2. tit. de celebratione diuini officij in 4. cõpilatio. & vide notas huius capitis.

h ¶*Sub pęna.*] Et ita non eſt canon latę ſententiæ, ſed potius ferẽdæ. ſ̃. de iure patro. relatum. vbi de hoc.

¶*Glo. ſeq. recitetur, per quæſtionem, quæ ſit pęna contrafacientis.*

† In codice Barbatię ita: circa comeſſationes ſuperfluas, & cõfabulationes, &c.

i ¶*Diuinum officiũ.*] Ad quod etiã ſine iſto præcepto tenentur. ſ̃. eod. presbyter. & ita q̃ cõtra hoc præceptum faciunt, inobediẽtiam incurrunt. vnde videtur quòd ſint ſuis beneficijs priuandi propter inobedientiam: argumen. ſupra de maioritate & obedientia, illud. quia peccatũ paganitatis incurrit quiſquis ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit, octuageſima prima diſtin. ſi qui ſunt presbyteri. & infidelis eſſe cõuincitur, etiam ſi fidelis eſſe videatur. 8. q. 1. ſciendum. ſi hoc eſſet verum, imò quia eſt: multi punirentur de inobedientia, quæ eſt grauiſſimum peccatũ, vt patet per iura prædicta. Sed dicas, ꝙ qui canonis inobediẽtiam incurrit,

† continuata, in concilio.

incurrit, cũ eo mitius agitur q̃ cũ eo qui iudicis inobedientiam incurrit. arg. j. de cle. excõicato miniſtr. ſi celebrat 1. & ff. de arbitris. Celſus. Bernardus.

1 Adde qđ no. infr. de elec. generali. in gl. contrafacies. lib. 6. & ſupr. de treu. & pa. c. 1. Ioan. And.

a ¶*Studioſè.*] 2 quãtum ad officium oris, ideſt, ſine ſyncopa.

b ¶*Deuotè.*] 2 quantum ad officium cordis.

2 Hæ duæ gloſſulę ſi ſũt Bernardi, nec habent in antiquis codicibus.

...rit, ſtudioſè [a] celebrent pariter & deuotè. [b]

¶Honorius tertius.

¶*Euchariſtia debet mundè ſeruari, & in eius eleuatione & delatione populus debet ſe inclinare: & cum defertur ad infirmum, debet deferri in decenti habitu, & cum lumine. trãſgreſſores verò grauiter ſunt puniẽdi.*

CAP. X.

SAnè† cũ olim: & infrà. ¶Ne propter incuriam ſacerdotum diuina indignatio grauius exardeſcat, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus à ſacerdotibus Euchariſtia, in loco ſingulari, mundo, & ſignato ſemper honorificè collocata, deuotè ac fideliter conſeruetur. [c] ¶Sacerdos verò quilibet frequẽter doceat plebem ſuã, vt cum in celebratione Miſſarum eleuatur Hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, [d]† idem faciens, cum eam defert preſbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu, ſuperpoſito mundo velamine ferat, & referat manifeſtè ac honorificè ante pectus, cum omni reuerentia, & timore, ſemper lumine præcedente, cum ſit candor lucis ęternæ: vt ex hoc apud omnes fides, & deuotio augeatur. Prælati autem huiuſmodi mandati grauiter punire [e] non differant tranſgreſſores: ſi & ipſi diuinam, & noſtram volunt† effugere vltionem.

SAnè.] Quatuor ſũt dicta. Secundũ: ibi: *Sacerdos*. Tertium: ibi, *Quam*. Quartum: ibi, *Prælati*. Abbas Sicul.

Casus. In capitulo iſto pcipit Papa, φ ſacerdotes in loco mundo cuſtodiant Euchariſtiã diligẽter, ne p corũ incuriã diuina indignatio exardeſcat: & quilibet ſacerdos frequẽter doceat plebẽ ſuã, vt qñ in celebratiõe Miſſarũ Hoſtia eleuat, ſe reuerẽter iclinet: & idẽ faciat, cum portat ad infirmũ lumine præcedẽte, & p̃lati huiuſmodi mãdati transgreſſores puniãt, ſi & ipſi diuinã volũt effugere vltionem. Nota, φ Euchariſtia in loco mũdo cuſtodiri debet. Itẽ qui faciunt contra mandatum Papæ, puniendi ſunt.

† Vide cõcil. Tri. ſeſ. 13. ĩ decreto de ſantiſſimo Euchariſtiæ ſacro c. 6. & cano. 7. & notas nřas ĩ hoc c. qb. hanc decretalẽ aduers' hęreticos tuemur.

c ¶*Conſeruetur.*] ſub fidelib. clauib. ne ſiniſtra manus ad ea poſſit extendi. j. de cuſto. Euchariſtię. c. 1.

† Inclinẽt.

¶*Glo. ſeq. recite. per q. quam tripliciter ſoluit, & ſolutionem mediam moderatur.*

d ¶*Inclinet.*] flexis genibus, & poteſt dicere iſta verba.

Salue lux mundi, uerbum patris:
Hoſtia vera, viua caro, deitas integra, verus homo.

† voluerint

Vel iſta: Tranſſubſtantientur res iſtæ, in corpus & ſanguinem ſuũ Domine, ad honorem & laudem nominis tui, ad confeſſionem peccatorum, & ad ſalutẽ animarum noſtrarum, vel orationem dominicam: Verba iſta tranſſubſtãtientur res iſtę, &c. debent 3 dici anteq̃ Hoſtia eleuetur ante illa verba, Hic eſt ſanguis meus, &c. poſtea non debent dici, cum iam ſint tranſubſtantiatæ in corpus & ſanguinem. Ber.

3 Nõ putes φ ſit neceſſariũ hæc verba præmitti, qñ abſq; illis ex vi verborũ, hic eſt ſanguis &c. ſpecies panis & vini trãſſubſtãtiantur in corpus & ſanguinẽ Dñi Ieſu Xpi.

e ¶*Punire.*] Ad arbitrium iudicis punientur, qui hoc non ſeruauerint: cum pœna certa hic non ſtatuatur. ſ. de offi. deleg. de cauſis. & ff. de iure. delib. l. 1. in fi. vbicunque enim pœna non ſtatuitur, ad arbitrium iudicis imponitur 4.

4 Cõcor. l. 1. & ibi Bartol. ff. vi bo. rap. tex. in l. ſi ꝓtor edixit. cũ not. ff. de iniur.

¶Idem vniuerſis eccleſiarũ prælatis.

¶*In eccleſijs collegiatis debent celebrari duæ miſſæ collegialiter. vna pro defunctis, alia ſecundum exigentiam diei, vt pro feſto, ſi feſtum occurit: vel pro feria, ſi feria.*

CAP. XI.

CVm † creatura non habeat quid pro meritis reſpondeat creatori: & infrà. ¶Mandamus, quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quo minus & pro anniuerſarijs [f] defunctorum, & pro feſto, vel feria, ſecundum temporum congruentiam, Miſſarum ſolemnia conuentualiter celebretis.

CVm creatura.] Primò ponit mandatum. Secundò præmittit cauſam generalem: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

Casus. Prelati & clerici conuentualium eccleſiarum, Miſſas pro anniuerſarijs defunctorum ſine conuentu celebrabãt, ſcilicet ſolus ſacerdos, cũ vno alio: qđ ſignificatum eſt domino Papæ: vnde mandat Papa omnibus prælatis eccleſiarum, quatenus nullam negligentiam in eos permittant obrepere quo minus Miſſarum ſolemnia pro anniuerſarijs defunctorum, & pro feſto vel feria, conuentualiter ſecundum temporum congruentiam debeant celebrare. Nota φ negligentia in prælatis reprobatur. Item in officijs diuinis celebrandis congruentia temporis attendenda eſt.

¶*Gl. ſeq. reci. per q. quid hic dicatur anniuerſarium.*

f ¶*Pro anniuerſarÿs.*] Anniuerſariũ dicitur, φ pro defuncto ſit anno reuoluto à die mortis ſuę: ſed dicitur hic anniuerſariũ officium, ſ. quod fit quotidie p defunctis, qđ facere debent ſacerdotes, quia animę defunctorum 5 ſoluuntur, aut orationibus, & ſacrificijs ſacerdotũ, aut precibus ſanctorum, aut ieiunijs & elemoſynis cognatorum. 13. q. 2. animę defunctorũ. & quia neſcimus quib. proſunt, pro oĩbus hęc ſunt facienda. ca. cauſa, & q. non ęſtimemus. niſi pro illis quos conſtat in mortali peccato deceſſiſſe. 23. q. 5. placuit. Iſti enim negligentes erant in officijs mortuorum, vnde mandat Papa, vt torporem negligentię abijciant, & Miſſarũ ſolemnia celebrent pro anniuerſarijs defunctorum conuẽtualiter, & pro feſto cũ aduenerit, & Miſſã de ferijs celebrent qñ non eſt feſtũ, ita φ non dimittant officiũ mortuorum, & 6 in conuẽtu, non ſingulariter: cũ paucis forſitã nolebãt plures Miſſas dicere.

5 De hoc art. vide latè p Sotũ lib. 4. ſent. diſt. 45. q. 2. p totã, & Syluest. in ſum. verbo: ſuffragium.

† Vide cõcil. Tri. ſeſ. 22. tit. Doctrina đ ſacrificio miſſæ. c. 2. canone. 3. & ſeſ. 25. decreto de purgato.

6 Aliàs ita: & in cõuẽtu vero ſingulariter cũ paucis nolebant forſitan. &c.

¶Idem.

¶*In die cœnæ Domini epiſcopus tantum in ſua eccleſia debet Miſſam celebrare, & chriſma conficere.*

CAP. XII.

TE † referente: & infrà. ¶Cum cuilibet ſacerdoti quacunque dignitate præfulgeat, vnam in die celebrare Miſſam ſufficiat [g]: nam & valdè eſt fœlix, qui celebrat dignè [h] vnam; Fraternitati tuę mandamus, quatenus diæ cœnæ Domini in eccleſia Sypontina [i] duntaxat, in qua teneris chriſma conficere, Miſſarum ſtudeas ſolemnia celebrare.

TE *referente.*] ponit mandatum, cuius præmittit cauſam generalẽ. ibi, *Fraternitati.* & pone caſum, vt in gloſſa fina. Abb.

† Vide B. Thomã 3. par. q. 8. ar. 2. ad 2. argum.

g ¶*Sufficiat.*] de conſec. diſt. 1. ſufficit. & ſ. eod. conſuluiſti. niſi in natiuitate Domini: vt ibi dicitur.

h ¶*Dignè vnam.*] & melius eſt celebrare illã de illa die, quàm aliã ſ. eo. quidam.

i ¶*Sypontina.*] Archiepiſcopus Sypontinus in die cœnæ Domini de antiqua conſuetudine cõficere tenet chriſma in eccleſia Sypontina: ſed idẽ archiepiſcopus eodẽ die mane de conſuetudine accedit ad Garganicam eccleſiã, vt recipiat ibi peregrinos illius loci, & ibi à clero & populo ipſius loci celebrare compellit: vnde ſuper hoc implorauit cõſiliũ Papę, & Papa reſpõdet, φ tantum in eccleſia Sypontina, in qua tenetur chriſma conſicere, debeat celebrare. Et ſic eſt argu. φ Miſſa ſit de ſubſtantia confectionis chriſmatis, ſicut dici conſueuit, φ ſit de ſubſtantia collationis ordinum, argumen. ſ. de transla. inter corporalia.

Idem Archiepiſcopo Ablaſeñ. †

† Caſaleſ. † Valualeñ. † Vbſaleñ. hoc vltimũ credo verius.

¶*In ſacrificio altaris plus de vino, quàm de aqua ponendum eſt.*

CAP. XIII.

PErnicioſus † in tuis partibus inoleuit abuſus: videlicet, quòd in maiori quantitate de aqua ponitur in ſacrificio, quàm de vino: Cum ſecũdum rationabilem cõſuetudinem [k]

† Vide omnino B. Thomã 3. par. q. 74. ar. 8. & Dominicũ Sotũ libro. 4. ſen. diſt. 9. q. 1. arti. 6.

PErnicioſus.] Primò ponit abuſum, quem ſecundò reprobat. Tertiò fieri prohibet. Secunda: ibi, *Cum*. Tertia: ibi, *Idcoque*. Abb. Sic.

Casus. Conſuetudo erat in quibuſdam partibus, φ ſacerdotes plus ponebant de aqua in ſacrificio: quàm de vino: mandat Papa epiſcopo loci, vt hoc de cætero fieri non permittat: cum ſecundum conſuetudinem eccleſię generalis, plus ſit de vino quam de aqua ponendum. Nota, φ generalis conſuetudo eccleſiæ ab omnibus eſt ſeruanda: quia turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo.

¶*Gloſſa ſequens notat conſuetudinem attendi, inducit quatuor ſimilia: addit etiam aliam rationem.*

k ¶*Conſuetudinem.*] No. quòd cõſuetudo attenditur in ſacramento altaris: ſic etiam conſuetudo attenditur in baptiſmo, de conſecra. diſtinctio. 4. de trina. & in ipſa Miſſa conſuetudo metropolitanę eccleſiæ, & in alijs diuinis officijs

ab alijs eccleſijs ſuæ prouinciæ debet obſeruari. de conſecra. diſt. 2. inſtitutio. & 12. diſt. c. vlti. ſic & in matrimonio quandoque attenditur. j. de cog. ſpi. ſuper eo. & in ieiunio. j. de obſeru. ieiun. c. 2. §. 1. & ſic patet generalem eccleſiæ conſuetudinem ab omnibus eſſe obſeruandam. 100. diſt. contra morem. & ſic ſaltem credamus, quòd hæc conſuetudo à ſanctis eccleſiæ patribus fuit inſtituta quaſdam enim conſuetudines ſolus vſus approbauit. 11. diſt. eccleſiaſticarum. & ita 1 ſolo vſu antiquorum patrum ponitur plus de vino quàm de aqua. Et alia ratio poſſet aſſignari, Vinum delectabilibus eſt ad bibẽdum quàm aqua, & ideo ponitur plus de vino quàm de aqua; nam ſi plus poneretur de aqua, non tranſiret ita ſuauiter, & ne horrorem generaret, vnde poſſet periculum imminere: quia aqua malum ſtomachum facit. Quare aqua miſceatur cum vino, dicitur ſupra eo. cum Marthæ. §. quæſiuiſti. ad finem. ſicut dicitur de ſanguine Chriſti: quia ſub alia ſimilitudine ſanguinẽ Chriſti bibis, ne aliquis horror ſit. de conſecratione diſtinctione ſecunda panis. Ber.

1 De hoc art. vid̃ Sotum initio capitis citatũ.

† Vide B. Tho. q. 7. art. 4. & q. 83. arti. 3. ad 6. argu. & q. 74. ar. 6. & 7. his enim locis agit de ſingulis partibus huius decretalis.

eccleſiæ generalis, plus in ipſo ſit de vino, quàm de aqua ponendum: Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non facias: nec in tua prouincia fieri patiaris.

Idem Epiſcopo Brixieñ.

¶ *Ab officio, & beneficio deponitur presbyter, qui ſine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vaſe ligneo ſacrificat.*

CAP. XIIII.

Literas † tuas recepimus cõtinentes, quòd cum ſuper exceſſibus p̃sbyteri eccleſiæ ſanctæ Brigidę Brixieñ. inquireres, confeſſus [a] eſt, quòd cum quadam die Hoſtiam, & calicem non haberet, in pane fermẽtato, [b] & ſcypho ligneo [c] Miſſarum ſolemnia celebrare præſumpſit: & infrà. ¶ Intellecto iterum, quòd prædicta eccleſia per malitiam dicti presbyteri multipliciter lędebatur,

Literas.] Primò ponit duos exceſſus præsbyteri. Secundò alios duos: ibi, *Intellecto.* Tertiò puniri mandat: ibi *Cum igitur.* Abbas.

Casus: Cum epiſcopus Brixieñ. inquireret ſuper exceſſibus presbyteri eccleſiæ ſanctæ Brigidæ Brixieñ. confeſſus eſt idem ſacerdos, quòd cum quadam die Hoſtiam non haberet, nec calicem, in pane fermentato, & ſcypho ligneo Miſſarum ſolemnia celebrare præſumpſit. Item alia vice intellecto, quòd eccleſia illa per eundem presbyterum læderetur multitiplici-ter, iterum cœpit inquirere contra ipſum, & ex eius confeſſione inuenit, quòd idem ſine igne ſacrificabat & aqua: quæſiuit epiſcopus à Papa, quid faciendum eſſet de ipſo? Reſpondet Papa, cum ex aperta malitia, vel nimia negligentia ſiue ignorantia peccaſſe videatur, mandat quatenus officio & beneficio perpetuo priuet eundem.

2 Et in hoc grauiter errauit. Vide B. Thomã 3. pa. q. 74. art. 4.

Nota quòd cum pane fermentato, vel in vaſe ligneo ſacrificari non debet. Item ſine igne & aqua ſacrificari non debet. Item ex aperta malitia, vel nimia deſipientia peccanti parcendum non eſt.

3 Ita vt hic eſt impreſſum habẽt oẽs gloſſę in antiqs libris, verũ nullus fuit Sylueſter viij. & in concil. Triburi. c. 18. vnde ſumptũ eſt ca. vaſa. de cõſecr diſt. 1. ita ſcriptũ eſt: Tũ deinde Vrba. xviij. Papa oĩa miniſteria ſacra fecit argentea: inde ergo reſtitue hãc gloſſam.

4 Leuit. c. 6.

a ¶ *Confeſſus.*] ergo pro conuicto haberi debet. s. de cõfeſſis, cum ſuper. & C. eo. tit. l. vnica.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtionem.*

b ¶ *Fermentato.*] quod quidem non licet: quia ſcriptum eſt: Non in fermento veteri, ſed in azymis ſynceritatis, & c. vnde dicit Hu. 2 q̃ ſi quis conficeret de fermentato pane in eccleſia occidentali, nihil fieret. de conſecrat. diſt. 2. in ſacramento.

c ¶ *Ligneo.*] quod non licet. de conſec. diſtin. 1. vaſa. propter hoc tamen non minus conficeret: quia olim in vaſis ligneis conficiebant ſacerdotes, ſed propter decus eccleſiæ Sylueſter Papa viij. 3 inſtituit, vt vaſa argentea eſſent in eccleſia: vt de conſec. diſt. 1. vaſa. De ære aut aurichalcho. non fiat calix: quia ob vini virtutem eruginem parit, & vomitum prouocat, nec hodie de ligno, vel vitro fieri debet. de conſecra. diſtinctio. 1. vt calix.

d ¶ *Iterans.*] non ſuper his criminibus ſuper quibus inquiſitio facta fuit, ſed ſuper alijs. j. de accuſat. de his. infrà. de collu. cap. vlti. quia crimina ſemel dimiſſa, iterum in vltionem venire non patimur. 24. quæſtio. 4. ſi illic. & de delicto vnius hominis non eſt ſæpe quęrendum. ff. nau. caupo. ſtabu. licet. §. vltimo.

e ¶ *Sine igne.*] quod fieri non debet: quia legitur 4, Ignis in altari meo ſemper ardebit: & ille ignis luxit ſub aqua lxx. annis, qui extinctus fuit Antiocho vendente ſacerdotium Iaſoni. 1. q. 1. ſicut eunuchus. Item nec ſine aqua ſacrificare potuit, ſed vtrunque in calice mixtum eſſe debuit: quia vtrunque de latere Saluatoris exiuit. s. eod. in quadam. de conſecr. diſt. 2. c. 1. & 2. Alios errores de iſto ſacramento habes de conſe. diſt. 2. cum omne crimen.

f ¶ *Nimia deſidentia.*] vnde ei parcendum non fuit: quia ab alijs quærere poterat. 37. diſtin. §. 3. & vlti. & 38. diſtinct. qui ea. & de conſecrat. diſtin. 2. cap. 3. Bern.

inquiſitionis officium iterans [d], ex eius confeſſionibus inueniſti, q̃ idem ſine igne [e] ſacrificabat, & aqua. Cum igitur vel ex aperta malitia, vel nimia deſipientia [f] peccaſſe probetur: Mãdamus, quatenus officio, & beneficio, p̃petuò ipsũ priues.

TITVLVS XLII.

De baptiſmo & eius effectu.

¶ Alexander tertius.

¶ *Licet puer ſit ter merſus in aqua in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: ſi non ſit dictum: ego te baptizo in nomine patris, & c. non eſt baptizatus.*

CAP. I.

Si qs † puerũ ter ĩ aqua immerſerit [g] in noĩe patris, & filij, & ſpiritus ſancti, amen: & non dixerit: ego [h] te baptizo in nomine patris, [i]

† Cap. 1. ti. de baptiſmo puerorũ in 2. cõpila. Et de intellectu vide B. Thomã 3. pa. q. 66. art. 5. & Sotum lib. 4. ſent. diſ. 3. q. 1. arti. 5.

DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

¶ *Viſo de ſacramento Euchariſtiæ, quo nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt. de conſec. diſtin. 2. nihil meritò ſubijcitur de baptiſmo, quod eſt ſacramentum valde neceſſarium, ſine quo nemo poteſt ſaluari. infra eodem maiores. de conſecra. diſtin. 4. cap. firmiſſimè. Tractatur etiam de eius effectu: producit enim tres effectus: nam remittitur culpa: item vitatur dãnationis periculum, & aperitur regnum cœleſte. infra eo. maiores. vide glo. de conſecratione diſtinct. 4. cap. 2. De hac materia habetur de conſecra. diſtin. 4. per totum.*

Si quis.] Casus. patet. Nota q̃ in baptiſmo forma verborum eſt de ſubſtantia ipſius, & ea miſſa nihil agitur.

g ¶ *Immerſerit.*] ideſt, immergendo dixerit, in nomine patris, & filij, &c.

¶ *Glo. ſeq. quęrit. & ſoluit.*

h ¶ *Ego te baptizo.*] nunquid pronomen, ego 5, eſt de ſubſtantia formæ? Non: quia plenum generat ſenſum hæc vox, baptizo, ſine hoc pronomine, ego. arg. de conſec. diſtin. 4. retulerunt? ibi, dicitur: ſi quis ita dicit: baptizo te in nomine patris & filij, &c. baptizatus eſt quia ex quo baptizare intendit, pronomen ibi non ponitur.

5 Vid̃ quos citaui initio decretalis, ex q̃bus intelliges veram eſſe hanc gloſſæ ſententiam.

¶ *Gloſſa ſequens allég. duas concord. ſignat vnum contrarium, & ſoluit.*

i ¶ *In nomine patris.*] de conſec. diſt. 4. in ſynodo multi. Arg. contra. diſt. ca. à quodam. Sol. illa litera, in nomine Trinitatis, intelligitur explicitè & quod ſequitur ibi, in nomine Chriſti tantum, diſpoſitum fuit illud ab Apoſtolis ex cauſa: vt in principio baptizarent in nomine Chriſti 6, in quo verbo intelligitur vnctus, inungens, & per quem vngitur, id eſt, pater filius, & ſpiritusſanctus: ſed hodie non ſeruatur forma illa: tamen ſi aliquis ſic hodie baptizaretur ſub his verbis, baptizatus eſſet: licet fieri non debeat, vt dixit Io. in illo c. à quodam. hæc eſt ergo forma baptiſmi, quæ hic traditur, quam ſeruat eccleſia, & qui omittit hanc formã, nihil agit. j. tit. proxi. veniẽs. ſaluo eo quod dicitur in nomine Chriſti: quia illud intelligit implicitè, qđ eſt in iſta explicitè. Et hoc dicunt quidam dictũ fuiſſe ex cauſa in primitiua eccleſia, vt ampliaretur nomen Chriſti in illo tempore, quod nomen homines abhorrebant tunc: & qđ tunc implicitè dicebatur, in nomine Chriſti, modo explicitè debet dici nominibus trium perſonarum expreſſis, vt dicitur in hac dec. aliàs Nicolaus decepiſſet illos, quibus reſpondit, illos eſſe baptizatos, qui baptizati erant in nomine Trinitatis, vel in nomine Chriſti tãtum in primitiua eccleſia, vt in actibus Apoſtolorum legitur: vt dicitur in c. prædicto à quodam. vbi Hug. manifeſtè comprobat formam, quę hic traditur, oſtendendo cauſam, quare in primitiua eccleſia tempore Apoſtolorum baptizabant in hac forma, in nomine Trinitatis, ſiue in nomine Chriſti tantũ; & Nicolaus in ſua reſpõſione quam fecit in c. à quodam. retulit ſe ad tempus primitiuę eccleſiæ. dixit Hug. q̃ de hac forma q̃ hic traditur, nihil eſt mutãdũ, vel diminuẽdũ ſcđm q̃ notauit de cõſe. di. 4. multi. B.

6 De materia huius gloſſæ, an ſcilicet valeat baptiſmus in nomine Chriſti, vel in noĩe Tinitatis, vide B. Thomã 3. pa. q. 66. ar. 6. & ibi Caietanũ & Sotum lib. 4. ſent. diſtin. 3. q. vnic. art. 6.

¶ *Bapti-*

a ¶*Baptizatus.*] arg. ꝙ vbi aliquid deeſt de ſubſtantia eius, quod exigitur adeſſe rei, nihil actum eſt. argu. 1. q. 7. Daibertum. argu. contra. 3. de ſacra. non ite. c. 1. & vlt. vbi ſupplentur quæ omiſſa erant, ſed illa vnctio non eſt de ſubſtantia ſacramenti.

DE *quibus dubium.*] CASVS. Si de aliquibus ſit dubium, an ſint baptizati, datur forma, quibus verbis præmiſſis debeant baptizari. Nota, ꝙ ratione dubij fiunt, quæ aliàs non fierent.

b ¶*De quibus dubiũ.*] ſic de conſecrat. diſt. 4. ſi nulla. & diſt. 1. ſolemnitates. & cap. eccleſiæ vel altaria. idem & in ordine. 68. diſt. presbyteri quos & ſequenti.

¶*Gloſſa ſequens ponit opi. quam reprobat.*

c ¶*Baptizo.*] dicunt quidam, ꝙ ſi prius fuit baptizatus, eũdem characterem iterare non eſt inconueniens vt reiteretur. arg. illius c. 68. diſt. præsbyteri. quod nihil facit. & dicunt ſimile: quia eadem poſſeſſio ex pluribus cauſis acquiritur. ff. de acquir. poſſ. poſſideri. §. ſi ex pluribus. ſed hoc nõ eſt verum. quia ſi primo baptizatus fuit, nihil ſecũdò additur: ſed ad vocem refertur talis reiteratio: & eſt ſignum ſolummodo ꝙ ſit baptizatus. argu. ad hoc. 68. diſt. cap. presbyteri. §. quia ergo. vbi Gratianus hoc dicit. arg. C. de ind. vid. l. 2. vbi dicitur, ſecundam manumiſſionem nihil addere, vel minuere. Ala.

† Vide B. Thomã. 3. par. q. 66. art. 9. & B. Clementẽ lib. 6. c. 15. cõſti. Apoſtolicarũ.

† Aliàs. baptizentur.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilat. Et pro intellectu & declaratione huius decretalis vide notas noſtras in eã editas.

Matth. c. 15. Luc. c. 22.

& filij, & ſpiritusſancti, amen: non eſt puer baptizatus [a].

¶Idem.

¶*Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, poteſt baptizari forma hic expreſſa.*

CAP. II.

DE † quibus dubium [b] eſt, an baptizati fuerint, baptizantur † his verbis præmiſſis: Si baptizatus es, nõ te baptizo [c]: ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo, & cętera.

Innocentius iij. Arelaten. Archiepõ.

¶*Sacramentum baptiſmi vtiliter confertur paruulis. licet nõ credant, nec intelligant. & remittitur eis peccatum originale. hoc dicit vſque ad. §. verum.*

CAP. III.

MAiores † eccleſiæ cauſas, præſertim [d] articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelliget, qui eum [e] quærenti Domino, quẽ diſcipuli dicerent ipſum eſſe, reſpõdiſſe notabit: Tu es Chriſtus filius Dei viui, & pro eo Dominum exoraſſe, ne deficiat [f] fides eius. ¶Quibuſdam igitur quæſtionibus, quas contra catholicos hæretici mouerant, nos poſtulas reſpondere. Aſſerunt enim paruulis inutiliter baptiſma conferri: quod nituntur probare, illud primò & præcipuè inducentes, quòd cum ſecundum verbum Iacobi Apoſtoli dicentis in epiſtola ſua: Charitas [g] operit multitudinem peccatorum, & iuxtà illud teſtimonium veritatis in Euangelio de peccatrice, quæ ipſius pedes lauerat, perhibentis: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non niſi per charitatem, & in charitate, crimina dimittantur: paruulis, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt, & charitatem non habent, quæ ſentientibus, & conſentientibus tantum infunditur, peccatum non dimittitur in baptiſmo: & infrà. ¶Ad id autem taliter † reſpondemus, quòd † baptiſma circunciſioni ſucceſſit: [h] (Abſit enim, vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperam affirmabat, legem cum Euangelio, & circunciſionem cum baptiſmo ſeruandam: quoniam ſecundum Apoſtolum dicentem ad Galathas: Si circuncidimini [i], Chriſtus vobis nihil prodeſt.) Cum ergo circunciſio tam adultis, quam paruulis ex præcepto [k] Domini conferretur: ne baptiſmus, qui ſucceſſit loco ipſius, & generalior tamen exiſtit, cum † tam viri, quàm fœminæ [l] baptizentur, minoris videatur effectus, tam adultis, quàm paruulis eſt conferendus. Sicut enim ſine diſtinctione qualibet Moſaica lex clamabat: Anima, cuius pręputij ca-

Luc. 7.

† Aliàs ita: tibi reſpõdemus.

† Hic locus ex antiqs exemplaribus eſt reſtitutus, vt eſt impreſſus, nã in vulgatis ꝑperã legiẽ ita: ꝙ cum baptiſma ſucceſſerit circũciſioni. & c. in quibus nullo pacto cohæret oratiõis ſeries, vt ſequẽtia indicant.

Gala. 5.

† Alias ita: & tam viri &c. ſed lectio, quam retinuim⁹, ſanior eſt.

MAiores.] Diuiditur decret. hęc tota in duas partes: Primò ponit exordium, probans magnas quæſtiones, maximè fidem tangentes, referendas eſſe ad Papã: Secundò: ibi, *Quibuſdam.* ponit epiſtolam, quæ quatuor habet partes, ſicut quatuor ſunt quæſtiones: Secunda: ibi, *Verum.* Tertia: ibi, *Sed adhuc.* Quarta: ibi *Item quæritur.* Prima ſubdiuiditur. Primò ponitur hæreticorum obiectio duabus auctoritatibus munita. Secunda: ibi, *Ad id.* ipſius ſolutio. Tertia: ibi, *Cæterum.* auctoritatibus reſpondet. Abbas.

CASVS. Quidam hæretici fecerunt quaſdam quæſtiones catholicis: archiepiſcopus Arelaten. poſtulauit dominum Papam illis quæſtionibus reſpondere: dicebant enim, ꝙ paruuli inutiliter baptizantur, ad quod probandum inducebant auctoritatem beati Iacobi Apoſtoli dicentis, Charitas operit multitudinem peccatorum: & auctoritatem Euangelij de peccatrice quæ lauit pedes Domini dicentis: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum: ſed non niſi per charitatem, & in charitate crimina dimittuntur, & paruuli nec ſentiunt, nec cõſentiũt, nec charitatẽ habent: quæ tñ ſentientibus, & conſentientibus infunditur, & ita paruulis peccatũ non dimittitur in baptiſmo. Ad quod rñdet Papa, ꝙ baptiſma circunciſioni ſucceſſit, ſed abſit, vt in illam hæreſim incidamus, q̃ aſſerit, legem cum Euangelio, & circunciſionem cum baptiſmo ſeruandã: quia dicit Apoſtolus: Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis ꝓdeſt: Sed circũciſio & paruulis & adultis cõferebaẽ, & baptiſmus q̃ ſucceſſit loco illius, generalior eſt: & cũ tã viri q̃ fęminæ baptizentur, non dẽt eſſe minoris effectus: & ita tã paruulis quam adultis eſt conferẽdus: ſicut. n. in veteri lege dicebatur, Anima cuius præputij caro circunciſa non fuerit: peribit de populo Dei: ita nunc dicitur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum Dei, ab iſta generalitate nec ſexus, nec ætas excipitur. Verumtñ notandũ eſt, quantum plus hodie baptiſmus conferat Chriſtianis, quam Iudæi circunciſio olim contuliſſet: In fine auctoritatis prædictæ, anima cuius. &c. dicitur, peribit de populo ſuo: In auctoritate Euangelij dicitur: non intrabit in regnum Dei: Olim ꝑ circunciſionẽ licet culpa originalis peccati dimitteretur, & periculũ vitaretur: non tñ perueniebatur ad regnum cęlorum: ſed per baptiſmum culpa remittiẽ, vitatur periculum, & ad regnum cœlorum peruenitur, qđ omnib. vſq; ad mortẽ Chriſti fuerat obſeratum: Abſit enim, vt vniuerſi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moriẽ, quin Deus aliquod remedium illis ꝓcurauerit ad ſalutem: prædictæ verò auctoritates, quas inducebant hęretici, intelligendę ſunt de adultis, qui habent multitudinem peccatorum, q̃a de paruulis nõ poſſent intelligi, qui peccato tãtum originali grauanẽ: & eodem modo illa auctoritas: Qui crediderit & baptizatus fuerit; tota intelligitur de adultis, cum paruuli nõ poſſint credere, ſed adulti. No. ꝙ cum de articulis fidei dubitatur, ad Romanam ſedem eſt recurrendũ. Item baptiſmus loco circunciſionis ſucceſſit. Item per circunciſionem peccatum originale dimittebatur. Item ianua paradiſi ĩ morte Chriſti fuit aperta: & per hoc approbatur: ꝙ antiquitus ſancti Patres deſcendebant ad inferna [1]. Item licet Chriſtus mortuus ſit pro omnibus quo ad ſufficientiã: tamen prædeſtinatis tantum quo ad efficientiam. Item vniformis debet eſſe intellectus cuiuslibet auctoritatis.

1 Ideſt, ad ſinũ Abrahæ, vbi ſupnæ pacis ingreſſum ſpe felici expectabant, vt ait Beda ſup Euangel. Luc. 2.

d ¶*Cauſas præſertim*] 17. diſt. huic ſedi. & 24. q. 1. quotiens.

e ¶*Eum.*] id eſt, Petrum.

f *Ne deficiat.*] Ex hoc patet ꝙ eccleſia non poteſt eſſe nulla. 23. q. 1. pudenda. in fi. vbi Augu. hoc probat. ad idem. 21. diſt. c. 1. ad fi. in verſi. ergo pro te rogaui, & cætera.

g ¶*Charitas operit.*] Hæc eſt prima obiectio hæreticorum, ꝙ ſi non habuerimus charitatem, etiam ſi ſanguinem noſtrum effuderimus, & noſtram ſubſtantiã totã dederimus pauperibus, magis tormenta ſunt quàm corona victoriæ. 1. q. 1. vide quantum bonum. vnde dicitur charitas recta voluntas, bonis terrenis, ac ſumptibus ſemper aduerſa. de pœni. diſt. 2. charitas.

h ¶*Circũciſioni ſucceſſit.*] q̃ ſuppleat vicẽ baptiſmi in paruulis, qui erant de ſtirpe Abrahæ: in alijs autem ſupplebat fides parentum. de conſecra. diſtinctio. 4. quod autem apud. & cap. ex quo.

i ¶*Circuncidimini.*] 28. q. 1. ſic enim. circa fin. per vnam colũ. ver. ecce ego Paulus: &c.

k ¶*Ex præcepto.*] in veteri teſtamento.

l ¶*Fœminæ.*] Sed circunciſio ad fœminas [2] non pertinebat, ſed offerebantur. 28. diſt. in templum. & ibi nomen imponebatur. vnde baptiſmus generalior eſt.

2 Vide Magiſtrũ ſenten. libr. 4. diſt. 1. §. q̃ritur autẽ, & ibidem alios doctores & B. Thomã 3. part. q. 70. art. 2.

ro circuncisa non fuerit, peribit,[a] de populo ſuo: ita nũc ĩdiſtinctè vox intonat Euãgelica: Niſi q̃s renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit[b] in regnum Dei: ab hac generalitate nec ſexum, nec ætatem excludens[c]. Cautè tamen notandum eſt, quantum plus baptiſmus hodie conferat Chriſtianis, quàm quondã Iudæis circuncisio contuliſſet; dictum eſt in fine prædictæ auctoritatis inductæ de veteri lege, peribit de populo ſuo, In Euãgelica verò auctoritate ſubiũctũ eſt: Non intrabit in regnũ Dei. quoniam etſi originalis culpa[d] remittebatur per circũciſionis myſterium, & dãnationis periculum vitabatur, non tñ perueniebatur ad regnum cœlorum quod vſque ad mortẽ Chriſti fuit omnibus obſeratũ † ſed ꝑ ſacramẽtum baptiſmi Chriſti ſãguine rubricati culpa remittitur, vitatur periculũ, & ad regnum cœlorũ ẽt peruenitur[e], cuius ianuã Chriſti ſãguis fide lib9 ſuis miſericorditer reſerauit.[f] Abſit eñ vt vniuerſi paruuli pereãt, quorũ quotidie tãta multitudo moritur, quin & ipſis miſericors Deus, q̃ nemině vult perire, aliquod remediũ ꝓcurauerit ad ſalutẽ. ¶Cæterũ ex ui litoræ ſatis patet, ꝓdictas auctoritates[g] intelligẽdas eſſe tantũmodo de adultis, qui habent multitudinẽ peccatorum: cum de paruulis nõ poſſit † intelligi, qui peccato tm̃ originali tenentur. Similiter & illa auctoritas eſt ſoluendã: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, & cætera[h]: cum non poſſint credere paruuli, ſed adulti: & ob hoc tota auctoritas[i] hic † intelligenda eſt de adultis: ne ad alios prima, & ad alios ſecũda clauſula referatur: quamuis nõ nulli concedant q̃ paruuli credunt, non ꝑ vſum, ſed ꝑ habitũ fidei, quem ſuſcipiũt in baptiſmo: ſicut & alia multa verba, ſecundum cõmunem vſum loquendi non ad actũ, ſed ad aptitudinẽ[k] referũtur: ¶Illud † verò qđ opponẽtes inducunt, fidem, aut charitatem, aliasque virtutes paruuli, vt pote nſi cõſentientibus, nõ infundi, à pleriſq; nõ cõcedit abſolutè[l] cũ ꝑ hoc inter doctores theologos q̃ſtio referat: alijs aſſerentibus ꝑ virtutẽ baptiſmi paruulis q̃dẽ culpã remitti, ſed gr̃m nõ cõferri: nõnullis dicẽtib. dimitti † peccatũ, & virtutes ĩfundi habẽtib. illas quo ad habitũ,

¶Gloſſ. ſeq. alleg. 2. concor. ſignat vnum contrarium. & ſoluit dupliciter.

a ¶*Peribit de populo.*] Hic colligitur q̃ per circunciſionem ſaluabantur in veteri teſtamento. ſic de conſecr. diſtin. 4. q̃ apud. & c. ex quo. Sed contra de pœ. diſt. 1. §. item vt Chriſtus ait in fine, vbi dicitur, q̃ circunciſio data eſt Abrahæ in ſignum iuſtitiæ, non in cauſam iuſtificationis. Sed illud intelligitur quo ad ipſum Abraham, qui iam iuſtificatus erat, & non quo ad alios. vel exponitur illa litera, & ſuppletur ibi, ſolum vel tantum. Ber.

b ¶*Non intrabit.*] De conſecr. diſt. 4. firmiſſimè Ber.

c ¶*Aetatem excludens.*] Immo includit, quoniam ſub nomine maſculino dum dixit, niſi quis renatus fuerit, & c. fœmina comprehenditur. ff. de verb. ſign. l. 1. & de pœn. diſt. 1. ſi quis cum telo.

d ¶*Culpa remittebatur.*] id eſt originale peccatum, non tñ penitus adhuc eſt ſublatum, i ſed manet in nomine, non tamen obeſt. de cõ ſec. diſt. 4. c. 2.

e ¶*Peruenitur.*] de cõ ſe. diſt. 4 per aquam.

f ¶*Reſeruauit.*] de cõ ſe. diſt. 4. propriè.

g ¶*Auctoritates.*] ſcilicet Iacobi, ſcilicet charitas operit multitudinem, &c. & illam in Euangelio de pecca trice, dimiſſa ſũt ei, &c.

h ¶*Et cætera.*] ſcilicet, ſaluus erit. Qui autem non crediderit nec baptizatus fuerit, condemnabitur.

¶Glo. ſequens alleg. vnam concor. & vnum contrarium.

i ¶*Tota auctoritas.*] vniformis enim debet eſſe cuiuslibet auctoritatis intellectus. arg. 16. q. 7. & hoc dicimus. Argu. contra. 3. q. 4. hi qui.

k ¶*Ad aptitudinem.*] Sicut & illud participium, retinens, quod ponitur in deſcriptione matrimonij, ad aptitudinem nõ ad actum refertur; quæ habetur 27. q. 2. §. 1. Matrimonium eſt coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam vitę conſuetudinẽ retinens intellige quamuis non retineatur quo ad actum, tamen quo ad aptitudinem retinetur, ſicut conſueuit dici de iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. l. iuſtitia. ſecundum q̃ iuſtitia eſt in creatura.

ILLVD VERO. Opponebant prædicti heretici fidem, aut charitatem & alias virtutes paruulis non infundi: quia nõ conſentiunt: ſed iſtud non ſimpliciter conceditur, cum inter theologos q̃ō referatur: Quidam dicunt, per virtutem baptiſmi paruulis culpam remitti, ſed gratiam non conferri: Alij dicunt, & peccatum dimitti, & virtutes infundi quo ad habitũ, non quo ad vſum habentibus eas, quouſq; ꝑuenerint ad ætatẽ adultam: Sed ex hac reſponſione quidam viam inueniunt ad alias queſtiones, ex eo quòd dicitur, paruulis in baptiſmo peccatum dimitti originale: dicunt eadem ratione adultis, dormientibus, & amentibus ſi baptizentur peccata dimitti, quia cum nec iſti nec illi tunc ſentiant vel diſſentiant, idem iudicium eſt habendum: Sed hic Papa dicit, diſtinguendum: Peccatum duplex eſt: originale, & actuale: Originale quod ſine conſenſu contrahitur, ſine conſenſu remittitur, per baptiſmum: Sed actuale quod conſenſu contrahitur ſine conſenſu non relaxatur. Sed adhuc quæritur, quare dormientibus & amentibus originale peccatum non dimittitur in baptiſmo ſicut paruulis? Ad hoc reſpondet Papa: Dominus qui totum hominem ſanum fecit in ſabbato. opus imperfectionis non nouit: & ideo peccata non ex parte, ſed ex toto dimittit: præterea pœna originalis peccati, eſt carentia viſionis Dei, pœna vero actualis eſt cruciatus perpetuus, vnde ſi primum dimitteretur alicui altero non dimiſſo, talis non careret viſione Dei propter originale dimiſſum, & cruciaretur perpetuo propter actuale: Sed hæc tã quàm incompaſſibilia ſe non compatiuntur, imo aduerſantur. Item quæritur in §. iſto, vtrũ dormientibus & amentibus ſi baptizentur, ſaltem character imprimatur, vt excitati à ſomno, vel ęgritudine liberati, nõ ſint vlterius baptizandi? Ad hoc dicunt quidam, q̃ ſacramenta quæ per ſe ſortiuntur effectum: vt ordo, baptiſmus, & conſimilia: non ſolum dormientibus & amẽtibus: ſed etiam inuitis, & cõ tradicentibus conferuntur, & ſi non quantum ad rem, id eſt quantum ad remiſſionem peccatorũ, tamen quantum ad characterem, cum & paruuli qui nõ conſentiunt, & ficti, qui non ore, corde tamen diſſentiunt, recipiant ſacramẽtum. Sed iſtis opponitur. ſi iſti fuiſſent inuiti & reluctantes immerſi, ſaltem ratione ſacramenti ad iuriſdictionem eccleſiæ pertinerent, vnde compellendi eſſent ad fidẽ ſeruandam: Sed iſtud eſſet incongruum chriſtianæ religioni, vt inuitus & contradicens compelleretur ad fidem: vnde diſtinguendum eſt inter inuitum & inuitum, coactum & coactum: Si enim aliquis terroribus atque ſupplicijs violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptiſmum ſuſcepit, talis characterem ſuſcipit ſacramenti, ſicut ille qui ficte baptizatur: vnde cogendi ſunt ad obſeruationẽ fidei: in quo caſu debet intelligi decretum Toletani concilij, ne nomen Domini blaſphemetur: & fides quam ſuſceperunt contemptibilis habeatur. Sed ille qui non conſentit, & penitus contradicit, nec ſacramentum nec effectum recipit ſacramenti: ſicut nec ille peccatum incurrit qui thurificare idolis cogitur violenter: Dormientes autem & amentes, ſi antequam dormirent, vel antequam amentiam incurriſſent, in contradictione perſtitiſſent. ſi fuerint ſic baptizati, characterem non ſuſcipiunt ſacramenti, quia adhuc intelliguntur in contradictione perſiſtere: Secus autem eſſet, ſi prius cathechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi: vnde tales cathecumenos conſueuit eccleſia in neceſſitate baptizare: tũc enim character imprimitur, cum obicem voluntatis contrariæ ſacrmentalis operatio nõ inuenit obſiſtentẽ. Nota q̃ de ſimilib. ſimile debet eſſe iudicium. Item particulariter non dimittitur peccatum: quia aut totum remittitur, aut nihil. Item pęna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei, pęna auctualis eſt ghennæ cruciatus. Item duo contraria in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt. Item baptiſmus & ordo conſenſu accipientium conferuntur, ſi non contra dicant expreſſe. Item coacta voluntas, voluntas eſt: & qui tali voluntate aliquid facit, valet & compellitur illud ſeruare: vt hic dicitur: qui vero ſimpliciter cogitur attractus violenter, nihil agit per talem coactionem. Item plus eſt expreſsè contradicere, quàm minime conſentire.

l ¶*Abſolutè*] id eſt indifferenter.

Gen. 2.

Ioan. 3.

1 Hoc intellige ꝑ ut diffiniuit cõciliũ Tridẽ. ſeſſ. 5. in decreto de peccato originali. §. ſi quis ꝑ Ieſu Chriſti.

Gen. 17.

Leui. 12.

† Id eſt clauſum. ĩ multis vulgatis mendoſe legitur obſeruatũ.

† Poſſent. ſed forte legẽdum, poſſint.

Matth. c. 18.

† Hæc.

† Vide B. Thomã 3. part. q. 69. arti. 6.

† Aliàs ita: & dimitti, &c.

¶Ex

non quo ad vſum, donec perueniant † ad ætatem adultam.

† peruenerint.

¶ *Originale peccatum, quod ſine conſenſu contrahitur, remittitur in baptiſmo etiã non conſentienti, vt paruulis: ſecus de actuali: quia ſicut non committitur ſine conſenſu, ita non relaxatur ſine conſenſu. h. d. vſque ad §. ſed adhuc. Abbas.*

¶ Verum quidam ex hac ſolutione [a] inueniſſe ſe credunt viam ad aliàs quæſtiones, argumentantes ex eo, quòd dicimus, paruulis in baptiſmate peccatum originale dimitti, ꝙ & adultis dormientibus, vel amentibus peccatum (ſi baptizentur) ratione ſimili dimittatur. cum enim neutri ſentiant tunc, vel conſentiant, dicunt idem in conſimilibus [b] iudicandum. Hic verò dicimus diſtinguendum, quòd peccatum eſt duplex [c], originale, ſcilicet & actuale: originale quòd abſque conſenſu contrahitur: actuale quod committitur cum conſenſu. Originale igitur, quod ſine conſenſu [d] contrahitur, ſine conſenſu per vim remittitur ſacramenti; actuale verò, quod † conſenſu contrahitur, ſine couſenſu minimè relaxatur.

†Aliàs ita: quod cum conſenſu contrahitũ, &c.

¶ *Licet in baptiſmo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamẽ cõſentire nõ poſſunt: in adultis tamè amentibus vel dormiẽtibus, qui non conſentiunt baptiſmo, non dimittitur actuale: & item etiam nec originale. hoc dicit.*

¶ Sed adhuc quæritur, quare non ſaltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptiſmo, ſicut paruulis, dimittatur? Ad hoc eſt taliter reſpondendum, quòd dominus, qui totum hominẽ ſaluum † fecit in ſabbato, opus imperfectionis [e] non nouit, & ob hoc peccata non ex parte [f], ſed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati, eſt carentia viſionis [g] Dei, actualis verò pœna peccati, eſt gehennæ perpetuę cruciatus; vnde ſi dimitteretur alicui primum, altero non dimiſſo, talis non careret viſione Dei propter originale [h] dimiſſum, & cruciaretur in gehenna perpetuò, propter reatum criminis actualis; ſed hæc tamquam incompaſſibilia [i] † ſeſe minimè patiũtur, imo ſibi mutuo aduerſantur.

† ſanũ, lẽgĩt vt plurimum in antiqs codicibus.

† Aliàs. in cõpoſſibilia.

¶ *Amentes, vel dormientes baptizati, ſi ante dementiam, vel dormitionem baptizari volebant, characterẽ ſuſcipiunt: aliàs ſecus: coacti verò cauſatiuè ſuſcipiunt. hoc dicit vſque ad finem.*

¶ Item quæritur †, vtrum dormientibus, & amentibus ſacramenti ſaltem character in baptiſmate imprimatur, vt excitati à ſomno, vel ab ægritudine liberati, non ſint denuò baptizandi. Sunt autem nonnulli, qui dicunt ꝙ ſacramenta, quæ per ſe [k] ſortiuntur effectum, vt baptiſmus, & ordo, cæteraque ſimilia, non ſolum dormientibus, & amentibus, ſed inuitis & contradicentibus etſi non quantum ad rem [l], quantum tamen ad characterem conferuntur: cum nõ ſolum paruuli, qui non conſentiunt, ſed & ficti [m], qui quãuis nõ ore corde tamen diſſentiunt, recipiant ſacramentum. Sed opponitur talibus, quòd qui † fuiſſent inuiti, & reluctãtes immerſi, ſaltem ratione ſacramẽti ad iuriſdictionem eccleſiaſticam pertinerẽt: vnde ad ſeruandam regulam fidei Chriſtianæ forent rationabiliter compellendi. verum id eſt religioni Chriſtianę † contrariũ [n], vt ſẽper inuitus, & peni-

† Vide B. Thomã 3. par. q. 80. art. 9.

†Aliàs quãuis.

† Vide B. Thomã 2. 2q.10.art. 8. & ibidẽ Caietanũ.

a ¶ *Ex hac ſolutione.*] Et ita oritur quęſtio ex ſolutione. ſic ſ.de vo.ex multa.

b ¶ *In conſimilibus.*] Arg.quòd de ſimilibus ſimile iudicium debet eſſe. ſ.de reſcrip.inter cæteras.& ſ. de transla. inter corporalia.& ſ.de re iu. in cauſis. & ff. de legi. non poſſunt.& C. de leg.l.vlt.& ſ.de confir.vti.cum dilecta. qa vbi eadem ratio, & idẽ ius: vt ibi.& ſ.tit.proxi. cum Marthæ.§.fina.

c ¶ *Duplex.*] De conſecr.diſt.4. non ex quo.

d ¶ *Sine conſenſu.*] partium.j.de regu.iur. omnis res. ſim. de conſe.diſt.4.filius. Dei.

SED ADHVC. Diuiditur iſte §. Secunda.pars ibi, Ad hoc. Ab.

e ¶ *Opus imperfectionis.*] Duplicitatis enim Deus aſpernator eſt. 22.q.5. qui peierare paratus eſt. §. ex his omnibus.

¶ *Glo.ſeq.arg. alle.2.iura in cõtrarium. Demũ elicit tria argumenta.*

f ¶ *Ex parte.*] de conſe. diſt. 4. regenerante. & de pœ.diſ.3. ſunt plures. Et eſt. arg. ꝙ ſi aliquis excommunicatus eſt pluribus excommunicationibus, ſi abſoluatur, omnino eſt abſolutus. Sed eſt arg.contra.j.de ſent. excomm. cum pro cauſa. 2. q. 3. c.ſi quem.§.præuaricator. ver. ſi crimina plura. Item arg. ꝙ nihil reputatur actum dum aliquid ſupereſt ad agendum. 7.q.1. nihil 38. diſtin. quæ ipſis. C. ad Sylla.l.vlt. Et arg. ꝙ ſẽtẽtia non debet pro parte valere, & pro parte non valere. ff.famil. erciſ.in hoc iudicio 1. Item non valet pro parte aliquid fieri, niſi in totum fiat. ff.de procu. in cauſæ. ff. pro derelicto. l. 3. ff. de tranſact. cum hi. ſic nec liberatur pignus, licet de parte debiti ſit ſatisfactũ. C. de diſtra. pig. quandiu. Et qui aliquid debet facere, faciẽdo pro parte non liberatur 2. ff.de verbo. ob. in executionibus.§.pe. Et impietas eſt, ab eo qui iuſtus eſt dimidiam ſperare veniam, vt in præalle.§.ſunt plures,

ADDITIO. Vnde verſus.

Larga Dei pietas veniam non dimidiabit.
Nam nihil aut totum te lachrymante dabit.

1 De hoc ſ.de cõuerſa.coniug. ca. placet. Io.And.

2 De hoc infra de pę.ſuã.Io.An.

3 Ita videtur ſenſiſſe aliquando B. Auguſtinus, cuius eſt hæc auctoritas, ſed vide latè p Sotum lib. 1. de natura, & gratia. c.14. & libro 4. ſen. diſt. 45. q. 1.ar.2.

4 De hoc in cõſtitutione Benedictus. Io. And.

g ¶ *Carentia viſionis.*] Paruuli enim qui ſine baptiſmo decedunt in tenebris manent. de conſe.diſt.4. nulla præter.& pęna illa mitiſſima eſt omnium.de conſe.diſt.4. regenerante. & tamen ſempiterno igne 3 puniuntur.diſ.ea.firmiſſime.Sed mitis dicitur pœna illa carentia viſionis reſpectu aliarũ: ſed mors perpetua dicitur.30.q.1.ad limina.Ber.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, & dupliciter ſoluit.*

h ¶ *Propter originale.*] Sed nonne propter actuale debetur carentia viſionis Dei adulto 4. Quid ergo expedit originale dimitti cum etſi dimittatur, tamen debetur carentia viſionis Dei ob aliud, ſcilicet actuale: nã & vbi aliquid debetur ex pluribus cauſis, vna remiſſa, alia petitio reſtat: vnde qui repudiauit ſucceſſionem per, vnde liberi admittitur ad ſucceſſionem per, vnde cognati. ff. de ſucc. edi. l. 1. §. ſed & videndum. & ar.ff. de ſer. vrb. prædio.ſi domus. arg. pro & cõtra.ſ.de cauſa poſ. paſtoralis.& ſ.de iudic. examinata? Sed poteſt dici, ꝙ hæc rõ ſuperficialis, ẽ & prima verior eſt: quia Deus opus imperfectionis non nouit: quia in baptiſmo omnia crimina dimittuntur.de conſe.diſtin. 4.regenerante. Vel diuerſifica. pro actuali re uera debetur non ſolum carentia viſionis Dei: ſed & maior pœna, & ita non directe: ſed pro originali debetur tantum carentia viſionis Dei directè: & ſic non prodeſt dimiſſio originalis peccati, cum poſtea actuale ſuperuenit tanquam maius, de quo non pœnituit: quia qui peccat in vno, factus eſt omniũ reus. j.de regu.iur. defleat. Sed paruuli nullum peccatum habent actuale, & ideo non eſt ſimile de amentibus & dormientibus, qui originali & actuali grauantur, & ideo etiam originale non tollitur: quia non prodeſſet: nec debet probari, quo probato non prodeſt. C. de probatio. ad probationem.& ſ.de offi. deleg. cum contingat. in illa gl. quæ incipit, nota ꝙ non debet.

¶ *Gloſſ.ſeq.ar.alleg.2.iura.*

i ¶ *Incompaſſibilia.*] Argu. ꝙ eadem res non operatur contrarios effectus. 57.diſtin. ſi quis in ægritudine. præſumitur enim ibi ꝙ peccata non ſint dimiſſa ei, qui timore ægritudinis baptizatur: quæ præſumptio non tollitur per baptiſmum, cum baptiſmus ipſam inducat: vnde non operatur hos contrarios effectus. ſic eadem res non parit obligationem, & liberationem. ff. de ſol. qui hominem.§.vlt.

ITEM QVAERITVR. In prima ponitur quæſtio. In ſecunda: ibi, *Sunt autem.* quorundam opiniones. In tertia: ibi. *Sed opponitur.* illi quæſtioni opponit. In quarta: ibi, *Propter quod.* opinionis veritatem exprimit. In quinta: ibi, *Dormientes.* principaliter quæſtionem ſoluit. Abbas.

k ¶ *Quæ per ſe ſortiuntur.*] ideſt, abſque conſenſu accipientis. Lau.

l ¶ *Ad rem.*] id eſt, quantũ ad ſolutionem peccatorũ. Ber.

m ¶ *Sed & ficti.*] vt 1.q.1.ſicut ficti.& de conſec.diſt.4. ſolet quæri. Ber.

¶ *Glo.ſeq.alleg.tres concor.ſignat vnum contrarium, & dupliciter ſol.*

n ¶ *Contrarium.*] Argu. ꝙ ad fidem nullus debet compelli

tus contradicens, ad recipiendam & ſeruandam Chriſtianitatem aliquis compellatur. Propter † quod inter inuitum, & inuitum, coactum & coactū, alij non abſurdè diſtingunt: ꝙ is, qui terroribus atque ſupplicijs violenter attrahit, & † ne detrimentum incurrat, baptiſmi ſuſcipit ſacramentum, talis (ſicut & is qui fictè ad baptiſmum accedit) characterem ſuſcipit Chriſtianitatis impreſſum, & ipſe tamquam conditionaliter [a] volēs, licet abſolute non velit, cogendus eſt ad obſeruantiam † fidei Chriſtianæ: in quo caſu debet ītelligi † decretum cōcilij Toletani [b] †, vbi dicitur ꝙ qui iam pridem ad Chriſtianitatē coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus † religioſiſſimi principis Siſibuti: quia iam conſtat eos ſacramentis diuinis aſſociatos, & baptiſmi gratiam ſuſcepiſſe, & chriſmate vnctos eſſe, & corporis Domini extitiſſe participes: oportet etiam, vt fidem quam neceſſitate ſuſceperūt †, tenere cogantur: ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur. Ille verò qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit: nec rem nec characterem ſuſcipit ſacramenti: quia plus eſt [c] expreſsè contradicere quàm minime conſentire: ſicut nec illę notam alicuius reatus † incurrit qui contradicens penitus, & reclamãs thurificare idolis cogitur violenter. ¶Dormientes autem, & amentes, ſi priuſquam amentiam incurrerent, aut † dormirent, in contradictione perſiſterent: quia in eis intelligitur contradictionis ꝑpoſitum perdurare [d]: etſi † fuerint ſic immerſi, characterem nō ſuſcipiunt [e] ſacramenti: ſecus autem ſi prius catechumeni extitiſſent, & habuiſsēt propoſitum baptizandi, vnde tales [f], in neceſſitatis articulo, conſueuit eccleſia baptizare. Tunc ergo characterem ſacramentalis imprimit operatio, cum obicem voluntatis contrariæ non inuenit obſiſtentem [g].

¶ Idem Meteñ. Epiſcopo.

¶Nemo poteſt ſeipſum baptizare, etiam inſtante neceſſitatis articulo.

CAP. IIII.

Debitum †: & infrà. ¶Sanè intimaſti, quod quidam Iudæus in mortis articulo conſtitutus, cum inter Iudæos tantum exiſteret in aquam ſeipſum immerſit, dicendo: ego baptizo me in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti amen: & infrà. ¶Reſpondemus, ꝙ cū inter baptizantem, & baptizatum debeat † eſſe diſcretio [h], ſicut ex verbis Domini colligitur, dicentis Apoſtolis: Ite †, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti: memoratus Iudęus eſt denuo ab alio baptizandus: vt oſtendatnr, quòd alius eſt qui baptizatur, & alius qui baptizat. Ad quod etiam deſignandum ipſe Chriſtus,

inuitus: ſed ſicut libera voluntate petijt, ita libero arbitrio cōuertatur. 45. diſt. de iudæis. & c. qui ſyncera. & 23. q. 5. ad fidē. Arg. contra 23. q. 7. cap. 1. vbi dicitur, ꝙ Paulus coactus venit ad fidem. Sed illud diuino iudicio fuit factum, cuius facta ad conſequentiam trahi non debent: ſpeciale in ipſo fuit. vel ita: Paulus pſequebat̃ fideles, & inter ipſa flagella mutatus fuit, & fact⁹ volens 23. q. 4. diſplicet. verſ. qualiter Paulus. &

¶Glo. ſeq. ar. pro, & ſoluit, ponit opinionem Io.

a *¶Conditionaliter voles.*] Et ſic coacta volūtas, volūtas eſt. 15. q. 1. merito quærit. & ita coactio cōditionalis non impedit ſacramētū baptiſmi, vt hic patet: ſicut nō impedit ſacramentū ordinis. 74. diſt. vbi iſta. 45. diſ. de Iudæis neq; ſacramentū matrimonij. 22. q. 4. inter cætera. & j. de ſpon. veniens. talia enim iuraméta ſine interitu ſalutis æternæ poſſunt ſeruari. s̃. de iureiur. ſi vero. c. cum cōtingat. impedit tñ matrimonium ſpirituale. s̃. quod met. cauſa. perlatum. ſed ibi fuit iuſtus metus mortis, ſcilicet qui cadit in cōſtantē virum, in prædictis vero concor. non fuit metus q caderet in cōſtantē virū, ſed coactio qdã cōditionalis, quæ non impedit matrimonium ſpirituale ſiue carnale; qa idē eſſet in vtroq;. Sed nunquid ille q cōditionali coactione recipit ordinē, tenetur cōtinere? bene videtur ꝙ ſic: qa coacta voluntas eſt voluntas. 15. q. 1. merito. maxime ſi dicatur ꝙ votum eſt annexū ordini. 38. diſt. diaconi. & 84. diſ. cū in pterito. Satis videt̃ ꝙ cōtinere cōpellat̃, qa licet quodãmodo inuitus ordinem ſuſceperit, volēs tamen fuit: vnde ratione illius indirectæ voluntatis cogitur continere. Io. dixit 1 ꝙ non cogitur, quia integritas corporis res eſt voti, & nō pcepti. 23. q. 1. integritas. & s̃. qd met. cau. perlatū. nam continentia non eſt niſi voluntaria. 31. diſt. ante triennium. & arg. 20. q. 3. præſens clericus. & ſic ordinatus non habet priuilegium clerici: ſi tamen vult vti eo, poteſt. ſecus dicit in baptiſmo, quia illud eſt ſacramentum neceſſitatis. ſimiliter non valet teſtamentum eius qui inuitus teſtatus eſt. vel ſi teſtes teneantur inuiti. ff. de teſta. qui teſtaméto. §. vltim.

b *¶Concilij Toletani.*] 45. diſ. de Iudæis. cuius verba hæc sūt.

c *¶Plus eſt.*] ſic. j. de ſimo. ſicut. & j. de homi. Petrus. & 1. q. 4. quia præſulatus. arg. ff. de arbi. non cogendum. in fi. C. de filijsfa. l. 1. lib. 10. ſimile eſt in perſonis coniunctis, quæ agere poſſunt ſine mandato. s̃. de reſcrip. nonnulli. & c. ex parte. ff. de procura. Pomponius ad fi. ſed cōtra mandatum non poſſunt. ff. eo. ſed & hæ perſonæ.

¶Glo. ſeq. quærit arg. pro ſecundo obijcit, & ſoluit.

d *¶Perdurare.*] Simile. j. de ſent. excom. à nobis. nam ſemper durare præſumitur volūtas, niſi probetur mutata. s̃. de his quę vi metusve cauſa fiunt. perlatum. ff. de proba. cum. q. & ff. de le. 2. l. Lucius. in fi. Sed qd ſi quis ab infantia fuit amens: nunquid prodeſt ei ſi baptizetur? ar. ꝙ ſic. ff. de lega. 2. cum pater. §. de ſurdo. qa pinde habetur ac ſi nunc ſit infans. qa nullo peccato grauatur niſi originali. 3. q. 9. indicas. Sed quare amēs, vel dormiens nō recipit ſacramētū baptiſmi, & ille qui coactione abſoluta cogit̃, cū in baptiſmo nō requirat̃ intētio baptizati, ſed baptizantis. 1. q. 1. ſicut ficti. & de conſec. diſt. 4. ſolet? Hæc qō quã mouet hic Io. ſoluit̃ ꝑ literã, qa amēs & dormiēs qui ante catechumeni fuerūt recipiunt bene ſacramētū: qui verò ſemp inuiti fuerunt & cōtradixerunt, nō recipiūt: vnde adhuc pſumūtur inuiti, & nemo inuitus ad fidē cōpellit̃: vt dicit s̃. & c. ſicut ficti. & c. ſolet. nō contradicūt. qa illi ore exprimunt, licet corde diſſentiãt, & ideo ſacramentū recipiunt 2, qa eccleſia dare ītēdit. ſed tale ſacramentū non ꝑdeſt ad remiſſionē peccatorū, niſi cum fictio illa receſſerit. de conſe. diſt. 4. tunc valere.

e *¶Non ſuſcipiunt.*] ſed qd ſi excitati à ſomno ratū habeat? Non prodeſt: quia nihil recipit: & ideo nō eſt quod ratum habeat, ſed iterum baptizetur. Ber.

f. *¶Tales.*] ſcilicet catechumenos.

g *¶Obſiſtentem.*] Simile de conſe. diſ. 4. quęris à me. ff. ad ſe. cōſul. Ma. ſi filius. & ff. de acquir. hęred. l. qui in aliena. §. ſi is. Ber.

Debitum.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Reſpondemus*, Abbas Siculus.

Casvs. Quidam Iudæus in mortis articulo cōſtitutus, cū īter Iudæos exiſteret, nec aliquē Chriſtianū habere poſſet, ſeipſū in aquam immerſit, dicendo, ego baptizo me in nomine patris & filij & ſpiritus ſãcti, amē: qritur an iſte ſacramentum baptiſmi receperit? Rñdet Papa, ꝙ cum inter baptizatē & baptizatum debeat eſſe diſcretio, ſecundū ꝙ ex verbis Domini colligitur. qui dixit Apoſtolis: Baptizate oēs gentes in noīe patris, & filij, & ſpiritusſancti, prædictus Iudæus eſt ab alio baptizandus: vnde etiam Dñs non à ſeipſo, ſed à Ioanne voluit baptizari: tamen ſi ſtatim deceſſiſſet, ad cœleſtiã patriã conuolaſſet, non propter ſacramentum baptiſmi ſed propter fidem quam habuit ſacramenti: In baptiſmo illa ſpiritualis generatio celebratur, de qua dixit Dominus. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non intrabit in regnum Dei: ſicut enim in carnali generatione alius eſt qui generat, & alius qui generat̃: ſic in ſpirituali alius debet eſſe qui ſpiritualiter generat, vel generet & alius qui ſpritualiter generetur. Not. quòd differentia eſt inter baptizatum: quia nemo debet oriri à ſe. Item nota hic tertium genus baptiſmatis, ſcilicet baptiſmum flaminis. Item nota hic regulam Ariſtotelis, quòd natura correlatiuorum eſt, quòd ſimul non patiuntur ſe in eodem ſubiecto.

¶Gloſſa ſequens inducit duo ſimilia, & vnum diſſimile.

h *¶Diſcretio.*] Sicut inter præſentatū & pręſentantem. s̃. de iur. pat. per tuas alias per noſtras, & inter dantem & recipientem. s̃. de inſti. c. vlt. quia nemo oriri debet à ſeipſo. 24. quæſt. 1. didicimus. poteſt tamen apud ſemetipſum emancipari. ff. de adop. ſi conſul.

a *¶A Ioanne.*

† Hic loc⁹ perperam in pluribus vulgatis legit ita pp quod inter inuitū & nō īuitū coactū & nō coactū &c.

† Aliàs ita: vt ne, &c.

† obſeruationem.

† intelligi illud decretum.

† Scilicet. 4. c. 56.

† in tempore.

† receperunt.

† criminis.

1 Hæc omnia perſequuntur latius hic Hoſtieñs, Io. And. & alij, quos videto.

† vel.

† Aliàs ita: ſi fuerint ſic immerſi.

† Aliàs ita: ſi fuerint immerſi.

2 id eſt, recipere pręſumuntur in foro exteriori.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cōpilatione. Vide Sotū lib. 4. ſent. diſt. 4. q. vnica. ar. 3. ver. circa ſecūdum.

† In codicæ Barbatiæ ita: debeat diſtinctio perſonarū, &c.

Matt. 18.

† Verbum: ite deeſt in aliquot antiquis codicibus.

non à ſeipſo, ſed à Ioanne[a] voluit baptizari: quamuis ſi talis[b] continuò deceſſiſſet, ad cæleſtem patriam protinus euolaſſet[c] †, pp ſacramẽti fidem, & ſi nõ † propter fidei ſacramentũ. In baptiſmo quippe illa ſpiritualis generatio † celebratur, de qua veritas[d] ait: Oportet vos naſci denuò: quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto, non intrabit in regnũ cælorum. Sicut ergo † in carnali[e] generatione, qua † proles ex viro & fœmina naſcitur, alius eſt qui carnaliter gignit, & alius qui carnaliter gignitur: ſic & in ſacramentali generatione, qua ſoboles ex aqua & ſpiritusſancto renaſcitur, alius debet eſſe qui ſpiritualiter generet, & alius q̃ ſpiritualiter generetur. Sanè cũ corpus exterius, ſiue cum cor interius baptizatur, oportet vt vtrobique paternitas, & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans, & baptizatus adinuicẽ referantur[f].

¶ Idem Moroſien. † Epiſcopo.

¶ Vbi deeſt verbum, vel elementum aquę non eſt baptiſmi ſacramentum.

CAP. V.

NOn † vt apponeres: & infrà. ¶ Poſtulaſti, vtrum paruuli ſint pro Chriſtianis habendi, quos in articulo mortis conſtitutos, propter aquæ penuriam, & abſentiam ſacerdotis, aliquorum ſimplicitas in caput & pectus, ac inter ſcapulas pro baptiſmo ſaliuæ conſperſione † liniuit. Reſpondemus, quòd cum in baptiſmo duo ſemper, videlicet, verbũ,[g] & elementum[h] neceſſariò requirãtur, iuxtà quòd de verbo veritas[i] ait: Euntes in mundũ vniuerſum [prædicate † Euangelium omni creaturæ] & baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti: eademque dicat de elemento[k]: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritusſancto, non intrabit in regnum cœlorum: dubitare non debes, illos verum non habere baptiſmum, in quibus non ſolum vtrumque[l] prædictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum.

¶ Idem † in concilio generali.

Baptizatos à Latinis, Græci rebaptizare non debent.

CAP. VI.

LIcet † Græcos diebus noſtris, ad obedientiam ſedis Apoſtolicę reuertentes[m], fouere, ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (in quãtum cum Domino poſſumus) ſuſtinendo: in his tamen illis deferre non † volumus, nec debemus, quę periculum generant animarum, & eccleſiaſticæ derogant honeſtati. Poſtquam enim Græcorum eccleſia, cum quibuſdam complicibus, & fautoribus ſuis ab obediẽtia ſedis Apoſtolicę ſe ſubtraxit, intantum Græci cœperunt abominari Latinos, quòd inter alia, quę in derogationem eorum impie commitebant, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorum celebraſſent altaria, non † prius ipſi ſacrificabant in ipſis, quàm ea, tãquã[n] per hoc inquinata, lauiſſent: baptizatos etiam à Latinis, ipſi Græci rebaptizare, auſu temerario pręſumebant: & adhuc (ſicut accepimus) quidam hoc agere non verentur. ¶ Volentes igitur tantum ſcandalum ab eccleſia Dei amouere, ſacro ſuadente concilio diſtrictè pręcipimus, vt talia decętero non pręſumant, conformantes ſe tamquam filij obedientię, ſacroſanctę Romanę Eccleſię matri ſuę: vt[o] ſit vnũ ouile, & vnus paſtor. Si quis autem tale quid pręſumpſerit, excommunicationis mucrone percuſſus, ab omni officio, & beneficio eccleſiaſtico deponatur †.

TITVLVS XLIII.

De presbytero non baptizato.

¶ Ex concilio apud Compendium.

¶ Si non baptizatus ordinatur, ordinis characterem non recipit.

a ¶ *A Ioanne.*] De conſe. diſt. 4. per aquam 1. & cap. cathecumenum.

b ¶ *Talis.*] ſcilicet Iudæus ille Ber.

c ¶ *Euolaſſet.*] De pœn. diſt. 7. cap. vlt. ver. nullus expectet, quando peccare non poterit.

d ¶ *Veritas ait.*] 1. q. 1. firmiſſime.

¶ *Gloſſa ſequens inducit vnum ſimile.*

e ¶ *In carnali.*] Sicut alia eſt ſimilitudo inter carnalem, & ſpiritualẽ generationem: vt ſicut vir non poteſt ſibi filium legitimum carnalem querere cuius vxor mater non ſit, ita nec ſpiritualem; quin vxor eiuſdem commater ſit parentibus illius. 30. quæſtio. 4. ſi quis ex vno. & infrà. de cogna. ſpir. Martinus Bertam. Lau.

f ¶ *Referantur.*] natura enim correlatiuorum eſt, quòd ſimul nõ patiuntur ſe in eodem ſubiecto. ar. 35. quæſt. 1. cap. 1. Lau.

N*On vt apponeres.*] Cõmunis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Reſpondemus*. Abbas Siculus.

CASVS. Ecce, aliquis puer erat baptizandus propter periculũ mortis: cum aqua non poſſet haberi nec ſacerdos, aliquis ſimplicitate ductus liniuit puerum in caput, & pectus, & inter ſcapulas ſaliuę aſperſione loco baptiſmi: quæritur an talis eſſet baptizatus? Reſpondet Papa, quòd cum in baptiſmo duo ſint neceſſaria, ſcilicet verbum & elementum, cum Dominus dicat: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritusſancto, non intrabit in regnum cœlorum: dubium non eſt, quòd ille non eſt baptizatus, in quo defuit non ſolum alterum, ſed vtrunque. Nota, quòd forma verborum eſt de ſubſtantia baptiſmi. Itẽ non poteſt quis baptizari in alio liquore q̃ in aqua.

¶ *Gloſſa ſequens reci. per contrarium. & tripliciter exponit literam.*

g ¶ *Verbum.*] 1. quæſt. 1. detrahe. vbi d̃ hoc. Iſta duo neceſſaria ſunt in baptiſmo aquæ: ſecus in baptiſmo ſanguinis, vel flaminis: de conſecr. diſt. 4. baptiſmi vicẽ. Quòd dicit, verbum. ſic intellige: ſi quis baptizat, & non dicit in nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti, non eſt baptizatus: quia nec elementum, nec verbum tantum ſufficiunt. Vel verbum, id eſt filius: quaſi diceret, ſi quis baptizat & non addit, in nomine filij, non eſt baptizatus. de conſecra. ſtiſtin. 4. in ſynodo. vel verbum, id eſt, forma: quaſi diceret, ſi non ſeruetur forma quæ traditur ſ̃. eo. c. 1. & hic, non eſt baptiſmus.

h ¶ *Elementum.*] .i. aqua. & ſic non eſt baptiſmus ſine aqua.

i ¶ *Veritas ait.*] De cõſe. diſt. 4. proprie.

k ¶ *De elemento.*] De conſecr. diſt. 4. c. 1. & 1. q. 1. c. firmiſſime. Hic. n. exprimitur forma baptiſmi: quæ ſi obſeruata non fuerit, nõ eſt baptiſmus. de hoc dictum eſt ſ̃. eod. c. 1.

l ¶ *Vtrumque.*] ſcilicet aqua, & verbum.

L*Icet Græcos.*] Permittitur exordium, & duplicẽ narrat Græcorum exceſſum. Secũdò id fieri ꝓhibet. Tertiò pęnãimponit. Scđa: ibi, *Volentes*. Tertia: ibi, *Si quis*. Abbas Sic.

CASVS. Poſtquã Gręci ſe ſubtraxerũt ab obedientia eccleſiæ Romanæ, in tantum cœpe rũt abominari Latinos, ꝙ inter alia quæ cõtra eos cõmittebant, ſi qñ ſacerdotes Latini in eorum ſacrificaſſent altaribus, non prius ſacrificabãt in ipſis, quàm ea, tamquam per hoc polluta, lauiſſent: & baptizatos à Latinis præſumebãt auſu temerario rebaptizare: Præcipit Papa, vt talia decætero non præſumant, cõformantes ſe tamquam filij obedientiæ Romanæ Eccleſiæ matri ſuæ, vt ſit vnũ ouile, & vnus paſtor. Si quis tale quid præſumpſerit, excommunicationis ſentẽtia percuſſus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur. No. ritus Græcorum reprobatos: quia membra debẽt cõformare ſe capiti ſuo. Item ipſo iure ſunt excommunicati, qui hæc faciunt, quæ hic prohibentur.

m ¶ *Reuertentes.*] De iure enim eccleſia Græcorum ſubiecta eſt Romanæ eccleſiæ 2. 24. q. 1. rogamus.

n ¶ *Tamquam per hoc.*] 3 dictum eſt ſ̃. de maio. & obe. ſolitæ.

o ¶ *Vt ſit vnum.*] 3 ſ̃. de maio. & obediẽ. ſolitæ. circa ſi.

DE PRESBYTERO non baptizato.

¶ Viſo de baptiſmo, qa aliq ſæpe promouent nõ baptizati ad ordines, de quibus dubitari poterat vtrũ eſſent verè ordinati, vel an deberẽt baptizari: meritò poſt ꝓcedẽtẽ ſubijcit iſta Ab. De hac materia tractatur 1. q. 1. ſi quis confugerit & cap. ſi quis per ignorantiam.

1 Dicit: Abbas, ꝙ hæc cõcor. melius adaptantur ad verbum euolaſſet. Io. And.

† cõuolaſſet.

† In recentioribus codicib⁹ ita: & non propter, & c. ſeq. ex antiquis reſtituimus vt eſt impreſſum.

† regeneratio.

† ſicut em̃.

† per quã proles.

† Indroſiẽ. † Nidroſien.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpilat. Vide B. Thomã 3. pa. q. 60. ar. 5. 6. & 7. & q. 66. ar 3. 4. & 5.

† aſperſione.

Matt. 18.

† Incluſa deſunt in omnib. antiquis codicibus Vaticanæ.

Ioac. 3.

† Scilicet Innocentius iij. in cõcilio generali Lateran. c. 4. & c. 1. eo. tit. in 4. cõpilatio.

† Vide Leonem Papã nouum in epiſtola aduerſus præſumptiones Michaelis & Acridani c. 29. & ſeq. vbi multa d̃ odio Gręcorum in Latinos. adde Gennadium Scholariũ de primatu Papæ, cap. 5.

† In aliquot vetuſtis, codicibus, & in concilio ita nec volumus, nec debemus, &c.

† In concilio ita: nõ prius ipſi ſacrificare volebãt in illis & c.

† Aliàs, ſuſpẽdatur, ſed in concilio, & in antiqs codicibus legitur, deponatur.

† Cap. 1. vt ait Burchardus li. 4. decre. c. 74. & Iuo par. 1. cap. 268. refertur etiam c. 1. eo. tit. in 1. com. Et vide B. Thomam in additionib. 3. par. q. 35. ar. 3.

2 Et illius & aliarum omniũ eccleſiarum: mater eſt Romana eccleſia & magiſtra. de ſum. tri & fi. cath. ca. 2. ad fi. & alibi ſæpe.

3 Hæc duę gloſſ. nec ſũt Bernardi, nec habẽtur in vetuſtis codicibus.

SI quis. Breue eſt, & hoc ſummat. c. fi. j. eo. Ab. Sic. CASVS. de ſe patet. Not. quod de iure non fit, pro non facto habetur.

a ¶ *Ordinatus.*] de facto: quia qui de iure ordinatus non eſt, presbyter non eſt cenſendus; vt 1. q. 1. ſi quis confugerit. & cap. ſi quis per ignorantiam.

b ¶ *Iterum ordinetur.*] Ex hoc patet, ꝙ nullũ ordinem recepit. j. eo. veniẽs. quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. 32. diſt. præter. §. verum. & j. e. veniens. ſi ergo primo ordinem ſuſcepiſſet, iterum non eſſet ordinandus. 1. q. 1. quod quidã Bernard.

CAP. I.

SI quis presbyter ordinatus [a], deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur & iterum ordinetur [b].

¶ Innocentius tertius † Epiſcopo Cremonen.

¶ *Omiſſio baptiſmi non nocet credenti probabiliter ſe eſſe baptizatum.*

CAP. II.

APoſtolicam † ſedem conſulere decreuiſti: & infrà. ¶ Vnde inquiſitioni tuæ taliter reſopondemus, presbyterum, quem ſine vnda baptiſmatis extremum diem clauſiſſe ſignificaſti, quia in ſanctæ matris eccleſiæ fide, & Chriſti nominis confeſſione perſeuerauit, ab originali [c] peccato ſolutum †, & cœleſtis patriæ gaudium eſſe adeptum, aſſerimus incunctanter. Lege ſuper octauo † libro Auguſtini [d] de ciuitate Dei, vbi inter cætera legitur: Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non contemptus religionis, ſed terminus † neceſſitatis excludit. Librum etiam beati Ambroſij [e] de obitu Valentiniani idem aſſerentis, reuolue. Sopitis igitur quęſtionibus doctorum, patrum ſententias † teneas: & in eccleſia tua iuges præces, hoſtiaſq; Deo † offerri iubeas pro presbytero memorato.

¶ Innocentius tertius Ferrarieſi. Epiſcopo.

¶ *Non baptizatus ordinari non poteſt; & ſi de facto ordinetur, non recipit ordinis characterem, licet credatur baptizatus.*

CAP. III.

VEniens † ad Apoſtolicam ſedem I. lator præſentium nobis expoſuit, quòd cum ad gradum ſacerdotij aſcendiſſet, comperit tandem quòd non fuerit † ſecundum formam Euangelij [f] baptizatus, vnde nos eum ritè fecimus baptizari. ¶ Cũque † ſuper ordinibus fuiſſet diutius diſputatum, quidam in eam declinauerunt ſententiam, vt cum baptiſmus ſit fundamentum omnium ſacramẽtorum [g] ante ſuſceptionem baptiſmi non ſuſcipiatur aliud ſacramẽtum: quoniam vbi fundamentum non eſt, ſuperædificari [h] non poteſt. Porro econtra videri poſſet: Nam cum quis nõ ſolum per [i] ſacramentum fidei, ſed per fidem etiam ſacramenti, efficiatur proculdubio mẽbrum Chriſti: & qui Chriſtum habet per fidem [k], etiã ſi baptiſmũ nõ habeat, habet vtique fundamentum præter qđ aliud poni nõ poteſt, quod eſt Chriſtus Ieſus: ſuperædificare poſſe videtur, ſicut ſalutifera opa, ſic & quælibet eccleſiaſti

† Antoni⁹ Auguſtin⁹ ait ſcribendũ Innoc. ij. ſed Vaticani. iij. habent.

APoſtolicam.] Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Inquiſitioni.* Abbas Siculus.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpil. Et vide notas noſtras ĩ hãc decretalẽ.

CASVS. Quidam ſacerdos credens ſe baptizatum, & in fide baptiſmi perſiſtens, mortuus eſt: poſtmodum cõpertum eſt, ꝙ non fuerat baptizatus: quæſitũ fuit à Papa, vtrũ eccleſia deberet eum habere pro baptizato, vt pro eo poſſet orare? Reſpõdet Papa, ꝙ ſi presbyter ille in fide ſanctæ matris eccleſiæ, & in confeſſione nominis Chriſti pſeuerauerit, ab originali peccato ſolutus, gaudium cæleſtis patrię fuit adeptus: In viij. lib. Auguſtini de ciuitate Dei legitur: Baptiſmus inuiſibiliter miniſtratur, quem non contẽptus religionis, ſed terminus neceſſitatis excludit. & in libro Beati Ambroſij de obitu Valentiniani idẽ legitur: & ſic huiuſmodi quęſtionibus ſopitis, eccleſia poteſt preces & hoſtias Deo offerre pro presbytero memorato. Nota quòd per fidem quã quis haẽt de baptiſmo, licet nõ ſit baptizatus, ſed in fide illa deceſſit ſaluat̃.

† abſolutũ

† Aliàs ſuper octauũ librum.

† articulus

† ſententiã

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

c ¶ *Ab originali.*] & etiam ab actuali peccato. de conſ. diſt. 4. catechumenum. Sed contra de conſ. diſt. 4. firmiſſime. & 1. q. 1. firmiſſime. in quibus dicitur, ꝙ ſine baptiſmo nullus ſaluatur: quod verum eſt de eo qui poteſt baptizari, & non baptizatur: iſte vero credebat ſe baptizatum, & in fide illa ſaluatur: & iſte non contẽpſit. Et eſt triplex baptiſmus. ſ. fluminis, & flaminis & ſanguinis. hic autem baptiſmo flaminis inuiſibili Baptizatus fuit, ꝑ fidẽ quam habuit de baptiſmo. ſi. s̃. tit. ꝓx. debitum.

d ¶ *Auguſtini.*] prout habes de conſec. diſt. 4. baptiſmi vicẽ. & c. cathecumenum. & c. non dubito. aliàs, non dubium.

e ¶ *Beati Ambroſii.*] Legitur beatum Ambroſium dixixe de Valentiniano, qui dum properaret ad baptiſmum in itinere deceſſit: Ventrẽ meum doleo: quia quem regeneraturus erã perdidi: ille tamen gratiam quam popoſcerat non amiſit. Lau. Sic ergo patet, ꝙ iſte. per ſolam fidem, quam habebat de baptiſmo, ſaluat⁹ eſt. Iſte credębat ſe ſacerdotẽ fuiſſe, ſed nõ erat in veritate. s̃. e. c. ꝓx. j. eo. c. ꝓx. Nunquid conficiebat? non in veritate: ſed quo ad ſe bene conficiebat 1, & quo ad alios, qui hoc credebãt: & tamquam verum ſacramentum conficeret, ſibi & recipientibus ab ipſo credo quòd proficiebat. De hac materia dicitur s̃. de elect. dudum. 2.

1 Hoc eſt, credebat ſe conficere:

VEniens.] Pro ſumma accipe. c. 1. s̃. eo. Primò ponit de baptiſmo tradito ei qui non fuerat rite baptizatus. Secunda: ibi, *Cunque.* Circa ordinem allegat pro, & contra. Tertia: ibi, *Quia verò.* diffinit. Abb

CASVS. Quidam credens ſe baptizatum ſecundum formã eccleſiæ promotus fuit vſque ad ſacerdotium: tandem inuenit, ꝙ non fuerat ſecundum formam eccleſiæ baptizatus, acceſſit ad Papam hoc ſibi exponẽs. vnde Papa fecit eũ ritè baptizari: poſtea diſputatum fuit ſuper ordinibus, vtrum videlicet ordines ſuſcepiſſet. Et quidam dicebãt, ꝙ cum baptiſmus ſit ianua omnium ſacramentorum, ante baptiſmũ non ſuſcipitur aliud ſacramentũ: quia vbi fundamentum non eſt, ſuperædificari nõ poteſt. Sed contra videtur, ꝙ per ſolam fidem baptiſmi efficitur quis membrũ Chriſti: & qui Chriſtum habet per fidem, etiam ſi baptiſmum nõ habeat, habet vtique fundamentum: & ita ſuperædificari poſſe videtur, ſicut ſalutifera opera, ſic & quælibet eccleſiaſtica ſacramenta: præterea ſacramentum ordinis pontificalis, & ſacerdotalis, & leuitici ex inſtitutione ſua præceſſit baptiſmum: per quod videtur ꝙ etiam ante baptiſmum huiuſmodi ordines poſſint rite conferri, maxime his q baptizati credunt̃: His præmiſſis dicit Papa, ꝙ cum in concilio apud Compendium ſit conſtitutum, vt ſi quis in presbyterum ordinatus deprehẽderit ſe nõ eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: mãdat Papa quatenus iſte per ſingulos ordines, vſque ad ſacerdotium ordinetur, & miniſtret in officio ſacerdotis: quia non intelligitur iteratum, quod ambigitur eſſe factum. nec de ſacramẽto male ſentitur, cum illud non contemptus religionis, ſed neceſſitatis articulus impediuit. Si enim aliquis natus eſt de chriſtianis parentibus, & inter chriſtianos fideliter conuerſatus, prę ſumitur ꝙ fuerit baptizatus, vt huiuſmodi prę ſumptio pro certitudine habeatur, donec in contrarium manifeſtis conſtiterit argumentis. Nota quòd baptiſmus eſt fundameutum omniũ ſacramentorum, ita vt qui hunc non habet, ad ordines non poterit promoueri. Item non intelligitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum. Item præſumitur baptizatus, qui inter chriſtianos tamquam fidelis fuerit conuerſatus, tamẽ cõtra huiuſmodi præſumptiones probatio admittitur. Et ſic nota hic, quòd violenta præſumptio recipit probationem in contrarium.

1 Domino

† Cap. vnico eo. ti. in 3. compil. Vide Sotũ lib. 4. ſentẽ. diſt. 20. q. 2. art. 3. circa finẽ. & B. Thomam citatum ſupra, hoc tit. capit. 1.

† fuerat.

† In codice Barbatiæ ita: Cũque ſuper ordinibus coram nobis fuiſſet aliquãdiu diſputatũ.

f ¶ *Euangelij.*] Ite per mundum vniuerſum, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. quam habes s̃. tit. prox. non vt apponeres. & c. debitũ. de conſ. diſt. 4. ꝓprie.

g ¶ *Omnium ſacramentorum.*] 32. diſ. c. præter. §. verum. Ber.

h ¶ *Superædificari.*] 1. q. 1. cum Paulus.

i ¶ *Per ſacramentũ fidei.*] In cuius perceptione gratia confertur: ſecus in ſacramento matrimonij 2, quod eſt etiam apud infideles. j. de diuort. gaudemus. & 26. di. deinde opponitur. & s̃. de transla. c. quanto.

2 Imo in matrimonio gratia confertur & contrarium dicere eſt hęreticum concilium Trident. ſeſſ. 24. de ſacramento matrimonii cano. 1. Dom. Sot. 4. ſen. diſt. 26. q. 2. ar. 3.

k ¶ *Hẽt per fidem.*] quã quis hẽt de ipſo ſacramẽto, licet ipſũ ſacramẽtũ nõ hẽat, ſed credat ſe habere. s̃. e. c. ꝓx. & s̃. ti. proxi. debitum. & ita talis baptiſmus dicitur baptiſmus flaminis. idẽ eſt in baptiſmo ſanguinis, per quem ſaluati ſunt innocentes.

a ¶ *De nouis.*

ca ſacramenta: cum illud non ſit generaliter verum, neq; de nouis [a], neque de veteribus [b] ſacramentis, quòd baptiſmus ſit fundamẽtum illorum: quoniam & ſacramentum coniugij [c], & Euchariſtiæ, à non baptizatis [d] recipi poteſt. Præterea ſacramentum ordinis non ſolum pōtificalis, ſed ſacerdotalis etiam & Leuitici ex inſtitutione ſua præceſſit baptiſmum: per † quod forſitan videtur [e], quòd ante baptiſmũ huiuſmodi ordines poſſent ritè conferri, maximè his qui baptizati eſſe credũtur.† ¶Quia vero in concilio apud Cōpendium [f] legitur conſtitutum: ꝙ ſi quis in presbyterum ordinatus, deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & iterum ordinetur: Nos circa latorem præſentium in hoc dubitabili caſu, quod tutius eſt ſequentes: Mandamus, quatenus ipſum per ſingulos ordines, vſq; [g] ad ſacerdotium promouere procures, & permittas eum in ſacerdotio miniſtrare [h]: quia non intelligitur [i] iteratum, quod ambigitur eſſe factum: nec malè [k] de ſacramento ſentitur, cum illud non religionis contemptus, ſed articulus neceſſitatis [l] excludit. Et certè de illo, q̃ natus de Chriſtianis parẽtibus, & inter Chriſtianos eſt fideliter conuerſatus, tam violenter præſumitur quod fuerit baptizatus, vt hæc preſumptio pro certitudine ſit habẽda, donec euidentiſſimis forſitan argumentis contrariũ probaretur [m].

TITVLVS XLIIII.

De † cuſtodia Euchariſtiæ, chriſmatis, & aliorum ſacramentorum.

¶Innocen. iij. in concilio generali. †

¶Euchariſtia, & chriſma debent fideliter ſub clauibus cuſtodiri: & contrafacientes ſunt puniendi.

CAP. I.

Statuimus, vt in cũctis eccleſijs chriſma, & Euchariſtia, ſub fideli [n] cuſtodia, clauibus adhibitis, conſeruentur: Ne poſſit ad illa temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia, vel nefaria † exercenda. ¶Si verò is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incautè reliquerit, tribus mẽſibus ab officio ſuſpendatur: & † ſi per eius incuriam aliquid nefandum inde cōtigerit, grauiori [o] ſubiaceat vltioni.

¶Idem in eodem †.

¶Supellectilia in eccleſiis poni non debent, niſi neceſſitas vrgeat. hoc dicit primò. Eccleſiæ debent ſua vaſa, & veſtimenta mundè tenere hoc ſecundò.

CAP. II.

Relinqui nolumus incorrectum, quòd quidam clerici eccleſias [p] ſic exponunt ſu

a ¶*De nouis.*] ideſt, de ſacramentis noui teſtamenti.
b ¶*De veteribus.*] id eſt, de ſacramentis veteris teſtamenti.
c ¶*Coniugij.*] ī. de diuor. gaudemus, & cap. quantum. & 26. diſt. deinde.
d ¶*A non baptizatis.*] ſcilicet baptiſmo fluminis, ſed baptiſmo flaminis baptizatis, cum illi quò ad gratiam, baptizati intelliguntur. & accipere 1 poſſunt ſacramentum Euchariſtiæ.
e ¶*Videtur.*] ſed non eſt verum ꝙ conferatur: vt ī. patet. ſed alle. dicit hoc.
f ¶*In concilio apud cōpendium.*] ſ. eod. c. 1. & hic ponit queſtionis ſolutionem, per conciliũ apud Compendium 2 celebratum.
g ¶*Vſque.*] incluſiue ꝑ hoc quod ſequitur.
¶*Glo. ſeq. obijcit & ſoluit, demum quærit, & reſpondet.*
h ¶*Miniſtrare.*] Sed obijcit: ille credebat ſe baptizatum, & ſic habebat ſacramẽtum fidei, ergo fuit ordinatus. ar. ſ. eod. c. prox. & ſ. eo. c. 1. quare ergo ordinat̃, cum per hoc fiat iniuria ſacramento. 1. q. 1. quod quidã? Hęc obiectio non valet: quia licet quis habeat ſacramẽtum per fidem, quã cito incipit ſcire ſe nō habere ſacramentũ baptiſmi, & contemnit illud recipere, ſtatim amittit ſacramẽtum fidei: vnde iterum ordinatur: quia certus eſt, ꝙ non receperat ordines ante baptiſmum: Sed quæ forma ſeruabitur circa iſtum, ſi omnino certũ eſſet ꝙ non fuit baptizatus? tunc communis forma ſeruabitur, quam habes ſ. tit. proxi. non vt appones. ſed ſi illud habetur dubium, ſeruabitur forma illa. ſ. titul. proxim. cap. 1.
i ¶*Intelligitur iteratum.*] ſic de conſe. diſt. 1. ſolemnitates.
¶*Glo. ſeq. quęrit & reſpondet.*
k ¶*Nec malè.*] Tacita reſponſio videtur, quaſi dicat, licet dicamus iſtum baptizandũ, non ideo male ſentimus de ſacramento baptiſmi: quia ſi aliquis in articulo mortis velit baptizari, nec eſt qui velit eum baptizare: propter hoc non minus erit ſaluus. ſ. tit. proxi. debitum. de conſe. diſtin. 4. catechumenum. cum illud non religionis contemptus ſed neceſſitatis articulus impedit.
l ¶*Neceſſitatis.*] vel ignorantiæ facti quę excuſat. ſ. c. proxi.
m ¶*Contrarium probaretur.*] Nota violentam præſumptionem admittere probationem in contrarium. 35. q. 3. extraordinaria. & 27. q. 1. nec aliqua. ſ. de proba. propoſuiſti. & c. cauſam matrimonij. Bernard.

DE CVSTODIA EVCHARISTIÆ, &c.

¶In præcedentibus titulis viſum eſt qualiter Euchariſtia conſecratur, ideo meritò ſubijcitur de ipſius cuſtodia. Et quia in baptiſmate vtimur chriſmate: vt in c. 1. de ſacra vnct. & ſupra viſum eſt de baptiſmo, ideo additur hic de cuſtodia chriſmatis, & generaliter de cuſtodia omnium aliorum ſacramentorum. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur. 23. diſt. c. clerici qui comam. vſq; ad fi. de conſe. diſt. 2. qui bene. & c. ſi quis per neceſſitatem. & in alijs cap. & 1. quæſt. 1. interrogo.

Statuimus.] Primò ſtatuit. Secundò rationem ſubmittit. Tertiò addit pœnam. Secunda: ibi, *Ne poſſit.* Tertia: ibi, *Si verò.* Abb.

CASVS. Statuitur in hoc capitulo, ꝙ chriſma & Euchariſtia cuſtodiantur ſub clauibus, & ſi is ad quem pertinet eorum cuſtodia, ea incautè dereliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendi debet: & ſi inde aliquod nefarium contigerit, grauiori pęna puniatur. Nota ꝙ chriſma & Euchariſtia ſub clauibus cuſtodiri debent. Item ſi per culpam alicuius aliquod nefandum eueniat, puniri debet ac ſi feciſſet. Et ſic nota hic, quòd qui occaſionem damni dat damnum dediſſe videtur.

n ¶*Fideli cuſtodia.*] Simile ſuprà de celebratio. Miſſar. ſane. & per laicos 3 ad infirmos non debet deferri Euchariſtiæ ſacramentum, ſed presbyter hoc facere debet. de con. diſtinct. 2. peruenit. vel per diaconum, ſi neceſſe eſt. 93. diſtinct. preſente. & cap. diaconus. ſecũdum formam quæ traditur ſuprà de celebrat. Miſſa. ſanè. §. ſacerdos verò.
¶*Gloſſa ſequens arg. allega. duo iura pro, in contrarium alleg. alia. 2. Item ſecundò arg. alleg. duo iura. fin. recit. per queſt.*
o ¶*Grauiori.*] Argu. quòd propter culpam tenetur quis ad omnia illa, quæ ſequuntur ex illa culpa. 31. q. 2. de neptis. & 1. queſt. 1. placuit. Arg. contra. 15. q. 1. inebriauerunt Loth. ff. de furt. verum. Item arg. quòd qui occaſionem damni dat, damnũ dediſſe videtur. 50. diſt. ſæpe. ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. & hęc pœna erit ad arbitriũ iudicis, ex quo nō determinatur. ſ. de offic. delega. de cauſis. ſed ſ. imponitur certa pœna trium menſium.

Relinqui.] Recitat duos exceſſus, cōtra quos ſecundò prouidet. Secunda: ibi, *Quia.* Abb.

CASVS. Quidam clerici eccleſias ſupellectilibus ſuis, & etiam alienis, ſic exponunt, vt potius videantur domus laicorum, quàm eccleſiarum: Sunt & alij, qui eccleſias dimittunt incultas ſiue immundas, & etiam vaſa myniſterij, veſtimenta, & pallas altaris & corporalia tam immunda relinquunt, quòd aliquibus interdum ſunt horrori: vnde præcipit Papa, quòd huiuſmodi ſupellectilia in eccleſijs non ponantur, niſi neceſſitate inſtante, ſic tamen, vt ea ceſſante de eccleſijs remoueantur. præcipit etiam vt oratoria vaſa, & corporalia, & veſtimenta prædicta munda & nitida conſeruẽtur: abſurdum eſt enim, in ſacris huiuſmodi ſordes negligere, quæ dedecerent etiam in veſtibus priuatorum. Not. quòd neceſſitas facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum. Item ceſſante cauſa, ceſſat effectus. Item eccleſia & ornamenta eccleſiarum, munda & nitida ſunt ſeruanda, & ſupellectilia in eccleſijs non ſunt ponenda niſi ex cauſa.

p ¶*Eccleſias.*] in eccleſijs tamen poteſt 4 & debet iudicium eccleſiaſticum exerceri. 2. quæſt. 2. precęptum. ſed non ſecularia.

1 Vide Sotum 4. ſen. diſt. 12. q. 1. art. 3.

2 Vid quos citaui ſ. eo. tit. c. 1.

†Aliàs ita: ꝑꝑ quod forſitan videretur.

† Poſt verbũ creduntur, in aliquot antiquis ſequit ita: & ī. & rectè, quia nonnulla omiſit hic Raymũd⁹, q̃ ſunt i veteri compilatione.

† De cuſtodia Euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum.

† Laterañ. ſi c. 20. & & c. 2. titu. de baptiſmo & eius effectu in 4. compil. vide conciliũ Triden. ſeſſio. 13. c. 6. de aſſeruãdo ſacræ Euchariſtiæ ſacramẽto: ad de not. noſtras ĩ hoc cap.

† nefanda

†In codice Barbatiæ ita: & ſi ꝑ eius incuriam aliqđ nefariũ cōtigerit, deinde grauiori &c.

† Scilicet concil Laterañ. c. 19. & c. 1. titu. de imunit. eccle. in 4. compila.

3 De materia huius gloſſę vide omnino B. Thomã 3. part. q. 82. art. 3. adde hic notas noſtras.

4 Vide Nauarrum in Manuali de Horis canonicis, vbi latè diſputat hũc articulum.

ſecularia.j̃.de immunita.eccleſiarum.cap.I.

a ¶*Veſtimenta.*] Veſtimenta eccleſiæ honeſta & munda debent eſſe. de conſe.diſt.1. veſtimenta.

b ¶*In profanis.*] ideſt priuatorum veſtibus. Et ita eſt arg.ꝙ clerici debent incedere ornati veſtibus, non tamen ad iactantiam.21.q.4. omnis iactantia.quia diſſolutos & fractos veſtibus non recipimus.41.diſt. parſimoniã.& incompoſitio corporis qualitatẽ indicat mentis.vt dicit ea.diſt.§.vlti.in fin.nec tamen prohibitas portare debent.ſ.de vita & ho.cle.clerici.

DE RELIQVIIS ET VENERAtione ſancto.

¶*Viſo de cuſtodia Euchariſtiæ, & chriſmatis, & veneratione ſacrorum ſacramentorum, merito ſubijcitur rub.de reliquijs,& veneratione ſanct. Abb.*

De hac materia habetur 11.q.1.ſi quis dixerit.50.diſtin.ſi quis præpoſtera.de conſecr. diſtin.1.loca.

AVdiuimus.] Primò narrat factũ, quod audiuit. Secundò illud improbat: ibi, *Cum vix.* Tertio illud prohibet: ibi, *Illum ergo.* Ab.Sic.

CASVS. Quidã diabolica fraude decepti, quendam in ebrietate occiſum, quaſi ſanctũ venerabãtur, cum etiã pro talibus in ebrietate occiſis eccleſia vix orare permittat: cũ dicat Apoſtolus: Ebrioſi regnum Dei nõ poſſidebunt. verumtamen mãdat Papa,ꝙ illum decætero colere non præſumant: quia & ſi per eũ miracula fierẽt ſine auctoritate Romanæ eccleſiæ non liceret pro ſancto venerari. Nota ꝙ ebrietas eſt mortale peccatum. Item nullus debet venerari, quamtumcũq; miracula per ipſam fiant, niſi prius à Romana eccleſia approbetur.

¶*Gl.ſeq.reci.per q.quã do eccleſia oret, &c.*

† habere.

†In codice Barbatię ita quas decerẽt in profanis ẽt ſuſtinere.

† Vide oĩno cõciliũ Trid.ſeſſio 25.titu. de inuocatione, venera tione,& reliquijs ſanctorum, & ſacris imaginibus. & B. Thomã 3.par.q.25 art.6.

† Cap.vnico. titu.de veneratione ſancto. in 3. cõpil. Et de materia vide omnino Zãchinũ tract. de hæreticis. c. 12.& Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi part.3.cõſideratione 44. cũ multis ſequentibus.adde Melchiorẽ Canũ. libr. 5.c.5.de locis Theolog. Eph. 5.

1 Vide. B. Thomã, 2. 2.q. 150.artic.2.

2 Vide. B. Thomã. 2. 2.q.78. ar. 2.

pellectilibus proprijs,& etiam alienis,vt potius domus laicæ, quàm Dei baſilicæ videantur: non conſiderantes, quòd Dominus non ſinebat, vt vas trãſferretur per templum. Sunt & alij,qui nõ ſolum eccleſias dimittunt incultas,verumetiam vaſa miniſterij,& veſtimenta[a] miniſtrorum, ac pallas altaris, necnon & ipſa Corporalia tã immunda relinquunt, quòd interdum aliquibus ſunt horrori. Quia verò zelus nos comedit domus Dei: firmiter prohibemus,ne huiuſmodi ſupellectilia in eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repẽtina, ſeu alias neceſſitates vrgentes ad eas oporteat haberi † refugiũ: ſic tamen vt neceſſitate ceſſante,res in loca priſtina reportẽtur. Præcipimus quoque, vt oratoria, vaſa, Corporalia, & veſtimẽta prædicta, munda & nitida conſeruentur. Nimis enim videtur abſurdum,in ſacris ſordes negligere,quę † dedecerent etiam in profanis.[b]

TITVLVS XLV.

De † reliquijs,& veneratione ſanctorum.

Alexander tertius.

¶*Sine papæ licentia non licet aliquem venerari pro ſancto.*

CAP. I.

AVdiuimus†,quòd quidã inter vos diabolica fraude decepti,hominẽ quendam in potatione, & ebrietate occiſum, quaſi ſanctum (more infidelium) venerantur: Cum vix[c] pro talibus in ebrietatibus[d] peremptis eccleſia permittat orare: dicit enim Apoſtolus: Ebrioſi regnum Dei non poſſidebunt. Illum ergo non prẽſumatis decætero colere, cum etiam ſi per eũ miracula[e] fierent, non liceret vobis ipſum pro ſancto, abſque auctoritate Romanæ eccleſiæ venerari.

¶Innocentius tertius in concilio generali †.

¶*Sanctorum reliquiæ vendi non poſſunt, vel paſſim oſtendi non debent, ne circa illas populus decipi poſſit.*

CAP. II.

CVm † ex eo, quòd quidã ſanctorum reliquias exponunt venales[f], & eas paſſim oſtendunt, Chriſtianæ religioni detractum ſit ſæpius; Ne in poſterum detrahatur, præſenti decreto ſtatuimus, vt antiquæ reliquię amodo extra capſam nullatenus oſtendantur, nec exponantur venales. Inuentas autem de nouo, nemo publicè venerari pſumat, niſi prius auctoritate[g] Romani Pontificis fuerint approbatę†. Prẽlati verò non † permittant eos,qui ad eorum † eccleſias cauſa venerationis accedunt,varijs † figmentis,aut falſis documentis decipi,ſicut in pleriſque locis occaſione quęſtus fieri conſueuit.

TITVLVS XLVI.

De obſeruatione ieiuniorum †.

¶Innocentius tertius clericis ſancti Petri Magaloñ.

¶*Vigilia occurrens in Dominica ieiunari debet in ſabbato: & ieiunanda eſt vigilia B. Matthiæ.*

CAP I.

EX † parte veſtra quæſitum fuit, vtrum ſi Natiuitatẽ Domini, vel Aſſumptionem beatæ Marię, vel feſtiuitatem alicuius Apoſtolorum

teſtes ſuper vita & miraculis recipiuntur: quia quem ipſa reprobat,reprobandus eſt:& quẽ approbat,approbandus eſt.24. q.1.hæc eſt fides.& c.quoniam vetus.& q.2.ſane profertur.

C*Vm ex eo.*] Ponit duplicem exceſſum,quem prohibet,diſtinguendo inter veteres,& nouas reliquias: ibi, *Ne in poſterum.* Tertiò fraudes per prælatos prohiberi præcipit: ibi, *Prælati.* Abbas Siculus.

CASVS.Quidam exponunt reliquias ſanctorum venales, & eas indifferenter oſtendũt, propter quod ſæpe detrahitur chriſtianæ religioni: vnde ſtatuit concilium, vt antiquæ reliquiæ decætero extra capſam nullatenus extrahantur, nec exponantur venales. Inuentas de nouo nullus venerari præſumat, niſi prius à ſede Apoſtolica fuerint approbatæ: nec prælati eccleſiarũ permittant aliquos decipi huiuſmodi falſis figmentis: ſicut in pleriſque locis occaſione quæſtus fieri cõſueuit. Not. ꝙ reliquiæ venales exponi non debent. Item reliquiæ venerari non debent ſine auctoritate Apoſtolica.

f ¶*Venales.*] Quod eſſe non debet: quia reliquiæ ſanctorum martyrum, vel ipſi martyres vendi non poſſunt. C.de ſacroſanct. eccle. nemo.quia res ſacra nõ recipit æſtimationem. ff. de rer.diui. ſacra loca.§.vlt.& ideo non poteſt vendi: quia venditio ſine pretio non cõſiſtit. Inſt.de emptio.& ven.§.pretium. & ff.eo. l.2.§.ſine pretio. Et ſpiritualia vendi non poſſunt, nec ſpiritualibus annexa.j̃.de ſimo.querelam. & ſ.de iure pat. de iure: imo qui ſpiritualia vendit, capitale crimen cũ ſimonia cõmittit. 1. q. 1. qui ſtudet. ideoque reliquiæ ſacræ vendi prohibentur, vt j̃.ſequi.

g ¶*Auctoritatẽ.*] vt ſ.eod.c. proxi.receptis teſtibus ſuper vita, & miraculis illius, ſupra de teſti.venerabili.

† Sicilicet Lateranẽ. c. 61. & c. 2.tit.de immuni.eccl. in 4. cõpil.

† Vide omnino cõcil. Trid.ſupra citatum c. 1. hoc titu. & Syluestrũ in ſum ma verbo, reliquiæ.

† compro batæ.

†In codice Barbatiæ & in concilio ita:non permittant eos de cætero, qui, &c.

† Vanis, legitur in cõcilio,in aliquot antiquis Gregorij libris vtraq; vox deſiderat.

† De materia vide B. Thomã 2. 2.q.147.& late Couarruuiã libr. 4.var. reſolut. c. 20.

† Cap. 1. eo.tit.in 1. compila.

c ¶*Cum vix.*] quaſi dicat, non in omni caſu: quia tunc non orat eccleſia pro eo, cum ebrietas fuerit mortale 1 peccatũ, vt puta aſſidua.de conſe.diſt.5.nullus.& 25.diſtin.§.1.aliàs,ea demum.& 35.diſt.epiſcopus. ſecus cum ebrietas fuerit veniale peccatum.35.diſt.§.alias.ver. quotiens.

¶*Gloſ. ſeq.fortificat textum.*

d ¶*In ebrietatibus.*] In ebrietate non potuit demereri. 15. q.1.ſanc.& cap.ſi concupiſcentia. ita nec meritum augeri.arg. hic, & 22.q.4.vnuſquiſque.

e ¶*Miracula.*] qm̃ miracula fiunt 2 qñq; per malos.1.q.1. teneamus.ideo nõ debet venerari pro ſancto quiſquis miracula facit,niſi ab eccleſia Romana prius fuerit p teſtes legitimos approbatus,vt hic dicit,& j̃.c.pxi. & ſ.de teſti. venerabili.vbi

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

¶*Viſo de veneratione ſanctorum: quia propter eorum venerationem, & deuotionem ſunt indicta ieiunia ab eccleſia, meritò, poſt rubricam præcedentem ſubijcitur iſta. Abb.*

De hac materia tractatur 41.& 76. diſt. per totum. & de conſe. diſt.3.quaſi per totum. & de conſe. diſt.5. per totum. & in concor. ſuperius allegatis.

EX parte.] Cõis diuiſio. Sedã pars: ibi, *Ad quod.* Ab.

CASVS. Si Natiuitas Domini,vel Aſſumptio beatæ Mariæ,aut feſtiuitas alicuius Apoſtolorum veniat in ſecunda feria,die ſabbati pręcedenti,vigilia debet ieiunari: & vigilia beati Matthiæ Apoſtoli debet ieiunari. Not.ꝙ dignitas diei feſti non aufert onus ieiunij.

¶Glo.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

a ¶*Die ſabbati.*] Simi. ꝗ. de verbo. ſignif. quæſiuit. ſic videtur quòd dies ſabbati debeat ſeruitutem diei lunæ. Sed cõtra, dies Dominicus, qui eſt medius, impedire debet illam ſeruitutem: nam locus ſacer interueniens, impedit illam ſeruitutem. ff. de ſer. ſeruitutes §. ſacri. & medium prædiũ quod nõ fuit in ſeruitute, impedit ſeruitutem. ff. de ſer. ruſti. prædi. qui ſella. §. in ruſticis 1. Sed iſtud non eſt ſeruitus, imo eſt debitum quoddam: vnde cũ non poſſit ſolui vna die, debet ſolui alia. arg. 76. diſt. ieiuniũ. ver. & hoc ſciẽdum eſt. ſic ſ. de do. & contu. cum dilecti. ff. de arbi. Celſus. §. 1. quia ad duo tenetur, ſcilicet ieiunare vigiliam. Apoſtoli, & ieiunare; vnde ſi nõ poteſt ieiunare vigiliam ob reuerentiam diei Dominicæ, ieiunet die ſabbati. argu. prædictæ. legis. & ff. de vſuris, debitor.

†pręcedenti.

1 Sicut loc⁹ medius ĩpedit pollutionẽ cęmiterij. ꝗ. de conſec. eccleſ. vel alt. c. vnic. lib. 6. Ioan. And.

†Prælibatę legitur in recentioribus libris.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. compila.

in ſecunda feria cõtigerit euenire, die ſabbati [a] præcedẽtis† vigilia debeat ieiunari: & vtrũ in vigilia beati Matthiæ Apoſtoli, ſit ieiunium iniungendũ? Ad quod breuiter reſpondemus, ꝙ die ſabbati feſtiuitates prælibatas† ſecundę feriæ pręcedẽtis, & beati Matthiæ Apoſtoli, debet vigilia ieiunari.

¶Idem Bracharenſi Archiepiſcopo.

¶*Non capit congruam ſummationẽ, & textus in ſe ſatis clarus eſt, & multa ſunt dicta quę patent per §§.*

CAP. II.

Conſilium † noſtrum: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd omnium Apoſtolorum [b] vigiliæ ſunt in obſeruatione ieiunij celebrandæ, præter vigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi, & Beati Ioannis Euangeliſtæ: quoniam† ipſorum ſolẽnitas infrà ſolemnitatem paſchalem[c], iſtius autẽ infrà Natalem Domini celebratur. Ieiunium etiam apud nos in Aduentu Domini agitur. Sanctorum† quoque vigiliç, quorum feſtiuitates oportet ſecũda feria celebrari in præcedẽti ſunt ſabbato [d] ieiunandæ. De feſtiuitate verò beati Bartholomæi Apoſtoli, de cuius celebratione dubietas oritur apud quoſdam: Reſpõdemus, quòd in hoc cõſuetudinem [e] tuę regionis obſerues: & infrà. ¶Cũ autem quæſieris, quæ ſit illis pœnitentia iniungenda, qui diebus Quadrageſimalibus, quo † tempore tantæ famis inedia ingruebat, quòd magna pars populi propter inopiam annonæ periret, carnes comedere ſunt coacti: Reſpondemus quòd in tali articulo illos non credimus puniendos [f] †: preces tamen Domino pro illis, & cũ illis effundas, ne ipſis aliquatenus imputetur: quia bonarum [g] mentium eſt, ibi timere culpam, vbi culpa minimè reperitur. Item de illis, qui propter debilitatem in ſabbato [h] carnes ſumũt, quod in partibus tuis nullatenus fieri conſueuit: cum hoc ab alijs moleſtè feratur, & oriatur inde illis occaſio detrahendi: Reſpondemus, quòd ſuper hoc cõſuetudinem [i] tuæ regionis facias obſeruari, ſic tamen, quòd debilibus & infirmis ꝓpter hoc periculum non emergat. ¶Prętereà de illis, qui in Quadrageſima, vel in alijs ieiunijs ſolemnibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri [k]: Reſpondemus, quòd cum non ſubiaceat legi neceſſitas, deſiderium infirmorum, cum vrgens neceſſitas [l] exigit, ſupportare potes & debes, vt maius in eis periculum [m] euitetur.

¶Honorius tertius Prageñ. Epiſcopo.

¶*Si feſtum Natiuitatis occurrit ſexta feria, licitum eſt omnibus carnes comedere, exceptis profeſſis, & vouentibus.*

CAP. III.

Explicari † per ſedẽ Apoſtolicam poſtulaſti: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd illi, qui nec voto [n], nec regulari obſeruantia ſunt aſtricti, in ſexta feria, ſi feſtum Natiuitatis Dominicæ, die ipſo venire cõtigerit, carnibus propter feſti excellentiam veſci poſſunt, ſecundum conſuetudinem [o] eccleſiæ generalis. Nec tamen hi † reprehendendi ſunt, qui

Conſilium noſtrum.] Casus. Quæſitũ fuit, vtrum omnes vigiliæ Apoſtolorũ debeãt ieiunari? & reſpondet quòd ſic, pręter vigilias Apoſtolorum Philippi & Iacobi, & beati Ioannis Euangeliſtę quia feſtiuitas illorũ infra ſolemnitatem paſchalem celebrãt, feſtiuitas beati Ioannis infra Natale Domini: & etiam ieiuniũ in Aduentu Domini agit: Vigiliæ ſanctorum quorum feſtiuitates ſecunda feria celebrantur, in præcedenti ſabbato ieiunãdæ ſunt: de celebratione beati Bartholomęi dubitabatur apud quoſdã: Reſpondet Papa, conſuetudo regionis ſeruetur. Item quidam in Quadrageſima propter neceſſitatem famis coacti ſunt comedere carnes: quæritur quæ pœnitentia illis ſit iniungenda? Reſpondet Papa, quòd in tali articulo non peccant. Item quidam propter debilitatem comedunt carnes die ſabbati contra loci conſuetudinem, vnde alij habent moleſtum: Reſpondet Papa, quòd conſuetudo loci ſeruetur, ita tamen quòd debilibus & infirmis propter hoc periculum non immineat. Item quidam infirmantur in Quadrageſima, & in alijs ieiunijs, & petunt eſum carnium ſibi concedi: Reſpõdetur, quòd deſiderium infirmorum ſupportandum eſt, cum vrgens neceſſitas hoc requirit, cum legi non ſubiaceat neceſſitas. Nota ꝙ bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi culpa non eſt. Item conſuetudo regionis in eſu carnium attendenda eſt. Itẽ neceſſitas legem non habet.

†In antiqs codicibus vt plurimũ ita: q. a illorum feſtiuitas infra ſolemnitatẽ paſchalẽ: iſtius autẽ infra Natale Domini celebratur

† Aliàs ita: & ſanctorũ vigiliæ quorũ quoque feſtiuitates. &c.

† Aliàs ita tẽpore illo, quo tantæ famis &c.

2 Vt eorũ ſit æqualis feſtiuitas, quorum æqualis eſt ſactitas 76. diſt. ſcire. Io. And.

¶*Glo. ſeq. obijcit de illis verſi. Petrus & Andreas, & c. & ſol.*

b ¶*Omnium Apoſtolorum.*] Qui, omnium, dicit, nihil excipit, niſi tres vigilias quæ ſequuntur: ergo in omnibus alijs eſt ieiunandum 2, niſi conſuetudo contraria ſit, vt in §. proxi. ex quo excipit tantum de iſtis, ergo de omnibus alijs intelligendum eſt, quia doli clauſula non refertur ad eã, de quibus ſpecialiter cautum eſt. ff. de verbo. obligatio. doli clauſula. non obſtantibus verſibus illis:

Petrus & Andreas, Paulus cum Simone, Iudas:
Vt ieiunemus nos admonet atque Mathæus.

c ¶*Paſchalem.*] inter quã nullum ieiunium neceſſitatis eſt. 76. diſt. c. ieiunium. §. nõ autem. niſi rogationes, & vigilia Pentecoſtes. de conſe. diſt. 3. rogationes.

d ¶*In præcedenti ſunt ſabbato.*] ſ. c. proxi. & ꝗ. de verb. ſig. quæſiuit.

e ¶*Conſuetudinem.*] Arg. cõſuetudinem cuiuſcunq; regionis ſeruandam. 12. diſt. illa. ſ. de ſepul. certificari. 76. diſt. vtinam. ꝗ. eod. cap. §. item.

f ¶*Puniendos.*] & ſic neceſſitas excuſat, quæ legẽ non habet. de conſec. diſt. 1. ſicut. & ꝗ. eo. c. §. vlti.

g ¶*Bonarum.*] 5. diſt. ad eius. in fi. tamen propter ambiguum duplicitatis põt talibus pœnitẽtia imponi 3. 23. q. 3. excommunicatorum. 34. q. 2. in lectum.

h ¶*In ſabbato.*] quæ in ſabbato comedi nõ debent. de conſec. diſt. 3. ſabbato. & argu. 12. diſt. illa.

i ¶*Conſuetudinem.*] à qua recedi non debet ſine magna cauſa: cum ex hoc ſcandalum generetur. Imo tamquam contemptores legũ puniendi ſunt qui contra faciunt. 11. diſt. in his. ſi tamen periculum contigerit, non eſt ſeruanda, vt hic dicit inferius: quia vtilius etiam ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur, ꝗ. de reg. iur. qui ſcandalizauerit.

k ¶*Indulgeri.*] nõ ex debito, ſed ex humanitate.

l ¶*Neceſſitas.*] De cõſe. diſtin. 1. ſicut. & ꝗ. de reg. iur. quod non eſt.

m ¶*Vt maius periculum.*] ſ. mortis: ſicut olim permittebatᷣ dare libellum repudij, vt maius periculũ vitaretur: vt 33. q. 2. ſi qđ verius.

† In antiqua cõpilatiõe huius dicti eſt ratio, quam hic omiſit Raymũdus quæ habet ita: quos tã vrgens neceſſitas excuſauit.

3 Melius eſt. n. quod ſuffragia ſuperabũdẽt quàm ꝙ deſint. 13. q. 2. nõ æſtimemus ſecundũ Hoſtienſem. Ioan. And.

†Vide Couarruiã li. 4. var. reſo. cap. 20. & Syluestrũ in ſum. verbo. ieiunia circa finẽ.

† illi.

Explicari.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Reſpondemus.* Abbas.

Casus. Quæritur, ſi dies Natalis Domini in ſexta feria euenerit vtrum illa die liceat nobis carnes comedere? reſpondet ꝙ ſic, ſi voto vel regulari obſeruantia non ſumus aſtricti, nec tamen peccamus, ſi ob deuotionem abſtinemus. Not. ꝙ conſuetudo generalis eccleſiæ ſeruanda eſt.

¶*Glo. ſeq. arg. à contrario.*

n ¶*Nec voto.*] ergo ſi voto tenentur, non debent comedere carnes: quia quæ ſine conditione vouentur, ſine conditione ſoluantur. 32. q. vlt. c. vlt. quia ex quo in voto emiſſo nihil exceperunt, generaliter tenentur. arg. ꝗ. de priui. quia circa. & ff. de ſeruit. vrba. præd. ſi ſeruitus.

o ¶*Conſuetudinem.*] quæ ꝓ lege ſeruari debet. 11. diſt. in his rebus. & 12. diſt. diuturni. & ſic conſuetudo eccleſiæ generalis ſeruanda eſt tamquam lex. ſ. de celebra. Miſ. pernicioſus.

a ¶*Voluerint.*]

a ¶*Voluerint.*] Imò magis laudandi ſunt, quia ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum licet nobis non impendere, gratia tamen dilectionis impendimus. 28. q. 1. iam nunc. quia maioris 1 gratiæ eſt offerre quod non debes, quã reddere quod teneris. 33. q. 5. qui ſitit. aliàs eſt ſub illo c. tũc ſaluabitur: quia nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtit. ff. de adim. leg. rem legatã. & ff. de do. inter vi. & vxo. ſi quis pro vxore. Ber.

1 Erat hic gloſſa, & de hoc dicto tene qđ docet. B. Thomas 2. 2. q. 88. art. 6.

ob deuotionem voluerint [a] abſtinere.

TITVLVS XLVII.

De purificatione † poſt partum.

† Aliàs ita de purgatione.

DE PVRIFICATIONE POST partum.

¶*Suprà viſum eſt de ieiunijs inductis ob reuerentiam Sanctorum, ſequitur meritò videre de purificatione poſt partum: quæ fuit indicta ob reuerentiam eccleſiarum. Abbas.*

De hac materia tractatur 5. diſt.

¶Innocentius iij. Armachan. † Archiepiſcopo.

† Arinacanẽ. epõ. † Armacanẽ. epiſc. aliàs ita. Innocen. tertius. cæteris omiſſis.

¶*Mulier poſt partum ſtatim poteſt ingredi eccleſiam, nec tenetur abſtinere per aliquos dies ſecundum legem Moſaicam.*

CAP. VNICVM.

† Cap. vnico eod tit. in 3. cõpil. Et cur purificatio fuerit in lege iſtituta, vide per B. Thomã 2. 2. q. 37. art. 4. & de purificatione legitur Leuit. c. 12.

VOlens.] Primò ponitur deciſa conſultatio, Secundo dubij fortificatio: ibi, *Licet*. Tertiò, Solutio: ibi, *Quia*. Quartò permiſſio: ibi, *Si tamen*. Abbas.

CASVS. Quæſitum fuit à Papa, per quantũ tempus mulier poſt partum ab ingreſſu eccleſiæ debeat abſtinere: qa ſecundum legem Moſaicam, certi dies determinati erãt, quibus mulier ab ingreſſu eccleſiæ poſt partum abſtinebat: Sed quia p Ieſum Chriſtum veritas facta eſt: Reſpondet Papa, ꝙ poſtquã vmbra legis euanuit, & veritas illuxit Euangelij: ſi mulieres poſt partum voluerit eccleſiã intrare acturæ gratias Deo, nullum eſt peccatum: nec aditus eccleſiæ illis eſt denegandus: ne pœna illis videatur in culpam conuerti: tamen ſi aliquandiu voluerint abſtinere non eſt improbandum. No. quòd pœna non debet conuerti in culpam.

† De materia huius tituli vide concil. Triden. ſeſſio. 7. de refor. c. 8. & plenius ſeſſio. 21. de reform. c. 7.

VOlens †: & infrà. ¶ Licet ſecundũ legẽ Moſaicã certi [b] dies determinati fuiſſent, quibus mulieres poſt partum à templi ceſſarẽt ingreſſu: Quia tamen lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt: Inquiſitioni tuę taliter reſpondemus, quòd poſtquam vmbra legis euanuit, & illuxit veritas Euangelij, ſi mulieres poſt prolẽ emiſſam, acturæ gratias eccleſiam intrare voluerint [c], nulla ꝑinde peccati mole grauantur: nec eſt eccleſiarum eis aditus denegandus, ne pœna illis † conuerti videatur in culpã. Si tamen ex veneratione [d] voluerint aliquamdiu abſtinere, deuotionem earum non credimus improbandam.

b ¶*Certi dies.*] ſcilicet pro maſculo xl. dies pro fœmina lxxx. diſt. 5. §. 1. & ideo ad literam hoc fiebat, quia reputabantur immundæ vſque ad tempus illud. Ber.

c ¶*Intrare voluerint.*] prohiberi non debent: ne pœna eis vertatur in culpam. 5. diſt. ſi mulier. & cap. ad eius vero. & 7. q. 1. cum percuſſio.

d ¶*Ex veneratione.*] De conſe. diſt. 2. quotidie. & quia bonarum mentium eſt, &c. s̃. tit. proxi. conſilium. §. 2. & 5. diſtin. ad eius verò concubitum.

DE ECCLESIIS ÆDIFICANDIS, VEL REPARANDIS.

¶*Suprà viſum eſt de eccleſiarum conſecratione: Sed quia eccleſiæ conſecratæ quandoq; ruunt, & ſic reparatione indigent: quandoq; vero ex neceſſitate de nouo ædificari debent: meritò ſubijcitur de eccleſijs ædificandis, vel reparandis. Vel continua magis ad proxima ſic: Supra viſum eſt in rubricis præcedentibus, de veneratione eccleſiarum, & ſanctorum, Sed quia ad decus eccleſiæ pertinet reparare eam, vel nouiter ædificare: ideo ſubijcitur hæc rubrica. Abbas.*

De hac materia tractat. 16. q. 2. §. hinc etiam. vſque ad fi. §. item ſunt aliqui. de conſe. diſt. 1. in multis capitulis.

QVicunque.] Literas huius c. patet. Not. ꝙ cuius eſt emolumentum, eius debet eſſe & onus.

e ¶*Ad tecta.*] Nam vbi eſt emolumentum, ibi debet eſſe onus: quia non eſt ferendus is qui lucrum amplectitur, onus autem ſubire recuſat. C. de caducis tollendis. l. vnic. §. pro ſecundo. in fi. & §. ne autem. verſi. ſi nec talis. ſicut ad quem ſpectat onus, & emolumentum. C. de fur. manifeſtiſſimi. §. pen. in fin. ſic s̃. de his quæ fi. à maio. part. cap. c. vlti. & j̃. eod. de his. Nã & ipſe fructuarius tenetur ad ſarta tecta. C. de vſufru. cũ ad quem. & ff. eod. vſufructu legato. 1. reſpon. in fi. & §. hactenus. [aliàs eſt lex] Et hoc intelligo, cum quarta ad hoc deputata non ſufficit: de qua habes. 10. q. 3. vnio. aliàs ſi ſufficeret, non teneretur.

TITVLVS XLVIII.

De eccleſijs ædificandis, vel reparandis.

¶Ex concilio Maguntiñ. †

† In concilijs editis habet hoc decretũ in concil. Maguntiaco ſub Carolo Magno c. 42. referunt Burchardus li. 3. decre. c. 30. & Iuo. par. 3. c. 35 & c. 4. eo. tit. in 1. cõpilat.

¶*Habentes beneficium in eccleſia tenentur contribuere ad ipſius reparationem.*

CAP. I.

QVicunq; eccleſiaſticum beneficium habent, oĩnò adiuuent ad tecta [e] eccleſiæ reſtauranda, vel ipſas eccleſias emendandas.

¶Ex concilio Lateraneñ. †

† Ex cõcil. Lateranẽ. ſub Alexã. iij. c. 23. & c. 2. eo. tit. in 1. cõpil.

¶*Leproſi permitti debent, ſine præiudicio antiquarum parochiarum habere eccleſiam propriã, & presbyterum, nec tenentur ſoluere decimas de hortis, vel nutrimentis animaliũ.*

CAP. II.

CVm dicat Apoſtolus: & infrà. ¶ Conſtituimus, vt vbicũq; tot [f] ſimul leproſi ſub cõmuni vita fuerint congregati, quòd eccleſiam cũ cœmiterio ſibi conſtruere †, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine cõtradictione aliqua permittantur habere. Caueant tamen, vt iniurioſi veteribus [g] eccleſijs de iure parochiali nequaquam exiſtãt: quod enim eis pro † pietate cõceditur, ad aliorum iniuriam [h] nolumus redundare. Statuimus etiam, vt de hortis, & nutrimentis [i] animalium ſuorum, decimas tribuere non cogantur.

† Cõſtituere, legitur in cõcilio. & pluribus veteribus Gregorianis.

† Dictio, pro, deeſt, in pluribus exẽplarib; & male.

CVm dicat.] Duæ ſunt partes. Secũda ibi, *Statuimus*. Prima ſubdiuiditur. Secunda. ibi, *Caueant*. Abb. Sicu.

CASVS. Quia Leproſi cũ ſanis habitare nõ debẽt, ne vna ouis morbida, inficiat ſanas oues, ſtatuit conciliũ Lateraneñ. vt vbicũq; tot ſimul leproſi fuerint congregati ſub cõmuni vita, ꝙ eccleſiam cũ cœmiterio poſſint conſtruere, & propriũ preſbyterum habere: ſine cõtradictione alicuius hoc faciant: caueãt tamẽ, ꝙ de iure parochiali veteribus eccleſijs iniurioſi nequaquam exiſtant: quia quod eis ꝓ pietate conceditur, ad aliorum iniuriã redundare nõ debet. De hortis tamen & nutrimentis animalium ſuorum, decimas ſoluere nõ cogantur. Not. ꝙ noua eccleſia in præiudicium veterum eccleſiarum fieri non debet. Item priuilegium in iniuriam alterius dari non debet. Item quod datur pro pietate non debet trahi ad grauamen alterius, Item leproſi de hortis, & de animalibus ſuis decimas ſoluere non coguntur.

¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

f ¶*Tot.*] Sed quot ſufficiunt? forte x. vt 10. queſt. 3. vnio. vel etiam pauciores, dummodo velint eccleſiam dotare. argu. de conſec. diſt. 1. nemo.

g ¶*Veteribus.*] Veteres enim eccleſię propter nouas lædi nõ debent. 16. q. 1. quicunque. eccleſiæ tamen de decimis modicum damnum poſſunt ſuſtinere. j̃. c. proxi.

¶*Glo. ſeq. arguit, & arguendo probat.*

h ¶*Aliorum iniuriam.*] Arg. nullius inopiã releuari cum alterius iactura. 22. q. 2. primũ. & ff. de condi. inde. nã hoc. arg. 14. q. 1. deniq;. arg. C. de eman. li. nec auus. quia & ſi princeps concedit alicui ædificare in loco publico, hoc intelligitur facere ſine damno alterius. ff. ne quid in loc. pub. l. 2. §. ſi quis à principe. & ff. ad Treb. ſed cum ab hærede. ff. de admi. tuto. impuberi. & j̃. eo. ad audientiam. Sic enim interpretanda ſunt beneficia principis, vt non incipiant eſſe iniqua. ff. de vulg. & pup. ſub. ex facto. ff. de præto. ſtipula. l. Paulus. ff. ex quib. cau. maio. l. ſciendum. s̃. de vſu pal. ex tuarum. & s̃. de offi. ord. c. licet.

i ¶*Nutrimentis.*] De omnibus autẽ alijs ſoluant decimas, ex quo de iſtis tantum prohibentur: quia quod de vno prohibetur,

betur, de alio cõceſſum intelligitur. 25. diſt. qualis. niſi religionem aliquorum aſſumerent, tunc gauderet eorum priuilegio. s. de ſta. mona. recolentes. in fi. & arg. s. de dec. ex parte. Io.

AD *audientiam.*] Primò ponit facti narrationem. Secundò prouiſionem: ibi, *Quia igitur.* quæ primò prouidet quando rector conſentit: ſecundò quãdo diſſentit: ibi, *Si verò.* Abbas.

CASVS. Quædam villa tñ diſtabat à parochiali eccleſia, q tẽpore hyemali ſine magna difficultate parochiani ipſam eccleſiã adire nõ poterant: vnde cõgruo tpe non poterant diuinis officijs intereſſe: vnde dñs illius villæ petijt, vt ibi poſſet eccleſiam conſtruere, quam dotare volebat: & maior eccleſia in tñ abundabat, q nullũ vel modicum præiudicium pp hoc fieret eidẽ ſine obuẽtione illius villæ: vnde mandat Papa diœceſano: quatenus ſi ita eſt, eccleſiã ibi ædificet, & in ea ſacerdotem inſtituat, ad pñtationẽ rectoris maioris eccleſię, cũ aſſenſu patroni. pceptorũ obuẽtiones illius villæ: prouideat tñ, vt competens honor ſecũdum facultates illius loci eccleſię matrici ſeruetur: qđ ſatis fieri poteſt, cum dñs eiuſdem villæ xx. acras terræ illi eccleſiæ aſſignare velit: Si autẽ rector matricis eccleſiæ, opus illud voluerit impedire, vel pſbyterum idoneũ diſtulerit præſentare, archiepiſcopus nihilominus idem opus fieri faciat, & presbyterum inſtituat. Not. q ex iuſta cauſa noua eccleſia fieri põt in parochia alterius ea inuita, ita tñ q pro facultatibus ipſius loci nouiter conſtituti honor matrici eccleſiæ, & præſentatio rectori maioris patrono ſeruetur. Item modicum damnum ex cauſa ſuſtineri poteſt. Item negligentia inferioris ſuppleri debet per ſuperiorem.

† Capit. 2. eo. tit. in 1. compila.

† quòd

† conueniẽtem.

† Aliàs ita: eccleſiæ matrici maiori ſeruet.

† Acra, inquit Hoſt. hic, vulgare eſt Anglicorum. & tm valet acra apud Anglos q̃tum iornale apud nos, & q̃tum arpen tum apud Gallos. & quantũ bubulcata, vel tabula apud Italos, & Lõbardos.

¶ Alexand. iij. Eboraceñ. Archiepiſc.

¶ *Propter nimiam diſtantiam eccleſiæ, poteſt noua eccleſia in ipſius parochia ædificari, & certa portio de antiqua ſibi deputari.*

CAP. III.

j AD † audiẽtiam noſtram noueris peruenisse, quòd villa, quæ dicitur H. tantum perhibetur ab eccleſia parochiali diſtare, vt † tẽpore hyemali cum pluuiæ inundant, nõ poſſint parochiani ſine magna difficultate [a] ipſam adire: vnde non valent congruo tempore eccleſiaſticis officijs intereſſe. Quia igitur dicta eccleſia, ita dicitur redditibus abundare, quòd præter illius villæ prouentus miniſter illius conuenienter [b] † valeat ſuſtẽtationem habere: Mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem, ſublato appellationis obſtaculo, ad præſentationem rectoris [c] eccleſię maioris, cum canonico fundatoris aſſenſu inſtituas, ad ſuſtẽtationem ſuã eiuſdẽ villę obuentiones [d] eccleſiaſticas percepturum: prouidens tamen, vt competẽs in ea honor [e] pro facultate loci, matrici † eccleſię ſeruetur: qđ quidem fieri poſſe videtur, cũ eiuſdem villæ dominus viginti acras [f] † terrę frugiferę velit ad vſus ſacerdotis conferre. Si vero perſona matricis eccleſię virum idoneum pręſentare diſtulerit, [g] vel opus illud voluerit impedire, tu nihilominus facias idem opus ad perfectionem deduci, & virum bonũ, appellationis ceſſante diffugio, inſtituere non omittas.

¶ Idem Lexouieñ. † Epiſcopo.

¶ *Rectores eccleſiarum poſſunt compelli, vt de redditibus qui ſuperſunt, teneantur conferre ad conſtructionem, ſeu reparationem eccleſiæ.*

CAP. IIII.

DE † his, qui parochiales eccleſias habẽt, duximus reſpondendum, quòd ad reparationem, & inſtitutionem eccleſiarum cogi debent [h], cum opus fuerit, de bonis quę ſunt ipſius eccleſię, ſi eis ſuperſint, conferre, vt eorum exemplo [i] cęteri inuitentur.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Secularis eccleſia ſine pręiudicio clericorum ad ſtatum regularem poteſt reparari: & collegio, quod nondum eſt, priuilegium non confertur.*

CAP. V.

ij AD † audiẽtiam noſtram peruenit, q tu in eccleſia, de qua in epiſcopum vocatus fuiſti, regulares canonicos deſideras ordinare: inde ſi quidem eſt, quòd hoc deuotioni tuę auctoritate Apoſtolica in-

a ¶ *Magna difficultate.*] Hæc eſt iuſta cauſa conſtituendi eccleſiam in alterius parochia, & in eius pręiudicium. & ita difficultas aliquid permittit quod aliàs prohibetur. ſimi. 63. diſt. cũ longe. & 93. diſt. c. iuxta. & ff. de iud. ſi longius. & ff. de arbi. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. & C. in quib. cau. tu. vel cura. habenti tu. da. l. propter late. & l. cum ob augmentum. ſimile s. de reſcrip. nonnulli. s. de ele. nihil eſt. §. vlt. & 7. q. 1. temporis qualitas. §. 1.

b ¶ *Conuenienter.*] Alias nõ permitteretur. 16. q. 1. quicunq;. & c. eccleſiæ & c. de deci. & s. c. proxi. 12. q. 2. bonę rei.

c ¶ *Rectoris.*] Pręſentatio rectoris eſt neceſſaria: quia ille eſt ei ſubiectus. arg. 24. diſt. quando. 50. diſt. in capite. & qđ ipſum tangit approbare debet. s. de temp. ord. ſi archiepiſcopus. C. de au. pręſtan. l. vlti. & 16. q. 1. ſtatuimus. & s. de offi. archi. quia. in fin. Sed quare pręſentatio non ſpectat principaliter ad patronum: vt s. de iure pa. per totum? Poteſt dici q ideo ſpectat ad maiorem eccleſiam: quia in eius pręiudicium fundatur alia in ipſius parochia: vnde quaſi quadam compenſatione pręſentat cum aſſenſu patroni, & hoc prouidet Papa forte de conſenſu patroni. Vel poteſt dici, q patronus tantum eliget & pręſentabit electum rectori maioris eccleſię, qui illum poſtea epiſcopo pręſentabit. arg. 24. diſt. quãdo. ſed primum verius videtur. Sed quid ſi patronus non concordat cũ illo rectore? Niſi iuſtam cãm contradictionis oſtendat, nõ nocet. vel dic q ambo ſunt patroni, & ambo debent ſimiliter eligere: quia de bonis vtriuſq; dotatur eccleſia: & pſbyterum pñtabũt archiepõ. B. ¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium. & dupliciter ſoluit. & ſecundæ ſolutioni ſignat contrarium.*

d ¶ *Obuentiones.*] & ita videtur, q debeat habere decimas illius villę. ſed contra 16. q. 1. quicunque. & c. eccleſiæ, non ſunt cõtraria, ſed Papa hoc fecit ex plenitudine poteſtatis. & hoc ideo, q̃a pręter prouentus illius villę rector maioris eccleſię poterat competenter ſuſtentari: vt s. dicitur: ſed epiſcopus hoc facere non poſſet, niſi de conſenſu rectoris maioris eccleſię, q̃a nõ poteſt iura illius eccleſiæ dare alteri. s. de reb. eccle. non alienã. c. 1. & arg. 16. q. 1. conſtitutum. & s. §. ſicut duo. Gratianus tamen contradicere videt: vt colligitur ex illo. §. ſicut duo. à contrario ſenſu præcedentium capitulorum. Licet poſſit dici, q papa non intellexit de decimis prędialibus, ſed de obuentionibus alijs, ſcilicet oblationibus: & de perſonalibus decimis, q̃ dantur diebus, quibus accedunt ad eccleſiam, & ex mortuarijs & conſimilibus, quia de iure cõmuni perceptio decimarũ pertinet ad parochialem eccleſiam. s. de deci. cum in tua. & ſi Papa de illis intellexiſſet, bene expreſſiſſet. arg. s. de deci. ad audiẽtiam. ſicut expreſſit de obuentionibus, expreſſiſſet etiam de decimis. arg. contra j. de verbo. ſign. cum inter vos.

e ¶ *Honor.*] Scilicet vt aliquid annuatim in ſignũ ſubiectionis pręſtetur 1. arg. de cenſi. omnis anima. moderandum tamen ad arbitrium epiſcopi. s. de offi. deleg. de cauſis.

f ¶ *Acras.*] Menſura terrę eſt, & eſt vulgare Anglorum.

g ¶ *Diſtulerit.*] & patronus cum eo.

† Exoñ.

† Lexonen.

† Capit. 3. eo. tit. in 1. compila. Et poſt cõcil. Latera. ſub Alexã. iij. par. 29. c. 2. Et vide omnino concilium Trid. ſeſſ. 21. de refor. c. 7.

† Capit. 4. eo. tit. in 2. compilat.

1 Et hoc p̃bat litera pro facultate loci: vel vt veniant ad ſcrutiniũ, & baptiſma, & capitulum, & ſimile s. de capel. mo. dilect⁹ vel reſeruabit illi ſepulturam de pſcri. ex trãſmiſſa. Io. And.

DE *his.*] CASVS. Quæritur, vtrum rectores eccleſiarum compelli debeant eas reparare: Et reſpondet, q cogi debent de bonis eccleſię, ſi eis ſuperſunt, ad reparationem eccleſiarum conferre, vt eorum exemplo cæteri inuitentur. Not. q cuius eſt emolumentum, eius debet eſſe & onus. Item qui aliũ inuitat, in ſe debet habere quod prædicat.

h ¶ *Cogi debent.*] Si partem fabricæ recipiant. arg. 10. q. 1. decernimus. & q. 3. vnio. imo certe & ſine illa ſi poſſunt, vt colligitur. s. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. vlt. & arg. 12. q. 3. pontifices. & s. de teſti. cum in officijs. & s. eod. c. 1. vbi de hoc.

i ¶ *Exemplo.*] Qui alium inuitat ad aliquid faciendum, in ſe debet habere quod prædicat. 26. diſt. vna tantum. & 25. diſtin. primum. & ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. vlti. & ff. de fideiuſ. tuto. ff. ſi ſerui. ven. altius. & 61. diſt. miramur. 42. diſt. §. 1. & 47. diſt. cap. ſicut. §. neceſſe.

AD *audientiam.*] Diuiditur in duas partes. Secunda: ibi, *Licet autem.* Abbas.

CASVS. Quidam canonicus eccleſiæ ſecularis, vocatus fuerat in epiſcopum eccleſiæ alterius epiſcopatus, deſiderabat in eccleſia illa de qua fuerat aſſumptus, inſtituere canonicos regulares: petijt à domino Papa vt hoc ei liceret: indulget Papa vt hoc facere poſſit, ſi epiſcopus diœceſanus in hoc ſibi cõſentiat: ita tamen quòd clericis, ſi qui ſunt ibi dum vixerint vel alibi neceſſaria miniſtrentur. Item petijt à Papa vt faceret priuilegium cõfirmationis canonicis ibidem inſtituendis: in hoc

hoc Papa ipſum exaudire non poteſt, cum nulli canonici adhuc ibi ſint, quibus priuilegium concedatur. Not. ꝙ Papa per ſuam indulgentiam vel priuilegium alicui præiudicare non intendit, vt hic patet: quia ſi epiſcopus diœceſanus hoc non permittat, non valet hæc indulgentia, nec etiam clericis illius eccleſiæ præiudicatur.

dulgemus[a], ſi tibi epiſcopus diœceſanus cōſenſerit in hac parte. Verum ſi clerici ſeculares in ea adhucupereſſe noſcuntur, volumus eis, dum vixerint ibi[b] vel alibi neceſſaria prouideri †. ¶Licet autem nobis inſtantius ſupplicaueris, vt eccleſiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non poſſumus[c] de iure deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem exiſtant, quibus priuilegium concedatur.

¶Celeſtinus † iij.

¶Non obſtante iuramento de rebus eccleſię non alienandis: poteſt epiſcopus propter indigentiam nouam eccleſiam ędificare.

CAP. VI.

TVa † nos duxit: & infrà. ¶Præterea, quia occaſione iuramenti, quod de rebus eccleſiæ † non alienandis[d] te aſſeris præſtitiſſe, in locis tui epiſcopatus, in quibus populi habitantes oratorijs egere videntur (ne prætextu nouarū eccleſiarum commiſſa tibi eccleſia deſtitui videatur[e]) eccleſias formidas erigere: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus illius iuramenti[f] occaſione, nullatenus prætermittas, quin populo indigenti[g] ſuper baſilicarum inſtitutione ſtudeas ſalubriter prouidere.

TITVLVS XLIX.

De immunitate † eccleſiarum, Cœmiterij, & rerum ad eas pertinentium.

¶Ex ſynodo Ioannis Papæ.

¶In domibus eccleſiarum non debet iudex laicus iudicare, nec hoſpitium quęrere.

CAP. I.

VT † in domibus[h] eccleſiarū, neq; miſſus[i], neq; comes, vel iudex publicus, vel miniſter, quaſi pro conſuetudine placitum[k], vel hoſpitium[l] vendicent: ſed in publicis locis domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & etiam hoſpitentur.

¶Gregor. † Archiepiſcopo Tricen̄ †.

¶Tempore magnę neceſſitatis, non debet aliquis excuſari à murorum, ſeu ciuitatis cuſtodia. h.d. ſecundum intellectum Panormitani.

Item rei quæ non eſt, nō datur priuilegium.

¶Glo. ſeq. quęrit obijciendo, & ſoluit:

a *¶Indulgemus.*] ſed qd valet iſta indulgentia, cū hoc nō poſſit ſine licentia diœceſani: quia & hoc idem poterat, ſi tantum licentiā epiſcopi habuiſſet? quātum ad hoc parum valet, niſi quia epiſcopus citius mouebitur ad cōſentiendum: & ſi non conſentiret, facilius cōpelleretur. arg. ſ. de iure pa. nullus. ſed in hoc prodeſt, quia hoc facere poterit clericis inuitis, dummodo æquè ibi vel alibi prouideat eis, aliàs eis inuitis hoc facere non poſſet. ſimilis indulgentia eſt ſ. de vſu pal. ex tuarum. Et eſt opti. argu. ꝙ Papa non intēdit alicui facere p̄iudicium per ſuum priuilegium. De hoc no. plura argu. ſ. eod. cum dicat.

† Vide l. nec auus C. de emā. libe. & in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.

† Alex. iij. in vno vetuſto codice.

† Capit. 5. eo. tit. in 2. compila. Et vide Io. An. Antonium Butr. & Imolam in c. extirpandæ. §. quia vero ſ. de p̄ben.

¶Glo. ſeq. obijcit, & ſol. Iterum obijcit & ſoluit.

b *¶Ibi.*] Sed hoc videtur contra ius: quia homines diuerſæ profeſſionis in eodem officio non debent aſſociari. 16. q. vlti. in noua. & ſ. de electioni. cum cauſam. arg. ſ. de poſtu. c. 1. in fi. In poteſtate epiſcopi erit an velit eis prouidere ibi, vel alibi, ſed honeſtius eſt, vt eis alibi prouideat. Arg. eſt hic, ꝙ aliquis punitur ſine culpa. quod eſſe non debet 56. diſt. ſatis peruerſum. & 16. q. vlt. inuentum. Et hoc quidem regulare eſt, ſed hoc facit Papa ex ſpeciali indulgentia, vt remoueantur fauore religionis. & eſt ſumma ratio quæ pro religione facit. ff. de reli. & ſumpti. func. ſunt perſonæ. propter quā multa fiunt quæ aliàs non fierent. j. de apoſta. cap. 2. & ſ. de fil. presbyter. cap. 1.

† Aliàs ita eccleſię tuę. &c.

¶Glo. ſeq. fortificat textum, ſignat contrarium, & ſoluit.

c *¶Non poſſumus.*] Sic ergo patet, ꝙ rei quæ non eſt, non datur priuilegium: non enim ante ratio quærenda eſt, quam perſona. ff. de iure codicil. quidam referunt 1. & ff. communia prædio. l. 1. & j. de deſpon. impube. ad diſſoluendum. ſic reſcriptum non datur ad lites, quæ nondum ſunt. ſ. de reſcrip. cap. vlti. vbi plures concor. ſunt ad hoc. Arg. contra. ff. de ſerui. vrbano. prædio. ſi ſeruitus. §. futuro. Solue iſtud contrarium cum ſuis concor. & dic. ꝙ futuro ædificio non poteſt ſeruitus conſtitui, vt ſtatim ſit ſeruitus: quia non eſt cui ſeruiat, ſed aliquis poteſt obligari ad eam conſtituendam cum fuerit ædificium. arg. ff. fam. erciſ. hæredes. §. an ea ſtipulatio.

1 Hanc & duas ſequētes vide in c. vlt. de reſcrip. ſuper 4. glo. Ioā. And.

TVa nos.] Prima pars ponit dubium epiſcopi, quod ſecundò tollit: ibi, *Fraternitati*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidā epiſcopus iurauit, ꝙ bona eccleſiæ non alienaret: poſtmodum quidam habitatores ſui epiſcopatus, non habentes eccleſias vel oratoria, in quibus poſſent audire diuina, petebant ab epiſcopo, vt oratoria in locis illis erigerent, in quibus audirent diuinum officium: epiſcopus occaſione iuramenti prædicti, dubitabat eccleſiā ibi erigere, ne prætextu nouarum eccleſiarum eccleſia ſua detrimentum incurrat: quare ſuper hoc conſuluit Papam: & ipſe mandat, quatenus occaſione illius iuramenti, non dimittat quin populo indigenti ſuper eccleſijs conſtruendis debeat prouidere. Not. ꝙ iuramentum ad caſum inopinatum extendi non debet. Item ex iuſta cauſa nouæ eccleſiæ poſſunt conſtrui in parochijs aliorum: aliàs non debent conſtrui.

d *¶Non alienandis.*] Simile 28. diſt. de Syracuſanæ. 10. q. vlt. c. vlti. & ſ. de reb. eccl. nō alie. vt ſup ſic & rex in ſua coronatione iurat regni ſui iura illibata conſeruare. ſ. de iureiur. intellecto.

e *¶Deſtitui videatur.*] Trepidauit, vbi nō fuit timor. in hoc facto videbatur prẹiudiciū fieri eccleſiæ ſuæ, quia parochiani illi veniebant forte ad eccleſiā ſuā. B.

† Vide conciliū Trid. ſeſ. 25. de refor. c. 20 vbi immunitates & priuilegia eccleſiarū, & perſonarū eccleſiaſticarū, innouant, & cōfirmant. adde tractatum Remigij de Gonni de immunitate eccleſiarum.

f *¶Iuramenti.*] Iuramentum enim non extendebatur ad hunc caſum, licet illi eſſent parochiani ſui: ex quo populus indigebat. ar. ſ. de conſti. cū M. & ſ. eo. ad audientiam 1. nec poterat illud ſeruare iuramentū ne periculo animarum, propter carentiam ſacerdotum: vnde ſi p̄pter epiſcopi negligentiā aliqui perirent, imputaret ipſi. 26. q. 6. ſi presbyter. & c. ſeq.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cōpilat. Et de materia vide plene p Nauarrū i Manuali d Horis canonicis c. 5.

g *¶Indigenti.*] ecce cauſa quare noua pōt conſtitui eccleſia in p̄iudicium etiā alterius. ſic. ſ. eo. c. 3. 16. q. 1. p̄cipimus. & q. 7. eccleſias.

DE IMMVNIT. ECCLESIARVM, &c.

¶Continuatur hęc rubrica ad pręcedētia hoc ordine ſecundum Goſ. & Ioan. And. Viſo de eccleſiis ædificatis & reparatis, quia ipſæ cum ſuo ambitu & cæmiterio & ſuis reb. grauari non debent oneribus quibus res laicorum pręmuntur, ideo rectè poſt pręcedentem rubricam ſubiicitur iſta, vbi de iſtorum immunitate tractatur.

† Gregor. Agnelo Tetracon. epiſcopo.

† Aliàs Teracin. epiſ.

† Gregor. Agnello epiſcop. lib. 7. epiſtola. 20. indic. 1. regiſtri B. Gregorij. vide c. 2. eo. tit. in 1. compil.

De hac materia tractatur 41. diſt. §. ſed licet. vſque ad finem diſt. & 87. & 98. diſtin. & 14. q. 4. & 23. q. vlt. c. ſi morte. §. ecce quod vſque ad §. hinc datur. 16. q. 1. generaliter, vſque ad §. idem. & q. 6. & 2. q. 1. in primis.

VT in domibus.] CASVS. Statuit Papa in capitulo iſto, ꝙ in domibus eccleſiarum placitum, vel hoſpitium nullus ſibi debeat vendicare, non obſtante aliqua conſuetudine, ſed in publicis locis hoc faciant. Not. ꝙ placita ſecularia in eccleſia teneri non debent. Item iudices ſeculares prætextu alicuius conſuetudinis, hoſpitium in eccleſijs vendicare non debent.

h *¶Vt in domibus.*] ſupple, ſtatuimus.

i *¶Miſſus.*] id eſt, excecutor, vel officialis: vulgare eſt Italię.

k *¶Placitum.*] Et ita placita ſecularia non ſunt in eccleſia tractanda, ſed eccleſiaſtica. ſic 2. q. vlti.

l *¶Hoſpitium.*] C. de epiſc. & cler. l. 1. in fin. quod quaſi debitum non debent habere 2, ſed charitatiuū hoſpitium petere poſſunt à clericis: ad quod tenentur. 42. diſtin. §. 1. & ſuprà de ſupplen. negli. prælato. ſicut. & ſ. de præben. c. de monachis.

2 Niſi ab initio fuiſſet impoſitū. de iure pat. pręterea. de cen ſ. quanto vel tranſlatū eſſet onus hoſpitij cum re cui erat annexum de dona. cū dilecti. ad id de deci. paſtoralis. de pig. ex literis. ſecundum Goff. Ioan. And.

PEruenit.] Hoc capitulum multos habet intellectus: ideo per multos non ſummatur. Primò ponit dictum. Secundò rationem ipſius: ibi, *Quatenus*. Abbas Sicculus.

CASVS. Statuitur in capitulo iſto, ꝙ cum neceſſitas imminet, nullus à cuſtodia ciuitatis, ſeu vigilijs debeat excuſari; ſed omnes ad hoc generaliter teneantur, vt omnibus vigilantibus

ciuitas

çiuitas melius valeat cuſtodiri. No. ꝙ in neceſſitate ceſſat priuilegium. Item quod omnes tãgit, ab omnibus præcaueri debet.
a ¶*Nullum.*] de hominibus eccleſiæ.
b ¶*Aut alio modo.*] id eſt, ſub hoc prætextu excuſari, ꝙ ſit homo eccleſiæ noſtræ, vel ſuæ.

CAP. II.

PEruenit: & infrà. ¶Fraternitas tua, nullum[a] per noſtræ vel eccleſiæ ſuæ nomen, aut alio modo[b] excuſari à murorũ vigilijs patiatur: ſed omnes[c] ad hoc generaliter cõpellantur: Quatenus cunctis vigilantibus[d], melius valeat ciuitatis cuſtodia procurari.

¶Idem Vitali defenſori Sard. †

¶*Ruſticus aſtrictus ad culturam agrorum eccleſiæ non poteſt illam deſerere. h. d. ſummando generaliter.*

CAP. III.

INdicatum eſt: & infrà. ¶Dictum eſt nobis, quòd ruſtici[e] eccleſiæ rura eius deſerentes, in priuatorũ poſſeſſionibus culturam exhibeant: quod experientia tua fieri nõ permittat.

¶Ex concilio Lateraneñ. †

¶*Laici collectas imponentes clericis, vel eccleſiis, ſeu iuriſdictionem eorum vſurpantes, ſi moniti non deſiſtunt, ſunt excommunicati cũ ſuis fautoribus: poteſt tamen epiſcopus cum clero eis in neceſſitate præbere ſubſidia.*

CAP. IIII.

NOn † minus: & infrà. ¶In diuerſis mundi partibus conſules ciuitatum, & rectores, nec non & alij, qui poteſtatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt eccleſijs, vt deterioris conditionis factum ſub eis ſacerdotium videatur, quã ſub Pharaone fuerit †, qui legis diuinę notitiam non habebat[f]. Ille quidẽ omnibꝰ alijs ſeruituti ſubactis[g] †, ſacerdotes, & poſſeſſiones eorum, in priſtina libertate dimiſit, & † eis alimoniam de publico adminiſtrauit: Iſti verò o-

c ¶*Omnes.*] niſi ſint ſenes, vt eo prætextu excuſentur. C. de decu. l. vlt. lib. 10. & 12. q. 2. eccleſiarũ ſeruos. contra. ſed hoc eſt ſpeciale 1. Bernard.

1 Propter nimiam neceſſitatem ĩ. eo. nõ minus ſecundum Goff. & iũge qđ notatur de offi. archi. mãdamus. ſecundum Hoſtiẽſem Ioan. And.

d ¶*Vigilantibus.*] viciſſim, & ſucceſſiuè, vel etiam ſimul ſi periculũ imminet: quia expedit reipublicæ plures habere defenſores. ff. de no. oper. nuncia. nam reipublicæ. Vincen.

† Ideſt, Sardiniæ, vt in veteri regiſtro libr. 7. epiſtol. 65. indict. 2. & c. 3. eo. tit. in 1. cõpil.

INdicatum eſt.] Hoc capitulum communiter non ſummatur, & non diuiditur. Abbas.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ ruſtici eccleſiæ, rura eccleſiæ dimittere non debent, transferendo, ſe ad priuatorum rura. Nota hic contra ruſticos eccleſiæ, ſcilicet aſcriptitios.

e ¶*Ruſtici eccleſiæ.*] De illis intellige, q glebæ ſunt aſtricti: vt recedere non poſſint. C. de agricol. & cenſit. cũ ſatis omnino. lib. 11. de quibus habes. ſ. de Iudæis. multorum. §. 1.

† Scilicet, ſub Alexã. iij. cap. 19.

NOn minus.] Prima pars narrat, & aggrauat horridã oppreſſionem eccleſiæ, quam faciebant Poteſtates ſeculares. Secunda: ibi, *Quocirca.* prouidet. Et hæc tria facit. Primò pœnam cõminatur. Secundò ponit caſum pmiſſum. Tertiò pœnã cõminatam imponit. Abbas Siculus.

† Capit. 4. eo. tit. in 1. compilat. cõcor. concil. Latera. ſub Leon. x. ſeſſio. 9. titul. de refor. curiæ §. & cũ in iure. & Bulla in cœna Domini §. Qui ue collectos.

CASVS. In quibuſdã partibus mundi rectores, locorum tot onera imponunt eccleſijs, vt ſacerdotes earũ deterioris conditionis videantur, quam fuerint ſub Pharaone, qui legis notitiã non habebat: imo ſacerdotes & iura eorum in priſtina libertate dimiſit, & de publico eis neceſſaria miniſtrabat: ſed iſti oĩa ſua onera ferè imponunt eccleſijs, & iuriſdictionẽ eccleſiarum ſibi in totũ vſurpant: vnde Laterañ. conciliũ ſub anathemate prohibet ne talia decætero attentare prȩſumant: niſi eps & clerus tantam neceſſitatem aſpexerint, vel vtilitatẽ, vt abſq; vlla coactione exiſtiment eis ſubueniendum, vbi laicorũ non ſuppetunt facultates: Si vero decætero contra iſta venire præſumpſerint, & cõmoniti non deſtiterint, ſe nouerint excõicatos, nec cõmunioni reſtituantur, donec ſatisfecerint cõpetenter. Not. ꝙ laici nõ debent onera imponere eccleſijs, nec earum iuriſdictionẽ vſurpare: & ſi commoniti nõn ſatisfecerint, ſunt excommunicati.

† Gene. c. 47.

† ſubiectis

† & de publico eis alimoniã miniſtrauit.

f ¶*Non habebat.*] & ideo minus peccauit: Vnde Apoſtolus: Miſericordiam merui, quia ignorans feci. 8. diſt. conſuetudo. ſed iſti excuſationem hanc habere non poſſunt.
g ¶*Subactis.*] id eſt, redactis.
h ¶*Angarys.*] Angariæ 2 dicuntur perſonalia obſequia, proprijs ſumptibus præſtita: Parangariæ vbi perſona ſeruit ſumptibus alienis.

2 Angariæ & Parãgariæ qualia ſint onera, explicat Alciatus ĩ adnotatio. ad 12. librum C. Iuſti. tit. de præpoſitis ſacri cubiculi.

¶*Glo. ſeq. arg. clericos immunes, & c. allegat ſeptem iura, in contrarium allegat quinque, & ſoluit.*
i ¶*Sub tributo.*] Arg. ꝙ ſacerdotes & clerici debent eſſe immunes ab omni exactione ſeculari. 23. q. vlt. cõuenior. & c. tributum. §. quamuis. & C. de ſacroſan. eccle. l. ad inſtructiones. & l. placet. & 11. q. 1. ſi tributum. & 16. q. 1. c. generaliter. §. nouarũ. & 11. q. 1. ſacerdotib. arg. contra. 23. q. 8. tributũ. & 11. q. 1. magnũ. ſ. de cenſi. c. 1. in fine. C. de epiſc. & cler. de his. ff. de pub. & vect. imperatores. Solu. quæ vſibus eccleſiaſticis deputantur, quo ad fundationẽ eccleſiarũ, & cœmiteriũ, & domos, & hortos iuxta poſitos, ĩmunia debent eſſe ab omni exactione, cætera autẽ tranſeunt cũ ſuo onere ad eccleſiam, arg. ſ. de cẽſi. c. 1. vbi de hoc.

nera ſua ferè vniuerſa imponunt eccleſijs, & tot angarijs[h] eas affligunt, vt eis quod Hieremias deplorat competere videatur: Princeps prouinciarũ facta eſt ſub tributo[i]. Siue quidem foſſata, ſiue expeditiones, ſeu alia quælibet ſibi arbitrentur agenda, de bonis eccleſiarum, & clericorum, & pauperũ Chriſti vſibus deputatis volunt ferè cuncta compleri †. Iuriſdictionem etiã, & auctoritatem prælatorum ita euacuant, vt nihil poteſtatis eis in ſuis videatur hominibus remanſiſſe.

Thre. 1.

† adimpleri. in concilio vero legitur cõp.

¶Quocirca ſub anathematis diſtrictione fieri decętero talia prohibemus: niſi epiſcopus & clerus tantam neceſſitatem[k], vel vtilitatem aſpexerint †, vt abſque vlla exactione † ad releuandas[l] communes vtilitates, vel neceſſitates, vbi laicorum nõ ſuppetunt facultates, ſubſidia per eccleſias exiſtiment conferenda. Si autẽ conſules, aut alij decætero iſta cõmiſerint, & commoniti[m] deſiſtere noluerint, tam ipſi, quàm fautores eorum, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere: nec communioni reddantur, donec ſatisfactionem fecerint competentem.

† inſpexerint.
† coactione.

¶Lucius tertius.

¶*Cauſæ ſanguinis in eccleſia, vel cœmiterijs agitari non debent.*

CAP. V.

CVm † eccleſia[n] Dei ſecũdum euangelicam veritatem, domus orationis eſſe debeat, non ſpelunca latronum, aut ſanguinis forũ: Seculares iudices cauſas, vbi de ſanguinis effuſione[o], & corporali

k ¶*Tantam neceſſitatem.*] Et ita ex arbitrio epi dependet inſpicere hanc neceſſitatẽ, tamẽ aliquid conferre nõ debent: niſi ſup hoc prius Romanus Pontifex cõſulatur. ĩ. eo. aduerſus. 1. reſpon. in fine.
l ¶*Releuandas.*] Cõferre. n. debent ſicut & alij poſſeſſores ad iter faciendum, vel põtem ædificandum, vel reficiendum. in Authẽ. de eccle. tit. §. ad hoc. coll. 9. C. de ſacroſan. eccle. ad inſtructiones.
m ¶*Commoniti.*] Admonitio. n. ſemper prȩcedere debet vindictã. 12. q. 2. indignè. & niſi ſe correxerint poſt admonitionem, ſunt ipſo iure excõicati 3, vt hic dicit. & fauores ipſorũ, & ſucceſſores ipſorum ſi nõ ſatisfecerint infra mẽſem. ĩ. eo. aduerſus. §. vlt. Ber.

† Capit. 2. eo. tit. in 2. compilat. Et de materia vide latè p Nauarrum in Manuali de Horis canonicis c. 5.

CVm eccleſia.] Diuiditur: Nã in principio & fine ponit duplex conſtitutionis cauſa: In medio ponitur cõſtitutio. Secũda: ibi, *Seculares.* Abb. Sic.

CASVS. Eccleſia Dei ſecundum Euangeliũ debet eſſe domus orationis, & nõ ſpelunca latronũ, aut ſanguinis forum, & ideo ſtatuit Papa, ꝙ iudices ſeculares cauſas criminales, vbi de ſanguinis effuſione, vel corporali pœna agitur, ibi ſub interminatione anathematis non debeant exercere: abſurdum eſt enim ibi cauſam ſanguinis agitari, vbi eſt tutela refugij conſtituta. Not. cauſas criminales laicorum in eccleſijs non debere agitari. Item confugientes illuc debent ab eccleſia defendi.
¶*Glo. ſeq. inducit ſimile.*
n ¶*Cum eccleſia.*] Hic ergo propter reuerentiã loci non tractantur cauſæ ſecularium in eccleſia. ſ. eo. c. 1. ſic & alibi expellunt de eccleſia. 2. q. 7. accuſatio. alibi habes de reuerentia diei, in quo cauſæ etiam ex conſenſu partium tractari non poſſunt. 15. q. 4. c. 1. C. de fer. omnes. & melius. ſ. de fer. c. vlt.
¶*Glo. ſeq. quærit, & dupliciter ſoluit.*
o ¶*Effuſione.*] maximè: quia nec aliæ ciuiles cauſȩ. ſ. eo. c. 1. ſecus de eccleſiaſticis 2. q. 2. præceptũ. arg. ſ. de app. qua frõte. Quid ergo ſi alteri parti, vel vtriq; eſſet interdictus ingreſſus eccleſiæ? Reſpondet, nihilominus poſſunt intrare, quia interdictum

3 Dicit. Petrus, ꝙ iſte eſt caſus ſpecialis, q non hr̃ alibi, niſi ĩ. de rap. excõicatiõi, ſed vide concord. iuris noui, quas ibi dedi ſuper vlti. gl. Ioan. And.

dictum non extenditur ad hunc caſum. arg. ꝙ etiam poſt votum, vel iuramentum de carne nō comedenda, comedere debet, vt ſe purget ſi eſſet ſuſpectus. 3 0. diſt. c. vlt. ar. ſ̄. de conſti. cū M. & ſ̄. tit. prox. c. vlt. Vel tunc cauſæ tractantur extra eccleſiā. vt illic ſeruetur interdictum: quia nihilominus valet iudiciū, nec eſt præceptum ita ꝙ non poſſint alibi tractari, quam in eccleſia: ſed de honeſtate dictū eſt, vt propter loci reuerentiam forte magis caueant à periurijs, & mendacijs.

† Aliàs ita. & valde crudele.

a ¶[*Cœmiterijs.*] quæ eodē 1 priuilegio gaudent cū eccleſijs. 17. q. 4. q̄ſquis. & c. id cōſtituimus. & ſ̄. de cōſe. eccle. vel alta. c. cōſuluiſti.

† in omnibus exēplaribus Vaticanis pro, Scotiæ, legit, Conaciæ, vel Conatiæ.

¶*Glo. ſeq. recite. per q.*

b ¶[*Anathematis.*] Nō credo 2 ꝙ ipſo iure ſint excōicati, ſed poſt admonitionem ſunt ex communicandi. Ber.

1 Vide Remigiū de Conni tracta. de immun. eccl. paulo poſt principiū verbo, cœmiteriū. in quarta ampliatione.

c ¶[*Tutela.*] Sic cōfugiens ad eccleſiam tutus debet eſſe, quia eſt tutela refugij, vt hic dicit: & j̄. c. proxi. & 17. q. 4. diffiniuit. Bern.

2 Secūdum Ala. alleg. 10. diſt. hāc cōſuetudinem idem Hoſt. Ioan. And.

I*Nter alia.*] Malefactor fugiens ad eccleſiam immunitate gaudet: niſi in duobus caſibus, ſeruus vero reſtituitur dño de ipſius impunitate iurāti. Ita cōiter ſummat. Duo ſunt dicta. Secundum: ibi, *Si verò.* Abbas Siculus.

† Cap. vni eo. tit. in 3. compilat. De materia vide late p Couarruuiā li. 2. varia. reſo. c. 20. & Remigiū tracta. de immun. eccl. fallētia. 2. & 4.

C a s v s. Queſitū fuit à Papa, vtrū confugientes ad eccleſiā debeant ibi defendi: Papa ſup hoc diſtinguit, confugiēs ad eccleſiā aut eſt liber, aut ſeruus: ſi liber, quantūcunq; grauia cōmittat, nō eſt ab eccleſia per violentiam extrahendus, nec inde debet dānari ad mortē, vel ad pœnā: ſed rectores eccleſiarum vitā ſibi reſeruent: puniatur tamen aliàs ſuper eo quod inique fecerit: niſi fuerit latro publicus, vel nocturnus depopulator agrorum: qui publicas ſtratas obſidet ſuis inſidijs, qui ab eccleſia extrahi poſſunt nulla defenſione ſibi tradita. Si autem fuerit ſeruus ad eccleſiam confugiens, ſi dñs eius de impunitate perſonæ, clericis iuramentum præſtiterit, domino ſuo reſtituatur etiam inuitus, alioquin à dño poterit occupari. Not. diſtinctionē huius decretalis circa fugientes ad eccleſiam. Itē confugiētes ad eccleſiā debent ibi defendi, ꝑter duas perſonas, ſcilicet, latronem publicum, & deuaſtatorem agrorum, & vinearum.

† Aliàs ita. ſup eo. tñ.

¶*Glo. ſeq. recitetur per obiectionem.*

d ¶[*Canonum.*] 17. q 4. diffiniuit. c. id conſtituimus. cap. reum ad eccleſiam. & c. metuentes.

e ¶[*Legum.*] C. de his qui ad ecc. confug. l. præſenti.

f ¶[*Extrahendus.*] etiam Iudæus 3, dummodo abſit ſimulatio. C. de his qui ad eccle. confug. l. 1.

3 De hoc articulo vide quos paulo antea citaui.

g ¶[*Ad pęnam.*] Ab omni genere pœnarum interim ſunt ſecuri. 17. q. 4. id conſtituimus.

h ¶[*Puniendus.*] pecunialiter dumtaxat, vel alia ſatisfactione præter pœnam corporalem. 17. q. 4. reum. & c. id conſtituimus.

i ¶[*Niſi publicus latro.*] vt 17. q. 4. ſicut antiquitus, lex tñ plures perſonas excipit. in Auth. de man. prin. §. ꝙ ſi delinquentes. coll. 3. ver. neq;. vbi homicidæ, adulteri, & raptores virginum, extrahuntur ab eccleſia: ſecundū ꝙ iſti de quibus hic dicitur. ſed decr. tñ duas perſonas extrahit, vt hic: & canon expreſſe præſtat immunitatē raptoribus virginum. 36. q. 1. de raptorib.

pœna agitur, in eccleſijs, vel cœmiterijs[a] agitare ſub interminatione anathematis[b] prohibemus: abſurdum enim eſt, & † crudele, ibi iudicium ſangunis exerceri, vbi eſt tutela[c] refugij conſtituta.

¶Innocentius iij. illuſtri regi Scotiæ. †

¶*Reus criminis ad eccleſiam fugiens, non eſt violenter ab ea extrahendus, nec debet amplius pretextu criminis commiſſi damnari ad mortē, vel ad aliam pœnam corporalem: eſt tamen aliter legitimè puniendus; fallit in duobus caſibus hic expreſſis. h. d. primò. Seruus fugiens ad eccleſiam timore domini ſui, eſt domino de eius impunitate iuranti reſtituendus. hoc dicit ſecundò.*

C A P. VI.

e ¶Baptiſmum paruulorũ.] Iſta duo ſacramenta ſemper excipiũtur de quolibet interdicto,quia ſunt ſacramẽta neceſſitatis. 1. q.1.c. remiſſionem.§.ſed notandum eſt. & c.ſi quis hæreticæ.§.ecce ſi clericus. & melius 32. diſt. præter.§.verũ. vnde ẽt in neceſſitate poſſunt recipi ab hæretico. 24. q.1. ſi quẽ forte. ſecus. de alijs.24.q. 1. cœpit.

f ¶Pœnitentias moriẽtium.] & præter cõionem,quę viaticum appellatur.j̃.de pœ.& remiſ.q̃ in te.& etiam ſuſcipientibus ſignũ crucis, & peregrinis pœnitentia conceditur: vt in c.quod in te. Ber.

† Cap. 16. eo.tit.in 1. cõ. & poſt concilium Laterã.pa. 50.c.30.Et qñ dicto vnius credatur, tradit Iaſon in re pet. l. admonendi verſi. Item plene creditur. ff.de iureiurã. iã qđ fieri oporteat vt matrimonij impedimẽta detegant vide concilium Tridẽ. ſeſ. 24.d̃ refor mat.matri. c.1.

2 Quia nõ eſt terra interdicta, ſed organa ſuſpẽſa ad tempus, tamẽ irregulares ſunt qui ibi celebrant In no. cõtrariũ not. de offic. ordi. irrefragabili. & de appe.dilectis.Io.An.

† Cap. 17. eo.tit.in 1. compil. & poſt cõcil. Laterã.pa. 50.c.31.

† vt.

† præſtitit.

CAP. XII.

ij PRæterea † de muliere, quæ à viro impetitur, cuius conſanguineus cùm ea ſe deliquiſſe proponit, ſed hoc publicè g confiteri recuſat propter metum,& potentiam mulieris: Taliter reſpondemus, vt matrimonium ipſum fieri (niſi iuramentum h interueniſſet)diſtrictè prohibeas, ne deterius inde contingat.

¶Idem procuratori, & canonicis,Soran.

¶Si mulier inuita cum aliquo contrahat,nec in eum poſtea conſentiat, tenet matrimonium ſi alteri poſtea nubit.Ita commmuniter ſummatur. Et ſecundum hunc intellectum eſſet hic caſus apertus, quòd matrimoniũ metu contractum eſſet ipſo iure nullum.hoc tamen clarè non colligitur ex litera.

CAP. XIII.

VEniens † ad Apoſtolicam ſedem Mariota ſupplici inſinuatione monſtrauit, quòd quendam adoloſcẽtem adamauit intantum, quòd † vterque de matrimonio contrahendo,ſub trium perſonarum teſtimonio præſtitit † iuramentum: quòd parentes mulieris ipſius ignorantes, eam in

ij PRæterea.] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Taliter*. Abbas.

CASVS.Quidam vir volebat contrahere cum quadam muliere: Conſanguineus illius viri dicebat,ſe deliquiſſe cum ea, ſed illud non audebat confiteri propter potentiam mulieris: Quæritur quid iuris? Reſpondet Papa, quòd matrimonium illud fieri non permittitur,ne deterius inde contingat,niſi iuramentum interueniſſet. Nota quòd matrimonium ad dictũ vnius impeditur, ne contrahatur. ſed ſi iuramentum interueniſſet,propter dictum vnius non impeditur.

¶Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem.an publice confitenti credendum ſit: & ſoluit quod non duplici de cauſa.

g ¶Publicè confiteri.]Quid ſi publicẹ confiteť? Duplici rõe nõ dẽt ei credi: Primò q̃a vnius cõfeſſio in alieno facto nulla eſt.4 q.4.c.placuit.§.itẽ in criminali.ver.itẽ vnius teſtimoniũ. & s̃. de teſti.veniens.1. Secũdò q̃a turpitudinẽ ſuã confiteť. s̃. de dona.inter dilectos.14.q.5.nõ ſanè.& j̃.de eo q dux.in matrimo.c.1. 3 ſed cõſanguineo reuelare teneť.35.q.3.ſi homo.

h ¶Niſi iuramentũ.]& ita ſi iuramentũ interuenit, non dẽt matrimoniũ ꝓhiberi pp confeſſionẽ illius ſecretã, niſi aliter probareť:nã ſi legitima affinitas probareť,impedireť matrimoniũ nõ obſtante iuramẽto illo qđ habuit conditionẽ annexã: ſcilicet,niſi iuſta cã prohibeat.s̃.de iureiu.quẽadmodũ. imo iã contractũ ſeparareť. j̃.de eo q cog.cõſ.vxo.ſuæ.de illo.Si verò iuramentũ non interueniſſet,ad teſtimoniũ vnius, ſiue ad famam impediretur matrimonium contrahendum.s̃. de teſti.ſuper eo 2.§.1.& j̃.de conſangui.& affinita.ſuper eo. & hic.

3 Concor. tex. in l. ſi pignorib⁹. cũ concor. vul. C. de ſer. pi. dama.

VEniens.] Primò narrat factum. Secundò diffinitionem committit:ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS.

Cᴀsᴠs. Quædam iuuenis mulier M. nomine, intantum adamauit quendam iuuenem, quòd vterque illorum in pręſentia trium teſtium præſtitit iuramentum de matrimonio inuicem cõtrahendo. Parentes mulieris hoc ignorantes, eam inuitam, & reclamantem cuidam alij tradiderunt: ſed illa ipſum ita exhorruit, ꝙ nullo modo ab ipſo cognoſci ſe permiſit, & cœpit publice confiteri, quòd à primo viro cognita fuit & iurata: Tandẽ epiſcopus diœceſanus cognito, ꝙ illi eſsẽt conſanguinei, eos abinuicem ſeparauit: Sed dum cauſa tractabatur, & illa nollet conſentire viro, cui à parentibus tradita fuerat, ipſe vir aliam duxit in vxorẽ, & illa cuidã alij T. nomine fuit publice deſponſata: de quo poſtmodum filiũ genuit. pater illius viri ei oppoſuit quòd filium ſuum in virum habere non poterat, eo quòd ab alio viro, qui iam defunctus erat, deſponſata fuerat: Vnde mulier illa ad dominum Papam acceſſit, exponens ei omnia ſupradicta: Mandat Papa quibuſdam, quatenus ſi inueniant, quòd prædicta mulier à priori viro iudicio eccleſiæ fuerit ſeparata, & ab illo T. ſine contradictione eccleſiæ in vxorem traducta, & ille cui à parentibus tradita fuerat, de præſenti vita deceſſit, moneant dictũ T. & compellant, vt præfatam M. recipiat in vxorem, & eam maritali affectione pertractet: quod ſi non fecerit, eum, & ſuperinductam, & patrem ipſius, ſi contradixerit, excommunicationi ſubijciãt.

† Quid fieri non debuit, quia libera à coactione eſſe debẽt matrimonia. c. de neptis. & c. fi. verũ. 31.q.2. Magiſter ſenten. & Doctores li. 4 ſent. & Doctores. li. 4 ſentẽ. diſt. 29. conciliũ Tridẽ. ſeſ. 24. de reformat. mat. c. 1.

† Aliàs ita: Sane cum ď illo, &c.

† Aliàs ita: eo ꝙ ab alio &c.

† Aliàs ita: copulata fuerat.

† ipſius.

† reſtiterit

...uitam, & reclamantem [a] †, in vxorem alij tradiderunt: quem ita exorruit, quòd ſe ab eo nullo modo cognoſci [b] pmiſit. Cumque publicè fateretur, quòd à priori viro cognita eſſet, atque iurata, epiſcopus Soranus cognito, quòd proxima inter [c] eos eſſet linea conſanguinitatis, ipſos ab inuicem ſeparauit. [d] Cæterum cum cauſa ipſa tractaretur [e], & viro, cui tradita fuerat à parentibus, conſentire nollet, ipſe aliam in vxorem traduxit, & illa cuidam T. nomine, publicè in conſpectu eccleſiæ nupſit [f]. Tandem † cum de illo filium genuiſſet, pater ipſius T. ei oppoſuit, quòd filiũ ſuum non potuit in virum habere, eo † quòd alij, qui defunctus eſt, prius deſponſata fuiſſet: & infrà.

¶Mandamus, quatenus ſi inueneritis, quòd prædicta mulier à priori viro, iudicio eccleſiæ fuerit ſeparata, & ab eodem T. ſine contradictione eccleſiæ in vxorem traducta, & ille cui à parentibus fuit † copulata, de præſenti vita deceſſit [g], prædictum T. monitione pręmiſſa compellatis, vt pręfatam Mariotã recipiat [h], & ſtudeat maritali affectione tractare: alioquin eum, & ſuperinductam, & patrem eius † (ſi huic rei reſtiterint [i] †) excommunicationi ſubdatis.

Nota quòd coactum matrimonium eſt nullum. Item omnes impedientes iuriſdictionem iudicis, ſine exceptione ſunt excommunicandi: quia per hoc efficiuntur de iuriſdictione ipſius iudicis.

a ¶*Reclamantem.*] ergo non fuit matrimonium. 31.q.2.c.1. & 2. & ĵ. eod. c. proximo.

b ¶*Cognoſci permiſit.*] quod ſi feciſſet, amplius reclamare non poſſet. infrà de eo qui duxit in matrimo. quam pol. per adulterium. capitu. 1. & infrà. qui matrimo. accuſa. poſſ. inſuper 1.

1 Facit tex. ĩ l. nuptias cum gl. & Bart. ff. de reg. iur.

c ¶*Inter eos.*] ſcilicet, ipſam mulierem, & primum virum.

d ¶*Separauit.*] 35.q.3. progeniem. & c. contradicimus.

e ¶*Tractaretur.*] cum ſecundo, vel potius cum primo. Bernard.

f ¶*Nupſit.*] quod fieri non debuit lite pendente: vt argu. infrà de ſpon. duo. tua fraternitas. de hoc habes infrà eo. cum in Apoſtolica.

g ¶*Deceſſit.*] maximè, quia idem eſſet ſi viueret: quia ſi inuita tradita ei fuit, nullum fuit matrimonium 2. infrà cap. proximo.

2 Secundũ Ala. ſecundũ quem ideo hoc opponit, q̃a iã manifeſtum eſt impedimẽtũ ſi ſubeſſet, vel factũ not. & idem incẽ. Ioan. And.

¶*Gloſſa ſequens arguit in fine.*

h ¶*Recipiat.*] ergo propter ſolum ſcandalum non ſuperatur matrimonium: quia iudicium eccleſiæ non expectauit. ĵ. eo. cum in Apoſtolica. & ĵ. de matrimo. contrac. contra interdi. eccle. cap. 1. & 2. Et eſt hic argu. quòd non præſtat impedimẽtum, quod de iure non ſortitur effectum. ſuprà de iure patrona. illud. cum ſuis concor.

i ¶*Reſtiterint.*] Omnes impedientes iuriſdictionem iudicis poſſunt excõicari. ſ̃. de of. del. c. 1. & ſ̃. de teſti. tam literis. Ber.

C*Vm locum.*] Primò ponit regulam. Secundò infert genus: ibi, *Matrimonium.* Tertiò ſpeciem: ibi, *Quocirca.* Abbas.

¶Idem Papien. Epiſcopo.

¶*Si timetur inferri violentia puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet iudex ſibi prouidere locum tutum, & honeſtum, donec cauſa terminetur, hoc dicit: Et eſt textus multum allegabilis.*

CAP. XIIII.

CVm † locum non habeat conſenſus, vbi metus [k], vel coactio intercedit, neceſſe eſt, vt vbi aſſenſus cuiuſquã requiritur, coactionis materia repellatur. Matrimonium autem ſolo [l] conſenſu contrahitur: & vbi de ipſo [m] quęritur, plena [n] debet ſecuritate ille gaudere, cuius eſt animus indagandus [o], ne per timorẽ dicat ſibi placere quod odit, & ſequatur exitus, qui de inuitis ſolet nuptiis prouenire. [p]

¶Quocirca mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quæſtio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere [q] oportet, facias honeſtè teneri, donec [r] prædicta cauſa terminata fuerit, & † ſententia ſine contradictione cuiuſquam valeat executioni mandari.

† Cap. 19. eo. ti. in 1. compil.

Vide conciliũ Trid. ſeſ. 24. ď reforma. matrimonij. c. 9. & Couarruuiã ĩ epitome li. 4. decretaliũ pa. 2. c. 3. §. 5. & p magiſtrũ & Doctores ſcholaſticos li. 4. ſen. diſ. 29. vbi Sotus pleniſſime q. 1. art. 3.

† Alias ita: vt ſentẽtia

Cᴀsᴠs. Inter duos ciues Papien. quæſtio vertebatur ſuper matrimonio cuiuſdam puellæ: vterque dicebat ſe matrimonium cum illa contraxiſſe: mulier timebat violentiam ſibi inferri à prædictis, qui eam petebant: quæſitũ fuit à Papa q̃d fieri deberet? Reſpondet, vbi metus vel coactio intercedit, conſenſus locum habere non poteſt: ſed vbi cõſenſus requiritur metus vel coactio debet repelli: & matrimonium ſolo conſenſu cõtrahitur, & ſic omnis metus, vel coactio debet repelli, ne per timorem dicat ſibi placere quod odit: vnde mandat Papa epiſcopo Papien. vt puellam illam de cuius matrimonio quæritur, ponat in domo aliqua, vbi nullo modo timeat, & faciat eam cuſtodiri honeſte, donec cauſa fuerit per ſententiam terminata. Nota, quòd matrimonium ſolo conſenſu cõtrahitur. Itẽ inuita matrimonia fieri non debẽt. Item iudex locum ſecurũ debet partibus prouidere.

¶Idem.

¶*Sponſalia de futuro, ſi ſecuta eſt copula, non ſoluuntur per ſponſalia de pręſenti alias tenent ſponſalia de præſenti, niſi per metum qui*

¶*Gloſſa ſequens diſtinguit ſexum circa metũ.*

k ¶*Metus.*] qui poſſit cadere in conſtantem virum. ĵ. c. proxim. & c. conſultationi. in fi. & ff. quod met. cau. metũ. minor tamẽ metus magis excuſat fœminam, quam virum. argu. 32. quæſtione. 6. indignantur. & argu. ĵ. de homi. ſicut dignum. 1. reſpon.

l ¶*Solo conſenſu.*] 47. q. 2. ſufficiat. & ita omnia quæ dicuntur 30. quæſt. 5. aliter. & cap. noſtrates. referuntur tantum ad ſolemnitatem.

m ¶*De ipſo.*] ſcilicet conſenſu. Bernardus.

n ¶*Plena debet.*] ille vel illa, qui in alium, vel aliam conſentire debet.

o ¶*Indagandus.*] id eſt, inquirendus ad conſentiendum.

p ¶*Prouenire.*] quia quod quis non diligit, facile contemnit. 20. præſens. & ſ̃. eod. præterea 1. & ĵ. eod. requiſiuit. & 31. quæſt. 2. §. 1.

¶*Gloſſa ſequens arguit quòd iudex, &c.*

q ¶*Nihil ea timere.*] eſt ergo hic arg. ꝙ ad officium iudicis pertinet, locum ſecurum aſſignare partibus, & honeſtum. 3. quæſt. 9. hortamur. & 33. quæſtio. 2. ſiue. & ff. de arbi. ſi cum dies. §. ſi arbiter. alioquin poteſt appellari ſi requiſitus iudex hoc non fecerit 3. ſ̃. vt lite non conteſta. accedens 2. & ſ̃. de appella. ex parte 1.

r ¶*Donec.*] id eſt, quouſque conſtet de matrimonio iſtius puellæ inter eos qui illam petunt 4, & cui ipſa conſenſerit: ſic ſtabit quaſi in ſequeſtro in loco tuto: iſta puella timebat ſibi inferri violentiam à quibuſdam nobilibus ciuibus Papien. & ideo ne raperetur ab illis, ponitur in loco ſecuro: poſtquam conſtiterit cui conſenſerit, tradetur ei, vt hic in fine.

3 Etiã ſi iudex datus ſit appellatiõe remota: vt ibi Ioan. And.

4 Conſule antiquã decretalẽ loco præcitato, vbi nominanẽ ciues Papiẽſes, qui de huius puellę matrimonio certabant.

Veniens.

V *Eniens ad nos.*] Primò ponit caſum: Secundò diſſiniendum committit: ibi, *Ideoque.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine G. quandam mulierem in domo ſua recepit, de qua prolem habuit, & ei poſtmodum fidem dedit, quòd eam duceret in vxorem: poſt hoc acceſſit ad domum vicini ſui, & cum nocte illa in domo vicini ſtetiſſet, inuentus fuit cū filia vicini dormiuiſſe: Pater puellæ inueniēs illos ſimul in lecto, compulit eum accipere in vxorem filiā ſuam, per verba de præſenti, iſte G. acceſſit ad Papam, & expoſuit ei prędicta: vnde mandat Papa epiſcopo loci, quatenus ſi inuenerit: quòd primam mulierē poſt fidem datam cognouerit, cum illa remaneat: Si verò poſt fidem datam non cognouerit, maneat cum ſecunda, niſi per talem metum fuiſſet compulſus eam accipere in vxorem, qui potuiſſet cadere in conſtantem virum. Not. quòd ſi fides data ſit de aliqua ducēda, ſi poſt carnalis copula interueniat, inducitur ſtatim matrimonium pręſumptum. Itē matrimonium contractum per metum qui cadit in conſtantem virum, non tenet.

†Vide c. 2. eo. tit. in 2. compil. Et de intellectu textus & gloſſarū præter Doctores hic vide eoſdē citatos in cap. præcedenti.

† poſſit.

† Vide Alexandrū cōſil. 47. vol. 4. vbi late đ metu cadente, aut non cadēte in virum conſtantem.

† Exonien.

† Exomen.

† Geron.

a ¶ *Recepit.*] vt concubinam.

b ¶ *Præſtitit.*] poſt ꝓlem ſuſceptam: & ſic ſponſalia de futuro cōtracta fuerunt: vnde ſi poſtea antequam contraheret cum alia, illā cognouit, inductum fuit matrimonium pręſumptum: contra quā præſumptionem probatio in contrarium non admittitur. ĩ. eod. is qui. & ĩ. de condi. appo. de illis. Ber.

† Cap. 4. e. tit. in 2. cōpilat.

De materia viđ Magiſtrū ſenten. li. 4. diſtin. 27. §. hoc aūt cōiugatis. & ibi Sotū. q. 1. art. 4.

c ¶ *Pernoctauerit.*] Pernoctare, totam noctem ſignificat. ff. de verb. ſigni. Vrbana. §. pernoctare. ſic. ĩ. de accu. ſi conſtiterit. Tancred.

d ¶ *Poſt fidem præſtitam cognouerit.*] Quod ſi ita eſt, matrimonium eſt inter eos, vt dixi: quamuis non credebat tali tacito conſenſu contrahere. veluti ſi quis ſe filiūfamilias exiſtimauerit, cum ſit paterfamilias, poterit acquirere hæreditatem ff. de condi. & demon. multum intereſt.

e ¶ *In virum conſtantem.*] quia tunc nullum fuit matrimoniū. ĩ. eo. conſultationi. quia libertatē dēt habere qui cōſentit. ſ̃. c. prox. Quis metus excuſet, & quis non, dictū eſt ſ̃. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt, cum dilectus. & cap. abbas.

¶ *Glo. ſequens rationem reddit. Secundò arg. alle. duas leges, & vnam all. in contrarium.*

f ¶ *Vt vxori.*] quia fortius vinculum ſuperueniens præiudicat primo. ĩ. de ſponſa. duo. cap. 1. ſicut matrimonium adoptioni. ff. de rit. nup. non ſolum. §. 2. 1 Et eſt hic. arg. quòd licet culpa mea inciderim in metum, nihilominus excuſor propter metum. arg. ff. quòd met. cau. nec timorem. cum l. ſeq. arg. contra. ff. eod. ſi mulier. Bernar.

1 Ponit caſum: Si filiꝰ meꝰ illam q̃ tua pupilla fuit, duxit vxorē, demū ipsū filium vel me adoptas, impeditur adoptio. Io. A.

C *Ommiſſum.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Fraternitati.* Abbas.

CASVS. Quidam dedit fidem cuidam mulieri quòd eam duceret in vxorem, & quòd cum ea per verba de præſenti contraheret infrà biennium, interpoſito iuramento: poſtea vero priuata lege ductus, volebat intrare religionē. Dubitabatur, an poſſet propter iuramentum: quæritur quid iuris? Reſpondet Papa quòd tutius eſt ilii iuramenti religionem ſeruare, vt prius contrahat, & poſtea poterit religionem intrare, dūmodo carnalis copula inter eos non interuenerit. Nota, quòd iuramentum ſeruandum eſt, dummodo ſine peccato ſeruari poſſit. Item ante carnalem copulam poterit alter cōiugum religionem intrare, etiam altero inuito.

potuiſſet cadere in conſtantem virū, contracta ſint.

CAP. XV.

V Eniēs † ad nos C. ſua nobis relatione monſtrauit quòd in domo ſua mulierem quandā recepit [a], de qua prolem habuit, & cui fidem corā pluribus prę̄ſtitit [b], quòd eam duceret in vxorē: Interim autem cum apud domum vicini ſui pernoctauerit [c], eius filia nocte illa ſecum concubuit: quos pater puellę ſimul in vno lecto inueniens, ipſum eā per verba de præſenti deſponſare coegit. Ideoque mandamus, quatenus ſi inueneris, quòd primam poſt fidem præſtitam cognouerit [d], ipſum cum ea facias remanere: alioqui ſecunde, (niſi metu coactus, qui poſſet † in virum [e] † conſtantem cadere, eam deſponſauerit) adhærere facias vt vxori [f].

¶Idem Exonen. † Epiſcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere: ſi vult religionem ingredi, debet primò contrahere, vt iuramentum ſeruetur, & ante copulam carnalem monaſterium ingredi poterit.*

CAP. XVI.

C Ommiſſum †: & infrà. ¶Significauit nobis fraternitas tua, ꝙ quidam cuidā mulieri de contrahendo matrimonio fidem dedit, & ſe cū ea infrà biennium per verba de præſenti contracturum, præſtito iuramento firmauit: nunc autem priuata lege [g] ductus, ad frugem melioris vitæ tranſire † ſuſpirat: & infrà. ¶Fraternitati tuæ taliter reſpōdemus, quòd tutius [h] eſt ei (religione iuramenti ſeruata) prius contrahere, & poſteà, ſi elegerit, ad religionem migrare, ſi tamen poſt deſponſationem copula non dignoſcitur interueniſſe carnalis.

¶Lucius tertius Rapalen. † Epiſcopo.

¶ *Qui iurauit cum aliqua contrahere, moneri potius debet quàm compelli, vt contrahat. hoc dicit inhærendo literæ.*

CAP. XVII.

R Equiſiuit † à nobis tua fraterniras, qua cenſura mulier compelli debeat, quæ iuriſiurandi religione neglecta nubere renuit, cui ſe nupturā interpoſito iuramento firmauit: & infrà. ¶Ad quod breuiter reſpondemus, quòd cum libera [i] debeāt eſſe matrimonia, monenda eſt potius, quàm cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere.

¶Vrbanus tertius.

¶ *Litis pendentia ſuper matrimonio non impedit ſecundum matrimoniū contrahi, ſi primum erat nullum.*

g ¶ *Lege.*] 19. quęſt. 2. duæ ſunt. & ſ̃. de regu. licet. & ſuprà de renun. niſi cum pridem. §. ſed dices.

¶ *Glo. ſequens obijcit, & ſoluit. Iterum obijcit, & ſoluit.*

† Verbum tranſire, de eſt in antiquis, & in recētioribus impreſſis magis emēdatis. ĩ antiqua tñ compilat. legĩtĩta: ad frugē melioris vitæ ſuſpirat cō uolare.

† Rabulen.

† Abulen. hoc vltimū placet, niſi Capuano aut Crapulenſi legas vt alij diuinant.

h ¶ *Tutius.*] Sed contra videtur: quia dicitur: Qui ſe dat nuptui, bene facit: qui ſe nōn dat nuptui, melius facit: vt 27. quæſtio. 1. nuptiarum. & vtrunq; expedit, ſed vnū plus, alterum minus. 28. quęſtio. 1. ſic enim neque. ver. ideo. & ſic tutius eſſet non contrahere, ſaltem propter pronitatē exigendi poſtea debitum. Non contradicit: quia hoc faciendo poteſt vtrumque ſeruare, & iuramentum & propoſitum ſuum, & ideo dicit, tutius: Vel dic, tutius, ſaltem quo ad opinionem, ne de facto dicatur iſte venire contra iuramentum, præterea non videtur infringere iuramētum, qui illud in melius cōmutat. ſuprà de iureiur. peruenit. ſuprà de vo. & vo. redem. ſcripturæ. & ſic ille intrando religionem ſeruat iuramētum, & ita tutius eſt non contrahere. & qui bona agunt, ſi meliora deliberata non faciunt ceciderunt in conſpectu Dei. 17. quæſtione. 1. qui bona. & ſi contrahat, videtur facere contra conſcientiā, & ſic peccat: ergo non aſt tutius. 28. quæſtio. 1. cap. omnes. §. ex his. Sed dicas: iſte nullum votum emiſit, ſed ad votum ſuſpirat: vnde non debet dici voti tranſgreſſor, etiam ſi non intret religionem, ſi amplius non proceſſit. ſ̃. de vot. & vo. redem. literaturam, & non facit contra propoſitum ſuum: quia licet gerat in corde virginitatem, conſentire poteſt in matrimonium. 27. q. 2. Beata Maria poteſt ergo ſeruare vtrunque, vt dixi ſi vult; tamen ſine peccato poteſt intrare religionem, & non contrahere. Ber.

† Cap. 12. eo. tit. in 1. compil. & poſt conciliū Laterā. ſub Alex. iij. par. 45. cap. 6. Et de intellectu vide Couarruuiam ĩ epitome li. 4. decretalium par. 1. c. 4. adde Ftanciſcū đ Victoria in relectione đ matrimo. par. 1. et cōciliū Tridēti. citatū ſ̃. in cap. cū locum.

R *Equiſiuit.*] Duæ ſunt partes. Conſultatio, & reſponſio. Secunda: ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Mulier quædam iuramento interpoſito promiſit cuidam viro, quòd cum eo contraheret: poſtea vero voluntate mutata nolebat cum eo contrahere: quæritur qua cenſura ſit ad hoc compellenda? Reſpondet Papa, quòd matrimonia libera debent eſſe, & non coacta: & ideo monenda eſt potius quam cogenda: quia coactiones huiuſmodi frequenter ſolent dificiles exitus habere: Vel prius eſt monenda, & niſi acquieuerit, poſtea compellenda. Nota quòd matrimonia libera debent eſſe, non coacta. Item ſecundum vnam lecturam videtur, quòd eccleſia diſpenſet hic contra iuramentum propter rationem, quæ hic redditur. Item coactiones difficiles exitus ſolent habere.

¶ *Gloſſa ſequens allegat ſeptem concor. obijcit, & ſoluit: & remittit.*

i ¶ *Cum libera.*] ſ̃. eo. cum locum. & arg. ſ̃. de procu. accedens & ſ̃. eod. præterea 1. & 31. q. 2. §. 1. & c. 1. & 3. 20. q. 3. pręſens. Sed nunquid erit minus libera, ſi compellatur ex poſtfacto, ad quod iureiurando ſe aſtrinxerit? Videtur quòd non, quia nec

inuitus

inuitus creſcere ad ordines dicitur, qui propter iam ſuſceptum beneficium ad ordines vrgetur. 60. diſtin. innouamus. & ſ. de ӕta. & quali. c. 1. & c. quӕris. 1 cum ſponte ſuſceperit beneficium: & non dicitur inuitus qui pp voluntariam promiſſionem vrgetur ad promiſſi ſolutionem. 12. quęſt. 2. quicunque. 2. Itē propter delictū prӕcedens quādoque qs cōpellitur ad matrimoniū. j. de eo qui dux. in matri. quā pol. per adult. c. 1. & ita videtur quòd iſta compellenda ſit. Simi. ſ. e. ex literis. arg. 22. q. 4. inter cętera. Sed litera iſta cōtradicit, potius monenda quam cogēda. Sed expone, potius monenda, id eſt, prius monēda, & poſtea cogēda propter iuramētum ſuum. ſimilis expoſitio. 23. q. 4. non inuenitur. in fin. 2 Dic ſuper hoc quod dixi. ſ. eo. ex literis. Ber.

1 Et ſupra de electio cū in cunctis. Io. A.

2 De votis aūt habita ratio eſt, qua potius admoneremini ab errore diſcedere quam pro ſcelere puniremini Io. And.

CAP. XVIII.

CVm † in Apoſtolica: & infrà. ¶Intelleximus, quòd cum inter villicum de N. & vxorem eius, matrimonij quӕſtio tractaretur †, ante publicationē teſtium villicus reuerſus ad propria †, publicè inter ſe & vxorem ſuam propoſuit ſententiam diuortij, iudicio eccleſiӕ promulgatam: & ſic falſitate ſuggeſta [a], quandam aliam facti neſciam [b] † ſibi copulare prӕſumpſit. Poſtmodum verò ſuper prioris matrimonij quӕſtione literis impetratis, delegati iudices ſententiam diuortij protulerunt. Verum quia villicum, & mulierem quam ſuperinduxit, pendente lite prioris vxoris, inuicem aſſeris conſenſiſſe: Conſultationi tuӕ taliter reſpondemus, quòd impoſita [c] viro pœnitentia competenti, & infra pœnitentiӕ tempus carnali commercio [d] interdicto, poſtmodum in maritali copula poterunt remanere [e].

† Cap. 20. eo. tit. in 1. cō. & poſt concilium Lateranē. ſub Alexā. iii. par. 6. c. 21.

† vertereť.

† ideſt, ad domū, cū multum diſtaret ciuitas. vñ facili9 potuit ſecundam decipere.

† inſciam.

CVm ī Apoſtolica.] Primò cōſultatio. Secundò reſpōſio: ibi, *Conſultationi*. Abbas.

Casvs. Matrimonialis cauſa vertebaŧ inter quendam virum & vxorem eius coram ordinario: ante publicationem teſtium ille reuerſus domum cœpit publicè dicere, q inter ipſum & vxorē ſuam ſententia diuortij fuerat promulgata, & ſic falſitate ſuggeſta, quandam aliam facti neſciam in vxorem accepit: Poſtmodum vero per quoſdā delegatos, quibus cauſa fuit commiſſa, ſententia diuortij fuit lata: Dubitauit diœceſanus, vtrum matrimonium illud teneat cum lite pendente inter virum illum & priorem vxorem cum illa contraxit: Quӕſiuit à Papa, quid iuris eſſet? & ipſe reſpōdet, q bene poſſunt inſimul remanere, impoſita illi viro pœnitentia competenti, & infra tempus pœnitentiӕ carnali copula interdicta. No. q matrimonium quod de iure non tenet, licet pro matrimonio ab eccleſia teneatur, non prӕſtat impedimentum ſecundo, dummodo primum appareat poſtmodum non tenuiſſe.

¶*Gloſſa ſequens quӕrit opponendo, & ſoluit.*

a ¶*Suggeſta.*] Nunquid debuit ei credi? Non, abſque literis iudicis. 8. quӕſt. 5. cap. vlt. ſim. 8. quӕſt. 4. nonne. C. de man. princ. l. vnica. Quare ergo excuſatur mulier, cnm lite pendente nihil debeat innouari, vt lite penden. cap. 1? Ideo excuſatur, quia omnes ita credebant 3, & verius: quia nullum erat matrimonium cum prima.

3 Secundū Vin. & ſufficit ad excuſationē adulterij, q nō ſit in dolo. ff. ad le. Iul. ď adul. l. pé. Io. A.

b ¶*Neſciam.*] Et ideo videtur quòd marito priuari non debuit mortua prima: etiam ſi fuiſſet matrimonium cum prima j. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adul. cap. 1. & 17. quӕſt. 2. nos nouimus. in fi.

¶*Gloſſa ſequens opponendo quӕrit, & ſoluit.*

c ¶*Impoſita viro pœnitentia.*] Sed quare imponitur viro pœnitentia, cum nullum fuerit matrimoniū primum? Ideo quia lite pendente contraxit cum ſecunda, in contemptum eccleſiӕ. j. de matrimo. contract. contra inter eccleſiӕ. c. 1. 2. & 3.

¶*Gloſſa ſequens opponit, & dupliciter ſoluit.*

d ¶*Commercio.*] interim. Sed quare punitur hic mulier in debito ſuo? Poteſt dici, quòd ipſa ex poſtfacto conſenſit, vt prӕſumitur, quia poſtea cauſa tractata fuit: vel punitur vir in exigendo, ſed non in reddendo, ſi exigatur debitū ab vxore. ſim. j. de ſent. excom. inquiſitioni. & j. de ſecun. nup. dominus. Si verò illa ſciuiſſet, puniretur, vt dixi. j. de matrimo. contracto cōtra interdict. eccle. c. 2. & 3.

¶*Gloſſa ſequens diſtinguit.*

e ¶*Remanere.*] Sic patet, q ſi aliquis habens vxorem, licet ea viuente & lite etiam pendente contrahat cū alia, ſoluto primo matrimonio tenet ſecundum: ſed hoc locum habet cum primum matrimonium fuit nullum: vt hic, & ſ. eo. veniens & ēt ſciente ſecunda vxore. Et quod dicit ſ. facti neſciam. dicas maximè, quia non prӕſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum, vt hic, & ſ. de iurepa. illud. & c. cum laici. cum ſuis cōcor. & j. de deſp. impub. literas. & c. acceſſit. & tunc primò apparet per ſnīam q nullū fuit primū matrimonium. ſic. j. de fri. & maleſi. fraternitatis. in fin. Arg. cōtra ſ. c. ad audiētiā 4. & ſ. de biga. nuper. Si verò contrahat cū ſecunda, ignorante prima vxore, cū qua de iure tenuit matrimoniū, tunc nullum eſt matrimonium cum ſecūda: ſed mortua prima pōt remanere cum ſecūda, ſi ipſa voluerit, & vir cōpellitur eā recipere pp dolum ſuum. j. de eo q dux. in matr. quam pol. per adul. c. 1. & ſi poſt mortem prioris ſcienter conſentiat in illū, tunc primo inducitur matrimonium j. de eo qui dux. in matri. veniens. & c. ſignificauit. j. de coniu. ſer. pro poſuit. ſi vero ſcienter contraxit cum illo, túc nullū eſt matrimoniū, nec eſſe poteſt etiam poſt mortem prioris. j. de eo qui duxit in matrimon. quam polluit per adulterium. ex tuarum. & c. cum haberet.

4 Tenuerūt ibi ſponſalia ex conſēſu, q dic vt infra de pœn. lib. 6. Ioan. And.

¶Clemens tertius Cӕſarauguſtenſi † Epiſcopo.

† Cęſarauguſtano.

¶*Vxor non certificata de morte viri, contrahere non poteſt, quamuis ignoret quid ſit de marito, qui longo tempore abſuit.*

CAP. XIX.

IN † prӕſentia noſtra quęſiuiſti, quid agendum ſit de mulieribus, quӕ viros ſuos cauſa captiuitatis, vel peregrinationis abſentes, vltra ſeptennium prӕſtolatӕ fuerint †, nec certificari poſſunt de vita, vel de morre ipſorum, licet ſuper hoc ſollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro iuuenili ӕtate, ſeu fragilitate carnis, nequeunt cōtinere, petētes alijs matrimonio copulari. ¶Conſultationi ergo tuӕ taliter reſpondemus, quòd quantocunque [f] annorum numero ita remaneant, viuentibus viris [g] ſuis, non poſſunt ad aliorum conſortium canonicè conuolare: nec auctoritate eccleſiӕ permittas contrahere, donec [h] certum nuncium recipiāt de morte virorum.

† Cap. 3. e. tit. in 2. cō. Viď Ancharanū conſ. 402. & quot modis probeŧ morstradit Marāta in reper. l. is pōt ff. ď ac quir. hӕre.

† fuerunt.

IN *prӕſentia.*] Primo conſultatio. Secundò reſponſio. ibi, *Conſultationi.* Abbas.

Casvs. Quidam viri erant in captiuitate, vel aliàs abſentes cauſa peregrinationis: Vxores eorum expectauerunt illos per ſeptennium & vltra, nec poterant certificari de vita, vel de morte illorum, quamuis ſuper hoc diligentiam adhibuiſſent, & quia iuuenes erant, non poterant continere: petebant alijs copulari: Quӕritur quid iuris? Reſpondet Papa, quòd quātocunque tempore ita remanſerint, viuentibus viris ſuis ad alia matrimonia non poſſunt conuolare, niſi primò certum nuncium receperint de morte virorum. Nota quòd in matrimonio non currit prӕſcriptio, licet omnia iura prӕſcriptione tollantur. Item alter coniugum alterum expectare tenetur quouſque ſit certus de morte alterius. Item per hanc decretalem abrogantur leges quӕ dicunt, mulierem per quinquenniū tantum debere expectare virum.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

f ¶*Quantocunque.*] Argu. contra. ff. de diuor. vxores. vbi dicitur, q per quinquennium debet expectari. Sol. Lex illa & conſimiles non tenent per Auth. C. de repu. hodie.

g ¶*Viris.*] Vbi tamen veriſimiliter prӕſumitur de morte, ſi mulier nubat, excuſatur, & viro reuerſo niſi ſponte redeat ad virum ſtatim, merito ſunt notandӕ de adulterio: vt 34. quęſt. 2. cum per bellicam ſi vero matrimonio contracto dubitant de morte, non exigant debitum, ſed reddant, & ſi poſtea certificatӕ fuerint de vita, ſtatim recedant. j. de ſecun. nup. dn̄s.

¶*Gloſſa ſoquens alle. tres concor. quӕrit, & ſoluit.*

h ¶*Donec certum nuncium.*] ſic j. de ſecun. nup. dominus. & C. de repud. Authen. hodie. & in Authen. vt lice. ma. & aui. §. quòd autem. coll. 8. Sed pone quòd fuit aliquis in exercitu Sarracenorum, vel etiam in alijs, nec eſt reuerſus, nec poteſt certificari mulier de morte per magiſtrum militum, vel per alium? Tunc mittat ad locum ſi poteſt, vel ad vicina loca, vt inquirat ſi poteſt, aliàs expectet quandiu certificata fuerit de morte, vt patet hic, & per iura prӕdicta. Ber.

INter opera.] Licitum & pium opus eſt cum meretrice cōtrahere. hoc dicit. Duo facit: Primò ponit cauſam ſtatuti. Secundo ſtatutum: ibi, *Statuimus.* Abbas Siculus.

Casvs.

CASVS. Dicitur hic: quòd inter cętera opera charitatis, magna charitas reputatur peccantem ad pœnitentiam reuocare: Vnde ſtatuit Clemēs Papa, ꝙ quicunq; publicas mulieres de lupanari extraxerint, & eas duxerint in vxores, in remiſſionem eis proficiat peccatorum. Nota, quòd opus charitatis eſt errātem ab errore reuocare. Item qui meretricē ducit in vxorem, meretur. & ſic nota, quòd caſtitas debet eſſe in matrimonio.

¶Idem.

¶Contractus matrimonij cum peccatrice volente ſe corrigere, proficit ad remiſſionem peccatorum.

CAP. XX.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cō. Et de materia & intellectu vide Antonium Gomeziū tom. 3. varia. reſo. c. 13. ver. Qintus caſus. Iulium clarū i pra. cri. §. fin. q. 98. & Couarruuium in epitome li. 4. decretaliū pa. 2. c. 8. §. 11.

INter † opera charitatis non minimum eſt, errantem ab erroris ſui ſemita reuocare [a]: & infrà. ¶Statuimus, vt omnibus, qui publicas [b] mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores [c], quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum.

¶Idem.

¶Matrimonium per vim contractū, cohabitatione ſpontanea conualeſcit hoc dicit, & quotidie allegatur.

CAP. XXI.

† Cap. 7. e. tit. in 2. cō. Et pro declaratione hui⁹ decretalis, vide Oldradū. conſi. 36.

AD † id, quod per tuas literas intimaſti, de quadam parochiana tua, quam ſuus vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit: Taliter reſpōdemus, quòd quamuis vndecim [d] annos habens, ab initio inuita fuiſſet ei tradita, & renitens: tamen quia poſtmodum per annum, & dimidium [e] ſibi cohabitans, conſenſiſſe videtur, ad ipſum eſt cogenda redire: nec de cætero recipiendi ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier ad probandum, quòd non conſenſerit in eundem, nominauerit producendos: cum mora tanti temporis huiuſmodi probationem excludat †. ¶Mandamus igitur, vt propter hoc nō omittas, quo minus vtrunque compellas ad alterum maritali affectione tractandum: niſi forte vellēt ad religionem pariter conuolare, pœnitētia eis iniuncta: pro eo quòd ad alienos, & illicitos concubitus vterque tranſiuit [f].

† Excludit.

¶Innocētius tertius Fernatin. † Epo.

† Fernatinati. † Ferent. † Ferrariē.

¶Sponſalia de futuro etiam iurata, ſoluuntur per ſecunda ſponſalia de præſenti, non autem per ſecunda de futuro.

CAP. XXII.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cō. Et de materia & intellectu vide Dñicum ſotū. li. 4. ſen. diſ. 27. q. 2. art. 5. & couarruuiam in epitome libri. 4. decretalium par. 1. c. 5.

SIcut † ex literis tuæ fraternitatis accepimus, cū L. parochianus tuus P. mulierem ſe ducturum in coniugem, in manus patris eiuſdē P. iurātis [g], quòd eam ſibi traderet in vxorem, proprio firmauerit iura-

a ¶*Reuocare.*] Hoc eſt vnum genus eleemoſynarū. 45. diſt. tria ſunt genera 1. & hoc quantum in te eſt. 43. diſtin. Epheſijs. & primo à te, aliàs inordinata eſſe talis eleemoſyna: Vnde dicit Auguſtinus: Qui vult dare eleemoſynā, à ſe debet incipere: vnde ſcriptū eſt, Miſerere animę tuæ placēs Deo. de pœni. diſt. 3. §. ſed ſi verba c. qui vult. ſine hac, eleemoſyna nulla valet ad vitam. Ad hoc enim pręcipue tenētur prælati. 23. q. 4. ita planè. hic tamen crimen meretricij ſub diſſimulatiōe ptrāſit eccleſia.

1 Prīa corporalis, egenti dare qđ poteris. Secū da ſpiritualis, dimittere ei, à quo lęſus fueris. Tertia delinqn tes corrigere, & in viā veritatis reducere, vt ibi ſcriptū eſt Eccleſi. 30. lo. An. 2 Cōcor l. palam. ff. d rit. nup. Cy in. l. mercalē. C. de cō di. ob tur. cau. & Bal. in l. neque natales. C. de probat.

b ¶*Publicas.*] nulla neceſſitas eas excuſat. ff. de ritu nup. palam. §. non eſt. 32. q. 5. ita ne. arg. j. de pœn. & remiſ. cum infirmitas. in fin. quas etiam vilitas vitæ indignas facit legū obſeruatione. C. de adul. l. q̄ adulteriū. in fi. Et dicit meretrix, q̄ multorū libidini patet. 34. diſtin. vidua. vel quarum publicè venalis eſt turpitudo. 32. q. 4. meretrices 2.

¶Gloſſa ſequens alleg. vnam concor. ſignat contrarium, & ſoluit.

c ¶*In vxores.*] 32. q. 1. non eſt culpandus. Arg. contra ea. cauſa. q. 1. c. 1. Sol. contrarium loquitur de illa, quæ meretricari non deſinit: & illa non eſt retinenda, ne patronus turpitudinis videatur. hic de ea quæ continere libenter vellet, ſi inueniret qui eam ducere vellet in vxorem. Ber.

AD *id quod.*] In prima parte ponitur pars facti. In ſecunda reſponſio cum aliquo facto: ibi, *Taliter.* Tertiò decidit ipſum factum: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cū quodam viro inuita & renitens (vt dicebat) in xj anno, poſtea per annum & dimidium cohabitauit eidem, tandem receſſit ab illo, & tam vir quam mulier ad illicitos concubitus tranſiuit: poſt hæc dicebat mulier, quòd inuita & renitens contraxit cū illo, & hoc volebat probare: vnde ab illo ſeparari debebat: quærebatur quid iuris? Reſpondet Papa, quamuis xj. annos ab initio habens inuita & renitens tradita viro fuiſſet: quia tamen poſtmodum per annum & dimidium cohabitans eidem, in eum conſenſiſſe videtur, cogi debes ad ipſum redire: nec teſtes recipiendi ſunt, ſi quos mulier vellet inducere ad probandum, quòd non conſenſit in illum: quia mora tanti temporis probationem excludit, cum illa coactio iam tranſiuerit in conſenſum: Vnde mandat ordinario loci, vt propter hoc non dimittat, quo minus compellat vtrunque ad tractandum alterum maritali affectu: niſi ambo vellent ad religionem tranſire, cum vterque fidem alteri non ſeruauerit. Nota ex iſta decretali præſumptionem iuris & de iure. Item quis tacite videtur conſentire. Item matrimonium quod ab initio non tenet, tractu temporis conualeſcit. Item quæ per metū fiunt, per ſequentem conſenſum valent, nec teſtes in contrarium ſunt amodo recipiendi. Item mutua delicta pari cōpenſatione tolluntur.

d ¶*Vndecim annos.*] Et ſic infra duodecim annos poteſt eſſe vxor, & hoc ſi malitia ſupplet ætatem. infrà tit. proxim. de illis 2. cap. vlt. Ber.

¶Gloſſa ſequens notat per patientiam, &c.

e ¶*Per annum & dimidium.*] Et ita per patientiam ſequentis temporis proxima cauſa ſublata eſt per conſenſum ſequentem, ſicut j. tit. p ro. de illis 2. & j. de eo qu dux. in matri. quā pol. per adulte. ſignificauit. & j. qui ma. accuſ. poſſ. inſuper. Et eo ipſo ꝙ in domum viri traducta patienter perfecit ætatem, & amplius præſumitur conſenſiſſe. ff. de ritu. nup. minorem. contra quam præſumptionē probatio in contrarium non admittitur. j. eo. is qui. & j. de condi. appoſ. de illis. & præcipue, quia hæc nō poſſet probare ſe virginem, ſi vir dicat quòd eam cognouit, per aſpectum corporis, cum iā ſit corrupta: vt dicit in fi. Item eſt hic argu. ad multa da tacito conſenſu. 1. q. 1. conſtat. 50. diſtin. presbyteros. & ff. de libe. exhi. l. vltim. Vnde verſus.

Effuge cum poteris, ne conſenſiſſe puteris.
Nam ſi perſtiteris, illius vxor eris.

f ¶*Tranſiuit.*] Vnde neuter poteſt obijcere alteri adulterium: quia paria delicta mutua cō penſatione tolluntur. j. de adul. c. pen. & vl. ff. ſol. matri. viro atq; vxore. & 32. q. 6. nihil. Ber.

SIcut.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Poſtulationi tuæ.* Et continet tria dicta. Secundum: ibi, *Quod ſi forte.* Tertium: ibi, *Quod ſi de his.* Abbas.

CASVS. Quidam nomine Laurentius iurauit ſe ducturum mulierem P. nomine in manus patris ipſius mulieris iurantis ſimiliter, quòd ei filiam ſuam traderet in vxorem: nec ſtetit per virum, ſed per mulierem, quominus matrimonium contraxiſſent: poſtmodum quatuor annis, vel quinque elapſis, quandam aliam E. nomine per verba de pręſenti deſponſauit: Quærebatur, quam de iſtis habere debeat? Reſpondet Papa, & mandat epiſcopo loci, ſi conſtiterit ei quòd idem Laurentius primam mulierem per verba de futuro, & aliam poſtmodum per verba de præſenti deſponſauerit, matrimonium ſecundo loco contractum legitimum iudicetur, impoſita illi viro pœnitentia competenti, pro eo quòd primam fidem irritā fecit, niſi iuramento ſuo certum terminum appoſuerit, infra quem illam duceret in vxorem, nec ſtetit per eum, quin ad ſtatutum terminum matrimonium conſummaret: & ſi forte cum vtraque per verba de futuro contraxerit, primum iuramentum ipſum ſeruare compellat, & de ſecundo ſibi pœnitentiam iniungat. Si verò de his non conſtiterit ad plenum tandiu adhuc de cauſa cognoſcat, donec ſuper his plenius inſtruatur. Nota quòd matrimonium præiudicat iuramento. Item iuramentum primo factum ſeruandum eſt, niſi fortius vinculum ſuperueniat. Item ſi per me non ſtat, quo minus faciam quod promiſi: non eſt mihi imputandum. Item vbi paria vincula ſunt, primum tenet, ſecundum non obligat. Item quandiu iudex plenè inſtruatur, de cauſa cognoſcere debet.

¶Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.

g ¶*Iurantis.*] Hic videtur promitti factum alterius, & quòd alteri poſſit ſtipulatio fieri. Sed contra, Inſtit. de inuti. ſtip. §. alteri. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & l. in illa ſtipulatione. & ſi puella nollet illi nubere, non dicitur pater periurus, dūmodo per patrem non ſtet: quia hoc ſolum intelligitur iurare ſe facturum & curaturum, vt illa contrahat cum illo ſi poterit,

poterit,aliàs eſſet periurus. De hoc dicitur s̃.eo.ex literis.2.B.

a ¶*Per mulierem*]Vnde non fuit ei imputandum, ſi hoc verum fuit.arg.s̃.de offi.ord.paſtoralis.& 47.diſt.quòd ad nos.& s̃. eod. de illis. imo pro completa 1 habenda eſt conditio. ff. de cond.& demon.iure ciuili.

iuramento, nec per virum ſteterit,ſed per mulierẽ [a] potius, quominus inter eos matrimonialis ſolẽnitas ſit ſecuta: quàtuor poſtmodum, vel quinque annis [b] elapſis, idem L.E.mulierem per verba de præſenti, (vt eius conſanguinei aſſerũt) deſponſauit: & infrà. ¶Poſtulationi tuæ taliter reſpõdemus quòd ſi tibi conſtiterit, quòd idem L. P.per verba de futuro, B. verò deſponſauerit per verba de præſenti: impoſita ei pœnitentia competenti, quia primam fidem irritam fecit (niſi forſitan in iuramento ſuo certum terminum, infrà quem dictam P. duceret in vxorem, præfixit, nec per eum ſtetit, quin ad ſtatutum [c] terminum matrimoniũ conſummauerit) matrimonium ſecũdo loco cõtractum legitimum iudices, & ad illud ſeruandum compellas [d] eundem. ¶Quòd ſi forte per verba de futuro ſponſalia cum vtraque contraxit, iuramentum primum, ſicut licitè factum eſt, ipſum ſeruare compellas, de ſecundo ei pœnitentiam iniuncturus. Quòd ſi de his non conſtat ad plenum, tandiu [e] adhuc cognoſcas de cauſa, donec ſuper his ſufficiẽter † inſtruaris.

¶Idem Arelatenſi Archiepiſcopo.

¶Mutus & ſurdus, & omnes qui non prohibentur,matrimonium contrahere poßunt.

b ¶*Quinque annis*]nõ tenebatur ſponſus tandiu expectare, niſi vellet.C.de ſpon,l. 2. niſi cauſa ſubeſſet.ff.e.l.penul. ſed hoc verum eſt ſi terminus fuiſſet appoſitus: vt j̃. ſequitur, vbi iuramentum interuenit.Ber.

¶Gloſſa ſequens obijcit,& ſoluit.

c ¶*Ad ſtatutum terminum.*] Sed videtur, ꝙ ẽt nihilominus poſt terminũ teneatur. arg. s̃.de do. & contu. cum dilecti.ff.de arbi.l.Celſus. §. 1. Sed aliud eſt in matrimonio: quia res ipſa non capit tantã dilationem,pp periculum fornicationis.s̃. vt lit. non conteſt.qm̃. §.1. vbi terminus apponitur, vltra terminum non tenetur ad contrahendũ: aliàs nihil operaret̃ appoſitio termini vbi terminus non apponitur, ei nocet q vltimo eſt in mora. ff. de peri. & cõm. rei vend. illud ſciendum.& quia nulla eſt cõtracta obligatio de p̃ſenti 2: ſed in contrarijs obligatio eſt pura,& de præſenti, quare obligatio nõ tollitur pp lapſum terminum, ſed ſolutiõe eius quod debetur. argu. ff. de act.& obl. l. obligationum 2. §. placet. & iſta ſunt diſſimilia, & non contraria.

¶Gloßa ſequens ſignat contrariũ, & remittit.

d ¶*Seruandum compellas.*] ſuprà eod. ex literis 2.Argu.contrà.s̃.eo.requiſiuit.Dic vt s̃.eo.ti. ex literis 2.

¶Gloſſa ſequens argu.

e ¶*Tandiu,*]Sic s̃.de proba.cauſam matrimonij. & j̃.de conſang.& affinit.ex literis.& 30.q.5.iudicantem. Et ita eſt hic argu.quod in cauſa matrimoniali ſecundo inducantur teſtes ſuper codẽ articulo,poſt publicationẽ: vt in prædictis capitulis.

C*Vm apud.*]Primò ponit deciſum exordium.Secundò conſultationem:ibi,*Sanè*.Tertiò.reſponſionem:ibi, *Ad quod.* Quæ tria facit.Primò ponit duas rationes:Secundò reſpõdet: ibi,*Videtur*.Tertiò ſoluit obſtaculum, ibi,*Cum quod.* Abbas.

CASVS.Quæſitum fuit à Papa vtrũ mutus, & ſurdus poſſint contrahere matrimonium: Reſpondet Papa,edictum de matrimonio contrahendo prohibitorium eſt: quod eſt dicere, quicunque non prohibetur per iura,per conſequentiam contrahere poteſt,& ſolus conſenſus ſufficit ad matrimonium cõtrahendum.Vnde ſi mutus & ſurdus velint cõtrahere, & inueniant cũ quibus, eis non debet denegari: quia quod non poſſunt verbis,per ſigna valent declarare. Not. quòd edictum de matrimonio prohibitorium eſt. Item quod non prohibetur, conceſſum intelligitur. Item ſolus conſenſus facit matrimonium. Item in matrimonio idem faciunt ſigna quòd verba: & hoc intellige cum contrahentes voluntatem ſuam verbis exprimere non poſſunt. Item non refert an verbis, vel ſignis quis declaret voluntatem ſuam.

¶Glo.ſeq.prin.reci. per q.ſecundò quærit de dubitationis cauſa,quam aſſignat, illam ſortificans :cui reſpondet.

1 Quare ergo imponitur pęnitẽtia de fide mẽtita, ex quo p eum nõ ſtetit,vt j̃.dicit ĩ fi. licet hoc narret ei pro ſe hoc credi non debuit, ſecundũ Hoſtien. imo nõ imponeret pęnitentia ſi cõſtabit de hoc j̃.verſi.niſi. Ioan. And.

2 Vnđ lege appoſitus erat terminus ad tollendã obligationẽ vñ ſi non fiat ſol. remanet prima obligatio. hic p̃ſtringebatur ad obligationẽ cõtrahẽdam, vnde cũ nõ ſtetit p virũ:non imputat̃ ei.Ad decre.rñ.ꝙ in iudicio loquitur,ꝙ reddit̃ ĩ inuitũ. ff. de ver.obl.inter ſtipulãtẽ.Io.And. † ſufficientius.

f ¶*Surdus.*] qui prorſus non audit: quia de alio non eſt dubium,quoniam poteſt poſtulare.ff.de poſtulan.l. 1. §. propter caſum.ſic ergo ſurdus & mutus poſſunt 3 contrahere matrimonium.ff.de iure dot.mutus.& j̃.eo. tuæ. Quæ fuit ergo dubitatio huiuſmodi quæſtionis?Illa potuit eſſe dubitatio: quia certa forma eſt expreſſa ad contrahendum.j̃. e. ſi inter. & j̃. de ſpõſa duorum. licet. Et quia iſti non poſſunt ſeruare illã, dubitatur quid iuris. & quantum ad eccleſiam verba ſunt neceſſaria.j̃.eo.tit.tuę.vnde altero ſubtracto nõ videbat̃ matrimoniũ, argu. 1.q. 1. detrahe? Sed non eſt ita:quia ſolus cõſenſus ſufficit, vt hic dicit.& 27.q.2.ſufficiat. Vnde 4 ſi non poteſt exprimi per verba, exprimatur per nutum,vel ſignum, vt hic patet in fin.& j̃.eo.tuę.

CAP. XXIII.

CVm † apud ſedem Apoſtolicam: & infrà. ¶Sanè conſuluiſti nos, vtrum mutus, & ſurdus [f] alicui poſſint matrimonialiter copulari: Ad quod taliter reſpondemus, quòd cũ prohibitorium [g] ſit edictum de matrimonio contrahendo, vt quicunque non prohibetur [h], per conſequentiã admittatur, & ſufficiat ad matrimonium ſolus conſenſus illorum, de quorum, quarumque coniunctionibus agitur: Videtur, quòd ſi talis velit contrahere, ſibi nõ poſſit, vel debeat denegari: Cum quod verbis non poteſt, ſignis valeat declarare.

¶Idem Vercel. † Epiſcopo.

¶Furioſus matrimonium contrahere non poteſt.

CAP. XXIIII.

DIlectus † filius R.propoſuit †, quòd filiam ſuam cuidam matrimonialiter copulauit [i]: & infrà.

¶Cum autem eadem mulier cum ipſo viro, qui continuo furore [k] laborat, morari non poſſit, & propter alienationem furoris legitimus non potuerit interuenire conſenſus: Mandamus, quatenus ſi rem noueris ita eſſe, præfatas perſonas cures abinuicem ſeparare.

g ¶*Prohibitorium.*]vt 30.q.4.qui ſpiritualem vnde omnes admittuntur, qui non expreſsè prohibentur.ff.de procu.mutus. ſimile. ff. de teſt.l.1.aliter accipitur prohibitoriũ. ff. de no. ope.nun.prætor.§. hoc enim interdictum.

h ¶*Non prohibetur.*] Arg.id quod non prohibetur,conceſſum videtur.arg. contra. ff.de colleg.illi.l. 3. & 2.q.5. conſuluiſti.De hoc traditur. s̃. de trãsla. inter corporalia.

D*Ilectus.*]Primò deciſè narrat factũ. Secundò cauſas inferẽdo reſpondet: ibi,*Cum autem*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam nomine Robertus, filiam ſuam cuidã iuueni matrimonialiter copulauit,ignorans, quòd ille iuuenis eſſet furioſus: vnde petebat filiæ ſuæ prouideri. Reſpondet Papa, quòd cum mulier illa cum ipſo viro,qui cõtinuo furore laborat,morari non poſſit,& propter alienationẽ 5 furoris legitimus inter eos conſenſus interueniri non potuerit:mandat Papa epiſcopo loci, vt ſi res taliter ſe habuerit,prædictos abinuicem ſtudeat ſeparare. Nota, ꝙ qui non poteſt conſentire, non poteſt matrimoninm contrahere.

i ¶*Copulauit.*]ignorans quod ille eſſet furioſus.Ber.

¶Gloſſa ſequens primò diſtingnit tempus contractus, & poſterius.Secundò obijcit & ſoluit. Tertiò quærit, arg. proponit duas opi.contrarias,quas concordat.

k ¶*Furore.*]Si tempore contracti matrimonij taliter laborabat,non fuit matrimonium.32.q.7. neque furioſus. s̃. de reg. ſicut ſi tamen tempore ſanæ mentis contraxit,durat,vt in cap. neque furor.quia etiam retinet dignitatem. ff. de ſtatu hom. q furore.& ff.de ſponſa. furor. & retinet filios in poteſtate.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. Sed qũo potuit hoc eſſe, quia ſi quando mulier iſta contraxit, laborabat illo furore,ſtulta fuit: Sed hoc non eſt veriſimile, quòd aliqua cũ tali contraheret.Sed ſi tunc non laborabat furore, tenuit matrimonium: vnde adueninte furore non diſſoluitur.ergo non debent iſti ſeparari: quia initium conſiderandum eſt: vt 32. q.7.hi qui. & c.neque. Poteſt dici quòd ille tempore contractus erat furioſus, & pater iſte.& filia ignorabant illũ 6 furioſum: Sæpe enim furioſi ſunt conſtituti in conſpectu vmbratę quietis.ff.de acq.poſ. quòd meo. §. ſi furioſo. nec tamen ſunt mentis ſanæ, licet videantur; & ſi tunc mulier iſta cum eo contraxit,

3 Hic patet, ꝙ dixi in textu gloſsã ĩtellexiſſe de illo qui laborat altero morbo tantum.Io. And.

† Cap. 3.e. tit.in 3.cõ. Et de materia, vide licet ꝙ matrimonium cõtrahatur p nutus, & ſigna inter nos cõſenſus experimẽtia, viđ Theologos lib. 4. ſent. diſt. 37. & ibi Sotum. q.2.art.3.

4 Concor. tex.in Aut. đ nup.§ nuptias. coll. 4. & l. nuptias. ff.de reg.iur.

† Verzellenen.

† Verſel.

† Vercellẽ.

† Cap.4.e. tit.in 3.cõ. Et de materia & intellectu vide Magiſtrum & Doctores li. 4.ſẽ. diſ. 34. & couarruuiã in epitome li.4.decretaliũ.par. 2.c.2.

† Aliàs ita: propoſuit corã nobis

5 Forte legendũ: & pp alienationẽ mentis, ſed nullus ex antiquis codicibus adſtipulatur.

6 Hoc eſt verũ, vt patet in antiqua cõpilatione,ĩ qua ſcriptũ eſt ita:R. miles p̃poſuit ꝙ Opizoni Rufinã filiã ſuam matrimonialiter copulauit ignorãs ꝙ Opizo eſſet furioſus &c.

contraxit, non tenuit matrimonium: & ſi hoc probauerit, ſeparabuntur. Et qui tali furioſo tradit poſſeſſionē, non transfert eam in ipſum, nec adipiſcitur poſſeſſionem, ſed tradens eam perdit: ſufficit enim ſi exiſtimat ſe transferre. ff. de acq. poſſeſſ. quòd meo. §. ſi furioſo. quádoque tamen furioſus per dilucida interualla redit ad ſanam mentem, & tunc ſi contrahat, tenet argumen. 7. quæſt. 1. quamuis. & 3. quæſtio. 9. indicas. & ff. de offic. præſi. diuus. & C. de cu. furi. l. penult. Sed pone quòd mulier contrahat cum furioſo, ſi conſentiat in eum poſtquam reuerſus eſt ad ſanam mentem: nunquid eſt matrimonium? Videtur quòd ſic infrà de eo q dux. in matri. quā pol. per adult. cap. 1. & cap. veniens. & infrà de cōiu. ſer. propoſuit. Ioan. dixit, quòd nō eſt matrimonium: quia ibi non fuit cōſenſus. 30. quæſtio. 2. vbi non eſt. ff. de verbor. oblig. l. 1. verum eſt quod dixit Ioannes, ſi referas te ad primum conſenſum. Tan. dixit quòd eſt matrimoniū, quod intellige non ex tunc, vt referas te ad primū, ſed vt ex nunc ex nouo conſenſu. Ber.

¶Idem Brixieñ. Epiſcopo.

¶Solo conſenſu legitimo contrahitur matrimonium, ſed verba requiruntur quo ad probationem: & intellige, vel alia ſigna æquipollentia. hoc dicit ſecūdum intellectum; quem tenet Panormitanus.

CAP. XXV.

TVæ † fraternitati: & infrà. ¶Poſtulaſti vtrum ex ſolis verbis, & ex quibus matrimonium contrahatur. Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd mattimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris conſenſum [a]: ſed neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiam, verba [b] conſenſum exprimentia de præſenti. Nā [c] ſurdi † & muti poſſunt cōtrahere matrimonium per conſenſum mutuum ſine verbis [d]: & pueri ante annos legitimos, per verba [e] ſola non contrahunt [f], cum intelligantur minimè conſentire.

† Capit. 5. eo. tit. in 3. compila. Et de materia & intellectu vide plenè per Theologos li. 4. ſentē. diſt. 27. vbi Sotus late. q. 1. art. 3. adde Couarruuiam in epitome li. 4. decretaliū, part. 2. cap. 4. in principio.

† Dictio, ſurdi, deeſt in omnibus antiquis codicibus.

¶Idem.

¶Si alter contrahentium vtitur verbis dubijs, animo decipiendi mulierem, & eam poſtmodum cognoſcit carnaliter, iudicatur pro matrimonio in foro iudiciali: ſecus in pœnitentiali. hoc dicit. ſecundum verum & communem intellectum.

CAP. XXVI.

TVa † nos duxit fraternitas cōſulendos: & infrà. ¶Cōſequenter quæſiuiſti, cū quandam mulierem [g] quidam aliter inducere nequiuiſſet, vt ſibi commiſceretur carnaliter, niſi deſponſaſſet eandem; nulla ſolemnitate adhibita, vel alicuius præſentia, dixit illi, Te Ioānes deſponſat, cum ipſe Ioannes non vocaretur, ſed finxit ſe vocari Ioannem, non credens eſſe coniugium, eo quòd ipſe non vocaretur hoc nomine, nec haberet propoſitum contrahendi, ſed copulam tantum exequendi carnalem: vtrum inter prędictos ſit matrimoniū celebratum, cum mulier conſenſerit in eundem, & † ille diſſenſerit, & diſſentiat, nec † aliud quicquam egerit, quàm ſuperius eſt expreſſum, niſi quod cognouerit eandem.

¶Super quo tibi reſpondemus, quòd cum præfatus vir prædictam deſponſauerit mulierem in propria perſona †, & ſub nomine alieno, quo

† Capit. 1. e. tit. in 4. compilat. Vide Beatū Thomā quodlibero 5. q. 8. art. 15. Adrianū ſuper 4. ſenten. tract. d matrim. q. 2. & Syluestrum in ſūma verbo, matrimoniū. 4. quæſt. 8.

† In codice Barbatiæ ita: & ille diſſenſerit in eādē, & diſſentiat.

† nec aliud aliquid egerit.

TVæ fraternitati.] Per legitimum cōſenſum cōtrahitur matrimonium: inter eos tamen qui loqui poſſunt debet conſenſus verbis exprimi. hoc dicit. Primò ponit quæſtionem Secūdò eius ſolutionem, quam probat exemplis. Secunda: ibi, *Nos igitur*. Abbas.

CASVS. Quæſitum fuit à Papa, vtrum per ſola verba poſſit contrahi matrimonium: & ſi per ſola verba, quæritur ex quibus? Reſpondet Papa, quòd matrimonium in veritatę contrahitur per legitimum conſenſum viri & mulieris, ſed verba neceſſaria ſunt quantum ad eccleſiam, exprimentia conſenſum mutuum de præſenti: & per conſenſum re vera contrahitur matrimonium: quia muti poſſunt contrahere matrimonium per conſenſum mutuum ſine verbis, dummodo per aliqua ſigna conſenſum exprimant: Sed pueri ante legitimos annos per ſola verba non contrahunt, cum ante, eorum conſenſus non ſit legitimus. Nota quòd ſolus conſenſus facit matrimonium expreſſis verbis, vel ſignis: Item mutus poteſt contrahere matrimonium. Item pueri non poſſunt matrimonium contrahere, quia non poſſunt conſentire.

a ¶*Conſenſum.*] 27. quæſtion. 2. ſufficiat. ſuprà eodem cum ad locum.

b ¶*Verba.*] Licet enim ſolo conſenſu contrahatur matrimonium ſine verbis, vt in mutis s. eo. cum apud. tamen in his qui loqui poſſunt, non contrahitur ſine verbis; per quæ exprimatur conſenſus, quæ ad hoc inuenta ſunt 22. quæſt. 2. is autem qui. Vel per aliquod aliud, puta ipſo facto, per quod intelliguntur conſentire, contraheretur matrimonium: ſicut dicit lex de fideicommiſſo, quod nutu relinqui poſſit, dum tamē poſſit loqui 1 . C. de fideic. l. & in epiſtola, ff. de leg. 3. nutu. Si tñ parentes contrahant pro filijs præſentibus & ſcientibus, ſufficit nutu eorum taciturnitas. 32. q. 2. honorantur. ff. de ſpon. ſed ea quæ patris. Et idem credo ſi per alios contrahatur ſubſequente annuli ſubarrhatione: vt no. j. titu. proxi. c. vlt. in prima notula. Et in mutis ſolus conſenſus non ſufficit, imo ſigna neceſſaria ſunt conſenſum exprimentia. Et ita hoc idem faciunt ſigna in mutis, quod verba in loquētibus. s. eo. cum apud. Et hoc intellige cum matrimonium contrahitur ſolis verbis exprimentibus conſenſum mutuum de præſenti; & hoc expreſſe apparet ex forma conſultationis, dum dicit: vtrum ex ſolis verbis: & ad hoc reſpondet: ſecus in matrimonio, præſumpto, vbi ipſo facto præſumptiuè contrahitur matrimonium. j. eod. is qui. Et ſecundum quod not. j. titu. proxim. capit. vlt. & s. de re iudi. tenor.

1 Niſi morbus eēt ei impedimē to, ita dicit l. nutu. Ioā. And.

ADDITIO. Et idē credo ſi per alios contrahatur ſubſequente ſubarrhatione: vt not. j. eo. c. proxi. in prima notula, & melius j. tit. proxi. cap. vlt.

c ¶*Nam:*] Et iſtud, nam, reſpicit quod dixit ſuprà per legitimū viri, & mulieris cōſenſum: quia mutus contrahit per conſenſum.

d ¶*Sine verbis.*] ſed non ſine ſignis, vel nutibus. s. eod. cum apud.

e ¶*Verba.*] ergo patet, quòd duo ſunt neceſſaria ad iſtud ſacramentum, ſcilicet verba 2, & ſigna, vel conſenſus: altero ſubtracto non eſt matrimonium, ſicut dicitur de baptiſmo. 1. quæſt. 1. detrahe.

2 Concor. glo. in l. cū notiſſimi. C. de præſcrip. xxx. annorum.

f ¶*Non contrahūt.*] quia non poſſunt reddere debitum. infrà de frig. & maleſi. quod ſedē & cōſenſum nō habent, vt hic dicit. quia ætas illa ignorat quid videat. C. de fal. mo. l. 1. Bernardus.

TVa nos.] Generaliter ſummari ſic poteſt: Non eſt matrimonium vbi alter contrahentium non conſentit, hoc dicit. Sed hoc ſummarium nullam dubitationem habet. Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Super quo*. Secunda verò eſt duplex. Prima quò ad forum iudicialem. Secunda quo ad pœnitentialem: ibi *Nos autem*. Abbas.

† De multiplici errore circa matrimoniū, & qualis error illud impediat, vide Magiſtrū & Theologos libr. 4. ſenten. diſtin. 30.

CASVS. Quidam iuuenis ſæpe requiſierat quandam mulierem, vt ei carnaliter commiſceretur, ſed ipſa cōſentire nolebat, niſi deſponſaret eandem tandem nullo præſente, ac nulla ſolemnitate adhibita dixit illi mulieri: Ioannes te deſponſat: cum non vocaretur Ioannes, ſed finxit ſe ſic vocari. non credens propterea matrimonium contrahere cum eadem, ex eo quòd ipſe non vocaretur Ioannes, nec habebat propoſitum contrahendi cum ea, nec conſenſit in illam: Quæritur, vtrum ſit matrimonium inter eos? Reſpondet Papa, quòd cum præfatus vir mulierem illam deſponſauerit ſub propria perſona, & ſub nomine alieno quo vocari ſe finxit, & inter eos ſit carnalis copula ſubſecuta, videtur pro matrimonio præſumendum, niſi expreſsè dictum fuiſſet Papæ, quòd ille nec propoſuit, nec conſenſit illam ducere in vxorem. Item dicit Papa, quòd ſi res ita ſe habet, videlicet quòd ille non propoſuit eam ducere in vxorem, nec conſenſit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari: quia in eo nō inuenitur ſubſtantia coniugalis contractus, nec forma contrahendi matrimonium: quia ex altera parte dolus ſolummodo affuit, & defuit omnis conſenſus, ſine quo matrimonium nō contrahitur. Nota, quòd ad hoc vt matrimonium contrahatur, neceſſe eſt vt vterque contrahentium conſentiat in alterum, & quòd forma verborum, per quam matrimoniū contrahitur, expreſsè vel tacitè exprimatur: & ſic ſubſtātia & forma neceſſaria ſunt: aliàs non eſt matrimonium. Item deſtructo principali deſtruitur acceſſorium.

¶Glo. ſeq. obijcit, & reſpondet. Secundò quærit, & ſoluit.

g ¶*Mulierem.*] Si iſte deſponſauit iſtam mulierem, quibuſcunque verbis vſus fuerit, potius conſiderandum eſt quod

ſuerit factum, quam quid dictum. argumen. ſuprà de appel. ad audientiam. & infrà de verbor. ſignifi. in his. C. plus. val. quod agi. ſi quis. Item ſimulatio, ſiue dolus non impedit matrimonium ſpirituale. 27. diſtin. quod interrogaſti. ergo nec carnale. Sed hæc non procedunt: quia ſimulatæ nuptiæ nō ſunt nuptiæ. ff. de rit. nupt. ſi ſimulatæ. & propter rationem, quæ inferius redditur. Sed pone ꝙ aliquis proteſtetur corā pluribus, quòd omnia quæ dicet vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium, & poſtea publicè dicat, conſentio in te: nunquid eſt hic matimonium, vel non? In caſu iſto dico ꝙ eccleſia iudicare debet pro matrimonio 1: quia recurrendum eſt ad cōmunem verborum intelligentiam. ſ. eod. ex literis 1. Talia enim verba non poſſunt ſeruire ſuæ intētioni. præterea ſi probet quòd illa verba ꝓteſtatus fuit primò, potuit poſteà recedere ab illa voluntate, & conſentire in illā, & hoc videtur per illud quod poſteà publicè facit: & ſi dicat ꝙ adhuc tempore cōtractus erat in eadem voluntate, non creditur ei: quia cōtra eum debet fieri interpretatio, qui dolum adhibet, vt dictum eſt ſuprà eo. ex literis 1.

† videretur.

1 Et rectè, nam aliter darēt omnibus matrimonia contrahētibus, materia ſic ꝓteſtādi, vt poſtea diuerterēt à cōiugibus ſi diſplicerent. Ioan. And.

tūc vocari ſe finxit, & inter eos ſit carnalis copula ſubſecuta [a], videtur † forte [b] pro coniugio præſumendum, niſi tu nobis expreſsè ſcripſiſſes, quòd ille nec propoſuit, nec conſenſit illam ducere in vxorem: quod qualiter [c] tibi conſtiterit, non videmus. ¶Nos autem quid iuris ſit reſcribentes: dicimus ꝙ, ſi res ita ſe habuerit, videlicet, quòd ille eam non propoſuit ducere in vxorem, nec vnquā conſenſit in prædictam perſonā, non debet ex illo facto cōiugium iudicari, cū in eo nec ſubſtantia coniugalis contractus, nec forma [d] contrahendi coniugiū valeat inueniri: quoniam ex altera parte dolus ſolummodo affuit, & defuit omnino conſenſus, ſine quo [e] cætera nequeunt fœdus perficere coniugale.

¶Idem Epiſcopo Beluaceñ.

¶Ad denunciationem vnius honeſti viri, qni defert conſanguinitatem, & de fama, vel ſcandalo docet: impeditur matrimonium contrahendum.

a ¶*Copula ſubſecuta.*] Per hoc videtur conſenſiſſe. ĩ. eod. is qui. & ĩ. de condi. appo. de illis. & c. per tuas.

b ¶*Videtur forte.*] quibuſdam non rectè intelligentibus eſt dubium, ſed rectè intelligentibus non eſt dubium.

c ¶*Qualiter tibi conſtiterit.*] imo bene potuit cōſtare: quia vir ille hoc ei confitebatur: quia hoc dicimur ſcire, quod ab alijs audiuimus. 22. quæſtion. 5. hoc videtur. Vel quia ille hoc ei confeſſus fuit in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet eſt credendum. vt ĩ. de homi. ſignificaſti. quia ſoli ſibi fit præiudiciū: vnde non eſt veriſimile, quòd ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. q. 7. ſancimus. ſed in iudicio pro tribunali non crederetur ei in præiudicium alterius.

d ¶*Nec forma.*] Nota, quòd ad eſſe matrimonij duo ſunt neceſſaria, ſcilicet ſubſtantia 2, & forma, ſicut ad eſſe hominis: pro ſubſtantia eſt ibi cōſenſus, & pro forma verba ad exprimendum conſenſum deputata: quam formam habes. infrà eodem, ſi inter. infrà de ſpon. duorum, licet prǫter. & quia hic defuit ſubſtantia & forma, nullum fuit matrimonium. Idem eſſet, & ſi alterum deeſſet. ſuprà eodem, cum apud. & cap. tuæ. & infrà de frigi. & malefi. ꝙ ſedem. & matrimonium quamuis duo exigat, res tamen ſimplex eſt, & indiuidua. 27. quæſt. 2. §. 1. & in matrimonio præſumpto ipſum factum habetur pro ſubſtantia, per quod præſumitur ſufficiens conſenſus. infrà eodem. is qui.

2 Id eſt, materia & forma, q̃ qualis ſit i ſacramēto matrimonij, diſceptatur à Theolog. ſcholaſticis: ſed de hoc articulo vid̃ plene ꝑ Sotū. lib. 4. ſent. diſt. 1. q. 1. ar. 6. & diſtin, 25. q. 2. art. 1. ad primum argumētum.

e ¶*Sine quo.*] ſuprà eodem cum locum. & 27. quæſtion. 2. ſufficiat. Ber.

C*Vm in tua.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi. *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Quidam vir & mulier volebant contrahere matrimonium ſecundum conſuetudinem loci: propoſitum fuit publice in eccleſia vt qui ſciret impedimentum, illud exponeret: Sed nullus apparuit contradicens, fama tamen priuatum impedimentum parentelæ deferebat: vt omnis ſuſpicio tolleretur, ex parte contrahentium offerebantur iuramenta maiorum ſuorum de propinquitate ſua: quia nulla eſſet conſanguinitas inter eos: Quæritur, quid ſit in hoc articulo faciendum? Reſpondet Papa, quòd ſi perſona grauis, cui meritò ſit fides adhibenda, denunciat, quòd illi ſunt conſanguinei, & de fama probat, vel ſcandalo, aut etiam ipſe iudex de plano certificari per ſe poſſit, iudex non ſolum debet iuramenta parentum ſponte oblata non recipere, ſed etiam debet illos compellere, vt à tali contractu deſiſtant, ex quo fama vel ſcandalum eſt probatum, ſi moniti induci non poſſunt, vel contra famam huiuſmodi iuramenta exhibeant propin-quorum: alioquin ſi perſona denuntians talis fuerit, vel ſi talis fuerit, & de fama vel ſcandalo non probauerit, monendi ſunt ne contrahant, ſed non compellendi. Nota, quòd qui denunciat, debet eſſe honeſta perſona & grauis, aliàs repellitur à denunciando. Item fama, vel ſcādalum impedit matrimonium contrahendum. Item contra famā probatio admitti͞t.

CAP XXVII.

C*Vm* † in tua diœceſi: & infrà. ¶Sanè quia contingit interdum, quòd aliquibus volentibus matrimonium contrahere, bannis [f] (vt tuis verbis vtamur) in eccleſijs editis, ac nullo cōtradictore publicè cōparente, licet [g] fama † priuatū impedimentum deferat parentelæ, cum ex parte contrahentium, iuramenta maiorum de ſua propinquitate (vt ſuſpicionis tollatur materia) offeruntur †: quid tibi ſit faciendum in caſibus huiuſmodi, quæſiuiſti. Ad quod taliter reſpondemus, quòd ſi perſona [h] † grauis, cui fides ſit adhibenda, tibi denunciet, quòd hi, qui ſunt matrimonio copulandi, ſe propinquitate contingant, & de fama [i], vel ſcandalo [k] doceat: aut etiam per teipſum poſſis certificari de plano [l], non ſolum debes iuramenta parentum ſponte oblata non recipere, verumetiam eos, qui ſic cōtrahere nitūtur, ſi moniti induci nequiuerint, compellere, vt

† Cap. 1. e. tit. in 4. cō pilatio.

Denunciādū eſt publice. ī eccleſijs. īter quos matrimoniū ſit contrahendū cōcilium Lateranē. ſub Innocētio iij. cap. 51. & concilium Triden. ſeſſio. 24. ī decreto de refor. matrimonij. c. 1.

† Vide Iulium Clarū in prac. crimi. §. fi. q. 6. vnde intelliges q̃ ad hunc locū ſpectant.

† offerātur

† Vide citatos ſuprà hoc tit. in ca. præterea.

f ¶*Bannis.*] id eſt, denunciationibus. 3 & hodie conſuetudo iſta reducta eſt ad ius commune. ĩ. de clande. deſpon. cum inhibitio.

¶Gloſſa ſequens not. rationem, reddit contrarium, & ſoluit.

g ¶*Licet fama priuatum.*] Et ſic eſt fama aliquid quod dicitur occultum ſiue priuatum. ſuprà de coha. cleri. tua. & ideo dicitur fama priuatum impedimentum: quia per famam ſolam non conſtat de impedimento, niſi alia probatio adſit: vt d. cap. ſua. Sed ſi fama hæc erat de conſanguinitate, quare non interdicitur matrimonium, vt ĩ. de conſan. & affi. ſuper eo. quod ſignatur pro contrario? ſed non eſt contrarium: quia hic non conſtabat de fama: vt ĩ. dicitur, ſed denunciatur fama: vel priuatum impedimentum deferebat, vnde primo debet inquiri de fama: contrariū intelligitur quando conſtat de fama.

3 Et forte dicebātur bāna quia ſub bāno, vel ſub pęna excōicatiōis p̄cipiebat ſacerdos, ꝙ nullus impedimēta celaret arg. 16. q. 1. ſtatuimus. ſecundum Hoſt. Ioā. And.

¶Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit. argu. & remittit.

h ¶*Perſona grauis.*] imo & turpis perſona videtur admitti ad impediendum. ſ. eod. præterea 2. Sed illud obtinet cum impedimentum oritur à perſona denunciante 4 conſanguinitatem, quæ tenetur reuelare impedimentum conſanguineo. 35. quæſtio. 3. ſi homo. Eſt ergo hic argum. quòd criminoſi non admittuntur ad denunciationem criminum. argum. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. & ſ. de teſtib. cogen. præterea. §. 1. De hoc no. 2. q. 1. ſi peccauerit.

4 De hoc articulo vide latius hic ꝑ Hoſtiēſem, & Ioan. And.

¶Gloſſa ſequens alleg. duas concor. & ſignat vnum contrarium.

i ¶*De fama.*] ergo fama probari poteſt. ſuprà de teſti. tam literis. & cap. cum cauſam 1. Argumen. contrà. infrà de accuſa. inquiſitionis. in fin. Item ſola denunciatio non impedit matrimonium, niſi adſit fama, & ita ſola fama impedit matrimonium. infrà de conſang. & affi. ſuper eo. & vnus teſtis. ſuprà de teſti. ſuper eo 2. ſed iſte denuncians non teſtificabatur.

¶Gloſſa ſequens elicit vnum notabile.

k ¶*Scandalo.*] Nota, quòd propter ſcandalum impeditur matrimonium, vt hic patet. ſic infrà de cog. ſpi. ſuper eo. in fin. Et ita habes, quòd ſcandalum, ſiue conſuetudo reddit aliquos inhabiles ad contrahendum: ſecundum quod notatur in illa decre. ſuper eo.

l ¶*De plano.*] Summaria cognitio ſufficit hic. ſic infrà de accu. ſicut olim. & cap. olim. ſic eodem modo videtur quòd iudex poſſit inquirere de fama alicuius de plano, & ſine iudiciorū ſtrepitu. multiplex enim clamor famam inducit, ita vt

prælatum

prælatum moueat ad inquirendum. infrà de accu. qualiter & quando 2.

¶*Gloſſa ſequens elicit vnum notabile.*

a ¶*Famam.*] Nota hic, quòd ſi probes famam cõtra aliquẽ, quòd poteſt probari contrarium ad tollendam famam: & ita ſi probaſti aliquem eſſe malæ famæ, ipſe poteſt probare ſe eſſe bonæ famæ. 2.q.5.presbyter.& cap.ſi mala.

1 Hæc gloſſula videtur eſſe Ioannis Andr. vt finis indicat.

† Et de fama, &c.

b ¶*Arbitrium.*] quaſi 1 dicat, licet multa dixerimus, & te inſtruxerimus, & multa dicant iura circa hanc materiam; tamen cum ex varijs cauſis varia prȩſumantur, nec propter malitiam hominum, & varietatem tẽporum certa regula dari poſſit, finaliter arbitrio tuo relinquimus, vt penſatis perſonis, cauſis, & temporibus, facias hoc, vel illud. argumen. infrà de homi. ſicut. de tranſac. cap. fin. ff. de vſur. mora. ff. de teſti. l. 1. ff. de verbo. obl. continuus. & not. ſ. cap. præterea. 2. & cap. ſicut. in fin. & infrà cap. ſeq. ſecũdum Hoſtienſem. Io. And.

† Beſguenen. †Beſguen. † Beſguecen. †Beſgueõ. †Bononiẽ.

†Vide præ alijs hic Henricum Boich, & Prȩpoſitũ.

à tali contractu deſiſtant: vel contra famam [a] huiuſmodi, ſecundum tuæ diſcretionis arbitrium [b], iuramenta exhibeant propinquorum. Alioqui ſi perſona denuncians non extiterit talis, vt diximus: vel † de fama, vel de ſcandalo non poterit edocere: ad deſiſtẽdum monere poteris, non compellere contrahentes.

¶Honorius iij. Epiſcopo Berguẽ. †

¶*Mulieri, quæ negat ſe in matrimonium conſenſiſſe, non creditur, marito probante contrarium: ſecus ſi probat ſe conſenſiſſe per metum, qui poteſt cadere in conſtantem virum.*

CAP. XXVIII.

CONſultationi † tuæ breuiter reſpondemus, quòd mulieres, quæ veniunt ad valuas eccleſiæ benedicẽdæ cum ſponſis, & ibi reclamantes affirmant, ſe nunquam in eorum matrimonium conſenſiſſe, audiri (ſponſis legitimè probantibus contrarium) non oportet: cum legitimis & idoneis teſtibus non debeat illarum ſimplex aſſertio [c] præualere. ¶Sanè illis †, quæ benedictione accepta, mox à ſponſis aufugiũt ante carnis copulam [d] ſubſecutam, aſſerentes ſe nunquam in illos veraciter conſenſiſſe, ſed metu illato compulſas, verba protuliſſe conſenſus, licet animo diſſentirent, non ſtatim eſt audientia deneganda: ſed de illato metu eſt cum diligentia [e] inquirendum: & ſi talis metus inueniatur illatus, qui cadere potuit in cõſtantem [f] virum †, erunt non immeritò audiẽdæ.

COnſultatiõi.] Duos caſus determinat. Secundus: ibi, *Sanè.* Abbas.

CASVS. Conſuetudo eſt in quibuſdã locis, ꝙ ſponſus & ſponſa cum debent benedici, veniũt ad valuas eccleſiæ, id eſt, ad oſtia eccleſiæ: ſponſa tunc dicit, quòd nunquam conſenſit in ſponſum matrimonialiter: ſed ſponſus vult probare contrarium: ſcilicet, ꝙ in matrimonium illius conſenſit: Quæritur, vtrum ſponſa ſit audienda: & dicitur, quòd non debet audiri, cum eius ſimplex aſſertio non debeat legitimis teſtibus præualere. Secũdò ponitur alius caſus: Quidam deſponſauerunt aliquas in vxores: ſponſæ benedictione recepta, ſtatim ante carnalem copulam aufugiunt à ſponſis, dicentes ſe nullatenus in illos conſenſiſſe, ſed compulſæ per metũ proferebant verba conſenſus, ſed animo diſſentiebant: Quæritur, vtrum iſtæ ſponſæ ſint audiendæ? Reſpondet quòd ſic: & ſi talis metus probatus fuerit, qui poſſit cadere in conſtantem virum, à ſponſis meritò ſunt ſeparandæ. Nota, quòd potius teſtibus credendum eſt, quàm ſimplici aſſertioni alicuius. Item matrimonium per metum contractum, qui poſſit cadere in conſtantem virum non valet.

† Vide Couarruuiam in epitome libr. 4. decretalium part. 2.c.3.§. 4. & ſeq. ad de citatos ſuprà hoc tit. in c. cũ locum.

c ¶*Aſſertio.*] aſſertioni illarum non eſt credendum, ſed potius teſtibus, qui iurati probauerunt contrarium; ergo ſi vellent probare contrarium, videtur quòd ſint audiendæ: ſed nõ videtur quòd poſſent hoc probare, cum ſit negatiua, ſcilicet, quòd nunquam conſenſerunt. ſ. de ele. bonæ memoriæ. imo poſſent, probando metum, vt dicit in fin.

d ¶*Ante carnis copulam.*] ſecus ſi poſt: quia tunc conſenſiſſe videntur 2, ita quòd poſteà in contrarium reclamantes non audiantur. ſuprà eodem ad id quod. & infrà qui ma. accu. poſ. inſuper.

2 Niſi appareat eas inuitas detẽtas & cognitas. ſecũdũ Vin. Ioã. And.

e ¶*Cum diligentia.* Nota, quòd dicit, cum diligẽtia: quia vbi maius periculum vertitur, cautius & diligentius agẽdum eſt. 7. quæſtio. 2. cap. vltim. & circa maiora maius periculum vertitur. 42. diſtin. quieſcamus. ff. ad Car. l. 1. §. ſi quis. §. 3. & argumen. 61. diſtinc. miramur. vnde cauſæ matrimoniales non ſunt committendæ niſi iuriſperitis 3, & qui poteſtatem habeant iudicandi. j. de conſan. & affi. ex literis. in fin.

ADDITIO. Nec poteſt compromitti in matrimonijs. ſ. de tranſac. c. vlt. & ſ. de reſtit. in integ. capit. penul.

f ¶*In conſtantem.*] ſic ſ. eo. veniens. 2. Et talis metus continet mortis periculum, aut corporis cruciatũ. C. de tranſact. interpoſitas. ſ. de his q̃ vi metusve cauſa fi. cum dilecti. & cap. perlatum. 31. q. 2. Lotharius. & ead. cauſa. quæſt. 2. ſi verum. aliàs vanus timor non excuſat. ff. quod me. cauſa. metum autem. 2. ff. de re iudic. ſi quis ab alio. B.

† Adde qs dicatur talis metus, not. glo. & Doct. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. hære.

ADDITIO. Hoc autem arbitrio diſcutitur iudicãtis. ff. q̃bus ex cauſ. ma. l. metus.

¶Gregorius nonus.

¶*In matrimonijs, & ſponſalibus debet eſſe libertas, vnde in eis promiſſio pȩnæ non obligat.*

CAP. XXIX.

GEmma † mulier nobis expoſuit, quòd cum T. filia eius cum C. contraxit † matrimonium: B. de Alſerio † ea occaſione, quòd inter P. filiũ ſuũ, & prȩdictam puellam infrà ſeptennium [g] conſtitutos, ſponſalia contracta fuerunt, pœnã ſoluendam à parte, quæ cõtrauenirct in ſtipulatione appoſitam, ab ipſa nititur extorquere. Cum itaque libera [h] matrimonia eſſe debeant: & ideo talis ſtipulatio [i], propter pœnæ interpoſitionem † ſit meritò improbanda: Mandamus, quatenus ſi eſt ita, eundem B. vt ab extorſione prædictæ pœnȩ deſiſtat, eccleſiaſtica cenſura compellas.

†Vide conciliũ Trid. ſeſſio. 24. de reforma. matri. c.9. & Couarruiã in epitome li.4. decretaliũ part. 2.c.3.§.7.

† cõtraxerit.

† de Alſio

GEmma.] Duo facit. Primò ponit mulieris querelam. Secundò dat iudicẽ, ibi, *Cum itaque.* Abb. Sic.

CASVS. Teberga filia Gemmæ, dum eſſet infra vij. annum cõſtituta, contraxit ſponſalia cũ Petro filio B. de Alſerio, præſentibus ipſa Gemma, & B. prædicto: pœna fuit appoſita à parentibus, vt pars quȩ contraueniret, pœnã alteri parti perſolueret. Poſtmodum dicta T. contraxit matrimonium cũ alio C. nomine: Vnde hac occaſione dict' B. à prædicta Gemma pœnam in ſtipulatione appoſitam nititur extorquere: vnde conqueſta eſt domino Papæ: Papa dicit, cũ matrimonia libera dẽant eſſe, & ideo ſtipulatio pȩnæ in matrimonio, vel ſponſalibus appoſita, merito ſit improbanda: Mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, iudex dictum C. per excommunicationem compellat, vt à petitione dictæ pœnæ deſiſtat. Nota, ꝙ matrimonia, ſiue ſponſalia libera debent eſſe ab omni coactione perſonæ, vel pecuniæ: & ſi pœna fuerit appoſita, nõ tenet promiſſio, ſiue ſtipulatio pœnæ.

† impoſitionem.

3 Per iuriſperitos nõ intelligas laicos, ſed eos qui habent notitiã vtriuſque iuris, & theologiȩ: nã cãȩ matrimoniales iudicibus eccleſiaſticis ſunt cõmittendæ, concilium Tridẽ. ſeſſ. 24. de ſacramento matrimo. cañõe. 13.

¶Idem Epiſcopo Cenomaneñ.

¶*Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulã ſubſecutam, ſed non per niſum carnalis copulæ tantum. hoc dicit cum cap. fin. infrà eod.*

¶*Gloſſa ſequens ponit duas lecturas: ſecundum primam duplex eſt cauſa: iuxta ſecundam vna tantum.*

g ¶*Infra ſeptennium.*] Vnde non tenuerunt ſponſalia. infrà titu. proxim. literas. acceſſit. & ſuprà de reſtit. ſpol. ex parte. ergo nec pœna etiam ſi licita fuiſſet aliàs, nõ tenuit: quia ſi principale non tenuit, nec acceſſorium. ſuprà de re iudi. cum inter. & C. de legi. non dubium. cum ſuis concor. ſed ſi poſt vij. annos, forte conſenſerunt, & tenuerunt ſponſalia: pœna tamẽ non tenuit. Ber.

h ¶*Libera debeant.*] ab omni coactione. ſuprà eodem, cum locum. & cap. requiſiuit. & etiam à pœna pecuniaria, vt hic patet.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per q. ſcilicet, an teneat ſtipulatio arrharum. tenet quòd ſic. arg. contrarium, redit ad primum.*

i ¶*Stipulatio.*] Stipulatio pœnæ in ſponſalibus appoſita non tenet propter rationem quæ redditur in litera: ſed arrhas datas pro ſponſalibus perficiendis amittit qui reſilit ſine iuſta cauſa. C. de ſpon. l. vltim. & ff. de verbor. oblig. Titia. vnde hæc decr. ſumpta fuit. C. de inuiti. ſtipu. l. 2. & hic. Sed videtur, ꝙ idem ſit in arrha quod dicitur de pœna: quia eadem

dem eſt ratio vtrobique:ergo eadem debet eſſe prohibitio,& idem ius.ſ.de confir.cum dilecta. cum alijs concord. ibi poſitis.& ſ.de transla. inter corporalia. ſed ſecus eſt ſecundum leges,vt dicit lex prædicta.de ſpon.in C.

ADDITIO. Vel dic quòd arrha eſt res fauorabilis,& etiã matrimonium,& ideo arrha poteſt eſſe in matrimonio, pœna verò non:quia res eſt odioſa,vt ibi dicitur.

† Præter Henricum Boich & Præpoſitũ hic, vide Couarruuiã in epitome li. 4. decretaliũ par.1.c.4. §.1.

IS *qui fidem.*] Primo ponit thema, ex quo tacitè elicitur quæſtio. Secundò illam ſoluit, & rationem ſubmittit: ibi, *Ad primam.* Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis dedit fidem cuidam mulieri, quòd eã duceret in vxorem, & eam poſtmodum carnaliter cognouit: poſteà in facie eccleſiæ cum alia matrimoniũ contraxit: Quæritur, quam iſtarum debeat habere? Dicitur, quòd ad primam redire tenetur: quia licet præſumptum primum matrimonium videatur: tamen contra talem præſumptionem probatio in contrarium non eſt admittenda: Vnde ſequitur, quòd matrimonium poſtea de facto contractum, nullũ ſit: Nota quòd hæc eſt præſumptio iuris & de iure, contra quam probatio non admittitur.

† Vide Dominicũ Sotum lib. 4. ſenté.diſt. 27.q.2.artic. 5. Syluestrum in sũma verbo,ſponſalia.q.10.& Couarruuiã in epitome libr. 4. decretalium. part. 2.c.5.

CAP. XXX.

IS †, qui fidem dedit M. mulieri ſuper matrimonio contrahendo, carnali copula ſubſecuta,& ſi in facie eccleſiæ ducat aliam & cognoſcat, ad primam redire tenetur [a]: quia licet præſumptum primum matrimonium videatur, contra præſumptionem [b] tamen huiuſmodi non eſt probatio admittenda: Ex quo ſequitur, quòd nec verum, nec aliquod cenſetur matrimonium, quod de facto eſt poſtmodum ſubſecutum.

¶Idem.

¶Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium,etiam carnali copula conſummatum. ſed ſponſalia de futuro etiam iurata,ſoluuntur per ſequentia de præſenti.

CAP XXXI.

SI † inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quòd vnus alterum mutuo conſenſu, verbis conſuetis expreſſo, recipiat vtroque dicente [c]: ego te in meam accipio: &, ego te accipio in meum: vel alia verba [d] conſenſum exprimentia de præſenti: ſiue ſit iuramentum [e] interpoſitum, ſiue non, non licet alteri ad alia vota [f] tranſire:quòd ſi fecerit, ſecundum matrimonium de facto contractum (etiam ſi ſit carnalis copula ſubſecuta) ſeparari debet, & primum in ſua firmitate manere. ¶Verum ſi inter ipſos acceſſit † tantummodo promiſſio de futuro, vtroque dicente alteri: ego te recipiam in meam:&,ego te in meũ: ſiue verba ſimilia: ſi alius mulierem illam per verba de præſenti deſponſauerit, etiam ſi inter ipſam, & primum,iuramentum interuenerit (ſicut dicimus) de futuro; huiuſmodi deſponſationis intuitu, ſecundum matrimonium non poterit ſeparari [g], ſed eis eſt de violatione fidei pœnitentia iniungenda.

† acceſſerit.

¶Idem.

¶Niſus ad copulam non facit ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium.

a ¶*Redire tenetur.*] ſic ſuprà eodem.veniens.& infrà de cond.appo.de illis. & capit.per tuas.

¶Gloſſa ſequens diſtinguit circa pręſumptiones.in fin. obijcit, & ſoluit.

b ¶*Contra præſumptionem.*] Nota circa huiuſmodi præſumptiones 1 : ꝙ præſumptio alia eſt iuris & canonis,ſiue legis; alia hominis;alia naturæ;alia facti. Præſumptio iuris & canonis,ſiue legis,ſiue iuris,ſiue de iure,quod idem eſt,non recipit probationem in contrarium;vt lex præſumit,mulierem ſtipulatam dotem ſibi reddi,quæ non eſt ſtipulata: & ſi quis vellet probare contrarium,non auditur. C. de rei vxo.actio.l.1.§.1. Idem eſt in arrogato, qui ſemper intelligitur ſtipulatus quartam partem de bonis arrogatoris ſi emancipatur.ff. de ado.ſi arrogator. & de tali loquitur hic. Et ita præſumptum dicitur iſtud matrimonium.ſimilis pręſumptio eſt 11.q.1.ſi qui clericorum.& j̃.qui ma accu.poſſ.inſuper.ſim.ſ. eo. ad id quod. & 54.diſt.fraternitatem,& j̃. de Iudæ.c.vlt. quod loquitur in eodem caſu cum c.fraternitatem. Præſumptio hominis eſt, cum præſumitur contra aliquem hominẽ propter malam famam: contra hanc præſumptionem bene admittitur probatio in contrarium.ſ.eod.cum in tua. & 2.q.5.presbyter.& c.ſi mala fama.j̃.de pur.ca.cum P.& ff.quod me. cau. non eſt veriſimile.Præſumptio naturæ eſt, vt cum exhæredo filiũ meũ, præſumitur contra me,ꝙ iniuſtè exhæredauerim eum,& hoc propter naturam: & ideo hæredes mei probare tenentur ꝙ iuſtè exhæredauerim eum,C.de inof.teſt.l.omnimodo.ver.ſi tamen.Præſumptio facti alia præcedentis circa futura, vt ſi ſemel calumniatus es contra me, & iterum velis me accuſare, præſumitur modo te velle iterum calũniari.ff. de accu. ſi cui. §.ijſdem.3.q.10.placuit.& c.ſi accuſatorum.& ſ.de pręſump. mandata,& c.ſcribam eis.Præſumptio facti ſubſequentis circa præterita eſt,vt ſi aliqui fuerint accuſati de crimine adulterij,quod depellebant prætextu proximitatis, ſi poſtea in matrimonium ſe coniunxerint,manifeſtè præſumitur facinus,in quo accuſati fuerunt.C.de adul.ſi hi qui adulterij.ff.ad Macedo.item ſi filius.alias incipit,ſed Iulianus.§.interdũ.circa fin. & in Auth.vt nulli iudi.§. ſi quis verò.coll.9. Eſt & alia præſumptio iuris tantum,vt ſi vir diu cohabitauit vxori, præſumitur ab eo cognita.32.q.1.dixit dñs.& 27.q.1.nec aliqua & contra hanc præſumptionẽ probatio admittitur.ſ.de probat. propoſuiſti. & ff. de proba. ſi chirographum 2 . ſed hic non fuit ſubſtantia, & forma coniugalis contractus, de qua dicitur.ſ. eo.tua. vnde nõ eſt matrimonium.Satis dicitur hic fuiſſe ſubſtantia,& forma:quia conſenſus & forma fuit hic, licet per verba de futuro, quę per carnalẽ copulam ſubſequentẽ fiunt de præſenti p̃ſumptiuè: ſed p carnalem copulã ſubſequentem præſumitur conſenſus, per verba præcedẽtia deſignatur forma, licet illa ab initio fuerint de futuro.Ber.

1 De materia hu9 gloſſæ vid̃ Alciatũ in trac. de p̃ſumptionibus,& Ioãnẽ Milleũ in practica criminali tractatu de præſumptiõe. & Simancam in catholicis inſtit.tit. 50.

2 Cancellatio chirographi, p̃ſumptionem facit de ſolutione debiti, recipit tamen probationẽ in cõtrarium Ioã.Andr.

SI *inter virũ.*] Duo ſunt dicta. Secũdũ: ibi, *Verum.* Abb.Sicu.

CASVS. Si inter virũ & vxorem conſenſus de pręſenti interuenerit ſub hac forma verborum: ego accipio te in meã:&, ego accipio te in meũ: vel per alia verba cõſenſum exprimentia de præſenti: ſiue iuramentum interuenerit, ſiue non, non licet alteri poſtmodũ ad alia vota trãſire: qđ ſi fecerit, etiam ſi carnalis copula ſit ſubſecuta, debent ſeparari, & primum matrimonium in ſua firmitate manere:Sed ſi inter eos verba interuenerint de futuro, vtroque dicente alteri:Ego accipiã te in meã,&, ego accipiã te in meũ: vel ſimilia verba: ſi alter cũ altera per verba de præſenti poſtmodũ cõtraxerit,nõ debent ſeparari,etiã ſi inter ipſam & primum iuramentum interuenerit, ſed de fide mentita ei eſt pœnitentia iniungenda. Nota quòd iuramentum non eſt de ſubſtantia matrimonij.

¶Gl.ſeq.arg.alleg.2.iura.ſubdit ſigna ſufficere,alleg.contrariũ.

c ¶*Dicente.*]ergo altero loquente tm̃,non eſt matrimoniũ: quia non loquens ſuũ cõſenſum nõ exprimit.arg.30.q.2.c.1. Item arg.ꝙ qui tacet,non conſentit,quia verba ſunt neceſſaria conſenſum exprimentia.ſ.eo.tuæ.ſim.ff.de procu.filiusfamilias.§. inuitum 3 . & ſi cõſenſum exprimat alter aliquo ſigno vel nutu,licet nihil exprimat ore,ſatis videtur idẽ.Argu. contra,quòd non ſit matrimonium:quia ſtipulatio non contrahitur niſi vtroque loquente, etiam ſi annuat ſine verbis.ff. de ver.obl.l.1.in prin.& §.ſi quis ita. ergo idem in matrimonio.arg.iſtius literæ,vtroq; dicente. muti tamen ſine iſta forma contrahere poſſunt, dumtamen conſenſum exprimant ſignis.ſ.eo.cum apud.& ff.de iure do.mutus.arg.ff.de tute.muto.& illa ſigna æquipollent huic formæ: & ita non refert dũmodo conſenſus exprimatur, etiam in loquente, ſubſecuta ſubarrhatione per immiſſionem annuli: nam multæ propter verecundiam annuunt potius quàm loquantur,maximè pręſentibus parentibus.32.q.2.honorantur.

3 Dicitur p̃curator inuitus, q expreſsè non cõſenrit. Ioan. And.

d ¶*Alia verba.*] ſ.eo.ex parte.& 30.q.5.§.ſi quis diuinis.

e ¶*Iuramentum.*] & ita iuramentum non eſt de ſubſtantia matrimonij.

f ¶*Ad alia vota.*] Ad religionem tamen bene poſſet ante carnalem copulam tranſire.ſ. de conuer. coniug. ex publico.

¶Gloſſa ſequens dat vnum ſimile.

g ¶*Non poterit ſeparari.*] quia fortius vinculũ ſuperuenit, & ſic ſoluuntur ſponſalia,non obſtante iuramento: ſic & votum ſimplex ſoluitur ſuperueniente matrimonio.27.diſtin.ſi vir.& 27.q.1.nuptiarum. & minus punitur propter bonũ matrimonij ſubſequentis,vt cap.ſi vir.Bernar.

Adoleſcens.

A*Doleſcens.*] Ponit dictum, cauſam inſerens: ibi, *Cum qua.* Abbas.

C A S V S. Adoleſcens quidam cum quadam contraxit per verba de futuro, niſus fuit ſæpe illam cognoſcere, ſed non potuit: poſtmodum cum alia contraxit per verba de præſenti: Quæritur, quam illarū debeat habere? Dicitur quòd primam habere nō poteſt: quia cum illa non fuit verum matrimoniū, nec præſumptum: quia conatus non habuit effectum. & ita ſecundā habebit vxorem. Nota quòd conatus ſiue voluntas ſine effectu non nocet: & verba cum effectu accipienda ſunt.

† Præter Doctores hic, vide Geminianū & Francum in ca. 1.§. idem. de deſponſat.impub. li.6. Syluestrū ī ſumma verbo: matrimonium.2. q. 16. & Alciatū trac. de pręſumptio.regula 3.pſumptiōe. 38.

C A P. XXXII.

ADoleſcens †, qui deſponſatam ſibi per verba de futuro, licet ſæpè niſus fuerit, carnaliter non cognoſcens, cum alia poſtmodum per verba de præſenti [a] contraxit: non primam, cum qua nec fuit verum matrimonium ex forma contractus: nec pręſumptum [b], cum conatus [c] non habuiſſet effectum: ſed ſecundam debet habere vxorem.

a ¶*De præſenti contraxit.*] & ſic ſoluta fuerunt priora ſponſalia. ſuprà cap.proxim.& j. de ſpon.duorum.duobus. & ſic remanebit cum ſecunda, & aget pœnitentiam de fide mentita, vt dicit.capit. duobus.Ber.

b ¶*Nec præſumptū.*] Verum non fuit, quia ibi non fuit conſenſus de præſenti præſumptum non fuit, quia non fuit carnalis copula ſubſecuta. De præſumpto matrimonio habes ſuprà eo. is qui. ſuprà de re iudi. tenor vbi de hoc.& 27.quæſtio. 2. ſi quis vxorem.

¶*Glo.ſeq.not.effectum ponderandum, non conatum, vel verba, allegans plura iura in contrarium.*

c ¶*Conatus.*] Nota quòd conatus, ſiue voluntas ſine effectu non nocet, vt hic patet.& de pœn. diſtin.1.§. hæc autem verba.& §.cogitationis pœnam. & ff.quib.mo.pig. vel hypo.ſolu.ſicut.§.ſi voluntate. & 17. quæſtion. 4. ſi quis ſuadente. & ff.quod quiſque iu.l.1. in fin. Et eum condemnatum accipere debemus tantum, qui iure condemnatus eſt, ita vt ſententia teneat: & ſi nulla eſt ſententia, non dicitur condemnatus. ff.de re iudi.ſi ſe.§.condemnatum. Item argumen. quòd verba cum effectu ſunt accipienda.ſuprà de cleri. non reſid.relatum.& ff.ne quis eum qui in ius vo.eſt vi exi.l.pen.§.docere. Argumen.contra, quòd volūtas, ſeu conatus delinquentis puniri debeat, quamuis ſine effectu.ſuprà de biga.nuper. & cap. vltim. & 51. diſtinctio. ſi quis poſt acceptum. & de pœni. diſtinctio.1. ſi quis non dicam. ſi quis cum telo. & quatuor.§§. ſeq.& ff.de extraor.cri.l.1. & C. ſi quacunque præd.po.l.1.in princip. 1 & ſuprà eod.iuuenis.

1 Punitur in x. libris auri, prædictus poteſtate, qui minas pro nuptijs infert ſubiectæ, vel parētibus: ēt ſi nuptias non peregerit. Ioā. And.

TITVLVS II.

De deſponſatione impuberum.

¶Hormiſda Euſebio Epiſcopo.

¶*Pater pro filio impubere ſponſalia contrahit, pro pubere verò non, niſi conſentiat.*

† Cap.1.e. tit.in 1. cō pilat. Vide conciliū Trid. ſeſſio. 24. de refor. matr.ca.9. B. Thomā in quæſtionibus additis ad 3. par. q. 47. art.6.& Sotum lib. 4. ſenten.diſtin. 29. q. 1.art.4.

C A P. I.

QVa † fraternitas requiſiuit de filio adulto, quē pater matrimonium vult contrahere, ſi ſine voluntate adulti filij facere poteſt. Ad quòd dicimus, ſi aliquo modo non conſentit [d] filius, fieri non poſſe. ¶Poteſt autem filium nondum adultum (voluntas cuius diſcerni non poteſt) pater, cui vult matrimonio tradere: Et poſtquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet [e] hoc adimplere.

D E D E S P O N S A T I O N E I M P V B E R V M.

¶*Suprà viſum eſt de ſponſalibus in genere, nunc de eis ſubmittit in ſpecie: ſcilicet, de illis, quæ contrahuntur per impuberes. Vel aliter, & ſic: Quia ad ſponſalia contrahenda, certa ætas determinata eſt à iure: ideo ſubijcitur iſta rubrica, in qua tractat de ætate habili ad ſponſalia, ideo, &c.*

De hac materia vide 30.q. 2. & facit. 20.q.1.capitu.1. & repetitur in Sexto. Abbas.

T*Va fraternitas.*] Habet tria dicta, ſecundum: ibi, *Poteſt.* tertium: ibi, *Et poſtquam.* Abbas Siculus.

C A S V S. Pater vult quòd filius eius contrahat cum aliqua muliere, filius adultus non vult cum illa illa contrahere: Quæritur, an pater filium compellere poſſit, vt cum illa contrahat? Dicitur, quòd ſi filius non conſentit: hoc fieri non poteſt: Sed filium nondum adultum poteſt pater cui vult in matrimonium tradere, quia ipſius voluntas adhuc diſcerni non poteſt: Sed poſtquam venerit ad legitimam ætatem, debet factum patris ratum habere, ſi ſibi placuerit: ſed non compellitur. Nota quòd libera debet eſſe voluntas in matrimonio contrahendo: & filius non adultus in hoc patri ſubiacet. Item pater non poteſt cogere filium adultum ad contrahendum. Filium verò non adultum cogere poteſt, vt videtur, quod verum eſt quo ad ſponſalia, non quo ad matrimoniū: quod patet, cum dicitur in litera: dum venerit ad legitimam ætatem: & illud ꝙ poſtea ſequitur, dēt exponi de debito honeſtatis, non neceſſitatis.

¶*Gloſſa ſequens reci. per quæſt.qnid ſi filius, vel filia coactione patris, &c.*

d ¶*Conſentit.*] Si coactione paterna ductus conſentiret in aliqua, quàm aliàs non eſſet ducturus, eam voluiſſe videtur, & eſt matrimonium.ff.de rit.nup. ſi patre.cogi tamen nō debet.ff.eodem nō cogitur.& C. de nup.nec filium: nec poteſt eum compellere inuitum. ff. de ſpon. filiofamilias.quia inuitę nuptię difficiles exitus cōſueuerunt habere.ſuprà titul.proxim.requiſiuit. & 31. quæſtion.2.§.1. ſecus videtur de filia, ſecundum leges: nam illa contradicere non poteſt, niſi pater dederit ei turpem, vel moribus ſuis indignum.ff.de ſpon. ſed quæ patris.ſecus tamen ſecundum canones 2. ſuprà titul.proxim.cum locum. & 27.quæſtion.2. ſufficiat. Ber.

e ¶*Debet.*] debito honeſtatis, non neceſſitatis. ſuprà de teſti.capit.1.

† Cap.4.e. tit.in 1. cō pil. Pānormia lib. 6. tit.11.c.3. ſiue c.122. Gratianus 30.q.2.ca. vbi nō eſt. vide Syluestrum in ſūma verbo, ſponſalia.q. 3.

¶Nicolaus Papa.

¶*Impuberes ambo, vel alter, niſi pro bono pacis coniungi non debent.*

C A P. II.

VBi † non eſt conſenſus [f]: & infrà. ¶ Diſtrictius inhibemus, ne aliqui, quorum vterque, vel alter ad ætatem legibus, vel canonibus [g] determinatam non peruenerit, coniungantur [h]: Niſi fortè aliqua vrgentiſſima neceſſitate interueniente: vtpote pro bono pacis [i] talis coniunctio toleretur.

† Libr.11. Etymologiarum. c. 2.& c.7.e. tit.in 1. cō pilatione. Et vide præ cęteris hic Hoſtienſem.

¶ Iſidorus †.

¶*Puberes ſunt quo ad matrimoniū, qui ex habitu corporis concipere, & generare poſſunt.*

2 Neq; eſt à ſanctiōe canonū recedēdum, qcquid leges ciuiles iubeant.

V*Bi non eſt.*] Primò ponit dictū.Secundò excipit: ibi, *Niſi.* Tertiò exemplificat: ibi, *Vtpote.* Abbas.

C A S V S. Dicitur hic quòd aliqui, quorum vterque, vel alter, ad legitimam ætatem ad matrimonium non peruenerit, cōiungi non debent. niſi forte aliqua iuſta cauſa interueniente, vt puta pro bono pacis, cuius contrarium fuit cauſa huius prohibitionis: puta contrahebant aliqui in minori ętate, cum ad ætatem legitimam perueniebant, diſplicebat alteri, & ſic non contrahebant, propter quòd ſcandalum, & odium inter parentes oriebatur. Nota, quòd pro bono pacis reformando toleratur matrimonium, quod aliàs fieri interdiceretur.

f ¶*Conſenſus.*] verus, vel præſumptus.

g ¶*Canonibus.*] Aetas ad matrimonium coutrahendū tam ſecundum leges, quàm ſecūdum canones eſt xij.annorum in fœmina.ff.de ritu.nup.minorē.& j.e. cōtinebat. In viro xiiij. annorū.j.eo.atteſtationes.q̃tum ad ſpōſalia ętas vij.ann.ff.de ſpon.& in ſponſalibus j.eo.literas.acceſſit. & c.duo. Bernar.

¶*Gloſſ.ſequens ponit duas lecturas.*

h ¶*Coniungantur.*] matrimonialiter: quia conſentire non poſſunt.infrà de frigid.& malefi.quòd ſedem. Vel intellige quantum ad ſponſalia: & ideo prohibentur, quia ſæpe mutant poſteà voluntatem: vnde propterea oritur diſcordia inter ipſos: & diuertentes conſanguineis copulantur, vt ſuprà titul.proxim.iuuenis.quod eſſe non poteſt.ſuprà titu.proxim. ſponſam. Ber.

i ¶*Pacis.*] Nota pro bono pacis admittendum, quod aliàs prohibetur. 3.q.6.hoc quippe. Vnde verſus:

Pax vt ſeruetur, moderamen iuris habetur.

PVberes.] Primò narrat dictum. Secundò refert vnam opinionem: ibi, *Quidam*. Tertiò aliud dictum: ibi, *Cer um.* Quartò aliud, ibi. *Et puerpera*. Abbas.

C a s v s. Iſidorus interpretatur quis dicatur pubes: dicitur etiam pubes à pudentia corporis, quia loca illa primò lanuginem ducunt. Quidam tamen computāt pubertatem ex annis primis, ideſt, illum puberem dicunt, qui annum xiiij. compleuit, quamuis tardius pubeſcat: Sed verum eſt, illum puberem eſſe, qui ex habitu corporis pubertatē oſtendit, & generare poſſit: & puerperæ dicuntur, quæ in puerilibus annis pariunt. Nota quòd in matrimonio contrahendo non debet conſiderari tempus, ſed vtrum ſit talis, qui generare, vel cōcipere poſſit, tā in maſculo quā in fœmina.

† Fortaſſis legendum à pudēdis, vt apud Iſidorum: qđ & textui conuenit, ſequitᷣ enī: quia hæc loca primo lanuginem ducunt: quod recte obſeruat Antonius Auguſtinus. ſed de his vocibus conſule humaniorum literarū profeſſores.

C A P. I I I.

PVberes à pube ſunt vocati, ideſt, à pudentia [a] † corporis nuncupati: quia hæc loca primò lanuginem ducūt. Quidam tamen ex annis pubertatem exiſtimant: id eſt, eum eſſe puberem, qui xiiij. annos [b] impleuit, quamuis tardiſſimè [c] pubeſcat. Certum autem eſt eum puberē eſſe, qui ex habitu corporis pubertatem oſtendit, & generare [d] iā poteſt. ¶Et puerperæ ſunt, quæ in annis puerilibus pariunt.

a ¶*Pudentia.*] ideſt *, pudore, quē patiebantur inſpicientes, & inſpecti in partibus, ſiue membris pudendis: vt Inſtit. quib. mo. tu. fin. circa prin.

b ¶*Xiiij. annos.*] 20. quęſtio. 1. illud. & ſ. de regular. ad noſtram.

¶*Glo. ſequens quærit, opin. ponit, contrarium ſol.*

c ¶*Tardiſſimè.*] quid ſi iſte, qui iam compleuit xiiij. annos, talis appareat, ꝙ nullo modo poſſit generare, & contrahat, nunquid tenet matrimonium? Dicunt quidam, quòd tenet matrimonium: contrarium credo 1, quia nec eſt pubes, vt infrà dicitur: nec in eo reperiuntur tria bona matrimonij, quæ ſunt fides, proles, & ſacramentum. 27. quæſtio. 2. omne itaque. iſte non eſt talis, qui poſſit habere prolem, quod etiam ſatis patet per literam ſequentem. Arg. contra. j. eo. de illis.

¶*Glo. ſequens diſtinguit pubertatem matrimonij, & tutelę.*

d ¶*Oſtendit, & generare.*] Ergo pubertas ex vigore naturali non ex annorum numero comprobatur: quod verum eſt, quo ad matrimonium contrahēdum, vt dixi. infrà eodem de illis. 2. & capitul. vltim. vbi malitia ſupplet ætatem. ex quibus etiam probatur, quòd matrimonium conſideratur ex pubertate tantum, & non ex annorum numero: quo ad tutelam vel curam ætas annorum tantum conſideratur. C. quando tu. vel cu. eſſe de. indecorum. Inſtitu. quib. mo. finitur tu. in princip. Sed quo ad matrimonium bene inſpicitur mulier, & etiam vir, an ſint apti ad matrimonium. 27. quæſtio. 1. nec aliqua. & ſuprà de probat. propoſuiſti. & capit. cauſam matrimonij. Bernar.

† Herfor.

¶Alexander tertius Herfondeñ. † Epiſcopo.

† Herfordenen.

¶*Ex ſponſalibus contractis cum minore ſeptennio, non oritur impedimētum publicæ honeſtatis: ſecus ſi cum maiore, vel minore conſentiente poſt ſeptennium, & affinitas ſequens diſſoluit ſponſalia præcedentia de futuro.*

C A P. I I I I.

LIteras † tuę fraternitatis accepimus, ex quarum tenore perpēdimus, quòd cum quidam eſſet perfectæ ętatis, quandam puellam in cunabulis deſponſauit: procedēte verò tempore, matrem puellæ cognouit, & eam in vxorem accepit: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi prępfatus vir matrem puellę antequam ſeptimum annum cōpleſſet, in vxorem accepit, matrimonium non diſſoluas [e]: cū deſpōſationes huiuſmodi nullæ ſint, quæ in cunabulis fiūt †. Verum ſi poſtquam puella ſeptimum annum cōpleuit, prædictus vir matrem eius accepit vxorem, cum ſponſalia extūc [f] placere conſueuerint [g]: inter eos ſententiam diuortij non differas promulgare: nec ipſum filiam [h], ſeu matrem habere permittas.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cōpil. & poſt concilium Lateranē. ſub Alexā. 3. part. 12. cap. 2.

Et de impedimēto iuſtitiæ publicæ honeſtatis, vide qđ nouiſſime cauerit concilium Trident. ſeſſ. 24. de reform. matri. c. 3. ad de citatos ſupra ti. p̄cedenti. c. ad audientiā. & de materia videto Couarruuiam in epitome libri 4. decretaliu par. 1. c. 2.

1 Idē dixit Alanus in c. 3. e. ti. in 1. cōpil. qđ omiſit in hac ſua collectiōe Raymundus, hæc tamē gloſſæ opinio nō placet hic Ioāni Andreæ tu eū videto.

LIteras.] Qui deſponſauit minorem ſeptennio, cum eius matre contrahere poteſt: ſecus ſi tempore ſponſaliorum erat maior: quia ſi tunc fuit minor, & eadem voluntate permanente facta ſit maior: quia ſi cum matre contrahit, & eam cognoſcit, nec matrem habebit nec filiam. h. d. Cōmunis diuiſio. ſecunda: ibi, *Conſultationi*. Abbas.

C a s v s. Quidam cum eſſet ætatis legitimæ ad matrimonium contrahendum, deſponſauit quandam puellam in cunabulis: poſtmodum cognouit matrem, & eam in vxorem accepit: Dubitabatur, an eam in vxorem habere poſſet? Reſpondet Papa, quòd ſi præfatus vir matrem puellæ in vxorem accepit, antequam puella ſeptimum annum compleret, matrimonium tenet: quia huiuſmodi deſponſationes, quę infra ſeptimum annum fiunt, nullæ ſunt. verumtamen, ſi poſtquam puella vij. annum compleuit, vir ille matrē accepit. quia extunc placere conſueuerūt ſponſalia: matrimonium illud ſeparari debet, & nec matrem, nec filiam habere poterit. Nota quòd ſponſalia ante ſeptimum annum contracta nulla fiunt: poſt ſeptimum annum valent, & tenent. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis valere incipit.

¶*Gloſſa ſequens arg. ſignat contrarium, & ibi remittit.*

e ¶*Diſſoluas.*] argu. quòd ſponſalia cōtracta de facto non inducunt publicę honeſtatis iuſtitiam. arg. contra. ſ. tit. proxim. ad audiētiam. vbi de hoc. & cap. iuuenis.

f ¶*Extunc.*] ſcilicet, poſt ſeptē annos. 30. q 2. cap. vltim.

g ¶*Placere conſueuerint.*] & ſi placuerint, ſola ratihabitione cōfirmant, licet ab initio nulla fuiſſent: & intelliguntur ratum habere, niſi expreſsè cōtradixerint ætate legitima adueniente, vt hic colligitur: ſed intelligo quòd ſponſalia debeant placere, cum ſimul cohabitant, quia tunc intelliguntur cōſentire, ex quo non cōtradicunt. ff. de ritu nupt. minorem. ſecus credo ſi ſeorſum habitant: quia tūc non intelliguntur cōſentire, niſi vel verbo, vel ipſo facto, puta quia vadit ad domum ſuam, vel dat aliqua munuſcula, & conſimilia, quæ ſpōſi facere conſueuerūt. argumen. ad hoc infrà capit. proxim. in princip. vbi dicit, & poſtea in eum non conſenſerit. Item argument. ad ea quæ frequentius accidunt iura adaptari debent. 28. diſtinct. de Syracuſanæ. & ſupra de cle. coniuga. diuerſis fallacijs. C. de la. li. tol. l. vnica. §. ſed & ſi quis homini. & 14. quæſtion. 5. denique. & Inſtitu. de re. diui. §. illud. & 19. quæſtion. 2. duæ ſunt. & ff. de ſerui. ruſti. prædi. cum eſſent. §. per plurium. ff. de vſucap. l. iuſto. 1. reſponſo. in fin. ff. de legi. nam ad ea. & 3. quæſtio. 5. accuſatores. imo quandoque ad ea, quę nunquam, vel raro accidunt. ff. ſi pars hære. pe. l. antiqui. 19. diſtinct. in canonicis. in fin. ff. de regul. iur. ea quæ rarò de conſecratio. diſtinctio. 4. ſanctum eſt baptiſma. in fin. C. de legi. hære. ſi maior. & 51. diſtinctio. qui in aliquo. ver. quicunque. ff. de ſtatu. homi. non ſunt. & l. ſequen. 2 Solū. regulariter obtinet prima rubrica. Contraria caſualia ſunt, quæ negotijs non cohærent. ff. de regul. iur. ea quæ rarò.

† Vide l. q̄tum. ff. de ſpōſalib⁹. cū ibi notatis.

¶Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo.

¶*Sponſalia nulla ex defectu conſenſus, non creant publicæ honeſtatis iuſtitiam, ſponſalia verò aliqua ſic: licet legitimo modo fuerint diſſoluta.*

C A P. V.

ACceſſit † ad præſentiam noſtram: & infrà. ¶Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi tibi conſtiterit, quòd puella non eſſet ſeptennis, quando G. † deſponſata fuit, & poſteà in eum non conſenſerit.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cōpil. & poſt concilium Lateranē. ſub Alexā. 3. part. 6. cap. 7.

† Aliàs, V.

† Aliàs ita: quādo ab G. deſponſata, &c. aliàs ab V. deſpōſata.

h ¶*Filiam.*] quam habere non poteſt propter affinitatem ſupeṙuenientem. 35. quæſt. 3. nec eam quam. nec matrem propter publicæ honeſtatis iuſtitiam: vt infrà capit. proxim. & ſuprà titu. proxim. ad audientiam. & infrà eod. continebatur. §. vltim. Bernar.

2 Formabitur ibi caſus de ancilla, cui relictaerat libertas, ſi tres liberos pareret: & peperit vnū, & poſtea tres vno partu, vltimus eſt liber. Ioan. And.

ACceſſit.] Summatum eſt ſ. cap. prox. Diſtinguit duo membra. ſecundum: ibi, *Sanè*. Abbas.

C a s v s. Quidam G. nomine contraxit ſponſalia cum quadam puella in minori ætate, ſiue infra nubiles annos, & cum ipſa in dictum G. conſentire nollet, ab eo fuit per archiepiſcopum abſoluta: poſtmodum dictus G. cum matre puellę matrimonium contraxit, & ex ea filios ſuſcepit: Dubitauit archiepiſcopus, vtrum matrimonium illud teneret, & an filij eorum legitimi ſint habendi? Super hoc Papa conſultus reſpondet, & mandat archiepiſcopo, quatenus ſi conſtiterit ei, ꝙ puella non eſſet vij. annorum, quando præfato G deſponſata fuit, & ꝙ idem G. fuiſſet abſolutus ab ipſa, matrimonium illud legitimū iudicet, & prolem eorū legitimā denunciet: quia deſponſationes infrà vij. annum non te-

non tenent, ſi conſenſus poſtea non accedat: Si verò dicta puella antequam deſponſata prædicto G. fuiſſet, vij. annum compleuerit, quamuis ab ipſa abſolutus fuiſſet, quia in eum conſentire nolebat, matra puellæ habere non poteſt. Nota ꝙ diuortium dicitur celebrari inter quos nullum fuit matrimonium.

†V.

ſerit [a], & quod idem G. † ab huiuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus [b] †, matrimonium inter eundem G. † & matrem puellæ celebratum, præcipias inuiolabiliter obſeruari, & eorum prolem [c] denuncies eſſe legitimam: quia deſpõſationes & matrimonia ante ſeptem annos fieri non poſſunt, ſi conſenſus poſteà non accedit [d]. Sanè ſi præfata puella ante deſponſationem [e] ſeptimum annum compleuerat, licet prædictus vir à deſponſatione ipſius puellæ, ipſo iure [f] fuerit abſolutus, cum ea in eum conſentire noluerit: inhoneſtum [g] tamen videtur, vt matrem eius habeat, cuius filia fuit † ſibi deſponſata.

†Vide citatos c. præcedenti.

† V.

† fuerat.

Item ſponſalia infra vij. annum contracta non tenent, & ita non impeditur coniungi, qui contraxit cum matre illius puellæ, dummodo poſt ſeptimum annum adinuicem non conſenſerint. Item ratihabitio ſubſequens confirmat contractum præcedentem.

a ¶*Conſenſerit.*] dic ſuper hoc vt ſuprà capit. proxim.

b ¶*Abſolutus.*] maximè. hæc abſolutio factum tantum reſpicit, cum nulla fuiſſent ſpõſalia. ſuprà capit. proxim. Ber.

c ¶*Prolem.*] quia vbi matrimonium legitimum eſt, & filij legitimi erunt. 34. diſtinct. ſi quis viduam. & 32. quæſtion. 4 dicat aliquis. & ſi matrimoniũ reputatur legitimum, licet non ſit, filij tamẽ erunt legitimi. infra qui filij ſint legiti. cũ inter. hodie idem obtinet denunciatione præmiſſa 1. infra de clãde. deſpon. cum inhibitio.

1 Cum alter ignorat impedimẽtum, ſecus cum ambo ſciunt, vt ibi Ioan. And.

d ¶*Accedit.*] tacitè vel expreſsè: vt dictum eſt. s. cap. proxi.

e ¶*Ante deſponſationem.*] ipſius puellæ. Ber.

¶*Glo. ſeq. ponit opinionem, & lecturam, quã reprobat.*

†Cap. 8. e. tit. in 1. cõpil. & poſt cõciliũ Lateranẽ. ſub Alexan. 3. par. 6. cap. 10.

¶Idem Noruicen. Epiſcopo.

¶*Si impubes deſponſata, & traducta petit licentiam pubes facta alteri nubendi, non auditur, ſi vir iurat ſe eam cognouiſſe: nec auditur, ſi nondum pubes, ſed proxima pubertati probetur cognita. Et ex ſponſalibus contractis cum impubere maiore ſeptennio, oritur publica honeſtas.*

CAP VI.

Continebatur † in literis tuis, quòd cum quædam puella infrà nubiles annos, cuidam in vxorem tradita fuerit, & ab ipſo traducta: hæc ad nubiles annos perueniens: alij nubendi licentiam poſtulauit: aſſerens ſe in eundem nullatenus conſenſiſſe: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpõdemus, quòd cum in decretis [h] † habeatur expreſſum, ꝙ ſi vir dixerit, quod vxorem ſuã cognouerit †, & mulier negauerit, viri ſtandum eſt [i] veritati: præfato viro, qui dicit ſe mulierem ipſam cognouiſſe, fides eſt adhibenda, ſi id firmauerit iuramento [k]. ¶Si autem fuerit ætati proxima [l], vt in vndecimo, vel circa duodecimum annum, & cum ſuo aſſenſu deſponſata, & cognita ab eodem viro, ſeparari non debet: præſertim [m] cum parentes eius ipſam fuiſſe ætatis legitimæ fateantur. ¶Si † verò puella infrà nubiles annos alicui deſponſata fuerit, non licet alicui [n] de conſanguinitate ipſius †, cui deſpõſata fuerit †, eam ducere in vxorem, nec fas eſt eidem ſponſo, de conſanguinitate ſponſæ ſibi aliquam copulare.

¶Idem Bathonien. † Epiſcopo.

¶*Si maiores ſeptennio contrahunt ſponſalia, neuter ante pubertatẽ reſilire poteſt. hoc primo. Et ille, qui primò fit pubes, alterum expectabit. hoc ſecundo. Quod ſi tempore contractus alter erat pubes, non ille, ſed alter factus pubes reſilire poteſt. hoc tertiò.*

2 Tanc. ſcilicet, ſed mouebatur ex antiqua, vbi præcipiebatur matrimoniũ, ſimulando ſuſtineri contractũ cũ matre.

f ¶*Ipſo iure.*] Hoc ideo dicit, quia cum maior contrahit ſponſalia cum minore, adueniente ætate, ſi minor noluerit conſentire in matrimoniũ, ab eccleſia debet abſolui: & quia illa noluit conſentire, fuit abſolutus ab epiſcopo. Nec intelligas ipſo iure, id eſt, ſponſalia nulla fuerunt ipſo iure, vt quidam 2 dixerunt, quia ipſa non conſenſit in ſponſalibus. ſed hoc ſtare non poteſt: quia ſi hoc fuiſſet, non ſepararetur matrimonium contractum cum matre, cum nulla fuiſſent ſponſalia, vt patet per princip. capitu. vbi non ſeparantur.

g. ¶*Inhoneſtum.*] quia nullam de conſanguinitate 3 illius puellæ poterit recipere in vxorem: ergo multo minus matrẽ. s. titu. proxim. ad audientiam. & c. ſponſam. & c. iuuenis. cum illa puella fuerit ſponſa illius: vt j. cap. proxi. in fin.

3 De hoc articulo late diſputant. Doctores in cap. 1. de ſponſalib. libr. 6. ſed tene quod nouiſſime diffiniuit concilium Triden. ſeſſione 24. de refor mat matri. ca. 3. adde citatos ſupra tit. præcedenti c. ad audientiam.

Continebatur.] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

Casvs. Quædam puella infra nubiles annos conſtituta, tradita fuit in vxorem cuidam iuueni, & ab eo traducta: poſtmodum cum peruenit ad nubiles annos poſtulauit licẽtiam cum alio contrahendi, dicens, quod in illum non conſenſit: Iuuenis ille in contrarium allegauit, quod & ſi forte cum deſponſauit eam, nondum annum xij. attigiſſet, ita erat ætati proxima, quòd eam carnaliter cognouit: & parentes ipſius aſſerebant eam eſſe ætatis legitimæ: Quæſitum fuit à Papa, cui eſſet potius credendum? Reſpondet Papa, quòd in decretis habetur expreſſum, vt ſi vir dicat quòd vxorem ſuam cognouerit, & mulier negauerit, ſtandum eſt verbo viri: & in caſu præmiſſo ſtandum eſt verbo viri, qui dicit ſe eam cognouiſſe, ſi illud iuramento firmauerit: Si verò fuit ætati proxima, vt in xj. anno, vel circa xij. & cum aſſenſu ſuo deſponſata, & cognita ab eo, ſeparari non debet præcipuè cum parentes ipſius eam legitimæ ætatis fateretur. In fine dicit, quòd ſi puella infra nubiles annos alicui fuerit deſponſata, non licet alicui de conſanguinitate illius cui deſponſata fuerat, eam ducere in vxorem, nec ſponſus poterit aliquam accipere de conſanguinitate ſponſæ. Nota ꝙ potius creditur viro quam mulieri, ſed hoc eſt fauore matrimonij. Item ab xj. anno dicitur mulier proxima nuptui & apta. Item ſponſalia infra nubiles annos contracta, licet ad matrimonium non perueniant, impediũt matrimonium contrahẽdum cum omnibus conſanguineis alterutrius.

† In concilio apud Cõpendiũ cap. 20. vt eſt apud Burchardum libr. 9. decret. cap. 42. & Iuonẽ par. 8. ca. 180.

† cognouit

h ¶*In decretis.*] 33. q. 1. ſi quis acceperit vxorem. §. 1.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

i ¶*Viri ſtandum eſt veritati.*] Argum. contra. 27. quæſt. 2. quod interrogaſti. & 33. quæſtio. 1. requiſiſti. Solu. vbi vir ſe dicit cognouiſſe vxorem, & iſta negat, ſtatur verbo viri, vt hic, & 33. q. 1. ſi quis acceperit. ſed c. requiſiſti. intelligitur quando vterque confitetur, quòd carnaliter iungi propter frigiditatẽ nõ poſſunt, & vterque ſeptima manu propinquorum debet iurare, quòd non poſſunt carnaliter commiſceri. c. quod interrogaſti. intelligitur, quando maritus non dicit ꝙ vxorem cognouerit, vnde auditur mulier. præterea quod dicit hic: fides eſt adhibẽda viro ſi iurauerit, hoc intelligo quando mulier non probat ſe virginem per aſpectum corporis: quia tunc bene auditur. s. de proba. propoſuiſti. & c. cauſam 4.

† Teneas nũc quod diffiniuit concilium Tridẽtinũ ſeſſio. 24. de refor. mat. c. 3.

† illius.

† fuit.

† Baton.

† Barthoniẽ. ſed vt plurimum Bathoniẽ.

4 Facit. l. 1. cũ not. C. de re iud. & l. 1. C. ſi aduerſus libertatẽ.

k ¶*Iuramento.*] Sed quare compellitur iſte iurare, cum ſit reus. 6. q. 5. actor? Ideo compellitur iurare, ne hoc diceret in fraudem, & in præiudicium mulieris, nec credere tenetur ei mulier ſine iuramento, pręcipue in cauſa matrimonij propter periculum animæ. Lau. dixit, quòd hoc ideo, quia fundata videbatur intẽtio mulieris: quia traducta mulier fuerat minor: vnde ad tollendam præſumptionem illam debet iurare: ſecus eſſet, ſi mulier omnino nihil probaſſet, vt s. de iureiu. c. vltim. vbi de hoc. ſim. j. eo. atteſtationes. Et ſic eſt arg. quòd in cauſis matrimonialibus non debet omitti iuramentũ, ne in fraudem aliquid tentetur. s. de teſti. tuis quæſtionibus.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

l ¶*Proxima.*] Sed quãdo dicitur ætati proxima 5? Poteſt dici quòd cum diſtat à pubertate per ſex menſes, vel minus. s. eo. atteſtationes. & ff. de excu. tuto. non tantum. & ſic proximus pubertati furti obligatur. Inſti. de ob. quæ ex delict. naſ. §. in ſumma. & intellige nihilominus quòd malitia ſupplebat ætatem, alias non eſſet matrimonium etiam poſt xij. annum, vt dixi s. eo. puberes.

m ¶*Præſertim.*] id eſt maximè. & quòd parentes confitebantur illam legitimæ ætatis, multum facit pro viro, & contra puellam.

n ¶*Alicui de conſanguinitate.*] ſic. ſuprà eod. 6 acceſſit. in fin. ſuprà titul. proxim. ad audientiam. & cap. iuuenis. & cap. ſponſam.

5 Pubertati proxim⁹ quis dicat docet hic præ alijs Præpoſit⁹. vide Aretinum & alios in §. in ſumma. Inſtitu. de obligat. q̃ ex delict. naſ. adde gloſsã, Decium & alios in l. pupillus. ff. d reg. iuris.

6 Hæc omnia iura à gloſſa citata, moderata nunc ſunt p concilium Trid. paulo ante citatũ.

DE illis.] Tria ſunt dicta Secundum : ibi, *Si verò*. Tertium : ibi, *Mulier*. Abbas.

CASVS. Aliqui infra nubiles annos conſtituti maiores vij. annis contrahunt ſponſalia, ſiue vterque, ſiue alter antequam ad legitimos annos perueniant, ſi poſtulent ſeparari, non ſunt audiendi: Si verò alter eorum perueniat ad legitimos annos, altero in minoribus adhuc exiſtente, maior ſi petat ſeparari, non eſt audiēdus, niſi cum alter ad ætatem legitimam peruenerit, & petierit ſeparari: quia tunc iudicio eccleſiæ poſſunt ſeparari: Si verò quando contrahūt ſponſalia, alter eorum maior fuit, & alter minor: ſi maior poſtulet ſeparari, non eſt audiendus: quia ex quo in eum ſemel conſenſit, nō poteſt amplius diſſentire: niſi minor cum peruenerit ad ætatem legitimam petierit ſeparari. Nota, quòd illi qui in minoribus annis contrahunt, ante legitimam ætatem non poſſunt reſilire. Item maior debet expectare minorem. Item ſufficit ſemel in aliquem conſentire.

†Cap. 9. e. tit. in 1. cō pil. & poſt concilium Lateranē. par. 26. ca. 29. Et pro intellectu textus. & gloſſarum vide Couarruuiam in epitome libr. 4. decretalium. cap. 5. §. 1.

CAP. VII.

DE † illis [a], qui infrà annos aptos matrimonijs ſponſalia contrahunt, ſiue vterque, ſiue alter reclamet, antequam ad annos matrimonijs aptos peruenerint, & poſtulēt ſeparari, non ſunt vllatenus [b] audiendi. ¶ Si verò alteruter iſtorum, ad annos pubertatis peruenerit, infrà eoſdem annos altero exiſtente, cum ſponſalia [c] contrahūtur: ſi is qui minoris [d] ętatis eſt, cum ad annos illos peruenerit, reclamauerit, nec in alterum voluerit conſentire: iudicio eccleſię [e] poterunt ab inuicem ſeparari. ¶ Mulier autem, quæ poſtquā annos nubiles attingit, ei qui nondum ad annos aptos matrimonijs venerat, nupſit [f], cum in eum ſemel [g] conſenſerit, amplius non poterit diſſentire: niſi ipſe cui nupſit, poſtquam ad legitimam ætatem peruenerit, in eam ſuum negauerit præſtare conſenſum †.

¶ Idem eidem †.

¶ Impuberes ſponſalia contrahentes ante pubertatem ſeparari non debent, ſed poſt pubertatem poſſunt; ſi contradicunt ſponſalibus, niſi copula carnalis interuenerit.

CAP. VIII.

ANobis † tua diſcretio requiſiuit, vtrum ijs, qui infrà annos nubiles matrimonij [h] nomine coniunguntur, vel eorum alteri, antequam ad annos aptos matrimonio perueniant, liceat à matrimonio tali diſcedere. Ad quod reſpondemus, quòd pro eo quòd ante nubiles annos coniugalem conſenſum [i] non habent, vſque ad legitimam

a ¶ *De illis.*] Tres articuli continentur in hac decretali. Primus eſt hic in principio, *De illis.* vſque, *Si verò.* Secundus eſt: ibi, *Si verò alteruter.* Tertius ibi: *Mulier autem.* Bernar.

b ¶ *Vllatenus audiendi.*] propter fragilitatem ætatis, & eſt argumen. quòd impubes de eo quod facit ante pubertatem, reclamare non valet argum. 28. diſtin. de his. & 20. quæſt. 1. illud. & ff. de nego. geſt. Pomponius. & argum. ad hoc ff. de mino. denique. §. 1. Ber.

¶ Gloſſa ſequens ponit lecturam, quam reprobat.

c ¶ *Cum ſponſalia contrahuntur.*] id eſt, altero exiſtente infra annos pubertatis, ſicut exiſtebat quando ſponſalia contrahebantur: ſi alter perueniat ad ætatem, non eſt audiendus, ſi petat ſeparari, ſed expectabit quouſque alter ad ætatem peruenerit: quidam dicebant, quòd alter eorum erat maior, & alter minor, quando ſponſalia contrahebantur: & ſecundū hoc non differret à ſequenti verſu. Ala.

d ¶ *Minoris ætatis.*] Videtur quòd in optione illius qui vltimo ad ætatem peruenit, ſit reclamare; & tu dic quòd idem iuris eſt de alio, quòd poteſt reclamare, etiam ſi minor vellet conſentire: aliter non differret à ſeq. verſu.

¶ Glo. ſeq. ſucceßiuè ſignat duo contraria, & ſoluit.

e ¶ *Iudicio eccleſiæ.*] ſic j. cap. proxim. Et patet, quòd ſponſalia diſſolui debent iudicio eccleſiæ tantum, niſi fortius vinculum ſuperueniat, puta matrimonium cum alio, vel votum ſolemne: quia tunc ipſo iure ſoluta ſunt. argumen. ſ. tit. proxim. ſi inter. & j. de ſpon. duorum. cap. 1. Arg. contra. j. eod. ex literis. vbi ſoluuntur ſponſalia antequam alter perueniat ad ætatem. Sed non eſt contra: quia ibi non tenuerunt ſponſalia, vt patet ex fine, hic verò tenuerunt. Item ſim. ſ. titu. proxi. præterea. & c. requiſiuit. ibi ſimiliter ſoluuntur ſponſalia, ne deterius inde contingat. & ita ſponſalia contrahentes, ſi nolūt vterque, vel alter perficere matrimonium, non ſunt compellendi, vt colligitur per hæc iura. Sed contra eſt expreſſum, quòd omnino ſunt compellendi per eccleſiaſticam cenſuram. ſ. tit. prox. ex literis 2. & cap. ſicut. Quid ergo reſpōdebis? Dicas, quòd illa decre. ex literis 2. & cap. ſicut. loquuntur quando iuramētum interuenit, licet illi etiam eſſent impuberes, ſed erant doli capaces, ita quòd tenuit iuramentum: vnde propter periculum iuramenti compelli debent ad contrahēdum. & illa decre. requiſiuit. reducitur ad illam ex literis. vt ibi plenè dictū eſt: & quod dicit illa. decre. præterea. potius eſt diſpenſatio, vt ibi dictum eſt: & quia vterque diſſentiebat, ideo facilius toleratur. hic ergo loquitur de ſponſalibus minorum: Si ergo iuramentum interueniat, compellendi ſunt perficere matrimonium, ſiue ſint maiores, ſiue minores, dumtamen fuerint doli capaces: quia ætas illa plena eſt periurijs: infrà de delict. pue. pueris. Si vero iuramentū non interuenit in ſponſalibus, nō ſunt inuiti compellendi: quia inuitæ nuptiæ difficiles exitus conſueuerunt habere 1, & ita planū eſt: ex cauſa tamen compelluntur, vt dictum eſt ſuprà de ſpon. ex literis 2.

1 Adde quòd pro hoc facit quod nota. in l. pen. in gl. 2. C. de fideiuſ. Vide l. nuptias. cū ſimilibus. ff. de reg. iu.

† Vox, eidem, deſideratur in plurib⁹ antiquis codicibus.

f ¶ *Nupſit.*] id eſt, deſponſalia contraxit, quia matrimoniū contrahere non poterat. ſic j. cap. proxim.

¶ Gloſſa ſequens argu. ſemel probatum, &c. alleg. 8. iura: & tn. contrarium vnam l. ſecundo argu. claudicare contractum. alleg. 7. iura. in contrarium alleg. 4. & ſoluit.

g ¶ *Semel conſenſerit.*] Arg. quod ſemel probatum eſt, amplius non poſſum reprobare. 3. quæſtio. 3. offeratur. & 8. quæſt. 2. dilectiſſimi. & 20. q. 3. eos qui. 32. quæſt. 5. horrendus. & 4. diſtinct. in iſtis. & ſuprà de cauſa poſſeſ. cum olim. ff. de neg. geſt. Pomponius. 1. & ff. de adul. ſi vxor. in fin. Argum. contra. ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. reprobari 2. Item arg. quòd cōtractus claudicat. arg. ſ. de elect. noſti. & 32. quęſtio. 5. propoſito. & q. 2. aliquando. & 33. q. 5. manifeſtum. 12. q. 2. ſi qua de rebus. & Inſtit. de auctor. tu. §. 1. & C. de procura. non eo minus. Argum. contra. ff. de arb. ſi cum dies. §. ſed & ſi. & l. ſed ſi interpellatur. §. vlti. 21. quæſtio. 5. ſi quis cuiuslibet. & 4. quęſtio. 5. quiſquis. Solu. verum eſt quòd multi contractus claudicant, & ex vna parte poſſunt tenere, & ex altera non, vt ſi pupillus contrahat cum minore ſine tutoris auctoritate. Inſtitu. de auctor. tut. §. 1. & l. prædi. non eo minus. & cap. ſi qua de rebus. ſecus in matrimonio, quia illud vinculum non poteſt conſtare niſi ex duobus conſenſibus. ſuprà titu. proxim. tua. & quod dicit hic non obſtat quia ille tenetur expectare non ratione matrimonij, ſed ratione ſuæ promiſſionis 3: vnde ſi cōtraheret cum alia teneret, etiam ſi iuramentum interueniſſet. ſuprà titul. proxim. ſi inter.

2 Ibi medicus ſemel probatus reprobatur, & eſt ſpeciale propter hominum ſanitatem. Io. And.

† Cap. 10. e. tit. in 1. compilat. Pro intellectu vide Couarruuiam citatum ſupra eo. cap. de illis.

3 Simile no. ſupra tit. 1. ex literis. in fi. 2. glo. Ioā. And.

ANobis.] In effectu idem dicit iſte textus quòd præcedēs, niſi quòd addit, de copula, & conſenſu tacito, poſt aduentum pubertatis. Primò ponitur quæſtio. Secūdò ſolutio: ibi, *Ad quod.* Abbas.

CASVS. Quidam infra nubiles annos iunguntur nomine matrimonij: ſi vterque, vel alter antequam ad legitimos annos perueniant, petierit ſeparari: quæritur, vtrum ſint audiendi: Reſpondet Papa, quòd cum ante legitimos annos coniugalem conſenſum non habeant, vſque ad legitimam ætatem expectare tenentur: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut infirmetur, niſi carnalis copula antea interuenerit, cum illa tempus anticipare ſoleat pubertatis. Nota, quòd ante annos legitimos non poſſunt aliqui matrimonialiter conſentire. Item matrimonium non ſemper conſideratur ſecundum annos: quia aliquando carnalis commixtio anticipat ętatem, & inducit matrimonium præcedentibus ſponſalibus, & malitia etiam ſupplet ætatem.

h ¶ *Matrimonij nomen.*] ſcilicet, futuri: quia loquitur de ſponſalibus. ſ. cap. proxim.

¶ Gloſſa ſequens dat ſimile. quærit, & dupliciter ſoluit.

i ¶ *Conſenſum non habent.*] quouſque perueniant ad ætatem legitimam. ſic etiam & in voto. 20. quæſtio. 1. firma. infrà de frigi. & male. quòd ſedem. Sed pone quòd dicant: accipio te in meum: & ego te in meam, intendentes etiam contrahere matrimonium? Reſpondeo, matrimonium non contrahūt ætate prohibente: ſponſalia nō cōtrahunt, quia nolūt. ff. de ſpon. quæſitū. arg. ſ. de offi. deleg. cum ſuper. & C. ſi quis alteri vel ſibi, multū intereſt, ſi in eadem voluntate perſiſtant

vſque,

vſque ad legitimam ętatem, matrimonium prius inutile ratihabitione tacita, vel expreſſa confirmatur.arg.j.c.proxi. & ff. de ſpon.quæſitum.de rit.nup.minorem.Poſſet tamen probabiliter dici, ꝙ ſponſalia contrahunt iuris poteſtate, licet ea cō trahere non intendant.j.co.atteſtationes.arg.& c.duo.Ala.

ætatem expectare tenentur [a]: & tunc aut confirmetur matrimonium, aut ſi ſimul eſſe noluerint) ſeparentur: niſi carnalis† commixtio ante interuenerit, cum interdum illa tempus anticipare [b] ſoleat pubertatis.

¶Idem Genueñ. † Archiepiſcopo.

¶*Minores apti ad matrimonium ex contractu matrimonij obligatur: niſi violentia intercedat.*

C A P. IX.

ij DE † illis, qui in minori ætate deſponſantur [c]: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd ſi ita fuerint ætati proximi, quòd potuerint copula [d] carnali con iungi, minoris ætatis intuitu ſeparari non debent †, ſi vnus in alium viſus fuerit conſenſiſſe [e]: cum in eis ætatem ſuppleuiſſe malitia [f] videatur: Sed cuiuſcū que ſint ætatis, ſe poſſunt per illatam violentiam excuſare [g]: niſi poſt violentiā conſenſus [h] accedat.

¶Vrbanus iij. Cenomañ Epiſcopo.

¶*Contractus ante pubertatem etiā cum niſu carnalis copulæ, non facit matrimonium.*

C A P. X.

ATteſtationes† ſuper cauſa matrimonij, quæ inter

a ¶*Tenentur.*] ſuprà. ca. proxi. & 20.q.1.illud.28.diſt.de his.

b ¶*Anticipare.*] j.c. e.proxi. & c.vlt. & ſ.e. puberes.

† Aliàs carnis.

ij DE *illis.*] Primò deciſa conſultatio. Secūdò reſponſio: ibi, *Reſpondemus.* Abbas.

† Ianuen.

C A S V S. Quidam in minori ætate ſponſalia contrahunt, & traducūtur: poſtmodum diuortium petunt minorem allegantes ętatem, aut vim ſibi illatam: Quæritur, quid iuris? Reſpondet Papa ꝙ ſi ita fuerint ætati proximi, ꝙ potuerunt carnaliter coniungi, prætextu minoris ætatis non ſunt ſeparādi, ſi vnus in alium viſus eſt conſenſiſſe: quia in eis malitia ſupplet ætatem, ſed cuiuſcunque ſunt ætatis, ſe poſſunt per illatam ſibi violentiam excuſare, niſi poſt violentiam conſenſus accedat. Nota ꝙ malitia ſupplet ætatem [in matrimonio, quod intelligo ſapientiam, diſcretionem, doli capacitatem. Item violentia omni tempore excuſat. Item matrimonium per vim contractum, per conſenſum ſequentem fit firmū, quod prius erat infirmum.

† Ca.12.e. tit. in 1.cōpil.& poſt cōciliū Lateran. par. 50.c.41.§. de illis vero.

†Vide l.penul. ff. qñ di.leg. ce. & l.continuus. §.cū ita. ff. de verb.obli.

c ¶*Deſponſantur.*] & traducuntur in domū: poſtea allegant minorem ætatem, vel violentiam.

† Ca.13.e. tit.in 1.cōpila. Et de intellectu præter Doctores hic, vide Couarruuiam in epitome lib. 4. decretalium. par.1.ca.4. §. 1. nu. fi.

d ¶*Copula carnali coniungi.*] Hoc ſolum conſideratur, vt poſſint coniugali vinculo ſociari, & non numerus annorum. ſuprà.eo.puberes.

e ¶*Conſenſiſſe.*] quod facere potuerunt, licet nondum peruenerint ad ætatem, cum pubertas præueniſſet ætatem.

f ¶*Malitia.*] Alibi appellatur prudentia 1. j.eo. capi.vlti. ſimile C.ſi minor ſe maio.dixe.l.3.

g ¶*Excuſare.*] ſic ſuprà. eod.titu. proxim.veniens 2. & C. conſultationi.

h ¶*Conſenſus.*] expreſſus, vel præſumptus: vt ſi patienter cohabitet illi, talis violentia tranſit in conſenſum. ſ.titu.proxi. ad id quod.& j.qui cle.vel vo.inſinuante. C.quod met. cau.l. 2. vel ſi carnalis copula ſubſequatur. j. de eo qui dux. in ma. quam pol.per adul.ſignificauit.& j.qui ma.accu.poſ.inſuper. Bernar.

1 Quod intelligit Tācre.ſapientiā, diſcretionem, & doli capacitatē, & ſecundum Phi. interdū bonitas ſupplet ętatem. C.de proxi. ſac. ſcri. l. vnicuique. & 77. diſtin. monachus Io.And.

ATteſtationes.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

C A S V S. Quædam cauſa matrimonialis vertebatur inter H. iuuenem, & G. mulierem: ſuper cauſa illa coram ordinario teſtes fuerunt producti: Dubitauit iudex, qualiter in cauſa procederet: miſit atteſtationes teſtium domino Papæ. Atteſtationibus illis inſpectis, conſtitit domino Papæ, quòd iuuenis ille nondum attigerat 12.annum, quando dictam G. in vxorem accepit: & licet niſus fuiſſet eam corrumpere, ſecundum quòd vterque confitebatur, mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe: Sed ipſe antequam perueniſſet ad xiiij.annum.ab ea receſſit, & cum poſtmodum ad annos legitimos perueniſſet petebat illum in virum ſuum: Reſpondet Papa eidem epiſcopo, dicens, quòd ſi mulier illa per idoneos teſtes probare nequiuerit, quòd poſt xiiij. annum ætatis ſuæ, vel circa finem xiiij.anni, prædictus iuuenis conſenſiſſet in eam, recepto iuramento ab ipſo, quòd poſtquam ad legitimam ætatem peruenit, eā habere non conſenſit vxorem: dictum iuuenē à prædicta G. debeat ſeparare, & dare vtrique licētiam cū alio contrahendi, vel alia. Nota, quòd inutilis conatus non facit præiudicium. Itē poſt publicatas atteſtationes de nouo poſſunt teſtes recipi. Item hic defertur iuramentum reo, quamuis actor nihil probet, cum tamen deberet abſolui: quia actore non probante reus abſoluitur: ſed hoc fit propter præſumptiones, quia tētauit eam corrumpere, & etiam fauore matrimonij.

H. iuuenem, & G. mulierē vertitur accepimus: & ipſis inſpectis nobis innotuit, quòd prædictus iuuenis, nōdum duodecimum annum attigerat, cum præfatam G. accepit in vxorē: & licet niſus fuiſſet [i] (ſicut vterque confeſſus eſt) ipſam corrūpere, mulier tamen credit ſe virginem euaſiſſe [k]: verum ipſe antequam ad annum decimū quartum perueniſſet, à memorata muliere receſſit: quem † cum xvij. annos habeat, eadem pro viro ſibi vendicare contendit: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi mulier per idoneos teſtes [l] probare nequiuerit, quòd poſt decimumquartum annū ætatis ſuæ, vel circa [m] finem decimiquarti anni, prædictus iuuenis conſenſiſſet in eam, ab ipſo iuramento [n] recepto, quòd poſtquam ad legitimam ætatē peruenit, ipſam habere non conſenſit in vxorē: ab impetitione mulieris eū potes, & debes abſoluere: & ad alia vota vtrique dare licentiam tranſeundi.

¶Idem Piſano Archiepiſcopo.

¶*Si maior inuita contraxit ſponſalia cum minore, non tenetur ipſum expectare donec veniat ad ætatem adultam.*

C A P. XI.

EX †literis tuę fraternitatis accepimus, ꝙ puella q̄dam

† In codice barbatiæ ita: quē cum xviij. annos haberet. ſed in alijs vt eſt impreſſum. in antiqua compilatione apertior eſt hic locus ita: quem eadē mulier inſtanter nunc repetit, & pro viro ſibi vindicare cōtendit, ſed cū vir x.& vij. annos habeat, ipſam recipere contradicit.

i ¶*Niſus fuiſſet.*] & ita conatus non præiudicat, cum non habuit effectum. ſuprà. tit.proxi.cap.vlti.vbi de hoc. Bernar.

¶*Gloſſa ſequens recitatur per quæſtionem.*

k ¶*Euaſiſſe.*] Cui creditur in hoc, ꝙ contra ſe confitebatur. 14. q. 2. §.1. & ff.de interro. actio.de ætate.§.1.aliàs ſtaretur verbo viri, vt ſ.eod.continebatur 2 prout ibi dicitur. Ber.

¶*Glo.ſeq. reci.per quæſtionem.*

l ¶*Per idoneos teſtes.*] quod facere poterit, non obſtante publicatione aliorum teſtiū, cum iſte ſit alius articulus.de teſti.fraternitatis. & ca. tam literis. & cap.cauſam 2.c.ex tenore.& c.ſeries.

† Cap.14. eo. ti.in 1. compil.

¶*Glo. ſeq. recitatur per quæſtionem, quando dicatur circa finem: ſoluit, allegans tria iura: allegat vnum contrarium: & demum determinat quæ dixit.*

m ¶*Circa finem.*] forte per ſex menſes. ff.de excu. tuto.non tantum 2.ff.de mu.& ho.ad rem publicam.& ſuprà.eod.continebatur.argu.contra.20.q.2.illud.hoc intellige ſi iuuenis iſte tunc eſſet viripotens, quia malitia præuenit ætatem quandóque.ſuprà.eo.c.proxi.aliàs non tenet matrimonium, etiam ſi compleuiſſet, xiiij.ann.vt ſuprà.eod.puberes. dictum eſt. Bernardus.

¶*Glo.ſeq.quærit, opponendo, & ſoluit.*

n ¶*Ab ipſo iuramento.*] Sed quare exigitur iuramentum, cū ipſe ſit reus.6.q.vlt.actor? Ideo defertur ei iuramentum, quia præſumptio erat pro muliere: quia conſtabat, quòd cum ipſa contraxerat, & quia aſpirauerat ad carnalem copulam: vnde ex hoc erat præſumptio contra illum. ſic ſupra eodem continebatur. Dic vt ibi. Quando debeat iuramentum deferri reo, vel actori, quære illud ſuprà de iureiuran.cap.vlt. Et ideo iurat quod poterat eſſe, quòd poſt xiiij.annos conſenſiſſet in illam, & timore iuramenti confitebitur veritatem. Ber.

2 Add nisi mulier, p aſpectum corporis virginē ſe pbaret de proba. pro poſuiſti. ſecūdū Tāc. vel ſecundum Innocētium. licet mulier corrupta fuiſſet, & nō vir, non eſſet matrimoniū. remittit ad ea quæ no. infra d eo q cog.con ſangui. fraternitati. Io.And.

EX *literis.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Cum autem.*

C A S V S. Quædam puella duodecim annorum deſponſata fuit cuidam puero ix. vel x. annorum: & poſtmodum de voluntate patris non de ſua, vt dicebat, ad domum patris illius pueri ducta fuit inuita & nolens, & minis parentum compulſa, fecit ibi per annum moram: & tandem ad domum patris eſt reuerſa, dicens, quòd nunquam in eum conſenſit, nec

vult

vult conſentire, imo petebat licentiam cum alio contrahendi: Quærebatur quid iuris? Reſpondet Papa, cum dictus puer nondum ad xiiij. annum peruenerit, nec ad eam carnaliter accesſum habuerit, mandat, quòd ſi puella commonita ipſum noluerit expectare, quouſque ad ætatem legitimam peruenerit, ſi eſt ita, vt eſt propoſitum, liberam tribuat licentiam cũ alio contrahendi. Nota, ꝙ ſponſalia per vim contracta, non tenent, & ideo datur huic licentia contrahendi. Item cohabitatio vnius anni non ſufficit ad præſumendum cõſenſum matrimonialem: quod verum eſt, vbi inuitè quis contrahit, nec vnquam conſenſit.

† annorum

† ducta.
† abducta.

† Vide Paulum de Caſtro conſi. 312. & Iaſonẽ in l. Titia. ff. de verb. obli.

a ¶*Deſponſata.*] ea nõ conſentiente.

b ¶*Potius.*] electiuè, & non comparatiuè. Bernar.

c ¶*Per annum.*] ſi hoc feciſſet ſponte, ſic tenuiſſent ſponſalia ex patientia conſequentis temporis. ſuprà. tit. proxi. ad id quod. & ſic non fuiſſet iſta mulier audita, quouſque alter perueniſſet ad ætatem. ſuprà. eo. de illis 1.

† Vide l. ſi pater. & ibi Bar. C. de ſponſal.

d ¶*Carnaliter.*] quod ſi feciſſet, ſtatim præſumeretur conſenſiſſe. j. de eo qui dux. in matri. quam pol. per. adul. ſignificauit. Ber.

† Contius & alij habẽt, Alexãder. ſed in omnib. antiquis, Clemẽs, in vno ant. altero Celeſtin⁹.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶*Tribuas.*] arg. contra. ſuprà. eo. de illis 1. & c. à nobis. Sol. illud verum eſt, quando certum eſt, ꝙ ſponſalia tenuerunt: hic nõ tenuerunt: & ideo datur ei licentia cum alio contrahendi. Ber.

† Cap. vnico. e. tit. in 2. compil. Vide Sylueſtrum in ſũma, verbo, ſponſalia. & Sotũ lib. 4. ſent. diſt. 2. q. 2. art. 2. & ſeq.

D*Vo pueri.*] Primò narrat factum, Secundò reſpondet: ibi, *Quia igitur.* Abbas.

anno, † xij. iurata fuit, & deſpõſata [a] cuidam puero nouem, vel decem annorum: & tempore procedente, de voluntate parentum, potius [b] quàm de ſua (ſicut aſſerit) ad domum patris pueri adducta †: vbi nolens & inuita, minis † parentũ impulſa, moram fecit per annum [c], & amplius: & tandem inde recedens, ad domum propriam eſt regreſſa: & infrà. ¶Cum autem dictus puer nondum ad decimum quartum annum peruenerit, nec ad eandẽ carnaliter [d] acceſſum habuerit: Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi puella commonita, vt donec compleat idem puer annum decimumquartũ expectet, non duxerit expectandum, ei ſecundum ea, quæ propoſita ſunt accipiendi aliũ virum, liberam tribuas [e] facultatem †.

¶Clemens † tertius.

¶*Sponſalia contracta cum minore ſeptennio, per cohabitationem mutuã poſt ſeptennium conualeſcunt, & inducunt publicæ honeſtatis iuſtitiam: ſoluuntur tamen per matrimonium de præſenti.*

CAP. XII.

DVo † pueri Guilielmus, & Guilielma matrimonialiter [f] ſunt coniuncti, puero ſextum, puella verò ſeptimum annum agente: qui ſimul per tres annos [g] manſerunt: tunc pater puellæ ſubtrahẽs eam ſponſo, ipſam alteri M. nomine copu-

CASVS. Duo pueri, G. ſex annos habens, & Culielma vij. matrimonialiter ſunt coniuncti, qui ſic tres annos manſerunt: & ſic ſponſalia tenuerunt, quæ ab initio nõ valebant: poſtmodum pater puellæ, ipſam copulauit cuidam alij M. nomine, cum quo pacifice per ſeptem annos permanſit: Tandem dimiſit eandem, quia credebat ipſam alium virũ G. habere, cui fuerat primò deſponſata: G. ad annos diſcretionis perueniens, cum alia contrahendi licentiam poſtulauit, qua obtenta, contraxit cum quadam S. nomine conſobrina dictæ Guilielmæ, & cum ea per aliquod tempus cohabitans (vt dicebat) non cognouit eandem: ipſa tamen ab eo ſe cognitam aſſerebat: poſtea verò pater Guilielmæ, cum vidiſſet eam à ſecundo viro dimiſſam, compulit dictum G. vt S. neptem ſuam dimitteret †, & ad Guilielmam (quæ poſtmodum per biennium cohabitauit eidem) rediret: Quæſitum fuit à Papa, quid ſuper his eſſet agendum? & ipſe reſpondet, quòd inter Guilielmum & Guilielmam non fuit matrimonium, pucrili ætate impediente: & licet idem (poſtquam illa nupſit alij) potuerit aliam ducere in vxorem, conſobrinam Guilielmæ habere non potuit, propter publicam honeſtatem, ſiue eam cognouerit, ſiue non: nec ad G. potuit redire: quia fuit alteri legitimè copulata. Cum ergo Guliel. dicat ſe non cognouiſſe S. conſobrinam Guilielmæ, aliam, ſi voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. alteri viro poterit copulari: cum fuerint ſeparati, pœnitẽtia debet vtrique iniungi ad tempus, pro vitando ſcandalo. Si vero conſtaret Guiliel. S. cognouiſſe, neutri altero viuente dabitur licentia contrahẽdi, & G. manebit cum M. impoſita ipſi M. pœnitentia competenti ad tẽpus, qui pro ſua voluntate, ſine iudicio eccleſiæ, dimiſit eandem. Nota, quòd publica honeſtas impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iã contractum. Item matrimonium ſuperueniens ſponſalibus diſſoluit ea. Item vir caput eſt mulieris. Item propter ſcandalum pœnitentia debet iniungi. Item inceſtus impedit matrimonium contrahendum. Item nemo ſine iudicio eccleſiæ debet vxorem ſuã dimittere.

lauit: cum quo per ſeptem annos quietè permanſit: ipſe verò tunc reliquit eandem, quia credebat eam alium virum habere, illum † ſcilicet, cui prius fuerat deſponſata. Prior autem ſponſus ad annos diſcretionis perueniẽs, à prædeceſſore tuo contrahendi cum alia licentiã impetrauit, qui quandam nomine S. conſobrinam prioris in vxorem [h] accepit: & cum ea per aliquod tempus exiſtens, eam (vt ipſe fatetur) carnaliter non cognouit, licet illa † ſe ab eo cognitam aſſeueret. Cũ autẽ pater memoratę Guilielmæ eam vidiſſet à ſecundò viro relictam, prænominatũ Gulielmum, cui prius eam deſponſauerat, compulit vt S. neptẽ ſuam omnino dimitteret, & ad Gulielmam ſuam deſpõſatam rediret [i]: qui poſtmodum per biennium cohabitauit eidem. ¶Quia igitur quid tibi faciendum ſit, poſtulas edoceri: Breuiter reſpondemus: quod impediente puerili ætate, matrimonium [k] inter G. & G. nõ fuit, & licet idem, poſtquam illa nupſit alij, potuerit aliam ducere in vxorem: tamen quia dictam S. duxit conſobrinam mulieris eiuſdem, ſiue eam cognouerit, ſiue non: non debet tamen cũ eadem S. propter publicæ honeſtatis [l] iuſtitiam † remanere, nec ad primam habere regreſſum, quia alteri fuit legitimè [m] copulata: & infrà. ¶Cum verò vir caput [n] ſit mulieris, & Guilielmus dicat [o], ſe nõ cognouiſ-

† Aliàs ita: Guilielmũ ſcilicet, &c.

f ¶*Matrimonialiter.*] id eſt, vt matrimonialiter iungerentur ætate adueniente: ſed ſpõſalia contrahendo 1. Bern.

† eã.

g ¶*Per tres annos.*] & ita tenuerunt ſponſalia ratihabitione ſequenti. ſuprà. eod. ex litteris. & quæ patri in ſponſalibus non contradicit, conſentire videtur. ff. de ſponſa. ſed ea quæ patris. Ber.

1 Imo contraxerũt ꝑ verba de ꝑſenti, ꝑ q. 2. intelliguntur cõtraxiſſe ſpõſalia: vt j. no. & per ꝗ matrimonium præſumptũ inducitur, ſi ꝑꝑ (aliàs, propè) pubertatẽ interueniat tẽtatio, vt no. ſup. eo. atteſtationes. ſecundum Hoſt. Io. And.

h ¶*In vxorem.*] quã habere non potuit. ſuprà. titu. proxim. ſponſam.

i ¶*Rediret.*] redijt iſte pater ad id, quod dam nauerat. 26. q. 5. nec mirum. Ber.

¶*Gloſſa ſeq. recitetur per quæſtionem, quam ſol. & ſignat contrarium.*

k ¶*Matrimonium.*] ſed ſponſalia fuerunt tunc iuris poteſtate: quia ſi non valet quod ago vt ago, valeat vt valere poteſt. Intendebant enim obligari ad inuicem, & ideo interpretatio fieri debet vt res potius valeat quàm pereat. ſuprà. de fide inſtrumen. inter dilectos. §. cæterum. vt dictum eſt ſuprà. eod. à nobis. & hoc patet per ſequentia. arg. ff. de action. & obli. obligationum. §. verborum obliga.

† Vide concilium Triden. ſeſſione 24. de refor. matri. c. 3. & citatos ſupra tit. præcedenti. c. ad audientiam. vnde intelliges quam vim hodie habeat ſentẽtia gloſſæ hic in verbo: publicę honeſtatis.

l ¶*Publicæ honeſtatis iuſtitiam.*] quæ impedit etiam matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: quare ille Guilielmus non poteſt habere aliquam de conſanguinitate Guilielmæ. ſuprà. titu. proxim. ad audientiam. & capit. iuuenis. & capitu. ſponſam. & ſuprà. eodem acceſſit. in fi. & capitu. literas. In quibuſdam tamen ſublata eſt publicæ honeſtatis iuſtitia, vt in ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs: & in ſecundo & tertio genere affinitatis. infrà. de cõſanguini. & affini. non debet.

m ¶*Legitimè.*] id eſt, per matrimonium, quod tanquam fortius vinculum ſoluit ſponſalia. ſuprà. titu. proxi. ſi inter. & infrà. de ſponſa duorum, capi. 1. aliàs non contraxit legitimè, quia non debuit frangere fidem, de qua debet agere pœnitẽtiam, vt c. ſi inter.

n ¶*Caput.*] ſic 33. quæſtio. 5. cum caput. vnde ſibi potius creditur, quam vxori. ſuprà. eo. continebatur. & 33. q. 1. ſi quis acceperit.

2 Arg. de hom. ſignificaſti 2. vltra mediũ. Io. And.

o ¶*Dicat.*] ſatis fuit de facili credendum, quia nihil iuris acquirebat alteruter 2, quia ſiue cognouerit, ſiue non, eam habere

habere non poteſt, vt ſ̃.co.patet. ſecus ſi coitus faceret ad probationem obligationis 1, vt ſ̃.de probatio.propoſuiſti,& j̃. de frig.& maleſi.c.1.

1 Dicebat Hoſt. vbi ex confeſſione copulæ firmatur matrimoniũ:credit etiam mulieri: ſecus vbi p illam non firmat̃ matrimoniũ, ſed tãtum peccatum: probat̃, vt dixi hic ſuper ver.cõpulit. Ioã. And.

a ¶*Siue antea.*] hoc poſtquam fuerit compulſus redire ad Guilielmam: ſiue ante compulſionem, ſiue poſt cognouit Stephanam.

ſe prius S. ſupradictam: aliam, ſi voluerit, poterit ducere in vxorem, & S. viro legitimo copulari: poſt ſeparationem verò, pro vitando populi ſcandalo, vtrique ad tempus eſt pœnitentia iniungenda. Si verò legitimè conſtaret ipſam S. ab eo ſiue poſt, ſiue antea [a] cognitam extitiſſe, neutri viuente altero dabitur [b] licentia contrahẽdi. Remanebit ergo Guilielma cum M. [c] impoſita ipſi M. ad tempus pœnitentia competenti, qui pro ſua opinione ſola Guilielmam (iudicio eccleſiæ non requiſito [d]) dimiſit.

¶*Glo.ſeq. quærit opponendo, & dupliciter ſoluit.*

b ¶*Dabitur licẽtia.*] Sed quare hoc, cum inter Guilielmum, & Guilielmam non fuit matrimonium? Poteſt dici, quod propter ſcãdalum, vt innuit litera præcedens: vel potius propter delictũ vtriuſque, propter ſponſalia quæ præceſſerant inter eos, & ſic orta erat publicæ honeſtatis iuſtitia: vnde non poterant Guilielmus & S. vlterius carnaliter coniungi: & ideo prohibentur: quia ex certa ſcientia cõtraxerunt, & carnaliter coniuncti fuerunt, tamen ſi contrahunt matrimonium tenebit 2. infrà de matrimonio cõtracto cõtra interdictũ eccl.c.1.

† Malabrãcæ.

2 Argu.ad hoc in l.furor. ff. de ſponſalib.

c ¶*Cum M.*] niſi voluerit eã repellere prætextu adulterij.

¶Innocentius iij. C.& P. quondã filijs Malebrancæ †.

¶*Accuſari non poteſt matrimoniũ, quod non eſt: vt ſi cum minori ſeptennio ſit contractum: denunciari tamen poteſt impedimentum, ne contrahatur in poſterum.*

d ¶*Non requiſito.*] Nota quòd ſine iudicio eccleſiæ nullus debet dimittere vxorem ſuam, cum hæc ſit pœna, quæ nulli eſt inferenda niſi per iudicẽ 3. 33.q.2.ſeculares.& §.in hoc. & 35.q.9. multorum. quantuncunque etiam impedimentum ſit manifeſtum. infrà de diuor.porro.tũc circa coitum diſtingue.infrà.de ſenten.excom.inquiſitioni.

3 Scilicet eccleſiaſticũ. conciliũ Tridẽt. ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonij cano 12.

AD *diſſoluendum.*] Tria facit. Primò factum narrat. Secundò interloquitur: ibi, *Interloquendo.* Tertiò prohibet & decernit: ibi, *Ne verò.* Abbas.

Casvs. Quidam nomine Ioannes, cõtraxit matrimonium cum quadam puella S. nomine infra ſeptennium conſtituta: tandem ex parte puellæ accuſabatur matrimonium propter conſanguinitatem: & dum teſtes producerentur ad probandã conſanguinitatem, prædictus Io. multas exceptiones propoſuit, per quas intendebat accuſatores ab accuſatione repellere: Cumque ſuper exceptionibus ipſis fuiſſet multipliciter diſputatum: Papa auditis quæcunque partes proponere voluerunt, interloquendo pronunciauit, inter prædictum iuuenem & puellam, nec matrimonium, nec ſponſalia fuiſſe contracta: quia puella nondum ad vij. annum peruenerat: vnde accuſatio locum habere non poterat: cum non eſſet quid poſſet legitimè accuſari, ſed denunciari poterat conſanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum: Vnde Papa ſtatuit terminum ad denunciationem probandam, ſaluis exceptionibus propoſitis, ac etiam proponendis: ne verò in puellam aliquid interim attentetur, præcipit Papa, ne in negotio vlterius procedatur de nouo, donec ceſſetur à denũciatione, vel ea probata ordine iudiciario procedatur: quòd ſi contra hoc mandatum aliquid in præiudicium puellæ fuerit attentatum: illud decernit Papa irritum & inane. No. quòd infrà vij. annos nec matrimonium nec ſponſalia contrahi poſſunt. Itẽ matrimonium quod non eſt, accuſari non poteſt. Item cõtra accuſationem, quæ non tenet, exceptio proponi non poteſt. Item non ſolum tenetur quis denunciare crimen quod iam eſt commiſſum, ſed etiam committendum. Item quod fit cõtra præceptum Papæ, non tenet.

¶*Glo.ſeq.incboat caſum.*

e ¶*Accuſatione.*] Hoc intellige ita 4: Quidam Io. nomine contraxit cum quadam puella infra ſeptennium conſtituta, tandem ex parte puellæ accuſabatur matrimonium propter conſanguinitatem, & dum vellent producere teſtes ad probandam conſanguinitatem, contra illos accuſatores exceptiones propoſitæ fuerunt ex parte viri, vt ab accuſatione repellerentur. ſuper hoc pronunciauit Papa ſecundum quod in litera ſequitur. Bernardus.

4 Hæc intelliget aptius qui antiquam decretalẽ legerit.

f ¶*Matrimonium.*] ſim.ſuprà.de reſtitu. ſpolia. ex parte. nec conſenſit poſt vij.ann. quia ſi poſt conſenſiſſet, tenuiſſent ſpõſalia, niſi conſanguinitas impediret. ſuprà.eo. literas.acceſſit. ſim. ſuprà.de iudi.examinata. ſic iſti ineptam propoſuerunt accuſationem manifeſte, & ideo ſtatim debent repelli, vt ibi dicitur: vnde adhuc poſſunt ꝓponere aptam, ſcilicet, denunciare.

CAP. XIII.

AD† diſſoluendũ quod factum fuerat inter I. & S. & infrà. ¶Accuſatione [e] pro puella, ſuper conſanguinitate propoſita, præfatus I. multas exceptiones propoſuit: ꝑ quas nitebatur, vos ab accuſatione multipliciter remouere: & infrà. ¶Interloquendo pronunciamus, inter iuuenem, & puellam, nec matrimonium [f], nec ſponſalia fuiſſe contracta: cum conſtet puellam nondum ad ſeptennium perueniſſe. Quocirca nec accuſatio locum habebat, cum non eſſet quod poſſet legitimè accuſari [g]. Denunciari [h] † tamen poterat conſanguinitas, Vt interdiceretur matrimonium contrahendũ. Ad denunciationẽ ergo legitimè probandã, terminũ aſſignamus, ſaluis exceptionibus [i] nõ ſolũ propoſitis, ſed etiam proponẽdis.

† Cap.1. e. tit. in 3.cõpila. Vide Dominicum Sotũ ſuperiori capi. citatum.

¶*Glo. ſeq. coadiuuat tex. per octo ſimilia, & duo inducit ad contrarium, & ſoluit.*

g ¶*Legitimè accuſari.*] bene dicit: quia primò debet exiſtere in rerũ natura id, de quo agitur, nec ante iuris ratio quã perſona quærenda eſt. ff.de iure codi. quidam referunt.§.1. ſic & collegio quod nondum eſt, nõ datur priuilegium. ſuprà. de eccl. ædifi. ad audientiam 2. 5 nec reſcriptum datur ad lites futuras. ſuprà. de reſcrip. cap. vlt. nec poteſt dici verum quod nunquã fuit. de pœn. diſtin. 2. in fi. nec dicitur mortuum quod nondum vixit. 32.quæſt.2.quod vero non. vbi de hoc. & infrà.de homi.ſicut ex tuarum.& teſtamentum quod nondum eſt, rumpi non poteſt. ff.de iniuſt. rup.teſta. nam & ſub conditio.argu.ff.de ædil.edi.bouem. §.vlti. 6 ſic aquæ, quæ nondum apparet, non poteſt conſtitui ſeruitus aquæductus. ff.ſi ſerui. vend.l.vlti.& ei quod nondum natum eſt, non præſcribitur. C.de an.excep.l.1.§.nemo. 7 & ff.quemadm.ſeru. amit.ſi quis alia. vbi dicitur, quòd quamdiu paries non eſt; ſeruitus non acquiritur. argu. contra. quia ædificio quòd nondum eſt, præſcribitur. ff.de ſeruitu.vrba. prædio.ſi ſeruitus. §. futuro.& ff.de ſeruit.ruſtico. prædio. Labeo. & vſuris futuris præſcribitur. C.de vſur.cos,& arg.ſ̃.de conſuet. cũ olim. Sol. verum eſt, ꝙ rei quæ nondum eſt, non poteſt ſeruitus conſtitui, vt dicunt primæ concor. poteſt tamen obligatio acquiri de ipſa conſtituenda, cum res fuerit in rerum natura: & ſic intelliguntur contraria.

†Vide concilium Triden.ſeſſio. 24. de reforma. matrimonij c.1.& concilium Lateranẽ.ſub Innocẽtio 3. cap. 51.

5 Et ꝑ Gof. ſuprà de conſue.cũ olim. Ioã.

6 Si homo vẽditus eſt ſub conditione, redhibitoria locum nõ hẽt cum venditio ꝑfecta non ſit. Io.An.

h ¶*Denunciari.*] Et ita denunciari poteſt crimen nondum commiſſum. 93. diſtin. diaconi. & ff.de damn.infect.l.2.imo vnus ſolus poteſt impedire matrimonium. ſuprà. titu. proxi. præterea.2. & valet denuntiatio in prin. nam ſtatim dicuntur malæfidei poſſeſſores. arg. C.de rei ven.ſi fundum.& in matrimonio contrahendo, id quod certius eſt, tenendum eſt. ff.de ritu nup. adoptiuus. §.1.in fi. & ſuprà. titu.proxi.iuuenis. Ad hanc denunciationem non admittitur niſi grauis & honeſta perſona. ſuprà. titu. proxi. cum in tua. & quilibet tenetur ad hanc denunciationem. infrà.de cog. ſpi. tua nos. & etiam admittuntur qui denunciant famam. ſuprà. titu. proxi. cum in tua.& de auditu.22.quæſtio.5. hoc videtur ſine aliqua admonitione præmiſſa: quod non fit in alijs denunciationibus. 2. quæſtio.1.ſi peccauerit.& ſuprà.de iudi.nouit. & eſt ius commune, quod quilibet tenetur, & poteſt denunciare. j̃.de clande.deſpon.cum inhibitio.

7 Actioni præſcribit̃ ex quo nata eſt. Ioã. And.

¶*Glo.ſeq.ſoluit contrarium.demum quærit, & ſoluit.*

i ¶*Saluis exceptionibus.*] Sic patet, quòd cum variatur modus agendi poſſunt opponi exceptiones omiſſæ 8 in primo iudicio. ſic ſuprà.de teſti.veniens 2. vnde non obſtat. ſuprà.de except.paſtoralis. Ioan. Sed quæ fuerunt huiuſmodi exceptiones? Poteſt eſſe quòd excipiebat vir, quòd accuſatores erant criminoſi, vel malæ famæ: vel forte dicebat, quòd admonitio non præceſſerat: ſed in iſto caſu non eſt neceſſe admonitionem præcedere. Vel forte dicebat, non ſunt admittendi ad accuſandum, tanquam ſuſpecti: quia tempore contractus nihil dixerunt, & erant præſentes quando denunciatum fuerat matrimonium contrahendum. infrà. qui ma.accuſ.poſ. cum in tua.

8 Subaudi, vel non admiſſæ, vel eſt hoc ſpãle propter periculum animæ, ſecundum Hoſt. Ioã. And.

a ¶*Interdi-*

1 Ambigua eſt q̄ſtio cum multipliciter intelligi poſſit Papæ interdictū: pro intellectu ergo videto hic p alijs Prępoſitū, & omnino Henricum Boich in c. quanto. ſuprà de cōſue. ubi late explicat hūc articulum.

a ¶*Interdicimus.*] ita q ſi per extorſionem vel violentiam quicquam fieret in præiudicium puellæ, ſiue in iudicio, ſiue extra, non præiudicaretur ei.

¶*Glo.ſeq.quærit,& ſoluit.*

b ¶*Irritum.*] quo ad iudicium, quod mouetur in præiudicium ipſius. ſimile. ſ. de præbend. inter cætera. ſecus eſſet ſi clauſula illa nō apponatur: licet mandet Papa aliquid fieri. ſ. de præben. dilectus. 1. & c. dilectus. 2. Sed quid ſi contraherent matrimonium cōtra interdictum 1 Papæ, nunquid irritabit matrimonium? Dico q non: ſed ſeparabuntur ad tempus. ſ. de ſpōſa. cum in Apoſtolica. quouſque cognoſcat de impedimento. j. de matri. contract. contra interdi. ecc. ex literis. & c. de mulierc. nā fortius eſt matrimonium quàm interdictū Papę.

† illud.

¶Ne verò quicquam in puellā interim attentetur, auctoritate Apoſtolica interdicimus [a], ne in negotio de nouo procedatur vlterius, donec vel à denunciatione ceſſetur, vel ea probata ordine iudiciario procedatur. Quòd ſi contra interdictū noſtrum in præiudicium ipſius aliquid fuerit attentatum, id † irritum [b] eſſe decernimus, & viribus omnino carere.

† Abertaden. † Albertaden. † Albeten. † Abbataden.

¶Idem Epiſcopo Abbateſi.†

¶Si quis per verba de præſenti contrahit cum impubere, in qua ætatem malitia non ſupplet, intelligitur non matrimonium, ſed ſponſalia contraxiſſe, et ſi ſubarrhatio interceſſerit.

CAP. XIIII.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cōpilat.

TVæ † nobis exhibitæ literæ continebant, quòd quidam filiam ſuam circiter duodecim annos habētem, cuidam nobili deſpōſauit, qui ſubarrhauit [c] eandem, conſenſu mutuo accedēte: & infrà. ¶Quia verò nobis conſtare non potuit, cuius ætatis eſſet puella, cum eidem viro extitit deſponſata, cū dicatur, quòd circiter [d] duodecim annos habebat, vtrum ne prudentia tūc in illa ſuppleret ætatem: Reſpondemus, quòd ſi puella nubilis nō [e] erat ætatis, cum ſæpefatus † vir deſponſauit eādem, & ętatem in ea prudentia [f] non ſupplebat, procul dubio inter eos non coniugiū, ſed ſponſalia cōtracta fuerunt: quamuis ab ipſo viro eadē fuerit ſubarrhata [g].

TVæ nobis.] Primò quæſtio. ſecundo diſtinguēs reſponſio: ibi, *Quia vero*. Abbas.

Et de intellectu cōtra Præpoſitū & alios vide Couarruuiā ī epitome lib. 4. decretalium. par. 2. c. 4. §. 2. nu. 2.

CASVS. Quidā filiam ſuā circiter xij. annos habētem, deſponſauit cuidā nobili, qui ſubarrhauit eandem per annuli immiſſionem, conſenſu mutuo accedente: poſtmodū puella ipſa fuit alteri copulata: Dubitatum fuit, vtrum illa puella deberet remanere cūm ſecūdo: an deberet redire ad illum, cui fuit primo deſponſata: Cōſultus Papa reſpondet, q non conſtitit ei cuius ætatis eſſet puella, q̄n cum primo viro extitit deſponſata, cū dicatur q circiter xij. annos habebat, vel vtrum malitia ſuppleret ætatem: Dicit, q ſi puella nubilis non erat ætatis, cum viro extitit deſponſata, & malitia non ſuppleret ætatem, proculdubio inter eos non matrimonium, ſed ſponſalia fuerunt contracta, quamuis ab ipſo viro eadem puella fuerat ſubarrhata: & ita remanere debet cum ſecundo viro, cum quo contraxit in ætate legitima. Nota, q malitia ſupplet ætatem circa matrimonium contrahendum. Item matrimonium contractum in ætate legitima, ſoluit ſponſalia in minori ætate contracta.

† ſæpè pręfatus. † ſæpedictus.

¶*Gl.ſeq.tractat de multiplici ſubarrhatione,& ipſius effectu.*

c ¶*Subarrhauit.*] ſic 26. q. 2. ſi quis vxorem. & c. ſeq. Et hæc ſubarrhatio 2 fit quandoque per immiſſionem annuli iuxta illud: annulo ſuo ſubarrhauit me: quandoque per dationem aliarum rerum, vel aliorum inſignium: & quandoque fit talis ſubarrhatio interueniente conſenſu expreſſo, vt hic: quandoque etiam non interueniente: ſed ſiue interueniat ſiue non, dummodo conſtet de ſubarrhatione, præſumitur matrimonium, donec probetur contrarium. argu. 30. quæſtio. 5. noſtrates. & capit. fœminę. 27. diſtin. quòd interrogaſti. & ſ. de ſpon. is qui. quia nihil intereſt an facto an verbo quis declaret voluntatem ſuam. 43. diſtin. cap. 1. ibi, Paſtorem recta loqui timuiſſe, quid aliud eſt dicere, quam terga tacendo præbuiſſe? vel ibi, veſtimenta ſacerdotis, quid aliud quā recta opera, &c. vbi de hoc. ff. de leg. de quibus. 3 & ſuprà. de reg. capit. pen. argu. opti. & ſi fiat à patre, præſumuntur ſponſalia: vt capitu. noſtrates. ſed inter ſponſos præſumitur matrimonium, vt hic in fin. niſi conſuetudo in contrarium eſſet. argu. ſuprà. de pręſump. illud.

2 Quid ſit artha, vid p Palaciū Rubium in Rubrica d' don. inter vir. & vxo. §. 2.

3 Vide de re iudi. tenor. ſuper 3. gl. Ioan. And.

d ¶*Circiter.*] Sic ſuprà. cod. continebatur. & c. atteſtationes. Ad modicam quantitatem 4 refertur hæc, dictio, circiter, & conſimiles. vt ff. de verb. ſign. hæc adiectio. B.

4 Triū ſcilicet dierū, ſecundum Hoſt. Ioā. And.

e ¶*Nubilis.*] Nota nubilis ætas in viro eſt xiiij. ann. in fœmina xij. vt dixi. ſ. eo. c. vbi & ita ſi non fuit talis, non fuit matrimonium inter eos, ſed ſponſalia tantum, niſi malitia ſuppleret ætatem, vt infrà ſequitur.

¶*Glo.ſeq.dat ſimile in delictis.*

f ¶*Prudentia.*] i. carnalis concupiſcentia. argu. 32. quæſtio. 1. nō in ſola. alibi appellatur malitia. ſuprà. eod. cap. de illis 2. ſic etiam in delictis doli capacitas ſupplet ætatem. infrà. de delict. pu. pueris. & Inſtitu. de obli. quæ ex delic. na. §. in ſumma. circa fi. ff. ad l. Aquiliam, ſed & ſi quęcunque. §. 1. 5 C. ſi minor ſe maiorem dixerit. l. 3. ſim. 77. diſt. monachus nouitius. & C. de his qui ve. æta. impe. l. ſecunda.

5 Sicut impubes tenet furti, ita & Aquiliæ, ſi ſit capax iniurię. Io. An.

g ¶*Subarrhata.*] & ita collige, quòd per ſubarrhationem contrahitur matrimonium verum vel præſumptum, vt dixi in prin. niſi ętas repugnet, vt hic patet. & eſt hic argu. 6 manifeſtum, quòd ſi minor in cōtrahendo vtatur verbis pertinentibus ad matrimonium contrahendum, cōtrahit ſponſalia.

6 Imo caſus ſecundū Phi. q' etiā mihi videtur. Io. And.

TITVLVS III.

De clandeſtina † deſponſatione.

† Clādeſtinas deſpōſationes & cōiugia nouiſſime irrita fecit & annullauit concilium Tridē. ſeſſio. 24. de reformat. matri. c. 1. vnde ceſſant d' hac re veterū altercationes interpretum.

¶Ex concilio Arelaten.

¶Pro clandeſtino matrimonio non præſumitur, ſed illud alleganti incumbit onus probandi.

CAP. I.

SI quis clàm deſponſauerit aliquā, & mulier, vel vir negat huiuſmodi deſpōſationem: Viro incumbit probatio [h].

¶Alexander iij. Beluacen. Epiſcopo.

¶Qui matrimonium clandeſtinè contraxerunt, altero negante, vel vtroque, non apparente legitima exinde probatione, ſimul cohabitare ab eccleſia non compelluntur: & ſi illud publicauerint, tanquam in conſpectu eccleſiæ factum comprobabitur: niſi rationabilis cauſa ſubſit, quæ impediat. h. d. literæ inhærendo.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

¶Quia matrimonia et ſponſalia quādoque contrahuntur palam, quandoque clandeſtine: ideo poſt generales rubricas præcedētes ſubijcit iſtā rubricam ſpecialem de clande. deſpon. Nam quandoque puellę ſubducuntur ad contrahendum clam parentibus. & quia de tali matrimonio poſſet dubitari, ideo, &c.

De hac materia vide 30. q. 5. per totum. & 3. q. 4. c. conſanguineorum. & non reperitur alibi. Ber.

SI quis.] Hoc dicit ſecundum communem intellectum: ei qui aſſerit matrimonium, incumbit probatio. Primo ponitur thema. Secundo determinatio: ibi, *Viro*. Abb.

CASVS. Si aliquis occulte deſponſauerit aliquam mulierē, & ipſe eam petat poſtmodum in vxorem, & ipſa neget deſpōſationem, vir debet hoc probare: & econuerſo: ſi vir hoc negauerit, mulier probare debet, aliàs abſoluetur vterque. Nota q quando negatur matrimonium clandeſtine contractum, ei qui ſtat pro matrimonio, incumbit probatio.

¶*Glo.ſeq.obijcit, dat tres ſolutiones,& primam reprobat, quę fuit Ala.*

h ¶*Viro incumbit probatio.*] quia caput eſt mulieris. 32. q. 6. non mœchaberis. 33. quæſtio. 5. cum caput. & quæſtio. 1. ſi quis vxorem. hoc dixit R. Ex hac litera innuitur, quòd ſiue vir neget deſponſationem ſiue mulier, ſemper viro incumbit probatio. ſed hoc non videtur, quia negantis factum nulla eſt probatio. 6. quæſtio. 5. accuſator. §. vlt. & ſuprà. de elect. bonæ 1. & ei qui dicit, non qui negat, incumbit probatio. ff. de proba. ei qui. Dixit Ala. quòd viro incumbit probatio, vbi ipſe negat clandeſtine ductam eſſe vxorem: quia potius negat ius quam factum: & qui ius negat, probare debet. ff. de proba. ab ea parte. ſed ille intellectus non placet: quia ex quo publice confitetur factum coram eccleſia, approbatur matrimoniū. infrà. capit. proxi. Dixit Tanc. quòd legitur ſecundum quòd dixit Gratianus 32. quæſtio. 7. capitu. quòd propoſuiſti. §. ſed illud

illud Ambroſij.vt vir dicatur hic à virtute, vel à virilitate,qa ſtat pro matrimonio,& non à ſexu:& mulier à molitie mentis.Et dic,viro,i. qui ſtat pro matrimonio. vel dicas quòd ca. legitur cum reduplicatione literæ hoc modo:ſi quis clam deſponſauerit aliquam,& mulier negat deſponſationem,viro incumbit probatio : & ſi vir negat deſponſationem , mulieri incūbit probatio : & ideo non reſumpſit expreſſe : qa idem iudicium eſt de muliere quòd de viro. ſic 32.quæſtio.7.Apoſtolus. & hoc verū eſt, & ſic ſeruatur: ſi vir negat matrimonium,mulieri incumbit probatio,& econuerſo.

† Cap.3.e. tit. in 1.cō pil.& poſt cōciliū Lateranē.ſub Ale.3.par.50.c.17. Et quantū ſit hodie huic decretali derogatū, vide in cōcilio Triden.initio tituli citatum.

CAP. II.

QVod † nobis,& infrà.¶Si matrimonia ita occultè contrahuntur,quòd exinde legitima probatio nō appareat: ij,qui ea contrahunt, ab eccleſia non ſunt aliquatenus compellendi [a]. Verum ſi perſonæ contrahentium hoc voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa [b] præpediat,ab eccleſia recipienda ſunt, & comprobanda, tanquam à principio [c] in eccleſiæ conſpectu contracta.

¶Innocentius iij. in concilio generali †.

¶*Cum matrimonia ſunt contrahenda,debent per presbyteros in eccleſia edicta proponi,aßignato termino,infrà quem,qui voluerit impedire, impedimentum opponat: & ſi probabilis coniectura fuerit de impedimento,interdicatur matrimonium, donec de hoc cognoſcatur. hoc primò vſque ad §.ſi quis.*

QVod nobis.] De matrimonio occulto non iudicat eccleſia, approbat tamen illud publicare volentes . Et habet duo dicta.Secundum:ibi,*Verum.* Abbas.

† Scilicet Late.c.51.

CASVS.Aliqui contrahunt matrimoniū occulte , ita quòd aliqua probatio fieri non poteſt : Quæritur , quid iuris ſit ? dicitur,quòd nō ſunt ab eccleſia aliquatenus compellendi , ſi alter negauerit: verumtamē ſi illi hoc voluerint publicare , ab eccleſia talia matrimonia recipienda ſunt & comprobanda,tanquam ſi à principio in conſpectu eccleſiæ contracta fuiſſent:niſi aliqua rationabilis cauſa impediat . Nota quòd clam contrahentes non ſunt compellendi cohabitare . Item viro & mulieri creditur de matrimonio . Item matrimonium quod ab initio ab eccleſia non valebat,ex poſtfacto valet , & tunc filij reputantur legitimi.

a ¶*Compellendi.*] Si alter vel vterque negauerit ſe contraxiſſe, non debent compelli vt ſimul maneant, ex quo nō probatur,quia eccleſia non iudicat de occultis. 32. diſtin. erubeſcant.& 32.q.5.Chriſtiana. & hic.imo potius ſunt abinuicem ſeparandi,quia contubernia,vel ſtupra præſumuntur.35.q.3. capit.1. Ber.

b ¶*Rationabilis cauſa.*] puta conſanguinitatis.32.q.5. horrendus.35.q.3.contradicimus.vel affinitas, vel aliud. j̄.de eo qui cogno.conſang.vxo.ſuæ.ſuper eo.

¶*Glo.ſeq. argu. alleg. vnum capitulum. in contrarium allegat duo,& ſoluit.*

c ¶*A principio.*] Arg.quod ab initio non valebat, tractu tēporis conualeſcit.ſ̄.de elect.ꝙ ſicut.§.ſi autē. Argu.cōtra ſ̄.de elect.dudum.1.vbi de hoc.ſ̄.de cenſi.ſcientes. ſed hoc in principio valebat quo ad Deum, licet non quo ad eccleſiam : ſed nunc primo declaratur.ſic j̄.de frigi.& male. fraternitatis,in fin.ſim.ff.ſi ſerui.vendi.ſicut autem.§.ſed ſi quæritur.ff.de acq. re.domi.adeo.§.cum quis.in ſi.

CVm inhibitio copulæ coniugalis.] Habet multa dicta,& diuiſio patet per §§. licet poſſit alijs modis diuidi. Abbas Siculus.

CASVS. Prohibitio coniugalis copulæ in tribus gradibus vltimis reuocata eſt per idem concilium, infrà de conſanguinitate & affinitate.non debet.& ideo Papa eam diſtricte præcipit obſeruari: Vnde inhærendo veſtigijs prædeceſſorū ſuorum omnino prohibet coniugia clandeſtina ſiue occulta,præcipiens,vt nullus ſacerdos talibus nuptijs intereſſe præſumat: ſtatuens generaliter , vt cum matrimonia fuerint contrahenda:in eccleſijs publice proponantur per presbyteros , termino competenti ſtatuto : vt infrà illum terminum qui voluerit , & valuerit , legitimum impedimentum opponat : & ipſi presbyteri per ſe nihilominus inueſtigent,vtrum aliquod impedimentum obſiſtat : Si autem aliquod rationabile obiectū fuerit contra copulam contrahendam,contractus interdicatur expreſſe donec impedimentum probetur : Si quis autē huiuſmodi matrimonia clandeſtina,vel aliter prohibita inire præſumpſerit in gradu prohibito etiam ignoranter , ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta illegitima ſit , nullum habitura ſubſidium de paterna ignorantia, cum ipſi taliter contrahendo potius affectent ignorantiam,quam ſcientiam impedimēti:& eodem modo filij illegitimi erunt,ſi ambo parentes ſciāt impedimentum,& cōtrahunt contra omne interdictum : Si vero parochialis ſacerdos tales cōiunctiones prohibere contempſerit, aut intereſſe præſumpſerit , per triennium ab officio ſuſpēdatur, & illis, qui contrahunt contra huiuſmodi formam etiam in gradu conceſſo , pœnitentia imponatur condigna : Et ꝙ malitioſe ad impediendam copulam legitimam, impedimētum obiecerit , ſimiliter puniatur . Nota ꝙ clandeſtina matrimonia prohibentur. Item qui contrahunt contra formam expreſſam in iſta decretali, filij corū illegitimi erunt, & paterna ignorantia eos non excuſat. Item qui poteſt ſcire , & nō ſcit, idem eſt ac ſi ſciret. Item eccleſiæ opinio non excuſat. Item punitur ſacerdos qui clādeſtina matrimonia non prohibet,aut qui eis intereſt.Item punitur qui facit contra canones . Item puniuntur contrahentes contra formam iſtam , etiam in gradu conceſſo . Item punitur qui malitioſe impedimentum opponit ad impediendum legitimam copulam .

CAP. III.

CVm † inhibitio copulæ cōiugalis ſit in vltimis tribus gradibus reuocata [d], eam in alijs volumus diſtrictè ſeruari. Vnde prædeceſſorum [e] noſtrorum veſtigijs inhærendo,clandeſtina [f] † coniugia penitus inhibemus : prohibentes etiam, ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorundam locorum [g] conſuetudinem ad alia generaliter prorogando : Statuimus, vt cū matrimonia fuerint contrahenda, in eccleſijs per preſbyteros publicè proponātur †, competenti termino præfinito : vt infra illum qui voluerit [h], & valuerit,legitimum impedimentum opponat : & ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, vtrum aliquod impedimentum obſiſtat. Cum autem apparuerit probabilis [i] conie-

† Cap.vnico tit. de clādeſtino matrimonio in 4. compil.

† Concordat conciliū Tridēt. ſeſſio. 14. de refor. matri.c.1. §. cui malo. vbi fit mentio huius decreti.

† proponatur.

d ¶*Reuocata.*] per illam conſtitutionem.infrà de conſang. non debet .

e ¶*Prædeceſſorum.*] ſ̄.eo.c.proxi.& 30.q.5.c.1.Ber.

f ¶*Clandeſtina.*] Dicitur clādeſtinum matrimonium tribus modis 1: Vno modo cum non habentur teſtes.ſ̄.c.proxi.Secundo cum non fit cum ſolemnitate.30.q.5.aliter. Tertio dicitur clandeſtinum quod fit contra tenorem huius conſtitutionis , videlicet non præmiſſa denunciatione : tenet tamen quo ad eccleſiam 2, ſed filij nati inde detecto impedimento illegitimi erunt,vt infrà ſequitur.

1 Adde de hoc gl. in §. ſeruum quoque.in ver. poſtea.Inſt. de nupt. & in gl.in ver.illicitas.ibidem.

2 Hodie non , per concilium Tridentinum. ſæpe hic citatū.

g ¶*Quorundam locorum.*] vt j̄.qui matrimo. accu. poſſunt, cum in tua.& ſ̄.de ſponſalibus.cum in tua.

h ¶*Voluerit.*] quaſi publicum crimen videtur : quia quilibet admittitur , imo quilibet tenetur ſaltem denunciare infrà. de cognatio. ſpiritu. tua. & ſuprà. de ſponſali. cum in tua. vbi etiam de hoc. conſanguinei tamen potius admittuntur quàm extranei.35. quæſtio.6. capitu. 1. Sed pone matrimonium contractum eſt nulla præmiſſa tali denunciatione, aliquibus præſentibus quando contrahitur, & ſcientibus impedimentum , & nihil obijcientibus : nunquid iſti debent admitti poſtea ad accuſandum vel ad teſtificandum contra illud matrimonium in vita vel etiam poſt mortem ? Videtur quòd non : quia qui ſciuit , certiorari non debuit. ff. de act. empti & vendi. l.1. in fin. quia denunciatio non fit niſi propter ignorantes: Item licet contrahentes non fuerint in culpa:tamen ſcientes impedimentum fuerunt in dolo, & dolus præponderat culpæ.ff.ad l.Aquil.item Mela.in prin.& ex quo factum eſt publice non admittitur contradictor.8.quæſtio.1. licet . quare iſti quibus videntibus & ſcientibus impedimentum,matrimonium contractum eſt, non debent amplius admitti : quia non videntur carere ſuſpicione.Qui ergo debeāt admitti poſt denunciationem,dicitur.infrà.qui ma.accu.poſ. vel non. cum in tua. poſt mortem etiam admittitur accuſatio,propter bona.infrà.qui fil.ſint legi. cauſam. C. ne de ſta. defun.quamuis.

i ¶*Probabilis coniectura.*] Nota, ꝙ probabilis cauſa impedit matrimonium contrahendum.ſ̄.de ſpon.præterea.& c. cū in tua.& j̄.de conſan.& affi.ſuper eo.

a ¶*Clande-*

a ¶*Clandeſtina.*] ſcilicet non præmiſſa denunciatione: vt dictum eſt ſuprà. Ber.
b ¶*Interdicta.*] poſt cauſam probabilem allegatam, nec ſinitam.
c ¶*De tali.*] ſ. clandeſtina vel interdicta.

¶*Glo. ſeq. quærit, ponit opi. quam reprobat.*

d ¶*Si ambo parētes.*] Et ideo non prodeſt opinio eccleſiæ, ſi ambo parentes ſciant impedimētum, quin ſint filij illegitimi. Sed qd ſi vnus ſcit, & alter neſcit? dixit Hug. & Lau. 1 quòd quantū ad ſcientem ſunt illegitimi, quantum ad ignorantem legitimi. argum. C. de inceſtis nupt. qui contra. quod non credo: imo legitimi ſunt. j̃. qui fil. ſint legit. ex tenore. monſtrum enim eſſet ſi aliquis eſſet partim legitimus, & partim illegitimus, ſicut quòd aliquis eēt partim ſeruus & partim liber. ff. de ſtatu lib. ſi duobus 2. & hoc innuitur cum dicit, ambo parentes.

1 Et accurſius in l. q contra. infra allega. q̃ lex non contradicit, ſi ponderes. Ioā. And.

†Vide concilium Triden. ſeſſio. 24. de reforma. matri. ca. 5. & Clem. vnicā, de con ſang. & affinit.

2 Antiqui allegabāt. ff. de liber. cauſa. l. duobus. & melius facit. Ioan. And.

e ¶*Tales.*] ſ. poſt allegatū impedimentū.

¶*Glo. ſeq. not. cauſam reddit, & arguit.*

f ¶*Pœnitentia.*] Nota quòd puniuntur cōtrahētes, & tamen nullum ſubeſt impedimētum. ſed illud ideo fit, quia contrahunt contra interdictum eccleſiæ, vnde puniunt̄ non propter impedimentum, ſed quia mandatum eccleſiæ contemnunt. j̃. de mat. contract. contra inter. eccle. capit. 1. mandatum enim iudicis contemni non debet, vt ibi. & ff. ne quid in loc. publ. l. vltim. & ita eſt arg. ꝙ iudex poteſt punire illum, qui venire ad eius citationem cōtemnit. ff. ſi quis in ius vo. non ierit. l. 2. etiā ſi ius non habeat actor.

ctura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſsè, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis cōſtiterit documentis.

¶*Si in gradu prohibito matrimoniū clandeſtinè, vel contra interdictum, de quo ſupra, contractum fuerit, etiā per ignorantes de impedimento, nati ex illo matrimonio ſunt illegitimi. Idem eſt ſi ambo parentes ſciunt impedimentum matrimonij, licet in conſpectu eccleſiæ contrahant. h. d. vſque ad §. ſanè. Abbas.*

¶Si† quis verò huiuſmodi clādeſtina[a], vel interdicta[b] coniugia inire prꝫſumpſerit, in gradu prohibito, etiam ignoranter, ſoboles de tali[c] coniūctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium. cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, vel ſaltem affectatores ignorātiæ videantur: Pari modò proles illegitima cenſeatur, ſi ambo[d] parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter omne interdictum, etiam in conſpectu eccleſiæ cōtrahere prꝫſumpſerunt.

¶*Sacerdos, qui contempſerit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus etiam regularis, qui interfuit, per triennium à beneficio ſuſpenduntur, & ſi culpa exegerit, etiā grauius puniuntur: ipſi etiam cōtrahentes contra hoc cap. etiam alias licitè, puniendi ſunt: & idem in calumnioſè denunciantibus. h. d. vſque ad finem. Abbas.*

¶Sanè ſi parochialis ſacerdos tales[e] coniunctiones prohibere cōtempſerit, aut quilibet etiam regularis, qui eis præſum-

g ¶*Malitioſe.*] Qui enim calumnioſe denunciat, punitur: vt hic dicit. & hæc pœna arbitrio iudicis committitur. s̃. de offic. delegat. de cauſis. tamen clericus qui calumnioſe dꝫnunciat, ab officio & beneficio ſuſpenditur. infra de calum. c. 2.

DE SPONSA DVORVM.

¶*Suprà viſum eſt de duabus ſpeciebus ſponſaliorū ſcilicet manifeſtis & clandeſtinis: ſed quia quandoque quis contrahit ſucceſſiue bina ſponſalia cum diuerſis mulieribus, & poſſet dubitari quæ præualeant: ideo poſt præcedentes ſubijcit iſtam. Abb.*

De hac materia tractatur 27. q. 2. habito. & c. vlt. cætera dic vt ſuprà de ſponſalibus.

D*Vobus.*] Habetur hoc capitulum pro palea. 27. q. 2. capit. duobus. Et ſecundum Hoſtienſ. & bene. Iſtud capitulum idem dicit in effectu cum cap. pen. & c. ſicut. s̃. de ſponſ. Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Eſt autem.* & ſecunda ſubdiuiditur. Secunda: ibi, *Fides.* Abbas Siculus.

CASVS. Auguſtinus in c. iſto oſtendit, quòd fides coniugalis contractus duplex eſt: Eſt enim fides pactionis, & fides cōſenſus: Si aliquis dedit alicui mulieri fidem pactionis, nō debet aliam ducere: ſi autem duxerit, valet: ſed agat pœnitentiā de fide mentita. Si autem fidem conſenſus, non debet aliam ducere: & ſi duxerit, dimittat illam, & adhærebit priori. Eſt autem fides pactionis, quādo aliquis promittit alicui mulieri quòd eam ducet, ſi permiſerit eū rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. Fides autem conſenſus, quādo per mutuū conſenſum de præſenti adinuicem conſentiunt: & mutuo ſe ſuſcipiunt. Nota, quòd duobus modis dicitur fides, pactionis ſcilicet, & cōſenſus. Itē adueniente fortiori vinculo rumpitur minus fortius. Item poſt ſpōſalia de præſenti non debet quis contrahere: & ſi contrahat, debet redire ad primam.

pſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit. Sed his, qui taliter præſumpſerint etiam in gradu conceſſo copulari, condigna pœnitentia[f] iniungatur. Si quis autem ad impediendā legitimam copulam, malitioſè[g] † impedimentum obiecerit, canonicam non effugiet vltionem.

† malitioſum.

TITVLVS IIII.

De ſponſa duorum.

¶Auguſtinus † de fide pactionis, & conſenſus.

† In B. Auguſtini libris hæc nondū inuenit Antonius Auguſtinus.

¶*Contrahens ſucceſſiuè per verba de præſenti cum duabus, tenetur adhærere primæ: Si autē primò contraxit per verba de futuro, ſecundò per verba de præſenti, adhærebit ſecundæ.*

CAP. I.

DVobus † modis dicitur fides, pactionis[h], & cōſenſus Si aliquis alicui mulieri fidē fecerit pactionis, non debet[i] aliam † ducere: ſi aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mētita: maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim reſcindi debet tantum ſacramentum[k]. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet ei aliam ducere: ſi autem duxerit, dimittet ipſam, & adhærebit priori[l]. ¶Eſt autē[m] fides pactionis, quando aliquis promittit alicui fidem, quòd eam ducet, ſi permiſerit[n] eum rem ſecum habere, vel etiam

h ¶*Pactionis.*] Hoc eſt dicere: vna eſt fides deſponſationis de futuro, & altera conſenſus de præſenti.

i ¶*Non debet.*] Tamen ſi duxerit, tenet matrimonium, & agat pœnitentiam de fide mentita: vt hic dicitur: & s̃. de ſponſali. ſi inter. in fi. forſitan trium annorum 3. 27. diſt. ſi vir.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cōpilat. Vide Ioannem Maioris, libr. 4. ſentē. diſt. 27. q. 5. & ibidem Sotū q. 2. art. 4. verſi. tertium dubium eſt.

† Aliàs ita: aliam ducere vxorem.

k ¶*Sacramentum.*] De iſto ſacramento habes ſuprà de biga. debitum, quòd diſſolui nō debet per ſpōſalia, quꝫ ſunt minus vinculum. argum. ff. de fideiuſſ. ſi debitori. 2.

l ¶*Priori.*] vxori, nō obſtante aliqua cōſuetudine in contrarium. j̃. eo. cap. vlt.

3 Vel arbitrantiū. 26. q. 7. tēpora. ſecūdum Alanum. Ioā. And.

m ¶*Eſt autem.*] Exponit qđ dixerat in principio.

¶*Gloſſ. ſeq. fortificat textum per locum à diuiſione: demum ponit tres lecturas.*

n ¶*Si permiſerit.*] Si de fornicario coitu intelligas, conditio turpis eſt: & ideo pro non adiecta debet haberi. j̃. tit. proxi. & c. vlt. vnde ſi poſtea rem ſecum habuerit, ſtatim eſt matrimonium. j̃. tit. prox. de illis. & c. per tuas. ſi de legitimo intelligas, multo fortius tenet matrimoniū, ſi coitus ſubſequatur: potius enim videtur hortatio, ideſt, ꝙ permittat ei rem ſecū habere, ſim. ff. de tutel. muto. §. ſub cōditione. Ala. dixit, quòd iſtud, ſi, non tenetur cōditionaliter, ſed cauſatiue: quia in omni matrimonio hæc cauſa, ſcilicet carnalis 4 copula, dēt interuenire, ſaltem quo ad propoſitum. 27. q. 2. c. beata Maria. Et expone: ſi permiſerit, id eſt, quia permiſerit. ſim. s̃. de elect. ſignificaſti. in verbo, ſi diligis me. Lau. dixit, ꝙ per hoc quod dicit, ſi permiſerit, &c. notat conditionalem fidem pactionis. per hoc quod ſequitur: vel etiam pro conſenſu, notat ſimplicem & abſolutam fidem pactionis, vel per vtrunque notatur conditio. Vel poteſt dici, quòd per hoc notatur, quòd fides pactionis, id eſt ſponſalia ſub conditione contracta duobus modis tranſit in fidem conſenſus, ideſt, in matrimonium de præſenti, ſcilicet per carnalem copulam, vel per conſenſum de præſenti,

4 Cautè hoc legas, nec putes nō eſſe verum matrimoniū abſque carnali copula, quod eſſet falſum, vt rectè explicat Sotus libr. 4. ſenten. diſtin. 26. q. 2. art. 4.

præſenti, vt infrà titul. proxim. de illis. & cap. per tuas.
a ¶*Et ſi non ſtringit manum.*] Forte per annulli immiſſionem. 30. quæſtion. 5. fœminæ. Cum enim ſtringit manum, ſignum dilectionis eſt. vel forte alludit conſuetudine alicuius loci. Ber.

pro conſenſu. ¶Fides autem conſenſus eſt, quando etſi non ſtringit [a] manum, corde tamẽ, & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt vnus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

¶Ex Brocardo † lib. 30.

¶Ponit pœnitentiam illius, qui alterius ſponſam de præſenti ſibi accepit in vxorem, nec vnquam in vxorem eam habere poteſt. hoc dicit iuxta literam.

CAP. II.

Accepiſti illam in vxorẽ tibi, quã alter ſibi deſponſatam [b] habuerat, dimitte illã: quia nunquam [c] poteſt tibi fieri legitima. & quadraginta dies in pane & aqua (quod carinam [d] † vocant (cum ſeptem ſequentibus annis pœniteas.

¶Alexander tertius Salernitano Archiepiſcopo.

¶Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimonium, etiam carnali copula conſummatum.

CAP. III.

Licet † præter [e] ſolitum: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi inter virum & mulierem legitimus conſenſus interueniat de præſenti, ita quidem, quòd vnus alterum in ſuo mutuo conſenſu, verbis conſuetis expreſsè † recipiat, vtroque dicente: Ego accipio te in meam: &, ego accipio te in meum: ſiue ſit iuramentum interpoſitum, ſiue non: non licet mulieri alij nubere: & ſi nupſerit, etiam ſi carnalis copula ſit ſecuta, ab eo ſeparari debet, & vt ad primum redeat eccleſiaſtica diſtrictione cõpelli: Quamuis † aliter à quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando iudicatum [f].

¶Idem Genueñ. † Archiepiſcopo.

¶Ei qui appellat in cauſa matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat lite pendente: & ſi contraxerit, debet ſeparari.

CAP. IIII.

Tua † fraternitas nos conſuluit: & infrà. ¶De his verò, qui coram te ſuper deſpõſatione facta per cõſenſum mutuum de præſenti, controuerſiam mouent, & appellatione pendente, quam ante ſententiam, vel cognitionem cauſæ, ad ſedem Apoſtolicam interponunt, accipiunt alias in vxores: Hoc arbitramur agendum, vt ſi ammodo in tali caſu duxerint appellandum, eis in eccleſia publicè interdicas, ne ante deciſionem [g] cauſæ, aliud contrahant matrimonium. Et ſi † cõtra interdictum eccleſię publicè factum venire præſumpſerint, matrimonium tã præſumptuosè contractum poteris [h] irritare.

¶Innocentius iij. Mutineñ. Epiſcopo.

¶Qui duas per verba de præſenti deſponſat, primam deſponſatam habebit in vxorem, etiam ſi prius ſecũdam cognouerit: nec valet contraria conſuetudo: & hoc vltimum additur ad cap. licet. ſupra eodem.

CAP. V.

Tuas † dudum: & infrà. ¶De conſuetudine, quæ

Accepiſti.] Alteri deſponſatam ducens in vxorem, & cognoſcens nunquam in vxorem eã habere poteſt. hoc dicit ſecũdum vnum intellectum? ſed clarius hoc videtur in cap. fin. de eo qui duxit in matrimonium. Abbas Siculus.

Caſus. Si aliquis contraxerit cum aliqua, quæ ſit alteri deſponſata per verba de præſenti, illam dimittat: quia eius vxor eſſe non poteſt, & xl. dies pœniteat. Nota, quòd ab initio non valet, tractu temporis non cõualeſcit.

b ¶*Deſponſatam.*] p verba de præſenti. vt ſ. cap. proxim. ¶*Gloſſa ſequens arg. alleg. quatuor iura. & duo in contrarium.*

c ¶*Nunquam poteſt tibi.*] Argum. quod ab initio nõ valet, tractu temporis non conualeſcit. ſic ſ. de elect. auditis. & cap. dudum. & argumen. 16. quæſt. 3. placuit. §. poteſt. verſi. quòd ſi priuatus. & ff. de reg. iur. l. penult. Argum. contrà. ſ. tit. proxi. cap. 2. & ſ. de elect. quòd ſicut.

d ¶*Carinam.*] Vulgare eſt Italicorum, & dicitur carina 1 à carentia hominum, vel etiã cibariorum: nam illis xl. diebus includuntur in aliquo loco ſecreto iuxta eccleſiã, vbi non habent cõſortium hominum. Ber.

Licet præter.] Sumatur vt in rubro: ſed clarius hoc habetur in cap. fi. & penult. ſ. de ſpon. Et diuiditur in quatuor partes. Primo ponitur deciſa conſultatio. Secundo reſponſio: ibi, *Conſultationi.* Tertio alterius dubij ſolutio. ibi, *Et ſi nupſerit.* Quarto obſtaculi remotio: ibi, *Quamuis.* Abbas Siculus.

Caſus. Dicitur in hoc cap. quòd ſi aliquis cõtraxerit cum aliqua per verba de præſenti, dicendo ſic: recipio te in meam. & illa, recipio te in meum (etiam ſi nõ iurauerint) non poſſunt ad alia matrimonia conuolare: & ſi fecerint, ſeparari debent à ſecundis, & ad primum matrimonium redire, quamuis carnalis copula ſit ſecuta. Idem habes ſuprà de ſponſa. ſi inter. Nota, quòd ſponſalia de præſenti matrimonia ſunt, vnde de poſtea diſſolui non poſſunt.

e ¶*Præter.*] quod dicitur hic habuiſti. ſ. de ſpon. ſi inter.

f ¶*Iudicatum.*] Conſuetudo fuit olim in Mutineñ. ciuitate, ſed illa correcta eſt. ĩ. eo. cap. vlt. Ber.

Tva.] Diuiditur. Primo ponitur thema. Secundo præcipit fieri interdictum: ibi, *Hoc arbitramur.* Tertio dicit quid iuris, ſi violetur: ibi, *Et ſi contra.* Abbas Siculus.

Caſus. Aliquis coram ſuo iudice petit aliquam in vxorẽ: vel aliqua petit aliquem in virũ, quem dicit in eã conſenſiſſe per conſenſum mutuũ de præſenti: Ille appellat ad ſedẽ Apoſtolicã: & appellatione pendente ante cauſæ cognitionẽ, ſiue ante ſniam, aliam duxit in vxorẽ: quæritur quid iuris? Rñdet Papa, ſi aliquis ammodo in tali caſu duxerit appellandũ, iudex interdicat ei publice, ne ante deciſionẽ cauſæ cũ alia contrahat: quod ſi fecerit, matrimoniũ tã pſumptuoſe cõtractum debeat irritare & ſeparare abinuicem vſque ad deciſionem cauſæ. Nota ꝙ pendente appellatione nihil eſt innouãdum. Item qui cõtraxit contra interdictum eccleſiæ, debet ſeparari ab illa, quouſque cognoſcatur de impedimento.

g ¶*Ante deciſionẽ.*] Appellatione enim pẽdente nihil innouari debet. 2. q. 6. c. poſt appellationem. §. appellatione. & ff. nihil inno. appellatio. pen. l. 1. ¶*Glo. ſeq. alleg. ſeptem concor. in contrarium alleg. rubr. de matrimonio contracto, ſoluit diſtinguendo.*

h ¶*Poteris irritare.*] ſim. ſ. de deſpõ. impub. ad diſſoluẽdũ, in fine. Ex quibus colligitur, ꝙ matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractũ ſit oĩno dirimendũ, vt 35. q. 3. contradicimus. & 33. q. 4. non oportet 2. & 10. diſt. vides. & C. de legi. nõ dubiũ. & 25. q. 2. imperiali. & C. qui pro ſua iuriſdictio. l. vnica. Argu. contra. ĩ. de ma. contract. cõtra inter. ec. c. 1. & 2. & 3. Solutio. 2 cũ matrimoniũ interdicitur ab eccleſia, aut cã prohibitionis eſt perpetua, aut tpalis. Si eſt perpetua, ſeparantur à cohabitatione quouſq; cognoſcatur de impedimento, quo probato ſeparãtur ex toto, lata ſnia diuortij inter eos. ĩ. de matrimo. cõtracto cõtra interdict. eccle. de muliere. & ſic intelligitur cap. contra dicimus. & cap. vides. & l. non dubium. & ſic intellige quod dicit hic, & cap. ad diſſoluendum. quo nõ probato remanebunt ſimul: Si vero cauſa prohibitionis fuerit tẽporalis, puta tempus in quo matrimonium prohibetur contrahi propter reuerentiam dierum: vel conſenſus de futuro cum alio tunc non deberent ſeparari, ſed pœnitẽtia debet eis imponi: quia contra interdictum eccleſiæ hoc fecerunt. infrà de matrimo. contra. contra inter. eccle. cap. 2. tamen ne mandatum iudicis contemptibile videatur, ſi vult, poteſt eos ad tempus ſeparare. & ſic intelligitur capitulum, non oportet. & ĩ. de matri. contract. contra inter. eccleſiæ. cap. 1. Interdictum enim eccleſiæ non eſt tantæ efficaciæ, vt ſeparetur matrimonium contra illud contractum: niſi ſubſit cauſa perpetua: tamen præſentia debet ſemper imponi, ſiue cauſa ſit perpetua ſiue non, propter contemptum eccleſiæ, vt patet per iura prædicta. ĩ. de mat. contract. contra interdi. eccle. per totum. & ſ. titu. proxim. capit. 3.

Tvas.] Diuiditur in duas partes. In prima ponitur conſultatio. in ſecunda reſponſio: ibi, *Ne vero.* Abbas.

C A-

†Ita in antiqs vt eſt impreſſũ, ſed reſtituẽdũ ita: ex Burchardo li. 19. c. 5. tit. de fornicatione. §. accepiſti illam ibi. & c. 2. eo. tit. in 1. cõpil.

† Carenã.
† Carentenam. Contius ĩ margine.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpil. & poſt cõciliũ Lateranen. part 6. c. 8. Vide Sotũ li. 4. ſen. diſt. 27. q. 1. art. 3.

† expreſſo

1 Carina vox e corrupta, deducta potius à quadrageſima ſiue quadragena, quã ab hominũ vel cibariorũ carentia, vt hic putat Ber. & ante ipſũ Tan.

† Vide cõmẽtaria in Directoriũ Inquiſitorum. lib. 2. ſchol. 3. §. item per multos. ad de Melchiorẽ Canũ lib. 6. c. 8. de locis theolog.

† Ianuen. ſed idem eſt.

† Cap. 7. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Lateran. part. 50. c. 41. Et cum appellat in cauſis eccleſiaſticis quid obſeruari dẽat, vide concilium Triden. ſeſſio. 24. d refor mat. c. 20.

† Aliàs ita: & ſi cõtra interdictũ eccleſiæ ita publice factũ, &c.

† Cap. vnico. e. tit. in 3. compil.

2 Secundũ Tancre. & Vin. Hoſt. idẽ dicẽs vtebat alijs verbis, ſcilicet, ꝙ aut matrimoniũ ab eccleſia interdicit ſine cauſa: aut ex cã: & ſtũc aut cã eſt temporalis, aut perpetua: aut falſa, aut vera, cuius diſtinctionis veritas ſatis patet ex glo. Io. And.

Casvs. Olim obtinuit conſuetudo in eccleſia Mutineñ. vt ſi quis aliquam deſponſaſſet per verba de præſenti, & ante carnalem copulam aliam accipiat & cognoſcat: illa ſibi adiudicabitur, quam primo cognouerat: quia vero turpis eſt omnis pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, & eccleſia Mutiñ. tenere debet humiliter & ſeruare, qđ Romana eccleſia & ſua metropolis ſeruat, præcipit Papa, vt eccleſia Mutiñ. in matrimonijs contrahẽdis illud obſeruet, vt poſtquam inter perſonas legitimas, conſenſus legitimus interuenerit de præſenti, ſi poſtea cum alijs de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari. Nota, quòd turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. Item quod Romana eccleſia & ſua metropolis ſeruat, ſubditi ſeruare debẽt. Item carnalis copula, nõ facit matrimoniũ, ſed conſenſus.

diu in Mutineñ. obtinuit ciuitate, vt † ſi quis iuraret ſe aliquam ducturum, & citra carnis copulã deſponſaſſet, ſi conſequenter deſponſaſſet aliam, & etiam cognouiſſet [a], primò cognita adiudicaretur viro, nõ quæ prius extitit deſpõſata: & infrà. ¶ Ne verò turpis [b] ſit pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo, & eccleſia Mutineñ. tenere debeat humiliter, & ſeruare † quod beati Petri [c] ſedẽ, & ſuam metropolim ſequi viderit, & docere: In matrimonijs de cætero contrahendis illud te volumus obſeruare, vt poſtquam inter legitimas perſonas conſenſus legitimus interuenerit de præſenti, qui ſufficit in talibus iuxtà canonicas ſanctiones: & ſi ſolus [d] defuerit, cætera etiam cum ipſo coitu celebrata fruſtrantur: ſi perſonæ iunctæ legitimè cum alijs poſteà de facto contrahant †, quod prius de iure factũ fuerat, non poterit irritari.

† In omnibus manuſcriptis ita vt ſi qs iuraret aliquam & citra carnis copulam, &c. illa ẽt duo verba: ſe ductur ũ. nuſquam apparent in antiquis.

† obſeruare.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

a ¶ *Cognouiſſet.*] Videbatur, quòd ſecũdus ideo eſſet potior, quia illi tradita eſſet poſſeſſio: ſicut eſt in venditione & cõditione. C. de rei ven. quotiens. & in matrimonio ſpirituali. ſ. de iurepa. quòd autem. & cap. paſtoralis. & in obligatione pignoris. ff. q po. in pig. ha. potior. ſed non eſt ita: imo qui prior eſt tempore, potior eſt iure. ſ. de maior. & obedien. c. 1. quia iam contractus perfectus eſt ꝑ ſolum conſenſum: licet cum ſecundo proceſſum ſit ad carnalem copulam, quæ matrimonium non facit ſine conſenſu: vt j. dicitur. ſim. ſ. de iurepa. cum autem. & ff. loca. in operis. licet hic circa matrimonium non ſtetur conſuetudini: aliàs tamen ſeruatur conſuetudo: vt qui legitimus eſt ad matrimonium, conſuetudo facit illegitimum. j. de cognatione ſpiri. ſuper eo.

† contrahunt.

† Vide Sotum lib. 4. ſentẽ. diſt. 1. q. 2. per totam. & Couarruuiam Paulo poſt citatum.

† In concilijs Africanis hoc nõ dum inuẽtum eſt, refert Gartian', ſiue Palea 27. q. 2. c. qcũque habet poſt concilium Lateran. ſub Alex. 3 par. 6. c. 5. & c. 1. eo. tit. In 1. compil.

b ¶ *Ne vero turpis.*] Sic 8. diſtinct. quæ contra mores. & 11. diſtinct. nolite. & 12. diſtinct. cap. 1. ſuprà de præſcr. cum non liceat.

c ¶ *Beati Petri ſedem, & ſuam metropolim.*] Hęc verba ſunt 11. diſtin. nolite. & 12. diſtinct. capit. vltim & ſuprà de poſtu. præla. cap. 1.

d ¶ *Et ſi ſolus.*] ſolus conſenſus facit matrimonium. ſ. de ſpon. per totum. & 27. q. 2. ſufficiat.

TITVLVS V.

De conditionibus † appoſitis in deſponſatione; vel in alijs contractibus.

¶ Ex concilio Africano †.

¶ *Defectus turpis conditionis in contractu matrimonij appoſitæ, non vitiat matrimonium, ſed vitiatur.*

DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DISPENSATIONE, VEL in alijs contractibus.

¶ *Quia quandoque ſponſalia contrahuntur pure de quibus viſum eſt ſupra: quandoque ſub conditione, merito de his poſt præcedentia ſubmittit. Et quia conditio apponi poteſt non ſolum in matrimonio, ſed etiam in alijs contractibus, ideo ve auctor haberet materiam geminandi rubricam, ſubnectit ibi, de conditionibus appoſitis etiam in alijs contractibus.*

De hac materia tractatur 32. q. 8. & 32. ſolet. & c. aliquando. & q. 1. cap. vltim. 17. q. 4. vxor.

Qvicunque.] Primo ponitur thema, ex quo reſultat tacita quæſtio. Secundo reſponſio: ibi, *Dicimus.* Abbas.

Casvs. Si aliquis deſponſauerit aliquam ſub conditione, quæ non ſit contra ſubſtantiam matrimonij, puta, contraho tecum, ſi furtum feceris: ſi voluerit eam relinquere, quæritur an poſſit? Reſpondetur, quòd conditio frangatur, & matrimonium firmiter teneatur. Nota turpem conditionem, quæ nõ ſit contra ſubſtantiam. matrimonij, non impedire matrimonium.

CAP. I.

Qvicunq; ſub cõditionis nomine aliquam deſponſauerit, & eam relinquere voluerit: dicimus, quòd frãgatur [e] conditio, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

¶ *Glo. ſeq. recitari poteſt per q. de qua conditione.*

e ¶ *Frangatur.*] Intellige [1] hoc cap. de cõditione turpi: quæ tñ non ſit cõtra naturam matrimonij: vt j. eo. c. vlt. per quod intellige hoc cap. vt puta, ſi furtum fecerit, ſi hominẽ interfecerit, talis conditio non impedit matrimonium: imo pro non adiecta debet haberi: vt j. eod. cap. vlti. vbi de hoc.

1 Ille eſt cõis intellectus, vt ait Couarruuias in epitome libr. 4. decretalium. par. 2. cap. §. 32.

¶ Gregorius † Epiſcopo Spoletano.

† Lib. 7. epiſtola. 36. in dict. 2. regiſtri.

¶ *Seruus manumiſſus ea conditione, vt fiat monachus, & monaſterio ſeruiat, aliàs in ſeruitutem redeat: ſi hoc acceptato monachus factus ſit, manumittentis voluntatem cogitur obſeruare.*

CAP. II.

CVm † ſit proprium: & infrà. ¶ H. presbyter cõqueſtus eſt, diaconum quendã manumiſiſſe duo mãcipia ſub hac conditione [f], vt monachi fierẽt, & in eo monaſterio, vbi ipſe fuerat [g] permanerent: adijciens, vt ſi quis contra faceret, ſeruituti [h] iterum ſubderetur: atque vnum ex his (hac conditione deſpecta) monaſterium deſeruiſſe, & ſe inter clericos ſociaſſe. Tu ergo ſi ita eſſe repereris, ſic te exhibe, vt nec illi monaſterium deſerendi ſit facultas, & manumittentis volũtas non valeat præteriri.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilat.

Vide præ alijs hic Præpoſitum.

CVm ſit.] Pertinet ad ſecundam partẽ Rubricæ Diuidit: primo ponitur thema. Secundo reſponſio: ibi, *Tu ergo.* Abbas.

Casvs. Quidã diacon' manumiſit duos ſeruos ſub hac conditione, vt monachi eſſent, & permanerẽt in quodam monaſterio: adijciens, vt ſi contra facerent: iterum ſubijcerentur ſeruituti: & vnus illorum receſſit à conditione, & de monaſterio exiuit, & inter clericos ſeculares conuerſatur: Vnde quidã presbyter illius monaſterij, de hoc conqueſtus eſt dño Papæ: vnde mandat epiſcopo diœceſano, vt ſi ita eſſe inuenerit, compellat eũ, vt in monaſterio permaneat, nec monaſterium deſerat, & voluntas manumittentis non valeat præteriri. Nota quòd libertas poteſt ſub cõditione dari. Item ex quo quis monachus eſt, oportet quòd monachus perſeueret. Item voluntas manumittentis ſeruanda eſt.

¶ Alexander tertius Panormitañ. Archiepiſcopo.

¶ *Qui iurauit aliquam in vxorẽ accipere, ſi centum ſibi donauerit, centum non datis, recipere non tenetur, niſi poſteà purè conſenſerit, vel eam cognouerit.*

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium. ponit opinionem, & ſoluit.*

f ¶ *Hac conditione.*] Arg. contra. 1. q. 2. quàm pro. & ſ. de pactis pactiones. Dixerũt quidam, ꝙ libertas eſt res ſpiritualis, & ideo poteſt venire in commutationem cum alio ſpirituali. arg. ſ. de ſer. non ordi. nullus. Vel dic ꝙ non contradicunt: quia monachatus hic non datur ſub conditione, ſed libertas datur ſi voluerint monachari: aliàs non erunt iſti liberi, nec poſſent ad hoc compelli. 32. q. 1. integritas.

¶ *Glo. ſeq. ponit duas lecturas.*

g ¶ *Vbi ipſe fuerat.*] Poteſt intelligi, ꝙ ipſe fuerit clericus, vel patronus. 20. q. 3. præſens. & non monachus, quoniã monachus libertatem donare nõ poteſt, cum nihil habeat. 54. diſtin. abbati. nec ſeruum proprium poteſt habere. 12 q. 1. non dicatis. niſi hoc feciſſet in ipſo ingreſſu. Vel quod dicit, vbi ipſe fuerat, ſcilicet ipſe presbyter, & ſic planum eſt.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, an hæc verba ſint efficacia ad libertatem reuocandam, ponit duas opiniones, & ſubdit ſuam.*

h ¶ *Seruituti iterum ſubderetur.*] Sic ergo videtur, ꝙ in ſeruitutem

uitutem redigi poſſunt ſi inde exierint, ex quo hae conditione liberi facti ſunt, argum. ſup. de ſer. non ordinand. de famulis, & cap. nullus. C. de epiſcopis & clericis, Authentica, ſi ſeruus. quod quidam concedunt. Lauren. & Tancred. dixerunt, quòd hæc verba non fuerunt efficacia ad reuocandam libertatem, & ſic remanebit liber, & iudicis officio compelli debet iuſſa teſtatoris adimplere. ff. de manumiſſis teſtam. Mæuia. & l. imperatores. & litera cap. coadiuuat ad hoc, ſcilicet, vt nec illi deſerendi, &c. Alia ratio videt̃ fuiſſe quare ille non reuocatur in ſeruitutem: quia iſte quàm cito acceptauit conditionem, fuit liber & monachus, & ſic monachatum vlterius deſerere non potuit, etiam ſi vellet redire in ſeruitutem: imo Papa cum ipſo diſpenſare 1 non poſſet, vt monachus non eſſet. ſuprà de ſta. monachorum, cum ad monaſterium. in fi. vnde dicitur. infrà ſic te exhibe, vt nec illi deſerendi monaſterium ſit facultas ex quo enim ſemel fuit monachus, ſemper erit monachus: & ideo conditio appoſita non poteſt reuocare illum in ſeruitutem: ſed compelli debet, vt in monaſterio perſeueret: ſecus circa alios contractus, qui reuocari poſſunt, ſi pactum ſiue modus appoſitus non ſeruetur. infrà capitu. proxim. & ſecus in his qui promouentur ad clericatum. ſuprà de ſeruis non ordinan. de famulis. & capitu. nullus.

†Ca. 4. tit. de ſponſalib. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. par. 6. c. 12. Vide Couarruuiam in epitome li. 4. decretaliũ parte 2. c. 3. §. 3. & Sotũ li. 4. ſen. diſt. 29. q. 2. art. 1.

1 Grauis eſt hæc cõtrouerſia, de qua late B Thomas, & ibidem Caietanus 2. 2. q. 88. ar. 11. adde citatos ſupra, de ſtatu. monacho. c. cum ad monaſterium. in fine.

CAP. III.

DE † illis: & infrà. ¶ Si verò aliquis, ſub huiuſmodi verbis [a] iuramentum alicui mulieri præſtiterit: ego te in vxorem accipiam, ſi tantum [b] mihi donaueris: reus periurij non habebitur, ſi eam nolentem ſibi ſoluere, quod ſibi dari petijt, non acceperit in vxorem: niſi conſenſus [c] de præſenti, aut carnalis [d] ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

¶ Idem.

¶ Res donata eccleſiæ ſub modo, ſtatim eſt eccleſiæ, nec reuocatur, modo non ſeruato, niſi hoc in contractu ſit expreſſum. h. d. ſecundum veriorem intellectum. Et eſt textus multum notabilis, eſt valde allegabilis. Abb.

DE illis.] Primò ponitur thema: Secundò determinatio: ibi, *Reus*. Abbas.

CASVS. Aliquis iurauit cuidam mulieri ſub hac forma verborum: Ego accipiam te in meam, ſi tantum mihi donaueris: mulier nolebat ſoluere illud quod petijt: Quæritur, vtrum ſit periurus, ſi eam non acceperit? Reſpondet, non erit periurus ſi noluerit eam accipere in vxorem, niſi conſenſus de præſenti poſtea acceſſerit, vel carnalis copula fuerit ſubſecuta. No. quòd conditio honeſta poteſt interuenire in matrimonio. Item ea quæ ſub conditione promittuntur iurantur, non obligant, niſi à conditione recedatur.

a ¶ *Huiuſmodi verbis.*] ſtatim conditione adiecta. aliàs ex interuallo admitti non debet. C. de dona. quæ ſub mo. fiunt. l. perfectam.

¶ Gl. ſeq. diſtinguit inter conditionem dotalem & pęnalem.

b ¶ *Si tantum.*] Talis conditio licita eſt in ſponſalibus, vt hic patet: & hæc: ſi patri meo placuerit. ĩ. eod. tit. ſuper eo. & c. per tuas. ſi tamen in modum pœnæ adijciatur: vt ſi tecum non contraham, dabo centum: non valet. infrà de ſpon. Gemma. & C. de ſpon. l. vlti. & ff. de verbo. obliga. Titia. & C. de inuti. ſtipu. l. 2.

c ¶ *Conſenſus de præſenti.*] Tunc enim recedit à conditione appoſita, & ſimpliciter intelligitur conſentire. ſim. ſup. de deſpon. impu. de illis. in fi.

d ¶ *Carnalis.*] Et per hoc videtur receſſiſſe à conditione. infrà eodem, per tuas. & ſic eſt matrimonium præſumptum, contra quod non admittitur probatio. ſup. de ſpon. is qui. & ſic duobus modis recedit à conditione. infrà eodem, cap. ſuper eo. B.

VErum.] Diuiditur in duas partes primo ponitur dictum: ſecundo exceptio: ibi, *Niſi*. Abb.

CASVS. Aliquis donauit aliquam poſſeſſionem alicui eccleſiæ ſub aliqua conditione, id eſt, ſub modo, vt aliquid fiat: & ſic donatio tenuit: eccleſia non ſeruabat modum in donatione appoſitum, vnde donator reuocare volebat donationem: quæritur an poſſit? Reſpondet, quòd non poteſt, niſi tali conditione id eſt, tali pacto donatum ſit, quòd ea ceſſante donatio debeat reuocari: tunc enim ſi non fiat quòd conuenit, donatio reuocatur. Not. quòd donator in traditione rei ſuæ poteſt apponere pactum ſiue modum, dummodo non ſit contra leges.

e ¶ *Quælibet.*] id eſt, aliqua de quibus libet. ſic. 15. q. 1. mulier. & 1. q. 7. ſi quis omnem.

CAP. IIII.

VErum † cum alicui eccleſiæ, poſſeſſio quælibet [e], interpoſita conditione [f], donatur, à donatore donum poſteà reuocari non poteſt: Niſi fortè tali ſit cõditione collatum, quòd ea ceſſante debeat [g] reuocari.

¶ Vrbanus tertius.

¶ Contrahens matrimonium ſub cõditione non improbata, non compellitur matrimonium cõſummare ante conditionis euentum.

¶ Glo. ſeq. ponit differentiam inter modum & conditionem.

f ¶ *Conditione donatur.*] Si aliquis donet aliquod prædium eccleſiæ ſub aliqua conditione, puta vt illud reſtituatur Titio, ſi conſul factus fuerit, vel conſimile, ſtatim tenet donatio: vel ꝗ reſtituatur eidem, qui donauit, vel hæredibus ſuis, domum reuocari non poteſt, niſi conditione adueniente. ſic 12. q. 5. pontifices. in fi. quilibet enim in traditione ſuæ rei poteſt apponere pactum legibus non improbatum ff. de pac. in traditionibus. & C. de contrahen. emp. l. 3. in fi. & ſic donatio ſtatim tenet, licet poſſit ꝑ conditionē reſolui ſicut venditio. ſ̃. de pign. illo vos. & ff. de in idē addit. l. 2. ſed huic intellectui contradicit verbum quod eſt in fi. ca. ea ceſſante vnde expone, interpoſita cõditione, ideſt, modo vel pacto. Vnde nota differētiam 2 inter donationem ſub conditione, & donationem ſub modo: Donatio enim ſub conditione facta non tenet, niſi adueniente conditione, ſiue ea impleta. ff. de condi. & demon. qui hæredi. §. vlt. & l. qui ſub conditione. ſic & venditio. ff. de contrah. emp. hæc venditio. ff. de leg. 3. ſi tibi legatum. ff. loca. inſulam. §. vlti. arg. ĩ. eo. ſuper eo. & c. per tuas. & de tali non intelligitur hæc decre. Donatio ſub modo ſtatim tenet, & non reuocatur, quamdiu modus ſeruatur, modo illo non extante poteſt reuocari, prout dictum eſt ab initio, ſi hoc dictum ſit, vt reuocetur, ſi modus non ſeruetur, vt dicit in fi. & C. de donat. quæ ſub mo. l. 1. & 2. de tali donatione loquitur decret. iſta & huic donationi concor. quod dicit: ea ceſſante debeat reuocari. Sic ergo expone, conditione, id eſt modo vel pacto. hæc expoſitio probatur. ff. de manu. teſtam. l. Mæuia. & fit ſic: dono tibi hoc, vt ſingulis annis hoc facias, vel conſimile aliquid, ſiue vt alimenta mihi præſtes, alioquin reuocetur donatio. Donatio ſub conditione fit ſic: dono. Vel lego ſi hoc feceris. Vnde verſus:

Scito quòd vt, modus eſt: 3 ſi, conditio, quia, cauſa.

†Ca. 3. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Later. par. 29. c. 3. & c. 2. tit. de conſuetudiue id 1. compilat.

2 Vt hæc apertius intelligas, vide Sylueſtrũ in ſumma verbo, conditio vbi latiſſime.

3 Interdũ tñ, vt, ponitur conſecutiue. & nõ modaliter. 74. diſ. cõſuluit. 1. q. 1. benedictio. vbi de hoc & c. ſeq. & c. c. cum liqueat. 1. q. 6. ſi qs aũt. Interdũ cãtiue. de appel. vt debitus. cũ concor. Interdum neceſſitatem importat. vide in Spe. de diſpu. et alleg. ante fi. Io. And.

¶ Glo. ſeq. not. legem, & c. alle. quinque iura in contrarium, alle. vnam l. & ſoluit demum quęrit, allega. pro, & contra, ponit duas opiniones, & ſecundam approbat.

g ¶ *Debeat reuocari.*] Sic ergo patet, quòd lex in donatione dicta ſeruari debet, aliàs reuocatur. C. de condic. ob cau. da. dictam legem & l. fi. vt C. de reuo. do. l. 1. & C. de do. quæ ſub mo. l. 1. & 2. Argum. contra. C. de reſcin. vendi. ea conditione. Sed ibi non fuit dictum, quòd venditio non valeret, ſi non ſatisfecerit rei publicæ. vnde ibi agitur tantum ad intereſſe, vt fiat quod conuenerit: vt ff. de manu. teſtamen. l. Mæuia. Et ex hoc videtur, ꝗ res tali modo donata, ſcilicet, vt non alienetur, alienari nõ poſſit: quod ſi fiat, reuocabitur. Sed pone cauſam neceſſitatis alienandi imminere, puta debitum, vel redēptionem captiuorum, nunquid poterit res iſta alienari, vel alia quæ ſic tradita eſt, ne alienetur: aliàs reuocetur? Videtur quòd ſic: quia talis conditio, ne liceat alienare rem meam, reprobatur à iure. ff. de pac. l. penult. & caſus iſti excipiuntur à iure. 10. quæſtio. 2. §. hoc ius. Argum. contra. expreſſum eſt quòd alienari non poteſt, ex quo prohibetur à donatore. in Authen. de alien. & emphy. contra. §. ſanctiſſimas, colla. 6. C. de reb. alie. non alie. l. vlti. & C. de pac. inter emp. & vendit. l. vlt. T. & alij quidā dicunt, ꝗ in tali caſu res tali modo ſine cõditione donata eccleſiæ, ne alienetur, bene poteſt alienari, dummodo alias poſſeſsiones non habeat eccleſia: quoniam ſi alias haberet, non poſſet alienari propter inhibitionem teſtatoris ſiue donatoris: in quo caſu dñt intelligendā dictā Authen. §. ſanctiſſimas. colla. 9. quia vt dicit canon, pro captiuorum redemptione res eccleſiæ alienantur. 12. q. 2. aurũ. Alij dicunt, quod verius videtur, ꝗ res tali modo donata, ne alienetur, alienari non poteſt etiam pro redemptione captiuorum: vt dicit dicta Authen. §. ſanctiſſimas. quia non inuenitur expreſſum contrarium in eo caſu: ergo illi ſtabimus. & c. aurum non loquitur de talibus rebus, ſed de vaſis tantum loqui videtur. Ber.

SVper eo.] Qui per verba de præſenti cum muliere contrahit ſub conditione, ſi pater conſentiret: niſi pater conſentiat, ad matrimonium non eſt cogendus. hoc dicit. Communis diuiſio, ſecunda: ibi, *Reſpondemus.* & ibi primo ſoluit: ſecundò remouet obſtaculum: ibi, *Nam licet.* Abbas Siculus.

†Ca. 4. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 6. c. 21. Præter citatos. ſupra in c. de illis. hoc tit. vide plenè per Sylueſtrū in ſumma verbo, matrimonium. 3. q. 4. adde Boeriū deciſ. 264. incip. & primo præſuppono.

CASVS. Quidā contrahit matrimonium cū aliqua muliere ſub aliena conditione. vt, ſi patri eius placeret: Quæritur, vtrum ſit cōpellendus ad matrimonium conſummandū? Reſpondet, ꝙ conſenſus liber dici non poteſt qui in alieno arbitrio reſeruatur, & conditio talis non improbatur à iure: ideo niſi voluntas patris accedat, non eſt ad matrimonium contrahendū compellendus. Poſtea reſpondet Papa decretali Alexandri, quæ videtur huic reſponſo cōtradicere: Dicit Alexāder, ſponſalia interpoſita conditione contracta, licet non ſit impleta conditio, ſi conſenſus de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, matrimonium illud diſſolui nō debet illa: decretalis non contradicit huic: quia talis conſenſus nō eſt de præſenti habendus, quamuis per verba de præſenti exprimatur, qui in alieno arbitrio habendo conſiſtit. Nota quòd matrimonium ſub conditione contrahi poteſt, non tamen tenet niſi conditio extiterit, vel receſſum ſit à conditione per contrarium factum.

CAP. V.

SVper† eo verò, quod poſtulaſti, vtrum ille, qui in quandam mulierem conſenſit, ſi pater[a] eius ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum matrimonium compellendus: Reſpondemus, ꝙ cum conſenſus liber dici non poſſit, qui in alieno[b] arbitrio reſeruatur, ac conditionem ipſam canonica nō improbent[c] inſtituta: niſi voluntas patris poſtmodum intercedat, nequaquam cogendus eſt ad matrimonium contrahendum. Nam licet Alexander[d] Papa reſponderit, quòd ſponſalia interpoſita conditione contracta, ipſa non impleta, ſi cōſenſus[e] de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari; nequaquam[f] eſt noſtræ diſfinitioni aduerſum, cum huiuſmodi cōſenſus non ſit de præſenti habendus, licet per verba de pręſenti euidentius exprimatur: qui in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, conſiſtit.

†Marſican. †Marſiano †Marſitano

¶Innocentius iij. Maſican.† Epiſcopo.

¶*Qui ſub honeſta conditione ſponſalia contrahit, & ante conditionis euentum deſponſatam cognoſcit, à conditione recedit.*

¶*Glo. ſeq. no. alleg. vnam concor. ſoluit contrarium.*

a ¶*Si pater.*] Sic inf. eod. cap. proxi. ſic ergo. matrimonium contrahitur ſub conditione, ſicut & emptio vel alij contractus. ff. de contrahen. emptio. hæc venditio. nec obſtat. ff. de regu. iur. actus legitimi. actus enim illi non ſunt contractus, ſed quaſi contractus.

¶*Glo. ſeq. coadiuuat textum, quærit. arg. pro, & ſoluit.*

b ¶*Alieno arbitrio.*] Vbi enim ſubſtantia contractus confertur in arbitrium expreſſæ perſonæ, non vel contractus, niſi ille arbitretur. C. de contrahen. emptio. ſuper rebus. ſed teſtamentum in alterius voluntate expreſſe commiſſum non valet, vt ſi ita dicam: inſtituo te hæredem, ſi Titius voluerit. ff. de hær. inſti. ſi quis Sempronium. & ff. de condi. & demonſtr. nonnunquam. ſic nec legatum expreſſe commiſſum in alterius voluntate, vt ipſe det: ſed vt arbitretur bene. ff. de leg. 2. l. 1. 1 Sed pone, iſte ſignificauit hoc patri abſenti, ſed antequam pater conſentiat, mutat voluntatem, & dicit ꝙ nullo modo vult illam, etiam ſi pater conſentiret: pater hoc ignorans conſentit, nunquid eſt matrimonium inter eos? videtur ꝙ ſic. ff. man. ſi mandaſſem. & s̃. de reſcri. ex parte. & s̃. de procur. mandato. dico ꝙ ex quo pater conſenſit, compelli debet, vt illam recipiat. arg. s̃. de deſpon. impu. ne illis. in fi. non eſt tamen matrimonium inter illos: vnde ſi contrahat cum alia, tenebat: quia non dicitur conſenſu, niſi ſit tempore quo pater conſenſit: quia nec dicitur habere talem poteſtatem, niſi cui conceſſa durat. arg. ff. ꝙ cuiuſque vniuer. item eorum. §. quod ſi actor. 2 quia vbi deeſt legitimus cōſenſus, non eſt matrimonium. Ber.

1 De hoc ſup. de teſta. cū tibi. Io. And.

2 Quod loquitur de actore dato, qui poſtea decreto decurionum prohibitus ſit. Io. And.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

c ¶*Non improbent.*] Arg. contra. s̃. c. 1. ibi loquitur de conditione inhoneſta. quæ tamen non eſt contra ſubſtantiam matrimonij. j̃. eod. capitu. vlti. Ioan.

d ¶*Alexander.*] s̃. eo. de illis. Ber.

e ¶*Conſenſus.*] de præſenti. ſic s̃. eodem, de illis. & j̃. capitu. proximo. 3

f. ¶*Nequaquam.*] Sic hoc facit conditio appoſita, quæ ſuſpendit cōtractum vſque ad tempus conditionis extantis: vt dictum eſt ſuprà eodem, verum.

3 Adde ad hoc in l. nuptias. ff. de reg. iur. & Inſti. de nuptijs. in princ. cum glo.

CAP. VI.

PEr† tuas literas intimaſti, quòd cum quædam mulier P. nomine, N. poſtularet in virum, aſſerens inter ſe mutuum de præſenti conſenſum interueniſſe, & carnalem copulam acceſſiſſe: vir ipſe quāuis contracta ſponſalia & carnalem copulam nō negaret[g], aſſerebat ſe tamen illam in vxorem ducere non teneri: quia ſponſalia inter ipſos ſub hāc fuerunt conditione contracta, ſi pater eius, & patruus ſponſalibus conſentirent: ſed ipſi quamcitò nouerunt, & ſponſo contradixerunt, & ſpōſæ: Verum mulier replicabat, quòd licet fides præſtita fuerit ab vtroque ſub conditione præſcripta, non tamen ſibi fuerat à patre viri, vel patruo aliquando contradictum: & ante tempus contradictionis expreſſum à teſtibus, & poſt, dicebat inter ſe carnalem copulam acceſſiſſe: & infrà.

¶ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cum liquidò conſtet, quòd poſt contracta ſponſalia, carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta[h], pro matrimonio eſt pręſumendum[i]: quia videtur à con-

†Ca. vnico eo. tit. in 3. compil. Vide B. Bonauenturā. in li. 4. ſen. diſt. 28. & plene per Syluestrū in ſumma, verbo, matrimoniū. 3. q. 2.

PEr tuas.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abb.

CASVS. Quedā mulier P. nomine, petebat quendam in virum N. nomine, dicens, quòd mutuus conſenſus inter eos. & carnalis copula acceſſit: vir ille non negabat ſponſalia contracta, & carnalem copulam: dicebat tamē ſe non teneri illam ducere in vxorem: quia ſponſalia inter eos tali conditione contracta fuerunt, ſi pater eius & patruus ſponſalibus cōſentirent: Sed ipſi quamcito ſciuerunt, contradixerunt: Teſtes ſuper hoc recepti fuerunt: teſtibus receptis & publicatis, dicebat mulier, quòd licet ſponſalia contracta fuiſſent ſub conditione prædicta, non tamē ſibi fuerat à patre viri vel patruo contradictum, & ante tempus conditionis expreſſum à teſtibus, & poſt, dicebat inter eos carnalem copulam acceſſiſſe: iudex dubitans qualiter eſſet in hoc negotio procedendum, proceſſum cauſæ ad dominum Papam remiſit: Ipſe inſpectis atteſtationibus, reſpondet eidem, quòd cū manifeſte conſtet, quòd poſt contracta ſponſalia carnalis copula ſit inter eos ſubſecuta, pro matrimonio eſt præſumendum: quia receſſiſſe videntur à conditione appoſita: quia & ſi conſtet per teſtes, quòd poſtquam pater & patruus viri contradixerunt ſponſalibus, idem vir carnaliter cognouit eandem, non eſt tamen aliquo modo probatum, & antequam ipſe cognouiſſet eandem, pater & patruus eius contradicere curauiſſent. No. ꝙ dubia probatio non facit fidē: & aperte & clare debet quis intentionem ſuam probare, prout hic patet.

g ¶*Non negaret.*] ſed confitebatur ſe illam pluries diuerſis temporibus cognouiſſe: poſt ſponſalia contracta, ex tali confeſſione proceditur contra ipſum: quia nō probatur contradictionem ante carnalem copulam.

h ¶*Subſecuta.*] pluries & diuerſis temporibus, aliàs non videretur bene ſententiatum, cum probatum fuerit per teſtes viri, ꝙ poſt contradictionem patris eam cognouiſſet. ſim. s̃. de fi. inſtr. cum Ioannes, ad fi. & s̃. de proba. in pręſentia. & ita dubia probatio non ſufficit.

¶*Glo. ſeq. obijcit. & ſoluit. Secundo format quinque quæſtiones ſucceſſiue, & illas ſoluit.*

i ¶*Præſumendum.*] Sed quare præſumitur iſtum receſſiſſe à conditione, q̄a non eſt præſumendum aliquam recedere à iure ſuo. s̃. de renun. ſuper hoc. cum p̄cedens conſenſus durare intelligatur. arg. s̃. de bap. maiores. in fi. & ex eo ꝙ primo & vltimo contradixit, præſumitur ꝙ medio tp̄e non conſenſit. 28. diſt. quia ſunt culpæ. & s̃. de cele. Miſ. cum Marthæ. ver. ſi tunc igitur in cęlum. & 1. q. 1. iudices. in fi. & præcedens voluntas probatur per ſequentem. 34. q. 1. cum per bellicā. Præterea ſi pendente conditione res tradatur & poſtea non exiſtat conditio, res tradita repetitur. ff. de condi. inde. ſub conditione.

ditione.ff.de peri.& commo.rei ven.quòd ſi.Præterea conditionalis conſenſus nullus eſt ante conditionem extantem. ff. de verbo.ſignifica. cedere diem ſi ergo nullus præceſſit conſenſus, ſolus coitus matrimonium non facit ĩ.tit. proxi. cap. vltimo. Dicas ergo quòd conſenſus p.ræceſſit de futuro: vt patet. in fin. quamuis per verba de præſenti expreſſit.ſup. cap. proxi.& ita carnalis copula ſubſecuta ĩducit matrimonium præſumptum. ſuprà de ſpon. is qui.& ſup.eo.de illis.& ſupra capitu. proxi. & fauore matrimonij inducta eſt hæc præſumptio: quia per carnalẽ copulam ipſo facto videtur conſenſum exprimere de præſenti, & à conditione recedere. ſic per puram conditionem receditur à conditionale. ff.de contrahẽ. emptio. ſed Celſus. §. vlt. Sed quid ſi ante coitum proteſtetur ſe nolle propter hoc recedere à conditione? nec illud prodeſt.ſ.de conſtit. cum M. & ſ. de appella.ſolicitudinem. Item quid ſi dicam: contraho tecũ ſi te virginem 1 inuenero? Videtur quòd ſit matrimonium. ſup.eo.c.1.& ĩ.c.proxi.& 32.q.2.ſolet.qua nec talis error: dirimit matrimonium.28.q.2.§.1.ſed nec dirimit emptionem. ff.de contrahẽ.empt.alioquin.§.1. Dicas quòd talis conditio non impedit matrimonium. Item quid ſi contraho cum aliqua ſub conditione, deinde cum alia pure? tenet matrimonium. 2 Sed pone quòd poſtea exiſtat conditio? Videtur ꝙ teneat primum: quia perinde videtur ac ſi à principio pure contraxiſſet.ff.qui po.in pig.hab.potior.arg.inf. de frigi. fraternitatis.in fi.ſed ſecus eſt in matrimonio: quia non trahitur retro, vbi ab initio non fuit: quantum tamen ad filios legitimandos retrotrahi videtur.ĩ.qui fi. ſint leg. tanta. Item quid ſi contrahitur matrimonium ſub conditione, quæ omnino extitura eſt. Videtur idem ac ſi pure contraxiſſet. ff.de condi. indeb.quòd ſi.& ſecundum hoc eſt matrimonium antequam exiſtat conditio. Sed dic ꝙ ibi non eſt matrimonium, 3 ſed expectatur euentus conditionis:& tunc primo erit: & ſi medio tempore contraheret cum alia, teneret matrimonium, licet videatur, ꝙ ex futuro euentu pendeat, an ſit matrimoniũ: vt dixit Ioan.per decreta.ĩ.de frigi.fraternitatis.

†commixtione

1 De hac qõne vide Are.conſi. 82.& oĩno Syluestrũ in ſumma, verbo, matrimonium.3. q. 8. vbi optime interpretat̃ ſententiã gloſſę & Doctorũ hic.

2 Idem hic Vincen. & Gof.ſup.c. proxi.quia ex conditionali obligatione ſola ſpes oritur. Inſti. de ver. ob. ex conditionali. Io. And.

ditione appoſita receſſiſſe. Nã & ſi probatum ſit, quòd poſtquàm pater & patruus viri cõtradixere ſponſalibus [a], idem vir mulierem illam carnali cõiunctione † cognouerit; non eſt tamen aliquo modo probatum [b], quòd antequam ipſe cognouiſſet eandem, pater eius & patruus contradicere curauiſſent.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Si in contractu matrimonij apponitur conditio turpis, vel impoſſibilis, habetur pro non adiecta; niſi ſit contra ſubſtãtiam matrimonij: quia tunc vitiat contractum. h.d. hoc cap. notabile, & multum allegabile.*

¶ *Glo.ſeq.argumentatur à contrario, & rationem.reddit.*

a ¶ *Sponſalibus.*] Ergo ſi contraxiſſent ante carnalem copulam, coitus nihil poſtea operaretur: quia nihil eſt ibi purum vel conditionale, quod confirmet vel ducat ad eſſe talis coitus.ſup.titu.proxi.cap.vlti. in fi.argumen.ſuprà.de confirma. examinata.B.

¶ *Gloſſa ſequens notat, allegat concordant. & cauſam exprimit.*

b ¶ *Probatum.*] No.ꝙ contra eum ſit interpretatio, qui teſtes produxit, cum expreſſe non probant id ad quod inducuntur, ſed obſcure.ſic ſup.de proba.in præſentia. & quia per confeſſionem vtriuſque conſtabat, ꝙ pluries poſt, ſponſalia contracta carnalis copula fuit ſubſecuta:& ideo quia non expreſſe conſtat per teſtes, ꝙ contradictio patris præceſſit copulam, ſit interpretatio pro matrimonio præſumpto, cum iam eſſet fundata intentio mulieris.

3 Hæc opinio gloſſæ cõiter reprobat̃, & præter Doctores hic, vide oĩno Sotũ lib.4. ſen.diſ.29. q.2.arti. 1. verſi. hinc collegitur. Syluestrũ verbo, matrimoniũ. 3. q. 2. & Couarruuiã in epitome li. 4. decre.par. 2.c. 3.§.2. ver. eſt & aliud.

SI *conditiones.*] Diuiditur: quia ſunt duæ partes, In prima tractatur de conditione turpi, quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonij. In ſecunda de turpi vel impoſſibili: *Licet*. Abbas:

Casus. Aliquis contrahit matrimonium ſub conditione, quæ eſt contra ſubſtantiam matrimonij, hoc modo: Contraho tecum.ſi prolem euites, vel donec inueniam aliam digniorem honore vel facultatibus, vel ſi pro quæſtu te adulterandam tradas: Quæritur, vtrum in talibus caſibus teneat matrimonium? Reſpondet Papa, quantuncunque matrimonialis contractus ſit fauorabilis, tamen in caſibus prædictis caret effectus: quamuis aliæ appoſitæ conditiones in matrimonio, ſi turpes fuerint, aut impoſſibiles debeant pro non adiectis haberi propter fauorem matrimonij. Nota ꝙ conditio appoſita in matrimonio contra ſubſtantiam ipſius. reddit matrimonium nullum. Aliæ vero conditiones pro non adiectis habentur, ſi apponantur.

CAP. VII.

SI† conditiones contra ſubſtantiam coniugij [c] inſerantur: puta, ſi alter dicat alteri: contraho tecum, ſi generationem [d] prolis euites: vel donec [e] inueniam aliam honore, vel facultatibus ditiorem: † aut ſi pro quæſtu [f] adulterandam te tradas: matrimonialis contractus quamtumcunque ſit fauorabilis, caret effectu; Licet aliæ† conditiones appoſitæ in matrimonio, ſi turpes, aut impoſſibiles [g] fuerint, debeant propter eius fauorem [h] pro non adiectis haberi.

† Illuſtris eſt hęc decretalis: dè cuius intellectu & materia vide p̃ alijs Dominicũ Sotũ lib.4. ſen.diſ.20. q.2.ar.2.& 3. Adrianũ ſup 4. q.7. de matrimonio, & Couarruuiam citatum ſuper glo.c.præcedentis.

†Aliàs, digniorem.

† Licet aliàs

c ¶ *Contra ſubſtantiam coniugij.*] Quod dicitur hic, ſumptũ fuit de illo canone.22.quæſtio.2.ſolet.& c. aliquando. Nota ergo, quòd quædam conditiones apponi poſſunt in matrimonio licitæ, quæ à iure admittuntur, puta ſi cẽtum mihi dederis, ſi patri meo placuerit. vt ſuprà eod.de illis, ſuper. eo. per tuas huiuſmodi enim conditiones honeſtæ ſunt, nec ſunt cõtra ſubſtantiam matrimonij: quia poteſt eſſe cum illis, & ſine illis, vnde non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. ſuprà de transla. inter corporalia. Eſt & alia conditio honeſta, q̃ eſt de ſubſtantia matrimonij, vt cum Chriſtianus dicat Iudeæ 4 vel hæreticæ: cõtraho tecũ ſi vis fieri Chriſtiana: ſine iſta nõ teneret matrimonium. 28.quęſtio. 1.non oportet. Sunt & aliæ conditiones inhoneſtæ, & turpes, de quibus hic ſit mentio:& illarum quædã ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, ita vt illis appoſitis non teneat matrimonium, de quibus hic habes in principio, & cap. prædictis, ſolet aliquando. Sunt & aliæ inhoneſtæ turpes, aut impoſſibiles, vt dicatur: contraho tecum ſi furtum feceris, ſi homicidium feceris: iſtæ enim ſunt turpes. Idem eſt ſi ſit impoſſibilis, vt ſi dico: contraho tecum ſi dederis mihi imperiũ, ſi digito cælum tetigeris.ff.de iniu.rup.teſtam.l.cum in ſecundo huiuſmodi conditiones non ſunt contra ſubſtantiam matrimonij, & de talibus intelligitur, quod dicitur in fi.ſi turpes aut impoſſibiles:& ideo ſi apponatur, pro non adiectis haberi debent: vt dicit in fi.& ſup.eod.cap.1. quod de huiuſmodi conditionibus intelligitur, & matrimonium tenet. & ſic videtur quòd omnis conditio quæ eſt contra naturam contractus, ipſum impediat, ſi apponatur. Et hæc eſt ratio, cum tria debeant eſſe bona matrimonij, ſaltem quo ad propoſitum. ſ. fides, proles, & ſacramentum. 27. q. 2. omne itaque. Per illas tres conditiones extinguuntur illa tria bona, quæ in quolibet matrimonio neceſſario requiruntur aliter non erit matrimonium, vt hic patet. Sed cõtra videtur 10.q.1.c.2.vbi tenet contractus non obſtante conditione contra naturam cõtractus. Et ar.contra.28.diſtinc.diaconi. vbi tenet ordinatio. licet dicat ſe velle habere vxorem, quòd eſt cõtra ordinis ſubſtantiam. Idem quid ſi dicat: profiteor talem religionem ita quòd poſſim proprium habere, & vti matrimonio? Videtur quòd tenet monachatus.ĩ.tit.proxi.inſinuante. Non credo ꝙ teneat monachatus.ſub hac conditione: quia illa eſt contra ſubſtantiam monachatus.ſ.de ſta. monac. cum ad monaſterium.in fi.& arg.ſ.de conuer.coniug.dudum. hæc fuit opi. Hug.quam ĩnuenies.19.q.vlt.c.ſi qua mulier.§.nunc.autem. Vlij contradicunt.

4 Diuerſa rõ eſt in Iudæa, ſeu qualibet alia infideli, & hæretica, nam cum infideli Chriſtiana nullum contrahit matrimonium; ob cultus diſparitatẽ: cum hæretica verũ contrahit, etiam ſi nõ conuertat̃: licet grauiter peccet B.Thomas lib.4. ſent. diſt. 35. q. 1. arti. 1.& ibi cõmuniter Theologi. Couarruuias ĩ epitome li.4.decre. par. 2.c. 6. §. 2. adde Simancam cath. inſti. tu. 40. de matrimonio.

d ¶ *Si generationem &c.*] Iſta* conditio eſt contra bonum prolis.

e ¶ *Donec inueniam aliam.*] Hæc* conditio eſt contra ſacramentum, quod debet eſſe indiuiduum.

f ¶ *Aut ſi pro quæſtu.*] Exemplum *eſt de conditione, quæ eſt contra bonum fidei.

¶ *Glo.ſeq.dat ſimile in vltimis voluntatibus.*

g ¶ *Impoſſibiles.*] Sim. ſuprà de pact. cap. vlti. & ſic in teſtamento turpis conditio pro non adiecta habetur. 5 C.de inſtitu.& ſubſtitu.reprehendenda.& ff.de condi.inſtit. quidam. & C.de his quæ pœ.nomi.in teſta.re.l.vnica, in fine. & ff. de leg.1.turpia. ff.de vſu & habi.ſed neque.ſic turpis.ſiue impoſſibilis ſtipulatio, etiam in alijs contractibus non obligat. ff. de ver.ob.generaliter.& l.ſeq.& ff.de act. & obli. non ſolum. Inſti. de inuti.ſtipu.§.impoſſibilis.

5 Hęc vera ſecundum Vinc.ſi apponatur in perſona legatarij. ff. de lega. 1. ab omnib. ſecus. ſi apponatur in pſona hæredis, vel alterius:& ſic intelligitur.Inſti. de leg. in ñ. Io.And.

h ¶ *Propter eius fauorem.*] Sic ergo matrimonium res fauorabilis eſt: vnde propter ipſius fauorem pater & mater in ipſius prærogatiua ad teſtimonium admittuntur, qui in alijs contractibus repelluntur. inf.qui matri.accuſ. poſ. videtur.in fine.& plura alias ſpecialia ibi obſeruantur, vt notatur ſuprà vt lite non conteſtata.

QVI CLERICI, VEL VOVENTES matrimonium contrahere poſſunt.

¶Supra viſum eſt de vno impedimento contra ſubſtantia m matrimonij: nunc reſtat videre de alijs impedimentis. & a uerte. quòd rubrica iſta nihil ponit diſpoſitiue, ſed procedit interrogatiue, ſcilicet, qui clerici vel vouentes matrimoniũ contrahere poſſunt.

De hac materia tractatur 27. diſt. per totũ. & 17. q. 1. & q. 2. & 27. q. 1. per totum.

TITVLVS VI.

Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.

¶ Alexander iij. Remeñ. Archiepiſcopo.

¶Diaconus vel ſubdiaconus matrimonium contrahere non poſſunt: & ſi contraxerint, etiam ſi ſint facti irregulares, debent ſeparari.

CAP. I.

De† diacono, qui in ſabbato ſancto alium diaconum vulnerauit, & vxorem [a] accepit: Hoc tuæ prudentiæ reſpondemus, quòd ſi contrito, & humiliato [b] corde ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa illa, quam accepit in vxorem, & abſolutione [c] obtenta: iniuncta † ſibi pœnitentia de vtroque exceſſu poſt eam peractam, diſpenſatiuè [d] poteris ei diaconatus officiũ reddere: & ſi perfectæ vitæ, & conuerſationis fuerit, eum in presbyterũ ordinare. Subdaconum autem, ſiue hominem interfecerit [e], ſiue non, matrimonium non poſſe contrahere, ſacrorum canonum [f] cenſura demonſtrat.

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 16. ca. 21. Nam q in ſacris conſtituti matrimonium contrahunt, ſuſpecti fiũt de hæreſi. Simancas cath. inſti. tit. 40. de matrimonio.

† Aliàs ita: iniuncta quoque ſibi, &c.

De diacono.] Hēt duo dicta. Secundũ: ibi, *Subdiaconum*. Abb.

CASVS. Quidã diaconus in ſabbato Sancto alium diaconũ vulnerauit, & vxorem accipit: Quid ſit agẽdum de ipſo quæritur. Reſpondet Papa, quòd ſi corde contrito & humiliato. ad eccleſiã redire voluerit, abſolutione obtenta, & impoſita ſibi pœnitentia de vtroq; exceſſu, ea peracta poterit epiſcopus ſuus cum ipſo diſpenſare, & officium diaconatus ſibi reddere, & ſi bonæ vitæ apparuerit, in presbyterum ordinare. In fine dicit, quòd diaconus qui homicidium fecerat, ſiue etiã non fecerat, matrimonium contrahere non poteſt. Nota quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cũ his q in ſacris ordinibus contrahunt matrimonium.

a ¶*Vxorem accepit.*] de facto: qa non potuit de iure. 1 32. diſt. erubeſcant. & c. placuit.

1 Vide Magiſtrũ lib. 4. ſen. diſt. 37. & ibidem Doct. ſcholaſticos. & B. Thomã in q̃onib. additis ad 3. par. q. 53. ar. 3. vnde accipient lumen hæ decretales & gloſſæ.

b ¶*Contrito & humiliato.*] Aliàs non eſt recipiendus: quia venia non datur niſi correctis. 24. quæſtio. 2. legatur. nec poteſt gaudere ſe correctum, niſi prius doleat ſe fuiſſe peruerſum. 23. quæſtio. 7. quemadmodum. Et dicit lex: delicti enim veniam pœnitentibus indulgemus. C. de hæred. Manichæos. & C. de ſumma Trinitate & fide cathol. l. vlti. & de pœn. diſtinc. 1. nemine. & de conſecra. diſtinc. 4. omnis qui. & dixit Salomon: Qui abſcondit peccata ſua non videbit lumen in æternum.

¶Glo. ſeq. reci. per quæſtio. ſ. à quo debeat abſolui: & dupliciter ſoluit.

c ¶*Abſolutione obtenta.*] Non dicit à quo debet peti, vnde videtur quòd à Papa tantum. 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. & præcipue propter atrocitatem facti, vnde etiam ſi eſſet monachus, abbas ipſum abſoluere non poſſet. infrà de ſententia excommunicatio. cum illorum: Vel forte ex iſta indulgentia ſpeciali ipſum potuit abſoluere, quod eſt verum: vt patet in antiqua.

¶Glo. ſeq. alleg. concor. ſignat contrarium, & ſoluit. ſecundo ſignat contrarium, & ibi remittit.

d ¶*Diſpenſatiue.*] Et ita epiſcopi poſſunt etiam diſpenſare cum clericis conſtitutis in ſacris ordinibus, ſi contrahant de facto. ſin s̃. de cleri. coniu. ſane, 2. Argu. contrà. s̃. de biga. nuper. ſed illud intelligitur de illo. qui in ſeculari habitu vnam habuit de iure vxorem, & in ſacro contraxit: cum illo tamquam cum bigamo non poteſt diſpenſari. arg. contrà. j̃. cap. proxi. ſol. vt ibi. B.

¶Glo. ſeq. reci. per q. quæ fuit dubitationis cauſa.

e ¶ *Interfecerit.*] Putabat enim forte iſte archiepiſcopus propter homicidiũ, quòd degradari debeat, & quòd amiſiſſet ordinem, quod non eſt verum: quia character in anima impreſſus non tollitur: vt 1. q. 1. quod quidam. vnde non poteſt contrahere: propter delictum enim non eſt alicui ſubueniẽdum. ff. qui. ex cau. maio. ſed & ſi per prætorem. §. actio. nec ſtulti melioris conditionis debent eſſe quã periti. ff. quòd vi aut clã. ſeruus. nemo enim delinquẽdo fit melior. ff. ad l. Fal. pretia. 2 & 16. q. 1. legi. ſic malę fidei poſſeſſor non debet eſſe melioris conditiones quam bonæ fidei. ff. de petitione hæreditatis, & à domino, vel à patre. §. ſi prædo.

2 Loquitur de æſtimatione ſerui, qui dedit noxã. Io. And.

f ¶*Canonum.*] 32. diſt. ſi quis eorum. & cap. de illo. & cap. 1. & 84. diſtin. cum in præterito. Ber.

¶Idem Cenomañ. Epiſcopo.

¶Subdiaconus matrimonium contrahere non poteſt.

CAP. II.

Ex † literarum tuarum tenore accepimus, quòd lator p̃ſentium in ſubdiaconatus officio conſtitutus, quandam ſibi in cõiugem copulauit, quam† eundem abiurare [g] feciſti: Super quo prudẽtiam tuam in Domino commendamus: Mandantes, quatenus ſi ad monaſticum† ordinem trãſire voluerit, & tibi poſt laudabilem conuerſationem ipſius viſum fuerit, eum ad maiores ordines promoueri concedas; quòd† ſi ad religionẽ ſe transferre noluerit, eum neque in ſubdiaconatu [h] miniſtrare, neque ad altiores permittas ordines promoueri: in minoribus [i] tamen ordinibus poterit miniſtrare.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt conci. par. 50. c. 59.

† Aliàs ita: quem eandẽ, &c. in altero veteri ita: q̃ eundem P. nomine abiurare, &c.

†Vox, monaſticum, deeſt in oĩbus manuſcriptis.

† Aliàs ita: qui ſi ad religionem ſe conferre, &c.

¶Idem Vigorieñ. †Epiſcopo.

†Vuigoriẽ. † Vvigorn.

¶Votum ſolemne impedit, & dirimit matrimonium poſt cõtractum: votum ſimplex tantum impedit contrahendum, ſed non dirimit poſt contractum.

Ex *literarum.*] Communis diuiſio, conſultatio, & reſponſio. Secũda: ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Quidã ſubdiaconus copulauit ſibi quandam mulierem in vxorem: Epiſcopus ſuus fecit illum abiurare ipſam, mittẽs ipſum domino Papæ, petens quid ſit de ipſo faciendum: Papa commendat ipſum, mãdans quatenus ſi ad religionem tranſire voluerit, & dignus apparuerit, poterit illum ad maiores ordines promouere: q̃ ſi ad religionem tranſire noluerit, neque in ſubdiaconatu permittat illum adminiſtrare, neque ad maiores ordines promoueri: Sed in minoribus poterit miniſtrare. Nota, quòd hic non permittit Papa diſpenſare cum illo, qui contraxit in ordine ſubdiaconatus: Sed in præcedenti capitulo dicit Papa, quòd epiſcopus cum tali diſpenſare poteſt: ratio redditur in gloſſa in capitulo iſtó ſignata. Itẽ fauore religionis mitius agitur cum aliquo. Item ſi ſubdiaconus contrahit matrimonium, in ordine ſubdiaconali miniſtrare non debet.

¶Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit dupliciter.

g ¶*Abiurare.*] Argum. contrà. ſuprà de cohabita. clerico. & mu. clericos. illud intelligendum eſt, vbi ſuſpicio habetur de periurio, vt ſæpe faciunt inter ſe concubinarij: tunc non exigitur iuramentum, vt ibi ſatis colligitur: vel illud circa contubernium, hoc in diuortio cuiuſcunque matrimonij. 35. q. 6. ab iſto die.

¶Glo. ſeq. obijcit decretali proximæ: & ſoluit dupliciter.

h ¶*In ſubdiaconatu miniſtrare.*] Argum. contrà. ſuprà c. proxi. vbi diſpenſatur cum eo, qui in pluribus deliquerat quàm iſte: Quæ fuit ergo ratio? placuit hoc domino Papæ, vt maiorem gratiam 3 faceret illi quàm iſti: Illa potuit eſſe ratio, quia non videbatur verè pœnitens, & præſumptio erat contra ipſum de ſua incontinentia, & cum talibus non eſt diſpẽſandum, cum pro reuerſionis ſpe prauæ actionis deſideria cõcipere non formidant. 50. diſtinct. capitu. 1. & capitu. vt conſtitueretur. & ideo Papa prohibet, ne cum ipſo diſpenſet, cum aliàs ſuo iure diſpenſare poſſet. vt ſuprà cap. proxi. ſed ſi intrare voluerit religionem, tunc fauore religionis poterit circa ordinem diſpenſare, ſic infrà de apoſtat. capitu. 2. vel de conſilio loquitur, cum de iure ſuo epiſcopus poſſet diſpenſare cum ipſo: vt s̃. c. proxi. & s̃. de cle. coniug. ſanè. Ber.

3 Vinc. ponebat talẽ verſiculũ: Hic eſt ergo minor, ibi diſpenſatio maior.

i ¶*In minoribus.*] ſim. 30. diſtinct. placuit. & 15. q. 8. ſi quis presbyter. Ber.

Memi-

M*Eminimus.*] In prima parte ponitur deciſa conſultatio. In ſecunda diſtinguens reſponſio. Secundum membrum: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis ſuſcepit habitum religionis: quæritur, an poſſit poſtea cõtrahere matrimoniũ? Rñ. Papa, ꝙ ſi ſe deuouerit religioni, & profeſſionem fecerit, poſtea matrimonium cõtrahere non poteſt: ꝙ ſi contraxerit poſtea compellendus eſt eam dimittere, & ad monaſterium redire: ſed ſi nec habitum ſuſcepit, nec profeſſionem fecit, ſed ſolummodo votum fecit, ſi poſtea contraxerit, non eſt cogendus ad religionẽ tranſire, nec matrimoniũ debet reſcindi. Not. quòd votum ſimplex nõ impedit matrimoniũ contractum, cum ſit fortius vinculum quàm votum ſimplex.

†Ca. 6. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt conci. Lateran. par. 6. c. 9. Vide oĩno magiſtrũ ſenté. & Doct. libro 4. diſt. 37. & 38. & B. Thomam in qõnibus additis ad 3. par. q. 53. ar. 1. & 2.

CAP. III.

MEminimus[a]: † & infrà. ¶Reſpondemus, quòd ſi quiſquam, qui ſe religioni deuouit, & habitu ſuſcepto profeſſionem[b] fecit, poſtmodum ſibi aliquam copulauerit, eſt cogendus ab ea recedere, & ad eccleſiam cui ſe contulit, ſine contradictione tranſire. Verum ſi nec habitum[c] ſuſcepit, nec profeſſionẽ, ſed votum ſolummodo fecit, & ſe ad religionem tranſiturũ[d] promiſit, licet poſteà matrimonium contraxerit, non eſt cogendus ad religionem tranſire, & matrimoniale votum reſcindere.

¶ Idem Luceñ. Epiſcopo.

¶ *Suſceptio habitus profeſſorũ extra religionem à non habente poteſtatem incorporandi religioni, impedit in dubio matrimonium contrahendum, ſed non dirimit cõtractum. hoc dicit ſecundum intellectum, quẽ tenet Panormitanus.*

CAP. IIII.

COnſuluit† nos tua fraternitas, quid faciendum ſit de nobili muliere, quæ veſtibus pretioſis abiectis, mutauit habitum[e], & de manu presbyteri velamen[f] aſſumpſit: ſed non renunciauit[g] proprijs, nec intrauit clauſtrum, nec in manu alicuius epiſcopi, abbatis, vel abbatiſſæ, aut ſuper altare[h] profeſſa eſt, vel obedientiam promiſit: poſtmodum verò elapſo anno, abiecto religionis habitu, cuidã nobili nupſit: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, ꝙ ſicut ſimplex † votum matrimonium impedit contrahendum, & non dirimit[i] iam contractum: ita habitus ſine profeſſione ſuſceptus[k], 5 ne contrahatur impedit: ſed contractum nequaquam diſſoluit.

¶ Idem.

¶ *Votum caſtitatis de præſenti impedit matrimonium contrahendum: eccleſia tamen ex cauſa matrimonium contrahi quandoque permittit. h.d. inhærendo literæ.*

CAP. V.

VEniens † ad præſentiam noſtram M. eremita propoſuit, quòd I. mulier cuidam viro abſenti[l], fide data ſe nupturam promiſit[m]: ſed poſtmodum audiens plura de ſeueritate[n] ipſius, ei noluit copulari. Cum itaque timeret, ne illi nubere cogeretur, in manibus ſuis continen-

¶ *Glo. ſeq. caſum inchoat.*

a ¶*Meminimus.*] CASVS. * Aliquis promiſit tranſire ad religionem, & habitũ religionis ſuſcepit, poſteà contraxit matrimoniũ, quæritur quid iuris? & reſpondetur prout ſequit̃ in litera.

b ¶*Profeßionem.*] q̃ etiam ſola facit monachum. s̃. de reg. porrectum. vñ in ſeculo remanere nõ debuit, nec contrahere 1 matrimonium; imo compelli debet redire ad monaſterium. s̃. de regul. ſicut. vt hic dicitur. argum. 27. diſt. quod interrogaſti. & 27. q. 1. quaſi per totum.

†Ca. 7. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. par. 45. c. 4.

1 Imo contrahẽdo ſuſpectus fit de hæreſi, Simancas cathol. inſtit. tit. 40. de matrimonio, vbi plenè, & rectè.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit contrarium.*

c ¶*Nec habitum.*] maximè: quia ſolus habitus non facit monachum, ſed profeſſio regularis, s̃. de regular. porrectum. niſi geſtaret habitum monachalem cum alijs per annum: q̃a tunc præſumitur profeſſionem feciſſe, vt poſtea ei exire non liceat. s̃. de reg. ex parte. & c. vidua.

d ¶*Tranſiturum promiſit.*] Et ita votum fuit ſimplex tantum: quod per fortius vinculum tollitur. j̃. eo. rurſus. 27. diſt. ſi vir. 17. q. 2. nos nouimus. æqualiter 2 tamen cum ſolemni obligat apud Deum, vt dicit illa decreralis rurſus. vbi de hoc dicetur.

2 Qualiter hoc ſit intelligẽdũ, docet pulchrè Beat⁹ Thomas in d. q. 53. art. 2. ad 1. argumẽtum.

C*Onſuluit.*] Suſceptio habitus ſine profeſſione non dirimit matrimonium contractum, ſed contrahendum impedit. hoc dicit. ſed hæc ſummatio eſt nimis generalis. Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Conſultationi.* Abb.

CASVS. Quædam nobilis mulier veſtibus prætioſis abiectis mutauit habitum, & de manu presbyteri velum aſſumpſit, ſed non renunciauit proprijs, nec intrauit clauſtrum, nec in manu alicuius profeſſa eſt, vel obedientiam promiſit: poſtmodum anno elapſo matrimonium contraxit: Quæritur quid iuris? Reſpondet Papa, quòd ſicut ſimplex votum impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum, ita habitus ſine profeſſione ſuſceptus impedit ne contrahatur, ſed non diſſoluit iam contractũ. No. ꝙ votũ ſimplex impedit matrimoniũ contrahendũ, ſed nõ dirimit iã contractũ. Itẽ habirus ſine profeſſione monachũ non facit.

e ¶*Mutauit habitum.*] nulla facta profeſſione, ſeu voto, vnde non impeditur 3 matrimonium. 17. q. 2. Gonſaldus. & s̃. eo. c. proxi. Ber.

3 Secundũ Pet. & Abbatem melius dixiſſet, non dirimitur: nã bene impedit, cum ſit votum ſimplex: vt patet in fine. Io, And.

f ¶*Presbyteri velamen.*] ſ. probationis, qui diſtinctus eſſe debet ab habitu profeſſorum. j̃. de reg. c. penul. qui non dirimit matrimonium iam contractum. s̃. c. proxi. & j̃. eo. rurſus.

g ¶*Non renunciauit.*] per hæc quæ hic enumerantur, patet, ꝙ non aſſumpſit religionem, nec habuit propoſitum mutandi ſeculum: vnde liberè exire potuit infra annum, & etiã anno completo. s̃. de regular. c. pe. vbi dicitur, ꝙ euidenter debet apparere ſi ſeculum mutare voluerit: & ita ſigna mutationis euidenter debẽt apparere ad hoc vt aliquis cenſeat̃ monachus, aliàs exire poterit infra annum, & anno finito. 20. q. 1. illud.

h ¶*Super altare.*] Vide qualiter quis poteſt profiteri in manu epĩ. 27. q. 1. viduitatis. & in manu etiã monachi. 4 j̃. eo. inſinuanae. & coram ſacerdote per ipſius benedictionẽ. 27. q. 1. ſciendum. & 20. q. 1. vidua & ſuper altare, vt hic dicit.

†Vide omnino citatos paulo ante in ca. meminim⁹ eo. tit.

4 Ad hoc miſſi. ſupra de regu. ad Apoſtolicã. Io. An.

¶ *Gl. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

i ¶*Non dirimit.*] 27. diſ. c. presbyteris. §. hinc diſtinguendum. & c. ſi. vir. & j̃. eo. rurſus. s̃. de regularibus. porrectũ.

k ¶*Suſceptus.*] ſed videtur ꝙ eoipſo ꝙ ſuſcepit habitum, & velamen, votum ſuum ſolẽnizauerit, ita vt ad monaſterium redire cogatur. arg. s̃. de reg. vidua. 27. diſt. quod interrogaſti. litera iſtius cap. ſatis ſoluit contraria illa: hic conſtabat, ꝙ abſolutè habitum nõ mutauit, ibi verò eo animo & propoſito habitum & velamen ſuſceperunt, vt monachę eſſent: vnde poſtea non audiuntur, etiam ſi cõtrarium vellent iurare. Bernard.

†Ca. 8. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. par. 4. c. 10. Vide Magiſtrum ſent. lib. 4. diſt. 38. & ibi B. Thomã. q. 1. arti. 3. quęſtiuncula 2. & 3. & 2. 2. q. 88. art. 10. adde Corſetum ſing. 55. verbo, diſpẽſatio.

V*Eniens.*] Primò narrat caſum præmiſſa cauſa. Secundò ponit mandatum: ibi, *Nos itaque.* Abb.

CASVS. Quædam mulier promiſit fide data ſe nupturam cuidam viro abſenti: poſtmodum audiuit plura de crudelitate ipſius: noluit cum eo contrahere: & cum timeret ne compelleretur contrahere cum ipſo, in manu M. eremitæ votum continentiæ promiſit, quæ tñ veſtem, vel locum non mutauit: vir hoc audito cum alia contraxit: dictus eremita ad dñm Papã acceſſit, proponens ei p̃dicta: ipſe cõſiderans tutius eſſe vt prædicta mulier poſt fidem & votum ſimplex matrimonium contrahat, q̃ fornicationem incurrat; mandat, vt ſi nõ eſt amplius in facto proceſſum, de fide mẽtita, & de voto violato pœnitentiam imponat, & ei det licentiam contrahendi. No. ꝙ poſt votum continentiæ ſimplex matrimonium contractum non diſſoluitur.

¶ *Glo. ſeq. arguit, allegat tria iura.*

l ¶*Abſenti.*] Arg. ꝙ matrimonium inter abſentes contrahi poteſt. 5 32. q. 2. honorantur. & 30. q. 5. nec illud. & s̃. de cõuer. coniu. ex parte 2. & eodem modo ſponſalia: vt hic. & ff. de ſpon. l. 4. & 5. Ber.

5 Concor. tex. in l. mulieré. ff. de ritu nup. & ibi Docto. adde Syluestrum in ſumma. verbo: matrimoniũ. 5. q. 13. & ſequen.

m ¶*Promiſit.*] per interpoſitam perſonam, quæ mandatum habebat, ad hoc, aliàs nihil eſſet.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, an ille timor excuſaret.*

n ¶*De ſeueritate.*] Timor iſte vanus erat, vnde non excuſat quo minus debeat compelli ad matrimonium contrahendum propter fidem datam, ſi ille cum alia non contraxiſſet, non obſtante voto ſimplici. arg. s̃. de ſpon. ex literis 2. prima enim 6 fides ſeruari debet. s̃. de ſpon. ſicut. niſi fortius vinculum ſuperueniat: vt s̃. de ſponſalib. ſi inter.

6 Quidam non habẽt has cõcor. & bene faciunt, quia dicunt abſenti ſponderi ſic poſſe, dummodo ſciat, vel ratum habeat. Io. And.

a ¶*Continentiæ votum.*] Mulier iſta vouit continentiã, nec mutauit locum, nec veſtem, nec etiam fecit profeſſionem, & tamen poſt votum continentiæ de præſenti 1 contrahere poteſt. & ita eſt arg. opti. ꝙ votum non ſolemnizatur per votum continentiæ tantum. De hoc dicitur j̃.c.proximo.

1 R. dixit, ꝙ fuit hic votum de futuro. Io. And.

¶*Gl. ſeq. arguit. allegat quatuor iura.*

b ¶*Fornicationis.*] Ar. minus malum tolerandum, vt maius euitetur 33. q. 2. ſi quòd verius. 27. q. 1. hi qui. 22. q. 1. conſidera. & 4. diſtinc. denique.

¶*Glo. ſeq. ponit duas lecturas.*

c ¶*Voto violato.*] ideſt, violando. ſim. ff. de iureiu. admonendi. in ver. abſolutus. i. abſoluendus. Vel dic, violato animi deſtinatione: quia petebat ſibi dari licentiam contrahendi. 2 nec intelligo, ꝙ imponatur pœnitentia niſi ſub ea conditione, ſi contraxerit, vel imponatur poſtquam contraxerit, vel etiam de voluntate mutata agitur pœnitentia. argum. 17. q. 4. ſunt qui opes.

2 Vel forte iam violauerat inhoneſte viuẽdo. Io. An.

¶*Gl. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

d ¶*Non poſtponas.*] ſed qualiter datur huic licentia cõtrahendi cõtra votum continentiæ, licet ſit ſimplex, cum apud Deum æqualiter 3 obliget cum ſolemni. j̃. c. proxi. ergo debuit cõpelli, vt ſeruet votum, ſicut fit in ſponſalibus. s̃. de ſpon. ex literis 2? Dicas quòd non dat hic eccleſia licentiam contrahẽdi directè, ſed eſt hic quædam comparatiua permiſſio, ne deterius inde contingat, vt ex litera patet. 4 & quia in perturbatione animi votum emiſit. argu. 17. q. 2. Gonſaldus. vnde datur ei licentia contrahendi, aliàs non daretur: nam votum continentiæ ſeruandum eſt etiam à coniugatis. 5 quæſt. 5. quod Deo pari.

†Ca. 2. eo. tit. in 2. cõpila. Vide B. Thomã citatum in c. præcedẽ. & in qõnibus additis ad 3. par. q. 53. vbi explicat hãc decretalẽ, & eam tribuit Clementi: ſed fortaſſis in eſt mendũ.

tiæ votum [a] promiſit: non tamen locum, aut veſtem mutauit: quo audito, vir aliam ſibi copulauit. ¶Nos itaque attendentes tutius eſſe, vt præfata mulier poſt fidem, & votum ſimpliciter oblatum, matrimonium contrahat, quàm fornicationis [b] reatum incurrat: Mandamus, quatenus ſi plus non proceſſit, ſibi de fide mentita, & voto violato [c] congruã ſatisfactionem indicas, & ei, cui vult, nubendi in Domino licentiam tribuere non poſtponas. [d]

¶ Celeſtinus tertius.

¶*Votum ſimplex impedit ſponſalia de futuro, non autem dirimit matrimonium ſequens: ſecus in voto ſolemni.*

CAP. VI.

RVrſus† quidã votum caſtitatis [e] emittens, iurauit ſe quandam ducturum poſteà in vxorem: Vnde à fraternitate tua requiſiti arbitramur, quòd cum ſimplex votũ apud Deum [f] non minus obliget, quàm ſolemne: pro eo quod iurauit temerè, pęnitentiam agat: & votũ, quod Deo fecit, ſtudeat obſeruare [g]. Quòd ſi poſtquam huiuſmodi præſtitit iuramentum, ad nuptias motu proprio conuolaſſet: cum votum ſimplex matrimonium impediat contrahendum, non tamen dirimat iam contractum, nihil ambiguitatis quæſtio tua continere videtur. [h]

¶Innocentius tertius Vliſbon. † & Colimbrieñ. Epiſcopis.

¶*Votum ſolemne impedit, & dirimit matrimonium poſt contractum.*

CAP. VII.

INſinuante † I. nobili muliere, noſtro eſt Apoſtolatui

†Vuiliſbõ. & Columbrinen.

†Vlbon. & Colubriẽ. ſed ex vetuſtis libris reſtitutum eſt vt eſt impreſſũ. Sũt epatus in Portugalia. vide Vaſæũ in analibus Hiſpaniæ ca. 20. ſed pro Vliſbon. legendũ Oliſipon.

†Ca. vnico eo. tit. in 3. cõpil. Vide Sotum lib. 4. ſent. diſt. 38. q. 2. art. 2. & citatos in pcędentib. capitulis.

R *Vrſus.*] Votum ſolemne dirimit matrimonium contractum, ſ. ſequens, ſimplex verò impedit, ſed non dirimit. Primò ponitur quæſtio. Secundò diſtinguens ſolutio: ibi. *Vnde.* & ſecundum membrum: ibi, *Quòd ſi.* Abb.

3 Vide beatum Thomam citatum in ca. rurſus.

CASVS. Quidam emiſit votum caſtitatis, & poſtea iurauit ſe ducturum quandam in vxorem: Quæſitum fuit, quod iſtorum potius ſeruari debeat, votum, vel iuramentum? Reſpondet Papa, ꝙ ſimplex votum apud Deum non minus obligat, quàm ſolemne: Vnde pro eo ꝙ iurauit, agat pœnitentiam, & votum ſuum ſtudeat obſeruare: Si verò poſtquam iurauit cõtraxit, matrimonium tenet & valet: quia votum ſimplex matrimonium contrahendum impedit, ſed non dirimit iam cõtractum. No. ꝙ votum ſimplex, & ſolẽne quo ad Deũ æqualiter obligant. Item votum ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam contractum.

4 Et hoc tenet Goffr. qa mulier iuuenis erat & ſuſpecta. & idem Ioã. 17. q. 1. in fi. Io. And.

e ¶*Caſtitatis.*] ſimpliciter. s̃. eo. c. proxi.

¶*Glo. ſeq. recitetur per obiectio. & ſol. Secundò quærit dicens, quod ſit votum ſimplex, & quod ſolemne. ſubdit opiniones diuerſorum.*]

5 Vide Magiſtrum. & Docto. lib. 4. ſent. diſtin. 32.

f ¶*Apud Deum.*] Ergo videtur æqualiter obſeruandum vt ſolemne, quod falſum eſt: quia ſolemne ſeruatur poſt contractum matrimonium. j̃. c. proxi. iſtud verò non. 27. diſtin. ſi vir. & hic dicas, ꝙ ab initio ſunt æqualiter 6 obſeruanda, & vtrumque intantum obligat, ꝙ qui contrauenit, peccat mortaliter. Et dico, non minus, i. nõ minori tempore: quia vtrũque in perpetuum obligat, & vtriuſque fractio eſt mortale peccatum, licet vnus minus peccet alio: quod patet ex minori pœnitentia. 27. diſt. ſi vir. & 27. q. 1. virginibus. & c. deuotã. Vel hoc contingit ꝑꝑ adiunctum. ſ. ꝑꝑ bonum matrimonij. arg. 27. q. 1. nuptarum. & eſt ſimile quod dicitur: inter ſimplicem loquelam, & iuramentum non facit Deus differentiam. 22. q. 5. iuramenti. & collige ex hoc quod hic dicitur, votum ex ſui natura non dirimere matrimonium, ſed conſtitutio facta ſuper voto. Quia fit hic mentio de voto ſimplici & ſolemni: vide quid ſit vtrumque. Votum ſolemne 7 eſt quod fit interueniente aliqua iſtarum ſolemnitatum, videlicet per ſuſceptionem ſacri ordinis. 28. diſ. diaconi. & 84. diſtin. cum in præterito. Item per ſuſceptionem ſacræ veſtis, quæ tantum profitentibus dari debet. s̃. de reg. ſtatuimus. & maxime ſi cum alijs incipiat cantare, & oblationem facere in eccleſia. 27. q. 1. vidua. & s̃. de reg. vidua. & 27. diſt. quod interrogaſti. Tertio modo cum per profeſſionem deuouet ſe alicui religioni, in manu abbatis, vel abbatiſſæ, vel etiam in manu monachi. s̃. de reg. ſtatuimus. & s̃. eo. conſuluit. & j̃. eo. c. proxi. præſentibus teſtibus, ꝑ quos poſſit probari ꝓfeſſio, ſi ille negaret, & ne hoc negari poſſit, fiat inde publica ſcriptura. 27. q. 1. omnes fęminæ. in qua ſcriptura profiteatur ſe velle religiosè viuere. 30. q. 1. vidua. & tale votum impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit iam contractum. 27. q. 1. per totum. vſque ad c. nuptiarum. Aliàs autem votum continentiæ factum, quãuis coram multis, dicitur ſimplex, quaſi non veſtitum, ſiue inſtitutum aliqua ſolemnitate: & tale votum impedit matrimoniũ contrahendum, ſed non dirimit iam contractum. quaſi dicat non debet contrahere poſt tale votum. tñ ſi contrahat, tenet. s̃. eo. conſuluit. & c. veniens. & 27. q. 1. nuptiarum. cum ſeq. c. & poſt hoc votum continentiæ, cum quis dicit: voueo continentiam, dat eccleſia licentiam contrahendi. s̃. eo. cap. proxi. Hæc opinio hodie quaſi 8 cõis eſt, & in hac opinione fuit Gratianus 27. diſt. §. vlt. & c. vlt. Hug. verò dixit, ꝙ votũ continentiæ perpetuæ inter omnia vota impedit & dirimit matrimonium iam contractum, & in nullo caſu eſt matrimoniũ poſt votum perpetuæ continentiæ, quo ad Deum: & ſi poſtea contrahat, de ſolo facto cõtrahit, & mortaliter peccat: & hoc dicit eſſe verum ſi votum continentię proprie teneatur. Propriè dicitur votum continentię cum dico: voueo perpetuam continentiam. Impropriè cum dicitur: voueo ſiue promitto, ꝙ poſt annum ſiue poſt mortem vxoris meæ, vouebo perpetuam continentiam: quod eſt dicere, votum de pñti & de futuro. Et dicit Hug. ꝙ ſolemnitates ꝑmiſſæ, non ſunt de ſubſtantia voti, ſed ſigna & probationes voti, ſi votum reuocẽt in dubium. Ioannes dixit, ꝙ ſi aliquis coram tota eccleſia dicat: voueo perpetuam continentiam: nõ ſolemnizatur votũ, niſi aliquid de præmiſſis interueniat: vnde ſi poſtea contrahat, tenet matrimonium. Hug. vero contra, vt patet. Sed certe quod dicit Hug. magis videtur tutum. licet enim aliquis non efficiatur monachus, bene poteſt ſe obligare ad continẽtiam perpetuam per votum, ſicut poteſt ſe obligare ad alia vota: quia votum continentiæ excedit omnia alia vota, vnde non poſſet commutari in maius bonum. arg. 32. q. 1. nuptiæ. vnde & ſi coniugati continentiam promittant, eam ſeruare tenentur. 33. q. 5. quod Deo pari. Hugo contradicit Alexandro s̃. c. proxi. cui potius ſtandum 9 eſt.

6 Eodẽ modo explicat B. Thomas initio decretalis citatus d. q. 53 art. 2. ad 1. argumentũ, vbi addit alia, quæ hũc locum illuſtrant.

7 Vide Magiſtrũ ſenten. & Docto. ſcholaſticos. lib. 4. diſ. 38. & omnino B. Thomã 2. 2. q. 88. art. 7. & ibi Caietanum. et de materia gloſſę adde hic pleniſſime per Præpoſitũ.

8 Hæc opinio cõis eſt & vera, q̃ ſequuntur tam theologi. lib. 4. ſen. diſ. 38. quã canoniſtæ tum hic, tum in ca. ſeq. nec tenẽda eſt opin. Hug. quam hic Bernardus dicit magis tutam, & vere & copioſe oſtendit prę alijs Syluester in ſumma verbo: matrimonium. 7. q. 5. & Sotus lib. 4. ſent. diſ. 38. q. 2. art. 1. adde cap. vni. de voto. lib. 6.

9 Et ita videtur velle Bernardus ꝙ votũ ſimplex nõ dirimat, idẽ ſenſit infra de eo qui cogn. cõ. vxor. c. 4.

ADDITIO. Vnde verſus:

Votum ſolemne demonſtrant quatuor iſta.
Ordo ſacer, ſcriptum, profeſſio præſtita ſponte.
Et profeſſorum veſtis, ſuſcepta ſcienter. Vel ſic.
Ordo ſacer, veſtis, profeſſio religionis:
Quæ ſit facta palam, faciunt ſolemnia vota.

g ¶*Obſeruare.*] Quòd ſi prius iuraſſet, & poſtea votum ſimplex emiſiſſet, tene quod dicitur s̃. de ſpon. commiſſum.

h ¶*Videtur.*] quia remanebit cum illa s̃. eo. conſuluit.

I *Nſinuante.*] Primò ponit factum. Secundò diffiniendum committit: ibi, *Nos igitur.* Abb.

CASVS.

reſeruatum, quòd à quibuſdam curialibus fuit regi Legionen̄. pro ipſius copula ſupplicatum [a]: quòd cum ad conſanguineorum eius notitiam perueniſſet, vt maritum acciperet, ei ſub obteſtatione regia ſuggeſſerunt: ipſa verò quòd tunc nollet nubere proteſtans, conſilium accepit ab eis, quòd votum emitteret caſtitatis: quod in manibus [b] cuiuſdam de fratribus ſancti Auguſtini fecit†, eo adiecto tenore, vt in domo [c] propria, cum omni ſubſtantia ſua remaneret. Sanè in eiuſdem ordinis habitu, biennio poſt permanſit, licet id ſe inuitam feciſſe aſſerat & coactam, non tam metu regio [d], quàm parentum: & infrà. ¶ Tandem attendens, quòd inuita votum emiſerit, eo dimiſſo de parentum conſilio, P. Michaeli† publicè fuit matrimonialiter copulata: de quo† quatuor ſuſtulit filios tempore procedente: & infrà. ¶ Nos igitur attendentes, quòd in emiſſione voti, quod præceſſit, nulla, vel modica [e] coactio affuiſſet, quā patientia [f], & perſeuerantia ſequentis temporis penitus profugauit, & quòd ſequens coniunctio potius iniqua fuit, & violenter extorta: Mandamus, quatenus ſi præmiſſis veritas ſuffragatur, prȩfatam mulierem ad malè dimiſſum religionis habitum reſumendum, & ſeruandum quod vouit, monere & inducere procuretis, & (ſi opus fuerit) per cenſuram eccleſiaſticam coercere.

† Aliàs ita: eo fecit adiecto tenore, aliàs ita, fecit, adiecto tenore, &c. vſque voce eo.

† Aliàs, Michaelis, id eſt, P. filio Michaelis.

† In antiqua compilatione ita de qua, &c.

Casvs. Quidam curiales regis Legionen̄. ſupplicauerunt ipſi regi, vt I. nobilem mulierem faceret copulari in matrimonium cuidam viro: Cum iſtud perueniret, ad notitiam conſanguineorum, ipſi eidem mulieri conſuluerunt, vt virum acciperet: & ipſa reſpondit, quòd nubere nolebat, cōſilium recipiens ab eiſdem, quòd votum emitteret caſtitatis: quod fecit in manibus cuiuſdam de fratribus ſancti Auguſtini, hoc adiecto tenore, quòd in domo ſua cum omni ſubſtantia remaneret, & ſic in habitu eiuſdem ordinis poſtea per biennium permanſit, coactam & inuitam metu regio id aſſerens ſe feciſſe: Tandem conſiderans, quòd inuita votum emiſerat, eo dimiſſo matrimonium publice contraxit de parentum conſilio: mulier deſiderans animæ ſuæ ſaluationē, domino Papȩ fecit ſcribere prædicta: Vnde Papa ſcribit duobus modis, conſiderans ꝙ in emiſſione voti quod præceſſit, nulla vel modica coactio interuenit, quam etiam patientia temporis ſequētis profugauit, & coniunctio iniqua fuit: mandat, quatenus ſi prædicta vera ſunt, prædictam mulierem moneant, vt habitum male dimiſſum reaſſumat, & ſeruet quod vouit, & ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticā compellant eandem. Nota, quòd quis poteſt profiteri in manu monachi. Item votum contractum per metum, per patientiam ſequentis temporis fit validum, & poſtea violenta profugatur. Item qui habitum regularem dimittit, debet compelli ad reaſumendum.

a ¶ *Supplicatum.*] contra illa iura: nam à principe non eſt petenda vxor. 36. quæſtione 2. nullus. & pœnam deportationis meretur. C. ſi nu. ex reſcript. petant. l. 1. & quia debent eſſe libera 1 matrimonia. ſupra, de ſponſalibus. Gemma.

1 Vide conciliū Trid. ſeſſio. 24. de refor. matri. c. 1. & 9.

b ¶ *Quòd in manibus.*] Et ita ſolemnizauit votum continentiæ tradendo ſe ordini Sancti Auguſtini in manibus illius monachi: vt infrà patet, & habitum profeſſorum ſuſcipiendo.

¶ *Glo. ſeq. obijcit probans per quatuor iura, pro textu inducit duo, ſed concludit pro obiectione, ponit opinionem & remittit, & ad hanc literam reſpon.*

c ¶ *Vt in domo propria.*] Ergo non erat monacha, ex quo poteſt proprium retinere. argum. ſupra de ſtatu monach. cum ad monaſterium. in fi. cum talis conditio ſit contra ſubſtantiam monachatus. ſupra de conditio. appo. capit. fina. & 32. quæſtio. 2. ſolet. & argumen. ff. de actio. & oblig. non ſolum. Argum. 10. quæſtio. 1. ſic quidem. & ſupra de conditio. appo. capitu. 1. talis enim conditio eſt contra ſubſtantiam monachatus, vnde ea retenta impedit monachatum. Quidam tamen dicunt, quòd ea adiecta tenet monachatus, & pro non adiecta haberi debet. argum. huius literæ. De hoc dixi. ſuprà de conditio. apposi. cap. vltimo. verba iſta in domo propria, cum omni ſua ſubſtātia, ſic expone, id eſt, cum vſufructu ſuȩ ſubſtantiæ olim ante monachatum: vt de vſufructu illarum rerum victum & veſtitū haberet in vita ſua: quicquid enim ſupereſt, debet eſſe & eſt monaſterij: & ſi quid deeſt ei, ſuppletur à monaſterio: ſimilis enim expoſitio habetur: 27. quæſtio. 1. ſi quis rapuerit. & ſic iſta erit monacha, & poteſt remanere in domo quondam ſua, cum vſu rerum, quas contulit monaſterio. ſic 27. q. 1. de viduis.

¶ *Gloſſa ſequens arguit, ſignat contrarium, & arguendo dat ſimile.*

d ¶ *Metu regio.*] Argumen. quòd imperium regium non ſufficit ad iuſtum metum. argum. C. quòd met. cauſa ad inuidiam. argum. contra. C. eod. l. vltima, & 23. quæſtio. 8. conuenior. ſimiliter imperium parentum non ſufficit. ff. de ritu nuptia. ſi patre. 32. quæſtio. 7. omnes cauſationes.

e ¶ *Vel modica.*] Nota quòd leuis metus non excuſat in voto: vt hic, & ſuprà quòd met. cau. cum dilecti. ſed in electione leuis metus ſufficit. 1. queſtio. 1. ſi quis autem. ſimiliter in matrimonio, vt videtur: quia plena debet ſecuritate gaudere: vt ſupra de ſponſa. cum locum. ff. de ritu nuptia. ſi patre, tamen talis debet eſſe, qui poſſit cadere in conſtantem virum. ſuprà de ſpon. veniens 2. & cap. conſultationi.

¶ *Glo. ſeq. no. quòd ex tempore, &c. allegat ſex iura.*

f ¶ *Patientia.*] Nota, quòd ratione temporis euaneſcit exceptio: qa præſumitur conſentire. 1. quæſtio. 1. conſtat ſuprà de ſponſa. ad id quod. j̈. de frig. c. 1. C. quòd met. cau. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. ſi ob turpem. ff. de ritu nup. ſi pater. B.

TITVLVS VII.

De eo † qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

†De materia huius tituli vide Magiſtrum ſentent. & ibidē Theologos ſcholaſticos li. 4. diſt. 37.

¶ Alexander iij. Abbati Sancti Albani.

¶ *Si quis viuente vxore contrahit cum ſecunda hoc ignorante, prima mortua, ad ſui petitionem non ſeparabitur à ſecunda.*

CAP. I.

PRopoſitum † eſt nobis, ꝙ vir quidam vxorem habens, ſibi aliam huiuſmodi rei inſciam [g] copulauit: ſed prima mortua, nititur diſcedere

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 6. c. 1. Vide Magiſtrum lib. 4. ſent. diſt. 35. §. ſolet etiā quæri.

DE EO QVI DVXIT IN MATRIMONIUM, quam polluit per adulterium.

¶ *Supra viſum eſt de quibuſdam impedimentis matrimonij, ſ. ordinis. & voti: nunc ſubijcit de alio impedimento, quod ſcilicet cauſatur ex adulterio, vel machinatione in mortem coniugis. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 31. q. 1. & 32. q. 4. per totum. & q. 7. in multis capitulis.

PRopoſitum.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Licet autem.* Abb. Sicu.

Casvs. Quidam habens vxorem, ea ignorante contraxit cum alia: Tandem prima mortua vult recedere à ſecunda: quæritur quid iuris? Reſpondet Papa, ꝙ licet in canonibus habeatur, vt nullus ducat in matrimoniū, quam polluerat prius per adulterium, & præcipue illam cui fidem dedit de ea ducenda viuente vxore, vel quæ machinata eſt in mortem vxoris: tamē quia mulier fuit neſcia, ꝙ ille haberet aliam vxorem viuentem, ille vir de dolo ſuo commodum ne ſentiat, dicit Papa, ꝙ niſi mulier illa diuortiū petat, ad petitionem viri non ſunt aliquatenus ſeparandi. Not. hic duos caſus, in quibus non poteſt quis contrahere cum ea, cū qua adulteratus eſt. Item de dolo ſuo non debet quis commodum habere. Item argumentum, quod contractus pro parte tenet, & pro parte non tenet.

¶ *Glo. ſeq. tractat quomodo ignorantia valet ad duo, reſiduum recitat per quæſtionem, an mortua prima incipiat eſſe matrimonium. ſoluit, & dat ſimile, allegat duo iura in contrarium.*

g ¶ *Inſciā.*] Hoc excuſauit mulierē ab adulterio, qa ignorans

à ſecunda: & infrà. ¶Licet autem in†canonibus [a] habeatur, vt nullus copulet matrimonio, quàm prius polluerat adulterio, & illam maximè, cui fidem dederat [b] vxore ſua viuente, vel quæ machinata [c] eſt in mortem vxoris: quia tamen præfata mulier erat inſcia, quòd ille aliam haberet vxorem viuentem: nec dignū eſt, vt prædictus vir, qui ſcienter contra canones venerat, lucrum de ſuo dolo [d] reportet†: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd niſi mulier [e] diuortium petat, ad petitionem viri non ſunt aliquatenus ſeparandi.

†Aliàs ita, in canonibus habeatur expreſſum. aliàs, in canonib. cautū habeaī.

¶Idem Abbati de Fontibus.

¶Si viuente prima vxore, & non cognita, quis contraxit cum ſecunda ſcienter, & eam cognouit: etiam mortua prima, ſecundam habere nō poteſt: & ſecus ſi prima erat non legitima vxor.

CAP. II.

SIgnificauit [f] †nobis O. Andegauenſis: & infrà. ¶Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quòd eidem O. tanta vis [g] illata fuerit, quòd non ſponte in primam conſenſerit, nec poſt præſtitum iuramentum ipſam carnaliter cognouerit [h], propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam poſteà in vxorem accepit, reuertendi liberam tribuas facultatem†. Alioquin ſibi, ne ad ſecundā [i] reuertatur [k], ſub interminatione anathematis inhibens, des ei licentiam ducendi aliam in vxorem.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt concil. Lateran. par. 6. c. 13.

†Vide l. nec filium. C. de ritu nup. & l. ſi patre cogente. cum glo. in ver. inuitos. ff. eod.

¶Idem Baraneñ. †Epiſcopo.

†Bauaren. †Banaten. †Reueren. ſed Beluaceñ. Baioneñ. & Bareñ. agnoſcenda, cętera reijciēda ſunt.

¶Non poteſt quis cum illa contrahere, quam vxore viuente cognouit, ſi machinata fuit in mortem uxoris.

CAP. III.

SVper†hoc verò, quod quæſiuiſti, an liceat alicui cum ea contrahere matrimonium, quam vxore ſua viuente, ſibi de facto matrimonio copulauit [l]: Taliter reſpondemus, quòd ſi adultera eſt in mortem vxoris aliquid ma-

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt concil. Lateran. par. 6. c. 6. Vide beatum Thomam lib. 4. ſen. diſ. 37. q. 2. ar. 2.

non committit adulterium. 34. q. 2. in lectum. & ff. de adulte. l. vlt. alioquin ſi fuiſſet conſcia, non poſſet poſtea cum eo remanere. ĵ. eo. cum haberet. imo plus prodeſt, quia filij de tali matrimonio legitimi ſunt cenſendi, pp bonam fidē vxoris. ĵ. qui fi. ſint legi. ex tenore. & c. cum inter. & tñ non fuit matrimonium inter eos, ēt poſt mortem primæ vxoris: licet. n. iſta crederet eum liberum, ligatus tamen erat: & in primo conſenſu, qui nullus fuit, intelligitur perdurare: ſicut nec matrimonium contrahitur cum ſeruo, licet credatur liber, aliàs non contractura, ēt ſi poſtea manumitteret eo ignorante, quia poſt manumiſſionem factā manendo cum eo, approbare ſemper intelligit primum cōſenſum, qui erroneus fuit, & nō alium: vnde matrimonium nō procedit. Ar. contra. ff. de offic. procon. obſeruare. §. vlti. imo videt expreſſum. ff. de iure do. Proculus. prius dictum verū eſt, tñ ſi mulier vult, compellitur ipſam ducere pp dolum, & fraudem illius: vt in fine dicit.

†Vide l. iure gentiū. & ibi gl. ff. de ri. nupt.

a ¶*In canonibus.*] 31. q. 1. c. 1. & ĵ. eo. ex tuarum. cum haberet. & c. vlt. in fi.

b ¶*Fidem dederat.*] vel ſi de facto eam duxit. ĵ. eod. cum haberet. & ſupple, eam cognouit viuente ſua vxore: aliàs non impediretur cōtrahere cum ea. ĵ. eod. c. vlti.

c ¶*Machinata.*] 31. q. 1. ſi quis viuente. & ĵ. eo. ſuper hoc.

d ¶*De ſuo dolo.*] ſ̃. de reſcri. ſedes Apoſtolica. & 30. quæſtio. 1. dictum.

¶*Glo. ſeq. arg. quòd contractus claudicat. allegat 12. iura.*

e ¶*Niſi mulier.*] Et ita compellitur vir remanere cum ea, ſi voluerit, pp culpam & dolum ipſius viri, ſed non econuerſo. ſim. ĵ. de adul. c. 2. & ita eſt hic arg. ꝙ contractus pro parte tenet, & pro parte non. ſ̃. de deſpon. imp. de illis. ff. man. pōt. C. de reſc. ven. l. 2. & Inſti. de aucto. tu. circa princ. ff. locati. ſicut emptio. §. interdum. & ff. de act. emp. & ven. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. 29. q. 2. ſi quis ingenuus. 32. q. 5. propoſito. & 32. q. 2. aliquando. & 37. q. 2. §. 1. & 31. q. 2. c. 1. & 2. ſi tamē contraheret cum alia, teneret matrimonium. ĵ. eo. veniens.

ADDITIO. Et hoc eſt verum, ante primum, vel nouum conſenſum.

S*Ignificauit.*] In prima parte deciſa conſultatio. In ſecunda: ibi, *Mandamus.* diſtinguens commiſſio. & ſecundum membrum: ibi, *Alioquin.* Abb.

CASVS. Quidam O. nomine, Andegauenſis coactus fuit iuramento interpoſito A. mulierem recipere in vxorē: Poſtmodum aliam in vxorem accepit, pp quam dicta A. eum traxit in cauſam coram Eboraceñ. archiepō, qui compulit ipſum O. iurare, ꝙ ad illam quam ſponte cepit in vxorem, non accederet, donec inter ipſum O. & dictam A. lis eſſet in eccleſiaſtico iudicio terminata: Sed antequam de cā cognoſceretur, prædicta A. diem clauſit extremum, tñ idem O. non audebat redire ad illam quam ſponte acceperat, pp iuramentum: Vnde hoc ſignificauit dño Papę: vnde mandat Papa cuidam Abbati, quatenus ſi conſtiterit, ꝙ illi O. tanta vis fuerat illata, ꝙ coactus & non ſponte in illam A. conſenſerit, nec poſt iuramentum præſtitum eam cognouit: ad illam quam poſtea ſponte accepit, libere reuertatur: alioquin eidē pręcipiat ſub interminatione anathematis, ne ad ſecundam reuertaī: aliā tamen accipiat, ſi voluerit, in vxorem. Nota quòd matrimonium per vim contractum non valet: quia libera debent eſſe matrimonia. Item licet vis præceſſerit, verumtamen per ſequentem carnalem copulam conſumatur matrimonium. Item quod ab initio non valuit, tractu temporis non conualeſcit.

f ¶*Significauit.*] Iſte O. coactus fuit quandam deſponſare in vxorem præſtito iuramento: poſtea vero contraxit cū alia ſpōtanea voluntate cōſcia huius facti: prima petit illum in virū coram Eboraceñ. Archiepō, qui eum compulit recedere à ſecunda præſtito iuramento, donec lis eſſet iudicio eccleſię terminata inter ipſum & primam: lite pendente mortua eſt prima: dubitabat iſte O. an deberet redire ad ſecundam, quam ſponte duxerat in vxorem: Reſpondet Papa, prout ſequitur.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

g ¶*Tanta vis.*] q̄ poſſet [1] cadere in conſtātem virum. ſ̃. de ſpon. veniens 2. & c. conſultationi. ſim. ſ̃. quod me. cau. perlatum. & c. cum dilecti. Arg. contra. 15. q. 1. merito q̄ritur. & ſ̃. de iureiur. ſi vero. Iuramentum iſtud poterat ſeruari ſine interitu animæ, ergo debuit ſeruari, vt ibi dicitur: & hæc non habent hic locū: qa matrimonia libera debent eſſe & non coacta. ſ̃. de ſpon. cū locū. & c. ꝑterea. & c. requiſiuit. & c. Gemma.

¶*Glo. ſeq. argumentatur, allegat 5. iura.*

h ¶*Cognouerit.*] Quod ſi fecit antequam contraheret cum ſecunda, conſenſiſſe videtur, vnde amplius ſecundam habere non poſſet. ſ̃. de ſpon. ad id quod. ſ̃. de deſpon. impube. de illis. & ĵ. de his qui ma. accuſa poſſunt. inſuper. & eſt arg. ꝙ ratihabitio retrotrahitur. ſic. ſup. de regu. ſignificatum, ad finem. 1. q. 1. conſtat 63. diſt. Salonitanæ. de coniug. ſeruo. propoſuit. & ſ̃. quod metus cauſa. perlatum.

1 Pręter Panormitanū & alios hic vide Iaſonem in l. Titia. ff. de ver. ob. verſic. quinto amplia.

i ¶*Ne ad ſecundam.*] conſciam huius facti: aliàs enim bene poſſet eam habere. ſ̃. cap. proxi.

¶*Gl. ſeq. ponit Brocar. ad nega. alle. quatuor iura. ad affir. tria: & ſoluit.*

k ¶*Reuertatur.*] Arg. eſt hic quod ab initio nō valet, tractu tēporis non conualeſcit, licet perueniat ad eum caſum, à quo potuit habere initium. Inſtitu. de leg. §. an ſeruo. 2. q. 1. in primis. circa prin. inſti. qui teſt. fa. poſ. §. vlt. 36. q. 2. c. vlt. arg. contra. 2. 30. q. 1. ad limina. ff. de ſer. vt pomum. 34. q. 2. in lectū. Prima rubrica locum habet quando perpetuum ſubeſt impedimentum: contraria adaptantur ad hanc regulam: Multa impediunt faciendum quæ iam factum non dirimunt: quia qđ ab initio legitime factum eſt ex ſuperuenienti delicto nō mutatur. ff. de iti. actuque, pri. nec enim. niſi lege, vel canone illud exprimatur, vt patet per contraria: quod perpetuo prohibetur fieri, quolibet caſu ſuperueniente, prohibitio durat: vt in primis concor. & ĵ. c. proxi.

2 Hæc non ſunt directe contraria, vt lati° hic oſtēdit Io. And. vide c. factū de reg. iur. lib. 6.

S*Vper hoc.*] Præmittit quæſtionem, cui reſpondet: ibi, *Taliter.* Abbas.

CASVS. Aliquis viuente vxore ſua de facto aliam ſibi matrimonio copulauit. Tandem vxor ſua mortua eſt: quæritur, an ipſe poſſit contrahere cum illa, quam ſibi matrimonio copulauit viuente ſua vxore? Reſpondet Papa, ꝙ ſi adultera in mortem vxoris aliquid machinata fuerit, ſiue fidem dederit, ꝙ eam duceret poſt mortem vxoris, illam habere non poteſt: & hæc prohibitio eſt perpetua. Nota ꝙ adulter cum adultera poteſt contrahere, niſi ei fidem dederit contrahendi, vel niſi fuerit machinata in mortem vxoris.

l ¶*De facto matrimonio copulauit.*] & eam viuente ſua vxore cognouit, aliàs non prohiberetur. ĵ. eo. c. vlti. & ea ſciente,

quòd

quòd haberet vxorem,ſecus ſi ignoraret.ſ.eo.c.1.& 2. & inf. eo.titu.ex tuarum.& c.cum haberet.

¶*Glo.ſeq.exponit,& ponit opi.quam reprobat. ſecundo quærit, & ſoluit.*

a ¶*Machinata.*]31.quæſtio.1.ſi quis viuente.& ſup. eodem, cap.1.& intellige cum effectu,vt dicit.capit. ſi quis viuente. quod dicit,machinata:quia verba cum effectu ſunt accipienda,ſup.de cleric. non reſid.relatum.& ſ. de ſpon.c.vlt.de pœni. diſtinc.1.§. hæc autem verba. & ff. quod quiſque iur.l.1.§.hoc autē. & argum.inf. eod. cap. vlti. Quidam dicunt ꝙ ſufficit conatus ſine effectu: & ſufficit ꝙ ita ſcriptum eſt. 1 ff. qui & à quibus proſpexit. & 6.quæſt.3.ſcriptum. quod non eſt verum.j. eod.cap.vlti.Quid ſi aliquis interficit aliquem in bello, non eo propoſito quòd velit vxorem eius ſumere, nunquid poteſt illam ducere in vxorem? Dicas ꝙ ſic.ſ. de conuer.infidel. laudabilem.

b ¶*Fidem dederit.*]31. q.1.relatum.& inf.eod. ſignificaſti.Ber.

E*X literarum.*]Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Fraternitati*.Abb.

CASVS. Quidā auctoritate prælati ſui dimiſit vxorem ſuam in adulterio deprehēſam, quæ poſtmodū aſſumpſit habitum monachalem:ille maritus aliam ſuperduxit illa viuente: tādem prima deceſſit: quæritur, an ſimul debeant remanere? Reſpondet, quòd abinuicem ſunt ſeparandi,& ille vir pęnitētia ſibi iniuncta de adulterio,poterit aliam ducere in vxorem. Nota,quòd mulier in adulterio deprehenſa dimitti poteſt, ſcilicet quo ad torum. Item vir viuente vxore aliam habere non poteſt. Item nota mirabilem caſum,quòd viro non præiudicatur quo ad continentiam,ſi vxor non intret religionem: votum viri propter introitum vxoris ſolemnizatur.

c ¶*Deprehenſam.*]ideſt,conuictam, ſola enim deprehenſio non ſufficeret ad hoc vt ſepararetur.2.q.1.c.2.& 3. licet ſufficiat ad infamiam.ff.de ritu nup.palam.§.vlti.

¶*Glo.ſeq.recitetur per contrarium.*

d ¶*Aliam ſuperinduxit.*]in vxorem,quæ fuit conſcia,quòd aliam habebat vxorem,alias non noceret.ſ.eod.cap.1.& inf. eod.veniens.

e ¶*Separare.*]inf.eod.capitu.proxi.& capit. ſignificaſti. 31. q.1.relatum.

f ¶*Aliam ducere poterit.*]acta pœnitentia.arg. ſup.de ſpon. cum in Apoſtolica. vel etiam parte pœnitentiæ, ſi timetur de incontinentia.33.q.2.in adoleſcentia. Bernardus.

C*Vm haberet.*]Primò ponitur conſultatio.Secundò reſpōſio:ibi, *Tale*.Abbas.

CASVS. Quidam I. nomine,habens vxorem A. nomine, commiſit adulterium cum Matilda: & cum ſuper hoc vocatus fuiſſet in ius,illam adulteram abiurauit: Tandem iuramento contempto,viuente vxore ſua,matrimonium cum altera contraxit,diutius cohabitando eidem: de qua decem filios ſuſcepit:Quæſitum fuit à Papa, vtrum tale matrimoniū ſtare poſſit? Reſpondet Papa, quòd ſeparentur omnino, & impoſita eis pœnitentia, perpetua continentia indicatur, quia tanto tempore in adulterio & periurio ex certa ſcientia perdurarunt: Leo enim Papa ſtatuit, vt nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulteriū: ſed hic plus fuit proceſſum quam ſi fides tantum data eſſet adulteræ, vt mortua vxore eam duceret in vxorem: quia legitima vxore viuente, copulauit ſibi adulteram, & iuramentum violauit: Et ſi etiam iuramentum non interueniſſet, tam Gregorius, quam Triburien. ſynodus tale connubiū deteſtatur: & quòd tanto tempore permāſerūt inſimul, vt ſimul remaneant, non præſtat adminiculum, vel quòd decem filios ſuſceperunt: quia diuturnitas temporis non minuit peccatum,ſed augmentat: tamen ſolicitus ſit epiſcopus, vt vterque filijs ſuis ſecundum facultatem ſuā neceſſaria ſubminiſtret. Nota quòd nullus poteſt habere in matrimonium illam, cui fidem dedit de ea ducenda poſt mortem vxoris, ſi eam cognouit vxore viuente. Item plus eſt aliquam facto ducere quā fidem dare. Item hæc impedimēta impediūt & dirimunt matrimonium.Item in caſu iſto multiplicitas filiorum non inducit diſpenſationem. Item diuturnitas temporis non minuit peccatum,ſed augmentat. Item filij nati ex illegitimo matrimonio, vel coitu, alendi ſunt à parentibus, licet hoc ſit contra leges.

¶*Gl.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.*

g ¶*Perpetua continentia.*] Hoc fit propter cauſas,quæ hic ponuntur: & quia ambo proceſſerant in dies ſuos: tamen ſi timeretur de incontinentia ipſorum, puta ſi eſſent iuuenes,daretur eis licentia contrahendi. 33. quæſtio. 2.in adoleſcentia. & capitu. vltim. Sed contra videtur ſupra capitulo proximo, vbi datur licentia contrahendi in ſimili caſu; ſed ratio redditur in litera, quòd iſti plus peccauerunt quàm alij, vnde plus puniuntur: & quia ſenes videbantur.

h ¶*Leo Papa.*]31.q.1.c.1.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& dupliciter ſoluit.*

i ¶*Et quod hic plus.*] Sic j.eod. cap. vlti. Sed videtur quòd caſus iſte non ſit alius ab alijs duobus,de quibus habes ſuprà eod.ſuper hoc.quia ſi ducit illam, fidem dat illi: & ita idem eſt ducere ſic eam de facto, quod fidem dare. 2 Satis poteſt dici, quòd iſte caſus non eſt diuerſus ab illis, & hic non dicitur ꝙ ſit alius omnino, ſed quòd plus eſt hic, quàm ſi fides tantum detur:quia hic primo interuenit fides in deſponſatione tali de facto, & poſtea eam ducit. ſed verius eſt quòd eſt tertius,& bene differt ab alijs: quia hic eſt fides de præſenti,contrahendo cum ea quatenus poteſt: Sed in alio caſu eſt tantum fides de futuro:& eſt ſimilis differentia,ſicut inter ſpōſalia & matrimonium,arg.j.c.vlt.& plus eſt hoc quam fidem dare,vt hic dicitur,& plus peccat.

k ¶*Cum eadem.*]ſcilicet,vxore.B.

l ¶*Iuramenti.*] Iuramentum iſtud quod fecit iſte, vt ei vlterius non adhæreret, non ſufficit, 3 quòd eam habere non poſſit: quia idem eſſet ſi eam abiuraſſet: cum aliud ſubſit impedimentum, vt patet per hanc literam. vnde ſupple, maximè.

---

chinata[a], ſiue fidem[b] dederit,[ſiue†non] quòd ea defuncta hanc eſſet ducturus: ſecundum canones ab eius conſortio prohibetur:& hæc prohibitio perpetuò eſt ſeruāda.

¶Clemens tertius.

¶ *Qui viuente vxore etiam ab eo ſeparata quo ad torum, ſecundam conſciam ducit vxorem, prima mortua ſeparabitur à ſecunda, ſed cum alia contrahere poterit.*

CAP. IIII.

EX† literarum tuarum inſinuatione accepimus, quòd T. vxorem ſuam in adulterio deprehenſam[c], de tui anteceſſoris aſſenſu abiecit: quæ poſtmodum accepit† habitum monachalem: ſed dictus T. antequam illa decederet,aliam ſuperinduxit[d]†, & plures ſuſcepit filios ex eadem: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ igitur reſpondemus, quòd illos debes ab inuicem ſeparare[e]. Idem verò vir,indicta ei de adulterio pœnitentia, aliam[f] ducere poterit in vxorem.

¶Idem. †

¶ *Qui viuente vxore legitima cum ſecunda contrahit adultera, etiam prima mortua ſeparabitur à ſecunda,etiam ſi longo tempore ei cohabitauit,& filios ex ea ſuſcepit.*

CAP. V.

CVm†haberet vxorem legitimam A. nomine, I. lator præſentium, cum M. adulterium perpetrauit. Cumque ſuper hoc fuiſſet in ius vocatus,abiurauit adulteram,& poſtmodum iuramento contempto,viuēte legitima, cum ea matrimonium contrahere, & ipſi diu cohabitare præſumpſit: demum prædicta A. de præſenti ſubtracta, memoratus I.cum adultera per decennium eſt moratus: de qua decem filios procreauit. ¶ Tale ergo damus conſultationi tuę reſponſum:vt ſeparentur omninò†, & eis iniuncta pœnitentia, perpetua[g] continentia indicatur, præſertim cum in dies ſuos ambo proceſſerint,& tamdiu publicè in adulterio,& periurio ex certa ſciētia perdurantes, eccleſiam in graui ſcandalo perturbauerint. Noſti enim quòd Leo Papa[h] ſtatuit, vt nullus ducat in matrimonium, quam adulterio polluit,& quòd hic plus[i] proceſſum fuit, quam ſi fides pręſtita dumtaxat fuiſſet adulterę,vt defuncta legitima eam duceret in vxorem, cum eadem[k] etiam prima†viuente, quaſi matrimonialiter mœchæ mœchus adhærere præſumpſit, & ſacramētum ſuum temerè violare: quod vtique connubium (vbi etiam nulla interceſſit†religio iuramēti[l])

a ¶*Quam*

---

† Hæc duo verba: ſiue nō, deſunt in omnib. manuſcriptis.

1 Hic negatur ſcriptū eſſe,ꝙ ſola machinatio ſufficiat & c.ſi quis viuēte. expreſſe loquitur de occiſo: & hoc ꝑſupponit vxorem mortuam. Ioā. And.

†Ca. 1.eo. tit. in 2.cōpilat. Vide concil. Triden.ſeſſio. 24.titu. de ſacramēto matrimonij, ca no. 7.

† ſuſcepit

† ſuperduxit

† In veteri cōpilatio. hoc c. Celeſtino iij. præcedens vero Clementi iij. tribuitur.

†Ca. 2. eo. tit. in 1.cōpil. Et qui viuente legitima vxore, cum alia vel alijs contrahit: an ſit ſuſpectus de hæreſi, & à quo iudice & qualiter puniri debeat, vide Albertinū tracta. de agn. aſſert. q. 23.Simācā: & quos ipſe citat cath. inſti. titu.tit.40. de matrimonio.

†Vide Bar. in l. Claudius. ff. de his quibus vt indig.

† Vox, prima, deeſt in antiquis codicibus, nec debet eſſe,vt conſtat ex gloſſa verbo. eadem.

† interceſſiſſet.

2 Ad hoc ſup.de ſpō. duo.cap.1. Io.And.

3 Quare illud intelligitur de illicito coitu, & facit quod notatur 11.q.3. q.prędeceſſor.31. q.1. illud 35.q. 9 quod q̃s. Io.And.

a ¶*Quam Triburien.*]31.q.1.relatum.& c. ſequenti.
b ¶*Multiplicitas.*]quandoque tamen fauor filiorum diſpẽſationem inducit.35.q.8.de gradibus.& ff.de rit. nup. qui in prouincia.aliàs incipit,diuus.
c ¶*Non minuat.*]j.de ſimo.non ſatis.& c. ſeq. & ſ. de conſuetudine.cap.vlti.

tam Gregorius Papa†, quam Triburieñ.[a] ſynodus† deteſtatur, & vtrumque hoc modo coniunctum, præcipit publicæ† pœnitentiæ ſubijci, ac perpetuò ſine vlla ſpe coniugij permanere. Nec aliquod eiſdem I. & M. adminiculum afferũt, vt ſimul maneant, quòd decẽnio cohabitauerunt† adinuicem, ac decem filios ſuſceperunt†: cum multiplicitas[b] prolis ita ſuſceptæ, magis eorum crimen exageret, & diuturnitas temporis peccatum non minuat[c], ſed augmentet. Solicitudinis tamen tuæ intererit[d], vt vterque liberis ſuis†, ſecundum[e] quòd eis ſuppetunt facultates, neceſſaria ſubminiſtret.

¶Innocentius tertius Epiſcopo Spoletano.

¶ Si quis mortua vxore contrahit cum ea, quam viuente vxore ſine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus.

CAP. VI.

SIgnificaſti† nobis, quòd cũ P. ciuis Spoletanus, quandam mulierem duxiſſet legitimè in vxorem, ea relicta cuidam meretrici adhæſit[f]: & infrà. ¶ Verum cum vxor ipſius eſſet viam vniuerſę carnis ingreſſa, meretricem, cui adhęſerat, deſponſauit. ¶ Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd niſi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus[g]: vel ea viuente ſibi fidem dederit†[h] de matrimonio cõtrahẽdo, legitimum† iudices matrimonium ſupradictum: excommunicato munus abſolutionis (ſi petierit[i]) iuxtà formam eccleſiæ impenſurus.

¶Idem Meſſaneñ. capitulo.

¶ Si quis viuente prima, ſecundam huius rei inſciam duxerit vxorem: mortua prima, licite remanet cum ſecunda, nouo conſenſu interueniẽte.

CAP. VII.

VEniens† ad præſentiam, noſtram G. laicus humili inſinuatione monſtrauit, quòd cum in ciuitate Lemouiceñ. quandam ſibi matrimonialiter copulaſſet, ab ea recedens, Meſſanam aduenit, vbi M. mulierem inſciam[k] quòd aliam haberet vxorem ſibi ſolemniter copulauit; verum cum eidem pœnitentia fuiſſet iniuncta, vt ad legitimam rediret vxorem, & ipſe propter hoc in ſuam patriam redijſſet, vxorem ſuam inueniens carnis debita perſoluiſſe, ad Meſſanam redijt ciuitatem, & ſupradictæ M. tãquam legitimę cohabitauit vxori: & infrà. ¶ Licet autem viuente vxore legitima, prædictam M. ſibi copulare nequiuerit in vxorem†: quia tamẽ vxore defuncta, vt pote à lege ipſius

† Videto Hoſtiẽſem hic inducẽtem varias Gregorij auctoritates in hãc ſententiã.

† Ca.40. & cap.51.

† publicè

† cohabitauerint.

† ſuſceperint.

d ¶ *Intererit.*] Apud quẽ dẽant demorari filij facto diuortio, hẽs C.de diuor.facto.l. vnica. & apud talem commorari debent qui eorum vitæ, vel ſanguini non inſidietur. ſup. de conuer. infi. cap. vlti. vbi de hoc.

¶ *Glo. ſeq. ponit regulam quòd ſecundum facultates, &c. & dat ſimile. ſecundo not. de alimentis filiorum & parentum, ponens quatuor caſus, quibus pater non tenetur alere filium: vnde de vlti. ſign. contrarium ad tex. & ſoluit.*

e ¶ *Secundum quod eis.*] hoc eſt regulare, ꝙ ſecundum facultates alimẽta miniſtrentur. ff.de lib.agno. ſi quis à liberis.1.reſpon.& §. ſi qs ex his.& C. de alen. lib.ſi competenti. & l. vlt.ſic & ꝓcuratio exhiberi debet ſecundũ facultates eccleſiæ. ſuprà de cenſi.ſopitæ. & cap. cum nuper. Et nota ꝙ filius minor triennio, ali debet apud matrẽ, maior triennio apud patrem.C.de pat. pote. nec filium.& ſ.de conuer.infi.cap.vlt. & ar.ff. de lib. agno.ſi quis à liberis.§. non tantum. Illud ſcias ꝙ ſicut parentes alere debẽt filios. 1 1. diſt. ius naturale. ſic & filij parẽtes, ſi egeãt: vt in l.prædi. ſi quis à liberis.in prin. & §.ſi impubes.& C.de alen.lib. l.1.& 2.& 30. diſt. c.1. & 22.q.4.inter cætera. Tamen recuſare poteſt pater alere filium iuſta de cauſa, ſi forte eum accuſauit: vt l.prædicta.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex his.in fi.vbi autem pater & filius egent, mater compellit eos alere, vt ead.l.§.vtrum.& l.pen.& C.de alen.lib.Auth.quemadmodum.& in Authen.vt lic.mat.& auiæ.§.illud.colla. 8.Si aut mater alit filium, dum pater abundat, poteſt petere expenſas, ſi hoc fuerit proteſtata.ff.de nego.geſt. Neſennius. poſt triennium tamen.Sed hæc quæ dicta ſunt intelliguntur de legitimis: vnde ſignantur contraria.in Authen.quib.mod.natu. effi.legi.§.vlt.coll.6.& C.de incep.nup.Auth.ex complexu.& C.de natu.libe.Authen.licet patri.& j. qui fil.ſint legiti. per venerabilem. in fi. ſed illa contraria intelliguntur de rigore iuris ciuilis.Quod videtur inductum in deteſtationem criminis: hoc intelligitur de benignitate canonica, 2 quæ vigorem ſumit à iure naturali: nam educatio filiorum de iure naturali eſt.1.diſtinctio.ius naturale.& ex inſtinctu naturę procedit: vnde ius iſtud præfertur ciuili; tamen filij non ſuccedent in bonis patris, & illegitimi ſunt. 3 ſ. de clandeſt. deſponſatio.cum inhibitio.§.1.Ber.

† Vide Antonium Gabrieliũ lib. 6. commu. conclu.tit. de alimentis conclu. 1.

† Ca. 1.eo. tit.in 3.cõpilat.

1 Debita tamẽ eorum non teneẽ ſoluere, vt d.l. ſi quis. §.ſi vel parens. Ioan. And.

2 Vide Romanum cõſilio 13. & Baldũ Nouellũ trac. de dote par. 6. priuil.9.

3 Caſus, in quibus pater non tenẽt alere filios ponit Hoſt.ſupra de conuer. infid. c. 2. alios colligit ex hac gloſſa hic Io.And. & Panormitanus, quos videto.

S*Ignificaſti.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidã ciuis Spoletanus P. nomine, dimiſſa vxore legitima cuidam meretrici adhæſit: & quia monitus non dimittebat eandem, fuit excommunicatus: tandem vxor ſua mortua eſt: ipſe vero cum ea matrimonium contraxit: Quæritur, an tale matrimonium teneat? Reſpondet Papa, ꝙ niſi alter eorum in mortẽ defunctæ vxoris ſuæ fuerit machinatus: vel ea viuente ſibi adinuicem fidem dederunt de matrimonio contrahendo: matrimonium legitimum cenſendum eſt: & ſi ille abſolutionem petierit, abſoluatur. Nota ꝙ licet quis adulteretur cũ aliqua viuente vxore ſua, poteſt illam habere in vxorem poſt mortem vxoris, niſi viuente vxore fidem ei dederit de contrahendo, vel alteruter in mortem mulieris machinatus fuerit. Item excõmunicatus contrahere põt matrimonium, licet alia ſacramenta denegentur eidem.

f ¶*Adhæſit.*] & quia eam non dimittebat, fuit excõmunicatus: 4 & ideo dicit in fine, ſi petierit abſolutionem, ipſum abſoluas.

g ¶*Machinatus.*]31. q. 1. ſi quis viuente. & ſ. eo. ſuper hoc.

h ¶*Fidem dederit.*]31. q.1.relatum.& j.eod.c. vlti. Idem eſt ſi de facto eam in vxorem ducat.ſ.c.proxi.& hoc verum eſt cũ mulier iſta ſcit illum aliam habere: aliàs non noceret, quo minus poſt mortẽ vxoris poſſet ſecum remanere.ſ.eo.c.1.& inf. c.proxi.

¶ *Glo. ſeq. obijcit contra obiect. opponit, & ſol. ponit opinio. quam obiectioni concordat.*

i ¶*Si petierit.*] imo videtur ꝙ compelli debet.arg.22.q.1. prædicandum.& 63.diſt.diaconi. Sed qualiter poteſt compelli, cum iam ſit excõicatus? Hoc modo, vt alij compellãtur ne ei cõicent.j.de vſur. poſt miſerabilem. Alij dicunt, ꝙ non eſt abſoluẽdus niſi petat, vt iſta litera ſatis innuit: 5 quia impœnitenti non datur remiſſio. 24.q.2.legatur. & 23. q. 7.quemadmodum. ſed hæc non eſt contrarietas: quia vtrumque fieri poteſt, vt ille indirectè cõpellatur, & ſic petet abſolui, & ſatisfaciet.

† dederint.

† Hinc patet excõicatũ poſſe cõtrahere matrimonium. vide Feli.in c.1. ſup. vt lit. non cõteſ.

4 Vide concilium Tridentini. ſeſſione 24. de refor. matri.c.8.

† Ca.1.eo. tit.in 3. cõpilat. Iam diligenter cauendum eſt, ne aduenis & vagantib.cõtrahendi matrimonium leuiter facultas concedatur.conciliũ Trid. ſeſſio. 24. de reform. matri. c.7. qđ omnino videas.

† Vide l.cũ qui. cũ gl. & concor. ff.ad l. Iul. de adult.

5 Facit. 11. q.3.plerunque. & ca. cũ aliquis. vide quod ſcripſi de ſent. excõ. c. 1. lib. 6. Io.And.

V*Eniens.*] ponit caſum, quem decidendum committit: ibi, *Licet autem.* Abb. Sicu.

CASVS. Quidam S.noĩe, contraxit matrimonium cũ quadam de ciuitate Lemouiceñ. tandẽ ab ea receſſit, & iuit Meſſanam, vbi cum M.muliere matrimonium contraxit, ignorãte ꝙ ipſe haberet aliam vxorem: poſtmodum pęnitentia fuit ſibi iniuncta, vt ad legitimã rediret vxorem, ipſe redijt ad patriam ſuam, inuenit eã defunctam, & ſic reuerſus eſt ad Meſſanam ciuitatem, & ſupradictæ M. cohabitauit tamquam vxori: Dubitatum fuit, vtrum deberet manere cum illa: Rñdet Papa, ꝙ licet vxore ſua viuente dictam M.in vxorem ſibi nequiuerit copulare, vxore tñ defuncta ſolutus fuit à lege ipſius, & de nouo potuit in dictam M.matrimonialiter conſentire, dummodo non præſtiterit fidem adulteræ, vel machinatus fuerit in mortem vxoris: Vnde mandat capitulo Meſſano, quatenus, ſi eſt ita, concedat ei licentiam, vt eidem M. affectu adhæreat coniugali. Nota, ꝙ ignorantia iſtam excuſat, vt cum iſto remaneat. Item conſenſus primus iſtius nullus fuit, & ideo de nouo debet conſentire in illam.

k ¶*Inſciam.*] ſi hoc fuit verum, legitimè poterit remanere cum illo.ſim.ſ.eo.c.1.

a ¶De

a ¶ *De nouo.*] vt ſic teneat matrimonium vt exnunc, ſi illa voluerit in eum conſentire, aliàs non compelleretur, ſed vir. ſup. eodem capitu. 1. ſic & tranſactio dolo alterius tantum inita, ab eo reuocari non poteſt. C. de tranſactioni. tranſactione. ſim. ff. de offic. procon. obſeruare. §. vlt. ſim. de leg. 3. l. 1. §. 1.

ſolutus in eandã M. de nouo [a] potuit matrimonialiter cõſentire: dũmodo nõ præſtiterit fidẽ adulterę, [b] vel machinatus fuerit in mortẽ vxoris: Mãdamus, quatenus ſi eſt ita, eidẽ G. vt ſupradictæ M. affectu adhæreat coniugali licentiam concedatis.

¶ Gregorius nonus fratri R.

¶ *Contrahens cum ſecunda viuente prima, quam tamen non cognouit, nec ante contractum, nec poſt, mortua prima poteſt contrahere cum ſecunda.*

CAP. VIII.

SI quis vxore viuente, fide data promiſit aliam ſe ducturum: vel cum ipſa de facto contraxit †, ſi nec ante, nec poſt (legitima eius ſuperſtite) cognouit [c] eandem: quamuis vtrique ipſorum, pro eo quòd in hoc grauiter deliquerint, ſit pęnitentia iniungenda: nõ eſt tamẽ matrimonium, quòd cum ea contraxit, poſt vxoris obitum dirimendum. Cæterum tolerari non debet, ſi prius, vel poſteà dum vixerit † vxor ipſius, illam adulterio polluiſſet.

TITVLVS VIII.

De coniugio leproſorum. †

¶ Alexander tertius Cantuarien. Archiepiſcopo.

¶ *Lepra ſuperueniens non diſſoluit matrimonium, nec matrimonij effectum: ideo adinuicem maritali affectione coniuncti ſe tractare debent: aut ad perpetuam continentiam vouendam induci.*

DE CONIVGIO LEPROSORVM.

¶ *Viſo de quibuſdam impedimentis matrimonij: quia morbus lepræ diſſoluit ſponſalia de futuro, & poteſt dubitari, nunquid impediat contrahendum, vel dirimat contractum. ideo competenti ordine ſubijcitur hæc rubrica. Abbas.*

CAP. I.

PEruenit† ad nos quòd cum hi, qui lepræ morbum incurrũt, de conſuetudine [d] generali, à communione hominem ſeparẽtur, nec vxores viros, nec viri vxores taliter ægrotantes, ſequuntur. ¶ Quoniam igitur cum vir & vxor vna caro [e] ſint, non debet alter ſine altero [f] eſſe diutius [g]: Mandamus, quatenus vt vxores viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt, ſequantur [h], & eis coniugali affectione miniſtrent [i], ſollicitis exhortationibus inducere non poſtponas. Si verò ad hoc induci non poterunt, eis arctius iniungas, vt vterque altero viuente continentiam ſeruet. Quòd ſi mandatum tuum ſeruare contempſerint, vinculo excommunicationis aſtringas.

¶ Idem Baioneñ. † Epiſcopo.

¶ *Coniuges propter lepram ſeparandi non ſunt à coniugio, & contrahere poſſunt matrimonium: & inuicem ſibi reddere debitum tenentur.*

b ¶ *Fidem adulteræ.*] Hoc ideo dicit: quia & ſi illa hoc ſciuiſſet, & quòd haberet aliam vxorem, adultera diceretur: vnde non poſſet eſſe cum illo propter fidem datam: & quia etiam plus fuit hic: qa in vxorem eam duxit. ſuprà eodem, cum haberet. ſed qa fuit ignorans, adulterium non commiſit. 34. quæſtio. 2. in lectum. ff. de adulte. l. penul.

S *I quis.*] Ponit duo membra. Secundum: ibi, *Cæterum.* Abbas.

CASVS. In pluribus capitulis habuiſti, quòd nullus poteſt habere in vxorem illam, cui dedit fidem de ea ducenda poſt mortem vxoris, vel ſi de facto cum ea contraxit: Ecce, aliquis viuente vxore legitima, dedit fidẽ alicui de ea ducenda poſt mortem vxoris, vel cum ea contraxit de facto: mortua eſt vxor: ipſe contrahit cum ea, quæritur, an illam poſſit habere in vxorem: & videtur ꝙ non per regulam prædictam: Reſpondet Papa, quòd ſi nec ante fidem datam, nec poſt cognouit eandem ſua viuente, nec ante contractũ matrimonium de facto eam cognouit, vel poſt ſua viuente, nõ eſt dirimendum matrimonium, quod poſt mortem vxoris cum illa contraxit: pœnitentia tamen debet vtrique imponi, pro eo quòd grauiter deliquerint: Sed ſi prius vel poſt in vtroque caſu vxore ſua viuente eam cognouit, tale matrimonium tolerari non debet. Nota quòd ſola fides data, vel quòd tantum de facto cum alia contraxit vxore viuente, non impedit, quo minus poſt mortẽ vxoris poſſit contrahere cum illa, cui fidem dedit, vel cum qua tantum de facto contraxit.

†Vide Bar. in l. miles. ff. quærebatur. ff. de adult.

† Vixit

† Vide beatũ Thomã lib. 4. ſent. diſt. 32. q. 1. art. 1. & Syluеſtrũ in ſumma verbo, lepra.

¶ *Glo. ſeq. argumentatur non nocere, & c. alle. tria iura, & ſex in contrarium. finis recitatur per quęſtionem.*

c ¶ *Cognouit eãdem.*] ſic patet, quòd ſola fides data, vel tantum de facto contrahere, non impedit matrimonium, vxore defuncta: niſi ad carnalem copulam ſit proceſſum: & ſic intellige omnia illa iura, quæ dicunt, quòd nullus ducat in matrimonium, cui dedit fidem de ea ducenda poſt mortem vxoris, vel cum qua contraxit de facto. Et ita eſt argumentũ 1 quòd voluntas ſiue factum, niſi fuerit ſubſecutus effectus, non nocet: quia non obfuit conatus, vbi iniuria non habuit effectum. ſuprà de ſponſalib. cap. vlt. vbi de hoc. & argum. 35. quæſtio. 3. extraordinaria. & ff. quod quiſque iuris. l. 1. in fi. arg. contra. 32. quæſtio. 5. qui viderit. & ſuprà de biga. nuper. & cap. vlti. & 51. diſtinc. ſi quis poſt acceptum. & de pœnitẽ. diſtinctio. 1. ſi quis cum telo. ſuprà de ſponſa. iuuenis. & idem intellige de eo, vel ea, quæ machinata eſt in mortem alterius, ſcilicet cum effectu, vt 31. quæſtio. 1. ſi quis viuente. aliàs ſolus conatus non impediret. argum. iſtius capitu. quia eadem ratio videtur vtrobique.

1 Vide hic Hoſtiẽſem & lati⁹ Io. An. hoc declarãtem.

P *Eruenit.*] Primò narrat caſum. Secundò diffiniendum committit: ibi, *Quoniam.* Abbas.

CASVS. Conſuetudo erat in Cantuarieñ. prouincia, quòd ſi aliqui lepram incurrerẽt, à communione hominum ſepararentur. nec viri vxores, nec vxores viros ſequuntur: Conſultus Papa quid fieri debeat de hoc reſpondet, quòd cum vir & vxor vna caro ſint, non debet alter ſine altero eſſe diutius: vnde mandat archiepiſcopo Cantuarieñ. vt moneat eos, quatenus viri vxores, & vxores viros, qui lepram incurrunt, ſequãtur, & eis ſeruiant coniugali affectu: & ſi ad hoc induci non poterunt, præcipiat eis, vt vterque altero viuente continentiam ſeruet. quod ſi contempſerint, excommunicẽtur. Nota, quòd lepra non ſeparat matrimonium, & adinuicem tenentur ſibi reddere debitum. Item ſi ſe adinuicẽ ſequi noluerint, cogendi ſunt continere.

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt conci. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 37. c. 2.

Gene. 2.

†Baronen. † Baiocen. † Bauaren. Sed Beluacen. ſiue Baren. ſiue Batonien. ſiue Baionen. agnoſcendũ eſt, cætera velut nihil ſignificantia conſulto reijciẽda.

d ¶ *De conſuetudine.*] quæ eſt iure canonico approbata. ſup. de eccl. ædifican. cum dicat. qa (vt ibi patet) cum alijs habitare non debent: & etiam de iure veteris teſtamenti. 2 33. q. 2. hoc ipſum. ſed in hoc quod viri ſani non ſequuntur vxores, vel econuerſo, mala erat conſuetudo, vt ĩ. ſequitur. & ĩ. c. proxi.

e ¶ *Vna caro.*] hoc expoſitum eſt ſ̃. de bigamis. debitum.

f ¶ *Sine altero.*] 34. quæſtio. 2. ſi quis neceſſitate. & 32. q. 5. ſi vxorem.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

g ¶ *Diutius.*] Hic non determinatur quantum extendatur iſtud, diutius, & ideo in arbitrio boni viri conſiſtit. ſ̃. de offic. delega: de cauſis. & ff. de iu. delib. ait prætor. permittuntur tamen mariti quandoque ab vxoribus recedere, & abeſſe per multa tempora, in fauorem tamen terræ ſanctæ. ſ̃. de voto. ex multa. ad finem. Diutius. quandoque extenditur vſque ad biẽnium ff. locati. cum domini horreorum. quandoque vſque ad quinquennium. ff. de ſepa. l. 1. §. quod dicitur.

2 De leproſis vide Nume. c. 12. & latiſſime Leuit. c. 13. & 14.

h ¶ *Sequantur.*] Nota quòd vir tenetur ſequi vxorem, ſicut econuerſo, cum non ad imparia iudicentur. 32. q. 1. ſi quis vxorem. in fi. & hoc cum ex iuſta cauſa recedit vxor, aliàs retineat eam maritali poteſtate. 33. q. 5. cum caput. & c. manifeſtum. & c. noluit. & mulier ſemper tenetur ſequi virum ex quacunque cauſa. 13. q. 2. vnaquæque, niſi ipſam trahere vellet ad infidelitatem. ĩ. de diuor. quæſiuit. vel niſi efficiatur vagabundus. 34. q. 2. ſi quis ineuitabili neceſſitate. ar. ff. de oper. liber. quod niſi. in fi. Ber.

¶ *Glo. ſeq. de duobus quęrit, & ſoluit.*

i ¶ *Miniſtrent.*] Nunquid in eodem lecto & domo morari debent?

debent? Non debent ad lectum continuè compelli, ſed ſufficit leproſo, quòd ſuo debito non fraudetur. Sed quare non compelluntur præciſè. 33. q. 5. c. 2? Reſpondeo, forte ideo, ne leproſi nimis improbi efficiantur in exactione ſui iuris: tamē ſi ſani omnino recuſarent bene compellerentur, 1 ſed primo exhortandi ſunt, vt hic dicit, vt in fine patet. & j. c. proxi. in fin. nam illud non poteſt referri ad continentiā, quæ ſuaderi poteſt, imperari vero minime. 32. q. 1. integritas. & vnam ſolā cauſam excipit Dominus. j. cap. proxim. & 32. quæſtio. 7. omnes cauſationes. Bernar.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 37. c. 3. Vide omnino Dominicum Sotum lib. 4. ſen. diſ. 32. q. 1. arti. 1. ver. id aūt. quod de leproſis.

CAP. II.

QVoniam † nemini licet (excepta cauſa fornicationis [a]) vxorem dimittere: conſtat, quòd ſiue mulier lepra [b] percuſſa fuerit, ſeu alia † graui [c] infirmitate detenta: non eſt à viro propterea ſeparanda, vel etiam dimittenda. Leproſi autem ſi continere nolunt, & aliquam, quæ ſibi nubere velit inuenerint, liberū [d] eſt eis ad matrimonium conuolare. ¶ Quòd ſi virum, ſiue vxorem, leproſum fieri contigerit, & infirmus à ſano carnale debitum exigat, generali [e] præcepto Apoſtoli, quod exigitur, eſt ſoluendum: cui præcepto nulla in hoc caſu exceptio [f] inuenitur.

†aliqua.

Q*Voniam.*] Sunt tria dicta. Secundum: ibi, *Leproſi.* Tertium: ibi, *Quòd ſi.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quòd propter lepram, vel aliam infirmitatē, vir ab vxore ſeparari non debet. Item ſi leproſi cōtinere nolunt, bene poſſunt contrahere matrimoniū, dummodo inueniant, qui ipſos accipere velint. Itē ſi vir, vel vxor fuerit in leproſaria, & infirmus à ſano debitum exigat debitum eſt ſoluendum ex generali pcepto Apoſtolico ſine aliqua exceptione. Nota quòd non niſi propter fornicationem licet viro vxorem ſuam dimittere, nec etiā propter lepram. Item leproſi poſſunt contrahere matrimonium. Item quod generaliter dicitur, generaliter eſt intelligendū. Item vbi ius non excipit, nec nos excipere debemus.

1 Ar. cōtra 1. q. 1. ventum. vbi de hoc. & plenius 32. q. 5. ſi vxorē quis. M. dicebat, ꝙ licet ſan⁹ teneatur reddere, non dēt cōpelli. arg. canonis. & l. alle. in fine prædi. glo. Io. And.

¶ Vrbanus iij. Epiſcopo Florentino.

¶ *Sponſalia de futuro præciſè non compellunt ad contrahendum matrimonium cum leproſo, lepra poſt ſponſalia ſuperueniente.*

CAP. III.

LIteras †: & infrà. ¶ Quia poſtulaſti, vtrum ſi poſt ſponſalia de futuro inter legitimas perſonas contracta, antequam à viro mulier traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alius ad cōſummandam copulam maritalem compelli debeat: Reſpondemus, quòd ad eam accipiendam cogi non debet [g], cum nondum inter eos matrimonium fuerit conſummatum.

†Ca. 3. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexā. iij. par. 50. ca. 63. Et præter citatos ſupra, vide omnino Tabienſem in ſūma, verbo. matrimoniū. 3. §. 6. circa finē. & verbo: ſponſalia. §. 9. in 3. modo, vbi pleni⁹.

a ¶ *Excepta cauſa fornicationis.*] 32. q. 1. dixit Dominus. & q. 7. Apoſtolus. & c. omnes cauſationes.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per contrarium.*

b ¶ *Lepra.*] Sic propter lepram alter alterum dimittere non poteſt. s. c. proxi. & s. de iureiu. quemadmodum. ſed ſponſa de futuro dimitti poteſt propter lepram ſuperuenientem: vt ibi, & c. proxi.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 7. concord. ſignat contrarium. & remittit.*

c ¶ *Graui infirmitate.*] 32. q. 7. hi qui ſani. & q. 5. ſi vxorem quis. ſim. s. de cleri. ægrotan. c. 1. 2. 3. & vltim. & ff. de tuto. & cura. nec ille. 2 & 7. q. 1. pontifices. Argum. contra, de cleri. ægrotan. tua. ſed ibi ſoluitur.

d ¶ *Liberum.*] cum non ſit eis prohibitum: quia edictum de matrimonio prohibitorium eſt. s. de ſpon. cum apud.

2 Datur curator in locū tutoris, qui reipublicæ cauſa abeſt. nec ille p hoc deſinit eſſe tutor. Io. An.

¶ *Gl. ſeq. ponit brocar. de generali, & de indefinita, ad primum allegat 4. iura, ad ſecundum 5. demum contra ſecundum allegat 3. iura, contra primum quinque. ſoluit vtrumque.*

e ¶ *Generali præcepto.*] Not. quòd generaliter dicitur generaliter eſt intelligendum. de conſec. diſtin. 4. vt oſtenderet. & ff. de procu. procurator cui. 12. q. 1. dilectiſſimis. ff. manda. creditor. §. Lucius. imo etiam indefinita 3 generaliter intelligitur. 20. diſt. ſi Romanorum, & 23. q. 5. ſi non licet. & inf. de priuileg. quia circa. ff. de ſer. vrb. prædio. ſi ſeruitus. & ff. de accep. l. pluribus. 4 Arg. contra quòd indefinita non æquipollet vniuerſali. s. de deci. ad audientiam. ff. de leg. 3. non aliter. de conſec. diſtinc. 2. liquido. Item contra, quòd generale verbum reſtringitur. 2. q. 2. omnes leges. & diſt. 1. omnes leges. & j. de ſent. excommu. ſi vero. §. ſi vero. & ff. ad l. Aqui. ſcientiā. §. qui. ff. de pig. obligatione generali. Solu. verbum generale, intelligendum eſt generaliter, prout hic dicitur, & in primis concor. niſi conſtet contrahentem, vel teſtatorem aliter intellexiſſe de quibuſdam. C. de tranſact. age cum Geminiano. vel niſi ſenſus non patiatur: vt in vlti. concord. & quod dicitur, indefinita ęquipollet vniuerſali, illud regulariter obtinet in iure, ſi lege, vel canone non determinatur. 31. q. 1. quòd ſi dormierit. Ber.

3 De hoc articulo vide late per Couarruuiam. lib. 1. varia. reſolut. c. 15.

4 Vide de ſent. excō. cū pro cā. ſuper vlti. gl. Io. An.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 6. concor. ſignat vnum contrarium.*

f ¶ *Exceptio.*] & ideo nos ex conſenſu noſtro recipere non debemus. 2. q. 5. conſuluiſti. & 55. diſtin. ſi euangelica. & 61. diſtin. miramur. 7. q. 1. ſcripſit. & 31. q. 1. quòd ſi dormierit. & ſup. de tranſ. inter corporalia. arg. contra. de conſecr. diſt. 2. liquido. Ber.

L*Iteras.*] Communis diuiſio. Secunda pars, ibi, *Reſpondemus.* Abb. Sicu.

CASVS. Aliqui cōtrahunt ſponſalia de futuro. alter ante contractum matrimonium efficitur leproſus: Quæritur, an alius ſit compellendus ad matrimoniū contrahendum? Reſpōdet quòd non debet cōpelli. Nota, quòd lepra ſuperueniens ſoluit ſpōſalia ſolum, non matrimonium.

g ¶ *Cogi non debet.*] ſic ergo patet: quòd lepra ſupueniens ſoluit ſponſalia de futuro, & eadē ratione quælibet alia enormis deformitas: vt s. de iureiurā. quemadmodum. ſecus in matrimonio de pręſenti, vt patet ex proximis. c. s. eod. & c. quemadmodum. Item arg. quòd ea quæ de nouo emergūt, auxilio indigent. ff. de inter. action. de ætate. §. ex cauſa. & ſuprà de offic. deleg. inſinuante. & ff. ad Velle. ſi mulier. in iure.

TITVLVS IX.

De coniugio †ſeruorum.

† Vide Magiſtrum, & ibidē theologos ſcholaſticos li. 4. ſen. diſt. 36.

¶ Adrianus Sancteburgeń. † Archiepiſcopo.

†Salzeburgeń.
† Satiburgeń.
†Salesburgeń.

¶ *Seruus contradicente domino matrimonium contrahere poteſt, ſed propter hoc non liberatur à ſeruitijs domino debitis.*

CAP. I.

DIgnum † eſt: & infrà. ¶ Sanè iuxtà verbum Apoſtoli †, ſicut in Chriſto Ieſu [h], neque liber, neq; ſeruus eſt à ſacramētis [i]

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 45. c. 7.

†ad Gal. 3.

DE CONIVGIO SERVORVM.

¶ *Viſum eſt ſuprà de impedimento lepręe, an & quando impediat vel dirimat matrimonium, ſequitur nunc videre de impedimento conditionis ſeruilis.*

De hac materia tractatur. 29. q. 3. per totum.

D*Ignum eſt.*] Primò ponit dictum, & eius rationē. Secundò quandam dubitationem ſoluit: ibi, *Debita.* Abb. Sicu.

CASVS. Quærebatur, vtrum ſeruus contradicente domino poſſit contrahere matrimonium? Reſpondet Papa ꝙ ſecundum Apoſtolum ſicut à ſacramentis eccleſiæ neque ſeruus neque liber eſt remouendus, ita inter ſeruos matrimonium prohiberi non debet: ꝙ ſi dominis contradicentibus contrahunt, non ſunt propter hoc ſeparandi: tamen ſeruitia debita non minus debent dominis ſuis exhibere. Nota quòd quilibet poteſt matrimonium contrahere, qui non prohibetur. Item à ſacramentis eccleſiæ nullus fidelis debet excludi. Item ſi ſeruus contrahat, nihilominus debet domino ſeruitia debita exhibere.

h ¶ *In Chriſto* Ieſu.] id eſt, in fide Chriſti ſuſcipienda.

¶ *Glo. ſeq. obiectionem ſoluit diſtinguendo.*

i ¶ *A ſacramentis.*] quæ ſuſcipientis cauſa conferuntur: vt baptiſmus, confirmatio, ſacramentum Euchariſtiæ, viaticū, pœnitentia: ab iſtis ſacramentis nullus fidelis debet excludi: imo tenetur ea recipere. infrà de pœniten. & remiſ. omnis vtriuſque. ſic à matrimonio nullus debet excludi: quia edictum de matrimonio prohibitorium eſt. ſuprà de ſpon. cum apud. ſecus de alijs ſacramentis, vt ordo, qui ratione aliorum datur, quoniam nullus ſeruus debet ordinari præter domini voluntatem. s. de ſer. non ordin. conſuluit. & per totum titu. nullus illegitimè natus. s. de fil. presby. c. 1. & per totum. & hoc probatur 1. q. 1. c. remiſſionem. §. ſi ergo ſacramenta. & c. ſi quis hæreticæ. §. ecce ſi clericus.

a ¶ Remo-

a ¶*Remouendus.*] in Authen. de monachis. §. hinc nobis. autem. colla. 1.

b ¶*Inter ſeruos.*] nec etiam inter liberum & ancillam ſi contrahere voluerint ſcienter. 29. quæſtio. 2. ſi quis ingenuus. & infrà capitu. proxi. 1

1 Concor. tex. in l. cũ ancillæ. & ibi Bar. C. de inceſt. nup.

c ¶*Diſſoluenda.*] Coniunx enim à coniuge ſeparari non debet. C. communia vtriuſque iudic. poſſeſſionem. partus tamen penes dominum ancillæ remanet. ff. de ſtatu ho. l. & ſeruorum.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. ponit opi. Ala. approbat contrarium.*

d ¶*Seruitia.*] ergo ſi dominus ſeruitium exigit, 2 & vxor debitũ à viro petit eodem tempore, domino eſt potius obediendum. Dicunt quidam quòd potius eſt obediendũ domino: niſi periculũ fornicationis timeat, vel magnum præiudicium fiat vxori: ſed potius videtur quòd vxori ipſius reddat debitum, cum per hoc nullum præiudicium vel ſaltẽ modicum fiat domino propter moram modici temporis, niſi forte dominus in auxilium perſonæ peteret ſeruũ ſuum. Quid ſi dominus vellet vendere ſeruum ſuum alicui, qui vellet eum ducere ad extraneas partes, forte in Græciã? Dixit Ala. quòd poteſt, & vxor tenetur eum ſequi. Verius videtur, vt alij dicunt, quòd talis venditio prohibẽda eſt. arg. C. communia vtri. iu. poſſeſſionum. arg. 54. diſt. fraternitatem. & argu. j. de Iudæ. c. vlti. intereſt enim reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur. Inſti. de his qui ſui vel alic. iur. ſunt. §. pen. & ff. eod. tit. ſi dominus. Bernar.

† Aliàs ita: Præpoſito, & Mortarienſi Priori.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cõpilat.

†Vox, ſeruilis, deeſt in omnib. antiquis codicibus.

2 De qõnibus huius gloſſæ vide omnino B. Thomam lib 4. ſenté. diſt. 36. q. 1. art. 2. & Sotũ diſt. 35. q. vnica ar. 1. ad 2. & 3. argumẽtũ.

eccleſiæ remouẽdus[a], ita nec inter ſeruos[b] matrimonia debent vllatenus prohiberi: & ſi contradicentibus dominis, & inuitis contracta fuerint, nulla ratione ſunt propter hoc diſſoluenda[c]: Debita tamen, & conſueta ſeruitia[d] non minus debent proprijs dominis exhiberi.

¶ Alexander tertius Prępoſito, † & Priori Mortarienſi.

¶*Separatur matrimonium, quando liber ignoranter cum ancilla contraxerit, niſi poſteà hoc ſciens, illam cognouit.*

CAP. II.

PRopoſuit † nobis M. mulier, quòd cum vir eius cum ea diutius permanſiſſet, notam ei ſeruilis† conditionis obiecit, aſſerens eam eſſe ancillam, quam liberam eſſe credebat[e], cum eam duxit in vxorem: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quòd idem vir præfatam mulierem, poſtquam illam audiuit[f] eſſe ancillã, carnaliter cognouit, ipſum monitione præmiſſa cõpellatis †, vt eam ſicut vxorem maritali affectione pertractet. Si verò aliter fuerit, & ſententiam diuortij proferri contingat †, mulieri pecuniam, quam præfato viro pro dote[g] conceſſit, reſtitui faciatis.

† cogatis

† cõtigerit

¶Vrbanus iij. Arimineñ. Epiſcopo.

¶*Si conſuetudo eſt in loco, quòd partus conditionem patris ſequatur, natus ex libero & ancilla liber eſt, & vt liber matrimonium contrahit.*

CAP. III.

LIcet†: & infrà. ¶ Sanè ſuper eo, quod fuit propoſitum, an mulier poſſit diuortium poſtulare, pro eo quòd vir, cum quo ſuæ conditionis ignara contraxit, ſeruus monaſterij proponatur: cum è contra idem vir patrem ſuum, cuius conditionem ſecundum leges† prouinciæ[h] ſequeretur, tempore mortis pro libero ſe geſſiſſe, & iam elapſo decennio[i], nec patris, nec ſuo nomine ſe ſtatus cõtrouerſiam paſſum conſtanter affirmet: Videtur nobis ratione temporis,

& argum. inf. de ſecun. nup. dominus. & 34. quæſtio. 2. cum per bellicam. Argum. contrà. 22. quæſt. 4. Innocens. & ff. de peti. hæred. item veniunt. §. cum antequam partes. Dic quòd ſi iſte habet conſcientiam ſeruitutis ex probabili cauſa & diſcreta: tunc præiudicat ſibi ſi carnaliter cognoſcat: ſi ex leui & temeraria, cui credi non debet, non videtur quòd ei præiudicet. argumen. inf. de ſentent. excommu. inquiſitioni. & inf. eod. cap. vlti. Sed pone quòd iſte mouet ei litem conditionis, ipſa petit quòd lite pendente reddat 4 ei debitum, cum lite pendente iure ſuo priuari nõ debeat. ſ. vt lite pendente capit. 1. & 2. & 16. quæſtio. 4. volumus. & 8. q. 4. nonne nunquid eccleſia debet ei præcipere, vt debitum reddat, quod videtur per iura prædicta? Dicunt quidam quòd bene tenetur reddere debitum ad mandatum eccleſię, ſed ipſe non debet exigere: nec ſibi fit præiudicium. T. dixit quòd non debet exigere, nec exigenti reddere: quia ei heret præiudicium, quod videtur per iſtam literam innuere: & ſi compellatur, non reddat. quia ſi eam cognoſcit vxoris affectu, fit ei præiudicium ſi habeat conſcientiam ex cauſa probabili & diſcreta, & ſic ſtatim eſſet matrimonium: ſi fornicario affectu, peccaret mortaliter, quod facere non debet: imo potius pati debet excommunicationem. ſuprà de reſtitutio. ſpoliato. literis. & hoc dixit argumen. illius decret. inquiſitioni. ſed ſatis videtur, quòd poſſit reddere ad mandatum eccleſiæ, vt ex primo conſenſu ei coniungatur, quamdiu conſtet per ſententiam de impedimento conditionis, & hoc vbi non eſt certus, licet aliquas inde habeat præſumptiones: ſecus ſi ſciret pro certo. Et quod dicit litera iſta, poſtquam audiuit illam ancillam, cognouerit eandem, intellige ante litem motam, & ſine mandato eccleſiæ: tunc enim intelligitur conſentire, non obſtante illo impedimento, & ita ſecus videtur ſi ad mandatum eccleſiæ eam cognoſcat. Bernardus.

4 De hoc dubio vide Ioannem Medinam trac. de reſtitut. q. 17. & Couarruuiam li. 4. decretalium parte 2. c. 7. §. 2.

†Ca. 3. eo. tit. in 1. cõpilat. Vide B. Thomã lib. 4. ſent. diſt. 36. q. j. ar. 4. & omino textum. & ibi gloſſam Aretinũ et Doc. in §. 1. Inſt. de ingenuis.

† legem.

PRopoſuit.] Primò ponitur factum. Secundò diffinitionis commiſſio: ibi, *Mandamus.* & ibi, Diſtinguit. & ſecundũ membrum: ibi, *Si verò.* Abb. Sicu.

CASVS. Quidam vir contraxit matrimonium cum quadã muliere, & cum ea diutius permanſit: tandem ei oppoſuit, quòd eſſet ancilla, credens eam liberam quando cum ea contraxit. Quæritur quid ſit agendum? Mandat Papa, quatenus ſi conſtiterit quòd idem vir præfatam mulierem poſtquam audiuit & credidit illam eſſe ancillam, carnaliter cognouit, moneat illum & compellat, vt illam ſicut vxorem maritali affectione pertractet: Si verò aliter fuerit, & contigerit diuortij ſententiam ferri, mulieri pecuniam reſtituat, quam viro præfato pro dote conceſſit. Nota quòd ſi liber ignoranter cum ſerua contrahat, non eſt matrimonium. Si verò poſtea intelligat illam eſſe ancillam, & illam poſtea cognoſcit, ſtatim eſt matrimonium, licet ab initio non fuiſſet. Item quod ab initio non tenet, tractu temporis tenet. Item dos eſt reſtituenda ſeruæ, vel ancillæ, ſi matrimonium diſſoluitur.

e ¶*Liberam eſſe credebat.*] & ſic nullum fuit matrimonium, ſi erat ancilla quam credebat liberam. 3 29. q. 2. per totum. error enim conditionis impedit matrimonium. 29. q. 2. cap. ſi quis ancillam. j. his ita.

3 Vide theologos lib. 4. ſent. diſt. 30. & ibi B. Thomam q. 1. ar. 2.

¶ *Glo. ſeq. reci. per quæſtio. quid de illo qui non credidit. allega. pro eo. 6. iura, & duo contra eum, & ſol. diſtinguendo. Secundo quærit. arg. pro. ponit duas opin. & ſoluit, & huic litera reſpondet.*

f ¶*Audiuit.*] ſupple, & credidit: non enim cuilibet referenti credere tenetur. argum. 23. quæſtio. 4. quod magnum. & ff. quòd cum fal. tu. l. 2. titubans enim pro ignorante habendus eſt, C. de condi. indeb. l. vlti. ff. de lib. homi. exhib. l. 3. §. is qui.

g ¶*Pro dote.*] id eſt, vice dotis: non enim fuit dos, ſi fuit ancilla. ff. de iure dotium. ſi mulier. §. vlti. aliàs. l. Proculus. Ber.

LIcet.] Primò ponit caſum. Secũdò determinationem: ibi, *Videtur.* Abbas.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam, dicebatur quòd erat ſeruus cuiuſdam monaſterij: volebat ab eo ſeparari, pro eo quòd dicebat, quòd ignorabat eum eſſe ſeruum eccleſiæ: Reſpondetur, quòd idem vir conditionem patris debet ſequi, ſecundum legem prouinciæ, qui tempore mortis pro libero ſe gerebat, & iam elapſo decennio, nec nomine ſuo, nec nomine patris ſtatus controuerſiam paſſus fuit: Quæritur quid iuris ſit? Reſpondet Papa, quòd ratione temporis, & fauore libertatis pro parte viri iudicandum eſt, & ſic remanebit cum illo tamquam cum libero. Nota quòd pro libero habendus eſt, qui in ſtatu libertatis per decennium ſteterit. Item fauor libertatis attendendus eſt.

h ¶*Secundum leges prouinciæ.*] Innuit aliter eſſe de iure communi, quod eſt verum. C. de rei vendi. partum. ff. de ſtatu hom. & l. ſeruorum. & ſuprà de ſer. non ordin. cap. vlti. vbi de hoc.

i ¶*Decennio.*] ſufficit tamen quinquennium. C. ne de ſta. defun. ſi pater. & l. 1. ſed hic ita contingit de facto.

¶*Glo.*

¶*Glo. ſeq. ſoluit contrarium.*

a ¶*Fauore libertatis.*] Fauore enim libertatis multa contra rigorem iuris ſtatuta ſunt. ff. de fideicom. liberta. generaliter. §. ſi quis ſeruo. C. communia de manumiſ. l. 1. ſuprà de proba. ex literis. & ſup. de iudic. c. vlti. 12. quæſtio. 2. cum redemptor Bernar.

AD *noſtram.*] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Ideoque.* Abbas.

† In antiqs libris vt plurimum ita: N. epo.

CASVS. Quidam miles contraxit cum quadam muliere, tandem ei oppoſuit coram Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato, quòd eſſet ancilla: Cardinalis rationibus vtriuſque partis intellectis, eos propter conditionis errorem abinuicem ſeparauit: lata ſententia dicebatur, quòd poſtquam intellexit illam eſſe ancillam, in illam conſenſerat: vnde non poterat contrahere cū alia, ſed illam retinere debebat, non obſtāte ſententia Cardinalis: Iſtud ſignificatum fuit domino Papæ. Vnde mandat quibuſdam, quatenus ſi conſtiterit, quòd miles ille ignoranter contraxit cum ancilla, ita quòd poſtquam intellexit conditionem ipſius nec facto nec verbo conſenſit in illam, propter quod Cardinalis ſeparauit eoſdem, ipſi militi dare debeant liberam facultatem cum alia contrahendi. Nota quòd error conditionis matrimonium dirimit iam contractum. Item idem eſt conſentire verbo & facto. Item matrimonium quod ab initio non valet, tractu temporis conualeſcit. Item de ſententia lata contra matrimonium iterum cognoſcitur ſine appellatione, & hoc ideo, quia non tranſit in rem iudicatam. quia quandocūque poteſt reuocari, probato ꝙ malo modo lata ſit.

†Ca. vnico eo. tit. in 3. compila. Deciſionē & materiā hui⁹ decretalis luculenter explicat Dñi cus Sotus lib. 4. ſent. diſt. 35. q. 1. ar. 2.

† contraxerit

& fauore libertatis [a], pro parte viri ſecurius iudicandum.

¶Innocentius iij. H. †Epiſcopo.

¶*Si liber cōtraxit cum ancilla ignoranter, & ex quo ſciuit non conſenſit: ſeparatur matrimonium, & cū alia contrahere poterit.*

CAP. IIII.

AD † noſtram noueris audientiam perueniſſe, quòd G. presbyter Cardinalis Apoſtolicæ ſedis legatus R. militem, à muliere quadam, propter conditionis [b] ſeparauit errorem. ¶Ideoque mandamus, quatenus ſi conſtiterit, quòd miles ignoranter cōtraxit† cum ancilla, ita quòd poſtquam intellexit conditionem ipſius, nec facto [c], nec verbo conſenſerit in eandem, propter quod per Cardinalē eundem ab eius fuerit conſortio ſeparatus, contrahendi cum alia, liberam ipſi concedas auctoritate Apoſtolica facultatem.

b ¶*Conditionis ſeparauit.*] quod bene potuit. ſup. eo. propoſuit. & 29. q. 2. ſi quis ingenuus. quia errantis nullus conſenſus eſt. ea. cauſa. q. 1. cap. ſi quis ancillam. §. his ita. & ff. de iuriſdict. omn. iudic. ſi per errorem. & C. de iur. & fac. ignoran. non idcirco.

¶*Glo: ſeq. notat ipſo facto matrimonium contrahi & ratificari. ad id obijcit & ſoluit. demum querit, & ſoluit. Item quærit ponit opinionem Ioannis, quam approbat.*

c ¶*Nec facto.*] puta carnaliter cognoſcendo eam poſtquam intellexit illam eſſe ancillam. ſup. eod. propoſuit. 28. quæſtio. 2. ſi quis ingenuus. s. de condi. app. de illis. & s. de ſpon. is qui. & ita ipſo 1 facto matrimonium contrahitur, ſicut & verbo. 32. q. 2. honorantur. & ff. de ſpon. ſed quæ. Item patet hic, ꝙ matrimonium quod nullum eſt, tractu temporis confirmatur. ſic s. de deſpon. impub. literas. acceſſit. & s. eod. propoſuit. ff. de ri. nup. ſi quis. Sed contra videt, ꝙ verba neceſſaria ſint. s. de ſpon. tuæ. & c. ſi inter. & de conſec. diſt. 4. cum pro paruulis. In his qui loq poſſunt, neceſſaria 2 ſunt verba. ff. de leg. 3. nutu. ſicut in ſoluendo matrimonio requiritur expreſſus conſenſus. ff. de rit. nup. in eo. præterea prior conſenſus non facit matrimonium, quia nullus fuit, ſed nouus requiritur. de eo qui dux. in ma. quam pol. veniens. & cap. 1. & ita videtur antiquus perdurare, niſi nouus exprimatur. ſimi. ſup. de bap. maiores. in fin. ff. de preca. ſed ſi manente. ff. de arbit. ſi cum dies. in princ. & l. Labeo. §. penult. & ff. de verbo. obliga. l. 1. §. cum adijcitur. Dicas, quòd de facto tunc contrahitur matrimonium, quando aliqua verba præceſſerunt ad ſponſalia, vel matrimonium, licet tunc non haberent effectum, poſtea vero ipſo facto contrahitur matrimonium, ſiue ſponſalia. ſuprà de deſpon. impu. literas. acceſſit. & ff. de ſpon. ſed quæ patris. & tale matrimonium præſumptum appellatur. ſuprà de ſpon. is qui. Sed pone quòd aliquis contraxit cum ancilla ignoranter, & dominus poſtea illam etiam manumittat viro ignorante: nunquid eſt matrim onium? Dico quòd non. quia adhuc commiſcetur ei ex priori conſenſu, qui nullus fuit. ar. C. ad Velle. quamuis. & l. ſi mulier. 2. ff. de minor. l. 3. §. ſcio. Item ſi dominus ancillæ, tamquam liberam eam alicui tradat in vxorem, qui liber eſt, eo ipſo intelligitur ei dediſſe libertatem. in Authen. de nup. §. ſi vero ab initio. colla. 4. Sed pone, libera contraxit cum eo quē credebat liberum, poſtea ſciuit illum eſſe ſeruū, nihilominus vult eſſe cum eo, ſed ille non vult remanere? Dicit Ioan. quòd non eſt matrimonium, tamen illa debet compelli, ex quo vult cum eo eſſe. ſim. ſup. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adult. cap. 1. Ioā. quod verum credo.

1 De materia gloſſæ conſule theologos li. 4. ſen. & habeto ante oculos quod nouiſſime ſanciuit concilium Trid. ſeſſio. 24. de reform. matrimonij, c. 1.

2 Hoc intellige ſecundum ꝙ docuit gloſſa in c. ſi inter. verbo. dicente. ſuprà de ſpōſalib.

TITVLVS X.

De natis ex libero ventre.

¶Gregorius. †

† In aliquot vetuſtis codicibus addit, nonus. ſed mendoſè, cū ſit Gregorius primus lib. 1. epiſto. 53. regiſtri. Iuo par. 16. c. 73. & c. vnico eod. tit. in 1. cōpilat. Vix autem hoc fragmentum intelliges niſi fontes, vnde ſumſi cōſulas, & de materia vide citatos c. vlti. tit. præcedentis.

¶*Natus ex libera, vel liberta, liber eſt.*

CAP. I.

INdecens eſſe credimus, vt progeniti ex liberta [d], ſiue libera filij ad ſeruitium retrahantur. Propterea tibi præcipimus, vt ſi documenta nulla ſint ab eccleſiæ parte, quę documentis huiuſmodi [e] debeant obuiare, ab eius moleſtia ſine aliqua retractatione compeſcas eandem: durum eſt enim, vt ſi alij pro mercede libertates tribuunt, ab eccleſia [f], à qua tueri [g] debent, reuocentur.

DE NATIS EX LIBERO ventre.

¶*Quia error conditionis ſeruilis impedit matrimonium, & ex hoc ſępe dubitare contingit, vtrum natus ex libero ventre ſit iudicandus ſeruus, vel liber: ideo poſt rubricam præcedentem congruo ordine iſta ſubijcitur.*

INdecens.] Primò ponit generale dictum, ex quo caſum diffiniri mandat: ibi, *Propterea.*

CASVS. 3 Quædā eccleſia manumiſit quandā ſuam ancillam poſtmodum filios ſuſcepit: eccleſia volebat eos reuocare in ſeruitutem: mulier iſta acceſſit ad Papam, & oſtendit ei inſtrumenta manumiſſionis ſuæ, conquerendo de eccleſia, quæ filios ſuos vocabat in ſeruitutem. ſuper hoc dicit Papa: indecens eſt, vt filij nati ex libera, vel liberta, ad ſeruitium eccleſiaſticum reuocentur: Vnde præcipit, vt ſi ex parte eccleſiæ nulla alia documenta oſtendantur, quæ obuient inſtrumentis iſtius mulieris, compeſcat iudex eccleſiam ab eius moleſtatione ſine aliqua retractatione: quia durum eſt, vt eccleſia libertatem debeat reuocare, quæ libertatem defendere debet. Nota quòd inſtrumentum poteſt reprobari per aliud inſtrumentum. Item non debeo impugnare quod debeo defendere.

3 Hunc & caſum ſeu facti ſpēm verius & incorruptius effinges, ſi loca vbi eſt integra decretalis, videas.

d ¶*Ex liberta.*] Fallit tamen in caſibus. 15. q. vlti. cum multæ. Item in alio. j. de iudæ. ita quorundam. Ber.

e ¶*Huiuſmodi debeant.*] quia dicebat mulier iſta ſe habere de manumiſſione matris ſuæ, ſiue de ſua, quædam inſtrumenta, quæ forte oſtendit Papæ, quibus inſtrumentis ſtabitur, niſi ex parte eccleſiæ contraria inſtrumenta oſtendantur. & ſic eſt argumen. quòd inſtrumentum per aliud inſtrumentum poteſt reprobari, 4 & per alias etiam probationes poterit eccleſia reprobare huiuſmodi documenta.

4 De hoc notatur ſuprà de fide inſtr. c. imputari, vbi vide ꝑ Io. Andr. & alios.

f ¶*Ab eccleſia.*] 87. diſtin. libertos.

¶ *Gloſſa ſequens allegat. 9. iura. allegat. in contrarium, & ſoluit.*

g ¶*A qua tueri.*] argum. quòd non debeo id facere, à quo teneor alium prohibere: & qui me defendere tenetur, me nō debet impugnare. ff. ſi ſer. vendi. l. altius. ff. de conditio. indebi. frater à fratre. & 26. diſtinctio. vna tantum. & 25. diſtinct. capitu. vltim. & 11. quæſtio. 1. Silueſter. ff. de fideiuſſo. tutor. & 42. diſtinct. §. 1. ff. de adminiſtratio. tutor. quotiens. §. 2. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. videamus. ſecus in marito, qui alios ab vxore prohibere debet & argumen. 3. q. 6. quamuis. Sol. in præmiſſo generali ſuppletur, niſi ſit tale factum, quod ſibi ſoli ex officio competebat. Ber.

DE

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

¶Viſo de pluribus impedimentis matrimonij, ſubmittit de impedimento cognationis tam ſpiritualis quàm legalis & carnalis. Et quia ſpiritualis cognatio inter alias eſt dignior: ideo tractaturus auctor de triplici cognatione, præmiſit de ſpirituali. Abbas.

De hac materia tractatur 30. q. 1. & 1. q. 3. & 4. per totum.

†De materia huius tituli præter doctores hic vide theologos ſcholaſticos & præ alijs B thomam & Sotum lib. 4. ſen. diſ. 42. adde oīno quid nouiſſimè decreuit concil. Tridē. ſeſſio. 24. de refor. matrim. c. 2.

TITVLVS XI.

De cognatione † ſpirituali.

¶Alexander tertius Salernitano Archiepiſcopo.

¶Filij duorum cōpatrum, per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, licitè contrahunt, niſi conſuetudo repugnet: ſeparantur autem, ſi per eorū alterum, vel vtrunque compaternitas eſt contracta. h. d. cum c. ſuper eo. infra eod.

CAP. I.

VTrū † autem filij [a] [aut filiæ †] ante, vel poſt cōpaternitatē geniti, poſſint adinuicem copulari, canones ſecundum diuerſorum locorum conſuetudines contrarij inueniuntur. Et licet primus canon exinde editus, natos poſt compaternitatem adinuicem copulari prohibeat: alter tamen canon poſterius [b] editus, primum videtur corrigere: per quem ſtatuitur; vt ſiue ante, ſiue poſt compaternitatem geniti ſunt, ſimul poſſint coniungi, excepta illa perſona duntaxat, per quā ad compaternitatem venitur. Vnde nobis videtur, vt ſecundum poſteriorem canonē debeat obſeruari: Niſi conſuetudo [c] eccleſiæ, quæ ſcandalum generet, aliter ſe habere noſcatur.

†Ca. 1. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 32. c. 1.

†Hæc duo verba, aut filiæ, deſūt in antiquis codicibus.

¶Idem eidem.

¶Compaternitas ſcienter, vel ignoranter ſuperueniens inter coniuges, coniugium non diſsoluit.

CAP. II.

SI † vir, vel mulier ſcienter, vel ignoranter, filium ſuū de ſacro fonte ſuſceperit, an † propter hoc ſeparari debeant? ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, ꝙ quamuis generaliter ſit inſtitutum [d] †, vt debeant ſeparari: quidam tamen humanius ſentientes, aliter ſtatuerunt [e]. Ideoque nobis videtur, quòd ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia id fecerint, non ſunt abinuicem ſeparandi: nec alter alteri debitū [f] debet ſubtrahere, niſi ad continentiam ſeruandam poſſint induci: quia ſi ex ignorantia [g] id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia eis ſua fraus non debet patrocinari [h], vel dolus.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. car. 32. c. 2.

†In vno veteri ita: an ꝓpter hoc ſeparari debeant, q̄ſiuiſti.

†Conſtitutum

¶Idem Vigilieñ. Epiſcopo.

¶Filij duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum eſt ad compaternitatem, licitè inuicem cōtrahunt matrimonium: ſi tamen ſubeſt conſuetudo impediens & dirimens talia matrimonia, ſeruanda eſt loci conſuetudo. hoc dicit ſecundum intellectum magis communem, attingendo mentem capituli.

CAP. III.

SVper † eo, quod à nobis tua fraternitas requiſiuit, de

†Ca. 3. eo. tit. in 1. cōpilat. Et vide cōcil. Tridē. initio. tituli citatum.

Vtrum aūt.] Primò dubitatio. Secūdò duorum canonum contrariorum inductio: ibi, *Et licet.* Tertiò poſterioris approbatio: ibi, *Vnde.* Quartò exceptio: ibi, *Niſi.* Abb.

CASVS. Aliqui contraxerunt adinuicē cōpaternitatem, quæritur vtrum filij iſtorum nati ante compaternitatem, vel poſt poſſint adinuicē copulari? Cōſultus Papa reſpondet, quòd canones ſecundum diuerſorum locorum conſuetudinē contrarij reperiuntur. primus canon ſuper hoc editus, prohibet natos poſt compaternitatem adinuicē copulari: Alter canon poſterius editus, primum videtur corrigere: in quo dicitur, quòd ſiue ante, ſiue poſt nati ſunt, ſimul poſſunt coniungi, illa perſona excepta, mediante qua compaternitas fuit contracta: Vnde ſecundum poſteriorem canonē debet obſeruari, niſi conſuetudo eccleſiæ, quæ ſcandalum generaret, aliter ſe habeat. Nota quòd priora iura trahuntur ad poſteriora. Item cōſuetudo tollit ius, & ei præiudicat.

a ¶*Filij.*] ſcilicet duorum compatrum.

b. ¶*Poſterius.*] Primus canon eſt. 30. quæſtio. 3. poſt ſuſceptum. & debet eſſe Paſchalis primi, licet in quibuſdam libris dicatur Paſchalis ſecundi: canon poſterius editus eſt ead. cauſa, & q. ea. ſuper quibus. qui corrigit primum, vt hic dicit: ſed canon ille ita poteſt legi quòd teneat, prout ibi exponitur. ſed Alexander aliter illum intellexit, 1 vt hic patet.

1 Vel forte loquit de alijs canonibus quos non habemus ſecundum Ala. Gof & Inno. Io. An.

¶Glo. ſeq. ponit opin. Hug. contra quam alleg. 3. iura. dat duas ſolu. & primam approbat.

c ¶*Niſi conſuetudo eccleſię quæ ſcandalum.*] Hugo dixit, q̄d Alexander male dixit hic: quia innuit hic, ꝙ legitimè cōiuncti debeant ſeparari, quod eſſe non debet propter aliquā conſuetudinem, vel ſcandalum: quia à Deo ſunt coniuncti: & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. 33. quæſtio. 2. quos Deus, &c. argum. pro eo. ſup. de ſpon. duo. cap. vlti. vbi non ſtatur conſuetudini, ſed potius iuri. argum. contra, quòd conſuetudo perſonas legitimas ad contrahendum reddit illegitimas. inf. eodem ſuper eo. & ſup. de cle. coniu. cum olim. & arg. 32. diſt. placuit. Sol. poteſt dici, quòd hoc locum habet in matrimonio contrahendo, vt propter ſcandalum impediatur matrimonium, quod aliàs legitimum eſt, ſed non dirimitur iam contractum propter ſcandalum: vt hic ſatis patet ex conſultatione: & non dixit hic Alexander, ꝙ coniuncti ſeparentur, ſed reſpondet: ꝙ coniungi non debent, ſi ſcandalum eſt: nam multa fieri prohibentur, facta tamen manent. ſ. de iureiuran. quemadmodum. & ſ. de reg. ad Apoſtolicam. & 30. q. 5. nec illud. §. ſed obijcitur. & 15. q. 1. §. vlti. Vel dic, quòd ꝓpter ſcandalum derogatur iuri, vt propter ſcandalum ſeparentur, licet de iure nō deberent ſeparari: vt ī. eod. ſuper eo. ſed prius verius videtur: qa propter ſcandalum matrimoniū, quod Deo auctore in Paradiſo inſtitutum fuit, per eccleſiā diſſolui non debet. 26. diſt. deinde opponitur. & ita remanet contraria illa decre. ſuper eo. ſed intellige hoc prout ibi dicitur. Ber.

S*I vir.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Conſultationi.* & ibi primò recitat canonū antiquorum contrarietatem. Secundò alterā partem approbat, & rationem addit: ibi, *Ideoque.* Abb. Sicu.

CASVS. Aliquis, vel aliqua filiū ſuum ſcienter, vel ignoranter de ſacro fonte ſuſcepit: Quæritur an debeant ſeparari? Reſpondet Papa, quòd in quibuſdam canonibus generaliter ſtatutum eſt, vt debeant ſeparari: alij aliter, & melius ſtatuerunt: Vnde dicit Alexāder, ſiue ex ignorantia, ſiue ex malitia hoc fecerunt, non ſunt ſeparandi: quia ignorantia eos excuſat, & ex malitia commodum habere non debent. Nota quòd ignorantia excuſat. Item dolus ſuus nemini debet prodeſſe.

d ¶*Inſtitutum.*] 30. q. 1. c. 1. & 2.

e ¶*Statuerunt.*] 30. q. 1. dictum. de eo. ad limina.

¶Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.

f ¶*Debitum debet ſubtrahere.*] Sed nunquid poteſt exigere? 2 Poteſt dici, quòd ille qui hoc fecit ignoranter, poteſt reddere, & exigere: quia non peccauit: qui verò ſcienter, ſatis videretur quòd non deberet exigere, ſed reddere tenetur: tamen non inuenimus prohibitum in hoc caſu, quòd non exigat, ergo nec nos prohibeamus.

2 vide Sotū lib. 4. ſent. diſ. 42. q. 1. art. 1. verſi. at vero in hoc caſu.

g ¶*Si ex ignorantia.*] probabili: aliàs non excuſaretur à peccato. ſuprà de eo qui renuncia. epiſco. capitu. 1. in fine. & infrà de cleric. excom. mini. Apoſtolicæ. & eſt argumen. hic, quòd ignorantia excuſat, vt ibidem, & 1. quæſtio. 4. §. vlti. & 8. diſt. conſuetudo.

h ¶*Patrocinari.*] ſuprà de eo qui dux. in mat. cap. 1. & inf. de collu. audiuimus. 30. quæſtio. 1. dictum. & ſup. de reſcri. ſedes Apoſtolica.

S*Vper eo.*] Primò ponitur quæſtio. Secundò: ibi, *Reſpondemus.* diſtinguens reſponſio. & ſecundum membrum: ibi, *Cæterum.* Abb. Sicu.

CASVS. Aliqui ſunt compatres, quæritur vtrum filij eorum poſſint contrahere matrimonium adinuicem? Reſpondetur, quòd ſi tales ſunt, per quorum alterum vel vtrunque parentes ad compaternitatem peruenerunt, coniungi non poſſunt: & ſi ſint coniuncti, ſeparari debent: ſi vero per neutrum illorum filiorum compaternitas contracta fuit, de

his

duorum compatrum filijs: Reſpondemus, ꝙ ſi tales filij fuerint, per quorũ alterum [a], vel vtrunque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniungi nulla ratione ſuſtineas, & coniunctos Pontificali auctoritate non differas ſeparare.[b] Cæterum, ſi per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus conſuetudinem tuæ metropolitanæ [c] eccleſiæ, vel aliarum circumpoſitarum inquirere,& diligentius imitari: ita quòd ſi eiuſdem eccleſiæ conſuetudo [d] habet, inter eos non ſuſtinere coniugium fieri,nec factum firmitatis robur habere: tu ſimili modo in eccleſia tibi commiſſa , coniugium huiuſmodi fieri nõ permittas: & ſi quos taliter coniunctos inueneris, iuxtà earũdem eccleſiarum conſuetudinem,ipſos ſeparare † abinuicẽ non omittas†. Verum ſi de cõſuetudine habeatur, vt talia coniugia permittantur, id in eccleſia tua diſſimulare [e] poteris: ita quòd nec contradicere [f], nec tuum videaris præſtare aſſenſum: quia ſicut graue eſt, antiquam conſuetudinem circumadiacentium [g] eccleſiarum ſuper his contemnere : ſic quoque grauius videtur, ſi propter eam huiuſmodi coniugijs tuum indulges aſſenſum, cum poſſet ſic in exemplum aſſumi.[h]

†ſeparari

†dimittas

¶ Clemens tertius.

¶Inter patrem baptizati, & vxorem leuantis prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

CAP. IIII.

MArtinus † Bertham duxit vxorem , Tebergā ſibi copulauit Lotharius, qui Berthæ & Martini filium de ſacro fonte ſuſcepit. L. verò & B. ſublatis de medio, M. cũ T. præfata contraxit. ¶ Nos autem conſultationi tuæ duximus reſpondendum, quòd cum ſecundum verbum Domini,vir & mulier efficiantur per connubium [i] vna caro [k], liquidum eſt, Tebergam non poſſe matrimonialiter copulari Martino , qui compater eius [l] fuerat, cum quo [m] vna caro Teberga noſcitur extitiſſe.

†Ca. 1.eo. tit.in 2. cõpil. Eſt aũt illuſtris diffinitio huius decretalis , de qua vide ꝑ alijs Durā dum lib.4. ſen.diſ.42. q. 1. & ibidem Sotũ q.1.ar. 3.te ſpiciẽdum tamẽ ſemp concil. Triden. initio tituli citatum.

Geneſ. 2. Matth. 19. 1.Corin.6. Epheſ. 5.

his conſuetudo metropolitanæ eccleſiæ ſeruari debet,& aliarum eccleſiarum circumpoſitarum;ita videlicet, quòd ſi conſuetudo metropolitanæ eccleſię habet inter eos matrimoniũ non fieri,nec factum firmitatem habere:& ipſe epiſcopus in ſua eccleſia idem obſeruet : verumtamen , ſi de conſuetudine habeatur , vt talia matrimonia permittātur , ex quo contracta ſunt: ipſe epiſcopus illud in ſua eccleſia diſſimulare poterit , ita ꝙ nec contradicere , nec conſentire videatur.qa ſicut graue eſt ſuper his contemnere conſuetudinem circumpoſitarũ eccleſiarum : ita grauius videtur, ſi propter talem conſuetudinem huiuſmodi coniugijs præſtet aſſenſum , cum poſſet ab alijs in exemplum aſſumi. Nota, ꝙ cõſuetudo eccleſiæ metropolitanæ obſeruanda eſt, & aliarum circũpoſitarum. Item conſuetudo facit perſonas legitimas, vel illegitimas ad cõtrahendum. Item aliquid omittitur propter exẽplum. Bern.

a ¶*Alterum,vel vtrunque.*] ſupra eod. cap. 1. & 30. quæſtio. 3. ſuper quibus.

b ¶*Separare.*] quia cõtra canones coniuncti ſunt : vnde ſeparandi ſunt. 10. diſtinc. vides. & C. de lega. non dubium.& 35. q. 3. contradicimus.

¶ *Glo. ſeq. allega. concordat. ſignat contraria, & ſoluit, & iterum arguit.*

1 De materia huius gloſſę vide plene per gloſſam & docto.in c. conſuetudo.diſt. 1.

c ¶*Metropolitanæ.*] ſic 1 12.diſt.de his. Sed contra, quòd conſuetudo,Romanæ eccleſiæ potius ſit ſequenda de conſecra.diſt.4.de trina. 11.diſt.quis neſciat.in fi.contraria intellige de forma ſacramentorum ſeruanda , quam quilibet tenetur ſeruare & credere, prout tenet Romana eccleſia. infrà de hære.ad abolendam.1.reſpon.Item eſt argum. ꝙ prius recurrendum eſt ad conſuetudinem metropolitanæ eccleſiæ , quã aliarum, ad quarum conſuetudinem recurrendum eſt. ſupra de cenſi.ſuper eo.demum ad Romanam.arg.ff. de leg.de quibus. vel potius ad ius ſcriptum.

¶*Glo.ſeq. ſol. quandam obiectionem , cui ſolutioni dat ſimile. ponit demum opinionem,quam reprobat.*

d ¶*Conſuetudo.*] Et intellige de tali conſuetudine,quæ ſcãdalum generaret,niſi fuerit obſeruata.ſup.eod.cap.1. in fi. & ſurgit conſuetudo iſta ex quadam affinitate contracta ex cõpaternitate,vnius filiorum, vt etiam alij coniungi non poſſint,prout olim obſeruabatur ſecundum intellectum Alexã. vt ſ.eo.c.1.& 30.q.3.poſt ſuſceptum. licet illud immutatum fuerit,vt omnes poſſint coniungi,prẹter illas pſonas,quibus mediantibus compaternitas contracta fuerit. 30. q. 3. ſuper quibus.& ſ.eod.cap.1.& ſic ſi ſcandalum magnum ſit in aliquo loco,ꝙ tales coniungantur,vel remaneant cõiuncti,adhuc propter ſcandalum ſeruabitur ibi illud ius, non obſtante conſtitutione,quæ emanauit poſtea in contrarium : Vnde forte ſimili modo poteſt dici: ſi in aliquo loco eſſet magnum ſcandalum & horror,quòd aliqui contraherent in quinto gradu:illud non toleraretur,non obſtante conſtitutione illa infra de conſan.& affini.non debet.quia propter ſcandalũ multa etiam contra ius omittuntur : ergo multo fortius ybi alia ratio ſubeſſe videtur:& ita hic.& ſup.eod.c.1.in fi.ſcandalum impedit matrimonium & dirimit. 2 & eſt ſimile,quia conſuetudo facit aliquem illegitimum ad eligendum. ſ. de cleri. coniu.cum olim.In prohibitione talis matrimonij nullum eſt peccatum:ergo ſi ſcandalum eſt,ꝙ coniũgantur , propter ſcandalum prohibendi ſunt.arg. j. de no.ope.nun.cum ex iniuncto.ſed ſi nulla prohibitio vnquam fuiſſet,inter tales perſonas contractum matrimonium non deberet diſſolui propter ſcandalum, quia talis diſſolutio ſine peccato mortali fieri non poſſet.arg.prædi.decre.cum ex iniuncto. Quidam tamen volunt intelligere verſiculum iſtũ : ita quòd ſi eiuſdem eccleſiæ, &c. de primis perſonis de quib. præmiſit, in prin.c.quia inter eas. de quibus ſecundo dicitur,licitum eſt matrimonium: vt ſ. eo. c. 1. nec de tali matrimonio dixit Alexander ꝙ ſit diſſimulandum , ne in exemplum trahatur: cum eccleſia talia matrimonia approbet: ſed verius credo primum dictum: verumtamen ſi conſuetudo habet, vt poſtquā cõtracta ſunt, tolerentur, poterit iſte diſſimulare: ita ꝙ, nec conſentiat,nec contradicere videatur , propter rationem quæ infra ſequitur.

2 Qualiter ſit hoc dictum accipiendũ tradit Panor. hic,& pleniſſime Hoſtienſis in ſumma.tit. de cognat. ſpirit.§. qs ſit effectus circa medium quos omnino videto adde gloſſam.& docto.ſup. eo.c.1.

e ¶*Diſſimulare.*] Talis diſſimulatio loco approbationis tacitæ habetur & meritò cum nullum ſubſit impedimentum.

¶*Glo.ſeq. de taciturnitate notat tria.*

f ¶*Nec contradicere.*] Nota: ꝙ tacet, 3 neq; cõſentit neq; negat. ff.de reg.iur. q tacet. Quãque tñ taciturnitas habetur pro cõſenſu. 54. diſt.ſi ſeruus. ſ.de præſum.nonne. & aliquando pro contradictione.de conſec.diſt.4.cum pro paruulis.ff. de procurato.filiusfamilias.§.inuitum.65.diſt.ſi forte.

3 De hac regula vide late per Felin.in c. nonne. ſupra de præſumpt.& ꝑ Bartholomæum Socinũ in fallentijs regula 484. & ſeq.verbo: taciturnitas,& tacens.

g ¶*Circumadiacentium .*] Et ita vicinorum locorum non eſt contemnenda conſuetudo:imo ſeruanda , ne ſi contrariũ fieret,ſumeretur inde exemplum : quia cum illa conſuetudo ſatis ſit honeſta,non debet iſte videri auctor, vt alij recedant ab illa conſuetudine : & ita taceant , ſi ſine ſcandalo id ſuſtineant.

h ¶*Aſſumi.*] ab alijs , quia talia coniugia non contrahunt de conſuetudine.

M*Artinus.*] Duo facit.Primò ponit quæſtionem. Secundò eius ſolutionem:ibi,*Nos autem.* Abbas.

Casus. Martinus contraxit matrimonium cum Bertha , & Lotharius cum Teberga:Lotharius filium Martini & Berthæ de ſacro fonte leuauit:tandem Lotharius & Bertha mortui ſunt,& Martinus contraxit cum Teberga: Quæritur vtrũ tale matrimonium teneat & valeat ? Reſpondet , quòd cum vir & vxor per connubium efficiantur vna caro, patet ꝙ Teberga non poteſt eſſe vxor Martini , qui fuit compater Lotharij,cum quo Teberga vna caro noſcitur extitiſſe . Nota ꝙ compaternitas contracta per virum tranſit ad eius vxorẽ, & econuerſo,cum ſint vna caro.

i ¶*Per connubium.*] id eſt,per carnalem copulam. 27.q. 2. Agathoſa.

k ¶*Vna caro.*] 30.q.4.ſciſcitatur.& c.ſi quis ex vno.

l ¶*Eius.*] ſcilicet,Lotharij.

¶*Glo.ſeq.ponit verſus,quos primò exponit.*

m ¶*Cum quo.*] ſcilicet Lothario. Nota, quòd poſt matrimonium carnali copula conſummatum (de quo intellige, quod dicitur hic) ſi alter coniugum ſuſcepit filium alterius de ſacro fonte, ambo coniuges compatres efficiuntur parentibus infantis:& ita ſi vir ſuſcipiat filium alterius de ſacro fonte, vxor mediante viro cõmater efficitur parentibus infantis, & mater ſpiritualis efficitur illius , & econuerſo . 30. quæſtio. 4. ſciſcitatur. capitu. ſi quis ex vno. ſi vero compaternitas

ternitas

ternitas matrimonium præceſſit, ſiue carnalem copulam, puta, ſuſcepiſti filium Berthæ & Martini de ſacro fonte, & poſtea contraxiſti cum Teberga, & eam cognouiſti, vel licet contraxiſti nondum carnaliter illam cognouiſti, quamuis illã poſtea cognoſcas, vxor tua non efficitur commater parentibus illius infantis: quia nõdum eras effectus vna caro cum ea: quia per vnionẽ carnis ſequentem compaternitatem, non tranſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem matrimonium: vnde mortuo & mortua vxore Martini, quorũ filium antequam haberes Tebergam, de ſacro fonte leuaueras, Martinus poterit habere Tebergam in vxorem. 30. q. 4. qui ſpirituale͂. &c. poſt vxoris obitum. & ſic Teberga poteſt habere duos compatres, vnum poſt alium: Vnde nota verſus:

Quæ mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit:
Hæc mea commater, fieri mea non valet vxor:
Si qua meæ natum non ex me, fonte leuauit:
Hanc poſt fata meę non inde vetabor habere:

Sic quandoq; facto ſuo alter coniugum ſolemnizat votũ alterius, puta vir qui volente vxore ordinẽ ſuſcepit. 28. diſt. quia ſunt.

† Capit. 2. eo. tit. in 2. compila. Vide citatos in c. ꝓximo p̃cedenti: ſed Sotum ibidem. c. 2.

† quendam

¶Idem.

¶Compaternitas per catehiſmũ contracta impedit matrimonium contrahendum, ſed contractum nõ dirimit.

CAP. V.

Contracto † matrimonio inter P. & A. vxorem ſuã, quidam cõſanguinei eiuſdem A. contra matrimonium obiecerunt, quòd eadem in primo ſacrati ſalis[a] pabulo, filiũ quondam † concubinæ[b] ipſius P. tenuit: & infrà. ¶Verum, ſi conſtaret vera eſſe quæ diximus, non ideo tamen contractum matrimonium ſolueretur: quæ res vix contrahendo[c] matrimonio impedimẽtum afferret. Ideoque mãdamus, quatenus præfato P. auctoritate noſtra iniungas, vt memoratam A. ſicut vxorẽ maritali affectione pertractet, & carnale debitum ab ea licenter exigat, & perſoluat, ſiue ipſam ante matrimonium contractum cum P. ſiue poſteà conſtiterit hoc egiſſe: dum tamen ſi in fraudem hoc fecerit, cauſa matrimonij ſeparandi, pœnitentiam pro præſumptione accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante.

¶Innocentius tertius Epiſcopo, & archidiacono Linconieñ.

¶Inter patrem baptizati, & leuantem ſeu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio ſpiritualis valida ad impediendum, & dirimẽdum matrimonium poſt contractum.

CAP. VI.

Veniens † ad Apoſtolicã ſedem C. † Anglicus: & infrà. ¶Mandamus, quatenus ſi conſtiterit H. mulierem prędicti viri filiũ de ſacro fonte[d] leuaſſe antequam[e] eam deſpõſaſſet vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione poſtpoſita, celebretis.

¶Idem magiſtro S. canonico Herfordeñ.

¶Si filij duorum compatrum, per quorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem matrimonium contrahant, ſeparantur: & tempore contractus ſcientes impedimentum, illud denunciare tenentur.

CAP. VII.

Tua † nos duxit diſcretio conſulẽdos, an natus an-

Contracto.] Duo facit. Primò ponit caſum. Secundò: ibi, *Verum.* diffiniendum committit: & in commiſſione prius exprimit diffinitionis cauſam, vſque: ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casvs. Quidam P. nomine contraxit matrimonium cũ A. muliere: Tandem conſanguinei eiuſdẽ A. contra matrimonium obiecerunt, ꝙ nõ poterat eſſe vxor ipſius, pro eo ꝙ eadẽ A. tenuit filium cõcubinæ ipſius P. in primo pabulo ſacrati ſalis: iudex dubitauit: Conſultus Papa reſpondet, ꝙ ſi vera cõſtarent eſſe prædicta, matrimoniũ contractum non diſſolueretur: quæ res vix præſtaret impedimentum matrimonio contrahendo: Vnde mandat, quatenus pręfato P. iudex iniungat, vt dictã A. ſicut vxorem pertractet ſiue hoc fuerit factum ante contractum matrimonij, ſiue poſt, ſed ſi fraudulenter hoc fecit cauſa matrimonij ſeparandi: pœnitentiam inde accipiat, matrimonio in ſua firmitate durante. Nota, ꝙ per ea quæ pręcedunt baptiſmum, non contrahitur compaternitas.

1 Pabulum ſacrati ſalis dr̃, dum inter catechizãdum cathechumenum ſal ori eius apponitur.

a ¶*Sacrati ſalis pabulo.* 1] De conſecra. diſt. 4. ſal. cœleſtis.

b ¶*Concubinæ.*] Quidam dicunt, ꝙ ille filius tantum erat filius concubinę ipſius P. de alio viro: dicentes, ꝙ compaternitas contrahitur per illud ſacramentum ſacrati ſalis, ſed ſecundum hoc nulla fuiſſet quæſtio.

¶Glo ſeq. recitetur per quæſtionem, an per catechiſmum, &c. & tria alleg. quod non, & duo in contrarium, ponit tres opiniones, & tertiam improbat, huic decre. reſpondens, primum in fi. illam approbat.

2 De materia huius gloſſę vide Theologos ſcholaſticos libr. 4. ſent. diſt. 42. & præ alijs B. Thomã & Sotũ. q. 1. art. 2. vbi de opinionib. hic relatis iudiciũ faciunt.

c ¶*Vix contrahendo.*] Ex hoc 2 videt̃, ꝙ per illa quæ præcedunt baptiſmũ, non contrahitur compaternitas. arg. 32. diſtin. prætor. §. verum. in fi. vbi dicitur ꝙ baptiſmus eſt ianua omniũ ſacramentorũ. Item propter catechiſmũ non fit aliquis aptus contrahere matrimoniũ. 28. q. 1. caue. Itẽ ſi decederet ſine baptiſmo, non prodeſſet ei catechiſmus quin perpetuo damnaretur, de conſe. diſt. 4. firmiſſimè. & c. nulla. & ſic eſt adhuc membrũ diaboli ergo, non poteſt eſſe ſpiritualis filius. Arg. contra, ꝙ contrahatur cõpaternitas per catechiſmũ. 30. q. 1. c. 1. vbi dicitur ꝙ à primo pabulo ſacrati ſalis vſq; ad confirmationẽ contrahitur compaternitas. ea. cauſa. q. 4. ſi quis ex vno. de conſec. diſt. 4. in catechiſmo. nã & Chriſtiana dicitur, poſtquã eſt catechizata. 28. q. 1. caue. Hug. dicit ſuper illo c. peruenit. 30. q. 1. ꝙ ſicut ſeptẽ ſunt dona ſpiritus ſancti, ita ſeptẽ dona baptiſmi: & ꝑ quodlibet illorũ contrahitur cõpaternitas, ita ꝙ impedit & dirimit matrimoniũ: Primum eſt collatio ſacrati ſalis. de conſe. diſt. 4. ex hinc. Secundũ aurium & narium linitio cum ſputo. diſt. ea. poſtea tanguntur. Tertium in fronte & pectore crucis ſignatio. diſt. ea. poſtea ſignatur. Quartum olei ſacri perunctio. diſtin. ea. deinde. Quintũ ablutio baptiſmi. diſt. ea. venit. Sextũ in vertice chriſmatis punctio à ſacerdote. diſt. ea poſtquam aſcendit. Septimũ confirmatio chriſmatis in fronte per epiſcopum. diſt. ea. presbyteri. Et illi qui ſequuntur Hug. dicunt: ꝙ ille filius nõ fuit filius Petri, ſed tm̃ concubinæ: & dñt hãc decret. nõ tenere, dato ꝙ fuerit fili⁹ Petri. Alij dñt, ꝙ ꝑ tria ſacramenta tantũ contrahitur cõpaternitas, ſ. per catechiſmũ 3, baptiſmum, & confirmationem de conſec. diſt. 4. in catechiſmo. 30. q. 4. ſi quis ex vno. & hæc mulier non tenuit illũ filium ad totum catechiſmum: ſed tantum ad immiſſionem ſalis: quod ſatis apparet per hanc literã. Alij dicunt, quòd licet compaternitas contrahatur per catechiſmum: per illam tamen non dirimitur matrimonium contractũ, prout innuitur per hanc literam, tali ratione, quia baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum: vt dictum eſt in c. præter. §. verum. 32. diſt. & s̃. de presby. non bap. c. 1. & 3. ergo ſi ianua non eſt aperta, nullum ſacramentũ recipitur. Item alia ratione, quia ante baptiſmum non eſt filius eccleſiæ, quia ſine eo nullus ſaluatur, vt dictum eſt: ergo ſi non eſt filius eccleſiæ, non eſt filius ſpiritualis: & ſi non eſt filius ſpiritualis, nulla per eum eſt cognatio contracta: ergo propter hoc non debet matrimonium ſeparari. Sed certe contra iſtos qui dicunt, ꝙ etiam per catechiſmũ non dirimatur matrimonium manifeſte faciunt illa duo. c. ſi quis ex vno. & cap. in catechiſmo: quia ibi æquiparantur iſta tria, catechiſmus, baptiſmus, & confirmatio: Vnde credo, ꝙ ſi quis teneat aliquem in toto catechiſmo, in quo vnus patrinus debet eſſe, ꝙ ille ſit compater effectus parentibus infantis: ſed hæc mulier non tenuit illum filium infantẽ niſi in primo pabulo ſacrati ſalis: nec expreſſe dicit litera, ꝙ fuerit filius P. & ideo dico, ꝙ catechiſmus impedit & dirimit 4. T. dixit, ꝙ cõpaternitas per catechiſmũ contracta inualida eſt ad matrimonium dirimendũ, quod ſatis poſſet tolerari ratione prædicta.

† Capit. 1. eo. tit. in 3. compila. Cõcordat concil. Triden. ſeſſio. 24. de refor. matr. c. 2. adde citatos in ſuperioribus

† F.

3 Qui ita ſentiunt, ꝓpriam vocẽ vident̃ ignorare, quia catechiſm⁹ nõ eſt ſacramentũ, ſed ſacramẽtale. ita B. Thomas p̃ citata diſt. 42. q. 1. ar. 2. in corpore.

† Capit. 2. eo. tit. in 3. compilat. De intellectu vid̃ Sotum libr. 4. ſentẽ. diſt. 42. q. 1. ar. 3. verſi. ſecunda concluſio circa finem.

4 Hæc opinio gloſſæ iã olim diſplicebat theologis lib. 4. ſent. diſt. 42. vbi B. Thomas & Sotus, ambo. q. 1. ar. 2. hodie per conſtitutionẽ Bonifacij octaui reꝓbata eſt in c. 2. de cognat. ſpiri. libr. 9. vbi cathechiſmus impedit matrimoniũ contrahẽdum non tamen dirimit iã contractũ.

Veniens.] Casvs. Quidã Anglicus C. nomine, contraxit matrimonium cũ H. muliere: dicebatur ꝙ H. mulier ſuſceperat filiũ prędicti C. viri ſui de ſacro fonte: Quærebatur, an propter hoc debeat ſeparari ab ipſo: Mandat Papa, quatenus ſi conſtiterit dictum H. filium viri ſui ante contractũ matrimoniũ de ſacro fonte leuaſſe, omnino ſeparetur: ſecus eſſet ſi poſt matrimoniũ contractum. Nota ꝙ cognatio ſpiritualis impedit matrimonium, & dirimit, ſicut copula carnalis.

¶Glo. ſeq. reci. per quæſtionem, de qua remittit.

d ¶*De ſacro fonte.*] Idem ſi tenuiſſet eum in catechiſmo, vel in confirmatione: vt s̃. c. proxi. dictum eſt.

e ¶*Antequam.*] Bene dicit, antequam: quia ſi poſt contractum matrimonium hoc feciſſet, non ſepararetur matrimonium contractum. s̃. eod. ſi vir. & 30. quæſt. 1. ad limina. dictum eſt de eo.

Tua nos.] ſunt duæ partes. In prima trimẽbris conſultatio. In ſecunda cuique reſponſio: ibi, *Super quo.* Abbas.

Casvs. Aliquis, puta Martinus habebat filium, nato iſto filio Martinus ſuſcepit filiam Petri de ſacro fonte: quæ-

ritur, vtrum filius iſte natus ante compaternitatem cōtractam inter Martinum & Petrum, poſſit accipere in vxorem filiam Petri, per quam compaternitas illa contracta fuit: & an ſi cōtraxerint, debeant ſeparari? & an illi qui conſcij ſunt illius matrimonij, debeant illud accuſare? Reſpondetur, quòd huiuſmodi perſonæ non poſſunt contrahere: & ſi contraxerint, debent ſeparari: & qui contractum ſciuerint, debent

† Contraxerint.

illud eccleſię nunciare. Nota quòd perſona illa. qua mediante compaternitas eſt cōtracta, non poteſt copulari alicui de filijs alterius cōpatris: ſiue ſit natus ante compaternitatem, ſiue poſt. Item quilibet tenetur denūciare matrimonia illicitè contracta.

a ¶ *Filiam.*] ſpiritualem: per quam compaternitas eſt contracta. s̄.eo.c.1. & c.ſuper eo. in prin.

b ¶ *Poſſunt.*] id eſt, debent de iure. s̄.eod.c.1. & c.ſuper eo. in prin.

¶ *Gloſſ. ſeq. arg. ſignat contrarium, & remittit.*

† Vide c.1. de cognat. ſpirit. li. 6. B. Thomā lib.4. ſent. diſt.41.q.1. ar.2.& Durādum ea. diſt.q.1.

c ¶ *Nunciare.*] Not. arg. ꝙ denunciatio criminum ad omnes ſpectat, & non tantum ad prælatos. Item perſonę illæ quæ ſciuerunt contrahi matrimoniū, non admittuntur ad accuſationē matrimonij, aut etiam ad teſtificationē.

† aliàs ita: in maritū.

j̄.qui ma.accuſ.poſ. cū in tua.nō tamen repelluntur à denunciatione: vt hic patet. & tamen hic conſequitur idem per denunciationem in hoc caſu, quod per accuſationem: non enim poteſt pœnitere ille cui denunciatur tale crimen, niſi remota vxore. 14.q.6.ſi res.arg. Item alia via excluditur, & alia admittitur, ſic s̄.de iureiur.quemadmodum. s̄.de deſpon.impub.ad diſſoluendum. Arg.contrà. s̄.de procurator, tuæ. vbi de hoc. Bern.

te compaternitatem, filiam[a] compatris patris ſui, vel commatris ſibi poſſit matrimonialiter copulare? & ſi cōtraxit†, an debeant ſeparari, & an conſcij talis matrimonij teneātur illud in publico accuſare? Super quo reſpondemus, quòd huiuſmodi perſonæ non poſſunt matrimonium contrahere: & ſi contraxerint, poſſunt[b] abinuicem ſeparari: & qui cōtractum ſciuerint, debent eccleſiæ illud nunciare[c].

¶ Gregorius nonus.

¶ *Inter baptizatum, & filium baptizantis, oritur cognatio ſpiritualis impediens & dirimens matrimonium inter eos contrahendum. h. d.*

CAP. VIII.

EX † literis veſtris accepimus, quòd cum M. mulier coram officiali Cātuarieñ. Alanum peteret in † virum, & ſe affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per teſtes idoneos probauiſſet: dictorum tandem teſtium depoſitionibus publicatis, idem A. excipiendo propoſuit, quòd eam habere non poterat in vxorem, pro eo ꝙ ipſum pater mulieris eiuſdē, qui ſacerdos extitit †, baptizauit[d]. Sed cum idem officialis exceptione huiuſmodi non admiſſa diffinitiuam tulerit ſententiam contra ipſum, & idem ad ſedem Apoſtolicam appellauerit: Mandamus, quatenus, ſi eſt ita, eūdem A. ſuper hoc, ab impetitione mulieris abſoluatis ipſius: eidē mulieri perpetuum ſilentium imponētes.

EX *literis.*] Diuiditur in duas partes. In prima iudicum cōſultatio. In ſecunda mandatum: ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quædam mulier M. nomine, coram officiali Cantuarieñ. archiepiſcopi petijt quendam A. nomine in maritum, dicens ſe affidatam ab ipſo, & carnaliter cognitam: Ad hoc probandum induxit teſtes: publicatis atteſtationibus teſtium, per quos mulieris intentio probata erat, dictus A. excipiendo propoſuit, ꝙ eam habere non poterat in vxorem pro eo ꝙ pater eiuſdem mulieris, qui ſacerdos fuerat, ipſum baptizauerit: ſed non obſtante huiuſmodi exceptione, tulit ſententiā diffinitiuam pro matrimonio contra ipſum: à qua ſententia ſedem Apoſtolicam appellauit: Mādat Papa quatenus, ſi eſt ita, eundem A. iudex ab impetitione mulieris abſoluat, eidē ſuper hoc ſilentium imponendo. Nota ꝙ filius ſacerdotis ſpiritualis, vel filia, non poteſt copulari in matrimonium filio, vel filiæ carnali ipſius ſacerdotis.

¶ *Glo. ſeq. fortificat. tex. quærit, & ſol. ſolutioni reſpondet, & dat ſimile ſecundo quærit arg. negatiue. ſol. contrarium.*

d ¶ *Babtizauit.*] Et ita fuit filius ſpiritualis ipſius ſacerdotis. 30.q.1.omnes quos. vbi de hoc. & c.nō debet. & 30.q.4.ſi quis

1 Forte legendum.ꝙ

ex vno.arg.ergo 1 & filia illius effecta eſt ſoror ſpiritualis viri, ac ſi ipſum ſacerdos de ſacro fonte leuaſſet, quia tunc illam habere in vxorem non poſſet, quia ea mediante compaternitas eſſet contracta. s̄.eo.c.1.& c.ſuper eo. & 30.q.3. ſuper quibus. ergo multo fortius cum ſit pater ſpiritualis illius. Sed quid mouit iſtum officialem ad ſententiandum pro matrimonio? Hæc potuit eſſe cauſa: quia edictū de matrimonio prohibitorium eſt. s̄. de ſpon. cum apud. ſed hoc non inueniebatur prohibitum expreſſis verbis de his qui baptizant, quòd filij eorum cum talibus non poſſent cōtrahere: ſed licet expreſſe non eſſet prohibitum, ſatis videbatur eſſe prohibitum, ex quo pater eſt ipſius ſpiritualis: quia in eo, quod minus eſt, prohibitio inuenitur, ſcilicet in filio illius, qui aliam de ſacro fonte leuauit, ſimile eſt quod dicit Vrbanus: nulla ratione prohibitum inuenitur, ꝙ vir & vxor ſimul non poſſint filium alterius de ſacro fonte ſuſcipere 2. 30.q.4.quòd autem.hoc eſt verum verbis expreſſis: ſed in genere prohibitum eſt, dū prohibetur, quòd plures ſimul non ſuſcipiāt puerum de ſacro fonte. de conſecr.diſtin.4. non plures. & quia prohibetur commiſceri filiæ ſpirituali: vt c.non debet. Sed nunquid filius ſacerdotis poteſt contrahere cum filia illius, quam recepit ad pœnitentiam 3? Videtur quòd non, quia & illa filia ſpiritualis eſt ſicut illa, quam baptizat. 30.q.1.omnes quos. ſed non eſt ita: quia non contrahitur tanta affinitas in pœnitentia ſicut in baptiſmo: quia per pœnitentiam non efficiuntur filij ſacerdotis affines filijs eorum, quibus pœnitentiā iniungūt, nec vſquequaque inuenitur prohibitum directè vel indirectè. ergo intelligitur eſſe cōceſſum. s̄.de ſponſa.cum apud.

† extiterat.

2 Qđ dic vt j̄.eod.c. vlti. lib.6. Ioan.And.

† Vide Magiſtrū libr. 4.ſent.diſt. 42. & ibi Thomā q. 2.ar.1.2.& 3.& Durādum.q.1.

† Cap.vnico eod.tit. in 1.cōpil.

3 De his filiabus ſpiritualibus vide Magiſtrum libr. 4.ſent.diſt. 42.§.ſpirituales filij ſunt.

TITVLVS XII.

De cognatione legali.†

¶ Nicolaus ad conſulta Bulgatorum.

¶ *Inter adoptatum, & filium adoptantis, non poteſt durante adoptione conſiſtere matrimonium.*

CAP. VNICVM.

SI † qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quandiu[e] durat adoptio, inter me & ipſam nuptiæ conſiſtere non poſſunt.

DE COGNATIONE LEGALI.

¶ *Viſo de cognatione ſpirituali, meritò ſubijcitur de cognatione legali. Et vide ad materiam huius tit. textum cum glo. 30. q. 3. c.1. & in c. per adoptionem. Et dic quòd adoptio legalis eſt quædam propinquitas, per quam efficitur quis filius, vel nepos, vel deinceps ſeu frater, vel affinis qui non eſt, naturam imitans. l. adoptiones. ff. de adopti. Abbas.*

SI *qua per.*] CASVS. Pater meus adoptauit aliquam in filiam: quęritur an ego poſſim illam accipere in vxorem: Dicit Nicolaus, quòd quamdiu durat adoptio inter me & illam, matrimoniū tenere non poteſt. Nota, ꝙ non poſſum contrahere cum ſorore adoptiua, quamdiu durat adoptio. Item ceſſante cauſa ceſſat effectus.

¶ *Glo. ſeq. argumentatur à contrario, &c.*

e ¶ *Quandiu.*] 30.q.3.ita diligere. ergo ea finita cum ea poſſum contrahere. Inſt. de nup. §. ſed & ſi qua. Item arg. hic quòd cauſa ceſſante ceſſat effectus. s̄.de renun. poſt tranſlationem. s̄. de iureiu. & ſi Chriſtus. ad fi. & 61. diſt. c. ſtatuimus. §. his omnibus. ff. de rit. nup. per adoptionem. Not. ad intelligentiam huius decretalis ꝙ cognatio quædā eſt ſpiritualis, de qua dicitur. s̄. tit. proxi. Quædam etiā legalis, de qua hic dicitur. Legalis cognatio fit duobus modis, vel per adoptionem 4, vel per arrogationem. Dicimur autem arrogare illum, qui ſui iuris eſt, & per arrogationem tranſit in noſtram poteſtatem: & fit arrogatio principis auctoritate: adoptio autem per quemlibet magiſtratum. Inſti. de adoptio. §. 2. & 3. nec tranſit in poteſtatem adoptantis. C. de adop. l. vltim. & Inſti. eod. titul. ſed hodie remanet in poteſtate ſui patris. Et tam arrogati quàm adoptati dicuntur filij adoptiui ſiue fratres. Et inter fratres adoptiuos, ſiue naturales, & legitimos impeditur matrimoniū quamdiu durat adoptio. vt hic, & ff. de rit. nup. per adoptionem. & 30. q. 3. ita diligere. Sed inter aſcendentes & deſcendentes, id eſt, inter adoptantem, & adoptatum ſemper impeditur matrimonium.

4 De materia huius gloſſæ quatenus agit de adoptione, & arrogatione, vide plenè p Aretinū & Doctores. Inſtitut. de adoptio.

trimonium.ff.de ritu nuptiarũ. adoptiuus. licet ſoluatur adoptio.ff.cod.tit.quin etiam. Item poſſet dici, ꝙ filius adoptatus poſſet copulari filiæ adoptantis, cum adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis. Inſtitu.de adopti.§.2. ſic etiam poteſt dici, ꝙ filius illegitimus poteſt copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus nõ eſt in poteſtate patris. de inſt. nupt. §. vlti. Illegitimus nõ pót copulari filiæ ſpirituali. Alij dicunt, ꝙ adoptatus nõ pót copulari filię adoptantis: quia licet adoptatus non tranſeat in poteſtatem adoptantis: acquiruntur tamen ei quædam iura per adoptionem, quę diſſoluũtur per emãcipationẽ. C.de adopti.l. penul.§. ſinautem. & hoc idem videtur per decretalem iſtam, quæ indiſtinctè loquitur de adoptione, non diſtinguẽdo inter arrogatum & adoptatum. & hoc impedimẽtum deſinit per emancipationẽ alterutrius. ff.de adopti.in omni.ff. de ritu nuptiarum, per adoptionem. Sed nunquid filij adoptiui poſſunt contrahere inter ſe? Dici poteſt ꝙ ſic: quia nõ inuenitur prohibitum. Item quid ſi adoptiuus durãte adoptione contrahat cum legitima? Dicunt quidam 1 ꝙ non diſſoluitur matrimonium, cũ illud impedimẽtum ſit temporale. Hug.dicit, ꝙ non eſt matrimonium, nec obſtat ꝙ temporale ſit impedimentum: & inducit ſimile, hodie nõ poſſum contrahere cum illa, quæ habet virum, tamen cras potero mortuo viro ſuo. & hæc decretalis facit pro Hug.

† Vide qđ nouiſſime decreuit concil. Trident. ſeſſi. 24. de reforma.c.4.

†. Hæc duo verba: vel ſpõſæ, deſunt in aliquot antiquis codicibus, & in oĩbus manuſcriptis Vaticanis.

† Med.
† Mentiam
† Meldam ſed in cõcilijs nondũ repertũ eſt ſicut pleraque alia.

† Capit.1. eo.tit.in 1. compila. Vide Burchardũ li. 19.decret. c.5.titu.de fornicatione. 2.verſi. feciſti fornicationẽ cum filiaſtra tua.

† alijs.

1 Hoc placet Guil.in Spe.eo.tit. in princ.& oĩno vide quod pro hoc dicto ibi ſcripſi. Ioan.And.

TITVLVS XIII.

De eo, † qui cognouit cõſanguineam vxoris ſuæ, (vel ſponſæ †).

¶ Ex concilio apud Metiam. †

¶ *Aſſinitas ſuperueniens poſt matrimonium contractum, non ſoluit matrimonium, ſed exactionem debiti impedit: & crimen inceſtus inhabilitat quo ad matrimonium contrahendum.*

CAP. I.

SI † quis cum filiaſtra [a] ſua ſciẽter [b] fornicatus fuerit: Nec à matre debitum petere, [c] nec filiam vnquam habere poteſt vxorem: nec filiaſtra, nec ille [d] vllo vnquam tempore, alij † ſe poterunt matrimonio copulare [e].

¶ Alexander iij. Pictauieñ. Epiſcopo.

¶ *Aſſinitas ſuperueniens etiam per illicitum coitum diſſoluit ſponſalia de futuro, ſed non matrimonium: & inceſtuoſus contrahere non poteſt.*

DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS ſuæ (vel ſponſæ.)

¶ *Viſo de cognatione ſpirituali, & legali, de carnali videndum reſtat: Sed quia ex copula habita cum conſanguinea vxoris, oritur affinitatis cognatio, de qua poterat dubitari vtrum dirimeret, vel impediret matrimonium, ideo ſubijcitur hæc rubrica. Et virtus totius tituli conſiſtit in hoc, quòd affinitas contracta ex copula conſanguineę vxoris, non dirimit matrimonium prius contractum, ſed ſoluit ſponſalia de futuo. Item priuat facultate contrahendi matrimonium, & exactione debiti in vxore habita: vt patebit in proſecutione tituli. Abbas.*

De hac materia tractatur 37.q.7. in multis capitulis.

SI *quis.*] Primò ponitur thema, ex quo triplex elicitur quæſtio. Secundò ſoluit: ibi, *Nec à matre.* Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis cognouit filiaſtram ſuam, non poteſt petere debitum ab vxore, nec filiaſtram habere in vxorem, nec vnquam filiaſtra vel ille poterunt ſe alij matrimonialiter copulare. Nota quòd inceſtuoſi contrahere non poſſunt.

a ¶ *Filiaſtra.*] 32.q.7.quædam. & c. qui dormierit 2 & c. ſi quis viduam.

b ¶ *Scienter.*] ſecus ſi ignoranter.3.q.2. in lectum.

¶ *Glo.ſeq.cum vltima recitari poßunt per quæſtiones, vel textualiter, ſi placet.*

c ¶ *Petere.*] Exactus tamen reddere tenetur.j.eod.tit. tranſmiſſæ. non obſtante affinitate iniquè ex poſtfacto contracta: & ſine culpa priuari iure ſuo nemo debet.j. eo. diſcretionem. & c. vlti. & c.tuæ.

d ¶ *Nec ille.*] poſt mortem vxoris.

2 Sed caute legendi ſunt hi canones, vt optime ad monet Sotus dũ hoc ipſum decretũ interpretaĩ lib. 4. ſentent. diſt. 37. q. 1. ar. 2.

e ¶ *Copulare.*] pp inceſtum.32.q.7.q. dormierit.& j.eo. c. ex literis tñ ſi contraherent, tenet matrimonium: & etiã ſi eſſent iuuenes, diſpenſaretur cum eis.33. q.2. in adoleſcentia. Ber.

VEniens.] Primò ponitur deciſa conſultatio. Secundò diſtinguens reſponſio: ibi, *Inquiſitioni.* Secundum membrum: ibi, *Cæterum.* Abbas Siculus.

CAP. II.

VEniens † ad nos præſentium lator; & infrà. ¶ Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi matrem [f] ſponſæ ſuæ cognouit, & † ſponſæ nunquam carnaliter adhæſit [g], imponenda eſt ei pœnitentia paulò maior [h], quàm pro adulterio; qua peracta, vel parte [i] ipſius, poterit ex diſpenſatione [k], cum alia matrimonium contrahere. Cæterum ſi ſponſam cognouit [l], antequam matrem, vel poſt, nunquã eam [m], vel aliam [n] poteſt accipere in vxorem.

CASVS. Quidã contraxit ſponſalia de futuro cum quadã, & pater ipſius matrem ſponſæ accepit in vxorem: Tandem inſtigãte diabolo matrem ſpõſæ cognouit: tam pater quã conſanguinei ſui volebant vt matrimonium de pręſenti conſummaret: ſed ipſe noluit donec factũ epiſcopo proponeret. Epiſcopus cõſuluit dominum Papã, & ipſe reſpondet, ꝙ ſi matrem ſponſæ cognouit, & ſponſæ carnaliter non adhæſit, imponenda eſt ei pœnitentia paulo maior, quam pro adulterio, & illa peracta vel parte ipſius, epiſcopus diſpẽſet cum eo vt aliam recipiat (ſi voluerit) in vxorẽ. Si verò ſponſam cognouit ante matrem, vel poſt, aliam non poterit accipere in vxorẽ, propter inceſtum, ſed à ſponſa non ſeparabitur: & in hoc non tenet quod dicit, nunquam eam ſcilicet ſponſam, poteſt accipere in vxorem. Nota hic pœnam illius qui matrem ſponſæ ſuæ cognouit.

† Capit.3. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium Lateranen.par. 12.c.4.

† alias ita: ſi ſponſæ, &c.

¶ Idem.

¶ *Non ſeparatur matrimonium ad dictum vnius aſſerentis affinitatem inter coniuges præceſſiſſe.*

CAP. III.

DE illo †, qui vxorẽ fratris, antequã ei matrimonio iungeretur, ſe ꝓpoſuit cognouiſſe: Reſpondemus, ꝙ niſi hoc publicum, & notorium fuerit, aut idoneis teſtibus comprobatum: prædictum matrimo-

† Capit.2. eo.tit.in 2. compila.

f ¶ *Matrem ſponſæ.*] de futuro: vnde affinitate ſuperueniente, illam in vxorem habere non poterit ſolutis ſponſalibus.j. de conſang c.2.& j.eo. ex literis.

g ¶ *Adhæſit.*] poſtquam cognouit matrem.

¶ *Glo.ſeq.obijcit, & ſoluit.*

h ¶ *Paulo maior quàm pro adulterio.*] Quare maior pœnitentia imponitur quam pro adulterio, cum tamen publicę honeſtatis iuſtitiam violauerit, cum illa eſſet ſponſa de futuro? Dicas ꝙ non ſolum violauit publicæ honeſtatis iuſtitiam, ſed adulterium commiſit cum matre ſponſæ ſuæ, quæ nupta erat patri ſuo, vt patet in antiqua 3: aliàs ſi mater ſponſæ non eſſet coniugata, non puniretur plus, nec etiam tñ: vnde iſte multo plus debet priuari, quam pro adulterio, propter tria, videlicet propter honeſtatis iuſtitiam, propter adulterium, & inceſtum etiam, quod perpetrauit cognoſcendo affinem primi generis, & primi gradus.

3 Antiquã decretalẽ integrã habes locis citatis initio hui⁹ c.

i ¶ *Vel parte.*] Arg. ꝙ ſufficit aliquid inchoare, & ſi non ſit completum.s.de elect. cum in cunctis.§. inferiora.

k ¶ *Ex diſpenſatione.*] Inceſtuoſi enim contrahere non debent, & ideo diſpenſatur cũ eo, quia iuuenis erat: aliàs ſine peccato contrahere non poſſet.33.q.2.in adoleſcentia. tñ ſi contraheret citra aliquam diſpenſationem, teneret matrimonium.

l ¶ *Cognouit antequam matrem.*] Vnde ſtatim fuit matrimonium præſumptum.s.de ſpon.is qui.& s.de cõdi.appo. de illis. vnde matrem vlterius habere non poſſet, etiam ſi non eſſet cognita: & hoc idem eſſet, etiam ſi nunquam cognouiſſet ipſam. s.de ſpon. ſponſam. Bern.

m ¶ *Eam.*] ſcilicet matrem, vt dictum eſt. Vel dic, eam, id eſt, ſponſam ſuam, & ſecundum hoc non tenet.j. eod. diſcretionem. & c. vlt.

n ¶ *Aliam.*] poſt mortem iſtius: quia ex quo eam cognouit antequam matrem, non diſſoluitur matrimonium, licet poſtea cognouerit matrem.j.eo.diſcretionem.& c.penult. & vlti.ſed ea mortua cum alia propter inceſtum contrahere non debet. j.eo.tranſmiſſæ. in fin.

DE *illo.*] Primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Reſpondemus.* Abbas.

CASVS. Quidam dicebat, ꝙ cognouerat vxorem fratris ſui, antequam cum illa matrimonium contraxiſſet: quæritur quid iuris? Reſpondet Papa, ꝙ propter hoc non ſunt ſeparãdi, niſi hoc eſſet notorium, aut per idoneos teſtes legitimè probaretur. Nota ꝙ ſimplici aſſertioni alicuius non eſt credendum.

¶ *Glo. ſeq. recitari poſſet per contrarium.*

a ¶ *Occaſione.*] quia confeſſio illa ſola non præiudicat 1, etiam ſi rumor viciniæ conſentiret. ȷ̃. eo. ſuper eo. ſecus eſſet in matrimonio contrahendo. ſ̃. de ſpon. præter ea. 1. & ȷ̃. tit. proxi. c. 2. Ber.

1 Et ideo dicit tex. illã occaſione, non dicit, cãm. ad hoc de maiori. & obed. ſoli tę. Io. And.

TRanſmiſſæ.] Primò conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Quia verò.* Abbas Siculus.

† Capit. 3. eo. tit. in 2. compilat. Prę alijs vide Sotum lib. 4. ſent. diſt. 17. q. 1. art. 3.

CASVS. Quidam habebat vxorem, ea mortua filiam vxoris defunctæ cognouit: poſtmodum aliam accepit, & nihilominus cũ priuigna publicè delinquebat: Quæſitum fuit à Papa, qualiter in facto iſto eſſet agendũ? Reſpondet, ꝙ vxori legitimæ cohabitet, & neceſſaria ei ſubminiſtret nec eã cognoſcat quãdiu vixerit, niſi ab ea fuerit requiſitus: & donec cum ea permanſerit, pro inceſtu & adulterio pœnitẽtiam agat pro arbitrio imponentis: & ſi ſuperuixerit vxori, ſine ſpe coniugij perſeueret. Not. ꝙ pœnitentiæ ſunt hodie arbitrariæ. Itẽ inceſtuoſi contrahere non debẽt: tamen ſi contraxerint tenet matrimonium.

¶ *Glo. ſeq. dat ſimile, & tradit regulam.*

b ¶ *Illicitam rem.*] Inceſtui adulterium adiungendo.

c ¶ *Legitimę.*] ſic patet ꝙ inceſtus 2 non impedit quo minus matrimonium ſit legitimum licet contrahere non debeat, ſicut votum ſimplex. ſ̃. qui cle. vel vouentes, rurſus: talia enim crimina impediunt matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt iam cõtractum, niſi in tribus caſibus: ſi machinatus fuerit in mortem alterius, ſi dedit fidem adulteræ, ſi duxit eam de facto. ſ̃. de eo qui duxit in matri. cum haberet. & c. ſuper hoc.

2 Adde cũ quibus cõmittitur inceſtus. glo. in §. 1. Inſt. de nupt. & ſuper rubr. C. de adulter.

d ¶ *Fuerit requiſitus.*] Et ſic intellige ſ̃. eo. c. 1.

e ¶ *Sine ſpe coniugij.*] 32. q. 7. ſi quis viduam. & 35. q. 3. de inceſtis. ſ̃. eo. veniens & ȷ̃. de pœn. & remiſ. c. 2. vbi de hoc.

SVper.] Primò ponit quęſtionem. Secundò ſolutionem: ibi, *Tuæ.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum aliqua muliere: tandem tam ipſe quàm vxor confitebatur, quod quandam conſanguineam vxoris ſuæ antequàm cum ea contraxiſſet, carnaliter cognouit: & aliqua pars viciniæ illud clamabat: quæritur an ſint ſeparandi? Reſpondetur, ꝙ propter eorum confeſſionem tantummodo non ſunt ſeparandi, vel propter rumorem viciniæ: quia multi quandoque colluderent adinuicem & ad confeſſionem inceſtus faciliter proſilirent, ſi per eorum confeſſionem crederent ſeparari: & rumor viciniæ non eſt adeo validus, quòd bene coniuncti debeant ſeparari, niſi rationes probabiles accedant. Nota quòd confeſſio coniugum contra matrimonium, non præiudicat ipſi matrimonio, propter colluſionem. Item rumor viciniæ non facit probationem: ſecus de fama.

nium occaſione [a] illa, ipſum impetere non permittas.

¶ Celeſtinus iij.

¶ *Inceſtuoſus matrimonium contrahere non debet: ſed ſi contrahit, tenet: & tunc tenetur reddere, ſed non poteſt debitum exigere, & non minus tenetur vxori neceſſaria adminiſtrare.*

CAP. IIII.

TRanſmiſſæ † nobis tuæ literæ demonſtrarũt, quòd G. vxore ſua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam, copula carnali cognouit: poſtmodum aliam accipiens in vxorẽ, cum priuigna publicè tamquam canis ad vomitum rediens, illicitam rem [b] cõmittere nõ expauit. ¶ Quia verò ſuper his cõſilium requiſiſti, præſenti pagina reſpondemus, quod legitimę [c] vxori cohabitans, & neceſſaria ſubminiſtrans, non cognoſcat eam quamdiu vixerit, niſi ab ea fuerit [d] requiſitus: & tunc ad ipſam non ſine graui cordis dolore accedat: qui etiam pro inceſtu, & adulterio, donec cum ea permanſerit, iuxtà moderamen tui arbitrij pœnitentiam agens, poſtmodum ſi ſuperuixerit ei, perpetuò ſine ſpe coniugij [e] permanebit.

¶ Idem.

¶ *Non ſeparatur matrimonium ad cõfeſſionem coniugũ, qui dicunt affinitatem præceſſiſſe, etiam ſi rumor viciniæ conſentiat. Et eſt caſus multum allegabilis, & notabilis.*

¶ *Glo. ſeq. obijcit & ſoluit diſtinguendo triplicem confeſſionis ſpeciem. Iterum obijcit, & ſoluit.*

f ¶ *Confeſſionem.*] Sed videtur ꝙ confeſſioni ſtãdũ ſit: quia confeſſus in iure, pro iudicato habetur. C. de confeſſ. l. vnica. & ff. eo. tit. l. 1. & l. certum. & ſ̃. de cenſi. olim cauſam. Dicas ꝙ in caſu iſto non ſtatur cõfeſſioni cõtra matrimonium, propter rationẽ quæ hic in litera redditur. Et eſt ratio: quia contra ſe quiſque teſtificari poteſt, pro ſe uero minime. 14. q. 2. §. 1. & ff. de inter. act. de ætate. §. 1. præterea iſte nõ confitetur cõtra ſe, imo pro ſe: vnde iure communi non prodeſt ei talis confeſſio: Nam iſte petit ſeparari ab vxore, quia dicit ſe cognouiſſe eius conſanguineã: ſi confiteretur aliquid contra hoc, propter qđ ei præiudicaretur, tunc videretur ſtandum ſuæ confeſſioni: ſed vt dixi, ſpeciale eſt in matrimonio, vbi non creditur viro vel vxori in ꝑiudicium coniugij; ſed ſi confiteatur pro matrimonio cõtrahendo, bene ſtatur cõfeſſioni: puta ſi petam aliquam in vxorem, & ipſa confiteatur matrimonium, præiudicatur ei, licet ipſa nollet me habere: qa modo directe confitetur contra ſe: ſecus in confeſſione q̃ fit quantum ad tori ſeparationem ꝓpter adulteriũ: quia ibi ſtatur confeſſioni, 3 ȷ̃. de diuortijs. c. ex literis. Arg. contra. 35. q. 6. ſi duo. Solu. ibi confitentur conſanguinitatem eſſe inter eos, & fama publica cõfeſſioni coniugum cõſentit, & tunc ſtatur famæ & confeſſioni: ſed hic tantum eſt rumor, & aliud eſt fama, & aliud rumor: vt hic videtur.

† Capit. 4. eo. tit. in 2. compila. De materia videto ꝑalijs hic Præpoſitũ

† reſcribimus.

CAP. V.

SVper † eo, quod poſtulas, vtrum coniugatus, qui ante contractum matrimonium, vxoris ſuæ cõſanguineam carnali commixtione cognouit, cum id fateatur vterque, & aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, ſit ab vxore ſua iudicio eccleſiæ ſeparãdus: Tuę fraternitati reſpondemus †, ꝙ propter eorum confeſſionem [f] tantum, vel rumorem viciniæ, ſeparari non debent: cum & quandoque nonnulli inter ſe contra matrimoniũ velint colludere, & ad confeſſionem inceſtus facile proſilirent, ſi ſuo iudicio crederent, per iudiciũ eccleſiæ concurrendum [g], Rumor [h] autem viciniç non adeo eſt iudicandus validus, quòd niſi rationabiles † & fide dignæ probationes accedãt, poſſit bene contractum matrimonium irritari †.

† Probabiles, legit in aliquot magis recentibus libris.

† Adde quę no. Bald. in l. 1. C. de ꝓba. & in l. ea quidẽ. C. de accuſatio.

¶ Innocentius tertius Præpoſito Magdeburgenſi.

¶ *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit ſponſalia de preſenti.*

CAP. VI.

DIſcretionem † tuã: & infrà. ¶ Sanè ex parte tua fuit propoſitum, ꝙ quidã cum muliere quadam, legitimè per verba de præſenti contraxit, quã poſtmodum à ſe incogni-

† Capit. 1. eo. tit. in 3. compila. Vide Couarruuium li. 4. decretaliũ. part. 1. c. 5. non lõge à principio.

g ¶ *Concurrendum.*] quod faciendum non eſt propter rationem hic expreſſam: imo ex colludio puniri debent. 2. q. 3. ſi quemquam. & ȷ̃. de collu. c. 1. & 3.

¶ *Glo. ſeq. obijcit. & ſoluit.*

h ¶ *Rumor.*] Arg. contrà. ſ̃. de præſumpt. illud. & c. 3. vt dixi, aliud eſt rumor quã fama. & illa decre. tertio. loquitur de matrimonio contrahendo, quod ad ſolam famam impeditur 4 ȷ̃. tit. prox. c. ſuper eo.

3 Maxime, qa tunc remanẽt coniuges, vnde non ſic timeẽ colludiũ. 32. q. 1. dixit. ſecundum Gof. Ioan. And.

DIſcretionem tuam.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Et ibi primò dicit, mulierem ad continentiam inducendã. Secũdo: ibi. *Quod ſi.* dicit quid iuris ſi ad hoc non poteſt induci. Tertiò ſoluit tria obſtacula: ibi, *Nam & ſi.* Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam per verba de præſenti, & antequam eam cognoſceret, tradidit illã inquantum potuit renitentem & inuitam cuidam conſanguineo ſuo in vxorem, & ille eam accepit, licet inuitam: Sed mulier quamcito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & primo viro reſtitui poſtulauit: quærebatur, an deberet ei reſtitui? Reſpondet Papa, ꝙ viro pro tam turpi facinore grauis pœnitentia debet imponi, & mulier monenda eſt propter publicæ honeſtatis iuſtitiã, vt nec primum repetat, cuius conſanguineus eam cognouit, licet inuitam nec redeat ad ſecundum, cui propter adulterium commiſceri non poteſt: ſed in continentia maneat. donec primus vir viam fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus. Si autem ad hoc induci non poterit, prior vir cogatur eam recipere,

4 Dicebat Laurẽ. Propter rumorem nõ diſſoluo ſociatos. Ioã. And.

recipere, & maritali affectione tractare, nec poteſt ei adulteriũ obijcere, qui eam adulterandam tradidit, preſertim inuitam: & licet dicatur in Euangelio, ꝙ propter fornicationem vir dimittere poſſit vxorem: non tamen propter eandẽ cauſam vir ſemper poteſt dimittere, nec vxor virum, cum poſſit per exceptionem repelli, vel replicationem, & affinitas ſuperueniẽs matrimonio ei obeſſe nõ debet, quæ cõſcia ſeu particeps huiuſmodi iniquitatis non fuit: cum iure ſuo ſine culpa non debeat defraudari: Alexander tamen in conſimili caſu dixit: diſtinguendum, prout ſequitur in litera. Nota ꝙ ei adulterium obijci non poteſt, quæ ad hoc inuita tracta eſt. Item nõ ſemper propter adulterium vir poteſt dimittere vxorem. Item affinitas ſuperueniens matrimonio ipſum nõ diſſoluit. Item nullus debet ſine culpa iure ſuo priuari.

†Vide concil. Tridẽt. ſeſſ. 24. de refor. matri. c. 3.

† præter.

¶*Glo. ſeq. diſtinguit an vir tradiderit, vel occaſionem dederit: & ad ſecundum ſignat contrarium.*

a ¶*Tradidit.*] Et ideo non poteſt illi opponere adulterium. arg. 32. q. 5. §. 1. & c. 1. & 4. nec adulterium dicitur hic commiſiſſe, vt ibi dicitur, quia non conſenſit: & hoc patet ex eo, ꝙ quamcito potuit, aufugit, vt ſequitur. arg. 1. q. 1. conſtat. ſecus eſſet ſi occaſionem adulterandi ei dediſſet, quia nihilominus imputaret ei. arg. 27. q. 2. Agatoſa. & c. ſi tu abſtines. ʃ. de diuor. ſignificaſti. ff. ſol. matri. cum mulier. ff. de adulte. l. 2. 1 Sed contra videtur per c. prædictum, ſi tu abſtines, & arg. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. & in Auth. vt lic. mat. & auiæ. quia vero plurimos, in fin. colla. 8. vir enim debet eſſe mulieri auctor colendi bonos mores. ff. de adulte. ſi vxor. §. ſi iudex. & 32. q. 6. indignantur. alioquin eſſet detrahenda à viri 2 poteſtate. C. de epiſcopo. audien. l. ſi lenones.

Matth. 19. Mar. 10. Luc. 16.

† Vide conciliũ Trid. ſeſſ. 14. de ſacramẽto mřimonij in princ. & & cano. 7.

† legitimũ.

1 Ad hoc ff. de ritu nup. palã. §. non eſt ignoſcẽdũ Ioan. And.

2 Et etiam patris & dñi. Io. An.

tam, cuidam cõſanguineo ſuo tradidit[a], in quantum potuit renitentem: Ille verò cũ ipſa licet inuita, matrimonij ſolemnia celebrauit: ſed mulier quã citò fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & ſe priori viro reſtitui poſtulauit. ¶Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd & viro pro tã turpi facinore grauis eſt pœnitentia iniungenda, & mulier propter publicam[b] honeſtatem†, eſt monenda ſollicitè, vt nec primum repetat, cuius conſanguineus eam licet inuitam, cognouit: nec redeat ad ſecundum, cui non poteſt propter † reatum[c] adulterij, cõmiſceri, ſed in continentia maneat, donec prior fuerit viam vniuerſe carnis ingreſſus. Quòd ſi forſitan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipſam, & maritali eã affectione tractare: cũ adulterium ei nõ poſſit obijcere, qui eam adulterandam tradidit, præſertim[d] inuitam. Nam & ſi[e] ſecũdum Euangelicam veritatem, nunquam niſi propter fornicationis[f] † cauſam, aut vir vxorem, aut vxor poſſit dimittere virũ, nõ tamen ſemper propter cauſam eandem, vel vxor virum, vel vir dimittere poteſt vxorem: cum poſſit exceptione[g], vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas[h], quæ poſt cõtractum legitimè† matrimonium inter virum, & vxorem iniquè contrahitur, ei debet officere[i], quæ huiuſmodi iniquitatis particeps non exiſtit †, cum ſuo iure non debeat ſine ſua culpa[k] priuari: quamquam à quodam prædeceſſore[l] noſtro dicatur in ſimili caſu fuiſſe diſtinctum, vtrum inceſtus, vel adulterium manifeſtum fuerit, an occultum: alijs aſſerẽtibus inter gradum proximum, & remotum eſſe potius diſtinguendum.

¶Idem Biſuntineñ. Archiepiſcopo.

¶*Copula carnalis habita cum puella ſeptem annorum, dirimit matrimonium poſtea contractum cum conſanguinea. hoc dicit ſecundum vnum intellectum.*

CAP. VII.

FRaternitati † tuæ: & infrà. ¶Diuortij ſententiam approbamus, quam in eum canonicè promulgaſti, qui illam ſibi poſteà copulare preſumpſit, cuius antea ſororem adhuc ſeptennem, contractis ſponſalibus[m] extraordinaria[n] libidine noſcitur polluiſſe.

¶Idem Epiſcopo Gerundeñ. †

¶*Affinitas cauſata ex copula illicita rumpit ſponſalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium.*

CAP. VIII.

EX † literis fraternitatis tuę accepimus, ꝙ G. lator earum, matrem puellæ, quam infrà nubiles annos deſponſauerat in vxorem[o], carnaliter ſæpè cognouit: & poſt carnali[p] cõmixtione puellam tractauit adultam: & infrà. ¶Nos autẽ

& ʃ. eo. c. pen. & vlt. arg. 35. q. 3. nec eam. arg. cõtra. ff. de gradi. non facile. §. ſciendum. & §. affines. ſed illa non obſtant.

¶*Glo. ſeq. arg. legitimè factum, & c. alleg. 3. iura in contrarium & vnum legem.*

i ¶*Officere.*] arg. quod legitimè factum eſt, non irritatur, licet deueniat ad cũ caſum, à quo non potuit habere principiũ. de iti. actuq;. pri. nõ enim. de poſtu. l. 1. §. caſum. & 30. q. 1. ad limina. 4 arg. contra. ff. de iudic. ſi à me. k ¶*Sine ſua culpa.*] hoc generale eſt. ſim. ʃ. eo. c. vlt. ſi qua cõtraria ſunt, caſualia ſunt.

l ¶*A prædeceſſore.*] ſcilicet Alexandro, ſed illa decretalis remota eſt de hac cõpilatione.

† exiſtat.

4 Et infra de reg. iur. factũ legitime. lib. 6. Ioan. And.

FRaternitati.] Ex ſponſalibus cõtractis cũ puella, quę nõdum compleuit ſeptennium interueniente copulæ attẽtatu, oritur publica honeſtas impediens matrimoniũ contrahendum cum cõſanguinea. h. d. ſecundum alium intellectum. Cõmunis diuiſio. Secũda: ibi, *Diuortij*. Abbas. Casus. Quidã contraxit ſponſalia cũ quadam puella ſeptẽ annorum, quam polluit extraordinaria libidine: Poſtea contraxit matrimonium cũ ſorore ipſius: poſtmodum vero archiepiſcopus Biſuntineñ. cum de hoc ad ipſum quæſtio eſſet delata, diuortij tulit ſententiam inter eos, quã dominus Papa approbat. Nota, ꝙ poſt contracta ſponſalia, ſponſus nullam de conſanguinitate ſponſæ poteſt habere vxorem, nec econuerſo, nullum de conſanguinitate ſponſi ſpõſa poteſt habere.

† Capit. 2. eo. tit. in 3. cõpi. Et de ĩtellectu vide Sotum lib. 4. ſent. diſt. 41. q. vnic. art. 1. verſi. qđ ſi obijcias.

† Gerundineñ. † Fertindineñ. † Gradeñ.

† Capit. 3. eo. tit. in 3. cõpil. Vide Tabieſem in ſumma. verbo. ſpõſalia §. 9. in quarto modo.

¶*Gl. ſeq. ſol. contrariũ.*

m ¶*Contractis ſponſalibus.*] Et ſic maritali affectu, cum eſſet ſponſa ipſius, eam polluit. ſic ʃ. de ſponſali. iuuenis, & ita non eſt contrarium. 35. q. 3. extraordinaria.

n ¶*Extraordinaria.*] id eſt 5, extra naturalia cum nondum eſſet idonea.

5 Præter Hoſt., Ioannẽ And. & alios veteres interpretes, quid in hoc loco dicatur extraordinaria libido, ſiue pollutio plenè tradit. Prępoſitus.

b ¶*Publicam honeſtatem.*] id eſt, affinitatem, quæ ſic iniquè contrahitur.

¶*Glo. ſeq. not. cum ſponſa, & c. allegat tria iura.*

c ¶*Reatum adulterij.*] quia primus eſt maritus illius, & non ſecundus. Et eſt hoc notabile, ꝙ adulterium committitur cum ſponſa nondum cognita à viro: vnde ſi aliàs cõmiſiſſet adulterium, poſſet accuſari à ſponſo. ff. de adulte. miles. §. quærebatur. ʃ. de iureiu. quẽmadmodum. quia iniuria factã eſt ei. ff. de iniur. item apud. §. ſponſum.

d ¶*Præſertim.*] id eſt, tantum: quia in talibus quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt, mandatum non obligat. 32. q. 5. ita ne. & ʃ. quod metus cauſa. c. ſacris.

e ¶*Nam & ſi.*] reſponſio videtur tacitæ quæſtionis.

f ¶*Fornicationis.*] 32. q. 7. omnes cauſationes.

g ¶*Exceptione.*] puta, ꝙ ipſe tradidit eam inuitam, vel quia idẽ ſimiliter fornicatus eſt. ʃ. de adul. c. pen. & vlt. 32. q. 6. nihil.

¶*Glo. ſeq. notat contra opinionem & c. alleg. pro eo duos. §§.*

h ¶*Nec affinitas.*] Hic reprobatur illorum opinio, qui dicebant, ꝙ per fornicarium ꝯ coitum non contrahitur affinitas.

3 Vide B. Thomã in quæſtionibus additis ad 3. par. q. 55. ar. 3.

EX literis.] Affinitas ſuperueniens rumpit ſponſalia de futuro. Cõis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Nos autem*. Abbas. Casus. Quidam G. noĩe contraxit ſponſalia cum quadam puella infra nubiles annos, & poſtmodũ matrem puellę carnaliter ſæpe cognouit, & poſtea puellam ipſam carnaliter tractauit adultam, & hæc notoria erant: petijt eps loci, illi viro prouideri, & vtrum ipſa mulier poſſit cum alio matrimoniũ contrahere: Dominus Papa fecit illi viro pœnitentiam iniungi, mandans epo, vt illos debeat ſeparare abinuicem. & mulier alteri viro non nubat, ſi poſtquam ſciuit delictũ viri & matris, ei non erubuit commiſceri: & vir & mater mulieris non debent ad alias nuptias conuolare, ſed continenter viuere debent, & ſuum flere delictum, ſi de lapſu carnis non timeatur ipſorum. Nota ꝙ affinitas ſuperueniens ſoluit ſponſalia. Item inceſtus impedit matrimonium contrahendum. Item cum inceſtuoſis poteſt diſpenſari vt contrahant, ſi timeatur de lapſu.

o ¶*In vxorem.*] futuram, ſcilicet.

p ¶*Carnali commixtione.*] poſt contractam affinitatem: vnde illam in vxorem habere non poterat.

eidem viro pœnitentiam [a] iniungi fecimus pro peccato: conſultationi tuæ reſpondentes, quòd eis abinuicem ſeparatis [b], mulier alteri viro non nubat, ſi poſtquam nouit viri & matris delictum, ei non erubuit commiſceri. Vir etiam & mater mulieris, nunquam debent [c] ad alias nuptias conuolare: ſed ſemper continentiā ſeruare tenentur, & enorme deflere delictum, quod pro tā † nefanda libidine contraxerūt: præſertim ſi circa perſonas huiuſmodi, de lapſu [d] carnis minimè timeatur.

¶Idē Archiepiſcopo Magdeburgen.

¶ Idem quo ad titulum dicit quod decretalis ſuprà proxima.

CAP. IX.

VEniens † ad Apoſtolicā ſedē E. laicus nobis propoſuit, quòd cum tempore infantiæ [e] ſuæ, quādam puellam ſe ducturum iurauerit in vxorem, quamcitò ad legitimam perueniſſet ætatē: pater puellæ confœderatione huiuſmodi fideiuſſorum obligatione hinc inde firmata [f], eum in propria domo recepit, & nutriuit inſimul cum puella: deinde ex conuerſatione diutina, ſorori puellæ carnaliter [g] ſe coniunxit: tandem amicorū ſuorum deuictus inſtantia, quam iurauerat in vxorem [h] accepit: & nuptijs celebratis, quando ſe illi opportunitas ingerebat, cognoſcebat vtranque [i]. Verū licet in pſentia tua ſuper hoc fuerit accuſatus, conuinci tn̄ non potuit, nec ſuū voluit confiteri [k] delictū: nunc autē reuerſus ad cor pęnitēs de cōmiſſis, ſalutis ſuæ conſiliū requirit impendi. ¶Cum igitur non tm̄ à malo [l], ſed ab omni ſpecie mali præcipiat Apoſtolus abſtinere: Mandamus, quatenus pdicto E. pro huiuſmodi enormitatis exceſſu, iniuncta pœnitentia competenti, conſulas [m] ei, monens illum ſalubriter, & inducens, vt de cætero abſtineat ab vtraque.

¶Idem Archiepiſcopo Strigonień.

¶ Affinitas ſuperueniens non diſſoluit matrimonium.

CAP. X.

TVæ † fraternitatis deuotio poſtulauit, vtrū is, qui cum ſorore legitimæ coniugis fornicatur, cum vxore poſſit poſtmodum cōmorari, & exigere debitū, ac ſoluere requiſitus. ¶Nos igitur reſpondemus, q vxor, vt a commixtione viri abſtineat propter publicā honeſtatem [n] †, & in continentia maneat, donec vir viā vniuerſæ carnis ingreſſus fuerit, diligentius eſt monēda. Quòd ſi forte cōmonitioni parere recuſans talis fuerit, vt de lapſu timeatur ipſius, vir eius poterit, & debebit cū Dei timore, debitum ei ſoluere [o] coniugale: cum affinitas [p] poſt matrimonium iniquè contracta, illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non exiſtit.

¶Gregorius nonus Epo Pictauienſi †.

¶ Summatum eſt ſuprà c. proximo.

CAP. XI.

IOrdanæ † mulieris petitio continebat, quòd I. laicus cum ipſa, quæ nondum decimum ætatis ſuæ annum com-

a ¶*Pœnitentiam.*] Pro inceſtu: ſed maior debet imponi quā pro adulterio, quia inceſtus vincit adulterium. 32.q.7. adulterij. & s̃. eo. cap. 2.

b ¶*Separatis.*] ſi ita eſſet conſtiterit, aliàs fiat quod dicitur. j̃. c. proxi. Et nota q affinitas ſuperueniens ſpōſalibus de futuro rumpit ea. s̃. eod. c. 2. & j̃. tit. proxi. c. 1. & 2. ſecus in matrimonio. s̃. eod. diſcretionem. & j̃. eo. c. pen. & vlt. 34. q. 2. in lectum.

c ¶*Nunquā debent.*] Inceſtuoſi contrahere non debent propter enormitatem delicti: vt dictum eſt s̃. eo. c. 2.

d ¶*De lapſu carnis.*] Si timeretur de hoc, diſpenſaretur cum eis. s̃. eod. cap. 1. & 33. q. 2. in adoleſcentia.

† Dictio, tā, deeſt in aliquot antiquis, ac etiā recentioribus codicib⁹ magis emendatis.

VEniens.] Prima pars narrat factū. Secunda reſpondet: ibi, *Cum igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam E. nomine, contraxit ſpōſalia cum quadam puella iuramento interpoſito, q eam duceret in vxorem, quamcitò illa ad legitimam perueniret ætatem: pater puellæ eum recepit in domo: Deinde ille ſorori ſponſæ ſuæ ſe carnaliter coniunxit: Poſtmodum ad inſtantiam amicorum ſuorū, puellam illam adultam in vxorē accepit: & poſtmodum quando facultas ſe offerebat, cognoſcebat vtranque: poſtea vero ad cor rediens, cō ſilium ſuæ ſalutis petijt ſibi impendi, epiſcopus ſuus eum miſit ad dominum Papam: & ipſe ſcribit eidem dicens, quòd non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali præcipit Apoſtolus abſtinere: Mandat quatenus prædicto E. pro tanto exceſſu pœnitentiam imponat: & moneat illum & cōſulat ei, vt decætero ſe abſtineat ab vtraq;: & hoc intellige dictū in iudicio animæ, ſed ſecus in iudicio eccleſiæ, cum factum ſit occultum: Aliud eſſet ſi poſſet probari. No. q non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt. Item propter confeſſionem coniugum tantum, non ſeparatur matrimonium, niſi aliæ probationes accedant.

† Capit. 4. eo. tit. in 3. compila. Vide Couarruuiam libr. 4. decretalium part. 1. c. 5. non longe à pricipio.

¶ Glo. ſeq. reci. per obiectionem.

e ¶*Infantiæ.*] Infantia 1 dicitur ante ſeptennium. C. de iur. delib. ſi infanti. Sed tales iurare non debent, nec tenet iuramētum eorū, cum ipſi non intelligant. 22. q. 5. paruuli. nam & furtum nō cadit in infantem. ff. de fur. impuberem. ſecus poſt infantiā, ſi ſit doli capax, vt ibi, & j̃. de delict. pue. pueris. ſed hoc potius videtur ſumi pro ætate pueri, poſt ſeptimum annum.

1 De materia huius gloſſę vide late p Deciū & Cagnolū in l. pupillū. ff. de reg. iur.

f ¶*Firmata.*] Obligatio quæ interuenit in matrimonio, non recipit pœnæ adiectionem: vt s̃. de ſpon. Gemma. & C. eo. tit. l. vlt. & C. de inuti. ſtipula. libera. & ff. de verb. oblig. Titia. & licet alienum factum in matrimonio promittatur: tamen promittens non tenetur ad aliud, niſi vt det operam quam poteſt. ff. de verb. obl. ſtipulatio iſta. & l. Titia in prin.

g ¶*Carnaliter.*] & ideo affinitate interueniente illam, quam deſponſauerat, habere non potuit de iure, nec illam eandem quam cognouit. s̃. eo. fraternitati. & s̃. de ſpon. ſponſan.

h ¶*In vxorem.*] de facto: quia de iure non potuit, eo ſibi viam præcludente.

i ¶*Vtranque.*] Addens iniquitatem iniquitati. ſim. s̃. eodem. tranſmiſſæ.

k ¶*Confiteri.*] tamen talis confeſſio nō profuiſſet, vt matrimonium ſepararetur in facie eccleſiæ contra ctum, niſi aliter probaretur. s̃. eo. ſuper eo.

l ¶*A malo.*] s̃ de vita & hone. cle. cum ab oī.

¶ Glo. ſeq: ſignat contrarium, & ſoluit.

1. Theſ. 5

m ¶*Conſulas.*] hoc intellige eſſe dictū in iudicio animæ, vt ad neutram accedat: & ſi propterea excōmunicetur, ſuſtineat potius excommunicationē, quàm veniat cōtra conſcientiā. j̃. de ſent. excom. inquiſitioni. & s̃. de reſt. ſpol. literas. ſed in iudicio eccleſiæ præcipietur, vt ei debitū reddat. & ita aliud eſt iudicium eccleſiæ, & aliud iudiciū animæ. s̃. de offi. ordi. ſi ſacerdos. Sed contrariū videtur s̃. c. proxi. Non eſt contrariū: quia quęritur qd de iure ſit ibi faciendum: & reſpondetur, q ſi ita eſt, ſeparentur: hic vero conſulitur in iudicio animæ, quid ſit faciendū, cum factū eſſet occultum, & ſic non cōtradicit: & illa clauſula ſi res ita ſe habet debet ibi ſuppleri, ſicut erat in antiqua compilatio.

† Capit. 3. tit. de conſanguinitate & affin. in 3. cōpil.

† Vide conciliū. Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3. & 4.

TVa.] Cōmunis diuiſio. Secūda pars: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidā contraxit cum quadam matrimonium, poſt cōtractum matrimonium & conſummatum, cognouit ſororem vxoris: quęritur, vtrum poſſit exigere debitum ab vxore, ac ſoluere requiſitus? Reſpondet Papa, q vxor monenda eſt, vt à cōmixtione viri abſtineat, & in continentia permaneat, donec vir eius mortuus fuerit, propter publicam honeſtatem: Si autem parere noluerit, & talis fuerit, vt de lapſu eius timeatur, ipſe vir poterit ei debitum ſoluere, cum affinitas poſt matrimonium iniquè facta, illi nocere non debeat, quæ in culpa non fuit. Nota quòd affinitas matrimonio ſuperueniens, ipſum non diſoluit. Item iniquitas vnius, alteri nocere non debet. Item non debet quis puniri ſine culpa.

† Pictauen.

† Vid' quos citaui in c. à nobis. & in c. fi. s̃. de deſpon. impub.

n ¶*Honeſtatem.*] id eſt, affinitatem. s̃. eod. diſcretionem. ſim. j̃. cap. proxim.

o ¶*Soluere.*] ſed non exigere. j̃. c. proxi. & s̃. eo. c. 1. ſim. j̃. de ſenten. excom. inquiſitioni.

p ¶*Affinitas.*] s̃. eo. diſcretionem. & j̃. c. proxi.

IOrdanæ.] Diuiditur. In prima parte ponitur mulieris petitio. In ſecunda cauſæ commiſſio: ibi. *Ea propter.* Abbas.

CASVS. Quædam puella Iordana nomine, quæ nondum compleuerat decimum annum, contraxit cum quodam per verba de futuro, & eam infra ſpatium eiuſdem anni carnaliter cognouit, & poſtmodum matrem ipſius in vxorem accepit, & carnaliter cognouit eandē: Vn̄ petebat dicta Iordana à domino Papa, ſibi ſuper hoc prouideri, cum ſine culpa ſua

iure

iure ſuo priuari non debeat, nec valeat continere: mandat Papa epiſcopo diœceſis, quatenus ſi ita res ſe habeat, vtrunq; ipſorum moneat & inducat ad perpetuam continentiam obſeruandum, ꝙ ſi ad hoc induci nequiuerint, iniuncta pœnitentia competenti viro ipſius, per cenſuram eccleſiaſticam compellatur, vt eidem mulieri cohabitet, & coniugale debitum reddat exactus. Nota, quòd malitia ſupplet ætatem. Itẽ affinitas ſuperueniens matrimonio ipſum nõ diſſoluit. Item nemo nemo iure ſuo ſine culpa priuari debet.

a ¶ *Carnaliter cognita.*] & ſic ſtatim fuit matrimonium, malitia ſupplente ætatem. s̃. de deſpon. impube. à nobis. & c. vlt.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 3. concor. & 3. iura in contrarium, & ſoluit.*

b ¶ *Sine ſua propria culpa.*] Nullus ſine ſua culpa iure ſuo debet priuari. ſim. s̃. eo. diſcretionem. 56. diſt. ſatis peruerſum. 26. q. vlt. inuẽtum. Argu. contra. s̃. vt lit. non conteſt. quoniã frequenter. §. ſi verò. in fi. & j. de priuileg. antiqua. contra. 22. diſt. renouantes. ſed ibi cauſa ſubeſt quare puniuntur ſine culpa.

1 Vide Beatũ Thomã. 2.2.q.154. art. 8. & 9.

c ¶ *Pœnitentia.*] & maior debet imponi quã pro adulterio. s̃. eod. c. 2. quia inceſtus 1 vincit adulterium. 32. q. 7. adulterij.

† De materia huius tituli vide Magiſtrum & Theologos libr. 4. ſentẽ. diſt. 40. & 41. vbi pleniſſimè Dominicus Sot⁹. adde vidẽdum concilium Trid. ſeſſio. 24. de reform. matri. c. 4. & 5.

d ¶ *Exactus.*] ſed exigere ipſe non debet, ſimile. s̃. eod. c. 1. & cap. tranſmiſſæ. & poſt mortem vxoris iſte contrahere non debet. s̃. eod. c. 2. & c. ex literis.

pleuerat, per verba de futuro contraxit: & ea infra eiuſdem anni ſpatium carnaliter cognita [a], matrem ipſius ſibi matrimonialiter copulare, & ad dãnatæ commixtionis amplexus procedere, non expauit: & infrà. ¶ Quare præfata I. ſupplicauit, vt cũ carnis ſtimulis reſiſtere nequeat, ſibi (ne iure ſuo ſine ſua [b] ꝓpria culpa fraudetur) prouidere ſalubriter dignaremur. Ea propter mandamus, quatenus (ſi res ita ſe habet vtrunq; ipſorũ ad vouendam perpetuam cõtinentiam attentè moneas & inducas: & ſi ad eam induci nequiuerint, memoratum I. (iniuncta ei primitus pro cõmiſſo inceſtu pœnitentia [c] competenti) vt eidem cohabitet, & coniugale debitum reddat exactus [d], eccleſiaſtica cenſura compellas.

TITVLVS XIIII.

De conſanguinitate, † & affinitate.

¶ Alexander tertius Caſſieñ † Abbati.

† Caſſineñ.
† Calſiñ.

¶ *Separatur matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradus.*

CAP I.

Ex † literis tuis accepimus, ꝙ cum quid ſecretò quãdam viduam ſubarrhaſſet [e], & carnaliter cognouiſſet: & infrà. ¶ Tandem cum vir paratus eſſet eam in cõſpectu eccleſiæ ſubarrhare, ſurrexerunt duo proponẽtes, quòd iſte, qui eam ſubarrhare volebat, priorem virum quarto gradu [f] cõſanguinitatis attingit: vnus autem ita ſe audiuiſſe iurauit, alius noluit id iuramento [g] firmare: & infrà. ¶ Nunc quæſtio prima reuixit, & iurauerunt duo coram [h] archipreſbytero Plũbarolæ †, quòd primus vir fuit ſuperſtiti quinto conſanguinitatis [i] gradu coniunctus. Quocirca mãdamus, quatenus vtranq; partem ante tuam pręſentiam conuoces, & facias teſtes coram [k] te iurare: & infrà. ¶ Inquiſita verò diligentius veritate, ſi per teſtes circunſpectos omni exceptione maiores [l] inueneris, ꝙ primus vir ſuperſtitẽ quarto gradu [m] conſanguinitatis attingit †, non differas diuortij ſententiã promulgare: ęquè enim (vt canones [n] dicunt) abſtinendum eſt, à † conſanguineis [o] vxoris, vt proprijs. ¶ Ceterum tuam prudentiã volumus non latere, quòd non ſunt cauſæ matrimonij tractandæ ꝑ quoſlibet †, ſed per iudices diſcretos, qui poteſtatem [p] habeant iudicandi, & ſtatuta canonum non ignorent.

† Plumbebolæ.

† contingit

† In vij. codicib. manuſcriptis ita: à conſanguineis vxoris & ꝓprijs.

† Tractari debẽt per iudices eccleſiaſticos. cõcil. Tridẽt. ſeſ. 24. de ſacramento matrim. cano. 12.

¶ Vrbanus iij. Burdegaleñ. Archiepõ.

¶ *Affinitas ſuperueniens, de qua ſaltem conſtat per famam, ſoluit ſponſalia de futuro.*

DE CONSANguinitate & affinit.

¶ *Viſo de cognatione ſpirituali, & legali, & de proximitate quadam, quæ contrahitur ex copula cum conſanguinea vxoris, merito reſtat videre, de cognatione carnali, quę conſiſtit in conſanguinitate & affinitate: ideo poſt rubricas pręcedentes ſubijcitur iſta. Abbas.*

De hac materia tractatur 35. q. 1. & q. 2. & q. 4. & q. 5. & q. 8. & 10. per totum.

† Capit. 2. eo. tit. in 1. compil. & poſt cõcil. Lateranẽ. ſub Alex. iij. par. 6. c. 32.

Ex *literis.*] Sunt tres partes. In prima caſus narratio. In ſecunda reſponſio: ibi, *Quocirca.* In tertia iudicũ inſtructio: ibi, *Cęterum.* Abbas.

Casvs. Quidam ſecretè ſubarrhauit quandam viduã per annuli immiſſionẽ, & eam carnaliter cognouit: Tandem cũ vellet in conſpectu eccleſię cũ ea contrahere duo propoſuerunt, ꝙ eã habere non poterat in vxorem, ex eo ꝙ priorẽ virũ attingit quarto gradu cõſanguinitatis: vnus illorum iurauit ꝙ ita audiuit, alius noluit illud iurare: & ſic publice cõtraxerunt: poſtmodũ venerunt alij duo, & iurauerunt, ꝙ primus vir fuit iſti ſuperſtiti quinto cõſanguinitatis gradu cõiunctus: Dubitabatur, quid eſſet, in hoc caſu agendũ: Conſultus Papa mãdat cuidam abbati, quatenus vtrãq; partem ante ſuam præſentiã conuocet, & teſtes iurare faciat corã ipſo: & ſi per teſtes legitimos conſliterit, ꝙ primus vir attinet viro ſuperſtiti quarto gradu, illos debeat abinuicem ſeparare: quia (vt dicunt canones) mulier illa non poterit aliquem habere de conſanguinitate prioris viri vſque ad quartum gradum: In fine dicit, ꝙ cauſæ matrimoniales non ſunt tractãdæ per quoſlibet, ſed per viros diſcretos, qui poteſtatem habeant iudicandi, & qui ſciant canones. Nota quòd cauſæ matrimoniales tractari debent tantum per iudices habentes iuriſdictionem ordinariam, vel etiã delegatam, & non per arbitros. Item tractari debent per tales, qui ſciant canones.

e ¶ *Subarrhaßet.*] ſim. s̃. de deſpon. impube. c. vlt. vbi de hoc.

f ¶ *Quarto gradu conſanguinitatis.*] vñ mulier illum habere non poterat, cum eſſet ei affinis in primo genere affinitatis, & in quarto gradu. 35. q. 5. porro.

g ¶ *Iuramento.*] & ſic matrimonium contraxerunt publicè, & in facie eccleſiæ 2.

h ¶ *Coram archipresbytero.*] forte ad hoc delegato, vel de loci cõſuetudine, quæ tribuit iuriſdictionẽ. s̃. de offi. archidia. c. vlti. & C. de emancip. lib. l. 1. & vlt.

2 Et dicit Hoſt. ꝙ ad dictũ vnius nõ debuit ſeparari, cum iã hic eſſet cõtractum de p̃ſenti s̃. tit. 1. de illo. & c. ſup. e. melius vt ꝙ vnus ſolus teſtis ĩpediuiſſet cõtractum faciendum de quo quęrebatᷓ, ſed ſimpliciter teſtificabatur de auditu. Io. And.

i ¶ *Quinto conſanguinitatis gradu.*] Primi dixerunt de quarto: nõ nocet, quia aliud iudiciũ fuit illud, nec fuit aliquid probatum.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit, arg. & reprobat.*

k ¶ *Coram te iurare.*] Sed quare poſt publicationem iterum inducunt teſtes contra illud in Authen. de teſti. §. illud. coll. 7. & s̃. de teſti. fraternitatis? Dicunt quidam, ꝙ hoc eſt ſpeciale in matrimonio. Vel dicas ꝙ non iurãt iterum quia iſti erãt accuſatores: vnde neceſſe habebant teſtes producere, & nulli teſtes inducti fuerunt in cã iſta. & hic not. arg. ꝙ in cauſa matrimoniali iterum recipiuntur teſtes poſt publicationẽ. arg. ad hoc. s̃. de ſpon. ſicut. in fi. & s̃. de coniug. ſeruor. c. vlt. & s̃. de proba. cauſam matrimonij. ſed hoc non bene colligitur hic.

l ¶ *Maiores.*] illi dicuntur omni exceptione maiores, qui repelli non poſſunt aliqua exceptione.

¶ *Glo. ſeq. obijcit & ſoluit.*

m ¶ *Quarto gradu.*] ſed quare dicit Papa, quòd ſeparantur, ſi ſunt in quarto gradu vir iſte & maritus præmortuus? nonne idem eſſet ſi eſſent in quinto vel vlteriori ſecundum illa tempora? Dic quòd diſpenſatiuè tolerabatur in quinto & vlteriori, ſi ignoranter contraxiſſent. 35. q. 8. de gradibus. & ideo dicit quòd ſeparentur in quarto, & non in quinto, vel vlteriori. Bernar.

n ¶ *Vt canones.*] 35. quæſt. 3. cap. æqualiter. nullum de propinquis. in fine.

o ¶ *A conſanguineis vxoris.*] Iſtud dicit: ſi contraxiſti ſponſalia 3 ſiue matrimonium cum aliqua, mortua illa nullã poteris poſtea ducere in vxorem de conſanguinitate illius: & econuerſo illa ſponſa, vel vxor tua te mortuo, nullum poterit habere de conſanguinitate tua. s̃. de ſponſa. ſponſam. ſic ergo mulier iſta non poterat illum habere, qui fuerat priori viro ſuo in quarto gradu, ſiue in quinto, vel vlterioribus coniunctus ſecundum antiqua iura. hodie vltra quartum non impeditur. j. eod. non debet.

3 Vide conciliũ. Trid. ſeſſ. 24. de refor. matri. c. 3. & quos citauit in c. ad audientiã. s̃. de ſponſalib.

¶ *Glo. ſeq. notat & arg. iterum arguit compromitti non poſſe, &c. & duas rationes reddit.*

p ¶ *Poteſtatem.*] Nota ꝙ duo exiguntur ad cognoſcendum

& iudicandum de cauſa matrimoniali, ſcilicet ſcientia canonum, & quòd habeat iuriſdictionem ordinariam, vel delegatã. arg. 21. diſtin. §. 1. & argu. quod cauſa non eſt deleganda niſi perito, & exercitato. arg. 2. q. 2. cap. vlt. de pœni. diſt. 6. cap. 1. in prin. & C. de iudi. certi. Item habes hic arg. quòd de cauſa matrimoniali non poteſt in arbitrum cõpromitti, & expreſſum eſt de tranſactio. c. vlt. & ſ. de reſti. in integ. c. penult. in fin. & arg. ff. de arb. nõ diſtinguemus. §. Iulianus. & §. ſeq. 1. & poteſt eſſe ratio: arbitrium enim non conſtringit niſi metu pœnæ, C. de arbit. l. 1. & pœna non debet apponi in matrimonio. ſ. de ſpon. Gemma. cum libera debeant eſſe, & ne alia via fiat, quod alia via prohibetur. ſ. de procura. tuæ. cum ſuis concor. Vel quia matrimonium Deo auctore fuit inſtitutum. j. tit. proxi. c. vlti. & ita non poteſt diſſolui quò ad eccleſiam, niſi per illum qui habet auctoritatem cũ iuriſdictione, quam nõ habet arbiter.

† Capit. 1. eo. tit. in 2. compila.

1 De famoſo delicto vel publico crimine, cã liberalis ingenuitatis, vel libertinitatis non cõpromittitur. Ioan. And.

CAP. II.

SVper † eo, quòd iuuenem aſſeris puellam quandam [a] nondum nubilem fide [b] interpoſita deſponſaſſe: quæ iam facta nubilis eum repetit, & ille excipit dicens, ſed non debere eam ducere, pro eo quòd poſtquam puellam affidauit [c] eandem, carnaliter propinquam ipſius cognouit. ¶Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi manifeſtum [d] eſt, iuuenem cognouiſſe [e] propinquam prædictæ puellæ, vel ſi non eſt manifeſtum, fama [f] tamen loci hoc habet: cum eſſet ſponſa tantummodo de futuro, idem ab eius impetitione debet ſolui.

¶ Celeſtinus iij.

¶Si diſpenſatur cum aliquo, vt poſſit contrahere in certo gradu aliàs prohibito, requiritur quòd vterque contrahentium toto gradu diſtet à ſtipite. præſertim ſi hoc habet conſuetudo.

CAP. III.

QVòd † dilectio tua: & infrà. ¶Quæſiuiſti, vtrum is, qui à ſtipite [g] per deſcendentem lineam, ſexto, vel ſeptimo gradu diſtat, poſſit ei, quæ ex altera parte per lineam deſcẽdentem [h] ab eodem ſtipite, ſecũdo, vel tertio gradu diſtat, matrimonialiter copulari propter indulgentiam [i] Apoſtolicæ ſedis legati, qua permiſſum eſt hominibus terræ illius, in ſexto gradu coniungi? Quod videtur poſſe fieri, ſecundum regulam, qua dicitur: Quoto gradu quis diſtat à ſtipite, & à quolibet [k] per aliam lineam deſcendentium † ab eodem: cum tamen de conſuetudine terræ, ſi quando talis caſus emerſerit, incolæ propter proximiorem [l] gradum coniunctos ſeparent, & impediant copulari volentes. ¶Nos itaq; reſpondemus, quòd indulgentia illa ſic eſt intelligenda, ꝙ vterque coniungendorum [m] diſtet à ſtipite ſexto gradu. Si verò alter ſextò, vel ſeptimo gradu diſtat à ſtipite, alter autem ſecundo, vel tertio, coniungi non debent [n]: vnde in hac parte conſultius duximus multitudini, & obſeruatæ [o] cõſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſenſionem, & ſcandalum populi ſtatuẽdum, quadam adhibita nouitate [p].

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpila. Hodie tenendum eſt, qđ decreuit concil. Latera. ſub Innoc. iij. qđ refert j. hoc tit. c. nõ debet. adde q̃ dicimus in tracta. cogationis.

†deſcendẽtem.

¶Innocentius tertius Archiepiſcopo, & capitulo Tireñ. †

¶Infideles coniuncti in gradu prohibito à lege canonica, poſt baptiſmum non ſeparantur.

† Tiron. † Tixen. †Turonen.

SVper eo.] Communis diuiſio. Secũda: ibi, *Inquiſitioni*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam iuuenis contraxit ſponſalia de futuro cum quadam puella, quæ non erat nubilis ætatis: ſed facta nubilis petijt illũ: & ipſe excepit dicẽs, ꝙ illam habere non poteſt, pro eo quòd poſtquam affidauit illam, conſanguineã eius carnaliter cognouit: Conſultus Papa reſpondet, ꝙ ſi manifeſtum eſt, ꝙ illam cognouit: vel etiam ſi non eſt notorium, fama tamen loci hoc habet, ille debet ab impetitione ipſius abſolui, cum fuerit ſponſa tantummodo de futuro. No. ꝙ affinitas ſponſalibus ſuperueniens diſſoluit ea. Item fama impedit matrimonium contrahendum.

a ¶*Quandã nondum nubilem.*] legitima tñ fuit ad ſponſalia.

b ¶*Fide.*] id eſt, iuramento. Ex quo mulier fortius ius quæſiuit petendi illum. arg. ſ. de ſpon. præterea.

c ¶*Affidauit.*] 2 per verba de futuro.

2 Hec gloſſula nõ eſt, Bernardi, nec extat in antiquis codicib.

d ¶*Manifeſtum.*] ita ꝙ notorium. 2. q. 1. de manifeſta.

e ¶*Cognouiße.*] ſi cognouit propinquam illius, ſoluta fuerũt ſponſalia. ſ. tit. prox. c. 2. & c. ex literis.

¶Glo. ſeq. inter famam & dictum vnius ponit vnam differentiam, & vnam conuenientiam.

f ¶*Fama.*] Nota, ꝙ fama impedit matrimonium contrahendum. ſ. de ſpon. cum in tua. & plus facit fama hic quam dictũ vnius, vbi iuramentum interuenit. ſ. de ſpon. præterea. aliàs dictum vnius ſicut & fama impedit matrimonium contrahendum, ſ. de teſti. ſuper eo. §. 1.

QVod.] Primò ponit caſum. ſecundo allegat pro, & contra: ibi, *Quod videtur*. tertio reſpondet: ibi, *Nos itaque.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam legatus auctoritate domini Papæ fecit quandam indulgentiam hominibus ſuæ legationis, vt poſſent contrahere matrimonium in ſexto gradu: Duo, ſcilicet vir & mulier, volebant contrahere matrimonium: vnus diſtabat à ſtipite per lineam deſcendentem in ſexto gradu, Mulier ex altera linea diſtabat, ſecundo, vel tertio gradu: Quæritur, vtrum poſſint matrionialiter copulari propter indulgentiam prædictam? quod videbatur poſſe fieri ſecundum regulam illam qua dicitur: Quoto gradu diſtat quis à ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium ab eodem: Conſuetudo tamen illius terræ eſt quòd ſi aliquando talis caſus emerſerit, homines illi propter proximiorem gradum coniunctos ſeparant, & impediunt copulari volentes: Reſpondet Papa, quòd indulgentia illa ſic eſt intelligenda, quòd vterque coniungendorum diſtet à ſtipite ſexto gradu, & ita in caſu præmiſſo cõiungi non debent: Vnde in hac parte potius deferendum eſt multitudini, & obſeruatæ cõſuetudini, quam aliud in ſcãdalum populi adhibita nouitate ſtatuendum. Nota, quòd regulæ arboris ſunt authenticæ. Item conſuetudo ſiue ſcandalum præiudicat iuri in matrimonijs, vt perſonas legitimas ad contrahendum faciat illegitimas. Item nouitas contra conſuetudinem ex qua oritur ſcandalum, eſt vitanda.

g ¶*Stipite.*] Stipes 3 appellatur communis parens, à quo plures deſcenderunt: ſicut Iſaac fuit ſtipes Eſau, & Iacob. & ſtipes non facit gradum. De hoc ſtipite habes infra eodem. cap. vltim.

3 Aliàs ita: Stipes vocatur, oĩs parens, à quo, &c.

h ¶*Deſcendentem.*] Hic ergo habes duas lineas deſcendentes. ſic infra eodem. cap. vltim. & iſtę duæ lineæ deſcendentes vnam faciunt tranſuerſalem.

¶Gloſſ. ſeq. ſoluit obiectionem.

i ¶*Indulgentiam.*] quę de auctoritate ſpeciali domini Papę facta fuit. aliàs non tenuiſſet, quia ſolus Papa in tali facto diſpenſat. j. eo. quia circa. & ſ. de transla. c. vlti.

k ¶*Quolibet.*] Hanc regulam habes infra eodem. cap. vltim. & intellige vſque ad lineam æqualitatis, quia in ſequentibus gradus adijcitur 4.

4 Adiicit, legitur in antiqꝫ codicibus, in recẽtibus, pro adiicitur, abijcitur, habet.

l ¶*Proximorem.*] id eſt, propter eum, qui eſt in gradu proximiori à ſtipite.

m ¶*Vterque coniungendorum.*] Arg. contra ff. de conſti. prin. l. vltim. & ſ. de dona. cap. cum dilectus. in fin. & j. de verbo. ſignifi. olim. & j. eod. cap. vltim. Solu. beneficium principis latiſſime interpretandum eſt ab alijs: ſed ab eo à quo indultum eſt, vel eius auctoritate poteſt interpretari prout ei placet. ff. de legi. l. & ideo. argum. infra de ſentent. excommunica. inter alia. & ratio literæ interpretatur indulgentiam, quia ſic obſeruabatur de conſuetudine, vt vterque eſſet in ſexto gradu à ſtipite, aliàs ſcandalum erat, vt j. eo. cap. vltim. & loquitur de iure communi: ſed hodie non habet locum talis indulgentia. j. eo. non debet.

n ¶*Non debent.*] quia quanto remotiores ſunt à ſtipite, tanto minor memoria conſanguinitatis habetur, quòd hic conſiderabatur. 33. q. 3. de conſanguinitate. & c. in copulatione.

o ¶*Obſeruatæ conſuetudini.*] Nota, quòd antiqua conſuetudo, quæ tamen non ſit à iure reprobata, ſeruanda eſt, præcipuè propter ſcandalum. 9. quæſtio. 3. conqueſtus. & mos fideliſſimæ vetuſtatis ſeruandus eſt. C. de teſtam. teſtamenta. & ff. de pub. & vectigal. licitatio. §. earum. & ſupra de conſuetu. cum dilectus & in matrimonio ſeruatur conſuetudo. ſupra de cog. ſpi. cap. 1. in fin. & cap. ſuper eod. Item argum. pro ſcandalo vitando, ſ. de regu. cap. vltim. & j. de noui oper. nuncia. cum ex iniuncto.

p ¶*Nouitate.*] Nota, nouitates vitandas. ſ. de conſue. cum conſuetudinis. & 11. diſt. quis neſciat 5.

5 Concor. text. in l. in nouis. & glo. & Bar ff. de cõſti. prin.

De in-

DE *infidelibus.*] Communis diuiſio. Secunda. ibi, *Conſultationi.* Abbas.

Casvs. Aliqui infideles contraxerunt matrimonium in caſu prohibito à canone: poſtmodum conuerſi ſunt ad fidem, & baptizati: queritur, vtrum poſt baptiſmum debeant ſeparari? Reſpondet Papa, quòd non ſunt ſeparãdi, quia dominus à Iudęis requiſitus, ſi liceret ipſis vxorem ex quacunque cauſa dimittere: ipſe reſpondit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. & p hoc dedit ĩtelligere, ꝙ matrimonium ſit apud eos. No. ꝙ baptiſmus non ſeparat legitime coniunctos. Item matrimonium eſt apud Iudæos.

† Cap.1.e. tit.in 3 cõpila. Et de materia huius decretalis vide Magiſtrũ ſent. libr.4.diſt. 39. & ibi latè p Doctores præſertim B. Tho. q. 1. ar.2. & ſe.

CAP. IIII.

DE † infidelibus, ad fidem conuerſis, [a] vtrum ſi ante conuerſionem ſuam, ſecundum legis veteris inſtituta, circa gradus conſanguinitatis à canone [b] denotatos coniuncti fuerint, ſeparari debeant poſt baptiſmum? Conſultationi tuæ duximus reſpondendũ, quòd matrimonium ſic contractum, non eſt poſt baptiſmi lauacrum ſeparandum: cum à Iudæis Dominus requiſitus [c], ſi liceret vxorem ex quacunq; cauſa dimittere, ipſis reſpondit: Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, per hoc innuens eſſe matrimonium [d] inter eos.

Gen.2. Matth.19. Matth.10.

a ¶*Conuerſis.*] ſupple, quæſiuiſtis.

b ¶*A canone.*] 35. q. 2. cap. 1. & 2. & cap. contradicimus. & in alijs ibidem. & quæſtio. 5. ad ſedem.

c ¶*Dominus requiſitus.*] 26. diſt. deinde opponitur.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit. Secundò iterum obijcit, & dupliciter ſoluit, Tertiò iterum obijcit, & ſoluit. Vel ſic: Succeſſiuè tres obiectiones ſoluit, & ſecundam dupliciter.*

d ¶*Eſſe matrimonium inter eos.*] Si matrimonium eſt inter Iudęos [1]. ibi eſt indiuidua coniunctio. 27. q. 2. §. 1. ſed ipſi ſeparantur dato libello repudij. 34. q. 2. non ſatis. ergo non eſt matrimoniũ inter eos. Sed hoc non fit ſine peccato. ĩ. de diuor. gaudemus. Item alter infidelium ſi conuertatur ad religionem, reliquo nolente illi cohabitare ſine contumelia creatoris, ſoluitur matrimonium. ĩ. de diuor. gaudemus. in fi. & c. quanto. ergo non eſt inter eos indiuidua coniunctio, & ſic non eſt matrimonium. Sed poteſt exponi indiuidua, id eſt, apta non diuidi. Vel intellige illam deſcriptionem de matrimonio rato & conſumato, quod eſt tantum inter fideles. Item alia ratione, non eſt matrimonium inter eos. Ipſi enim contrahunt eo propoſito, vt cum voluerint ſeparentur dato libello repudij: ſed hoc eſt contra ſubſtantiam matrimonij. 32. q. 2. ſolet aliquando. ſ. de condi. ap. cap. vlt. Reſpondeo ſi hoc pactum exprimatur in ipſo contractu, nec inter eos, nec inter Chriſtianos eſſet matrimonium: ſed non copulantur eo pacto, licet poſtea abijciant vxores de facto. eſt ergo matrimonium inter eos, ſed non ratum. ĩ. de diuor. quanto.

† Roſſanẽ. † Roſamẽ. † Piſan.

[1] De materia huius gloſſæ, an videlicet ſit mr̃imoniũ inter ĩfideles, & quõ vide latè p Magiſtrum, & Doctores theologos lib.4. ſent. diſt. 39. & pter B. Thomã ibi q. 1. arti. 1. vide ibid. Dominicũ Soſtũ q. vnic. art. 1. vnde intelliges plene hãc gloſsã: & qualiter loquatur.

Idem Roſan.† Archiepiſcopo.

¶*Conſanguinei mariti cũ conſanguineis vxoris licitè contrahunt. hoc primò. In gradibus prohibitis non poſſunt matrimonia contrahi, etiam ſi hoc habeat conſuetudo. hoc ſecundò.*

CAP. V.

QVod † ſuper: & infrà. ¶Super eo igitur, quòd pater & filius, cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus & nepos cũ duabus ſororibus contrahunt matrimonia †: Taliter tibi duximus reſpondendum, quòd licet omnes conſanguinei viri ſint affines vxoris, & omnes conſanguinei vxoris ſint viri affines: inter conſanguineos tamen vxoris & viri, ex eorundem, ſcilicet viri & vxoris coniugio, nulla prorſus affinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri [e]. ¶Ne † autem infrà gradus prohibitos matrimonium contrahatur, debes publicè inhibere, & pręſumptores eccleſiaſtica diſtrictione punire, non obſtante [f] conſuetudine, quæ dicenda eſt potius corruptela †.

† Cap.2.e. tit.in 3. cõpila.

† Aliàs ita: contrahũt mr̃imonia liter. taliter tibi, &c.

QVod ſuper.] Sunt duo dicta. Secundum: ibi, *Ne autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Pater & filius contrahunt matrimonium cum matre & filia, duo cognati cum duabus cognatis, auunculus & nepos cum duabus ſororibus: queritur quid iuris? Reſpondet Papa, quòd licet omnes cõſanguinei vxoris ſint affines viri, & econuerſo: tamen inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris, nulla affinitas eſt contracta, per quam inter eos matrimonium debeat impediri. Itẽ in fine præcipit, vt infra gradus prohibitos nulli debeant matrimonium contrahere, non obſtante aliqua conſuetudine, quæ eſt potius corruptela. Nota quòd nulla affinitas eſt inter conſanguineos viri & conſanguineos mulieris. Item conſuetudo non excuſat in delictis.

e ¶*Impediri.*] Affinitas enim contracta inter conſanguineos viri & vxorem ipſius, non tranſit ad conſanguineos vxoris, nec econuerſo: vnde poſſunt legitimè copulari.

f ¶*Non obſtante conſuetudine.*] Ergo conſuetudo non excuſat in matrimonio. ſuprà. de ſponſa. du. capit. vlti. Argumen. contra. ſuprà. de cogn. ſpir. cap. 1. & cap. ſuper eo. 32. q. 4. obijciuntur. ſed conſuetudo quandoque propter ſcandalum legitimas perſonas ad contrahendum facit illegitimas. & ſic loquuntur illæ decre. ſuprà. de cog. ſpi. Et capi. obijciuntur. non contradicit, quia quando mos ille erat, crimen non erat contrahere cum illis perſonis, ſed modo eſt. ſed conſuetudo quantunlibet longa, non poteſt perſonas illegitimas ad contrahendum facere legitimas, prout hic intelligitur, nulla conſuetudo poſſet facere matrimonia inter conſanguineos licita: imo quanto plus ſimul eſſent, tanto grauius peccarent. inf. eodem. non debet. ſed econuerſo bene: vt in capit. ſuper eo. vbicunque conſuetudo rationabilis eſt, & poteſt ſeruari ſine mortali peccato, & ſine ſcandalo, iuri præiudicat. Exemplum habes ſuprà. eodem. quod dilectio. & ſ. de cogn. ſpi. ſuper eo.

† Vide cõcil. Tri. ſeſ. 24. de refor. matri. cap. 5.

† Vide l. oẽs iudices. cũ gl. 1. C. de decu. lib. 10.

† Quãtum ad contrahendũ vel non intra gradus pͥhibitos attinet, tene deciſio. c. nõ debet. infra. eod.

¶Idem.

¶*Non valet diſpenſatio obtenta à Papa ſuper matrimonio inter conſanguineos contracto, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa niſi poſteà eam Papa confirmaret. hoc dicit ſecundum verum, & communem intellectum.*

CAP. VI.

QVia † circa: & infrà. ¶Porro de nobili viro N. pro cuius diſpenſatione, indulgentia ſcilicet remanendi cum ea, quæ ipſum quinto [g] conſanguinitatis gradu contingit, à ſede Apoſtolica [h] obtinenda falſa [i] nobis cauſa fuerat allegata, proles videlicet: Cum tamen ante diſpenſationem obtentam, vnica filia, quam habebat, viam fuerit vniuerſę carnis ingreſſa, prout tua conſultatio continebat: Diſſimulare poteris, vt remaneat in copula ſic contracta, cum ex ſe-

QVia circa.] Primò recitat diſpenſationem, & eam tacitè damnat. Secundo: ibi, *Cum tamen.* tolerat diſpenſationem ex cauſa. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam nobilis contraxit matrimonium cum quadam muliere, quæ ipſum attingit quinto gradu conſanguinitatis, de qua filiam vnicam ſuſcepit: tandem mortua fuit ipſa filia: poſt mortem filiæ ſupplicauit nobilis domino Papæ, vt fauore filiæ quam de ipſa ſuſcepit, diſpenſaret, vt in ſimul poſſent remanere: & ſic allegata falſa cauſa diſpenſauit, vt in ſimul remanere poſſent: epiſcopus loci viſa indulgentia, cum obtenta eſſet ex cauſa falſa, dubitauit, vtrum poſſent prætextu huius indulgentiæ ſic remanere. Significauit hoc domino Papæ, addens quòd ex ſeparatione illorum magnum ſcandalum imminebat: Reſpondet Papa, quòd ipſe poterit dimiſſimulare, vt remaneant in copula ſic contracta. propter ſcandalum quod imminebat ſi ſeparentur. Nota, quòd propter ſcandalum toleratur diſpenſatio ex falſa cauſa conceſſa. Item fauore filiorum diſpenſatur in gradu prohibito.

g ¶*Quintò.*] Hodie non eſt neceſſe in iſto gradu aliqua indulgentia. ĩ. eo. non debet.

¶*Gloſſ. ſequens nota. allegat. 3. iura. ſignat contrarium ibi remittit.*

h ¶*A ſede Apoſtolica.*] Nota quòd ſolus Papa poteſt diſpenſare circa gradus conſanguinitatis, & non legatus. ſuprà. de tranſactio. capit. vltimo, & 35. quæſtio. 3. quædam lex. & capit. ſcripſit. 27. q. 2. erat. Et arg. contra. ſ. eod. quod dilectio. ibi ſoluitur.

¶*Gloſſa ſequens notat quòd falſitas cauſæ, & obijcit, & ſoluit.*

i ¶*Falſa nobis cauſa.*] Nota, quòd falſa cauſa allegata non

1 In hoc artic. hæc vñ concluſio tenēda ꝙ expſſio falſæ cāæ vitiet diſpēſationē. de quo vide lati⁹ hic ꝑ Doctor.

non vitiat 1 diſpenſationem: ſi & falſa cauſa non impedit religionem. ſ. de conuerſi. coniuga. ex parte 2. & falſa demonſtratio non perimit legatum. C. de fal. cau. adiec. leg. l. 2. & ff. de condit. & demonſtra. l. falſa demonſtratio. & l. cum tale. §. falſum. Inſtitut. de lega. §. huic proxima. & §. longe. & ff. de lega. 1. ſi ſic. §. 1. Item cauſa ſemel probata ſiue vera ſiue falſa, conceſſum ex illa cauſa nō reuocatur. Inſtitu. quibus ex cauſis manumittere non licet. §. ſemel 2. Sed contra videtur, ꝙ iſti ex tali diſpenſatione non ſunt ſecuri: quia tacita veritate, & falſo ſuggeſto, diſpenſatio eſt obtenta: vnde non debet valere. ſ. de reſcrip. ſuper literis. & expreſſum videtur. j. de ſenten. excommun. cum pro cauſa. vbi de hoc. ſic & in voto. & ſuprà. de fide inſtrum. quod ſuper. & 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum. Argument. eſt in hoc quòd dicit, diſſimulare, quòd falſa cauſa nō vitiat diſpenſationem. Item habes hic, quòd proles eſt cauſa diſpenſandi in gradu prohibito. ſic. 35. q. 8. cap. 1. & ff. de ritu nuptia. qui in prouincia. non credo quòd valuiſſet iſta diſpenſatio ſic obtenta, niſi hæc decret. poſtea emanaſſet: & ita ex iſta diſſimulatione, ex cauſa quæ hic ſubijcitur, licitè poterant ſimul eſſe: aliàs non eſſent tuti.

paratione (ſicut aſſeris) graue videas ſcandalum imminere.

¶Idem.

¶*Teſtes, qui de conſanguinitate deponunt, computationem debent à ſtipite, vel germine incipere.*

† Cap. 2. e. tit. in 4. cō pila.

CAP. VII.

TVa †nos duxit fraternitas conſulendos, vtrum illorum ſufficiat teſtimonium ad mrĩum dirimendum, qui conſanguinitatis gradus ab auunculo, & nepote, videlicet fratris filio, vel ſororis inceperint computare? Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd cum coniugium multum fauoris [a] obtineat, teſtes qui ad diuortium celebrandum producti conſanguinitatis gradus computant, à ſtipite debent incipere, id eſt, à parentibus, vel germanis [b], & ſic per ordinem diſtinguere gradus nominibus proprijs, vel æquipollentibus [c] indicijs deſignando perſonas: præſertim cum ſæpius teſtimonium perhibeant de auditu: quod quia minus eſt validum, non eſt in articulo huiuſmodi nimium laxanda facultas: cum qua ratione computationem inciperent à ſecundo †, eadem ab vlterioribus inchoarent.

Et quatenus agitur de teſtimonio ð auditu, vid. plene ꝑ Crauettā tract. de antiqu. tꝑis par. 1. circa finē verſ. viſo ð fama. nu. 304. cum multis ſe. adde eino text. cū ibi notatis ī c. 13 ex quadā. ſ. de teſtib.

2 In libertate logr. Et dicit, H. ꝙ oīa iſta contraria ſunt ſpecialia: vt ex ipſis patet: q̄ ſunt fauorabiliora, ſecus in tali diſpenſatione quæ eſt odioſa.

TVa nos.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Nos igitur.* Abbas.

CASVS. Quidam contraxerunt matrimonium in gradu prohibito: accuſatum fuit matrimonium propter conſanguinitatem: inducti fuerunt teſtes ad matrimonium dirimendum propter conſanguinitatem: qui inceperunt computare conſanguinitatem ab auunculo & filio fratris vel ſororis: Quæritur, vtrum tale teſtimonium ſufficiat ad dirimendum matrimonium? Reſpondet Papa, quòd cum matrimonium ſit res fauorabilis, teſtes inducti ad probandum conſanguinitatem, deberent incipere à ſtipite, id eſt, à parentibus, vel fratribus, & ſic per ordinem diſtinguere gradus, nominibus proprijs vel æquipollentibus indicijs deſignando perſonas ab vtroque latere: quia cum frequenter perhibeant teſtimonium de auditu, & illud ſit minus validum, non eſt in hoc articulo laxanda facultas: quia qua ratione inciperent à ſecundo gradu, eadem ratione inciperent ab vlterioribus. Nota, quòd matrimonium res fauorabilis eſt. Item in computatione conſanguinitatis incipiendum eſt à ſtipite, vel à duobus fratribus. Item iudicia quædam æquipollent proprijs nominibus. Item teſtimonium de auditu eſt minus validum.

a ¶*Multum fauoris.*] ſ. de condi. appo. c. vlt. j. qui mat. accuſ. poſſunt videtur.

b ¶*Vel germanis.*] & ita non eſt neceſſe incipere à ſtipite, ſed ſufficit à fratribus. ſ. de teſti. feries. & cap. licet. in princi. & 35. q. 5. cap. 1. & j. de diuor. porro. ad fin. ſic ergo patet, ꝙ omnes gradus & perſonæ ſunt deſignandæ. 35. q. 6. de parentela. ſ. de teſti. licet.

c ¶*Aequipollentibus.*] Non refert an proprio nomine, vel ꝑ circunlocutionem expreſſam aliquid exprimatur. quod æquipolleat proprio nomini. ſuprà de teſtib. licet. & ff. ſi cert. peta. certum.

NOn debet.] Diuiditur: nam primò excuſat correctionem iuris antiqui: Secundò: ibi, *Cum ergo.* excuſationem declarans, in duobus illud tollit. Tertiò reſtringit: reſtrictionis cauſam reddens: ibi *Prohibitio.* Quartò prohibitionem reſtrictam fortificans, conſtitutiones contrarias tollit, & cauſas reddit: ibi, *Cum ergo.* Abb. Sic.

CASVS. In prima parte huius conſtitutionis præmittit concilium cauſam ipſius conſtitutionis, dicens, ꝙ non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum, ſtatuta quandoque varientur humana, maximè cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas hoc expoſcit, & hoc ꝓbat exemplo Domini, qui ex his, quę in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo: Quia ergo prohibitiones de matrimonio contrahēdo in ſecundo & tertio genere [3] affinitatis, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs non copulanda cōſanguineis viri prioris, difficultatem frequenter inducunt, & aliqñ periculum pariūt animarum, cum ceſſante cauſa ceſſet effectus, concilium illud huiuſmodi prohibitiones reuocat, & ſtatuit, vt ſic contrahentes de cætero liberè copulentur: In ſecunda parte dicit, quòd prohibitio copulæ coniugalis de cætero non extendatur vltra quartum gradum conſanguinitatis & affinitatis: quia in vlterioribus non poteſt abſque periculo huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari, oſtendens hoc quaſi naturali ratione: Quaternarius enim numerus bene competit prohitioni coporalis coniugij, de quo dicit Apoſtolus, quòd vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier, & econuerſo: quia quatuor humores ſunt in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis, & in iſtis quatuor gradibus ita debet inhibitio matrimonij perpetuo obſeruari, non obſtantibus antiquis prohibitionibus ſuper hoc promulgatis, vt ſi aliquis contra huiuſmodi prohibitionem præſumpſerit copulari, nullo tractu temporis defendatur. cum diuturnitas temporis peccatum non minuit, ſed auget. Nota, quòd ſecundum varietatem temporum iura variantur. Item ceſſante prohibitione ceſſat effectus. Item prohibitio matrimonij vltra quartum gradum non extenditur. Item nota ius antiquum innouari. Item diuturnitas temporis non excuſat à peccato.

¶Idem in concilio † generali.

† ſcdá lęgitur in antiqs codicibus: qđ magis placet, vt relatio fiat ad pſonā, non autē ad gradum.

¶*In ſecundo, & tertio affinitatis genere tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo: Similiter tollitur prohibitio de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs, quæ olim non poterat contrahere cum cognatione prioris viri. Et prohibitio coniugij vltra quartum conſanguinitatis, et affinitatis gradum non extenditur. hoc dicit iſte textus, qui quotidie allegatur, & eſt ſingularis in materia ſua.*

† Idē, ſ. Innoc. iij. in cōci. gñali Lateran. c. 50. & c. 3. eo. ti. in 4. compil.

CAP. VIII.

NOn † debet repræhenſibile iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum [d], ſtatuta quandoque varientur humana, pręſertim cum vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas id expoſcit: quoniā ipſe Deus ex his, quæ in veteri teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit [e] in nouo. ¶Cum ergo prohibitiones de coniugio in ſecundo [f], & tertio affinitatis

† Vide Dominicum Sot. libr. 4. ſen. diſ. 40. q. vnic. art. 4 vbi late. & Duran. ead. diſt. q. 1. add' q̄ nota. lib. 2. cū mentariorum in Directorium Inquiſitorum Scho. 33. §. item ꝑ multos.

d ¶*Temporum*] 29. diſtinctio. ſciendum. 3. diſtin. erit autem. 32. quæſt. 4. qui ignoret. & cap. obijciuntur. & 28. quæſtio. 2. occidit. & ſuprà. de tranſactio. cap. vlt. & infr. de ſenten. excom. ſuper eo.

e ¶*Mutauit.*] de pœni. diſt. 1. nouit Deus. 22. q. 4. incommutabilis.

¶*Glo. ſeq. declarat quid ſit primum, ſecundum, & tertium genus affinitatis, & quare ſic dicatur. Secundo quærit. arg. pro. & contra, & ſoluit.*

3 De materia hui⁹ gloſſæ vid' late ꝑ Hoſtien. i ſumma tit. de affinita. §. quot ſunt genera. & §. qualiter ipſa genera.

f ¶*In ſecundo & tertio.*] Vt 3 melius intelligas hanc literam, videas quid ſit primum genus affinitatis, quid ſecundum, & tertium genus. Primum, ſecundum, & tertium inuenire debes per hanc regulam: Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, & non gradum: genus dico attinentiæ 4: verbi gratia: Ego & frater meus ſumus conſanguinei in primo gradu conſanguinitatis frater meus duxit vxorem: illa eſt perſona addita perſonæ per carnis copulam, illa mutat genus attinentiæ, id eſt, alio genere attinentiæ attinet mihi, quam frater meus, quia ille eſt mihi conſanguineus, & illa eſt mihi affinis, ſed non mutat gradum: quia ſicut frater eſt mihi conſanguineus in primo gradu, ſic & illa mediāte fratre meo, eſt mihi affinis in primo gradu primæ affinitatis.

4 Vnđ verſus: Mutat nupta genus: ſed generata gradum. Ioā. And.

genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs [a], cognationi viri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum; cum ceſſante prohibitione, ceſſet effectus: conſtitutiones ſuper hoc editas, ſacri approbatione concilij reuocantes [b], præſenti conſtitutione decernimus †, vt ſic contrahentes de cætero [c] liberè copulentur.

† decreuimus.

¶Prohibitio † quoque copulæ coniugalis, quartum conſanguinitatis, & affinitatis gradum de cætero non excedat: quoniam in vlterioribus gradibus, iam non poteſt abſque graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius verò numerus benè congruit prohibitioni coniugij corporalis: de quo dicit Apoſtolus, quòd vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habet poteſtatem ſui corporis, ſed vir. quia quatuor ſunt humores [d] in corpore, qui † conſtāt ex quatuor elementis. ¶Cum ergo iam vſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita volumus eſſe perpetuam, non obſtantibus conſtitutionibus ſuper hoc dudum editis, vel ab alijs, vel à nobis, vt ſi quis contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerit copulari, nulla [e] longinquitate defendatur annorum: cū diuturnitas temporum non † minuit peccatum, ſed auget: tantoque ſunt grauiora crimina, quanto diutius infęlicem [f] animam detinent alligatam.

† De hoc vid latè p B. Thomā lib. 4. ſent. diſt. 40. q. 1. art. 4.

1. Cor. 7.

† In concilio, & aliquot veteſtis exēplarib. ita: qd conſtat ex quatuor elementis.

† In concilio ita: nō minuat peccatū, ſed augeat.

¶Gregorius nonus.

¶Diſtans à ſtipite quarto gradu, vel citeriori, cum diſtante quinto, vel vlteriori contrahere poteſt. hoc dicit cum gloſſa.

CAP. IX.

VIr † qui à ſtipite quarto [g] gradu, & mulier, quæ ex alio latere diſtat quinto, ſecundum regulam approba-

† Vide citatos in c. pręcedēti.

tatis. Ergo ſi vis habere primum genus affinitatis, adde per carnis copulam alicui de tua cōſanguinitate aliquam perſonam, & illa perſona eſt affinis omnibus conſanguineis viri ſui, in primo genere affinitatis: & hoc genus tantum hodię prohibitionem habet: vnde mortuo viro illius mulieris, puta fratre tuo, illa non poteſt habere aliquem de conſanguinitatę viri ſui: ergo patet ꝙ omnes cōſanguinei & conſanguineæ vxoris meæ, ſunt mihi affines in primo genere affinitatis. Si vis habere ſecundum genus affinitatis, adde perſonam per carnis copulam primo generi, hoc modo. Vxor fratris mei eſt mihi in primo genere affinitatis: mortuo fratre meo adde illi alium virum, & ille erit mihi affinis in ſecundo generę affinitatis: & ille ſecundum antiqua iura, mortua illa, non poterat accipere aliquam de conſanguinitate prioris mariti, vſque ad quartum gradum. Et de iſto ſecūdo genere habes 35. q. 3. de propinquis. ſed hodie non prohibetur, vt hic dicitur. Si vis habere tertium genus, adde perſonam perſonæ per carnis copulam ſecundo generi, & ſic habes tertium genus: verbi gratia: Seius fuit maritus relictæ fratris tui, mortua illa relicta maritus eius, qui eſt tibi in ſecundo genere, accipit aliam, illa eſt tibi in tertio genere, & illa olim mortuo viro ſuo, non poterat copulari alicui de conſanguinitate tua, cum illa eſſęt tibi, & conſanguineis fratris tui in tertio genere vſque ad ſecundum gradum. De hoc genere habes. 35. q. 3. porro. & primum genus contrahitur tantum ex vna parte, ſecundum & tertium genus quandoque ex vna parte, vt in prædictis exemplis. quandoque ex vtraque parte, vt in vxoribus duorum fratrum, quæ ſunt inter ſe in ſecundo genere ex vtraque parte appoſito altero fratre mortuo, ſi illa copulatur alteri, ille erit in tertio genere vxori alterius fratris. Primum genus dicitur: quia primo emanat de conſanguinitate, vel quia vna perſona mediante contrahitur. Secundum dicitur quia ſecundo loco emanat poſt primum, vel quia duabus perſonis mediantibus. Tertium, quia in tertio loco, vel quia tribus perſonis mediantibus emanat. ſic intellige quod hic dicitur. Sed nunquid publica honeſtas 1 eſt ſublata? Videtur quòd non, quia de ea nihil dixit. Sed contra videtur per cap. 35. q. 3. porro. vbi prohibetur ſecundum genus. & præter iſtud impedimentum, eſt ibi publica honeſtas, vt in vxoribus duorum fratrum, ſiue conſobrinorum, ſed ſecundum genus remotum eſt: ergo illa publica honeſtas. Poteſt dici quòd vbi publica honeſtas ſimul incidit in eundem caſum cum ſecundò, vel tertio genere, vt in vxoribus duorum fratrum, ſiue conſobrinorum: vno ſublato tollitur & aliud per hanc conſtitutionem: quotiens enim vitium ex vna etiam radice naſcitur, conſequens eſt, vt vna lege tollatur. C. de nupt. l. vlt. in fi. & ff. de iureiurand. duobus. §. colonus. & ff. arborum fur. cæ. l. ſi colonus. argu. & alia publica honeſtas, vt ſoboles ſuſcepta ex ſecundis nuptijs non copulanda cognationi viri prioris ſublata eſt, vt ſtatim dicit ſequens litera. aliàs verò publica honeſtas adhuc eſt. ſ. de deſpon. impub. duo pueri.

1 Vide qd de ea nouiſſime ſtatuerit concil. Tridē. ſeſ. 24. de refor. mat. c. 3. adde citatos in c. ad audiētiam. ſupr. de ſponſalib.

a ¶*Secūdis nuptijs.*] Hoc ita intellige. frater meus habet vxorem. eo mortuo relicta eius contrahebat cum ſecundo: ſoboles nata de illis ſecundis nuptijs non poterat olim copulari alicui de conſanguinitate prioris mariti, & hoc propter publicæ honeſtatis 2 iuſtitiam, quæ hodie ſublata eſt in hoc caſu: in alio caſu adhuc durat, vt dixi in ſponſa de futuro, quia in matrimonijs non quid liceat, ſed quid honeſtum eſt conſideratur. ff. de ritu nupt. ſemper. & ideo frater impeditur ſumere ſponſam fratris propter publicam honeſtatem: quia ſcriptum eſt: ſponſam fratris frater habere non poteſt. ſ. de ſponſ. ad audientiam. & arg. ad hoc. ff. de adop. qui in adoptionem. Ioan. dixit, quòd publica honeſtas ī oīb. eſt ſublata, niſi in ſponſa de futuro. ego intelligo eſſe tantum ſublatā in caſib. omnibus, qui hic ponuntur, & non in alijs.

2 Circa hunc articulum de impedimēto iuſtitiæ publicę honeſtatis, tene qđ decreuit concil. Tridēt. paulo ante citatū.

¶Gl. ſeq. obycit & ſol.

b ¶*Reuocantes.*] Gregorius tamen dicit: qui diſſoluit hęc genera affinitatis, negat verbum Dei in ęternum manere. 35. q. 10. fraternitatis. vltra mediū, verſus fin. qualiter ergo Innocentius diſſoluit? hoc intellige ſine cauſa, & ab alio quam à ſucceſſore Gregorij.

¶Gl. ſeq. quærit, ſoluit: ſolutioni opponit, & in ſolutione perſiſtit.

c ¶*De cętero.*] ſic ergo videtur, ꝙ matrimonium illorum qui ante conſtitutionem iſtam contraxerāt in quinto vel in ſexto gradu, non confirmetur hic, quia conſtitutiones matrimonij non trahuntur ad præterita matrimonia. 35. q. 3. de inceſtis. & 31. diſtin. ante trienium. & generaliter conſtitutiones non trahuntur ad præterita, niſi hoc ibi dicatur. ſ. de conſtitutio. cap. vlt. Sed pone, ꝙ poſt iſtam conſtitutionem publicatam ſimul ſteterunt ſcienter? Dico ꝙ hoc ipſo intelliguntur ratum habere matrimonium. argum. ſ. de coniug. ſeruorum, propoſuit. & ſ. de deſpōſa. impub. literas. & c. acceſſit. & ff. de ritu nupt. ſi quis in ſenatorio. quia & ſi primus conſenſus nullus fuit, poſtea poteſt confirmari. in Auth. de nupt. §. ſi vero ab initio. coll. 4. Sed videtur ꝙ verba neceſſaria ſint. ſ. de ſpōſalib. tuæ. & 29. q. 2. ſi quis ingenuus. & nouus cōſenſus requiritur. ſ. de eo qui dux. in matri. c. veniens. niſi expreſsè conſentiat, antiquus conſenſus videtur perdurare, qui nullus fuit. ff. de preca. ſed ſi manente. ff. de arb. ſi cum dies. in prin. & l. Labeo. §. pen. ff. de ver. obli. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ver. cum adijcit. Ioan. dicit ꝙ pro matrimonio ſtandum eſt, ex quo ex certa ſcientia poſt publicatam conſtitutionem ſimul ſteterunt; ipſo enim facto matrimonium inducitur: ſaltem pręſumptum. Ber.

d ¶*Quatuor ſunt humores.*] de quibus habes. ſ. de celeb. Miſ. in quadam. in fi.

e ¶*Nulla longinquitate.*] & ita nulla præſcriptio currit contra matrimonium, ſicut olim currebat. Et ſic contra votum nulla currit pręſcriptio. 33. q. 5. quod Deo pari. & ſ. de reg. ſicut nobis. in fi.

¶Glo. ſeq. dat vnum ſimile.

f ¶*Infælicem.*] ſic ſ. de conſue. c. vlt. & cap. quanto. & j. de ſimo. non ſatis. & c. ſeq.

V*Ir qui.*] CASVS. Duo volunt contrahere matrimonium: vir diſtat à ſtipite quarto gradu, mulier vero ex alio latere diſtat ab eodem ſtipite quinto gradu: Quæritur, an poſſint contrahere matrimoniū? Rn̄det ꝙ ſic, ſecundū regulā illam, qua dicitur: Quoto gradu remotior pſona diſtat à ſtipite: & à quolibet deſcēdētium per aliam lineam ab eodem ſtipite. Nota, ꝙ ſi vnus coniugum diſtat à ſtipite quarto gradu: & alius quinto, licite poſſunt copulari. Item magis conſideratur remotus gradus quàm propinquus. Item regulæ arboris ſunt authenticæ.

g ¶*Quarto.*] idem eſſet ſi tertio vel ſecundo, ſecundum regulā ſequētem: quia nihil attinet ei, q eſt ex alia linea in quinto, licet magis appropinquet communi parenti.

a ¶*Appro-*

tam [a], qua dicitur: Quoto gradu remotior [b] differt † à ſtipite, & à quolibet per aliam lineam deſcendentium ex eodem: licitè poſſunt matrimonialiter copulari.

† diſtat.

a ¶*Approbatam.*] Nota ꝙ regula à magiſtris tradita, approbatur hic à iure, & ſic pro iure ſeruabimus regulam iſtam. arg. ſ. eod. quod dilectio.

ADDITIO. Et eſt ſimile quod de conſuetudine dicitur. ſ. de cog. ſpir. cap. 1. §. fi. & ſic ſ. de deci. c. 1. §. fin. & ff. de dam. in fecto. ſi ædib. habet autem hoc locum cum approbatio fit per Papam: alterius enim approbatio parum prodeſſet, vt patet in his his quæ no. ſ. eo. de infidelibus. aliàs autem conſuetudo approbata interpretatur. ſ. de conſuet. cum dilectus. §. 2. ſecundum Hoſtien. Ioan. And.

¶*Glo. ſeq. docet computare gradus.*

1 De materia huius gloſſæ vid. pleniſſimè per Hoſtien. ī ſumma titu. de conſang. §. qualiter computat. & §. ſeq.

b ¶*Remotior.*] ſi vis 1 ſcire in quo gradu aliquæ duæ perſonæ diuerſarum linearum ſibi attineāt, recurre ad communem ſtipitem, ſiue parentem, à quo deſcenderunt: & deſcende æqualiter computando per ambas lineas, quouſque altera illarum primo occurrat: & ſi ambæ ſimul occurrant, erunt in eodem gradu primo, ſecundo, tertio vel quarto: & iſtę perſonæ quæ ęqualiter deſcendunt, non dicuntur diſtare à gradu, ſed potius ſunt in gradu æquali deſcendente à communi ſtipite ęqualiter: & ſi ſunt infra quartum gradum, non poſſunt matrimonialiter coniungi: Sed ſi vna primo occurrit quàm altera: deſcende per lineam alterius vſque ad illam: & ſemper poſt illum gradum, in quo occurrit prima perſona, additur gradus pro numero perſonarum: & ſic habebis quoto gradu vna diſtat ab altera: & iſtę perſonæ non dicuntur eſſe in gradu, ſed diſtant gradu, ſicut iſtæ perſonæ, de quibus hic dicitur, cum vna diſtet quarto gradu, & alia quinto à communi parente, qđ planum eſt videre: & quoto gradu remotior perſona diſtat à communi parente, toto diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam: verbi gratia: Communis parens iſtorū fuit Petrus, eius filij fuerūt Martinus & Berta, q ſunt ī 1. gradu: de Martino deſcendit Ioānes: de Berta ex alia parte natus fuit Robertus, q Ioānes, & Robertus sūt ī 2. gradu ęqualiter deſcēdētes à Petro: de Ioāne natus eſt Stephanus: de Roberto eſt Albertus natus, q ſunt ī 3. gradu, & æqualiter deſcēdūt à Petro 3. gradu: ſ. de Stephano natus eſt vir iſte, de quo hic q̄rit̄: Alberto natus eſt Titius, qui eſt in quarto gradu cum viro iſto, æqualiter diſtantes à Petro: Primo loco occurrit tibi vir iſte, qui quarto gradu diſtat à Petro, & ſic eſt vltima perſona in conſanguinitate Petri ex vna linea, & Titius ex alia linea: de Titio nata eſt hæc mulier, de qua hic quęritur: & diſtat quinto gradu à Petro, & ſic exiuit iam conſanguinitatem Petri: ergo eodem gradu diſtat à quolibet alio deſcendente per aliam lineam, & ſic diſtat quinto gradu à Martino, Ioanne, Stephano, & ab iſto viro, videlicet filio Stephani: ideoque rectè poteſt illum habere in virum, & quemlibet deſcendentem à Petro per aliam lineam poſſet accipere, cum omnes illæ perſonæ huic ſint in quinto gradu. Hoc in arbore melius videtur.


Sequitur Arbor Graduum Conſanguinitatis.

Arbor Conſanguinitatis.

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra.
Læua dat vxores, dat tibi dextera mares.

Figura præſens arborea licet ad ſeptimum deberet gradum protendi, cum vſque ad eum ſecũdum decreta ſit prohibitio coniugalis. 3̃.q.3.c.de affinitate.& ext.de cland. deſp. c.cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata, vt d. c. cũ inhibitio. & de conſang. & affi. c. non debet. ideò vſq; ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extendendã. Nec idipſum gradum cognitionẽ quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut triũ computationem agnouerit, illam etiam vſq; in gradum cẽteſimum, & eo amplius ſi opus ſit, deducere poterit.

Quàm ampliſſimè hæc imprimatur, tum conſanguinitatis, tum affinitatis arbor, iudicet qui huius ce cauſæ trigeſimæ quintæ canones & legit, & intelligit.



Conſanguinitas eſt attinentia perſonarũ ex eo proueniens, quòd vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod eſt ſimul, vel vnitum, & ſanguine, quaſi ſanguinis vnitas.

Linea eſt collectio perſonarũ ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguens. & eſt triplex, ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium.

Gradus eſt habitudo diſtãtium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis, vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum proclinium, quia gradimur de proximo in proximum.

Conſanguinitas per tres Regulas declaratur.

PRima regula magiſtralis pro linea recta. Aſcendentium, & deſcendentium quot ſunt perſonæ, de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroque computato, & intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme vnam, quatuor ſunt gradus: & ſic de alijs.

¶Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone: Cum facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi ſunt in linea æquali) quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

¶Prima. In linea recta aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶Pro linea collaterali.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradũ facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit quàm computatio Decretiſtarum.

¶Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioan. And. declarationem.

CIRCA lecturam arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturę ipſius arboris nouum modũ aſſumens, per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem, aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis & affinitatis ignotam, nota: & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima fieret: antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶Primò, quærens ad vtramque ardorem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundò, an ſit authentica. Tertiò, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

Oculis multa ſubijciũtur. ¶Primæ quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio. probatio enim ad oculum alias vincit. Inſti. de gradi. §. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quàm elocutione. ext. de dona. Apoſtolicæ. ver. ſi. Hinc eſt quòd agrorum menſio ſubijcitur oculis. 16. q. 3. inter. de præſcrip. quia indicante. C. ſi. reg. l. 3. Ventris inſpectio, an mulier ſit prægnans. ff. de ven. inſpi. l. 1. in princ. Locorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. extra de prob. propoſuiſti. in arcta. de frig. & mal. fraternitatis. vel aliter impedita. eo. tit. ex literis. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de fer. l. 2. Et literæ Papales an ſint veræ, vel falſæ. de crim. fal. licet.

¶Ad ſecundum dic quòd arbor authentica eſt: quod patet ex canonibus Iſidori & Alexandri. 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶Ad tertium dic quòd quia in decretis de conſanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maximè, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatisque famoſum, quod repetita lectio probat. C. de emen. Iu. co. l. vna. Item ex eo, quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

Declaratio arboris conſanguinit.

Conſanguinitatis diffinitio.

DEINDE. ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primò quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur, quid linea, quid gradus. Secundò quæritur quomodo arbor formetur: & quare ſic formetur,& quare ſic punctetur. & interſeremus regulas,per quas cognoſcuntur gradus. Demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones.

¶Ad primum dico, quòd conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens,quia vna deſcendit ab altera: vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas, quaſi ſanguinis vnitas: à con,& ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt. Et quo ad prohibitionem coniugij non diſtinguo an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu,vel ex fornicario, quod eſt expreſſum.extrà de proba.per tuas.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶Linea verò eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens,& numeros diſtinguens.Et eſt triplex linea,ſcilicet graduum deſcendentium,aſcendentium,& collateralium, vt infrà patebit. & ff.de gradi.l.1.& l.iuriſconſultus.

Gradus deſcriptio.

¶Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis, vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium: quia ita gradimur de proximo in proximum. ff.de gradi. l. iuriſconſultus.§.gradus.

Arboris cōſanguinitatis formatio.

¶Formatur autem ſic arbor. Primò vide cellulas aſcendentium: ſecundò deſcendentium: demum collateralium. Aſcende ſuper cellulam vacuam: quæ remanſit ideò vacua,quia non potuit nomen proprium habere,cum aliæ cellulæ (exceptis his,quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quomodo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris,fratrem fatris,patrem filij,& ſic de ſingulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij trūcum. Nos autem à nomine bidelli noſtri vocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quòd competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium & deſcendentium diuiderentur directè per medium, vt à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina marium,vt abauus,proauus,&c. à latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia,proauia,&c. quia poſiti à latere dextro deſcendūt á maribus,& èconuerſo. Supra cellulam vacuam eſt cellula hæc continens pater mater, & vnum punctum ſupra, & vnum infra. Supra illam eſt cellula auus auia,continens duo puncta ſupra,& duo infra.Supra illam eſt cellula proauus proauia,continens tria puncta ſupra,& tria infra.Suprà illam eſt cellula abauus abauia,habens quatuor ſupra,& quatuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum ſupra,& vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta ſupra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem: & tria puncta ſupra,& tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem,& quatuor puncta ſupra,& quatuor infra.

¶Antequàm ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quòd punctorum numeratio eſt numeratio graduum habito reſpectu ad cellulam vacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum: puncti inferiores ſecundum ius ciuile,&c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis verò in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maximè quo ad hunc caſum,

Ius canonicum eſt excellentius Ciuili.

quo inſtruimur in matrimonijs,quæ licitè contrahi poſſint necne, & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipuè lex minor eſt canone.extrà de ſecun.nupt. cap. penult.& vlt. Vides autem ex punctatione prædicta,quòd in computatione aſcendentium,& deſcendentium concordat vtrunque ius: quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Regula lineæ rectæ.

¶Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecundū vtrunque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus à Petrucio:vtroque computato,& intermedijs, quinque ſunt perſonæ: deme vnam; quatuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque perſonas: & ſic quatuor ſunt gradus. Si velis ſcire quot diſtet abauus P.ab abnepote P.inuenies ibi nouem perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quòd iſte P. non habet totam ſuam computationem in arbore. Scias enim quòd quilibet habet duos parentes, quatuor auos,octo proauos,ſexdecim abauos,& ſic ſemper aſcendentes duplicantur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

Coniugalis prohibitio ī recta linea eſt perpetua.

¶Quæro an inter aſcendentes & deſcendentes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goffre.in ſum.de conſanguin.& affin.§.item quantum.quòd non,per decre.non debet.eod.tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur,in collateralibus locum habet.ad hoc 35.q.3.progeniem. & duobus capitulis ſeq. in quibus dicitur, quòd olim non ſolùm vſque ad ſecundum gradum,ſed etiam inquantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem, & alterum aſcendentem,perdurat prohibitio.ad idem inſti.de nupt.§.1. ff.de ritu nup. l.nuptiæ.& hoc verum puto.

Regula collateralium.

¶Ad collaterales tranſeamus,& ad fratrem & ſororem: & cauſa breuitatis proſequendo ſolùm partem mediam arboris ad modum vexilli, qua intellecta reliqua intelligetur: quod per ſe patet. dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris,fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis.& frater P.eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones: in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones: in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P.in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraq; punctatio,& iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitem de auo: ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus,ſoror patruelis & amitina; ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus eſt P.ſecūdo gradu, frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto,nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſteà fac proauum ſtipitem,& habet filios patruum magnum, amitam magnam, auum & auiam,auunculum magnum,& materteram magnam. Illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni propior ſobrinus, propior ſobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P.diſtat à proauo, quem nunc feci ſtipitem tertio gradu, ergo à patruo tertio,& à propiori ſobrino tertio: à filio tertio,& à nepote, qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges verò diſtat P. à patruo magno quarto, à propiori ſobrino quinto, & à filio ſexto,a nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Modò fac abauum ſtipitem cum tribus filijs, ſcilicet propatruo,proauo,& proauunculo. de proauunculo nō proſequor. Ex cellula prōpatrui oritur cellula horum filius filia, ex horum illa nepos neptis, ex illa eorundēm pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu,quia P.diſtat à ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis,ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij.& ſic debet eſſe vtraq; punctatio.

¶Nunc videndum eſt quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe,vel ſibi attinent: hoc ſecundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui. nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

¶Secundum leges verò aliter eſt, & ſic dicimus regulā. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat à communi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe: vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione,quòd prædicti P.& pronepos propatrui diſtant viij.Et inſurgit illa diuerſitas,quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones verò duæ perſonæ faciunt vnum gradum. Vnde (vt patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges: ſed computatio eorum ob aliud fit quàm noſtra. 35. quæſt. 5. cap.2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quòd in æquali linea collateralium ſiue linea ſit paris numeri, ſiue diſparis: non eſt reperire diſparem gradum. vide in linea paris numeri ſecunda,vel iiij.diſparis numeri prima, vel iij. In prima ij.gradus,in ſecunda iiij.in tertia vj. in quarta viij. quod nō eſt ſecundum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶Nunc reſtat videre de collateralibus in linea æquali, de quibus traditur talis regula ſecundum canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite: toto diſtant inter ſe. Exemplū pone faciendo abauum ſtipitem,P.& filius propatrui ſunt in linea inæquali.computemus ergo à remotiori, ſcilicet à P. ſed P. diſtat à ſtipite quarto gradu: ergo à filio propatrui iiij.& idem in deſcendentibus vſque ad lineā æqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, quòd perſona addita perſonæ vſque ad lineam æqualitatis non creſcit gradus: quia propatruus,filius eius, nepos & pronepos omnes diſtant in iiij.gradu à P.Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

Regula canonica in linea inæquali.

¶Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ (ſtipite dempto) tot ſunt gradus. vnde P.à ſtipite diſtat iiij.à propatruo v. à filio vj. à nepote vij. à pronepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quòd P.non poteſt contrahere cum aliqua de arbore. Diſtat enim à ſummo,ſcilicet abauo: ab imo,ſcilicet à nepote: ab extremis collateraliū, ab omnibus his quarto: à medijs citeriori: per quod ſatis patet, quòd cum nullo poteſt contrahere.Sed ſi extremus in collateralibus: vt puta ſi pronepos propatrui,vel pronepos fratris,procrearet filiam, poſſet P. cum illa contrahere. Licet autem cōtrahatur in quinto gradu,remanet tamen conſanguinitas,prohibitio enim,quæ per ius poſitiuū proceſſerat, potuit tolli. ſed naturalia ſunt immutabilia.5.diſt.in princ.

Regula ciuilis in linea inæquali.


¶Scire debes,quòd communiter dicunt doctores, quòd abauus & proauus,& auus ſunt bigami,dicentes, quòd ſi non eſſet bigami, non poſſent filij eorum coniungi,cum eſſent fratres: ſed de hoc nō multum curo: quia eadem ratione ſic eſſet de alijs cellulis duplicibus, quòd perſonæ earum eſſent bigami. vnde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quatuor perſonas,ac ſi diceretur propatruus & vxor, proamita & maritus, vnde duplicatio poſita fuit, vt nomina demonſtraret in vtroque ſexu,non vt eos coniuges denotaret.Sciendum eſt etiam, quòd in collateralibus æqualis lineæ bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali, & ego poſſum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negatiuè, Ego non poſſum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio,vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando,vel negando: quia ſi vnus eſt in quarto, alter in tertio, vel citeriori,qui eſt in tertio,vel citeriori poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu,& non èconuerſo.vnde propatruus huius filius,& nepos contrahere poſſunt cum filia P.ſed non èconuerſo.

Quæſtio notabilis.

¶Demum quæritur,an collaterales,quorum vnus eſt in quinto,& alter in primo,puta filia P.& propatruus poſſint adinuicem contrahere? Dicit Hoſti.quòd non.& hoc not. extra eod. quod dilectio. & cap. tua. & in ſumma huius tit.de conſan.§.nunquid.in v. & vj. quod per ſua argumenta nititur probare ſic,ſcilicet pater & filius vna perſona cenſentur. C.de impub. & alijs ſubſti.l.vlt.ſicut ergo non contrahitur cum ſtipite; ſic nec cum filijs ſtipitis. benefacit prædicta decret.tua.vbi fratres videntur poni pro ſtipite. Contrarium tenet Bern.quod colligitur ex glo.quam ponit ſuprà eod. tit. cap.vlt.& Ra.& Ioan.de Deo: & hoc eſt veriſſimum, quod probant verba regulæ poſitæ ſuprà eod.cap.vlt.dum dicit ibi; deſcendentium ab eodem. ſed certum eſt quòd propatruus deſcendit à ſtipite. Prætereà aut dicis quòd eſt inter eos prohibitio aſcendentium, & deſcendentium, aut collateralium: de primo patet negando,quòd certum eſt filium P. non deſcendiſſe à propatruo. Eſt ergo prohibitio collateralium. ſed certum eſt,quòd iſti diſtant quinto,quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video.Ioan.And.

Arbor Affinitatis.

Multa dies, variuſque labor huiuſce parauit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

AFfinitas ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quòd duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur: & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de grad. cogn. non facilè. §. affines.

¶Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. quæſt. 10. fraternitatis.

¶Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierē: ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus: & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris: quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogno. conſang. vxor. ſuæ. c. diſcretionem. & c. penult. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierem, ideò dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſang. & affin. quod ſuper his.

¶Regula. Quotieſcunque inter vnam perſonarum, de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt, vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiuè, nulla eſt prohibitio: vt inter me & coniugem nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium: quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

¶Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

Declaratio arboris Affinitatis.

AD Arborem affinitatis, & eius materiam tranſeamus. Et primò videndum eſt, quid ſit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant,& gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus poſteà quædam notabilia,& quaſdam quæſtiones.

Affinitatis definitio.

¶Eſt autem affinitas perſonarũ proximitas ex coitu proueniens omni carens parentela.hoc ſecundum canones: ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs: & requiritur ſecundum leges, quod legitimæ ſint nuptiæ,non interdictæ,vt contrahatur affinitas. ff.de gradi. l.non facilè.§.ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur,& alter ad alterius cognationis finem accedit,vt in ead.l.§.affines.

Affinitas per coitũ nefarium contrahitur.

¶Sed quod per fornicarium coitum,& inceſtuoſum ſecundum nos contrahatur affinitas patet de eo qui cog.cõſan.vxo.ſuæ. cap.diſcretionem.& eo.tit.c.penul.Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates, & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere. ff. de gradi.l.iuriſconſultus.in princ.& ff.de teſti.l.3.& 4.q.3.§.item in criminali.verſi.item lege Iulia. Sed canon quò ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis,quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundũ hoc,quod concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis,& affinitatis: vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam,omnes conſanguinei vtriuſq; ſunt vtriq; affines. Scias autem quòd affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35.q.10. fraternitatis.Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria,quæ fit extra clauſtra pudoris.35.q.3.extraordinaria.& adde quod ibi not.

¶Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate,interdum ſine: & publica honeſtas interdum ſine affinitate,vt ſi cognoſco vxorem,vel ſponſam,hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis, & affinitatis: ſi cognoſco non ſponſam,hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui,ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua,& eccleſia diſpenſat,quòd poſſis contrahere cum illa, non obſtante .quòd ſit tibi affinis,tali gradu per diſpenſationem adhuc cõtrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatum eſt impedimentum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi,quod poſſis cum tali cõtrahere, nõ obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu: & non obſtante quod eſt tibi affinis in quarto pro eo, quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti,& tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quã regulam cognoſcitur.

¶Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam,ſed non gradus.Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo,ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem,illa eſt mihi ſecundo gradu affinitatis,& primo genere: ſi alius eam cognoſcit,ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis,& ſecundo gradu: ſi ille aliam mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis,& ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem,& quia B.plenè tradidit extrà de cõſang.& affin. c.non debet. hic circa hoc non iniuſto. ergo ſi perſona mihi conſanguinea coniungat ſibi aliam perſonam carnali copula,perſona iuncta eſt mihi affinis primo genere affinitatis. ſi attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula ſe alteri commiſceat,illa attinet mihi ſecundo genere,ſi affinis mihi ſecundo genere aliquam cognoſcat, illa eſt mihi affinis tertio genere, ſed eodẽ gradu. Eſt igitur videre de gradibus.

Affinitatis grad⁹ computãtur ſicut grad⁹ cõſanguinitatis.

Certum eſt,quòd affinitas non habet hodie prohibitionem niſi in primo genere, & in illo vſq; ad quartũ gradum: licet affinitas non habeat ſuam ſpecialem computationem graduum: ſed computantur gradus affinitatis ſecundum gradus conſanguinitatis. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier; vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus ſecundum regulas quas tradidi in proxima arbore; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere.

Arboris affinitatis formatio.

¶Nunc formemus arborem, & in medio arboris ſunt quatuor cellulæ. & in prima ſuperiori ponitur primus gradus,in ſecunda ſecundus, in tertia tertius,in quarta quartus gradus. Et de his primò quæritur, quare ponantur in medio fratris,& ſororis.Secundò,quare non exprimant attinentiam,dicendo,primus gradus affinitatis,& ſic de ſingulis. Ad primum dic hoc fuiſſe vt detur intelligi,quòd affinitas oritur ex conſanguinitate,& quod ab vtroq; ſexu virili,& fœmineo affinitas contrahatur. Ad ſecundum dic attinentiam non fuiſſe expreſſam: vt illa computatio graduum ad conſanguinitatẽ, & affinitatem referatur.vnde ſoror, & frater ſunt in primo gradu conſanguinitatis,& frater,& vir ſororis ſunt in primo gradu affinitatis,& ſic de alijs. Deinde à latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima ſcribitur frater; in ſecunda fratris filius,in tertia fratris nepos,in quarta fratris pronepos. Ad dorſum huius alia linea cõtinens alias quatuor cellulas: in quarũ prima ſcribitur vxor fratris olim relicta,in ſecunda vxor filij fratris,in tertia vxor nepotis fratris,in quarta vxor pronepotis fratris. A latere ſiniſtro ſunt aliæ quatuor cellulæ: quarum prima ſoror,ſecunda ſororis filia, tertia ſororis neptis, quarta ſororis proneptis. Ad dorſum harum ſunt aliæ quatuor: prima vir ſororis olim relictus,ſecunda vir filiæ ſororis, tertia vir neptis ſororis, quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, vna à latere dextro continens,relictus relictæ fratris: à ſiniſtris relicta relicti ſororis,quæ ſecundum omnes ponuntur ad decorem,& ad demonſtrandum genera affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas,quarum vna oritur in cellula fratris,& terminatur in cellula viri ſororis: in qua ſcribitur primum genus affinitatis.Item alia linea reflexa,quæ oritur in cellula ſororis, & terminatur in cellula vxoris fratris,in qua idem ſcribitur.

Quæſtio.

¶Circa hoc quæro,quare in cellula vxor fratris ſcribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiuſdem lineæ? Et dic hoc factum fuiſſe propter cellulam,quæ ponitur ad dorſum illius: quaſi dicat, frater habuit vxorem,mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cũ alio viro,illa demum mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cũ ſorore,nunquid poteſt? olim non poterat,quia erat ſibi in ſecundo genere,& primo gradu: hodie verò poteſt. Idem ſit repetitum quò ad cellulam viri ſororis.

Regula magiſtralis gradus affinitatis, & genus manifeſtans.

¶Ad cognoſcendum ergo gradus affinitatis,& genus tam per formam arboris,quàm ex prius dictis,tolle hanc ſolam regulam magiſtralem. Per carnalem copulam viri,& mulieris inter cõſanguineos mulieris,& virum, & inter conſanguineos viri,& mulierem contrahitur affinitas primi generis,& eiuſdem gradus cuius eſt conſanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri,& mulieris,& nõ viri & vxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter conſanguineos mulieris,& virum, & conſanguineos viri,& mulierem, ideò dixi: quia inter virum,& mulierem non contrahitur affinitas,ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri,& conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas: vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus,pater,& filius cum matre,& filia. Sed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris,& ipſum virum, & conſanguineos viri,& ipſam mulierem.extrà de conſang. & affinita. quod ſuper his. Primi generis quare dixerim,etiam ex ſuperioribus patuit,& eiuſdẽ gradus cuius eſt conſanguinitas. vide hoc in arbore. nam frater,& ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis, maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis,& ſic vxor fratris ſorori, & ſic filia ſororis eſt filio fratris,& ipſi fratri in ſecundo gradu conſanguinitatis,maritus eius in ſecundo gradu affinitatis,& èconuerſo, & ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri,& omnibus deſcendentibus,qui ſunt in arbore, quarto gradu affinitatis.& hoc ideò, quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. Qui ſunt in arbore,ideò dixi,quia ſi pronepos fratris haberet filium,ille excederet lineam æqualitatis,& ſic attinet quinto gradu ſecundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas per notabilia declaratur.

¶Poſt hoc notandum eſt; illud præciſè non ſequitur, ego & tu ſumus affines,ergo filius,quẽ procreo,eſt tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ,quia ego ſum tibi affinis, & ipſe conſanguineus. inter(nil attinet tibi, interdum mutat gradum,interdum nec mutat genus,nec gradum. Exemplum, ſi ego & tu ſumus affines per appoſitionem mei,quia ſcilicet contraxi cum conſanguinea tua, ſi ex dicta conſanguinea tua filium procreo,ille eſt tibi conſanguineus, non affinis. ſed ſi ego maritus conſanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo,ille nec eſt tibi conſanguineus, nec affinis. Si verò tu conſanguineus vxoris meæ filium procreas,hic filius non mutat genus attinentiæ,quia tu pater es mihi affinis,& ipſe affinis.ſed ſi tu & vxor mea eratis in æquali linea,vel inæquali, & eras remotior,quia tu eras in tertio, ipſa in ſecundo, vel primo: tunc ipſe filius mutat gradum,quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipſe mihi in quarto. Si verò tu,& vxor mea eratis conſanguinei in linea inæquali,ſed vxor mea erat remotior,vt quia ipſa in tertio,& tu in ſecundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum,quia tu mihi affinis, & ipſe affinis: tu in tertio gradu, & ipſe in tertio gradu. Item nota quod iſtud etiam non ſequitur, ego & tu ſumus affines, & ego non poſſum accipere filiam tuam,ergo nec tu meam: quia ſi habeam conſanguineam tuam in vxorem,tu bene potes contrahere cum filia mea,quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris: ſed inter virum,& conſanguineos mulieris,& inter mulierem,& conſanguineos viri,vt dixi, & probatur extrà de conſang. & affi. quod ſuper his. Sed ego non poſſum contrahere cum filia tua, niſi forſan illa excederet quartum gradum,vt quia eſſet in quinto.& eſt ſimile ſecundum quod dixi ſuprà in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter aſcendentes,& deſcendẽtes eſt perpetua.

¶Nunc quæritur, an affinitas inter aſcendentes, & deſcendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantùm vſque ad quartũ gradum? Et ſi teneremus opin.Goffre.de qua dixi ſuprà in arbore proxima circa medium, diceremus quod vſque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus,quod prohibitio ſit perpetua. Dicit enim textus,quod ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris,vt à proprijs.extrà de conſang.& affi. c.1. 35.q.3.de propinquis. & cap. æqualiter. Si ergo inter conſanguineos aſcendentes,& deſcendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines.ad idem inſti. de nupt. §.affinitatis. & dicit lex, quod tales affines aſcendentes, & deſcendentes, habentur loco parentũ & liberorum.ff.de gradi.l.non facile. §.retro. in fi. Eodem modò poſſet formari quæſtio de affinibus,quorum vnus eſt in primo gradu,alter in quinto,ſicut in conſanguineis dixi ſuprà in arbore proxi.in fi. An autem liceat diuerſis temporibus habere in vxores duas cognatas,ſcilicet vxores duorũ fratrum,& an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permiſſo ſimul manere poſſint,de hoc vide not.extrà de conſang.& affi.c.non debet.

Conſanguinei,& affines quo iure prohibentur coniungi.

¶Vltimò quæritur ad vtramque arborem,an prohibitio conſanguineorum,vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana,& quare facta fuit prohibitio. Breuiter ſcias quod olim propter neceſſitatem frater neceſſariò habuit contrahere cum ſorore,& cõſanguinei cum conſanguineis.vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio.hoc fuit à principio generis humani in filijs & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit poſt diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico verò prohibitæ fuerunt ferè duodecim perſonæ, quas vide nota. extrà de reſti.ſpol. literas.& de diuor.c.gaudemus.Demum ius poſitiuum canonicum prohibuit cõſanguineos,& affines primi generis coniungi in ſeptimo gradu, & citeriori: quæ prohibitio poſteà vſque ad quartum gradum eſt relicta. extrà eod.non debt.reuocatis etiam quibuſdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio verò fuit ex cauſa,quæ ibi ponitur, & extrà de teſti. cap. licet ex quadam.per quod patet,quod prohibitio partim procedit ex iure diuino,& partim ex poſitiuo. Vnde in ſecundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere poſſunt iure diuino,ſed non poſitiuo. Ratio verò prohibitionis ſumitur 35.quæſt.1.§.1.cap.1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam ſi contraherem cum ſorore,idem eſſet pater,& ſocer,mater & ſocrus,vir & frater,&c. Sed ſi alium habeo patrem,alium ſocerum, numeroſius ſe charitas protenderet: in qua vniuerſi fideles, & præcipuè ſtudentes continuè perſeuerent per gratiam eius, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS, ET IMPOTENTIA coeundi.

¶*Viſo de pluribus impedimentis matrimonij, quia frigiditas, & maleficium, & generaliter impotentia coeundi ſunt impedimenta matrimonij, ideo poſt rubricas præcedentes ſubijcitur iſta. Abbas.*

† De materia hui⁹ tit. vide Magiſtrum ſen. lib. 4. diſt. 34. vbi Doctores, & præ alijs B. Thomam ibidem. q. 1. per totã quæſt.

De hac materia tractatur 33. quæſtion. 1. & quæſtion. 2. per totum.

TITVLVS XV.

De frigidis †, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

¶Ex Brocardico lib. 18. †

† Aliàs, 20 & 14. & 10 ſed reſtitue ita: Ex Burchardo lib. 19. decret. ca. 5. tit. de diſcidio cõiugij. ver. accepiſti. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpilat.

¶*Si marito prouocante ad diuortiũ, & ſe impotentem aſſerente, mulier hoc idem fatetur, ſeruata ſolemnitate canonica matrimonium indiſtinctè dirimitur: ſed ſi decipiatur eccleſia, primum matrimonium reparatur: ſi verò muliere agente, vir aſſerat ſe potentem: niſi per aſpectum corporis vel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur: ſed ſi vir hoc idem confitetur, vel conuincitur, matrimonium ſeparatur, & mulieri contrahendi licentia datur. hoc dicit ſecundum Hoſtienſem.*

CAP. I.

Accepiſti † mulierem, & per aliquod tempus habuiſti, per menſem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixiſti te eſſe frigidæ naturæ, ita vt non potuiſſes coire cum illa, nec cum aliqua alia: ſi illa, quæ vxor tua eſſe debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis, & probari poteſt per verum iudicium [a], ita eſſe vt dicitis, ſeparari poteſtis: ea tamen ratione, vt ſi tu poſt aliam acceperis, reus periurij diiudiceris [b] †: & iterum poſt peractam pœnitentiam, priora connubia reparare [c] debebis.

† iudiceris.

¶Illa autem ſi prior poſt † annum, aut dimidium, ad epiſcopum, aut eius miſſum [d] proclamauerit, dicens, quòd non cognouiſſes eam, tu autem contrarium affirmas [e], tibi credendum eſt, eo quòd caput [f] es mulieris: quia ſi proclamare voluit †, cur tamdiu tacuit [g]? citò enim, & in paruo tempore ſcire potuit, ſi ſecum coire potuiſſes. Si autem ſtatim in ipſa nouitate, poſt menſem, aut duos, ad epiſcopum, aut eius miſſum proclamauerit dicens: volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: ſed vir, quem accepi, frigidæ naturæ eſt, & non poteſt illa facere, propter quæ illũ accepi: ſi probari [h] poteſt per rectum iudicium, ſeparari poteſtis: & illa ſi vult, nubat in Domino.

† In aliquot manuſcriptis ita: poſt annum & dimidiũ, quã lectionẽ videtur planè agnoſcere gloſſa hic in verbo: tacuit.

† voluerit

† Burchardus ita: qa ſi ſe proclamare voluerat:

¶Alexander tertius Ambiennẽ. † Epiſcopo.

† Ambien

¶*Impotens ad copulam, eſt impotens ad contrahendum matrimonium, ſiue ſit impedimentum ætatis, ſiue naturæ.*

CAP. II.

Quod † ſedem: & infrà. ¶Sicut puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus [i] coniugio: ſic qui impotentes [k] ſunt minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Lateranẽ. ſub Alexã. iij. par. 50. c. 28. Et ꝑ intellectu tex. & gloſſæ præter citatos in præcedenti ca. vide Sylueſtrũ in ſumma, verbo, matrimoniũ. q. 16.

¶Idem.

¶*Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.*

Accepiſti.] Diuiditur, quia habet tria dicta. Secundum: ibi, *Illa autem*. Tertium: ibi, *Si autem*. Abbas.

CASVS. Aliquis accepit aliquam in vxorem, & cum ea manſit per menſem, vel per tres, vel etiam per annum: poſtmodum dicit vir, quòd eſt frigidæ naturæ, ita quòd cum illa, vel alia rem habere non poteſt: dicitur hic, quòd ſi illa idem aſſirmat, quod ille dicit, & poteſt hoc probari per verum & rectum iudicium, debent ſeparari: ita quod ſi poſtmodum aliam acceperit, reus erit periurij, & acta pœnitentia priora connubia reſtaurabuntur: Si verò illa prior poſt annum & dimidiũ ad epiſcopum proclamauerit dicens, quòd eam non cognouit, ille autem contrarium affirmat, ei credendum eſt, cum ſit caput mulieris: quia ſi proclamare voluit, cur tantum tacuit: cito enim potuit ſcire ſi eam cognoſcere potuit: Si verò ab initio poſt menſem, vel duos ad epiſcopum proclamauerit dicens, volo mater eſſe, ſed vir quem ego accepi, frigidæ naturæ eſt. ſi hoc probari poteſt per rectum iudicium, ſeparentur, & mulier alteri, ſi voluerit, nubat in Domino: Nota quòd non creditur viro, vel mulieri confitenti contra matrimonium, ſed exigitur probatio. Item vir caput eſt mulieris. Item ex taciturnitate præſumitur contra aliquem. Item impotentia coeundi impedit matrimoniũ, & dirimit.

† Vide Durandum li. 4. ſenten. diſt. 34. q. 2. & pleni⁹ ibidem Sotum q. 1. arti. 2.

a ¶*Iudicium.*] ſcilicet, quòd vterque iuret cum ſeptima manu propinquorum. 33. q. 1. cap. 2.

¶*Glo. ſeq. not. conuinci mendacium. alleg. tria iura.*

b ¶*Diiudiceris.*] Nota contrarij operis euidentia mendaciũ conuinci, ſupra de præſum. literas. arg. s. de maio. & obed. legebatur. & 22. q. 5. cauete.

¶*Gloſſa ſequens not. quòd ſententia, &c. ponit diſtinctionem circa fraudem mulieris, quam non approbat. in fin. ſignat contrarium & ſoluit, & arguit.*

c ¶*Reparare.*] Nota quòd ſententia contra matrimonium lata non tranſit in rem iudicatam, cum appareat ex poſtfacto eccleſiam fuiſſe deceptam. ſic ſuprà, de re iudi. lator. & cap. conſanguinei. & infra eodem fraternitatis quare priora etiam matrimonia reſtaurantur, etiam muliere contradicente, ſi fraudis fuerit conſcia. ff. de adult. ſi vxor. §. iudex. & vlt. vt dixit Ala. Si verò conſcia fraudis non fuerit, poterit repellere eum, ſi voluerit, prætextu adulterij. argumen. trigeſima ſecunda quæſtione prima, de benedicto. & quæſtione 6. nihil. ſed non credo quod hoc obſtet, quin matrimonia priora debeant reſtaurari. infra eod. laudabilem. & capit. fraternitatis. Item argum. contra. trigeſimatertia quæſtione prima ſi per ſortiarias. ſed ibi ſeparantur propter maleficium, non propter frigiditatem.

d ¶*Miſſum.*] ſimile ſupra, de reg. capit. ſecundo. & expone miſſum, ideſt, vicarium qui fungitur vice epiſcopi. ſupra, de inſti. cap. 3.

e ¶*Affirmas.*] quòd eam cognouiſti.

f ¶*Caput.*] ſuprà de deſpon. impub. continebatur. trigeſimatertia quæſtione prima. ſi quis acceperit: & hoc intellige, niſi ipſa velit ſe probare virginem ꝑ aſpectum corporis. s. de proba. propoſuiſti. & cap. cauſam matrimoni.

g ¶*Tacuit.*] ergo videtur, quòd poſt annum & dimidium reclamare non poterit. Sed contra videtur. C. de repu. in cauſis. vbi dicitur, quod vſque ad duos annos poterit reclamare. imo vſque ad triennium. in Authen. de nup. §. per occaſionem. coll. 4. & infra eodem laudabilem. Quod dicitur in iſtis duabus vltimis concor. tenendum eſt, & non tenet quod hic dicitur de anno, & dimidio. Et eſt argumen. ad præſcriptionem, ſi quis taceat vſq; ad completam præſcriptionem: quia geſta taciturnitate firmauit. C. de his qui à nõ dom. ma. l. vlt.

h ¶*Probari.*] Hoc ideo dicit, quia nõ eſt ſtandum eorũ confeſſioni contra matrimonium: & ſi vterq; confiteatur non videtur credendũ, ne in fraudem hoc diceretur, ſuprà de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. niſi quod aſſerunt, probauerit cum ſeptima manu propinquorum 33. q. 1. c. 2. ſed pro matrimonio bene creditur eis. s. de clandeſt. deſponſatio. cap. 2. & quod dicitur, non creditur eis contra matrimonium verum eſt quantum ad hoc, vt cõtrahendi facultatẽ acquirant: ſed ſi vellent in continentia manere, creditur eis. 33. q. 5. qđ Deo pari.

Quod ſedem.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſicut puer non eſt aptus matrimonio, ita nec vir qui coire non poteſt. Nota ꝙ impotentia coeundi impedit matrimonium.

i ¶*Non eſt aptus.*] s. de deſpon. impub. à nobis arg. eo. tit. puberes. vbi de hoc.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit:*

k ¶*Impotentes.*] Hac ratione videtur, ꝙ ſenes qui à naturali calore defecerunt, contrahere non poſſunt: ſed contrarium eſt verum. C. de nup. ſancimus. 27. q. 1. nuptiarum. quia in ſenibus dicitur eſſe legis obſequiũ, & humanitatis ſolatiũ, vt ibi. & 31. q. 1. aperiant. & ca. ꝙ ſi dormierit. ſed hic non loquitur de tali impotentia, ſed de eo qui ſectus eſt 1: & qui perpetuo impotens eſt: ſed ſenes, aliquando aliquo beneficio mouentur.

1 De ſpadone an contrahere poſſit, notat 32. q. 7. hi qui adde hic Ioãnẽ An. & alios recentiores, & vide omnino notata ꝑ Aldobrandinũ & alios in §. ſed & illud, Inſtit. de ado. ad deomnino Sylueſtrũ in ſumma verbo matrimoniũ. 8. q. 16. ver ſi. ſeptimũ quãtum ad caſtrationem.

Ex

EX *literis.*] Communis diuiſio, conſultatio & reſponſio. Secunda: ibi, *Reſpondemus.* Abbas

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam, qui cum debitum reddere non poſſet, licet vterque legitimæ fuiſſet ætatis, mulier tam grauem contraxit infirmitatem, vt omnino inutilis ſit facta viro, ita quòd nullo modo eam cognoſcere poteſt. Quæritur, an debeant ſeparari? Reſpondet Papa, ſi vitium illud a natura cōtraxit mulier, nec ope medicorum poterit ei ſubueniri, vir poterit aliam ducere in vxorem. Nota, quòd cum inhabili ad coitum, nullum eſt matrimonium.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cōpilatione, Et de materia vide plenè per citatos in præcedentibus capitulis. & omnino per B. Thomā lib. 4. ſentē. diſ. 34. q. 1. ar. 2.

¶ *Glo. ſeq. ſoluit obiec. cano. dixit.*

a ¶ *Contraxit.*] id eſt, contraxiſſe apparuit, vel in veritate contraxit, ex eo quòd contra naturam vim ei forſan intulit, quia arcta fuit: vnde nullo modo ſibi potuit commiſceri, vnde magis inhabilis reddita fuit, & ſic non fuit matrimonium. infra eodem, fraternitatis. ſi enim non loqueretur de impedimento præcedēte matrimonium, ſtare non poſſet quod dicitur in ſi. 32. quæſt. 1. dixit. & quæſtion. 5. ſi vxorem. & ſuprà, de coniug. leproſo. cap. 1. & 2.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cōpilat.

‡ Vide citatos in præcedentib. capitulis.

† debeant.

b ¶ *A natura.*] quia erat arcta, vt dixi.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium.*

c ¶ *Medicorum.*] infrà eod. fraternitatis. & ita non fuit matrimonium. & intellige quod dicit: non poterit adiuuari ope medicorum. ſine periculo corporali: alias non deberent ſeparari; imo modicam violentiam debet ſuſtinere, vt argumen. infra, eo. fraternitatis. & ſi talis fuit, non habuit propoſitum reddendi matrimonij debitum exacta, vel exigendi, & ſic nullum matrimonium 32. quæſtion. 2. ſolet. & cap. aliquando. & ſuprà de condi. appoſ. cap. vlti. & ſecundum leges eſſet in cauſa redhibitionis. ff. ædil. edic. quæritur. §. mulierem. argumen. contra. infrà, cà. proxi.

CAP. III.

EX † literis tuis accepimus, quòd quidam ſexdecim annorum quandam annorum tredecim duxit vxorem: qui cū debitum reddere non poſſet, mulier tam grauem infirmitatem contraxit [a], vt omnino viro ſit facta inutilis, & inſtrumentum eius impeditum, ita quòd vir ei commiſceri nō poteſt. Reſpondemus igitur, ꝙ ſi vitium illud mulier à natura [b] contraxit, nec ope medicorum [c] poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.

¶ Lucius tertius.

¶ *Contrahens ſcienter cum impotenti ad copulam, ab ea non ſeparatur.*

CAP. IIII.

COnſultationi † tuæ qua nos conſuluiſti, vtrum fœminæ clauſæ, impotentes cōmiſceri maribus, matrimoniū poſſint contrahere, & ſi contraxerint, an debeat † reſcindi? Taliter reſpondemus, quòd licet incredibile [d] videatur, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium: Romana tamen Eccleſia conſueuit in conſimilibus iudicare [e], vt quas tamquam vxores habere non poſſunt, habeant vt ſorores.

COnſultationi.] Diuiditur: quia primò ponitur conſultatio. Secundò reſponſio: ibi, *Taliter.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquæ mulieres ita ſunt clauſæ & impotentes, quòd viris carnaliter commiſceri non poſſunt: quæritur, an poſſint matrimonium contrahere? Reſpondet Papa. licet non videatur credibile, quòd aliquis cum talibus contrahat matrimonium, tamen Romana eccleſia conſueuit in talibus iudicare, vt ſi non poſſunt eas habere vt vxores, habeant eas vt ſorores. Nota quòd cum arcta matrimonium contrahi non poteſt. Item de ſimilibus ſimile iudicium eſt habendum.

d ¶ *Incredibile.*] qui conditionem corporis ſui ſciens, non contraheret de leui. Ala.

¶ *Gloſſa ſequens reci. per quæſtio. an ſit conſilium, vel præceptum.*

e ¶ *Iudicare.*] Ergo & nos ſic iudicare debemus. ſuprà de re iud. in cauſis. C. de legi. & conſtit. prin. l. vltim. quod verum eſt, vbi ipſa ſic præcipit iudicandum. arg. 11. quæſt. 3. nolite. alias bene permittitur aliter fieri. 11. diſtin. quis neſciat. ſed hic non præcepit eius conſuetudinem eſſe ſeruandam, ſed potius conſilium eſt 1. tamen intellige quod hic dicitur ſecūdum illam decret. j. eod. fraternitatis. vt dixi. ſ. cap. proxi.

† Sed Lau. exponit iudicare, id eſt tenere. Io. And.

¶ Celeſtinus tertius.

¶ *Si de impotentia coeundi conſtet, ſtatim matrimoniū ſeparatur: aliàs cohabitabunt coniuges per trienniū: & ſi cum ſeptima manu propinquorum iurant, quòd dederunt operam carnali copulæ, & non potuerunt coniūgi, ſtatim ſeparantur. Ita communiter ſummatur.*

CAP. V.

LAudabilem †: & infrà. ¶ Requiſiſti quātum tempus indulgendum ſit naturaliter frigidis, ad experientiam copulæ nuptialis: & infrà. ¶ Nos verò in præſenti conſultatione ſentimus, vt à tempore celebrati [f] coniugij, ſi frigiditas [g] prius probari [h] non poſſit, cohabitent per triennium: quo elapſo, ſi nec tunc cohabitare voluerint †, & iuxtà decretum Gregorij [i] †, mulier per iuſtum [k] iudicium de viro probare potuerit, quòd cum ea coire non poſſit, accipiat alium: ſi autem ille aliam acceperit, ſeparentur [l]. Quòd ſi ambo [m] conſentiant ſimul eſſe, vir eā, & ſi non vt vxorem, ſaltem habeat vt ſororem. ¶ Si autem, quòd nunquam ſe inuicem cognouerint, ambo faten-

LAudabilem.] Diuiditur in duas partes. Prima loquitur quando vnus coniugum dicit matrimonium conſummatum, & alter diffitetur: Secunda: ibi, *Si autem.* quando vterque fatetur matrimonium non eſſe conſummatum. Et prima pars ſubdiuiditur. Nam prima loquitur quando ſimul eſſe non conſentiunt. Secunda quando conſentiunt: ibi, *Quòd ſi.* Abbas.

CASVS. Quidam cōtraxit matrimonium cum quadam: tandem dicitur eſſe frigidæ naturæ: quæritur hic quātum tempus dandum ſit eis, ad ſciendum experientiam copulæ cōiugalis: Papa reſpondet, quòd ab eo tempore quo celebratur coniugium, & incipiunt ſimul cohabitare ſimul cohabitent per triennium dando operam carnali copulæ, ſi ante triennium nō poſſit probari frigiditas, quo elapſo ſi ſimul cohabitare noluerint, & mulier per iuſtum iudicium probare potuerit, quod cum ea dormire non poſſit, accipiat alium, & ſi ille aliā acceperit, ſeparentur: Si vero conſentiant ſimul eſſe, habeat eam vt ſororem. Si autem confiteantur quòd nunquam adinuicem ſe cognouerint, cum ſeptima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, ſi propinqui deficiant, iureiurando dicat vterque, quòd nunquam vna caro effecti ſunt: & tunc mulier poteſt alium accipere. & ſi ille aliam acceperit, de periurio notantur, & acta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire. Nota, quòd triennium dandum eſt ad probandum frigiditatem, & ita non tenet quod dicitur de anno, vel dimidio. ſ. eod. cap. 1. & idem tempus datur in maleficiato.

† Cap. 3. e. tit. in 2. cōpilat. Et præter citatos in pcedentibus capitibus, vide Hoſtienſē in ſumma, tit. de frigidis & maleficiatis. §. qualiter & quādo.

† Aliàs valuerint.

† Gregorij ad Ioannē Rauentem epm, vt referūt Burchardus. lib. 9. decr. ca. 40. Iuo par. 8. cap. 178. & Pānormia li. 6. tit. de impotētia coeundi. c. 4. ſiue. c. 115.

f ¶ *Celebrati.*] Et à tempore cohabitationis, nec ſufficit cohabitare, niſi dent operam carnali operi. 33. quæſtio. prima, requiſiſti.

¶ *Glo. ſeq. recitetur per q. quid de maleficiato.*

g ¶ *Frigiditas.*] Quod hic dicitur de frigido, idem intelligo & de maleficiato 2, vt vſque ad triennium expectet, maxime quia magis ſperandum eſt, quòd impedimentum remoueri poſſit, quod non proceſſit à naturalibus. Laurentius.

2 De hoc articulo pter Doctores hic vide Specu. tit. d teſte. §. nunc tractandum.

h ¶ *Prius probari.*] Argumentum, quòd ſi prius probari poſſit impedimentum, non expectabunt per triennium. infrà. eod. cap. proxi. ſi verò manifeſte non conſtet: tunc cohabitent ſimul per triennium continuum: in quo debent dare operam carnali operi: vt hic. & argumen. infrà eod. cap. vlti. in Authen. de nup. §. per occaſionem. coll. 4.

i ¶ *Gregorij.*] 33. q. 1. quod autem.

k ¶ *Iuſtum iudicium.*] id eſt, per teſtes, vel aſpectum corporis arg. ſ. de probat. propoſuiſti. & j. eod. cap. vlt.

l ¶ *Separentur.*] propter naturalem frigiditatem: ſecus ſi propter maleficium. 33. q. 1. ſi per ſortiarias.

¶ *Gloßa ſequēs recitatur per quæſtionem, an vir frigidus, &c.*

m ¶ *Quòd ſi ambo.*] vel ſolūmodo mulier: ille enim qui ſciēter contraxit, non videtur ꝙ poſſit contradicere. argum. ſuprà, de eo qui dux. in matri. cap. 1. ff. de lege com. l. 2. Vel dicas & verius, quòd neceſſe eſt vt ambo conſentiant; ſufficit quòd ita ſcriptum eſt, & ſi perquam durum eſt. ff. qui & à quibus manu. li. l. proſpexit. & 6. quæſtion. 3. ſcriptum eſt. quia cum nullum ſit matrimonium, non tenetur alter alteri.

a ¶ *Septi-*

a ¶*Septima manu.*] ſic infra eodem capitulo vltimo. & 33. quæſt.1.requiſiuiſti.

b ¶*Vterque iureiurando.*] vterque vir & mulier iurare debent, quòd fide bona dederunt operam copulæ carnali per triennium, nec vna caro effici potuerunt: propinqui iurabunt quòd credunt eos verum iuraſſe. argumen. infrà de purga. can. capitu. quotiens.

c ¶*Hi qui.*] ſcilicet vir & vxor. & non alij compurgatores, ſi bona fide iurauerunt.

d ¶*Redire.*] cum propter frigiditatem ſeparantur: ſecus ſi propter maleficium. 33. quæſtion. prima. ſi per ſortiarias.

tur, cum ſeptima [a] manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ (ſi propinqui defuerint) tactis ſacroſanctis Euangelijs vterque [b] iureiurando dicat, quòd nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuiſſent: & tunc videtur quòd mulier valeat ad ſecundas nuptias conuolare. Verum ſi ille aliam duxerit, tũc hi [c] qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pœnitentia cogantur ad connubia priora redire [d].

¶Innocentius tertius Altiſſiodoreñ Epiſcopo.

¶*Propter arctationem mulieris, ſi apparet quòd præter diuinum miraculum abſque periculo corporali habilis reddi non poteſt ſeparatur matrimonium: redintegratur tamen, ſi poſtea appareat eccleſiam fuiſſe deceptam.*

CAP. VI.

FRaternitatis † tuæ literas recepimus, continentes quòd O. mulier, cuidam viro matrimonialiter nupſit: cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipſo cognoſci. Licet autem per archipresbyterum tuum ſuper hoc fuiſſes edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorem, quaſdam matronas [e] ſuæ parochiæ prouidas, & honeſtas, ad tuam præſentiam euocaſti, diſtrictè [f] illis iniungens, ſub periculo animarum, vt mulierẽ ipſam prudenter inſpicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea eſſet ad viriles amplexus: quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, ꝙ eadem nunquam poterat [g] eſſe mater, aut coniunx, tamquam cui naturale deerat [h] inſtrumentum: vnde inter ipſam, & virum diuortium celebraſti, mulierem inducens, vt ad religionem aliquam ſe transferret, perpetuã continentiam ſeruatura: & viro licentiam tribuiſti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem poſteà, quòd mulier inuenit [i], qui ſeras huiuſmodi reſerauit: & abijciens cõtinentiã, quam promiſit, G. latori præſentium ſupernupſit. Quamuis igitur ſemiplenè nobis expreſſeris, quomodo dicta mulier ſe promiſerit continentiam ſeruaturam, vtrũ videlicet ſimplici verbo, an voto ſolemni: vtrumve ad religionẽ trãſierit, vt promiſit, an contra promiſſionẽ ſuã † in domo remãſerit: & qualiter ſeras illas fecerit reſerari, vtrũ videlicet artificio medici, an cõcubitu viri, ſeu alio quolibet modo: Nos tamen perſpicaciter attendentes, ꝙ impedimẽ-

† Cap. vnico ti. de impotẽtia coeundi in 3. compil. Vide B. Thomã li. 4. ſen. diſt. 34. q. 1. ar. 1. & citatos in præcedentib. capitulis adde omnino Hoſt. in ſumma tit. de frig. & malefi. §. qualiter & quãdo.

FRaternitatis tuæ literas recepimus.] Primò ponitur quæſtio. Secundò diſtinguens ſolutio: ibi, *Quamuis*. Tertiò infert ad alias duas quæſtiones: ibi, *Per hæc*. Abbas Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam viro, & cum eo per plures annos permanſit, nec potuit ab eo carnaliter cognoſci: Archipresbyter Altiſſiodoreñ. illud negotium ſignificauit epiſcopo ſuo: epiſcopus volens ſuper hoc veritatem inquirere, quaſdã matronas ad præſentiam ſuam vocauit, diſtricte illis iniungens ſub periculo animarũ, vt illam viſitarent, vtrum eſſet idonea ad officium coniugale: quæ tandem ea inſpecta dixerunt, quòd nũquam poterat eſſe mater: & ideo inter eos diuortium promulgauit, mulierem inducens, vt religionem intraret, perpetuam continentiam ſeruatura: Viro autem dedit licentiam contrahendi, qui cum alia contraxit: Poſtmodum illa mulier fuit ab alio carnaliter cognita, abiecta continentia quam promiſit, & cuidam G. nomine nupſit: negotium iſtud Altiſſiodoreñ. epiſcopus ſignificauit domino Papæ, quærens, quid ſuper hoc eſſet agendum. Reſcribit Papa eidem dicens, quòd ſemiplene ei expreſſit quomodo mulier promiſerit ſe continentiam ſeruaturam, vtrum ſimplici verbo, an per votum ſolemne, & vtrum tranſierit ad religionem ſicut promiſit: nec dixit etiam qualiter cognita fuerit, vtrum artificio medici, aut concubitu viri, aut alio modo: Vnde Papa conſiderans, quòd impedimentum illius non erat perpetuum, quod remotum fuit ſine periculo corporali præter diuinum miraculum, inuenit diuortij ſententiam latam fuiſſe per errorem, licet probabilẽ: quia ex poſtfacto apparet, quòd mulier illa cognoſcibilis erat viro, ex quo eius ſimili commiſcetur. & ideo pronunciauit inter ipſam & ipſum matrimonium extitiſſe: Vnde inter ipſam & G. præfatum pronunciauit matrimonium non fuiſſe: & eos præcepit abinuicem ſeparari: Si verò mulier illa tranſiuit ad religionem, primus vir qui non cognouit eandem, remaneat cum illa, cum qua eccleſię auctoritate contraxit: Si verò non tranſiuit ad religionem, dimittat illam, & redeat ad illam, cum qua primo contraxit: niſi ipſa votum ſolemne fecerit: quia ſecundum hoc intelligitur fornicata fuiſſe cum prædicto G. vel etiam ſi non fecit votum ſolemne, fornicario modo alij ſe immiſcuit: & ſic prætextu fornicationis primus vir eam repellat: Si verò ſimplici voto promiſit ſeruare continentiam, & poſtea in facie eccleſiæ prædicto G. nupſit, quamdiu articulus iſte dubitabilis erat, præſumi non debet, quod fuerit fornicata, ſed amodo non debet remanere cum illo, per ea quæ dicta ſunt ſupra in verſiculo illo: abſque periculo corporali. Alia quęſtio ſoluitur, quæ talis eſt: aliqua eſt ita arcta, quòd non poteſt commiſceri carnaliter, niſi per inciſionem, vel alio modo violẽtia inferatur, vt mortis periculum timeatur: Quæritur de tali, vtrum ſit apta ad matrimonium contrahendum? Et dicendum eſt quòd non. Similiter ex his quę dicta ſunt ſupra, ſoluitur alia quæſtio, quæ talis eſt: Aliqua nupſit alicui, & ita arcta eſt illi, quòd non poteſt ab eo cognoſci, ſi ab eo per iudicium eccleſiæ fuerit ſeparata, & nubat alteri, cui arcta non ſit, & per frequentem vſum ſecundi reddatur apta primo: quæritur, vtrum debeat redire ad primũ. Et dicas quòd non, ſecundum diſtinctionem ſuperius factam, vbi dicit: abſq; corporali periculo: De talibus tamen non eſt facile iudicandum, cũ finale iudicium pendeat ex futuro. Nota quòd cum in ſententia contra matrimoniũ lata errat eccleſia, quandocunque de errore conſtiterit, retractatur ſententia. Item votum ſolemne ante carnalem copulam ſoluit matrimonium. Itẽ mulier non tenetur ſubire periculum corporis, vt reddatur apta viro. [1]Item ex futuro euentu pendet vtrum matrimoniũ fuerit quandoque inter aliquos.

† Dictio, ſuã deeſt i antiqs exẽplaribus.

¶*Finis ſequentis gloſſæ reci. per quæſtionem.*

e ¶*Matronas.*] talibus credendum eſt ſi honeſtæ ſint & peritæ in arte illa. ff. de ven. inſpi. l. prima in principio. & ſuprà, de probation. propoſuiſti. & capit. cauſam. & infra capit. proximo. oculus enim obſtetricum in talibus ſępè fallitur. 27. quæſtion. 1. nec aliqua. & in hoc caſu non requiritur iuramentum propinquorum, ſicut in frigiditate, vt ſ. cap. proxi.

¶*Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem.*

f ¶*Diſtrictè.*] per iuramentum [1] hoc iuramentum non eſt remittendum iſtis teſtibus, ne aliquid in fraudem matrimonij diceret. ſuprà, de eo qui cognouit con. vxo. ſuæ. ſuper eo. & infrà, cap. proximo.

1 Hæ vero matronæ non debẽt de veritate iurare, ſed ſolum de credulitate, dicentes ſe credere mulierem eſſe aptam, vel nõ ita Hoſtiẽſis, quẽ ſequitur hic Io. And.

¶*Glo. ſeq. obijcit, ſoluit & remittit.*

g ¶*Poterat eße.*] Sed qualiter hoc potuit probari, cum ſit negatiua? ſic potuit probari: dicendo, ꝙ hæc mulier caret membro apto ad copulam carnalem. Qualiter negatiua [2] ꝓbatur ſ. de elect. bonæ dictum eſt. Bernar.

h ¶*Deerat.*] Nota quòd non dicitur eſſe, quod inutile eſt ſuprà. de transla. inter corporalia. & ff. quod cuiuſque vniuer. l. 1. §. & quidam. nec dicitur habere actionem, qui habet inutilem. ff. de dolo. nam is. & ſ. de reſti. ſpol. olim nobis. arg. ſ. de ſolu. cap. penult.

i ¶*Inuenit*] Non dicit quod per medicum, vel alium.

2 Tractat⁹ extat Franciſci Herculãi, quo plene diſſeritur de modis probandæ negatiuæ, eũ videto.

¶*Gloſſa ſeq. arg. pro opi. dicentium cap. ſi per ſortiarias, non tenere: cui dupliciter reſpondet, ſubdens de maleficio.*

tum illud nō erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum [a], per opus humanum, abſque corporali [b] periculo potuit remoueri: ſententiam diuortij per errorem [c], licet, probabilem, nouimus eſſe prolatam, cum pateat ex poſtfacto, quòd ipſa cognoſcibilis erat illi [d], cuius ſimili [e] cōmiſcetur, & ideo inter ipſam, & primū virum, dicitur matrimonium extitiſſe, quare inter eam, & præfatum G. matrimonium non eſſe cenſemus, eoſque præcipimus abinuicem ſeparari. Et ſi prædicta mulier ad religionem tranſiuit [ſicut † aſſerit promiſiſſe] primus vir, qui non cognouit eādem, cum ea remaneat [f], cum qua poſtmodum eccleſiæ auctoritate contraxit: alioquin [g] ea dimiſſa, debet ad illam redire, cum qua primò contraxit, niſi ſe voto [h] mulier illa cōſtrinxerit ad continentiam obſeruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuiſſe: vel niſi ſe fornicario [i] modo alij viro miſcuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit cōſortium declinare: nam ſi tantum ſimplici verbo promiſit ſe continentiam ſeruaturam, & poſtea in conſpectu eccleſię nupſit memorato G. quamdiu articulus iſte dubitabilis erat, præſumi [k] non debet, quòd fornicaretur cū illo, ſed amodo [l] non debet cum illo aliquatenus remanere. ¶ Per hæc † autem quęſtionem illam noueris eſſe ſolutam [m], qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta eſt, vt nulli poſſit carnaliter commiſceri, niſi per inciſionem, aut † alio ſibi modo violentia inferatur, non ſolummodo leuis, ſed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculū timeatur, ad matrimonium contrahendū debeat idonea [n] perhiberi. ¶ Similiter [o] illa, quæ viro cui nupſerat, adeo arcta eſt, vt nūquā ab eo valeat deflorari: ſi † ab eo ſit per iudicium eccleſiæ ſeparata, & nubat alteri, cui arcta non ſit, & per frequentem vſum ſecundi, reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat [p], cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus [q] autem non eſt facile [r] iudicandum, cum finale iudiciū pendeat ex futuro [ſ].

a ¶ *Diuinum miraculum.*] argumen. quòd nullum maleficiū eſt perpetuū, cum poſſit remoueri præter diuinum miraculum ſaltem per illum qui ipſum induxit: quia quicquid ligatur, diſſolubile eſt. in Authent. de nupt. §. nuptias. colla. 4. & ſecundum hoc non tenet illud. cap. ſi per ſortiarias. 33. quæ. 1. vt quidam dicunt. Poteſt dici quòd aliud eſt cum allegatur impotentia ex parte mulieris, vt hic, aliud vbi ex parte viri allegatur maleficium, vt in cap. ſi per ſortiarias. & infra, cap. proxi. & hic allegata fuit falſa cauſa, vt poſtea apparuit vnde poſtea debet reſtitui viro. argumen. ſuprà, de re iudic. lator. & cap. conſanguinei. ad hanc cauſam refertur hæc ratio: attendentes quòd impedimentum, &c. Vel poteſt dici quòd maleficium eſt perpetuum: ex quo enim mulier cohabitauit viro per triennium, & dederunt operam copulæ carnali, nec potuerunt commiſceri, præſumitur perpetuū impedimentum, & poſſunt ſeparari, & alteri nubere: vt in cap. ſi per ſortiarias. quia poteſt aliquis maleficiatus eſſe cum vna, & non cum alia. & hoc intelligo de maleficio quòd præceſſit matrimonium: nā poſt matrimonium contractum ſi ſuperueniat impedimentum, non debent ſeparari. 32. quęſtione 7. hi qui ſani. & quæſtion. 5. ſi vxorem. ſi vero poſt ſeparationem eam cognoſceret, matrimonium debet redintegrari, vt hic patet: quia impedimentum non erat perpetuum.

b ¶ *Corporali periculo.*] Vbi verò graue periculum timeretur, non eſt matrimonium: ſed vbi leui periculo poteſt remoueri, debet illud pati. infrà. eo. capitulo. §. per hoc. à contrario ſenſu.

c ¶ *Per errorem.*] propter quem excuſatur iudex infrà de ſenten. excommuni. ſacro. & intellige, quòd error iſte interuenit in aſpectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerunt, quia manus, & oculus obſtetricum: ſæpè fallitur. ſ. de proba. cauſam matrimonij. & 27. quæſtio. 1. nec aliqua. & ſic patet quòd ſententia per errorem lata, à qua non eſt appellatum, reuocatur, ſi error ꝓbabilis poſtea detegatur. j. de purga. vulg. ſignificantibus. & ff. de cōdi. ſine cauſa. l. 2. Itē habes hic. quòd ſententia lata contra matrimonium, non tranſit in rem iudicatam, quo minus poſſit reuocari quandocunque apparuerit eccleſiam deceptam fuiſſe, vt hic patet. & ſ. de re iudi. lator. & cap. conſanguinei. & j. eo. cap. proxi. & ſ. eo. cap. 1. & cap. proxi.

d ¶ *Erat illi.*] ſcilicet primo viro, à quo fuerat ſeparata.

e ¶ *Simili.*] Sic 33. quæſtio. 1. requiſiſti. & innuitur hoc, ex eo quod in fin. huius capitu. dicitur, quòd ſi prior vir non poſſit eam cognoſcere ſine graui periculo, quòd non ſit reddenda primo viro, licet ex poſtfacto per conſuetudinem ſecundi viri reddita ſit apta priori quod bene poteſt concedi: quia non fuit matrimonium inter eos vt dixerunt Vinc. Io & Tanc.

f ¶ *Remaneat.*] quia ſi ingreſſa fuit, & profeſſa, ſtatim ſolutum fuit matrimonium, ſi quod fuit inter eos. ſ. de conuer. coniugat. ex publico. ſecus ſi ingreſſa fuit cauſa probationis: quia ſi iſta tunc ad ſeculum rediret, compellitur reddire ad virum priorem.

g ¶ *Alioquin.*] id eſt, ſi non tranſiuit cum effectu.

h ¶ *Se voto.*] ſolemni ſcilicet, & tunc debet compelli votum ſeruare, & per hoc intelligitur fornicata cum ſecundo, cum ipſa contrahere non potuit poſt votum ſolemne.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit: demum quærit & ſoluit ſecundum Ioan. & ſubdit opi. T.*

i ¶ *Fornicario modo.*] quia ſi legitimè cōtraxiſſet, cum altero, illud ei obijci nō poſſet, nec prætextu talis fornicationis poſſet repelli à viro argu. j. de diuor. gaudemus. imo videtur, ꝙ nullam fornicationem ei obijcere poſſet: nullam enim iniuriam fecit, nec intendebat facere viro, qa fornicata fuit tamquā ſoluta. 15. q. 1. illud. ff. locati. ſi ignorans quis. nā adulterium non cōmittitur ſine dolo. 34. quæſt. 2. in lectum. ff. de adult. l. penul. 2 Item ſi aliqui ſint ſeparati per ſententiam eccleſiæ, & poſt alter eorum fornicetur, minorem iniuriam committit, & minus peccat. 32. q. 7. quē admodū. Præterea per primam fornicationē non fuit apta viro ſuo, ſed forte nec per multas alias, ergo illam ſolam poteſt opponere cū reddita fuerit apta primo viro, quę poſtea ſecuta eſt: quia tūc primum læditur ius matrimonij. argu. ſ. de donatio. Apoſtolicæ. Poteſt dici, ꝙ ſicut ex futuro euentu apparet retro fuiſſe matrimoniū, vt dicit in fi. ſic ex futuro euētu apparet retro fuiſſe factā iniuriam priori viro. ff. de cap. & poſtli. reuer. in libello. §. 1. & ff. ad macedo. l. 1. §. 1. Sed quid ſi poſt primum coitum cum ſecundo, prior petit eam? Dico ꝙ eſt ei reddenda: & ſi non inuenerit eam aptam, eſt reſtituenda ſecundo: & ſic etiā poſt ſecundum vel tertium coitum 3 ſecundi, & ſic in infinitum, vt dixit Ioan. Tanc. dixit, ꝙ vſque ad tertiam vicem tantum, & non vltra debet reſtitui primo: imo remanere debet cum ſecundo: quoniam duæ tantum ſententiæ poſt primam ſunt ferendæ, quia tertio appellare non licet. 2. q. 6. ſi quis in quacunque. & ſ. de appella. ſua nobis. Ber.

k ¶ *Præſumi.*] ſim. 33. q. 2. cum per bellicam. & infrà, de diuor. gaudemus.

l ¶ *Amodo.* ſ. veritate reuelata, quòd fuerat vxor primi.

m ¶ *Solutam.*] Arg. à contrario ſenſu ſumpto ex illo verbo. ſ. eod. cap. 1. ibi, abſque corporali periculo, &c. & eſt arg. validū à contrario ſenſu. ſ. de his quæ fiunt à prælat. cum Apoſtolica. in fin. & ſ. de reg. cum virum.

n ¶ *Idonea perhiberi.*] & certè non.

o ¶ *Similiter.*] Reſume: per hæc noueris quæſtionem illam eſſe ſolutam, qua quæritur, vtrum illa, quæ viro cui, &c.

p ¶ *Debeat.*] quaſi dicat, non debet intellige tamen ſecundū diſtinctionem præmiſſam, an ſit graue periculum ſi reddatur apta, vel non. Vin.

q ¶ *De talibus.*] Simile. ſ. de in integ. reſtitu. cum veniſſent.

r ¶ *Non eſt facile.*] quia neſcitur an ſit apta viro primo: & hoc aliquo iure perpendi non poteſt, ſed potius per experientiam facti. ſim. ſ. de dona. Apoſtolicæ. cum ſuis concor.

ſ ¶ *Ex futuro.*] ſic ff. de reb. dub. quædā. & ff. ſi cert. peta. proinde. & ff. qui pot. in pi. ha. l. potior. ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Nec intellige ꝙ matrimoniū retrotrahatur, ſed hoc ideo dicit, quia in dubio eſt, an ſit matrimoniū cū primo; nec intelligas, quòd tunc primo incipiat eſſe matrimoniū cū primo, cū incipiat eſſe apta ſibi, ſed tunc primo declaratur fuiſſe matrimoniū. ſimile. ff. ſi ſer. vend. ſicut. §. ſed ſi queritur. & ff. de acquiren. re. do. adeo.

1 De materia huius gloſſæ & an maleficium ſit īpedimentum dirimens impedienſve matrimonium, vide B. Thomā. lib. 4. ſenten. diſtin. 34. q. 1. ar. 3. & ibidē late ꝑ Sotum & Doctores. adde Sylueſtrum in ſūma verbo, matrimoniū. 8. q. 16. & ꝑ alios ſummiſtas.

† Hæc verba: ſicut aſſerit ꝓmiſiſſe: deſunt in omnib. Vaticanis codicib', habent tamen in alijs paulo recentioribus, & ī antiqua compilatione.

† Aliàs. Pe hoc autē &c.

† Aliàs ita aut alio ſimili mod violentia feratur.

2 Vide v lite nō cō te. quoniā ſuper glo per fam Io. And.

† Hæc pio dus in on nibus ant quis exen plarib' hē ita: ſi al eo ꝑ iudiciū eccleſiæ ſepar ta nubat a teri cui a cta, &c ſed retenta eſt vulgata & recepta lectio.

3 Caue ne qd illicitū vel inhoneſtum e opinionibus hic relatis admitatur.

adeo.§.cum quis.in fine.& 33.quæſt. 1. requiſiſti. ff. qui teſtamen.facere.poſ.l.hęredes palam.§.primo.Bern.

¶Honorius tertius.

¶Si vxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi, eis hoc iurãtibus cum ſeptima manu propinquorum, matrimonium ſeparatur. hoc dicit inhærendo verbis literæ.

CAP. VII.

Literæ † veſtræ nobis exhibitę continebant, quòd cum cauſa matrimonij, quæ inter M. mulierem, & A. eius virum vertitur, vobis fuiſſet ab I. Papa prædeceſſore noſtro commiſſa, dicta M. propoſuit, quòd cum octo annis elapſis dicto A. fuiſſet matrimonialiter copulata, & diu cohabitaſſet eidem, adhuc integra [a] permanebat: eo quod prędictus vir eius non habebat potentiam coeundi, quare petebat diuortium celebrari: prædictus verò A. fatebatur, quòd illam nunquam cognouerat: tamen ſe habere potentiam cognoſcendi [b] aliàs aſſerebat: Vos verò, ne id confiterentur in fraudem [c], à matronis bonæ opinionis, fide dignis [d], ac expertis in opere nuptiali, dictam feciſtis inſpici mulierem: quæ perhibuerunt teſtimonium, ipſam adhuc virginem permanere. Poſtmodum per presbyterum, de cuius parochia vir extitit, feciſtis inquiri: vtrum ipſe aliquam cognouiſſet: nec per inquiſitionem ipſam vobis conſtare potuit aliquam eſſe carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente diuortium, & dicente, quòd mater eſſe volebat, & filios procreare: proponente vero viro quòd paratus erat ſtare conſilio eccleſiæ, iniunxiſtis eiſdem, vt agerent pœnitentiam de commiſſis [e], & † ſic forte placeret Deo qui matrimonij fuit inſtitutor [f], & auctor, vt opus matrimonij conſummarent: qui poſt plures terminos ad veſtrã reuerſi pręſentiam, conſona voce dixerunt, quod non poterant carnaliter commiſceri. ¶Quocirca mandamus, quatenus, ſi ita eſt, & conſtiterit vobis, pręfatum virum & mulierem, infra prædictos octo annos, per continuum triẽnium [g] inſimul habitaſſe: ipſis cum ſeptima propinquorũ manu [h] firmantibus iuramento, ſe commiſceri carnaliter nequiuiſſe, proferatis diuortij ſententiam inter eos.

Literæ.] Legitur tribus modis. Primò quod loquatur in maleficiato: & ſecundum hunc intellectum ſummatur ſic: Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoſcere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipſis cum ſeptima propinquorum manu hoc iurantibus, matrimonium ſeparatur, hoc dicit. Secundo modo legitur ſic, quòd non loquatur in maleficiato, ſed in frigido, vt tenuit Innocentius, cuius lectura communiter non recipitur: ſed tamen in ſe vera eſt, & dicendum vt habuiſti in capit. laudabilem. ſuprà eodem. Tertiò modo legitur inhęrendo verbis literæ generaliter, cum vxor dicit virum non habere potentiam ſecum coeundi, nec exprimit ex qua cauſa: & ſic facit ad tertiam partem rubricę. Et duo ponuntur hic. primò conſultatio: ſecundò reſponſio: ibi, *Quocirca*. Abbas. Siculus.

† Si hãc decretalẽ intelligas juxta communẽ ſenſum vt loquatẽ de eo qui ꝑ maleficia factꝰ erat impotens ad cõgrediendũ cũ vxore. vide oino Dñicũ Sotũ li. 4. sẽ. diſt. 34. q. 1. art. 3. & Iacobum Spremgeriũ in malleo malefi carũ pa. 2. q. 1. c. 16. & eadẽ part. q. 2. c. 1. & 2. vbi plene de his maleficiis, ac remediis aduersꝰ ea.

CASVS. Quædam cauſa matrimonialis vertebatur inter N. mulierem, & A. virum cã illa fuit commiſſa quibuſdam iudicibus per ſedem Apoſtolicam, coram quibus ex parte mulieris fuit propoſitum, quòd iam octo annis fuit dicto viro matrimonialiter copulata, & diu cohabitauit eidem, & adhuc integra permanebat, quia dictus A. non habebat poteſtatem coeundi, quare petebat diuortium celebrari: prædictus vir fatebatur quòd nunquam eam cognouerat: tamen dicebat ſe habere potentiam coeundi, & aliàs cognoſcendi: iudices timentes ne iſtud confiterentur in fraudem, fecerunt illam inſpici per matronas fide dignas, & expertas in opere nuptiali: quæ perhibuerunt teſtimonium, illam adhuc virginem permanere, & poſtmodum fecerunt inquirere per parochiam ipſius viri, ſi aliquam cognouiſſet, nec ipſi inuenerunt quòd aliquam cognouiſſet, mulier inſtanter diuortium poſtulabat: vir vero dicebat quod paratus erat ſtare conſilio eccleſię: iudices pręceperunt eiſdem, vt pœnitentiam agerent de commiſſis, & ſic forte Deo volente matrimoniũ conſumarent: Tandẽ reuerſi ad iudices, dicebant ſe non poſſe carnaliter commiſceri: vnde totum negotium domino Papæ per ſuas literas intimauerunt, petentes quid ſit ſuper hoc agendum. Mandat Papa, quatenus ſi eſt ita & eis conſtiterit, quòd infra octo annos per continuum triennium inſimul habitaſſent: ſi iurauerint cum ſeptima manu propinquorum, quòd non potuerint carnaliter commiſceri, ſententiam diuortij proferant inter eos. Nota, quòd qui ſeparantur propter frigiditatem, ſiue propter maleficium, ſimul debent commorari per triennium continuum, ſecuto poſtea iuramento tam principalium perſonarum, quam ſeptima manu propinquorum.

a ¶*Adhuc integra.*] & intellige quòd viripotens erat hęc, quæ virum pati poterat: licet eſſet virgo, dicitur viripotens. ff. de verb. ſig. mulieris 1 in princ.

1 Veba legis habent ita mulieris appellatione ẽt virgo viri potens continetur

¶*Gloſſa ſequens ponit differentiam inter frigidum, & maleficiatum.*

b ¶*Cognoſcendi alias.*] & ita allegabat iſte maleficium quantum ad iſtam, & non quantum ad alias, & non frigiditatem: quia ſi quis eſt frigidus quo ad vnam, quo ad omnes eſt frigidus, cum impedimentum à natura procedat. argumen. ſupra eodem ex literis. ſecus in maleficiato, vt dictum eſt ſupra, capit. proxim. vnde poſtquam conſtiterit de maleficiato, poſt triennium 2 debent ſeparari, & ad alia vota tranſire. 33. quæſt. 1. ſi per ſortiarias. ſecus in frigido, vt ſuprà eodem. capit. 1. & cap. laudabilem. & 33. quæſt. 1. requiſiſti.

2 Vide Sotũ initio huius capitis citatum.

c ¶*In fraudem.*] confeſſioni coniugum cõtra matrimonium non eſt credendum, propter colluſionem, quã multi facerent. ſupra, de eo qui cogno. conſanguin. vxor. cap. ſuper eo.

d ¶*Fide dignis.*] ſuprà, eodem cap. proxi. vbi de hoc.

e ¶*De commiſſis.*] qa infirmitas corporalis frequenter prouenit ex peccato: & ſic cauſa ceſſante forte ceſſabit effectus. infra, de pœni. & remiſ. cum infirmitas.

† In vno vetuſtiori Vaticano ita: & ſi forte placeret Deo q ma trimonij fuit inſtitutor & auctor, opus matrimoni conſummarent, &c. in aliis vt ĩ textu: excepto qđ in nõnullis ꝑ voce, auctor eſt actor.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per quęſtionem, per quæ verba fuerit matrimonium inſtitutum, & ponit duas opiniones.*

f ¶*Inſtitutor.*] ſimile 32. diſtinctio. deinde opponitur. & argumẽ. ſupra, tit. proxim. de infidelibus. & trigeſimaſecunda quæſtione ſecunda, capit. ſicut. §. hiș ita. Et quidam dicunt quòd his verbis 3 fuit inſtitutum matrimonium: Hoc nunc os ex oſſibus meis, &c. ſed illa verba prolata ſunt ab Adam, vt ſ. de biga. debitum. vnde videtur verius quòd per illa verba, Creſcite & multiplicamini, ab ipſo Domino prolata.

3 Quãdo & quib. verbis fuit matrimonium inſtitutum: vide Magiſtrũ ſen. li. 4 di. 16. §. cõiugii autẽ. & §. ſe. & ibi Sotũ q. 1. art. 1. vbi latiſſime. adde oino cõciſeũ Trid. đ ſ. 24. tit. đ ſacramẽto matrimonij in principio.

g ¶*Continuum triennium.*] Qui enim ſeparantur propter frigiditatem naturalem, per triennium continuum debent cohabitare ſimul, & dare operam carnali operi. ſuprà eodem. laudabilem. & in Authentica de nuptijs, §. per occaſionem. collatione. 4. idem tempus dico dandum maleficiato, & multo fortius, cum ſit accidentale illud impedimentum.

h ¶*Septima propinquorũ manu.*] Sed quare requirunt iuramenta propinquorũ, cũ ſufficere debeat iuramentum viri & mulieris, cum iuramento illarum, quæ illam virginem aſſeuerant, vt ſupra, de proba. propoſuiſti. & cap. cauſam matrimonij vel etiam iuramenta propinquorum ſufficiunt, cum vterque id confitetur. trigeſimatertia quæſtione prima, requiſiuiſti. ſed hic vterque id confitebatur? ſed hoc ideo, quia ſæpe fallitur & manus & occulus obſtetricum. vigeſſimaſeptima quæſtione prima, nec aliqua. ideo iuramenta propinquorum requirantur: omnis enim cautela, quæ adhiberi poteſt in talibus, eſt adhibenda, propter periculum animæ: & ideo circa maiora cautius eſt agendum. argumen. ſeptima quæſtione ſecunda, capitu. vltim. & 42. diſtinctio. quieſcamus. & ff. ad Carb. l. 1. §. 2. & 61. diſtinctio. miramur. tamen ſi alterum omitteretur, nihilominus valeret ſententia, vt capit. requiſiſti. & cap. propoſuiſti. & cap. cauſam matrimonij.

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum eccleſiæ.

¶*Quia interdictum eccleſiæ ſuper matrimonio contrahendo, quandoque impedit ipſum matrimonium, quandoque impedit & dirimit: ideo poſt multa impedimenta ſupra cõtracta, auctor ſubijcit hanc rubricã. Et vide ad materiã huius rubricæ quod no. glo. ſupra de ſpon. duorum. in cap tua. Abbas.*

† Vide concilium Triden. ſeſſio 24. tit. de reformat. matri. c. 1.

De hac materia habetur 33. q. 4. non oportet 2. & ſupra in rubr. de ſpon. ver. an teneat matrimonium contra.

Iteræ.] Sũt duę partes In prima facti narratio. In ſecunda reſponſio: ibi, *Mandamus*. Ab.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõ. Vide ꝙ p hũc textũ notat. Couarruuias libro 4. decretalium par. 1. c. 4. §. 2. adde oĩno Palaciũ Rubiũ in Rubri. de dona. inter virũ & vxorẽ §. 3. inci. contractis ſponſalibꝰ & ſeq. & eundẽ ſup lege Tauri na. 52. & ibi Antoniũ Gomeziũ. vbi late de donatis inter ſpõſos.

CASVS. Quidam iuuenis iurauit ſororem ſuam iam nubilem ſe daturum cuidam in vxorẽ ea præſente & cõſentiente: Poſtmodum munera & dona ſecundum morem terræ recepit ab illo, tamquam proprium ſponſum ſæpius eũ amplexando: tãdẽ mortuo fratre ſuo, à fratre ſponſi ſe deſpõſari permiſit, dicens, ꝙ ab eo cognita fuerat: epiſcopus loci præcepit eidem, ne alicui illorum nuberet, aut ẽt alij: ipſa ſpreto mandato epiſcopi, cum alio contraxit: propter qđ epiſcopus ei præcepit, vt ad domũ matris rediret: ipſa vero ad ſedem Apoſtolicã appellauit: epiſcopus factum ſignificauit domino Papæ: Mandat Papa, quòd ſi eſt ita, mulierem præfatam ad domum matris redire compellat, impoſita ſibi pœnitentia condigna de tanto exceſſu, ne mandatum iudicis cõtemptibile videatur, & poſt menſem ad tertium virum reuertatur. Nota, quòd mandatum iudicis contemni non debet, aliàs punitur contemptor.

† ab eo.

† alij. in recentioribꝰ ſed in antiquis, alicui legitur.

a ¶*Daturum in vxorem.*] futuram ſcilicet, cũ ſponſalia tantum contraherentur.

b ¶*Præſente & conſentiẽte.*] expreſsè, & hoc agebatur, quòd mediante fratre tamquam per procuratorem ſponſalia contraherentur quod fieri poteſt. ff. de ſpon. l. vltim. aliàs ſi per fratrem tantum contraherentur, non valerent, niſi ipſa poſtea conſentiret 1: ſed frater tantum ad hoc obligatur, vt ſororem inducat, vt cum illo matrimonium contrahat. ff. de verb. oblig. in illa ſtipulatione. & l. quotiens quis alium.

1 Qđ dic vt j. de deſpõ. impu. c. vno. in fi. li. 6. Io. An.

c ¶*Dona & munera.*] differentia eſt inter donũ, & munus. 2 ff. de verb. ſignifi. inter donum.

2 Secundũ Ala. munus ex cã, donũ ex cã & ſine cauſa. Io. And.

d ¶*Tamquam proprium virum*] ſpe futuri matrimonij, non rei præſentis: & ita non eſt matrimonium. & hoc patet per fi. & hoc ipſo etiam ſi ea abſente contracta fuiſſent ſponſalia, conſentire videtur ipſo facto.

e ¶*Viri.*] id eſt, ſponſi. ſic 22. q. 2. genuit.

f ¶*Permiſit.*] & malè quod facere non debuit. s. de ſponſa. ad audientiam. & cap. ſponſam.

g ¶*Prohibuiſſes.*] & bene. s. de ſpon. duorum, tua. & capit. ſequenti.

TITVLVS XVI.

De matrimonio cõtracto contra interdictum † eccleſię.

¶Alexan. iij Paduan. Epiſcopo.

¶*Matrimonium contra interdictum eccleſiæ, vel iudicis factum, ſeu contractum propter hoc ſolum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia ſic contrahentibus, & ſeparantur, donec cognoſcatur de cauſa interdicti. h. d. in effectu totus iſte titulus.*

CAP I.

Iterę †, quas tua nobis fraternitas deſtinauit, expreſsè declarant, quòd cum quidam ſororem ſuam iam nubilem, cuidam ſe daturum in vxorem [a] ea præſente, & conſentiente [b], præſtito iuramento firmaſſet: & illa non poſt multos dies, dona [c], & munera viri ſecundum morem terræ ſponte ſuſcipiens, ipſum tãquam proprium virum [d] ſæpè amplexata fuiſſet: tandẽ mortuo fratre, à proprio viri [e] ſui fratre, ſe deſponſari permiſit [f], & quòd ab † illo cognita fuiſſet, mendaciter aſſeuerat. Cumque ei prohibuiſſes [g] publicè, ne cui illorum, vel alicui † ſe copularet, ipſa ſpretis monitis tuis, alij [h] nubere nõ expauit: demum cum mulieri præcepiſſes, vt ad domum matris rediret, ipſa noſtram audientiam appellauit: & infrà. ¶Mandamus, quatenus ſi eſt ita, præfatam mulierem (ne mandatum [i] tuum contemptibile videatur) ad domũ matris redire compellas, & impoſita ſibi de tanto exceſſu [k] pœnitentia condigna, poſtquam in domo materna per menſem ſteterit, ad tertium reuerti permittas.

h ¶ Alij.] ſcilicet, tertio.

i ¶*Mandatum.*] Nota, ꝙ remittitur cauſa ad eum, à quo appellatũ eſt, vel quia nõ tenuit appellatio, vel quia ipſa nõ fuit proſecuta ſuam appellationẽ, & epiſcopus factum ſignificauit Papæ: vnde mãdat ei, vt ſi eſt ita, ipſam cõpellat redire ad domũ matris: qa ipſa cõtẽpſit mandatũ eccleſiæ, à tertio viro propterea non ſeparabitur. Et eſt hic arg. ꝙ mandatũ iudicis non eſt contemnendũ. 34. diſt. c. 1. arg. 8. q. 1. ſciendũ. 11. q. 3. ſi autem vobis. & cap. quando ergo. & ff. ne quid in lo. publ. l. vlt. & puniri debent conteptores, vt hic patet. & j. eo. c. proxi. & l. pręd icta. & arg. ff. ſi qs ius di. non ob. l. vnica aliàs deluſorium videretur edictum iudicis. ff. de re iudi. l. contumacia. §. contumax.

¶Idem Vigorien. † & Beronen. Epiſcopis.

† V vigore & Baton.

† Vigoriẽ. B. Sed ferè ĩ omnibus manuſcriptis ita: Vig. & Baton, epiſcopis.

¶*Sponſalia de futuro cum vna etiã contra interdictum eccleſiæ contracta, non habent dirimere matrimonium poſteà contractum cum aliã.*

CAP. II.

EX † literis Cantuarien. archiepiſcopi ad nos peruenit, quòd cum G. de ſancto Leodegario M. filiam ſuam abſentem [l], cuidam R. nomine deſponſaſſet: & infrà. ¶Poſteà orta ſuſpicione, quòd præfatus R. ad alia deſideraret vota tranſire, ad examen fuit dicti archiepiſcopi cauſa perlata: qui ſub anathematis interminatione [m] prohibuit [n], ne antequam de præſcripto negotio plenè conſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret: ſed ipſe præſcripta prohibitione contempta, filiam V. in facie eccleſiæ ſibi ſolemniter copulauit vxorem: & infrà. ¶Cum archiepiſcopus vellet de matrimonio primo cognoſcere, dicta M. appellationis vocem emiſit: cuius appellationi archiepiſcopus deferens, eidẽ

k ¶ *Exceſſu.*] ſcilicet, de fide violata prioris ſponſi: & quia deſponſare ſe permiſit à fratre ſponſi, & quia mandatum eccleſiæ contemſit: & ſic patet, quòd iudex põt peruenire contumacem vt dictũ eſt.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Lateran. ſub Alex. iij. par. 6. c. 82. Et quatenus ad principalẽ deciſionẽ attinet, videlicet, ꝙ per ſubſequẽs mr̃imoniũ dirimũtur ſponſalia vide B. Thomam lib. 4. ſenté. diſt. 27. q. 2. ar. 3. & Sotũ ibidẽ art. 5 adde cita. s. de ſpõſalib. c. de illis & c. ſi inter. & cap. ſicut.

EX *literis.*] Summatum eſt s. cap. proximo. In prima narrat factum. In ſecunda illud diffiniendum committit: ibi, *Mandamus*. Abbas.

CASVS. Quidam filiã ſuam M. nomine abſentem, deſponſauit cuidam R. nomine: Poſtmodum orta ſuſpicione, quòd idem R. vellet aliam ducere in vxorem, delata fuit quæſtio ſuper hoc ad archiepiſcopum Cantuariẽ. qui ſub interminatione anathematis prohibuit, ne antequam de cauſa ipſa cõſtaret, vir acciperet aliam in vxorem: Sed ipſe non obſtãte prohibitione, quãdam aliam ſibi ſolemniter copulauit: Sed cum archiepiſcopus vellet cognoſcere de primo matrimonio, mulier ad ſedẽ Apoſtolicam appellauit: archiepiſcopus eius appellationi deferens, præcepit eidem mulieri ſub pœna excommunicationis ne alicui nuberet, donec cauſa finem debitum ſortiretur: ipſa tamen de appellatione confiſa alium in virum accepit: Archiepiſcopus negotium iſtud ſignificauit domino Papæ: Vnde mandat eidem, quatenus ſi nihil conſtiterit, quod impediat pręter conſenſum de futuro, qui inter pręfatum R. & M. dicitur interueniſſe, ſecundum matrimonium legitimum iudicet, non obſtante appellatione: & quamuis contra mandatum eccleſiæ contrahere non debuiſſet, non tamen matrimonium debet propter hoc diſſolui: pœnitentiam tamen imponat illis, pro eo, quòd contra prohibitionem eccleſiæ contraxerunt. Nota, quòd matrimonium ſuperueniens ſponſalibus diſſoluit ſponſalia. Item qui contrahit contra prohibitionem eccleſiæ, puniri debet.

l ¶*Abſentem.*] quę poſtea conſenſit, aliàs non tenuiſſent ſpõſalia 3, & ita inter abſentes contrahuntur ſponſalia, & matrimonium. ff. de ſpon. l. vlt. & 32. q. 2. honorantur.

3 Concor. tex. in l. ſufficit. l. ĩ poteſtate. cũ l. ſeq. eo. ti. Io. And.

m ¶*Interminatione.*] comminatio tantum fuit, non ſententia. arg. contra. j. de eo qui fur. ord. re. c. 1. & s. de locato. c. 1.

n ¶*Prohibuit*] quod facere debuit. s. c. prox. & j. c. prox.

a ¶*Diſtrictius.*

a ¶*Diſtrictius interdixit.*] Nota, quod licet iudex deferat appellationi nihilominus mihi poteſt interdicere, ne faciam id propter quod appellaui, vel quod ex eo ſequitur: nec mirum, cum ſit ordinarius 1. poteſt etiam ſtatuere terminum appellãti. ſ. de appella. ſæpe cõtingit. de cauſa tamen inuito appellante, poſtquã detulit appellationi, cognoſcere non poſſet: quia iam remiſit eam ad ſuperiorem. 2 q. 1. nomen. & ſ. de offic. deleg. licet.

1 Quaſi delegat' hoc non poſſet ſed Inn. dixit hoc ſpeciale propter anima rũ periculũ & in fauorẽ matrimonij, de hoc dixi ſ. de appela. cũ teneamur. Io an. And.

¶*Glo. ſeq. recitetur per quæſtionem, allegat quatuor iura pro, & vnum contra. & ſoluit.*

b ¶*Donec cauſa ipſa.*] hic fertur ſentẽtia ipſa ſub conditione. 63. diſtinctio. Salonitanæ. 5. q. 5. quidã. 17. q. 4. ſi qs ſuadente. & ſ. de appellatio. præterea 2. arg. cõtra. 2. q. 6. biduũ. Sentẽtia excõmunicationis bene poteſt ferri ſub cõditione, vt in ca. præterea. aliæ vero ſententiæ non debẽt ferri ſub cõditione: latę tamen tenent, vt in prædicto c. biduum.

† præfatum

2 Adde de hoc quod no. per Doct. i l. 1. §. biduũ ff. quã appellandũ ſit.

c ¶*Ob id.*] Sic patet, quod interdictum 3 eccleſię non diſſoluit matrimonium vt ſ. c. proxi. quia non eſt perpetuum impedimentum, vt dixit, ſ. de ſpon. du. tua. ſed pœnitentia debet ei imponi, quia mandatum eccleſiæ contempſit. ſ. ca. prox. Ber.

† aliqua in recẽtiorib. nam in omnibus veteribus, alia legitur.

3 Sed multũ refert videre quale ſit id interdictum.

D*E muliere*] Casvs. Quidam volunt cõtrahere matrimonium: dicitur, quòd ſunt conſanguinei: eccleſia præcipit illis, ne contrahãt donec de conſanguinitate conſtiterit: ipſi pro hibitione contempta, contrahunt: Quæritur quid iuris. Reſpondet Papa, quòd debent ab inuicem ſeparari, quouſque cognoſcatur, an de iure poſſint ſimul remanere. Nota, quòd ſi ſuſpecti de conſanguinitate contrahunt cõtra prohibitionem eccleſiæ, ſeparandi ſunt vſque ad finem cauſæ: aliàs nõ eſſent ſeparandi, quouſque de cauſa plenè conſtaret.

† Cap. 5 ti. de ſponſalib. §. Illos in 1. comp. & poſt conciliũ Lateran. ſub Alex. iij. par. 6. c. 19. §. illos pars. c. de muliere ſ. de ſponſalib.

ſub excommunicationis interminatione diſtrictius [a] interdixit, ne cui nuberet, donec [b] cã ipſa finem debitum ſortiretur: ipſa tamen de remedio appellationis confiſa, cuidam alij V. noĩe nupſit: & infrà. ¶Mandamus, quatenus, ſi nihil conſtiterit, quod impediat preter cõſenſum de futuro, qui inter pręfatos† R. & M. aſſeritur pręceſſiſſe, ſecũda matrimonia inuiolabiliter obſeruãda, ſublato appellationis obſtaculo, iudicetis. Licet .n. contra interdictum eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire non debuerit: nõ eſt tamen conueniens, vt ob [c] id ſolum, ſacramentum coniugij diſſoluatur: alia † tamen pœnitẽtia eis debebit imponi, qui ia contra prohibitionem eccleſię hoc fecerunt.

¶Idem Paduano Epiſcopo.

¶*Si hi, qui dicebantur conſanguinei, contraxerunt contra præceptum iudicis, debent ſeparari, donec de cauſa cognoſcatur.*

CAP. III.

DE † muliere: & infrà. ¶Illos autem, qui pro cõſanguinitate prohibentur cõiungi, & poſt contra interdictũ [d] eccleſiæ ſe receperint, excommunicationi debes ſubijcere, donec [e] tandiu ſeparẽtur, quouſque [f] legitimè cognoſcatur, vtrum eorum matrimonium poſſit, & debeat iure ſtare.

d ¶*Contra interdictum.*] quod facere nõ debuit, vt ſ. c. prox. & de ſpon. duorum, tua. vbi de hoc. 33. q. 4. non oportet.

¶*Glo. ſeq. reci. per quęſtionem.*

e ¶*Donec tãdiu ſeparentur.*] Hęc ſententia eſt ad tempus: vnde ex tpe tollitur ſine aliqua abſolutione, vt hic videtur. arg. ſ. de ſpon. non eſt vobis. & 81. diſt. ſi qui ſunt. ſed tutius 4 eſt, quod etiam poſt ſeparationem abſoluantur, ſaltem ad cautelam, licet videantur excommunicati tantum dum ſimul manent.

4 Imo neceſſariũ vt à ſnĩa excõmunicat. abſoluant quicquid hic dicat gloſſa & alij c. cũ deſideres & c. à nobis 2 infra de ſẽ. excom.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ibi remittit.*

f ¶*Quouſque.*] Arg. contra ſ. de ſpon. duorum, tua. in fine ſed ibi ſoluitur qualiter illud, & ea quæ in hoc titulo dicuntur intelliguntur circa huiuſmodi ſeparationem.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

¶*Suprà viſum eſt de multis impedimẽtis matrimonij, ſed quia ſæpè filij naſcuntur ex matrimonio contracto contra impedimẽta eccleſiæ, & dubitari poteſt, an & quando ipſi filij ſint legitimi, ideo ſubijcitur iſta rubrica.*

De hac materia habetur 26. diſt. deinde. 34. diſt. viduam. 7. q. 2. nuper. 32. q. 4. dicat. 25. q. 7. c. fi. Abbas Siculus.

Onqueſtus.] Primò ponitur impetrantis querela. Secundò cauſæ commiſſio: ibi, *Ideoque*. Abbas Siculus.

Casvs Quidam H. nomine, quandam in vxorẽ accepit: R. patruus ipſius mulieris volebat eam priuare hæreditate paterna, pro eo quod ipſa nata fuit antequam pater ſuus matrem ſuã acciperet in vxorem, dicens eam illegitimam fuiſſe: vnde prædictus H. conqueſtus fuit domino Papæ, & ipſe mãdat, quatenus ſi eſt ita, eam iudicet legitimam prædicto R. prohibẽdo ne hac occaſione ſuper paterna hęreditate eam debeat moleſtare: quod ſi contra fecerit, excõmunicetur. Nota, quod matrimonium ſequens, legitimat filios natos ante matrimonium. Item legitimationis cauſa pertinẽt ad eccleſiam, quia eſt acceſſoria matrimonio.

TITVLVS XVII.

Qui filij ſint legitimi.

Alexander tertius.

¶*Naturalis ex ſoluto genitus & ſoluta legitimatur per ſubſequens parentum coniugium, etiam quo ad hæreditatem.*

CAP. I.

COnqueſtus† eſt nobis H. quod cum quandã mulierẽ in vxorẽ acceperit, R. patruus mulieris ipſã exhęredare conatur, eo quod ante deſpõſationem matris ſuæ nata fuerit, licet poſteà pater mulieris præfatæ, matrem ipſius acceperit [g] in vxorem. Ideoq; mandamus, quatenus, ſi eſt ita eam legitimam [h] iudicetis, prędicto R. inhibẽtes, ne dictę mulieri, hac occaſione [i], ſuper hęreditate paterna moleſtiã inferat, vel grauamẽ. Si aũt contra hoc venire pſũpſerit eũ† ſeueritate eccleſiaſtica percellatis.

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Lateran. ſub Alex. iij. par. 33. c. 3. Et de materia vide Antoniũ Gabrieliũ lib. 6. commu. cõcluſion. tit de legitimatione, cõclu. 1. & couarruui: li. 4. decretaliũ pa. 2. c. 8. §. 1.

g ¶*Acceperit in vxorem.*] Et ſic legitimata fuit per ſubſequens matrimonium. j. eo. tanta.

h ¶*Legitimam.*] Inſti. de nup. §. vlt. 5. in Authen. quib. mo. nat. effi. leg. §. ſancitum. colla. 6. & j. eod. tanta. & 30. q. 5. nullum.

5 Naturali quod nõ eſt i patris poteſtate, redigitur in il. per matrimoniũ ſubſecutũ. Io. A

i ¶*Hac occaſione.*] quia ex quo pronũciata fuerit legitima, ceſſabit occaſio iſta: vnde ſi propter hoc vellet eam moleſtare, poteſt & debet ab eccleſia excommunicari: cum cauſa matrimonij ad eccleſiam ſpectet & per conſequens legitimatio, quę eſt acceſſoria. arg. contra. j. eo. cauſam quæ. Non eſt contra: ibi principaliter cõmittitur cauſa ſuper quæſtione ſpoliationis, quę ad Papam non pertinet inter eos, qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis, ſed ad iudicem ſecularem: vt ibi patet, & 8. diſtinctio. quo iure. hic verò principaliter committebatur cauſa filiationis, quæ ad eccleſiam pertinet: & ea determinata, determinatur per conſequens cauſa inquietationis, quæ fiebat huic mulieri, eo quòd illegitima dicebatur: & ita ceſſante illa cauſa patet quòd iniuſta eſſet vlterius inquietatio ex illa cauſa: vnde Papa ratione ſaltem peccati poteſt ſe intromittere. ſuprà de iudi. nouit. & argumen. 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. vel Papa habebat hic vtrãque iuriſdictionem. argumen. ſuprà de appella. ſi duobus. & ita nulla eſt oppoſitio.

† In vulgatis recẽtioribus ita: cõtra eũ ſeueritate eccleſiaſtica procedatis ſed in oĩb' antiquis, vt eſt impreſſum.

¶Idem

¶*Separato matrimonio in facie eccleſiæ contracto, filij geniti, vel concepti ante ſententiam, ſunt legitimi.*

CAP. II.

CVm† inter I. virum, & T. mulierem diuortij ſentẽtia canonicè ſit prolata, filij eorum non debent exinde ſuſtinere iacturã: cũ parentes eorũ

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Lateran. ſub Alex. iij. par. 33. cap. 5.

CVm inter.] Primò ponit cauſam diffinitionis. Secundò diffinit: ibi, *Ideoque*. Abbas.

Casvs. Ioan. contraxit matrimonium cum Teberga in facie eccleſiæ, de qua filios ſuſcepit: tandem cum grauida eſſet, accuſatum fuit matrimonium de conſanguinitate: lata fuit ſententia diuortij inter eos: dubitatur, an filij nati ante ſententiam, & qui conceptus ante fuerat, eſſent legitimi: Reſpondet Papa ſuper hoc conſultus, quod filij non debent inde ſuſtinere iacturam, cum parentes in facie eccleſiæ publice contraxiſſent: & ideo ſtatuit Papa, vt filij eorum quos habuerunt ante ſententiam, & qui conceptus fuerat ante ipſam ſententiam, legitimi habeantur, & in bonis paternis hæreditario iure ſuccedant, & de parentum facultatibus nutriantur. Nota quòd qui in facie eccleſiæ publice contrahunt, quamuis impedimentum ſubſit; tamen filij de tali matrimonio nati, ſecundum

cundum antiqua iura legitimi erunt, etiam ſi poſtea ſeparentur: hodie ſtatur ſuper hoc illi conſtitutioni, ſcilicet, de clandeſtina deſponſatione. cum inhibitio.

a ¶*Publicè.*] ſcilicet, denunciatione præmiſſa in eccleſia publice: aliàs hodie dicitur clandeſtinum. ŝ. de clandeſtina deſpõſatio. cũ inhibitio.

b ¶*Sine contradictione.*] Si quis contrahat nõ præmiſſa denunciatione, vel ea præmiſſa contingat matrimoniũ ex iuſta cauſa interdici & non obſtante cõtradictione contrahat: ſi poſtea impedimentum probetur, filij medio tempore nati, illegitimi erunt, & ideo publice dicit hic: & ſine contradictione. & hoc totũ habes in illa cõſtitutione. cum inhibitio 1.

1 Cùm quà concordat conciliũ, Tridẽ. ſeſ. 24. de refor mat. matr. cap. 1.

¶*Gloſſa ſequens de tẽpore conceptionis ſpectando allegat pro & contra, & ſoluit.*

c ¶*Concepti fuerant.*] Sic ergo tempus conceptionis ſpectandum eſt, cum de commodo alicuius tractatur. ff. de ſtatu hominum, Paulus. & quotiens de commodo alicuius tractatur, pro iam nato habetur. ff. eod. qui in vtero eſt. ff. de ſenato. emancipatum. ver. ſi quis cõceptus ſit. & Inſtitu. de inge. §. ex contrario. Argu. contra. 15. q. 8. cum multæ. & de conſe. diſt. 4. firmiſſime. Arg. contra. ff. de decurio. l. 2. §. in filijs & §. ſeq. pro prima parte facit 26. q. 4. igitur, in fine. Solu. quòd primo dicitur, verum eſt propter fauorem filiorum & libertatis, quandoque tamen conſideratur odium paternum: vt in cap. cum multæ. contrarium illud igitur locum habet, vt varietas fatorum adaptetur diuerſitati horarum.

† Capit. 3. eo. tit. in 1. compila. & poſt cõciliũ Lateran. par. 8. cap. 11.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium.*

d ¶*Ante latam ſententiam.*] Pro iam nato habetur cũ ante ſententiam ſit conceptus, vt dictum eſt. Arg. contra. C. de libe rali cauſa. l. vlti. ſed illi qui naſcuntur poſt litem conteſtatam conditione matris vtuntur.

¶*Glo. ſeq. alleg. tres concor. & remittit, quærit & ſoluit.*

e ¶*Nutriantur.*] 30. diſt. ſi quis reliquerit. 1. diſ. ius naturale. ŝ. de infan. expo. c. vnico. Qualiter filij alendi ſint, dicitur ŝ. de conuerſio. infidelium. c. vl. & ŝ. de eo, qui duxit in matrimoniũ c. cum haberet. ſed quid 2 ſi moueatur quæſtio alicuius puerò, vel infanti, ꝙ nõ ſit filius illius cuius dicitur? Iudex ſummatim cognoſcere dẽt, vt alatur rebus interdũ forſitã alienis 3. C. de car. edic. l. vlt. & ff. de car. edic. l. 3. §. cauſæ cognitio. Lau.

2 Competẽtius formaret hęc quęſtio. ŝ. c. proxim. Io. And.

3 Et ſi etiã modica pſumptio faciat ꝓ puero mittẽ in poſſeſſionẽ. ff. ad carb. l. vlt. ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis à libe ris. §. ſi vel parẽs hoc no. Vin. ŝ c. prox. Io. Andr.

TRanſmiſſæ.] Primò ponitur conſultatio. ſecundò reſponſio: ibi. *Conſultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam noĩe N. nutriuit quendam puerum vſque ad iuuentutem, cohabitante ſibi M. vxore ſua tunc non deſpõſata, ſed eam poſtmodum deſponſauit, & filios ab ea ſuſcepit: prædictus iuuenis ſic nutritus gerens ſe filium, & hæredem hæreditatẽ N. prædicti poſſidebat, quamuis à vicinia crederetur eorum ſpurius, vt dicebatur: Sed prędicti, ſcilicet vir & vxor negabant illum ſpurium ſuum, aut legitimum filium eſſe ſed dicebant, ꝙ eũ nutriuerant pietatis intuitu: filij iſtorũ petebãt hæreditatẽ paternã ab illo, ipſe vero contradicebat: Quæſtio fuit ſuper hoc delata coram archiepiſcopo Rothomagen. prędictus iuuenis quia corã eo citatus venire noluit, fuit excõicatus. Papa ſuper hoc cõſultus ab archiepo quid ſuper hoc eſſet agendum, reſpondet, ꝙ in hoc caſu ſtandum eſt verbo viri, & mulieris, niſi certis indicijs, & teſtibus iuuenem prædictum illorum conſtiterit eſſe filium. Not. ꝙ ſtandum eſt verbo viri & mulieris, an aliquis ſit eorũ filius, niſi expreſsè aliter oſtendat.

f ¶*A vicinia.*] Multũ valet in talibus fama viciniæ. ŝ. de pręſum. illud. & ŝ. de prob. ꝑ tuas. 3. q. 4. §. itẽ ſæpe. 35. q. 6. ſi duo.

g ¶*Spurius.*] id eſt, non legitimus, vel naturalis: quia forte ſuſceperat eum de alia muliere, vel ante matrimonium, vel durante matrimonio, & ita ſpurius.

h ¶*Negabant.*] Talis negatio pręſumptionem inducit cõtra illum. ſed præiudicium non generat: quia licet aliquis neget filius nihilominus de inofficioſo teſtamẽto agere poteſt. ff. de inoffi. teſta. ſi inſtituta. §. 1. ſicut econuerſo licet appellet filius, non tñ ſuccedit cũ alijs, ſi probatur ꝙ non ſit filius. C. de teſta. neque profeſſio. & C. de hære. inſt. ſi pater. & C. de prob. non nudis.

---

publicè [a], & ſine contradictione [b] eccleſiæ, inter ſe contraxiſſe noſcatur. Ideoque ſancimus, vt filij eorum, quos ante diuortium habuerunt, & † qui concepti [c] fuerant ante latam ſententiam [d], non minus habeantur legitimi: & quòd in bona paterna hęreditario iure ſuccedant, & de parentum facultatibus nutriantur [e].

† & qui cõceptus fuerat, &c.

¶Idem Rothomagen. Archiepiſcopo.

¶*Statur verbo viri, & mulieris, qui negant aliquem filium, niſi indicijs, & teſtibus probetur contrariũ.*

CAP. III.

TRanſmiſſæ † nobis tuæ literæ continebant, quòd cum N. vſque ad iuuentutem, quendam puerum nutriuiſſet, vxore ſua. M. tũc nõ deſponſata ſibi cohabitante, poſtmodũ ipſam legitimè deſponſauit, & filios ſuſtulit ex eadem: quibus paternam hæreditatem petentibus, prædictus iuuenis contradicit †, gerens ſe filiũ, & hæredem, quamuis à vicinia [f], quæ ipſum filium eorũ eſſe credebat, ſpurius [g] diceretur: prędicti vero N. & vxor eius præfatum iuuenem ſpurium ſuum, aut legitimum filium eſſe negabant [h], ſed dicebant, quòd eum pietatis intuitu nutriuiſſent. Cùm autẽ quæſtio coram te mota [i] eſſet, & prædictus iuuenis, pro eo quod iuri ſtare nolebat, vinculo ſit excommunicationis aſtrictus: Conſultationi tuæ reſpondemus, quòd in tali caſu ſtandum eſt verbo viri & mulieris: niſi certis indicijs [k], & teſtibus [l] tibi conſtiterit, eſſe † filium iuuenem memoratum.

† contradixit.

¶Idem Exonien. † & Vintonien. Epiſcopis, & Abbati Herforden.

¶*Illegitima proles eſt, quam viro viuente vxor ex adulterio concepit, ſiue cum adultero, ſiue cum viro moretur.*

CAP. IIII.

CAuſam † quæ: & infrà. ¶Si cõſtiterit, quòd Aga

¶*Gl. ſeq. quærit & ſoluit, ex his obijcit, & tripliciter ſoluit.*

i ¶*Mota.*] Sed quis ꝓuocauit hic ad iudiciũ? Planũ eſt quia filij legitimi prouocauerunt: vt patet per literam ŝ. vbi dicit, quibus paternam hæreditatẽ petentibus, & ex eo ꝙ dicit: noluit ſtare iuri, fuit excõicatus, ipſe enim hæreditatem poſſidebat, vel partem, vñ iſti petebant illam dicentes, ipſum nõ fuiſſe legitimum: ſed quomodo iſti poterant agere, cũ parentes iſtorũ viuerent, vt videt̃ ex eo qd dicit, ſtandũ eſt verbo viri & mulieris: quia de hæreditate viuentis agi, vel paciſci non poteſt. C. de pact. l. vlt. nec dicit̃ hereditas niſi mortuo eo, cuius fuit. ff. de hæredi. vel ac. ven. l. 1? Dñt quidã, ꝙ illi erãt facti monachi. Vel forſitã pater cõceſſerat eis hęreditatẽ totã, retentis aliquibus fructibus pro victu ſuo & vxoris: vel põt dici, ꝙ iſti iam mortui erant: & qd dicitur: ſtandũ eſt verbo viri & mulieris, ſ. qd dicebant illũ publice filiũ ſuũ nõ eſſe, dũ viuebant. arg. ŝ. de proba. per tuas. Et merito ſtatur verbo illorum: quia non eſt veriſimile 4 ꝙ paterna pietas cõtra illum mota fuiſſet, ſi filius fuiſſet ŝ. de præſum. afferte. C. de adop. l. pen. §. ſi vero. & C. de inoffi. teſt. ſi mater. 23. q. 4. ea vindicta. circa prin. & nullus affectus vincit paternũ. C. de cura. fu. l. vlt. §. 1. & affectio cauſam ſuſpicionis remouet. ff. de ritu nup. non ſolum. §. de vno. & ideo eis etiam creditur: quia iſte nunquam fuit in poſſeſſione filiationis, quia viciniæ fama hoc habebat, cui in talibus creditur cum verbo viri & mulieris. argumen. ŝ. de prę ſum. illud. & 35. q. 6. ſi duo.

4 In aliquot vulgatis & magis recentibus ita: filium eſſe illorum &c. ſed in antiquis. vt ẽ impreſſũ: † Exon.

† Et Vincomien. ſed rectius vt eſt impreſſũ.

† Cap. 4. e. tit 1 j. cõp. Reliquæ partes vbi ſint, docet glo. prima verbo. muliere.

4 Hæc gl. eſt valde ſingularis, & multum notãda in hoc articulo.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. quæ indicia probent.*

k ¶*Indicijs.*] Per indicia enim ſit probatio. C. de rei ven. indicia. & l. cum ſuper. & C. de fi. inſtru. l. 1. & ŝ. de proba. per tuas. & C. fa. erciſ. l. in ipſius. & C. de pact. pactum quod. ex quo negatur filius, cum non ſit in poſſeſſione filiationis, eum oportet probare. ff. de proba. l. 1. & 2. & vlti. Et viderentur ſufficere huiuſmodi indicia, ſi probet ꝙ illi tenebãt eũ pro filio, & ille eos pro parentibus, & maxime ſi fama viciniç cõnſentiat: vt dicit decre. per tuas. & quia natus eſt de illorũ matrimonio: quia is filius eſt quẽ nuptiæ demonſtrant 5. ff. de in ius vo. quia mater, & dicit lex ꝙ debet ꝓbare ſe filiũ, ſi negatur filius à patre: vt ff. de lib. & poſth. l. ſi poſthumus. §. vlt. ver. ſi quis ita. & ff. de his qui ſui vel alieni iur. ſunt. nepotes. §. filium. aliàs eſt lex.

5 Vnde ꝓ obſtetrices probabitur filius dominæ. ia qualiter ꝓbetur filiatio vide quos citaui in c. per tuas. ſupra de probat. adde omnino Couarruuiam lib. 4. decretal. par. 2. c. 8. §. 5.

¶*Glo. ſeq. arguit & ſignat contrariũ, & ſoluit & remittit.*

l ¶*Et teſtibus.*] quibus probant̃ indicia: quia res iſta verè probari nõ põt, niſi per indicia exteriora: vt dictũ eſt, & hic eſt ar. ꝙ ſtatur pręſumptioni, ſcilicet dicto patris & matris, donec ꝓbetur contrariũ. 1. q. 1. ſi quis à ſimoniacis. & ꝙ pſumptio cõtrariã admittat probationẽ. ŝ. de pręſum. qa veriſimile nõ eſt. & ŝ. de renũ. ſuper hoc. & ff. qd met. cau. nõ eſt. Arg. cõtra, ſ. qa pſumptio pſumptione reſcindit̃. 11. q. 3. abſit. & 34. diſ. quorũdã. & ŝ. de pſum. cũ ĩ iuuẽtute. & C. de epi. & cleri. cũ q. ff. de in integ.

integ.reſt.diuus. fortiori præſumptioni ſtatur ſemper. De hac materia dicitur ſ. de ſponſa.is qui.

C*Auſam quæ.*]Pone caſum prout ponit glo.in cap.cauſam quę.j.eo. Vel ſic. Dicebatur, quòd Agatha de cuius hæreditate agebatur, non erat nata de legitimo matrimonio: Mādat Papa īquiri de hoc & ſi conſtiterit, quòd Agatha nata fuit de Anelina muliere Radulphi Sauarici eo tpe, quo ipſa Anelina publice morabatur cū Alano viro ſuo, vel ſi cōſtiterit, quòd prędictus Radulphus Anelinam virum habentem publice teneret, & eo tpe nata fuerit, pronuncietur illam legitimam non fuiſſe; quia non potuit eſſe vxor, quæ viuente viro ſuo, alij ſe copulare pręſumpſit. de hoc plenè dicitur. j.c. cauſam q̄ Nota, quòd cauſa natiuitatis ad eccleſiam ſpectat. Item ſi aliqua mulier viuente marito, alteri de facto matrimonialiter ſe coniungat, proles ex tali matrimonio nata, illegitima iudicatur.

tha de Anelina muliere [a] tempore Alani [b] viri ſui, ipſa cum eo tamquam cum viro ſuo morante, vel R. patre dictæ Agathæ, ipſam A. adhuc habentem virum, publicè tenente [c], nata fuit: eam non fuiſſe legitimam eiuſdem R. filiam iudicetis: quia non potuit eſſe vxor, quæ viri ſui [d] torum maculans, alij [e], dum ille viueret, copulari præſumpſit.

¶Idem Exonien Epiſcopo, & abbati Herſorden.

¶*Quæſtio natiuitatis oppoſita petenti hæreditatem corā iudice ſeculari, eſt ad eccleſiaſticum iudicem tranſmittēda. hoc dicit, & eſt textus multum notabilis, & allegabilis.*

CAP. V.

† Cap.5.e. ti. in 1.cō. Et quatenus ex hoc c. colligit ꝙ quæſtio ſpiritualis remittēda eſt ad iudicē eccleſiaſticū ſi incidat corā iudice ſeculari, vide late per Barto. & Alexā. in l. Titia ff. ſol. ma.

LAtor † præſentium R. & infrà. ¶Cum autem idem R. G. coram ſeculari iudice ſuper hæreditate aui eiuſdē R. patris dicti H. traxiſſet ī cauſam, ille ſibi præſumpſit obijcere, quòd pater eius non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideo de hæreditate aui ſui, nihil poſſet iure ſucceſſorio [f] vendicare: tandem cum ſuper quæſtione natiuitatis [g], corā Noruicen. epiſcopo tractatum fuiſſet, ad noſtram extitit audientiam appellatum [h]: & infrà. ¶Ideoque mandamus, quatenus cauſam, ſuper quæſtione natiuitatis patris eiuſdem R. infrà [i] duos menſes ſublato appellationis obſtaculo terminetis. Si vero infra duos menſes præfatus H. non poterit probare legitimè [k] quod obiecit, ex tunc ſeculari domino, ſub cuius iudicio de hæreditate cauſa vertitur, intimetis, vt pro quæſtione natiuitatis non [l] dimittat, quin cauſam ſuper hæreditate audiat, & decidat.

¶Idem Exon. Epiſcopo.

¶*Naturales legitimantur per ſubſequens parentum coniugium: ſpurij verò non; hoc dicit inhærendo verbis literæ. Et eſt capitulum famoſum, & quotidie allegatur in vtroque foro.*

CAP. VI.

† Cap.6.e. ti. in 1.cō. & poſt cōciliū Laterā. ſub Alex.iij. pa. 33.c.1. vbi eſt ītegra clauſula. Celebris eſt decretalis, ꝯ cuius intellectu & materia ꝑ alijs Ferdinandus vaſq. us li.3.c.42. cōtrouerſiarum vſufrequētiū, & Antonius Gabrielius li. 6. communiū cōclu. ti. de legitimatione concluſ. 1.

TAnta † eſt vis matrimonij, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium, legitimi [m] habeantur. Si

¶*Gloſſ. ſequens quærit, & ſoluit.*

a ¶*Muliere.*] & de R. prout ſequitur in alia clauſula. Sed quare quęritur modo de natiuitate Agathæ, vtrum nata ſit de legitimo matrimonio, vel non? Ideo quia de hæreditate patris ipſius Agathæ, quæ ſucceſſit ſibi in hęreditatem, agebatur inter R. filium Agathæ, & F. auúculum magnum ipſius R. qui F. fuit frater patris Agathæ: & iſte F. ſpoliauit iſtum R. hęreditate aui ſui: vt j. eod. cauſam. quæ. & iſtæ duæ, cauſam quæ. & illa. ſ. de dolo & contu. cauſam quæ. & ſ. de offi. dele. cauſam quę. loquuntur de eodem facto. & olim hæc & illæ duæ erant vna decr. in hoc tit.

b ¶*Tempore Alani.*] vnde poſt mortem Alani, ſi R. contraxiſſet cum Anelina, legitimari non poſſet per ſubſequens matrimonium. j. eo. tanta.

c ¶*Publice tenente.*] tamquam vxorem.

d ¶*Viri ſui.*] ſcilicet Alani 1. Ber.

1 Vel alteri⁹, cui forte ſecūdo nupſit mortuo. Io. And.

e ¶*Alij.*] ſcilicet R. patri Agathæ ſcienti, quòd illa habebat alium virum, ſcilicet Alanum, vnde nō poſſet eſſe vxor illius, etiam poſt mortem Alani viri: quia plus eſt eam ducere de facto, quam fidem dare, ſ. de eo qui duxit in ma. cum haberet. ſecus ſi ignoraſſet illam habere alium virum, ex quo bona fide & publice contraxiſſet cum illa, filij ſic ſuſcepti iudicarētur legitimi. j. eod. ex tenore. & cum ea poſt mortem mariti remanere poſſet. ſ. de eo qui duxit in matri. c. 1. & c. veniens.

L*Ator.*] Sunt duæ partes. In prima appellantis quæſtio. In ſecunda cauſæ commiſſio: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam R. nomine, acceſſit ad Papam coram ipſo proponens, quòd auus ipſius duas habuit vxores, de quarum vna patrem ipſius, de altera H. patruum ſuum recepit, qui hæreditatem aui ſui totam detinebat, nec ei volebat partem debitam exhibere: vnde cum ipſe H. patruum ſuum ſuper parte hæreditatis paternæ coram iudice conueniſſet, idem patruus obiecit, quòd pater eius de legitimo matrimonio natus non fuit, & ideo de hęreditate aui ſui nihil poterat vendicare ſucceſſorio iure: tandem fuit tractatum ſuper quæſtione natiuitatis coram epiſcopo Noruicen. propter tergiuerſationem ipſius H. patrui ſui ad ſedem Apoſtolicam appellauit, vnde Papa mandat iudicibus, quatenus cauſam ſuper quæſtione natiuitatis ipſius R. infra duos menſes appellatione remota debeant terminare: Si vero infra duos menſes dictus H. non probauerit legitime quod obiecit: extunc ſeculari iudici, coram quo hæreditatis quęſtio vertitur, debeant intimare, vt pro quæſtione natiuitatis non dimittat, quin cauſam hęreditatis audiat & decidat. Nota quòd certus terminus agere volentibus ſtatui poteſt, infra quem ſi intentionem ſuam non probauerint, vlterius non audientur. Item cauſa natiuitatis præiudicialis eſt quæſtioni hæreditatis, etiam ſi quæſtio hæreditatis primo ſit mota.

f ¶*Iure ſucceſſorio.*] ꝙ verum eſt ſi eſſet naturalis, ex quo alia proles 2 ei legitima ſuperat, aliàs enim filius naturalis ſuccedit patri ab inteſtato in duabus vncijs. C. de nat. li. Authen. vt liceat patri: & in Authen. qui. mo. nat. effi. legi. §. ſi quis autem. coll. 6. de quo loquitur. C. eo. titu. l. nec igitur. aliàs illegitimi in nihilū ſuccedunt

2 Vel coniunx legitima, & eſt, iſte caſus in quo qs alij nocet. & ſibi nō prodeſt. ꝯ hoc de cō ce. ꝓben. auctoritate. in fi. li. 6. Io. And.

g ¶*Quæſtione natiuitatis.*] quæ ad iudiciū eccleſiæ tantum pertinet. j. eod. cauſam quæ. & ſ. eod. c. 1. tamquam præiudicialis primo debet terminari, antequā intentetur quęſtio hęreditatis. ſ. de ordi. cogni. tuam. B.

h ¶*Appellatum.*] ex parte ipſius, i. proſequētis appellationem, altera parte eam non proſequente. Ber.

¶*Glo. ſeq. no. terminum ſtatui, &c. & alleg. 3. concor.*

i ¶*Infra duos.*] Nota, quòd terminus certus ſtatui poteſt à ſuperiore volenti agere, poſt quem nō auditur iuſta cauſa ceſſante. ſ. de clan. deſpon. cum inhibitio. 3 & j. qui ma. ac. poſ. cum in tua. & C. de ingen. ma. l. diffamari. nec iſtud tēpus prorogari poteſt, præter conſenſum partium. ſupra de offic. deleg. de cauſis.

¶*Gloßa ſequens obijcit de vno canone, & ſoluit.*

k ¶*Probare legitime.*] Sed videtur quòd iſte potius debeat probare patrem ſuum legitimum: quia præſumitur adulteriū niſi probetur matrimonium: vt 30. q. 5. aliter. ſed ibi agitur cōtra clā coniunctos: vnde præſumitur potius adulteriū. hic pater ipſius R. erat in poſſeſſione filiationis, q̄a habebatē pro filio & poſſidebat bona paterna, & natus fuerat de ea, quę credebatur vxor: eo mortuo H. iſte cœpit totam hęreditatē poſſidere.

¶*Glo. ſeq. obijcit de duabus legibus, & ſoluit.*

l ¶*Non dimittat.*] Sed videtur quòd iudex ſecularis poſſit cognoſcere de quęſtione natiuitatis. C. de iudi. quotiens. & C. de ordi. iu. l. aditæ. quare ergo non proceſſit iudex iſte? Dic quòd cū cauſa iſta ſit mere ſpiritualis, principaliter ſpectat 4 ad eccleſiam. ſ. de ordi. cog. tuam. vnde ſecularis iudex non incidenter, nec alio modo poteſt de ea cognoſcere. j. eo. cauſam nec de annexo ſpirituali. ſ. de iudi. quanto. Ber.

T*Anta eſt vis.*] Sunt duæ partes. Secunda ibi. *Si autem.* Abbas.

CASVS. Aliquis filios ſuſcepit de aliqua muliere, poſtmodum contraxit matrimonium cum eadem: quæſitum fuit, vtrum filij ante matrimonium ſuſcepti legitimi ſint habendi? Reſpondet Papa, quòd tanta eſt vis matrimonij, vt qui ante matrimonium ſunt geniti, poſt matrimonium legitimi habeantur: tamen ſi vir vxore ſua viuente aliam cognouerit, & ex ea prolem ſuſceperit: nihilominus ſpurius filius eſt habendus, & repellendus ab hæreditate, licet poſt mortem vxoris cū ea cōtraxerit, & præcipue ſi in mortē vxoris alteruter eorū aliquid machinatus fuerit. Nota arg. quòd qui ab initio nō fuit legitimus, tractu temporis legitimus reputatur. Item principium conſiderandum eſt.

3 Et de ꝓba. licet. R. ff. de op. lega. māci- piorū. & ſ. ꝯ fide inſtru. accepimus. Io. And.

¶*Gloßa ſequens alleg. quinque concor. quærit. alle. negatiuè. & contra, ſoluit.*

m ¶*Legitimi.*] Ecce quāta eſt vis matrimonij, vt illegitimos faciat legitimos. Inſtitu. de nupt. §. vlt. in Authen. quibus mo-

4 Vide Federicū de Senis cōſ. 77. & Doctores ī l. 2. ff. de of. ei⁹ cui mā. eſt iuriſd.

dis natu.effic.ſui.§.ſi quis igitur dotalia.coll. 7. & C. de natu. li.l.cum quis.Inſt.de hær.quæ ab inteſta.defe. §. quibus. verſi. necnon.& ſ̃.eo.cap. 1. ſed nunquid dices tales legitimos quo ad ordines & honores 1 ? Videtur quòd non : quia non ſunt nati de legitimo matrimonio.ſ̃.de ele.cū in cunctis.& arg.30. q.5.qualis:ſed credo ꝙ legitimi ſūt quo ad omnia, quia matrimoniū omnia pręcedētia purgat : & ſic proxima, ſiue etiam præcedens cā turpitudinis ſublata eſt ſim.C.quod me. cauſa. l.2.ff. de condi. ob tur. cau.ſi ob turpem.

1 vide Curtium Iuniorem conſi. 336. & Ruinum conſ. 2. & conſ. 211.vol.1.

a ¶*Aliā.*] ſcilicet cōſciam adulterij. ſ̃. eod. cauſam q̄ ſecus ſi ignoranter.arg.ſ̃.eo.cum inter.arg. j̃. eod.ex tenore. ſ̃. de eo qui dux. in matri.c. 1. contrarium videtur, ſcilicet quòd talis non ſit legitimus, quia hic non diſtinguitur. ſed primum verius eſt. Bernar.

† Cap.7.e. tit.in 1 cō. & poſt cōciliū Lateran. pa.33. cap.4.

¶*Gloſſa ſequens argu. ſig. contrarium, & ibi remittit. ſecundo ar. & ſignat hic contrarium.*

b ¶*Licet poſt mortē.*] arg. quòd licet res deueniat ad eum caſum à quo incipere potuit, non tamen valet : Arg. contra ſuprà. de conuer.coniug. placet. vbi de hoc. Item arg.quod ab initio non tenuit, tractu temporis nō valere. 16.quæſtio.3.cap. placuit.§.pōt. verſ. ꝙ ſi priuatus. Argu. contra hic in prin.

autem vir viuente vxore ſua, aliā [a] cognouerit & ex ea prolē ſuſceperit, licet [b] poſt mortem vxoris eandem duxerit nihilominus ſpurius erit filius & ab hereditate repellēdus [c] præſertim ſi in mortē vxoris prioris, alteruter eorū, aliquid fuerit machinatus

¶Idem London. & Vigorien. Epiſcopis.

¶*De cauſa ciuili inter laicos non cognoſcit eccleſia : cognoſcit tamen, an quis ſit de legitimo matrimonio natus.*

CAP. VII.

CAuſam [d] †, quæ inter R. & F. ſuper eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, vobis cōmiſimus terminandā. Verum quia literis noſtris inſeri fecimus, vt ſæpefato R. poſſeſſionem omnium, quorum poſſeſſor extitit, quando auus ſuus proficiſcendi Hieroſolymam iter arripuit, ante principalis cauſæ ingreſſum faceretis reſtitui, ſi eadem poſſeſſione ſuiſſet per violentiam ſpoliatus : Nos attendentes, quòd ad regem [e] pertinet, non ad eccleſiam de talibus poſſeſſionibus iudicare : ne videamus iuri regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere : Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus regi poſſeſſionum iudicium relinquentes, de cauſa principali, videlicet vtrū mater [f] prædicti R. de legitimo ſit matrimonio nata, plenius cognoſcatis, & cauſam huiuſmodi terminetis : licet incongruum [g] videatur, vt matrimonium genitricis [h] præfati R. impetratur, quod ea viuente non fuit (vt dicitur) impetitum.

¶Idem Epiſcopo, & archidiacono Vincentino.

¶*Si mulier per iudicium eccleſiæ ſeparata à primo, viuente illo contrahit cum ſecundo: legitima erit proles, quam ex illo ſuſcepit.*

CAP. VIII.

PErlatū† eſt ad audientiam noſtram, quòd cum H. ad partes Cōſtantinopolitañ.trā

¶*Gloſſa ſequens tractat de quadruplici filiatione : incidenter ſignat contrarium, & ibi remittit.*

c ¶*Repellendus.*] Nota, quòd quidam filij dicuntur legitimi tantum, vt adoptiui ſiue arrogati, de quibus habes. ſ̃.de cog. le.c.vnico. Alij dicuntur legitimi & naturales, vt nati ex legitimo matrimonio vero, vel putatiuo ſiue ab initio, ſiue ex poſtfacto : iſti ſuccedunt parentibus.ſuis.ſ̃.eo. cum inter.& j̃.eod. ex tenore.& ſ̃.eod.cap.1.C.de leg.hær. per totum. Alij dicuntur naturales & non legitimi, vt nati ex concubinis in domo : iſti ſuccedunt in duabus vncijs ab inteſtato. C. de natura.li. Authē.licet patri. Alij dicuntur ſpurij, vt nati ex adulterio, vel vulgo concepti.ff.de ſta. ho. vulgo.& iſti in nullo ſuccedunt, nec inſtitui poſſunt à patre, vt in prædicta Auth. licet patri.& 32.q.4. dicat aliq̃s. nec ali debent de bonis paternis.C.de inceſt.nup.Auth.ex complexu.Arg.contrà.ſ̃.de eod. qui dux.in matrimo.cum haberet.ibi ſoluitur.

ij CAuſam.] Primò ponitur commiſſio. Secundò eius forma & limitatio: ibi, *Verum*. Abbas.

NVper † à nobis tua diſcretio requiſiuit, ſi aliqua terra data fuerit alicui, non in hæreditatem, vel feudum, ſed tantum quoad vixerit [a] poſſidẽda: & ipſe poſtmodum tertiam [b] partem vxori ſuæ in dotem [c] cõceſſerit, vtrum eo defuncto præfatam dotem vxor (dum vixerit) habere debeat & tenere: cum eccleſia dotes protegere teneatur viduarum [d]? ¶Poſtulaſti præterea, ſi qua terra data fuerit alicui, & hæredi, quem de vxore legitima procrearet, in hæreditatem, vel feudum: & ipſe vxori ſuæ quadã parte ipſius in dotem conceſſa, deceſſerit poſtmodum ſine prole, an mulier dotem eandem de iure poſſet † habere? Nos autem conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cum regulariter nullus plus iuris [e] in alium transferre poſſit, quam eum conſtet habere: vir, † cui terra prædicto modo conceditur, non põt vxori relinquere, quod ei non licuit, niſi quoad vixerit [f] poſſidere: nec licet vxori ſuæ partẽ illius terræ in donationem propter nuptias ex viri conceſſione tenere, niſi donationi ille, ad quẽ ſpectat dominiũ illius terræ, voluerit cõſentire [g]. ¶Quod autem de prima cõſultatione dicimus, hoc reſpõdemus etiam de ſecũda: nam licet eccleſia in cauſis viduarum ſe fauorabilem [h] debeat exhibere, contra iuſtiã tamen non eſt eis fauor eccleſiaſticus concedendus. ¶Illud verò te nolumus ignorare, quòd vxor dare dicitur viro dotem: vir autem vxori donationẽ facere propter nuptias, ſecundũ legitimas ſanctiones [i].

† poſſit.

† Aliàs ita: vir. cui prędicta terra dicto modo conceditur.

NVper à nobis.] Diuiditur. Primò ponitur duplex quæſtio. Secundò vtriuſque ſolutio: ibi, *Nos autem.* Tertiò quædam inſtructio: ibi, *Illud.* Prima & ſecunda pars ſubdiuiditur in duas, quia quælibet ponit quæſtionem & ſolutionem: vt patet in litera. Abbas Sicul.

CASVS. Aliquis dedit alicui aliquam terram, non vt in feudum vel hæreditatẽ, ſed quãdiu viueret poſſidendam: Ille poſtmodum partem illius terræ dedit vxori ſuæ in donationem propter dotem: deceſſit vir: Quæritur vtrum vxor eius præfatam donationem habere debeat, dum vixerit, & tenere. Secundò ponitur quæſtio: Aliquis dedit hæredi ſuo de legitimo matrimonio procreato in hæreditatem, vel feudum aliquam terram: Poſtmodum ipſe partem ipſius terræ dedit vxori ſuæ in donationem: tandem deceſſit ſine prole: Quæritur, vtrum de iure mulier poſſit habere donationem illam? Conſultus Papa reſpondet, quòd cum regulariter nullus poſſit plus iuris transferre in alium, quam habeat: vir prædictus non potuit vxori prædictæ relinquere quod ei non licuit, niſi quo ad viueret poſſidere: & ideo mulier illa, terram illam habere non poteſt, niſi ille ad quem illa ſpectat, donationi voluerit conſentire. & idem eſt in ſecunda quæſtione dicendum. Licet autem in cauſis viduarum eccleſia fauorabilis debeat eſſe, tamen contra iuſtitiam non eſt fauor eccleſiæ concedendus. In fine dicit, quòd vxor dicitur dotem dare viro, vir autem mulieri donationem propter nuptias. No. quòd nullus poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habeat. Item eccleſia nullis, etiam pro perſonis miſerabilibus, debet contra iuſtitiam præiudicium facere. Item mulier dat dotem marito, maritus autem vxori donationem propter nuptias.

a ¶*Vixerit.*] ſimile 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. ſi œconomus. C. de vſu. & habi. ſi patri.

b ¶*Tertiam.*] idem eſſet, ſi totam.

c ¶*In dotem.*] id eſt donationem.

d ¶*Viduarum.*] tamquam miſerabilium perſonarum. 87. diſt. §. 1. & c. 1. De hoc dicitur s̃. de for. compet. ex tenore. 2

2 Concor. l. 1. C. quãdo. impera. iter pu. & vi. Bal. ĩ l. 1. C. de bo. mater.

¶*Gloſſa ſequens circa brocar. alle. quatuor. concor. duo contraria, & ſoluit.*

e ¶*Nullus plus iuris.*] vt 1. q. 7. Daibertũ. ff. de reg. iur. nemo plus. ff. de acq. rerũ domi. traditio. & s̃. de iurepat. quod aũt. in fi. &c. cap. cura. Arg. cõtra. ff. de vſufruct. qđ noſtrũ non eſt. ff. de acqui. re domi. non eſt nouum. contraria caſualia ſunt.

f ¶*Quoad vixerit.*] Et ſic habes, ꝙ feudum poteſt alienari ad tempus aliàs non poteſt alienari, s̃. de feudis. cap. ſecundo. vbi de hoc.

g ¶*Conſentire.*] ex quo alienationi cõſentit, rẽ poſtea reuocare nõ põt. arg. ff. quibus mo. pig. vel hyp. ſol. ſicut re corporali. §. ſi voluntate. & §. ſed & ſi pmiſerit. & l. ſi debitor. §. ſi in venditione.

h ¶*Fauorabilem.*] 87. diſt. c. 1. & 2. C. quando imper. inter pupil. & vi l. vnica. & s̃. de fo. cõpe. ex tenore. vbi de hoc.

i ¶*Sanctiones.*] C. de dona. ante nup. l. 1. & vlt. §. ſancimus. & dos ad vxorẽ, & donatio ad virũ ſoluto matrimonio reuertit: niſi ex pacto lucretur. ĩ. eo. c. vlt.

¶Idem Archiepiſcopo & archidiacono Genuenſi †.

† Ianuenſi

¶Vir agens pro dote, non omnino excluditur ex eo quòd vergat ad inopiam, nec præcisè cogitur ſatiſdare vltra facultatem propriam: ſed dos ſibi aſſignatur ſub cautione, quam præſtare poteſt: Et ſi per illam cautionem non eſſet ſufficienter prouiſũ conſumptioni dotis: deponetur dos apud mercatorem, vt de honeſto lucro vir ſuſtineat onera matrimonij. hoc dicit ſecundum intellectum, quem tenet Panor. inhærendo verbis literæ. Et ẽ caſus notabilis & quotidianus.

CAP. VII.

PEr † veſtras literas intimaſtis, quòd cum magiſtrum R. ſuper quadam ſumma pecuniæ pro H. paupere, auctoritate noſtra curaueritis conuenire [k] quam idem H. pro dote vxoris ſuæ requirebat ab eo, dictus R. exceptionem oppoſuit contra ipſum, ꝙ vxorem ſuam à ſe repulerat [l], & tacita verita-

† Ca. 3. ti. de dote amittenda vel poſt diuortiũ reſtituenda, in 3. compilatio.

PEr veſtras.] Marito vergente ad inopiã, pro dote ſatiſdatio põt peti. ita ſummat Abb. Et ſecundum hunc intellectũ eſſet hic caſus ſingularis, qui nõ eſt alibi. Diuiditur: Nam in prima ponitur conſultatio. In ſecunda reſpõſio cũ mandato: ibi, *Cũ ergo.* Prima pars ponit cauſæ delegationem, actoris petitionẽ, rei exceptionẽ, & iudicis interloquutionem. Secũda ponit duas cauſas mãdati alternatiui, qđ inter illas interſerit. Abbas, Siculus.

In hanc decretalẽ celebris extat & copioſa repetitio Palacij Rubij, eũ videto.

CASVS. Inter H. virum & vxorem ſuã coram conſulibus ciuitatis Genueñ. ſuper dote ipſius mulieris quæſtio vertebatur, coram quibus dictus H. petebat dotem vxoris ſibi aſſignari: mulier contradicebat ꝙ ſibi aſſignari non deberet cũ ad inopiam vergeret, niſi cautionem præſtaret de dote ſaluanda, & quia eam à ſe expulerat: iudices, quia ad inopiam vergere videbatur, pronunciarunt, ꝙ dos illa non aſſignaretur eidem, niſi præſtaret cautionem idoneam, de ipſa non peritura: & ſic dos ipſa remanſit penes quendam magiſtrum R. poſtmodum vero dictus G. impetrauit literas ad archiepiſcopum & archidiaconum Genueñ. contra illũ R. ſuper dote prędicta: iudices dictum magiſtrum R. ad ſuam pręſentiã citauerunt: corã quib. dictus H. petebat à dicto magiſtro. R. dotẽ vxoris ſuæ: ſed dictus R. exceptionem oppoſuit contra ipſum, videlicet, quòd vxorem ſuam à ſe repulerat, & tacita veritate ſuper hoc literas impetrauit, videlicet, quòd alia vice ſuper eadem dote quæſtio mota fuit coram conſulibus ciuitatis, & pronunciatum, ſecundum quod ſuperius eſt præmiſſum. Iudices cum de hoc conſtitiſſet eiſdem, præceperunt eidem, vt ſic de dote ſaluanda caueret, & vxorem reciperet: ſed cum ipſe cautionem præſtare non poſſet, ad ipſius inſtantiam domino Papæ hoc reſcribere curauerunt: Vnde dominus Papa his præmiſſis mandat eiſdem, quatenus dotem faciant aſſignari eidẽ, ſub ea cautione, quam poteſt præſtare: vel ſaltem alicui mercatori committant, vt de parte honeſti lucri valeat ſuſtentari: ne occaſione dotis detentæ, vxor à viro dimiſſa, vel vir, adulterij reatum incurrat: Satis enim poteſt ei credi modicum dotis, cui creditur totum corpus vxoris. Nota, quòd cautio de dote ſaluanda præſtari debet à viro, cum ad inopiam vergit. Item cautio quæ præſtari poteſt, exigenda eſt. Item cui conceditur maius, & minus multo fortius concedi videtur.

k ¶*Conuenire.*] id eſt, ad iudicium euocare ad petitionẽ H.

l *Repulerat.*] Et iõ audiri non debuit, niſi primò ipſam reſtitueret.

tueret.ſ.de reſtitu.ſpolia.ex conqueſtione.&ſ.de ord.cog.ſuper ſpoliatione.& c.cum dilectus.

a ¶ *Tacita veritate.*] de proceſſu negotij: vt ſequitur,ſic ſ.de re iudi. inter monaſterium.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit,& ſoluit.*

b ¶ *Ad inopiam vergere.*] & bona videbatur illa pronunciatio: quia ex quo maritus incipiebat labi facultatibus,& re ſua malè vti,cogendus erat eā reſtituere. C.de iu.do. vbi.& ī Authē.de æqualitate do.§. vlt.colla. 7. imo et ſeqſtrāda eſt, cū præſumit vir eam diſſipaturus. ff. ſol. matri. ſi cū dotē. §.ſi vero dotē. Si ergo tenetur eā reddere, ergo non poteſt eā repetere.ſ.de iureiu. quead modū,quia turpius eijcitur,& c.& dolo petit, q̄ reſtituere ſtatim debet,ff.de reg.iur.in cōdemnatione.in fi. Sed hæc non habent locū in caſu iſto,vt hic dicitur: Cum.n.corpus ſuū vxor ei cōmiſerit, multo fortius & dotē ſibi cōmittere debet, ſub ea,quā poteſt cautione præſtare,vt ſequitur.C.de pact.cōuen.hac lege,& eſt ſimile 12.q.1.præcipimus. imo vxor tenetur alere virū ſuū egentē de dote. ff. de iure dotium. mutus.§. manente. & præmiſſa locum habent, cū maritus ſuſpectus eſt de dilapidatione:quia malè verſatur in re ſua: & nō cū pauper tate laborat, vt hic faciebat, & ita reſtituetur huic dos, prout hic dicitur in fine Laur.

† impetrauit.

†Aliàs ita: ſuper eam quā poteſt cautionē præſtare.

te[a] ſuper hoc literas impetrauerat †:quia cum ſuper eadem dote,alia vice, coram veſtræ ciuitatis conſulibus quæſtio mota eſſet, ipſi pronunciauerunt, vt quoniam idē H.ad inopiā[b] vergere videbatur, dos illa nō aſſignaretur eidem,niſi cautionem[c] idoneā de ipſa non peritura præſtaret: vnde vos ei, vt de ſaluāda dote caueret,& vxorē ſuā reciperet,præcepiſtis: & infrà[d]. Cum ergo ſatis poſſit ei modicum credi dotis, cui creditū eſt corpus vxoris:Mandamus,quatenus dotem aſſignari faciatis eidem,ſub† ea quā[e] poteſt cautione præſtare: vel ſaltē alicui mercatori committi, vt de parte honeſti[f] lucri, dictus vir onera[g] poſſit matrimonij ſuſtentare:ne occaſione dotis detētæ, vxor à viro dimiſſa, ſeu vir,qui dimiſit vxorem, adulterij reatum incurrat.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Hæc decretalis,ſatis ſeipsā ſūmat.*

C A P. VIII.

Donatio †, quæ conſtante[h] matrimonio inter cōiuges dicitur eſſe facta(ex qua alter locupletior[i], & paupior alter efficitur) firmitatem non habet,niſi donatoris obitu cōfirmetur: quæ tamen penitus euaneſcit,ſi reuocetur ab eo tacite,[k] vel expreſsè, vel q̄ donatum[l] accepit, prius debitum

c ¶ *Niſi cautionem.*] Lex enim prohibet fideiuſſorem dari pro dote.C.ne fideiuſſores dotium dentur.l.1.& 2.Sed in alio caſu illud intelligitur.

d ¶ *Et infrà.*] ſed cum ipſe cautionē præſtare non poſſet, ad inſtantiam ipſius domino Papæ hæc reſcribere curauerunt.

e ¶ *Quam poteſt.*] iuratoriam ſcilicet,in Auth.vt nulli iud.liceat habere loci ſeruatorem.§.ſi verò crimen.coll.9.vbi dicitur,q̄ ſi mulier accuſatur de crimine,pro quo debeat cuſtodiri,debet dare fideiuſſorem: ſi fideiuſſorem dare non poteſt,iuratoriam cautionem præſtet:& ſufficit. C.de epiſcopis & clericis.Auth.generaliter 1.& in Authen.de litig. §. ad excludēdas. vnde ſumpta eſt hæc Authen.generaliter.coll.8.

f ¶ *Honeſti lucri.*] Non enim tenetur fœnerari dotē,& de vſuris alere vxorem arg.C.de admi.tu.Auth.nouiſſimē. ſed cōuertat eam in ſocietatē honeſtā,vel aliquod cōmertiū: & ex lucro honeſto eā alat.argu.in Auth. vt hi qui obligatas ſe habere perhibent res minorū.§.quoniā autem videmus.coll.6.ibi tamen dicitur,q̄ ſi minor non habet vnde viuat,ſed tantum pecuniam,tunc curator cogitur fœnerari 1 Lau.

1Sed illud non tenet ſecundum canones: non enim debet quis crimē ſuū cōmodis alienis im pendere. 46,diſt.j.ſicut nō ſuo ſecundum Gof.& Hoſtienſem. Io, And,

g ¶ *Onera.*]ff.de iure dot.ſi is qui Stichum.§.ibi dos,& infra. de vſuris,ſalubriter,Tancre.

Donatio.] Prima pars demonſtrat, quando & qualiter donatio facta inter coniuges valeat, vel reuocanda intelligatur. Secunda docet,an reddēda ſit dos, & donatio,propter nuptias ſoluto matrimonio. Secunda: ibi, *Sane*, Et hæc diuiſio ſufficit pro ſummario. Abbas.

C A S V S. Quæſitum fuit à Papa vtrum inter virum & vxorē durante matrimonio donatio hinc & inde facta teneat? Reſpondet Papa, quòd donatio durante matrimonio inter coniuges facta,ex qua alter fiat locupletior,& alter pauperior,non habet firmitatē,niſi donatio confirmetur obitu donatoris: & donatore viuente penitus euaneſcit, ſi reuocetur ab eo tacite expreſſe,vel ſi prius moriatur,qui donationem accepit.

SANE. Dicitur in §.iſto,q̄ ſoluto matrimonio dos redire debet ad mulierē,& donatio ad virum: niſi de conſuetudine cōtrarium obtineat,vel niſi ex pacto inter virū & vxorem de lucranda dote,vel donatione propter nuptias,contrariū inducatur:& pactū illud æquale dēt eſſe ex vtraq; parte.Not.q̄.donatio inter virum & vxorem non valet, niſi in caſibus. Item dos ad mulierem redire debet, & donatio ad virum ſecundum leges: conſuetudo tamen,vel pactum in hoc derogat legi.

h ¶ *Conſtante matrimonio.*] No. quòd donatio inter virum & vxorem moribus prohibita eſt: ne mutuo amore inuicem ſpolientur, non tēperando à donationibus,ſed profuſa erga ſe facilitate vtentes. Maiores enim noſtri hoc prohibuerunt, amore honeſtū ſolis animis exiſtimantes, & ne alter in paupertatem incideret,& alter ditior fieret, nec eſſet illis ſtudium filios educādi.ff.de donationibus inter virum & vxorem.l.1.2.& 3.& in Authen.quib. mod.natu.eff. legitim. §.illud quoq; ad finem. colla.6.& nulla eſt donatio vbi matrimoniū tenet. Si vero matrimoniū nō tenet, donatio de iuris rigore valet:ſed fas non eſt tales donationes eſſe ratas,ne melioris cōditionis videātur delinquentes,quàm qui non deliquerūt cōtrahendo.ff.eod. l.3.§. 1.C.eod.ſi ex voluntate. Sed inter ſpōſum & ſponsā tenet donatio. ff.eod.inter eos 2 & l. cum hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam. Tn̄ ſi donator in eadem voluntate vſq; ad ſupremū vitæ exitum perdurauerit,valet donatio.C.eo. l.1.& 3.& hic, vbi dicitur: niſi donatoris obitu confirmetur. Et ſi donatio legitimū modum excedat, & non fuit inſinuata vſque ad legitimū modum, valebit ſi permanſit in ea voluntate, vſque ad mortem. C.eod.l.donationes.1.

† De materia huius decretalis & gloſſarum vide latiſſimē per Palacium Rubrum in repetitione huius Rubricæ. §. 28. cum multis ſequētibus. adde Antoniū Gabrielum lib.3.communiū cōcluſio. tit. de donatio cōcluſ. 3.& 6.

¶ *Glo.ſequens exemplificat quomodo donatarius poteſt eſſe locupletior, &c. & econtra ponit duos caſus,in quibus id fallit, in fine dicit quatenus fiat reuocatio.*

i ¶ *Locupletior.*] Donatio,ex qua hoc contingit,nulla eſt.ff. eod.l.3.1.reſp.& ex eo quod dixit:ex qua alter locupletior, & alter pauperior:à contrario ſenſu datur intelligi,q̄ donatio teneat his ceſſantibus: quod verum eſt. Si ergo maritus non fit pauperior,tenet donatio, vt ſi maritus ſit inſtitutus hæres, & repudiet hæreditatē donationis cā,vt deferatur vxori ſibi ſubſtitutæ,vel ſi repudiet legatum, vt remaneat penes vxorē oneratā pro legato præſtando vel ſi rogatus eſſet reſtituere hæreditate vxori,nec detrahat quartā cā donationis: tunc tenet donatio.ff.eod.ſi ſponſus.§.ſi maritus.& §.ſi quis.vel ſi donauerit vxori rem alienā.ff.eod.ſed & ſi cōſtāte. Itē licet pauperior fiat donator,& accipiens non fiat locupletior,tenet donatio: vt ſi emerit inde vnguēta.ff.eo.quod autē.§. 1. 3 Item valet qn̄doque donatio licet donator fiat pauperior,& accipiens locupletior,ſi in tempus finiti matrimonij ſit collata, ſed ante tempus illud non efficitur res donata donatarij,ſed differt in tempus, in quo mulier à lege viri ſoluta eſt.ff.eodē. ſi cū ſeruū vxori.§. vlti.& l.quia.& l.ſi inter.Itē in alio caſu valet donatio,licet alter fiat pauperior,& alter ditior.ff.eod.quod ſi vir. Fit autē donationis reuocatio,quatenus donator pauperior, & accipiens locupletior factus eſt.ff.eod. ſi ſponſus.§.vltimo.

2 Sequitur q̄ matrimonio coniūcti ſunt:ante nuptias donatio facta iure cōſiſtit, etiā ſi eodem die nuptię fuerūt ſub ſecutæ.Io. Andr.

3 Et habet id locū ēt ſi pecuniā datam pro vnguentis mulier ſoluit creditori ſuo:& mox dē ſua pecunia emit vnguenta. Idem ſi vir pro illis emendis ſācem dedit quam illa remiſit & dē ſua pecunia vnguē ta emit.Io. And.

¶ *Gl.ſeq.exēplificat q̄uo tacitè,& quomodo expreſsè reuocetur.*

k ¶ *Tacitè vel expreſsè.*] Tacitè autem fit reuocatio per diuortium, niſi in diuortio voluerit donationem valere. ff. eo. ſed interim.§.ſi maritus.& l.cum hic ſtatus. §. ſi diuortium.& C.eod. l.à marito. Item tacitè fit reuocatio, ſi prius, qui liberalitatem acceperit, deceſſerit, quàm is qui contulit: vt in l.prædicta,à marito. Si verò prius decedat is qui donauit,nec reuocauit donationem, confirmatur morte per ſilentium.C. eod. donationes.& l.1. & 3. Si autem ſimul moriantur, putà naufragio vel ruina, valet donatio. ff. eod. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. expreſsè reuocatur donatio, cum donator eam reuocat. C. eo. à marito. niſi pœniteat eum reuocaſſe donationem: vt ſupremum iudicium eius, ſiue voluntatem ſpectemus.ff.eod. cum hic ſtatus.§. pœnitentiam. Item expreſsè fit reuocatio,ſi maritus ea quæ donauit,poſtea pignori dedit,vel alij donauit, vel alio modo alienauit.C.eod.ſi maritus tuus.ſi. ſuprà.de procura.non iniuſtē. Et hæc quæ dicta ſunt de dona. inter virum & vxo.inter parentes & liberos penè intelligi debent, inter quos prohibita eſt donatio, cum vna perſona intelligantur.C.de impu. & alijs ſubſti.l.ult.& 35.quæſt.3.§.hac auctoritate. niſi in caſibus.

l ¶ *Qui donatum.*] ut C.eod.l.à marito.& ff. eod. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. & iſta uerba tacitè, uel expreſsè, uel qui donatum

donatum accepit, &c. ſumpta ſunt ex illis duabus legibus.

a ¶*Sicut dos.*] Dos enim datur viro à muliere,& donatio datur vxori à viro.ſ.eo.nuper.in fine. C.de donationib.ante nuptias.l.1.& vltima.Et ideo redire debent ad eos,vt hic dicitur; & dos & donatio propter nuptias debent eſſe æquales hincinde. C.de pactis cõuent. Authentica. æqualitas. & in Authentica, de æqualitate dotis.§. hoc igitur. & §. de cætero. coll.7. Et verum eſt,ꝙ iſta debet redire ad mulierem & virum,niſi cõſuetudo ſit in contrariũ: vt dicitur hic; niſi pactum de dote,vel donatione lucranda, vel parte, ſit factum inter eos: vt hic dicit, & C. de pactis conuent.l. ex morte.Authen.æqualitas.& in Authen.tit.de æqualit. do. §. hoc igitur.collatio.7.C.de rei vxor.actio.l.vnica.§.illo, ꝓculdubio.Et iſtud pactũ debet eſſe æquale hincinde: & ſi non ſit æquale, maior pars lucri ad minorem debet reduci: vt legibus prædictis, ex morte.& Authen. æqualitas. & l. lege Leonis. C. de pactis conuent.

naturæ perſoluat.¶Sanè ſoluto matrimonio, ſicut dos [a] ad mulierem, ſic & donatio propter nuptias redit ad virum: niſi de conſuetudine ſecus obtineat,vel ex pacto de lucranda dote, vel † donatione propter nuptias,quod † ęquale ſit, cùm hincinde contrarium inducatur. †

† In quibuſdam & donatione.

† Vide notas noſtras in hunc locum.

† Aliàs non inducatur.

† Vide Magiſtrum & theologos lib.4. ſent. diſt.42.

TITVLVS XXI.

De ſecundis nuptijs †.

Alexander tertius.

¶*Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus eſt.*

CAP. I.

CApellanũ †(quẽ benedictionem cum ſecunda [b] conſtiterit celebraſſe) ab officio beneficioque ſuſpenſum, cum literarum tuarum teſtimonio, ad ſedem Apoſtolicam nullatenus deſtinare poſt ponas.

† Cap.vnico.eod.tit. in 2. cõpil. Et vide notas noſtras in hoc c. vbi contra hæreticos ſecundę & vlteriores nuptiæ licitę eſſe oſtenduntur: inde totus titulus illuſtratur.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

¶*Quia diuortio facto ſolent homines tranſire ad ſecũdas nuptias, ideo viſo de diuortijs, meritò ſubijcitur de ſecundis nuptijs.Et ſcias, quòd nedum ſecũdæ nuptiæ approbantur ab eccleſia, ſed etiam tertiæ & vlteriores: vnde nõ ſolum quis bigamus & trigamus,ſed etiã octogamus effici poteſt: vt dicit textus in c. aperiant.31.q.1. Abbas Siculus.*

De hac materia tractatur 34.q.2. & 31.q.1. in multis c.2. q.2.§. hinc tollitur.3.q.7.§. tria. prope finem.

¶Lucius tertius vniuerſis Chriſtianis in captiuitate Sarracenorum poſitis.

¶*Dubitans de morte coniugis niſi prius certificetur, contrahere non debet: & ſi contraxit, reddat, ſed non exigat debitum: & ſi poſtmodum ſciat primam viuere, dimittat ſecundam. Abbas Siculus.*

CAP. II.

DOminus †, ac redemptor noſter: & infrà. ¶Sanè ſuper matrimonijs, quæ quidam ex vobis (nondum habita obeuntis coniugis certitudine) contraxerunt: id vobis reſpondemus, vt nullus amodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei cõſtet [c], quòd ab hac vita migrauerit cõiunx eius. ¶Si verò aliquis, vel aliqua,id hactenus non ſeruauit,& de morte prioris coniugis adhuc ſibi exiſtimat dubitandum, ei quæ ſibi nupſit, debitum non deneget [d] poſtulanti: quod à ſe tamen nouerit nullatenus [e] exigendum.Quod ſi poſt hoc de prioris coniugis vita conſtiterit,relictis adulterinis [f] complexibus, ad priorem coniugem reuertatur.

† Capit. 3. eo.tit.in 1. cõpil. huc ſpectãt tradita ſ. de ſpõſalib.c. præſentia.

¶Vrbanus tertius Vigilieñ. † Epiſcop.

† Vigo. † Vig. ſed in vaticanis vt eſt impreſſum.

¶*Si vnus ex coniugibus fuit aliàs benedictus, non debent coniuges de nouo benedici.*

CAP. III.

VIr † autem,vel mulier ad bigamiam tranſiens, nõ debet à presbytero benedici [g]: quia cùm alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari [h] non debet.

† Capit.1. eod.titu.in compila. & poſt cõcil.Latera. ſub.Alexã. iij.par.9.c. 1.

¶Idem Exoneñ. Epiſcopo.

¶*Mulier nubens infra annum lugu-*

Capellanum.] Casus. Quædam mulier mortuo viro ſuo tranſiuit ad ſecunda vota: quidam capellanus benedixit mulierem iſtam tranſeuntem ad ſecundum matrimonium: Quia nuptiæ ſecundę benedici non debent, quæſitum fuit qualiter capellanus iſte puniri debeat? Mandat Papa epiſcopo ſuo,quatenus capellanum illum ab officio & beneficio ſuo ſuſpendat,& ſic ſuſpenſum ad Apoſtolicam ſedem tranſmittat. Nota ꝙ ſecundæ nuptiæ benedici non debent: & qui eas benedicit,punitur.

¶*Glo.ſeq.reddit tres rationes, ſed primam reprobat.*

b ¶*Cum ſecunda.*] Secundæ nuptiæ benedicendæ non ſunt. ĩ.co.vir autem. & ſecundam accipere, ſecundum veritatis rationem verè fornicatio eſt.30.q.1.hac ratione. Sed illud intelligitur primo viuente, & non debent benedici ſecũdæ nuptiæ, ad exhortationem, continentiæ; ſic & ſacerdos intereſſe non debet nuptijs clandeſtine contractis. ſ. de clandeſt. matrimo. cum inhibitio.§.ſanè. multo minus debet illas benedicere, & alia ratio eſt: quia ſacramentum 1 iterari non debet.ĩ. eod. vir autem. vbi hæc ratio notatur.

1 Neq; benedictio illa eſt ſacramentũ,aut pars ſacramẽti, neq; mãtrimoniũ eſt ex ijs ſacramentis, q̃ nequeũt iterari. Vide S.Tho. 4.ſen. diſt. 42.q.3.art. 2.

Dominus.] Tria ſunt dicta. Secundum; ibi, *Si verò.* Tertium: ibi, *Quòd ſi.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam Chriſtiani erant in captiuitate Sarracenorum, quidam de his coniugati nulla certitudine habita de morte vxoris contrahebant ſecunda matrimonia: Quærebatur,an deberent ſic remanere? Reſpondet Papa,vt nullus pręſumat amodo ad ſecundas nuptias cõuolare, donec ei conſtet, ꝙ vxor ſua de hac luce deceſſit.Si verò aliquis, vel aliqua hoc non ſeruauerit,& dubitet adhuc de morte prioris coniugis: ei cui nupſit, debitum non deneget poſtulanti: ſed nullatenus exigat ab eadem: Si verò poſtea conſtiterit de vita prioris cõiugis, ſtatim eam relinquat, & ad priorem reuertatur. Nota, quòd vir, vel mulier contrahere ſecunda matrimonia non debet, niſi de morte coniugis certus exiſtat. Bern.

c ¶*Ei conſtet.*] ſ. de ſponſa.in præſentia.vbi notatur quid iuris ſit de hac materia.& C.de repudi authent. hodie. & in auth.vt liceat ma. & auiæ.§. quòd autem. colla. 8.

d ¶*Non deneget.*] Et ita propter dubiũ præſumitur pro matrimonio,quod fieri debet.ſ. de ſpon.iuuenis.& arg. ſ.de matrimonio contract. contra interdic. eccl.c.j.& ff.de reg.iur. in ambiguis.& ff.de iure do. in ambiguis. niſi quando dubitatur, an contractum ſit matrimonium: quia clandeſtinũ eſt: quo caſu potius præſumitur adulterium, quàm matrimonium. 30.q.5. aliter. & arg.ſ. de clandeſtin. de ſpon. c.2.

e ¶*Nullatenus exigendum.*] Hoc eſt propter conſcientiam dubiã ex probabili cauſa. Simile.ĩ.de ſentent. excom. inquiſitioni.in fine.

¶*Gloſſa ſequens exponit. arg. ſoluit, & dat ſimile per modum conuerſum.*

f ¶*Adulterinis.*]Hoc intellige, ſi poſtquam intellexerit pro certo de vita priori mariti, cum ſecundo remaneat: quia ſtatim eſt adulterium, & non ante.34.q.2.cum per bellicam. & eſt argu.ꝙ matrimonium quod ab initio valuit, tractu temporis infirmatur.ff.de iudi.ſi alter. & l. ſi à me. Sed non fuit matrimonium ab initio in veritate: ſed nunc primò declaratur matrimonium non fuiſſe,ſicut econuerſo, & ex futuro euentu apparet matrimonium ab initio fuiſſe.ſ. de frigi. & maleſi.fraternitatis. in fi.

Vir autem.] Casus. Dicitur hic,ꝙ bigamus,vel bigama non debent aliquo modo à ſacerdote benedici, cum aliàs fuerint benedicti.hoc habes 31.q.1.quomodo. Not.mulieres ſecundo nubentes, non eſſe à presbytero benedicendas.

g ¶*Benedici.*] ſ.eo.c.1. vbi de hoc.

¶*Glo.ſeq.ponit rationem prohibitæ iterationis, & duo ſacramenta,quæ iterantur,& de pœnitentia ſolemni, ſubdit conſuetudinem quorundam locorum, dicens quo caſu excuſet.*

h ¶*Iterari.*] Sacramenta enim iterari 2 non debent.1.q.1. hanc regulam.& cap.hi qui.ne fiat eis iniuria.1.q.1.quod quidam.& de conſe.diſtin.4. oſtenditur.33.q.7.quemadmodum. & C.ne ſanc. bap.ite.l.1.& 2. Videretur enim,ꝙ ſacramentum huiuſmodi non fuiſſet collatum,vel quòd inefficax fuiſſet omnino,& ſic fieret iniuria ei.1.q.1.ſacramenta. Tamẽ pœnitentia bene iteratur, de pœni.diſt.3. adhuc inſtant.fallit etiam ſecundum quoſdam in extrema vnctione. Quid enim impediret hanc iterari, cum non 3 ſit ſacramentum, ſed oratio ſuper hominem.1.q.1.manus? & ſolemnis pœnitentia non iteratur.50.diſtinct.quamuis.& c.in capite. Gratianus tamen dicit, quòd iteratur ſecundum conſuetudinem quorundam. de pœnit.diſtin.3.§.ex perſona. & benedictio iſta cum aliquis ſe-

2 Hoc verum de ſacramentis imprimentibus characterem.

3 Imo eſt vnum de ſeptẽ eccleſiæ ſacramentis, & cõtrariũ aſſerere eſt hæreſis damnata in cõcilio Trid. ſeſſio.7.de ſacramentis.cano.1. & ſeſſ.14. de ſacramento extremæ vnctionis c. 2.& ibidẽ eod.tit cano 1. adde Sotum lib. 4.ſent.diſt. 23.q.1.art. 1. vbi pleniſſime. adde Lindanum lib. 4. c.28.Panopliæ Euangelicæ.

cundam

cundam duxit virginem, iteratur ſecundum conſuetudinem quorundam locorum, & hoc ſi Papa ſciat talem conſuetudinem, aliàs non licet.

S*Vper illa.*] Ponit quæſtionem, cui reſpondet: ibi, *Reſpondemus*. Abbas Siculus.

brem infamiam non incurrit. h.d. cum ſequenti. Abbas Siculus.

CAP. IIII.

† Capit.2. eo.tit.in 1. compila. & poſt cõcilium Laterañ. par. 9.c. 2.

SVper † illa quæſtione, qua quæſitũ eſt, an mulier poſſit ſine infamia, nubere infrà † tempus luctus ſecũdum leges diffinitum: Reſpondemus, quòd cum Apoſtolus dicat: Mulier viro ſuo mortuo, ſoluta eſt à lege viri ſui: in Domino nubat[a], cui voluerit: per licẽtiam[b], & auctoritatẽ Apoſtoli, eius infamia[c] aboletur.

† Habetur in l. 1.ff.de his qui no. infa.& in l. 1. C.de ſecun. nup.

¶Innocent. iij.P.nobili mulieri.

¶*Summatur vt præcedens.*

CASVS. Secundum leges, ſi mulier mortuo viro infra annum nubat, efficitur infamis: Quæritur, an ſecũdum canones ita ſit? Reſpõdet Papa, ꝙ cùm dicat Apoſtolus: mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt à lege viri: nubat in Domino cui vult: ex licẽtia Apoſtoli omnis infamia aboletur: nec debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturã: quoniam in his ſacræ leges non dedignãtur ſacros canones imitari.

1.Cor.7.& ad Rom.c. 7.

a ¶*In Domino nubat.*] ꝭ.c.proxi.ergo cũ Apoſtolus nullum tempus adijciat, nec nos adijcere debemus. 31.q.1. quòd ſi dormierit. & 2.q.5. conſuluiſti.& ſ.de tranſla. inter corporalia. ſoli ergo honeſtati ſuæ conſulat mulier, quia ſtatim licet, ex quo tempus non adijcitur. Inſti.de verb.oblig.§.purè.

b ¶*Per licentiam.*] quæ intelligitur interuenire, eo ipſo, ꝙ non prohibetur: vt 11.q.1. ſunt nonnulli.

c ¶*Infamia.*] ꝭ.c.proxi.

C*Vm ſecundum.*] Præmiſſa ratione ponit dictum, & ſoluit obſtaculum. Abbas Siculus.

d ¶*Cui vult.*] ſic.7.q.1. ſicut alterius.& ſ.c.proximo.

¶*Gloſ. ſeq. inducit legem, & eius cauſam: ſecundò tractat, an canon liberet illam etiã à pœna legali: & primò dicit quòd ſic: ſecundò ponit opinionem contrariam.*

e ¶*Legalis infamiæ.*] quam inflixit lex ei, quæ nubit infra annum, ne turbaretur ſanguis, & de prole dubitaretur 1. C. de repu. conſenſu.§.ſi vero.ff. de his qui no.infa.l. liberorum. §. 1. Et nota quòd canones iſti non ſolum talem mulierem liberant ab infamia: ſed omni pœna, quam exprimit lex. C. de ſecun. nup. l.1. & in Authen. ijſdem pœnis & in Authentica de reſti. & ea quæ pa. §. vltim. col. 4. Nec debet dici infamis in foro ciuili, ex quo per eccleſiam & licentiam Apoſtoli remiſſa eſt. arg. ſ. qui filij ſint legi. per venerabilem. & 2. quæſt. 3. §. hinc colligitur. Quidam tamen dicunt, ꝙ propterea non euadit pœnam illam, qua priuatur antenuptiali donatione. Authen.prædic. de reſtit. & ea quæ par.§.vltim.coll.4. quæ virum ſuum ita velociter dehoneſtauit, vt appareat etiam eo viuente, eam non caſtè vixiſſe: vt ibi dicitur: & ideo perdere debet quicquid ex liberalitate viri ad eã potuit peruenire, nec eccleſia in hoc potuit [2] pœnam ilam tollere: quia quandam ingratitudinem videtur mulier commiſiſſe.arg.ſ.de dõna.propter eius.nec eſt cõtra Apoſtolum.ſ.de diuor.gaudemus.

1 Plures aliæ cauſæ notãtur in §. item in Leuitico. 27.q.2.

2 Imo potuit, quicquid hic dicat Bernardus, cùi ſtãdum non eſt.

CAP. V.

† Cap.vnico.eod.tit. in 3. cõpil.

CVm † (ſecundum Apoſtolum) mulier mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, & nubendi cui vult[d] tantum in Domino liberam habeat facultatem: non debet legalis infamiæ[e] ſuſtinere iacturam, quæ licet poſt viri obitum, infrà tempus luctus (ſcilicet vnius anni ſpatium) nubat, conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo[f] vtitur poteſtate: cum[g] in his præſertim ſeculares leges, non dedignentur ſacros canones imitari.

Roman. c. 7.& 1.Corinth.c.7.

f ¶*Conceſſa ſibi tamen ab Apoſtolo.*] quam alicui auferre non poſſumus. 28.diſt. de his. beneficium enim iuris, nemini eſt auferendum. 5.diſt.ad eius vero.ff.de re iudi.l.4.§.ſiquis cõdemnatus. & beneficium principis latiſſimè interpretandum eſt.ff.de conſti.prin.beneficium. & ſic ad omnes mulieres hoc beneficium extenditur.

g ¶*Cum in his.*] ſcilicet matrimonijs contrahendis, in quibus ſacræ leges ſacros canones imitãtur.in Auth.quomodo oportet epiſcopos §.vlt.coll.1.& in Authen.vt cleri.apud proprios epiſcopos.§.vlt.col.1.& ſ.de iudicijs.at ſi clerici.& in Auth.de eccleſ.tit.circa prin.colla.9.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, &c.

¶Duobus modis poteſt continuari: Primò ad præcedentia: Secundò ad ſequentia: Primò ſic: Suprà viſum eſt de accuſationibus ciuilibus, ſequitur videre de criminalibus, & pœnis eorum. Vel ſic, & ſecundò ad ſequentia: Tractaturus auctor in quinto de criminibus, & pœnis eorum: quia ſuper eis quãdoq; proceditur per accuſationem, quandoque per inquiſitionem, quãdoq; per denunciationẽ: ideo primò de his præmittit. Abbas Siculus.

† Vide notas noſtras hic.

De hac materia tractatur. 2.q.7. & q.8. & 3.q.4. & q.5. & q.9. & q.10. & q.11. & 4.q.1. & q.4. & q.5. & q.6. & 15.q.3. per totum.

† Capit. 1. eo. tit. in 1. compil. Et vide Baldũ in l. dãni. §. ſi alieno. ff. de dãno infect.

LIBER QVINTVS

TITVLVS I.

De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus.

¶ Felix Papa †.

¶De perſona accuſatoris prius quærendum eſt in iudicio.

CAP. I.

SI † legitimus [a] non fuerit accuſator, non fatigetur [b] accuſatus.

¶ Idem Epiſcopis per Galliam conſtitutis.

¶A denunciatione repellitur is, qui non præmonuit.

CAP. II.

SI † quis epiſcopus ab illis accuſatoribus [c], qui recipiendi ſunt, accuſatus [d] fuerit, poſtquam ab eis charitatiuè [e] conuentus [f] fuerit, vt cauſam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim [g], ſed nunc [h] ad primates cauſæ eius canonicè deferantur.

¶ Gregorius † duci Campaniæ.

¶Criminatio prælati debet tractari coram illis, quorum intereſt.

CAP. III.

ILla † præpoſitorum: & infrà. ¶ Si verò aliquis eſt de monaſterio [i] prædicti abbatis, qui poſſit dicere [k], quòd ad culpam reatumq; eius pertineat: Nos cum eis, quorum [l] intereſt, cauſam diſtrictè volumus perſcrutari: vt vel condemnetur [m], vel abſoluatur.

¶ Idem † Conſtantiæ Auguſtæ.

¶Qui de aliquo crimine accuſatur, vel denunciatur, interim promoueri non poteſt.

CAP. IIII.

OMnipotens † Deus; & infrà. ¶ Valde graue eſt, vt vir, de quo tanta, & talia nuntiantur [n] (cum ante requiri, & diſcuti debeant) honoretur [o].

¶ Paſchalis Papa.

¶Epiſcopus per exceptionem criminis illum ab accuſatione ſua repellere non poteſt, quem ante à ſua familiaritate neglexerit ſeparare.

SI legitim'.] Ad petitionẽ illegitimi accuſatoris reus non eſt ad iudicium trahẽdus. h.d. Et non diuiditur. Abbas. Caſus patet. Nota, ꝙ criminoſus non poteſt alium accuſare. *¶Glo. ſeq. ponit, & repetit tria, quæ faciunt accuſatorem non legitimum.*

† Capit. 8. eo. tit. in 1. compil. Vide notas noſtras in hãc decretalẽ, & de materia B. Thomã 2. 2. q. 33. art. 7. vnde ẽt intelliges gloſſas hic

a ¶*Legitimus.*] legitimus ideo dicit: quia ſi ſit criminoſus, non poteſt alium accuſare. 3.q.7. qui ſine. & c. poſtulatus. & qui trabem geſtat in oculo, feſtucã de oculo fratris non poteſt eruere. ea. cauſa, & q. ea. §. tria. verſi. porro. in fin. & 1.q.1. multi. & 6.q.1. qui crimen. qui enim alium accuſat, debet eſſe bonæ famæ, non ſuſpectus, per iura prædicta ſi enim ad denunciandũ viles perſonæ non admittuntur, vt s. de ſpon. cum in tua. multo fortius nec ad accuſandum. Idem nec debent eſſe inimici. j. eo. cum oporteat. & c. cum P. Manconella. & c. meminimus: Debet. n. eſſe ſine crimine, nõ inimicus, bonæ famæ, & opinionis, qui aliũ accuſat, alias nõ eſt legitimus accuſator: Criminoſus. n. criminoſum accuſare non poteſt, aut etiam denunciare. Additio. Multæ aliæ ſunt perſonæ, quæ accuſare non poſſunt: Vnde verſus.

Hi non accuſant, quos metra ſequentia ſignant:
Fœmina, pupillus, delatus, crimine tentus.
Suſpectus, quæſtu corruptus, ſortilegusque.
Infamis, ſeruus, pauper cum milite princeps:
Libertus, ſocius ſocium, necnon inimici:
Clericus eccleſiam nullus deferre valebit.

¶Glo. ſeq. exponit literam: ponit exceptionem, & congruentiam rubricæ.

b ¶*Non fatigetur.*] ſed repellatur accuſator, & abſoluatur reus ab obſeruatione iudicij. 6.q. vlt. c. accuſator. niſi fuerit infamatus: quia tunc debet indici ei purgatio 1 2.q.5. presbyter 2. & j. de purg. cano. c. cum P. Et hæc decret. pertinet ad primam partem rubricæ.

1 Vel ex officio ſuo iudex inquiret. j. eod. qualiter. & j. de collu. detec. c. 1. Ala. Ioan. And.

SI quis epiſcopus.] Casvs. Dicitur in capitulo iſto, ꝙ ſi aliquis qui dignus ſit, voluerit denũciare epiſcopum ſuũ, ſuper aliquibus exceſſibus ſuis, debet illũ charitatiuè admonere, vt ſe emendet: Si aũt ſe corrigere noluerit, poſtmodũ cauſam eius deferat ad primates; alioquin charitatiua, & legitima admonitione omiſſa, à denunciãdo repellitur. No. ꝙ ad denunciãdũ nõ debet admitti, q legitimè nõ ꝓmonuit, & charitatiuè.

c ¶*Accuſatoribus.*] id eſt, denunciatoribus.

d ¶*Accuſatus.*] id eſt, denunciatus.

¶Glo. ſeq. arg. quòd accuſans, & c. ſoluit.

e ¶*Charitatiuè.*] Arg. ꝙ admonitio ſemper eſt præmittenda ante accuſationem, & ante vindictam. 2.1 2.q.2. indignè. & 16.q.1. quidam monachi. & q.7. omnes decimæ. 24.q.3. de illicita. & j. de ſen. excom. ſacro. Cum agitur in modum denunciationis ad pœnitentiam, tũc neceſſaria eſt admonitio ſecundum Euangelicam veritatẽ. s. de iud. nouit. & 2.q.1. ſi peccauerit. & j. de ſimo. licet Hely. & j. eod. c. cum dilectus. in quo caſu loquitur hoc c. & ita pertinet ad vltimam partẽ rubricæ. & vbi dicit, accuſatoribus, expone id eſt, denunciatoribus: Accuſatus, id eſt, denunciatus, vt dictum eſt.

2 Idq; obtinet, ſiue agatur de correctione inferioris, vt in canonib' hic allegatis: ſiue de correctiõe ꝑ paris, vt hic vide Ioan. And.

† Lib 8. epiſtola 1 2. regiſtri.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cõpilat. Vide omnino B. Thomã 2. 2. q. 33. art. 4.

f ¶*Conuentus.*] id eſt, admonitus, vt ſequens litera indicat.

g ¶*Non olim.*] id eſt, non ante admonitionẽ admittatur ad denunciandum.

h ¶*Nunc.*] id eſt, poſt admonitionẽ debet ad mitti, vt dictum eſt.

† Scilicet Gregorius lib. 4. epiſtola 34. c. 78. indict. 13. regiſtri

ILla præpoſitorum.] Illi debent accuſare, quorum intereſt: aliàs accuſatio eſt nulla. hoc dicit. Et primò ponitur deciſum factum. Secundò diſpoſitio: ibi, *Si vero.* Abbas.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cõpilat. Vide Ancha. in c. meminimus. j. eo.

Casvs. Quidã abbas iſamatus erat apud Papam: vnde mandat duci Campaniæ, ꝙ ſi aliquis eſt de monaſterio ipſius abbatis, qui velit aliquid dicere contra ipſum abbatem accuſando, vel denunciando, Papa paratus eſt audire ipſum, cũ illis quorum intereſt, & cauſam diſtrictè perſcrutari, condemnando ipſum, vel abſoluendo. Nota ꝙ monachi poſſunt abbatem ſuum accuſare, vel denunciare. Itẽ epiſcopus hanc cauſam debet inquirere cum canonicis ſuis. Item ſententia debet continere condemnationem, vel abſolutionẽ.

¶Glo. ſeq. cum vlt. duo notant ex textu, quæ patent.

i ¶*De monaſterio.*] Not. ꝙ non debent admitti ad denunciandum, niſi illi, quorum intereſt, vt monachi. vt hic: aut etiã patroni. 16.q. vlti. filijs. aut etiam parochiani. 63. diſt. vota ciuium. & 7.q.1. factus eſt.

k ¶*Dicere.*] id eſt accuſare. j. eod. ex parte. & 2.q.3. Euphemium. Sed potius loquitur in modum inquiſitionis, ſiue denunciationis: in quo caſu tenentur ad denunciandũ: vt 2.q.6. quapropter. & ar. s. de cogn. ſpi. tua. ad hoc. n. quilibet tenetur, etiam ſi iuraſſet 3 non denũciare. s. de iureiu. quemadmodũ.

3 Faciunt quæ tradit B. Thomas 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. argum.

l ¶*Quorum intereſt.*] ſcilicet, fratrum ſuorũ. 86. diſt. ſiquid.

m ¶*Condemnetur.*] Hoc ſemper debet continere diffinitiua ſententia, condemnationem, vel abſolutionem: aliàs non tenet. 2.q.6. §. diffinitiua. & 23.q.4. illud etiam. vel æquipollens. j. de verb. ſignifi. in his. & ff. de arbitr. quid tamẽ. §. ſi arbiter. ſic & ſententia quæ ſine certa quãtitate profertur, nulla eſt; ſi nec in aliqua parte actorum hoc reperitur. C. de ſentent. quæ. ſine cer. quantit. pro. l. penult. & vlt. Tanc.

OMnipotens.] Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis infamatur, non debet ad honores ꝓmoueri, donec de hoc inquiratur, vel inde ſe purgauerit. No. ꝙ opinio ꝓmouẽdi ad honores vacillare nõ dẽt: & ſic pẽdente accuſatione ꝓmoueri nõ debet.

n ¶*Nuntiantur.*] Et ſic ad vltimam partem tituli pertinet, cum etiam aliquis accuſatur, aut denuntiatur, vel etiam inquiritur, grauata eſt ſtatim eius opinio, vt interim non debeat promoueri. 81. diſt. tantis Daniel. & s. de teſti. c. vlti. C. de procur. reum. & ff. de mu. & honor. l. reus. 1. reſpon. niſi poſt annum: vt ea. l. reus. §. eum.

o ¶*Honoretur.*] id eſt, ad honorem promoueatur.

Nulli

N *Vlli epiſcoporum.*] C a s v s. Quidam familiaris epiſcopi volebat ipſum epiſcopum accuſare: opponebatur ſibi ꝙ erat vilis opinionis, & malæ famæ: quæritur, vtrum ſit admittendus? Reſpõdet Papa, ꝙ non licet epiſcopo illum à ſua accuſatione repellere, quem à ſe ſeparare neglexit, antequam accuſaret eundem. Nota quod ſemel approbaui, iterum reprobare non poſſum.

CAP. V.

N Vlli † epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere [a] liceat, quos antequã ſe ab eis impetendum cognoſceret, à ſua communi familiaritate [b] neglexerit ſeparare.

¶Ex concilio Maguntino †.

¶*Abſolutus de certo crimine, de eodem iterum accuſari non poteſt.*

CAP. VI.

D E his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari [c].

¶Stephanus Papa †.

¶*Cohabitantes inimicis accuſati, ab accuſatione repelluntur.*

CAP. VII.

R Epellantur ab accuſatione cohabitantes [d] inimicis: Quia infeſtationes [e] blaſphemiæ, affectio ſolet amicitiæ, [f] vel inimicitiæ incitare.

¶Ex Brocardico † lib. xliiij.

¶*Ponit pœnitentiam accuſatoris calumnioſi, cum ſequitur inde mors vel membri debilitatio.*

† Capit. 3. eo. tit. in 1. compila. refert Gratianus, ſiue palea. 3. q. 5. c. nulli epõrum.

† Sed in cõcilijs editis nõdum hoc eſt inuentum: refert tamen Burchard[a] lib. 16. decre. c. 9. & c. 4. eo. tit. in 1. cõpil.

† Scilicet, primus in epiſtola. 2. oĩbus epiſcopis. & c. 7. eo. tit. in 1. compil. ſed vide notas noſtras hic, vt melius percipias hoc fragmentum.

† Aliàs ita: ex Brocardico lib. & c. ſed rã ſtituendũ eſt ita: ex Burcardo. lib. 19. c. 5. & vide notas huius cap.

a ¶ *Repellere.*] Iudex tamẽ ex officio ſuo poteſt repellere accuſatorem, ſi non fuerit idoneus. ar. 2. q. 7. alieni. & c. ſi qui ſunt. & c. quærendum. ff. de poſtulando, quos prohibet. & ſ. de excep. exceptionẽ. in ſi. & ff. de pe. hęre. l. vlti.

b ¶ *Familiaritate.*] Nõ enim modo poteſt reprobare etiam mores, quos prius approbauit. ff. de adulter. ſi vxor. in fine. & 32. q. 5. horrendus. & ſ. de filijs preſby. veniens. ff. de negotijs geſtis. Pomponius. Sed contra. 2. q. 7. alieni. & 3. q. vlti. §. ſi quis ex familiarib. & C. qui accuſare non poſſunt. iniquum. Imo videtur ꝙ criminoſus criminoſum accuſare poſſit. 2. q. 7. §. in hoc. & C. de hæreti. quoniam. & C. de inofficio. teſta. in arenam. ar. ꝙ nullus criminoſus reputatur legitima perſona ad accuſandum, vel ad denuntiandum: vt dixit ſ. c. 1. arg. C. de adul. quoniam. 32. q. 6. nihil iniquius. & C. de liber. cau. ſi filium. vel forſitan iſte epiſcopus accuſabatur de crimine excepto: quia & erat malæ famæ. 2. q. 1. in primis. vnde admittebãtur viles perſonæ contra eum. Sed dic ꝙ ſpeciale eſt in epiſcopis, & in odiũ 1 ipſorum ſtatutum: quia debẽt ſecum habere honeſtas perſonas, quæ perhibeant teſtimonium de vita eorum. 2. q. 7. cum paſtoris. Et ideo ſi prauos & viles habent ſecum, ſibi imputẽt. aliàs vilis perſona non eſt audienda: vt dixi ſ. eo. c. 1. Vel forte ſuperior ex officio ſuo poſſet tales repellere, vt dicitur in prin. c. & in præcedenti notula.

1 id eſt, in pœnã epõrum, parũ curãtiũ honoẽ ſuũ, vt mox ſubdit gloſſa.

D *E his.*] Non diuiditur: quia continet vnum dictum. Abb. C a s v s. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis eſt abſolutus de crimine, de quo fuit accuſatus, non debet iterum accuſari de eodẽ. Not. ꝙ crimina ſemel dimiſſa, iterum vindicari non debent.

¶*Glo. ſeq. tractat de triplici abſolutione criminis. Prima per diſpenſationem. Secunda per ſententiam crimine non probato. Tertia per pœnitentiam. Prima impedit accuſationem, & ſecunda, regulariter fallit in duobus caſibus, tertia non.*

c ¶ *Replicari.*] quia ſi probato crimine iudex cum illo diſpenſauit, ſi fuit tale crimen quod potuit diſpenſare, crimina ſemel dimiſſa, iterum in vltionem diuina clementia venire nõ patitur. de pœnit. diſt. 4. diuina clementia. ad finem diſt. & 23. q. 4. ſi illic. vbi de hoc. & 2. q. 3. §. notandum. Si verò abſolutus eſt, quia accuſator non probauit, tutus eſt: quia de delicto vnius hominis ſæpius quæri non debet. ff. nau. cau. licet. §. vlti. & 35. q. 9. veniam. & hoc verum eſt, niſi in duobus caſibus, puta ſi ſecundus accuſator primum doceat præuaricatum fuiſſe. ff. de præuari. l. 3. C. de accu. ſi quis homicidij. & de collu. c. 1. Item ſi ſuum dolorem proſequatur, ignorans accuſationem ab alio inſtitutam. ff. de accuſatio. ſi cui. §. iiſdem. Et hoc intellige, cum actum eſt in forma iudicij: Si autem pœnitentiam egiſſet occultè, quo ad Deũ abſolutus 2 eſt; ſed accuſatio in iudicio facienda, non ceſſat ꝓpter hoc. 33. q. 2. admonere. Vin.

2 Hoc eſt, licet quo ad Deũ abſolutus ſit, in foro tñ exteriori põt accuſari & puniri. & hæc ſnĩa gloſſæ eſt cõis, vt latè dixi li. 2. cõment. in Directoriũ inquiſitorũ, Scho. 20. §. Rurſus altera.

R *Epellantur.*] Primò ponit ſtatutum. Secundò rationem: ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

C a s v s.] Dicitur hic, ꝙ illi qui morantur cũ inimicis meis, à mea debent accuſatione repelli, cum mei inimici pręſumantur: quia affectio amicitiæ ſolet incitare huiuſmodi accuſationes. Nota ꝙ cum inimicis meis habitantes, inimici mei pręſumuntur. Item aliquid ex cohabitatione præſumitur, quod alias non præſumeretur.

¶*Glo. ſeq. coadiuuat tex. per. 4. iura. ſignat contrarium de duobus iuribus. & arg. ex cohabitatione pręſumi.*

d ¶ *Cohabitantes.*] non ſolum inimici, ſed eis cohabitantes repelluntur: qa ex hoc inimici præſumuntur. 4. q. 3. §. item teſtes. & j. eo. cum oporteat. C. de inoffic. teſtamen. liberi. 93. diſtin. ſi inimicus. argu. contra. ff. pro ſoc. Nam ſocij. Nam ſocius ſocij mei, nõ eſt ſocius meus. & 81. diſt. legitur. & eſt argum. ex cohabitatione præſumendum pro aliquo, vel cõtra aliquem. 18. q. 2. diſtinimus. & ſ. eo. nulli. & ſ. de offi. deleg. inſinuante. 3. q. 5. accuſatores.

CAP. VIII.

A Ccuſaſti aliquem, & per tuam [g] accuſationem occiſus eſt: niſi pro pace [h] [hoc feceris,] quadraginta dies in pane & aqua (quod carina [i] † vocatur) cum ſeptem ſequentibus annis pœniteas. Si autem per tuam delaturam debilitatus [k] eſt, per tres debes quadrageſimas pœnitere.

¶Auguſtinus † ſuper Geneſi de morte Abel.

¶*Super notorio procedit iudex, nemine accuſante.*

CAP. IX.

E Videntia patrati ſceleris, [l] non indiget clamore [m] accuſatoris.

¶Alexander iij. Gaitur. † electo.

¶*Laici, vel inimici clericos accuſare non poſſunt.*

CAP. X.

C Vm † P. Manconella preſbyter ex vna parte, & Bonus presbyter, & I. Bonus Co-

† Alias, carena.

Hęc glo. in vetuſtes exẽplaribus nõ reperitur.

† Hoc habet gloſſa interlinealis, Geneſ. c. 4. ſuper illis verbis: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.

e ¶ *Quia infeſtationes.*] Senſus eſt, inimici, & inimicorum amici, conſueuerunt inimicos infamare, & blaſphemare Hoſtien.

f ¶ *Amicitiæ.*] 3. q. 5. accuſatores. ꝓpter amicitiam, vel odium humanum, iudicium ſępè peruertitur. 11. qõ. 3. quatuor.

a d d i t i o. Vnde verſus.

Quatuor iſta timor, odium, dilectio, cenſus,
Sæpè ſolent hominũ rectos peruertere ſẽſus.

† Gaientur. † Gaiet. ſed fortaſſis legendũ Gaiaceñ. & eſt parua vrbs in Cãpania.

A *Ccuſaſti.* C a s v s.] Dicitur hic, ꝙ ſi accuſaſti aliquẽ malitioſè, & per tuam accuſationem mortuus fuerit, ſeptem annis Pœnitere debes in pane & aqua, & xl. diebus: Si autem per tuam accuſationem membrum amiſerit, per tres quadrageſimas pœnitere debes. Nota ꝙ qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur.

† Cap. 12. eo. tit. in 1. compil. & poſt concilium Lateraneñ. ſub Alexan. iij. part. 50. c. 14.

g ¶ *Per tuam.*] tantum accuſationem calumnioſam, & non culpa ſua: nam ſi quis iuſtè accuſat criminoſum, & crimine probato, interficiatur reus, immunis eſt accuſator. 23. q. 4. illud. & iudex, & miniſter. 23. q. 5. cum homo qui malos. & c. iudex. & c. homicidas. & c. miles. in fine.

h ¶ *Niſi pro pace.*] non tenetur ꝓpriè illud, niſi, quia ſi propriè, ſequeretur, ꝙ pro pace poſſet quis accuſare alium iniuſtè, quod non eſt verum: quaſi ſimile habes. 2. q. 1. notum. ſed pro pace ſeruanda licitum eſt accuſare, vt boni quietè viuant. 23. q. 5. non fruſtra. aliàs accuſare mortale peccatum eſt, ſcilicet calumnioſè. Bern.

i ¶ *Carina.*] vulgare eſt Lombardorum, & dicitur à carentia 3 hominum: quia tales recluduntur ſolitarij per xl. dies ad agendum pœnitentiã: de qua pœnitentia habes 50. diſt. in capite. Bernard.

3 Vide notas hic, & quod dixi ſ. cap. 2. de ſpõſa. duorum.

k ¶ *Debilitatus.*] id eſt mutilatus in membris.

E *Videntia.*] C a s v s. per ſe patet. Nota ꝙ in notorijs iuris ordo non requiritur.

l ¶ *Sceleris.*] id eſt, ſcelus quod notorium eſt per operis euidentiam, & eſt vnus modus notorij: quem & alios habes ſ. de coha. cle. & mulie. c. vlti.

m ¶ *Non indiget clamore.*] id eſt, non indiget aliquo proponente accuſationem: quia factum ſe oſtendit. arg. ff. de in integ. reſtit. l. 1. in confeſſum enim nullæ ſunt partes iudicis. ff. ad legem Aquil. proinde. niſi quo ad ſententiam tantum. & quæ in iudicio publicantur, non requirunt accuſationem, aut etiã probationem. ff. de adult. l. 2. §. ſi publico. & C. de teſtib. nullum. ſic in quocunque notorio 4, tantum ſententia ſemper eſt neceſſaria. Vinc.

4 Vide Iulium Clarũ in pract. crim. §. fin. q. 9.

C *Vm P.*] Facit tria: Primò repellit vnum accuſatorem: quia laicus. Secundò repellit alium: quia inimicus: Tertiò purgationem indicit. Secunda: ibi, *Cumque.* Tertia: ibi, *Sed vtrique.* Abbas Siculus.

C a s v s. P. Mãconella presbyter ex vna parte, & presbyter Bonus,

Bonus, & Ioannes laicus eius frater ex altera, erant in præſentia Papæ: Ioannes laicus cœpit accuſare P. Manconellam de ſimonia: Papa (quia laicus erat) non admiſſit eum ad accuſandum dictum P. Manconellam: quo repulſo, presbyter Bonus frater eius, cœpit illum ſtatim accuſare ſuper crimine ſimoniæ, & Papa eũ repulit, pro eo quod cũ idem Ioan. accuſaſſet dictum P. presbyterum Bonum fratrem ſuum induxit in teſtimoniũ cõtra ipſum P. Et quia etiam frater P. dictum Bonum presbyterũ de cauſa conſimili accuſauit: ideo neutrum illorum admiſit in accuſationem dicti P. Sed qa vterque ſuper obiectis erat infamatus, vtrique propter infamiam purgationem indixit: vnde mandat Papa, quòd vterque illorum cũ tribus ſacerdotibus debeat ſe purgare. Not. ꝙ laici clericos accuſare non poſſunt. Item mutua accuſatio repellit: quia præſumitur odioſa. Item qui tulit teſtimonium contra aliquẽ in cauſa criminali: non poteſt illũ accuſare poſtea. Item ſi quis accuſauit aliquem, & fuit repulſus: eius germanus repellitur ab illius accuſatione: quia præſumitur inimicus.

†Prçſertim cum fra er eiuſdẽ P. memoratũ B. &c.

† Vide Bernardinnm Diaz i practic. crim. can. c. 140. & Hoſtieſ. in ſum. tit. de purg. canonica. vnde illuſtrabitur hic textus & gloſſa.

¶ purgari.

cti laicus [a] frater eius ex altera, in noſtra eſſent præſentia conſtituti: eundem I. quia laicus erat, in dicti P. accuſationem non duximus admittendum. Cumque præfatus B. eundem P. ſuper crimine ſimoniæ conſtantius accuſaret: nos eum, quia in teſtimonium illius [b] cauſæ adductus fuerat: & quia prędictus I. frater eius, ipſum P. coram te prius accuſauerat, ab accuſatione repulimus: præſertim † cum frater P. memoratum B. antea de cauſa conſimili accuſaſſet. vnde quoniam vnus poſt alterũ prędictum P. inſtanti viciſſitudine accuſabant: neutrum ad eius accuſationem admiſimus; Sed vtriq; presbytero de obiectis criminibus, purgationem [c] † duximus indicandam. Ideoq; mandamus, quatenus vterque illorum cum tribus [d] ſacerdotibus faciat ſe purgare †.

¶ *Glo. ſeq. notat laicos non admittendos, &c. in fine obijcit ad teſtimonium, & ſoluit.*

a ¶ *Laicus.*] Nota quòd laici in accuſationem, vel teſtimonium clericorum nõ ſunt admittendi: & hoc regulare eſt, niſi ſuorum vel ſuam iniuriam proſequantur. 4. q. 6. omnibus. nec tunc ad teſtimonium: quia in facto ſuo nemo teſtis idoneus eſt. s̃. de teſti. de cætero. & 2. q. 1. prohibentur. & 4. q. 3. §. item omnibus. & hoc verum eſt, niſi in criminibus exceptis, vt eſt crimen ſimoniæ, hæreſis, & læſæ maieſtatis. j̃. de ſimo. tanta. & 2. q. 7. ſacerdotes. & c. oues. 15. q. 3. ſane. C. de epiſcopis & clericis. ſi quenquam. & in his caſibus, & conſimilibus admittuntur, ſi bono zelo, & non ex odio procedant: quia tunc nec ad accuſandum, nec ad teſtificandum admittũtur. j̃. de ſimo. licet Hely. & cap. per tuas. & j̃. eod. meminimus. & c. cum oporteat. Inimici in nullo caſu admittuntur 1. Laici enim bonæ famæ admittũtur in huiuſmodi exceptis criminibus: ſed ſi laici ſint malæ famæ, & viles perſonæ, tunc diſtinguitur: Si clericus ſuper illo crimine ſit infamatus, & malæ opinionis, admittuntur laici, & viles perſonæ: Si vero ſit bonæ famæ & opinionis, non admittuntur, & hoc bene colligitur. 1. q. 2. in primis. ad finẽ. & j̃. de ſimo. tanta. & per tuas. & hoc exceptis conſpiratoribus, & inimicis, & dixi, excipitur particeps criminis. ſupra de teſtib. veniens. Et teſtibus vilibus ſine corporali tormento 2 credi non debet: vt 2. q. 1. in primis. ad finem. ſed accuſator non torquetur. 4. q. 3. §. ſi autem ea rei. Et ſic Ioan. iſte (quia laicus erat) non admittitur contra clericum. Sed quare repellitur, cum accuſaret illum de ſimonia, quæ eſt crimen exceptum, & quia etiám erat infamatus, vt patet ex eo qđ indicitur purgatio illi? Reſpondeo quia erant inimici: quod bene colligitur propter mutuas accuſationes, & officia permiſta, vt patet ex ipſa litera.

1 Hoc verũ ſi ſint capitales, de quo dixi latiſſime lib. 3. in Directoriũ inquiſitorum Schol. 123.

2 Vide Iuliũ Clarũ in practic. cri. §. fin. q. 21. & quæ ſcripſi lib. 3. in Directorium Scho. 121.

b ¶ *Illius cauſæ.*] ſcilicet Ioannis laici fratris B. Iſte enim Io. prius accuſauerat forte ipſum P. coram epiſcopo, & B. fratrẽ ſuum induxit in teſtem, vt hic videtur: & ideo ipſe repellitur tanquam inimicus. j̃. eo. meminimus.

c ¶ *Purgationem.*] quia vterque fuerat infamatus. j̃. de ſimo. de hoc. & c. inſinuatum. aliàs nõ eſſet indicenda purgatio. 15. q. 5. de crimine.

¶ *Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit, iterum quærit & diſtinguit.*

d ¶ *Cum tribus.*] Arbitrarius enim eſt numerus purgatorũ, ſecundum arbitrium præſidentis, & qualitatem infamationis. arg. 2. q. 5. c. omnibus. c. presbyter. ſim. j̃. de pur. can. inter ſollicitudines. Nunquid epiſcopus poteſt diminuere de hoc numero, ex quo præfigitur à Papa ex quo eſt arbitrarius? Dicas quòd non, poſtquam Papa ſtatuit. arg. s̃. de offic. deleg. de cauſis. §. vlti. Quid ſi non poteſt habere compurgatores? Diſtingue: ſi hoc contingat ex eo, ꝙ eſt taliter infamatus, tunc puniri debet tamquã conuictus. j̃. de ſimo. inſinuatum. & j̃. de purga. can. cũ P. quæ eſt pars huius. Si verò non poteſt habere, quia eſt aduena, poteſt credi ſuo iuramento, ceſſante ꝓbatione. arg. s̃. de iureiu. c. vlt. & ff. de his qui no. infa. furti accipe. §. qui iuſſu. ver. ſed & ſi iure. in Authent. vt nulli liceat habere loci ſeruatorem. §. neceſſariũ. ver. ſi vero crimẽ. coll. 9. C. de cuſto. & exhib. re. Authen. nouo iure. Quid ſi hẽt bonos laicos? admittuntur. arg. 2. q. 1. in primis. Vin.

¶ Idem Vigerien. Epiſcopo.

¶ *Monachus accuſare poteſt abbatem, & de bonis monaſterij expenſas litis neceſſarias habebit.*

CAP. XI.

Ex † parte tua: & infrà. ¶ Prudẽtiæ tuæ taliter reſpondemus, quòd monachi (niſi alia rationabilis [e] cauſa impediat) eo quòd de obedientia, & ſubiectione abbatis eſſe noſcuntur, ab † eius accuſatione ſunt nullatenus repellendi: Licet [f] alios accuſare non poſſint. ¶ Quibus ſiquidem, cum proprium non habeant, de rebus monaſterij expenſæ [g] debent neceſſariæ, donec cauſa debitum finem accipiat, miniſtrari.

† Cap. 13. eo. tit. in 1. compil. & poſt cõcil. Latera. ſub Alexan. iij. part. 50. c. 16.

† Aliàs ita: ab eius accuſatione non ſunt vllatenus repellendi.

¶ Idem. †

¶ *Presbyter ebrioſus Miſſam celebrans, non præmiſſa digeſtione, eccleſia priuari debet. hoc dicit, vt conueniat omnibus lecturis.*

† Idem, id eſt Alexã. iij. ſed in 2. compila. c. 1. e. tit. Celeſtino iij. aliàs Clementi tribuitur.

Ex *parte tua.*] Tres ſunt partes. Secunda: ibi, *Licet.* Tertia: ibi, *Quibus.* Abbas. Casus. Monachi debent abbati obedientiam, & reuerentiam: Dubitabatur, vtrũ hoc non obſtante, poſſint ipſum abbatem accuſare: Reſpondet Papa ꝙ monachi non ſunt repellendi ab accuſatione abbatis, pro eo ꝙ de obediẽtia & ſubiectione ipſius noſcuntur eſſe, niſi alia rationabilis cauſa impediat, quibus debent de bonis monaſterij expenſæ neceſſariæ miniſtrari, vſque ad finem cauſæ, cum proprium non habeant. Nota quòd ſubditus poteſt accuſare ſuum prælatum, non obſtante obedientia.

e ¶ *Alia rationabilis cauſa.*] puta ꝙ eſſent excõmunicati. s̃. de excep. exceptionem. Vel ſi eſſent inimici, vel conſpiratores j̃. eo. meminimus. & j̃. de ſimo. per tuas. & j̃. eo. cum oporteat. & in caſu. j̃. eo. veniens. vt dixi s̃. eod. 1. Sed pro eo ꝙ obedientiam ꝓmiſit, non repellitur ab eius accuſatione: in hoc enim ꝙ malus eſt, non tenetur obedire ei, imo potius tenetur illum denunciare, ſiue accuſare, cum eorum interſit. s̃. eo. illa. & 11. q. 3. non ſemper. & c. Iulianus. arg. s̃. de maio. & obed. dilecti. in fi. & 2. q. 7. quapropter. 10. q. 2. epiſcopus. 17. q. 4. queſti ſunt. & quia vtilitatem eccleſiæ procurãt, debent eis expenſæ ab eccleſia miniſtrari: vt hic dicit, & j̃. eo. olim. & ipſe abbas debet habere expenſas 3, vt ſe defendat vſque ad finem cauſæ.

3 Secũdum Ala. & Vin. etiam ſi ſit ab adminiſtratione remotus. al legat. ff. de inoffi. teſt. ſi inſtituta. Ioan. And.

¶ *Glo. ſeq. ponit caſum exceptum: rationem reddit tex. dicit quòd determinare poſſunt. ſignat huic contrarium, format quęſtionem de monacho, qui eſt in ſcholis, & ſoluit.*

f ¶ *Licet alios.*] Alios verò accuſare non poſſunt, niſi interſit monaſterij, de licentia tamen abbatis. 16. q. 1. monachi. cum mortui ſint mundo. ead. cauſa. q. 1. placuit. & non tantum humanis vocibus, ſed diuinis mortui ſunt. 2. q. 7. placuit. Funeſta eſt eorum vox, vt ibi dicitur; id eſt ſemper flere debent, & triſtes eſſe. 16. q. 1. placuit. Denunciare autem poſſunt ad pœnitentiam quemlibet Chriſtianum: quia cuilibet dictum videtur: ſi peccauerit in te, &c. nulla facta exceptione, maximè ſi dicitur eſſe præceptum. arg. s̃. de iureiur. quemadmodum. Sed contra videtur dicere prædictum c. placuit, vbi dicitur, ꝙ monaſterium exire non debet monachus, ſed tamquam mortuus ibi eſſe. Sed pone, monachus eſt in ſcholis 4 de licentia abbatis: nunquid poteſt accuſare, vel aliter agere Reſpondetur, poteſt, ſi eius intereſt: qa eo ipſo ꝙ monachus de licentia abbatis eſt in ſcholis, per conſequens oĩa ei conceſſa intelliguntur, ſine quibus cõmodè non poſſit viuere. arg. s̃. de offi. deleg. pręterea. c. prudentiã. §. ſexta. & c. ſuſpicionis. tñ pro alienis debitis intercedere non poſſet, vt per monaſterium obligaret, cũ hoc non intellexerit abbas. arg. s̃. de fideiuſ. quod quibuſdam. & s̃. de ſol. ſi quorundam. niſi quantum pertinet ad propriam neceſſitatem, & hoc ſi abbas ei concedat. Tanc.

4 De hoc articulo vide in terminis per Horatium Luciũ tracta. đ priuilegijs ſcholarium in priuilegio. 84. adde in Deciſio. capellæ Tholoſanæ. q. 20. & q. 88

g ¶ *Expenſæ neceſſariæ.*] Arg. aduerſarium aduerſario compellen-

pellendum in expenſis prouidere contra ſe.arg.ff. de inoffi.teſta.ſi inſtituta.§.3.C.de carbo.edicto l.vlt.C.de ordi.cog.l.vlt. §.1.ver. nam ſi tales. & iſtæ expenſæ neceſſariæ tantum erunt, ſine quibus cauſa explicari non poteſt. De expenſis ſatis habes ſ.de dolo & contu.finem litibus.

CAP. XII.

SI † conſtiterit [a], quòd D.eccleſia non perpetuò cōceſſa, ſed ad tempus fuerit commēdata [b], & de vinolentia [c] †, & quòd in taberna [d] pernoctauerit [e], ita quòd altera die, nulla præmiſſa dormitione [f], † Miſſam cantaſſet: & infrà. ¶Si de hoc rationabiliter conuictus fuerit in iudicio ante epiſcopum [g] ſuum: ſiue accuſatus, vel ad rationē poſitus ſine coactione [h] fuerit confeſſus: ei ſuper eadem eccleſia perpetuum ſilentium imponatis, ipſum ab impetitione B.† deſiſtere compellentes. ¶Cæterum† ſi eidem fuit eccleſia canonicè conceſſa, & tradita, & poſteà de crimine aliquo non fuit † conuictus [i], propter quod de iure debeat † ſpoliari: vel poſt appellationem [k] (ſicut aliquādo allegauit) eccleſia illa fuerit ſpoliatus, ipſam ei faciatis reſtitui [l], & in pace dimitti.

¶Idem. †

¶Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.

CAP. XIII.

MEminimus tibi mandaſſe, vt D. Abbatiſſæ, cuius electionem cōfirmauimus, munus benedictionis impendere procurares. Sed quia H. pro altera [m] parte à te ad noſtram audientiam appellauit, proponēs quod de ſimonia accuſaret [n] eandem, mandatum noſtrum diſtuliſti effectui mācipare. †¶Quia verò te nō decet in hac parte, appellationi eiuſdem H.deferre, cum idem illius manifeſtus fuerit inimicus [o] †, & contra eam teſtimonium tulerit [p]: Mandamus, quatenus (cum inde fueris requiſitus) præfatæ abbatiſſæ munus benedictionis non differas impartiri †.

¶Innocentius iij. Archiepiſcopo Biſuntino.

¶Dicens ſe aliquem accuſaturum coram iudice, ante inſcriptionem poteſt ſine pœna deſiſtere, & non accuſare: ſed ei deſiſtenti ſilentium imponitur in perpetuum. Et ſecundùm hoc ſummarium iſte textus eſt notabilis. Ab.

CAP. XIIII.

LIcet † in beato Petro: & infrà. ¶Sanè cum ex literis B. Decani ſancti Stephani, & T.I. & M.canonicorum eccleſiæ Biſuntinæ ad Apoſtolicæ ſedis audientiam perueniſſet, te varia crimina commiſiſſe:

SI *conſtiterit.*] Poteſt multipliciter intelligi. Diuiditur. Nam primò inſtruit iudicem quando cōtra actorem pronuntiandum ſit. Secundò quando contra reum: ibi, *Cęterum*. Abbas.

† Vide notas hui⁹ capitis, vbi de vero agitur intellectu.

¶Glo. ſeq. ponit caſum.

a *¶Si conſtiterit.*] CASVS. 1 Sacerdos iſte petebat eccliſiam ſibi reſtitui, qua dicebat ſe iniuſtè ſpoliatum fuiſſe: Dicebatur in contrarium, quòd non erat audiendus: quia non fuerat ſpoliatus, cum non intitulatam, ſed commēdatam habebat tantum eccleſiam. Item ꝙ quaſi ebrius in taberna pernoctauerat, & nulla dormitione facta illa nocte, in ſequenti die mane Miſſam celebrauit ipſe, & ideo iuſtè priuatus fuit per iudicem ſuum, coram quo ſuper his fuerat accuſatus: & ipſe hæc omnia negabat, dicens, quòd canonicè in ea fuerat inſtitut⁹, & iniuſtè ſpoliatus, & poſt appellationem: Mandat Papa primò inquiri de præmiſſis: quę ſi vera ſunt, imponatur ei ſilētium ſuper ipſa eccleſia: Si verò ipſam habuerit canonicè, & non fuerit conuictus de crimine, vel poſt appellationem fuerit ſpoliatus, reſtituatur ei eccleſia. Ber. Nota, quòd qui eccleſiam habet commendatam, non dicitur eam propriè poſſidere, quare non dicitur ſpoliatus, ſi inde remoueatur, vel expellatur per commendatorem.

† violentia

† dormitatione.

1 Hic caſus Bernardi eſt & in antiquis codicibus reperitur.

† G.

† Aliàs ita: Cæterū ſi eidem fuerit eccleſia ipſa canonicè, &c.

† fuerit.

† debuit

† Idem. ſ. Alexan. iij. ſic ēt in veteri cōpil. c.2. eo.tit.

b *¶Commendata.*] ſic ſ.de elec.dudum.& 21.q.1.qui plures. Commendare enim eſt idem quod deponere.ff.depoſi.Lucius Titius Sempronio.& ſ.de depo.c.1. Qui enim deponit rē penes alium, poſſeſſionem intelligitur retinere.ff.depoſi.licet.& quandocunque vult, poteſt depoſitum ſiue rem commēdatam reuocare.ſ.de depoſi. bona fides.§.1. vbi de hoc.ff.depo.l.1.§. penul.& ita licite huic presbytero potuit auferri eccleſia, cum ipſe non poſſideret, & ſic non fuit ſpoliatus.

c *¶De vinolentia.*] id eſt 2 ebrietate. aliàs eſt de violentia. quia forte quandam ſtuprauerat.

2 Hæc gloſſula nec eſt Bernardi, nec hr̄ in antiqs codicibus.

d *¶In taberna.*] 44.diſt.non oportet.

e *¶Pernoctauerit.*] pernoctare, noctem totam ſignificat.ff.de verb.ſigni.vrbana.§.pernoctare.& ſ.de ſpon.veniens 2.

f *¶Dormitione.*] vnde non videtur ieiunus propter indigeſtionem, ſed pranſus celebraſſe. quod fieri non debet.de conſe.diſt.1.ſacramenta.& de conſe.diſt. 2. liquido.

g *¶Ante epiſcopum.*] ſ.de confeſ.cum ſuper.& præſente aduerſario. ff. de confeſ.certum.§.2. ergo ſi coram alio non ſuo iudice, non noceret talis confeſſio.ſ.de iudi. at ſi clerici.

h *¶Sine coactione.*] talis confeſſio ſic per coactionem extorta non præiudicat.31.q.2. Lotharius.15.q. 6.c.1. C. quorum appel.non re.l.2.& 2.q.6.c.fin.§.ſunt etiam quorum.ver. nullus etiam homicidarum.

i *¶Conuictus.*] vnde priuari non debuit ſine culpa.56.diſt.ſatis peruerſum. & 16.q.7. inuentum.

k *¶Poſt appellationem.*] quod enim poſt appellationem legitime interpoſitam ſit, debet in irritum reuocari.ſ. de offic. deleg.ſuper quæſtionum.in fi.& ſ.de appell.bonæ.

l *¶Reſtitui.*] cum fructibus perceptis.ſ. de reſti. ſpolia. grauis.vbi de hoc.

M*Eminimus.*] Primò ponit mandatum non executum, & eius cauſam: Secundò cauſam probat, & illud exequi mandat: ibi, *Quia verò*. Abbas.

CASVS. Quædā monacha C.nomine, fuit electa in abbatiſſam cuiuſdam monaſterij: cuius electionē Papa confirmauit, mandans diœceſano epiſcopo, vt ei munus benedictionis conferret: Dum eam benedicere vellet, quidam H.nomine, propoſuit ex aduerſo dicens, ꝙ eandem de ſimonia accuſare vellet, appellans, ne ipſam benediceret: propter quod eā non benedixit: proponebatur, ꝙ ille non deberet audiri: quia inductus fuerat in teſtē contra ipſam in cauſa electionis, quam Papa confirmauit: Significatum fuit hoc domino Papæ: vnde mandat eidem epiſcopo, ꝙ propter appellationē prædicti H.eam benedicere non poſtponat, cum fuerit requiſitus, quia cum teſtimonium tulerit cōtra ipſam eius pręſumitur inimicus. Nota, ꝙ inimicus non admittitur ad accuſandū ēt in crimine excepto.

† Aliàs mādare.

† Vide Antoniū Gomeziū to.3.varia.reſolu. c. 12. verſi. Tertio repellitſ inimicus.

† impertiri.

m *¶Pro altera parte.*] id eſt, pro ſeipſo ex aduerſo.

¶Glo. ſeq. recitari poteſt per obiectionem.

n *¶Accuſaret.*] ſed nō videtur ꝙ locum haberet adhuc accuſatio, cum nondum habuiſſet plenum ius, ſed potuis debuiſſet excipere contra eam: quod poſſet concedi: ſed quia repellitur ab obtento, poteſt admitti accuſatio. De hoc dicitur.j. eo. ſuper his.

† Capit.1. eo.tit.in 3. cōpil.altera pars huius c. j. de purga.can. c.vlti. vide Archidiaconū in c. Epiphaniū 5.q.6. circa finem.

o *¶Inimicus.*] ergo ſi non fuiſſet manifeſtus inimicus, deferendum fuiſſet appellationi, quia tunc cum crimen ſimoniæ exceptum ſit, eam poterit accuſare, vt plenè dictum eſt de hoc ſ.eod. cum. P.

p *¶Teſtimonium tulerit.*] Et forſitan ſuper eadem cauſa, vel alia conſimili alio ipſam accuſante, & ob hoc ſolum præſumeretur inimicus.ſimi.ſ.eo.cum P.& ſimi.4.q.3.c.placuit.§. item in criminali.in prin.vbi de hoc.Bern.

L*Icet.*] Ante inſcriptionem poteſt accuſator ab accuſatione ſine pœna deſiſtere: & ſi ad terminum non venerit, ei ſilentium imponitur. h. d. Diuiditur: Nam primò narrat factum. Secundò: ibi, *Nos igitur*: duo diffinit, & tertium committit ſecundum. ibi, *Quia verò*. tertium: ibi, *Ne autem*. Pars huius c.habetur.j.de purg.can.c. fi. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam canonici Biſuntini per ſuas literas ſuper crimine periurij, ſimoniæ, & inceſtus archiepiſcopum ſuū denuntiauerunt domino Papæ C.ipſe iuris ordine obſeruato, archiepiſcopo Biſuntino mandauit, vt ad certum terminum ad præſentiam ſuam accederet reſponſurus obiectis: archiepiſcopus ad terminum ſibi præfixum acceſſit. Innoc. C. interim ſublato de medio, cum nullus apparuiſſet, qui diceret aliquid contra ipſum. quæſiuit ab I.& O. archidiaconis conſtitutis in præſentia ſua, ſi aliquid contra ipſum ſuper præmiſſis vellent proponere: & legitimè oſtendere quod ſcripſerant contra ipſum: ipſi reſponderunt, ꝙ non propoſito accuſandi illa ſcripſerant: ſed quia ſuper quibuſdam incorrigibilis videbatur, denuntiauerunt illa domino Papæ: & nuntius qui pro literis acceſſerat impetrandis, mandati formam exceſſit: Vnde Papa illis ſilentium impoſuit, ne decætero ſuper his accuſarent,

rent, vel infamarent eundem : & quia citra inſcriptionem deſiſtere voluerunt, non imputatur eiſdem : ne igitur Papa minus canonice in ipſius archiepiſcopi abſolutione procedere videatur, inquiſitionem ſuper fama ipſius committit faciēdam. Nota, ꝙ licitum eſt deſiſtere ab accuſatione ſine pœna ante

ac ab eis fuiſſes per eaſdem literas ſuper periurio, crimine ſimoniæ, & inceſtus † delatus: Clemens † Papa prædeceſſor noſter, ſeruata iudiciaria grauitate, tibi certum terminum aſſignauit: quo reſponſurus obiectis, Apoſtolico te conſpectui præſentares. Cum autem iuxta tenorem citationis ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſes, nec † vllus appareret, qui te ita impeteret de prędictis: ne aliquid de contingentibus omittere videremur, ab I. & O. archid. in noſtra præſentia conſtitutis quæſiuimus [a] diligenter, ſi quid ſuper præmiſſis aduerſus te, pro ſe, vel pro alijs proponere vellent, & quod ſcripſerant, legitimè demonſtrarent: ipſi autem, quòd non propoſito accuſandi hæc ſcripſerant, reſponderunt: Sed quia ſuper quibuſdam incorrigibilis videbaris, quædam de te Apoſtolicę ſedi duxerāt intimanda: ſed nuntius, qui pro literis acceſſerat impetrandis, mādati formā exceſſit [b]. ¶ Nos igitur dictis canonicis, ſuꝑ prędictis ſilentium duximus imponendum, ne te de cætero [c] eis ſuper his accuſare liceat, vel etiam infamare. Quia verò prædicti canonici citra vinculum inſcriptionis [d] deſiſtere voluerunt, eis de iuris permiſſione id non duximus imputādum. ¶ Ne autem in abſolutione tua minus canonicè procedere videamur, quamuis potius in odore bonæ opinionis coepiſcoporū noſtrorum, quā

† inceſtu.

† In multis antiqs ita: C. Papa. p̄. N. quod legi pōt ita: Celeſtinus Papa prædeceſſor noſter.

† Aliàs ita: nec vnꝰ appareret, q te impeteret de prędictis.

inſcriptionem. Itē contra infamatū debet fieri inquiſitio, deficiente accuſatore. Item prælatus potius debet delectari in bona fama ſubditorum, quàm in infamia eorundem.

¶ *Gloſſ. ſeq. obijcit & ſoluit. iterum obijcit. & ſoluit.*

a ¶ *Quæſiuimus.*] Sed quare Papa quęſiuit ab iſtis, vtrum vellent aliquid proponere cōtra ipſum? Si enim accuſator non compareret in termino præfixo, amplius non auditur, niſi probet iuſtā abſentiā. 4. q. 5. quiſquis. & C. qui accu. non poſ. ſi ea quæ. & ſ. de fid. inſtru. accepimus? Reſpōdeo, non ſtatim debet iudex abſoluere præſentem, licet accuſator ſit abſēs: quia poteſt eſſe ꝙ habeat iuſtam cauſam abſentiæ: vt ſ. vt lit. non conte. quoniam. Iudex habere debet rationem viarum & temporis, & alterius etiam impedimēti. ff. de vaca. munc. tempus. ff. quib. ex cau. ma. ſi cui. §. 1. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de iudi. ſi prętor. in fi. & ſ. de re iudic. cū Bertoldus. Et ideo Papa iſtos requiſiuit: quia forte non credebat, ꝙ iuſta cauſa impediti tacerent. arg. 2. q. 7. plerunque. Et nota ꝙ licet abſenti reſtituatur accuſatio ſua. ff. qui. ex cau. ma. ſi cui. §. 1. tamē minor non reſtituitur ad accuſandū. ff. de mi. auxilium. Vel ideo nō imponitur ſilētium accuſatori, qa accuſator prius monendus eſt, vt procedat. C. qui accu. non poſ. qui crimen. & ideo iſti requiſiti fuerunt, ſi vellent aliquid proponere 1; quia ſi requiſitus accuſator non procedat, amodo non auditur, vt hic patet, & per iura prædicta. Sed videtur ꝙ iſti debuerunt puniri in expenſis, quia fecerunt illum citari ad curiam malitioſè. arg. prædictæ l. qui crimen. & ff. de iudi. eum quē temerè. ſed excuſantur propter nuntium qui formam mandati exceſſit, vnde non tenebantur. Idem videbatur dicendum, vbi etiam de crimine agitur ciuiliter. ff. de iure fiſ. l. 2. §. ſenatus. ſed in negotijs ciuilibus aliter proceditur contra abſentem actorem. C. de iud. propeṙandum. Io. De hoc dictum eſt ſ. de dolo. prout.

1 Vel requirūtur, quia nōdum inſcripſerāt: nec in modū accuſationis hoc propoſuerant: ſecūdū Hoſtiēſem. Ioan. And.

b ¶ *Exceſſit.*] Et ideo non valuit, nec præiudicat eis ex quo non habent ratum. ſ. de offi. deleg. cum olim 1. & ſ. de reſcrip. cum dilecta.

c ¶ *De cętero.*] ſ. eod. de his. 4. q. 5. c. 1. & 5. q. 5. illi qui. C. qui accuſ. non poſ. ſi ea. ff. ad Turpil. qui deſtitit. niſi iterato crimē committeret. arg. 6. q. 1. imitare. nam exceptio rei iudicatæ nō obſtat, niſi de præteritis commiſſis. ff. de excep. rei iudi. ſi rem meam. & l. ſeq. & C. ad exhi. neque. & l. non ignorabit. & ſ. de excep. cap. penult.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguit criminales, & ciuiles actiones.*

corum infamia delectemur [e]: Cabilonen. epiſcopo, & abbati de Firmitate, inquiſitionem famæ tuæ duximus committendam.

¶ Idem Sanctebur geñ. † Archiepiſco.

† Salzeburgen. † Satiburgen. † Salesburgen.

¶ *Ad proſequendam accuſationem criminalem non admittitur procurator, licet poſſet allegare cauſam abſentiæ, ſeu alias exceptiones non tangentes crimen propoſitum: & qui iurauit ſtare mandato alicuius, non admittitur ad accuſandum illum, ſi virtute iuramenti ſibi fuit iniunctum, vt non accuſaret. hoc dicit, & ad hoc ſolet allegari: & in hoc eſt valde vulgatum.*

CAP. XV.

VEniens † ad ſedem Apoſtolicam A. Prageñ. canonicus contra Prageñ. epiſcopum inter alia propoſuit corā nobis, quòd cum eſſet filius ſacerdotis, in eccleſiam fuerat Prageñ. intruſus: & contra eiuſdem eccleſiæ priuilegiū, homagium duci † Boemiæ prę ſtitiſſet, ſic ſubijciens Prageñ. eccleſiam ſeruituti: & infrà. ¶ Vnde prædictum epiſcopū ad feſtum Reſurrectionis dominicæ, peremptoriæ nos meminimus citauiſſe. Idem verò ad ſuam excuſationem, viarū diſcrimina, cōſecrationē chriſmatis imminentem, & ꝙ filius Boemiæ principis eſſet per ipſum baptizandus tunc tēporis per nūtios & literas allegauit. Licet autē excuſationes huiuſmodi (ſicut erant) friuolas æſtimantes †, ipſum reputauimus contumacem: nec procuratores eius in cauſa poſſemus recipere criminali [f]: eis tamen

† Capit. 2 eo. tit. in 3. compila. Et de materia & intellectu vide late per Antonium Rubeā tracta. de poteſtate procur. in cauſis criminalibus.

† In codice Barbatiæ deleta eſt vox, duci. & alterius manu ſupra ſcripta dictio, reg. ſed nouem Vaticani habēt, duci. in vno ſuper verbo. duci, habeatur hæc: olim. hodie tex.

† extimantes.

d ¶ *Citra vinculum inſcriptionis.*] Et quia ante inſcriptionē deſtiterunt, eis non imputatur: quia nemo compellitur accuſare. 2. q. 3. ſi quē. & c. ſi quis iratus. poſt libelli oblationem ſine pœna deſiſtere licet. ff. ad Turpil. quæſitum. ff. de in ius voc. libertus. tamen ille qui infamauit, tenetur iniuriarum. ff. de iniu. item apud. §. ſi quis libello. In ciuilibus tamen actionibus bene cōpellitur agere, poſt libellum oblatum, reo inſtante. C. quomodo & quando iudex. Auth. qui ſemel. Io.

e ¶ *Delectemur.*] Arg. ꝙ præſtantius eſt priuilegiū bonæ famæ, quā malæ opinionis. arg. j. de purga. cano. cum in iuuentute.

VEniens.] Qui iurat aliquem non accuſare, repellitur ab eius accuſatione. hoc dicit. Diuiditur. Nam prima pars narrat factum. Secūda pronunciationē, citationem, & purgationem. Secunda: ibi, *Cum igitur.* Abbas Siculus.

Casus. Quidam canonicus Prageñ. A. nomine, in præſentia Papę propoſuit cōtra epiſcopum Pragenſem, ꝙ cum eſſet filius ſacerdotis in Prageñ. eccleſiam non fuerat canonicè ingreſſus, & contra priuilegium eccleſiæ Prageñ. duci Boemiæ homagium prę ſtitiſſet, ſic ſubijciendo eccleſiam ſeruituti: vnde Papa citauit eum vt ad certum terminum cōpareret corā ipſo: Ipſe vero in ſuam excuſationem per nuntios allegauit viarum diſcrimina, conſecrationē chriſmatis imminentem, & quòd filius ducis baptizandus erat tunc temporis per eundem: Papa audiens huius allegationes, eas friuolas reputauit, & ipſum habuit contumacem: & licet procuratores eius in cauſa criminali recipi non poſſent, tamen eis conceſſit auditores, vt ſi poſſent, ipſum aliquatenus excuſarent: Coram quibus prædictus A. obiecit prædicta contra epiſcopum: ſed ex aduerſo fuit ei reſponſum, ꝙ cū olim ſuper hoc literæ fuiſſent impetratæ ad archiepiſcopum Magdeburgeñ. idem A. in probatione deficiens, ad pedes epiſcopi humiliter ſe proſtrauit, veniā poſtulans ab eodem: & confeſſus fuit, ꝙ calumnioſè ꝓceſſerat contra ipſum: propter quod iurauit ſtare mandatis ipſius, & ipſe præcepit ei ſub debito iuramenti, vt contra ipſum de cætero talia proponere non auderet: quod totum in pręſentia domini Papæ fuit confeſſus: vnde ipſe impoſuit ei ſilentium ſuper impetitione epiſcopi: tamen quia contumax fuit, citat ipſum ad præſentiam ſuam: & propter infamiam indicit ei purgationem. Nota, ꝙ in criminali non admittitur procurator. Item in cauſa criminali auditur quis allegans excuſationem. Item qui ſemel calumniatus eſt contra aliquem, non auditur amplius contra eundem. Item licet quis ad iudicium malitioſè vocetur, venire debet, aliàs contumax reputatur.

¶ *Glo. ſeq. ponit regulam, & 9. caſus exceptos. Secundò ponit opinionem, quam reprobat.*

f ¶ *Criminali.*] Habes ergo hic expreſsè, ꝙ in cauſa criminali

non

conceſſimus auditores, vt ſi poſſent, illum aliquatenus excuſarent. Cumque prædictus A. coram eis repetijſſet obiecta: fuit ex aduerſo reſponſum, quòd cum olim ſuper hoc ad Magdeburgeñ. archiepiſcopum literæ fuerint impetratæ: idem A. in obiectorum ſe videns probatione deficere, ad pedes eius ſe humiliter proſternens, veniam poſtulauit: & quòd aduerſus eum calumnioſè proceſſerat, eſt confeſſus. Cæterum cum ſuper hoc, mandato ſtare eiuſdem archiepiſcopi iurauiſſet: ipſe præcepit eidem, ſub debito pręſtiti iuramenti, vt contra eundem epiſcopum de cætero proponere talia non auderet. ¶ Cum igitur nobis ex ipſius A. confeſſione conſtaret, ipſum iuramentum huiuſmodi præſtitiſſe, ac tale recepiſſe mãdatum [a]: ſuper impetitione dicti epiſcopi, ſilentium [b] ei duximus imponendum: propter [c] † cõtumaciam tamen eidem epiſcopo citationem, & purgationem propter infamiam indicentes.

† Sicuti vetera & emẽdata exemplaria hunc locũ reſtituim⁹ vt eſt impreſſus, cũ perperã in vulgatis legatur ita, ꝑ contumaciã tñ eidem epõ canonicã purgationẽ propter infamiã indicentes.

¶ Idem Priori ſancti Fridani, & magiſtro B. canonico Piſano.

¶ *Denunciator criminis non ſe inſcribit, quia ad correctionem tendit: accuſator autem inſcribit, quia tendit ad pœnam: excipiens verò inſcribit ad pœnam extraordinariã, ſi per exceptionem deijcitur ab obtento: aliàs ſecus. hoc primò. Secundò dicitur, quòd dum diſcutitur de crimine per modum exceptionis, poteſt interuenire procurator.*

CAP. XVI.

SVper † his, de quibus nos conſulere voluiſtis, inquiſitioni veſtræ breuiter reſpondemus, quòd tribus [d] modis valet crimen opponi, denuntiando, excipiendo, & accuſando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt inſcriptio neceſſaria, ſed cum in modum accuſationis, oportet [e] † inſcribi: quoniam ad depoſitionem

† Capit. 3. eo. tit. in 3. cõpil. Vide B. Thomã 2.2. qõ. 68. artic. 4. & Bernardinũ Diaz in pract. cri. cano. c. 6.

† Sed an hodie inſcriptio, ſeu obligatio ad pœnam talionis fieri debeat, tradunt ꝑter docto. hic, Iul. Clarus in prac. crimi. §. fin. q. 12. Couarruuias lib. 2. varia. reſol. c. 9. & Petr. Duenas regula 27. in c. accuſans aliquem.

1 Si tñ iter uenerit, & non fuerit obiectum. valet quod fit cum eo. vt no. ĩ. de iud. cap. 1. lib. 6. & facit qđ not. C. de adulter. quãuis indubitati. Ioan. And.

non interuenit procurator 1, nec ad agendum, nec ad defendendum. 5. quæſt. 3. in criminalibus. & 3. quæſt. 9. abſens per alium. ff. de public. iudic. l. penultim. §. 1. & hoc eſt generale. Fallit tamen in certis caſibus: In crimine iniuriarum: vt 3. quæſt. 9. cap. abſens. §. niſi. & C. de iniu. l. vltim. ſed ad excuſandum vel excipiendum admittitur procurator, vt hic, & 23. quæſt. 5. reos. & ſupra de dol. cum dilecti. Item cũ agitur de crimine nõ criminaliter, interuenit procurator. ſupra de procura. tuæ. & infra. cap. proxim. in fine. Item in leuibus criminibus. ff. de accuſ. leuia. argu. Item ſi crimen non excedit pœnam relegationis. ff. an per alium cau. appell. reddi poſſint. l. 1. Item in crimine ſuſpecti tutoris. ff. de procur. non ſolum. §. vltim. Item cũ quis accuſat alium de ingratitudine. ff. de procura. ſed & hæ perſonæ. §. 1. Item in actione 2 populari interuenit procurator ad agendum pro priuato damno. ff. de procur. l. licet. ſed pro publico non interuenit procurator ad agendum: ſed ad defendendum. ff. de popu. actio. qui populari. Item dominus defendit ſeruum in crimine. ff. de accuſ. ſi cui. §. penult. Melendus dixit, quòd ex parte rei poſt litem conteſtatam ſemper poteſt procurator interuenire. 23. quæſt. 5. reos. Sed illud loquitur in procuratore ad allegandas cauſas abſentiæ, 3 quia reipublicæ vtile eſt abſentes à quibuſcunque defendi, & quemlibet pro eo verba facientem audiri. ff. de procur. ſeruum quoque. §. publicè. & hic iſti admittuntur ad excuſandum, & ſic intelligitur. 23. q. 5. reos.

2 Aliàs accuſatione.

3 Vel ad exceptiones obiiciẽdas & ibi not. Io. ꝑ hanc decret. & hic idẽ dixit Io. An.

a ¶ *Tale recepiſſe mandatum.*] quod de iure fieri potuit. ſ. cap. proxim.

¶ *Gloſſa ſequens notat quòd qui iurauit, &c. quærit an denuntiet. arg. quòd ſic, ſoluit contrarium. Item quærit & remittit.*

b ¶ *Silentium.*] Nota quòd qui iurauit ſe non accuſaturum aliquem, amplius non auditur contra illum. ſupra de iureiurando quemadmodum. & maximè vbi primo calumnioſè accuſauerit, vt hic: quia præſumitur poſtea quòd malo animo moueatur: vnde non eſt vlterius audiendus. argum. 3. q. 10. placuit. vel etiam ſi ſimpliciter remiſit accuſationem. 23. quæſt. 4. ſi illic. & de pœnit. diſtin. 4. diuina. & eo ipſo quòd quis dixit ſe nolle accuſare illum, amplius non auditur. ff. de adult. ſi maritus 2. §. ſi negauerit. Sed nunquid talis poteſt ipſum denuntiare non obſtante iuramento? quod videtur per decret. prædictam, quemadmodum quod non eſt verum, cum primò calumniatus fuerit: quia calumnioſè denuntians non auditur, imo punitur de calumnia. ĩ. titul. proxi. c. 2. Sed nunquid alius poteſt illum accuſare de crimine, de quo abſolutus eſt? De hoc dic vt ſ. eod. de his. & quod habes 2. q. 1. prohibentur. Io.

¶ *Glo. ſeq. not. etiam iniuſtè citatum, & c. quod declarat diſtinguendo: ponit etiam quomodo citatio non tenet ratione temporis, perſonę citantis, perſonæ citatæ, & loci.*

c ¶ *Propter contumaciam.*] Sic patet, ꝙ ſemper debet quis venire ad iudicem ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè 4 vocetur, aliàs punitur vt contumax: vt hic patet, & ff. ne quis eum qui in ius vocan. eſt vi eximat. l. antepenult. §. item ſi quis. ff. iudic. ſol. ſi reus. Quod verum eſt cum dubitatur, an citatio teneat. ſ. de appel. ſi duobus. & cap. cum parati. & ff. de iudi. ſi quis ex aliena. Sed ſi euidens eſt, quòd citatio non tenet: non tenetur venire citatus, puta ſi citetur aliquis tempore feriato. arg. 5. q. 2. cap. 1. & eſt expreſſum. ſ. de fer. cap. vltim. ff. de fer. l. 1. niſi eſſet iuſta cauſa, vt ibidem dicitur, puta res peritura, vel ratione criminis: vel niſi pietas, vel neceſſitas hoc ſuadeat. quandoque non valet ratione perſonæ. vt 4. quæſt. 3. §. liberti. quandoque ratione loci inhoneſti 5. ff. de arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter. vel ſi eſſet nimis remotus, forte ire non teneretur, ſi conſtaret, quòd in literis non contineretur illa clauſula: non obſtante cõſtitutione de duabus dictis. ſ. de reſcrip. nonnulli. ſi euidens ſit ipſum nõ eſſe iudicem qui citat. ſ. de offic. delega. ex literis. vel ſi ordinarius citat illum, qui non eſt de ſua iuriſdictione, nec ratione criminis, ſeu contractus. ſ. de foro compe. cap. vlt. vbicunque dubitatur de iuriſdictione, debet quis ire & allegare priuilegiũ ſuũ, aliàs tamquam contumax poteſt puniri, vt hic patet. Io.

4 Hoc ideo dicit, quia epſ hic calũnioſè videbatur accuſari, & ꝑ cõſequens calumnioſè citari.

5 Vel notoriè periculoſi: vt in cle. de re iudi. paſtoralis. verſi. Piſana. Io. And.

SVper his.] Diuiditur in duas partes principales. ſecunda: ibi, *Licet.* Et prima ſubdiuiditur: quia primò ponit tres modos opponendi crimen. Secundò illos proſequitur: ibi, *Quando.* Abb.

CASVS. Quidam electus fuit in epiſcopum Lucañ. quidam canonici opponebant ſe illi electo, quædam impedimenta contra ipſum proponentes, ſcilicet, quòd erat malæ famæ & opinionis, & quòd contraxerat matrimonium cum vidua, vt ſic repelleretur tamquam indignus: ſuper his mandat Papa inquiri: Opponebatur contra illos qui ſe opponebant, & impetrauerant de his inquiri: quòd debebant ſe obligare ad pœnam, ſi deficerent in probatione: vnde iudices illi ſuper hoc conſuluerunt dominum Papam: & ipſe reſpondit, quòd tribus modis poteſt crimen opponi, denuntiando, excipiendo, & accuſando: quando crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt neceſſaria inſcriptio: ſed cum opponitur in modum accuſationis, tunc debet inſcribi, cum talis accuſatio fiat ad depoſitionem: cum vero crimen opponitur in modum exceptionis, diſtinguendum eſt, quare opponitur & quando. Si obijciatur vt aliquis repellatur ab accuſatione, vel teſtimonio, non eſt neceſſe inſcribi: Sed cum opponitur vt aliquis repellatur à promotione officij & beneficij, ſi ante confirmationem opponitur, ſecundum quòd hic opponebatur: non debet quiſquam inſcribere, quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum, ſed nõ deijcit iam promotum: Si verò obijcitur poſt confirmationem, cum electus debet conſecrari, debet obijciens ſe obligare ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis: quia deijcit ab obtento, & repellit ab obtinendo: quia crimine ſic probato, perdit quod per electionem & confirmationem fuerat conſecutus; & in caſu iſto licet agatur de crimine, non tamen eſt quæſtio criminalis: vnde per procuratorem poteſt tractari. Nota tres modos obijciendi crimen, prout in litera dicitur. Item cum agitur de crimine non criminaliter, poteſt cauſa tractari per procuratorem.

d ¶ *Tribus modis.*] Quartum 6 modum habes, ſcilicet per inquiſitionem. ĩ. eod. inquiſitionis. & c. qualiter & quando. & ĩ. de ſimo. licet. exceptis notorijs: vt in c. licet. Et lex etiam dicit: quòd quatuor ſunt genera cognitionum: quia aut agitur de capitali crimine, aut de fama, aut de pecuniaria re, aut de honoribus, vel muneribus agendis. ff. de varijs & extraord. cog. l. penult.

6 Alios ẽt modos ponit Aegidius Boſſius ĩ prac. crim. & refert ẽt Camillus Cãpegi⁹ apud Zanchinũ. c. 9.

¶ *Glo. ſeq. ponit quinque caſus, quibus non inſcribitur, & ſubdit quid ſit inſcribere.*

e ¶ *Oportet inſcribi.*] Sic. ĩ. de ſimo. licet Hely. niſi in caſibus

Primò

instituitur accuſatio : ſed ad correctionem eſt denũtiatio [a] facienda. Cum autem excipiendo fuerit crimen obiectũ, diſtinguendum eſt quare opponatur, & quando. Si autem obijcitur, vt † ab accuſatione [b], vel teſtificatione [c] aliquis repellatur, non eſt inſcribi neceſſe : ſed cum opponitur, vt quis à promotione officij, vel beneficij excludatur: ſi ante cõfirmationem obijcitur, non cogitur quiſquã inſcribere : quia crimen hoc modo probatum, impedit [d] promouendum : ſed non deijcit [e] iam promotum. Poſt confirmationem [f] verò, cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut etiam conſecrãdus : quia etiam ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento, ad extraordinariam pœnam ſecundum arbitrium [g] iudicis diſcreti, citra vinculum inſcriptionis, eſt excipiens aſtringendus [h], ſi defecerit in probando : pro eo quòd crimine ſic probato, perdit quod per electionem, & confirmationem ei fuerat acquiſitum : ſed ob hoc prius habita non amittit. Licet enim agatur de crimine, non eſt tamen huiuſmodi quæſtio criminalis [i], vnde per procuratorem [k] poteſt ritè tractari.

†Aliàs ita: vt ab accuſatione & teſtificatione, c.&

¶Idem Vercelleñ. epiſcopo, & abbati de † Tileto.

† de Cilito. † de Cilieto. † de Tileta.

¶Generales inquiſitores, ſi non ſeruauerunt debitum inquiſitionis ordinem, prudenter & cautè ſe corrigere debent. hoc primò: Secundò ponit formam iuramenti, quam inquiſitores exigunt ab inquiſitis.

CAP. XVII.

QValiter † & quando: & infrà. ¶Si circa Nouarieñ. epiſcopum debitum inquiſitionis [l] ordinẽ obſeruaſtis, diſcretionem veſtram in Domino commendamus. Si verò qualibet occaſione prætermiſiſtis eundem, adhuc ipſum † tempore opportuno volumus obſeruari [m] : ne inde naſcantur iniuriæ [n], vnde iura naſcuntur : Ideoque mandamus, quatenus ad conſcientiæ veſtræ iudicium recurrentes, ſi contra præſcriptũ ordinẽ tamquã homines exceſſiſtis: nõ pudeat vos errorem veſtrum corrigere [o], qui poſiti eſtis, vt aliorum

† Cap.4.e. tit.in 3. cõpilatione. Vbi eſt integra, quæ vidẽda ẽ, vt melius hoc fragmentũ intelligatur. abſciſſum tamen eſt infra eod. ti.c. qualiter & quñ. à prĩcipio vſque ad §. dẽt igiẽ.

†Aliàs ita, hunc ipsũ. Matth.7.

primò in crimine abiegatus. C. de abige. l. vnica. Item in leuibus, & paruis criminibus. argumen. ff. de ac. leuia. Item in his, quæ apparitores referunt. C. de accu. ea quidem. Item in crimine apoſtaſiæ. C. de apoſta. apoſtatarum. Item cum accuſatur Chriſtianus, qui contraxit cum Iudæa: vel econuerſo. C. de Iudæ. ne quis. Inſcribere, eſt obligare ſe ad eandem pœnam, ſi non probauerit, quam reus debuit pati, ſi probaſſet ipſe accuſator: vt 2. quæſtio. 8. quiſquis. & capit. qui crimen.

a ¶*Denunciatio.*] Præcedente legitima admonitione, aliàs repellitur. infrà eodem cum dilectus. niſi in caſibus. j. eo. inquiſitionis. 1. reſpon.

b ¶*Accuſatione.*] poteſt accuſator repelli, obiecto ſibi maiori crimine, pari, vel etiã minori in modum exceptionis: quia criminoſus criminoſum accuſare non debet, vt dixi. ſuprà eodem capitu. 1. & capit. nulli. & 2. quæſtion. 7. ſi quis. & cap. quærendum. Sed ab excipiendo non repellitur quis propter crimen, ſeu propter excommunicationem. ſuprà de excep. cum inter. & cap. dilecti filij. quia cuilibet ſeruatur legitima defenſio, vt ibi dicitur.

c ¶*Teſtificatione.*] ſuprà de ordi. cogn. cum dilectus. & ſuprà de teſti. ſuper eodem 1. & capitu. teſtimonium. & ſuprà deexcep. denique.

d ¶*Impedit promouendum.*] Et obſtat etiam in dignitatibus poſtmodum acquirendis. ſuprà de elec. ſuper eo. & arg. 2. q. 1. prohibentur. & s̃. eod. omnipotens.

e ¶*Non deijcit.*] id eſt, propter hoc non priuatur alijs dignitatibus, ſeu beneficijs: quia non agebatur ad hoc. s̃. de ordi. cog. cum dilectus. ff. de lib. agno. l. 1. in fi. Sed ſi ex tali probatione grauata ſit eius opinio, nõ promouebitur. s̃. de teſtib. teſtimonium. & 81. diſt. tantis Daniel. & s̃. eod. omnipotens. niſi ſe purgaret.

f ¶*Poſt confirmationem.*] Tunc enim ſpirituale vinculum eſt contractum. ſuprà de tranſla. inter corporalia.

g ¶*Arbitrium.*] Hoc generale eſt, quòd vbi certa pœna expreſſa non eſt in iure, arbitrio iudicis relinquitur. ſuprà de offic. delega. de cauſis. ff. de iure delib. l. 1. in fin. & à tali pœna impoſita poteſt appellari : ſecus à pœna expreſſa in iure. ff. de verbor. ſignifica. l. antepenul. Sic & vbi ius expreſſum non eſt, ſecundum æquitatem eſt procedendum. ſuprà de tranſla. cap. vltim.

h ¶*Aſtringendus.*] Licet enim nõ inſcribat, obligabit ſe ad extraordinariam pœnam, ad arbitrium iudicis, vt hic patet; & arbitrium iudicis æquum eſſe debet: vnde ſi excederet, reducenda eſſet illa pœna ad arbitriũ boni viri. s̃. de iureiur. Quintauallis. & cap. veniens. ad fin.

i ¶*Criminalis.*] Et tamen requiritur in tali cauſa præſentia plurium 1 epiſcoporum, ac ſi eſſet criminalis. 23. diſtinct. illud. & 3. quæſtion. 6. hæc quippe. & in hac cauſa teſtes compellendos credo. De hoc dixi. ſuprà de teſt. cog. capitu. pen. in fin. gloſſ.

1 Vide pleniꝰ hic Panormitanum declarantẽ hãc gloſſam.

k ¶*Per procuratorem.*] ſic. s̃. de procu. tuæ. Sed vbi de crimine agitur criminaliter, non interuenit procurator. s̃. eod. cap. proxim. vbi de hoc.

QValiter.] Diuiditur in duas partes ſecundum quod continet duo dicta. Secũda: ibi, *Formam vero*. Prima ſubdiuiditur. Nam in principio & in fine commendat & confirmat inquiſitores ſi bene proceſſerunt; in medio verò. ſ. in ver. *Si verò.* inſtruit, ſi malè proceſſerunt. Abbas.

CASVS. Inquiſitores quidam legati Apoſtolicæ ſedis cœperunt facere inquiſitionem contra epiſcopum Nouarieñ. ſignificatum fuit domino Papæ, quòd inquiſitores ipſi nõ ſeruauerunt debitum ordinẽ inquiſitionis contra epiſcopum Nouarieñ. vnde Papa ſuper hoc ſcribit inquiſitoribus illis, dicens, quòd ſi ordinem inquiſitionis debitũ ſeruauerunt, commendat eos: Si verò non ſeruauerunt debitum ordinẽ inquiſitionis, vult quòd ipſum tempore opportuno debeant obſeruare, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur: Si autem tãquam homines exceſſerunt, non pudeat eos errorem ſuum corrigere: quia qua menſura menſi fuerint, remetietur eis, & aliquã occaſionem inueniant congruentem, ne ſua vileſcat auctoritas: qa ex his quæ inordinatè ſunt acta, non poteſt aliquid ordinabiliter agi: ſi verò ordinem debitum ſeruauerunt, via regia incedentes, Deum ſolum habentes præ oculis, in negotio ipſo ſine perſonarum acceptione procedant, Formam verò iuramenti, quam à clericis Nouarieñ. in hoc negotio receperunt, in ſimilibus debeant obſeruare, hoc modo, vt iurent clerici, quòd ſuper his quæ ſciunt, vel credunt in ſua eccleſia reformanda, tam in capite quam in membris, exceptis criminibus occultis, plenam & meram dicant inquiſitoribus veritatem. Not. quòd in inquiſitione ordo iuris ſeruandus eſt. Item vnde iura procedunt, non debent iniuriæ naſci. Item iudex errorem ſuum reuocare debet. Item ex his quæ inordinatè ſunt acta, non poteſt aliquid ordinabiliter agi. Item in inquiſitionibus faciendis, de occultis nec quærendum eſt, nec dicendum, ſed de his tantum de quibus infamia præceſſit.

l ¶*Inquiſitionis ordinem.*] qui 2 continet duo: Primum, ꝙ regulariter non fit inquiſitio, niſi contra infamatum. Secundum, quòd ex quo conſtat de infamia, inquiri debet de veritate. Hoſtienſis.

2 Hæc gloſſula nõ eſt Bernardi, ſed ex lectura Hoſtiẽſis collecta, vt & finis indicat.

¶Gloſſa ſequens arguit quòd non ſit functus, &c. alleg. 3. iura in contrarium, & ſoluit.

m ¶*Obſeruari.*] Argumen. quòd iudex qui malè iudicauit non dicitur functus officio ſuo, ſed iterum debet procedere, & bene iudicare. argumen. ff. de arbi. dicere autem. §. ſed ſi de pluribus. Argumen. contra: quia ſiue bene, ſiue malè ſententiam dixit, vlterius ſe intromittere non poteſt. ff. de arbi. quia arbiter. ff. de re iudi. iudex. & ſuprà de offic. delega. in literis. ſecus in caſu iſto : quia iſti erant generales legati ad inquirendum, vnde poterant mutare ſi erraſſent, & nondum tulerant etiam ſententiam, ſed errauerunt in proceſſu.

ADDITIO. Vel punitur ad arbitrium iudicis. argu. j. eod. inquiſitionis. 1. reſponſo, in fin. j. eo. cap. vlt. arg. j. titu. proxi. cap. vltim. argum. à contrario ſenſu. & s̃. titu. proxim. cap. vlt. vbi ponitur quòd excipit.

n ¶*Naſcantur iniuriæ.*] C. vnde vi, meminerint. & 21. q. 3. perueuit. & s̃. de reſcrip. nonnulli.

¶Gl. ſeq. not. quòd iudex corrigit interlocutoriam, adducit tres concor. & tria ſimilia.

o ¶*Corrigere.*] Not. ꝙ iudex poteſt corrigere errorem ſuũ,

ſi malè interlocutus ſit: vt hic patet; & ſ. de app. cum ceſſante. & ĩ. de ſenten. excom. ſacro. ff. de re iudi. quod iuſſit. & eccleſia [1] cum errat, mutat ſententiam. ſ. de frig. & maleſi. fraternitatis. & 35. quæſt. 9. c. loci. §. his ita. & c. ſententiam. & c. graue. & 22. quæſt. 4. magnæ. & teſtis poteſt corrigere ſuum errorem. ſ. de teſtib. cogen. ꝑterea. ſi. ſ. de vſu pal. niſi [2]. Et dicit Imperator: Non enim erubeſcimus, ſi quid melius horum, quæ prius ipſi diximus, adinueniamus, competentem prioribus imponere correctionem: ne ab alijs corrigi expectemus [3]. in Authē. de nup. circa prin. per vnam columnam, col lat. 4.

1 Ideſt, iudex eccleſiaſticus.

2 Adde an & quando poſſit, per Bart. in l. ſi poſtulauerit. ff. de adulter.

3 Ad hoc ſupra. q. fil. ſint legi. c. 2. Io. And.

a ¶*Inordinatè.*] 14. q. 5. neque enim ſi agris. & c. forte. & 1. q. 1. nō eſt putanda.

b ¶*Via regia incedentes.*] hoc eſt, à iuſtitia non declinantes.

† exceptione.

c ¶*Perſonarum acceptione.*] ſic ſ. de iud. nouit. & ſ. de ſta. reg. ea quæ.

d ¶*In ſimilibus.*] vt ſupra de tranſla. inter corporalia. & ſ. de re iudi. in cauſis. & ff. de legi. l. non poſſunt.

† Verbū eſſe, deeſt in antiqs exēplaribus.

e ¶*Exceptis occultis.*] Quia ſuper his inquiſitio fieri non dēt, ſed ſuper illis tantum, de quibus infamia præceſſit. ĩ. eod. inquiſitionis. §. 1. & c. qualiter. & ſi teſtes de occultis dicant, non puniuntur: vt cap. inquiſitionis. quia ſuper his non iurauerunt.

f ¶*Plenam.*] cum iurant ſecundum hanc formam; ſecus ſi iurāt reſpondere ad interrogata tantum. ĩ. c. prox.

C*Vm dilecti.*] Primò ponitur legatorū inquiſitio. Secundò: ibi, *Quia.* eorum dubium, propter quod fuit facta commiſſio. Tertiò: ibi, *Mādamus.* commiſſionis forma bimembris. Abb. Sic.

† Cap. 5. e. tit. in 3. cō pilat.

¶*Gloſſa ſequens ponit caſum, quem etiā proſequitur.*

corrigatis errores: quoniam apud iudicem diſtrictū, in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet, vt inueniatis occaſionem aliquam congruentem, per quam, ne veſtra vileſcat auctoritas, quanto cautius, & prudentius poteritis, ſuperſedeatis ad præſens, quoniam ex his, quæ inordinatè [a] ſunt acta, non poteſt ordinabiliter agi. Si verò præſcriptum ordinem cuſtodiſtis, omni gratia & timore poſtpoſitis, Deum ſolū habentes præ oculis, via regia [b] incedentes, ſine perſonarum [c] acceptione † in negotio procedatis. ¶Formam verò iuramenti, quàm à clericis Nouarieñ. ſuper inquiſitione facienda in hoc negotio recepiſtis, in ſimilibus [d] volumus obſeruari: vt videlicet iurēt clerici, quòd ſuper his, quæ ſciunt, vel credunt eſſe † in ſua eccleſia reformanda, tam in capite, quàm in membris (exceptis [e] occultis criminibus) meram, & plenam [f] dicant inquiſitoribus veritatem.

¶Idem Archiepiſcopo Arelateñ. & Vallis magnæ abbati.

¶*Si is contra quem inquiritur, iurauit reſpondere tantum ad interrogata, poſt confeſſionem auditur volens probare excuſationes, quæ confeſſionem non perimunt, ſed exponunt: ſecus ſi iurauerit plenam, & meram veritatem dicere.*

CAP. XVIII.

CVm † dilecti [g] filij Ciſtercieñ. abbas, & P. & R. monachi Fontis frigidi Apoſtolicæ ſedis legati ad eccleſiam Agatheñ. acceſſiſſent, vt in ea legationis officium exercerēt: quia de Agatheñ. epiſcopo per frequentem clamorem [h] multa ſibi fuerant inſinuata ſiniſtra, voluerunt deſcendere, ac videre, ſi clamorem opere compleuiſſet; & infrà. ¶Quia verò nobis non conſtitit, ſub qua forma epiſcopus cum canonicis Agatheñ. coram dictis legatis præſtiterit † iuramentum, vtrum videlicet ita iurauerit, vt ſuper ſtatu eccleſię plenam [i] & meram [k] diceret veritatem, an vt ad inquiſita veraciter reſponderet, Mandamus, quatenus eiſdem legatis ex parte noſtra mādetis, vt ſub qua forma iuramentum præſtiterit, ſtudeant fideliter intimare. Et ſi ſecundum reſponſionem [l] eorum, ſub ſecunda forma iurauerit, aut † ipſe ſufficienter probauerit, ſe ſub illa forma iuraſſe, aut per depoſitiones teſtium, quos produxit, aut etiam aliorum, cum depoſitiones illæ non fuerint publicatæ, nec productioni teſtium renūciare curauerit: quoniam ſecundum eandem non teneretur ex debito iuramenti niſi ad quæſita ſolummodo reſpondere: vos excuſationes ſuas audire curetis: & ſi eas probauerit, cum excuſationes huiuſmodi confeſſiones eius non perimant, ſed exponant, quæ tales ſunt, vt † ad bonum & malum valeant retorqueri [m] †, & ideo iudicari debent ex cauſa [n], eū ſublato appellationis obſtaculo abſoluatis: cum & ſi repertus ſit culpabilis in quibuſdā, ex labore tamen & pudore punitus, quos propter hanc cauſam incurrit, huiuſmodi leuis culpa leuiter ei valeat indulgeri. ¶Quòd ſi excuſationes illas ſuper dilapidatione [o], naufragio, & ſi-

g ¶*Cum dilecti.*] CASVS. [4] Abbas Ciſtercieñ. & P. & R. legati erant Apoſtolicæ ſedis, cum audiuiſſent per frequentem clamorem multa ſiniſtra de ep̄o Agatheñ. volentes inquirere veritatem, acceſſerunt ad eccleſiam Agatheñ. & receperunt iuramenta ep̄i & canonicorum, & in illa inquiſitione confeſſus fuit ep̄s, quòd commiſerat ſimoniam, dilapidationē, & quòd habuerat res naufragij: ep̄s timens illas cōfeſſiones, voluit ſe excuſare poſtea contra illas, dicens, quòd iurauerat rn̄dere tātum ad interrogata: legati dicebant, quòd ſub alia forma iurauit, ſcilicet quòd plenam & meram diceret veritatem: & quia tunc ſe non excuſauit, poſtea non debebat audiri: vnde negotium illud delatū eſt ad Papam: & ꝙ iurauit rn̄dere tm̄ ad interrogata, apud ſedem Apoſtolicam quoſdā teſtes produxit: ſed quia non cōſtitit Papæ ſub qua forma iurauit, cum depoſitiones illæ non fuerint publicatæ, nec ipſe renunciauerat teſtibus producendis: mādat Papa ſuper hoc inquiri ab illis inquiſitoribus, ſub qua forma iurauit: & ſi ſecundum illorum inquiſitorum rn̄ſionem conſtiterit, ꝙ iurauit ſub ſecūda forma: aut ſi ep̄s ille hoc probauit per depoſitiones teſtiū, quos produxit, aut etiam aliorū: quia ſecundū illā formam non tenebatur rn̄dere niſi ad interrogata, admittāt excuſationes ep̄i ſuper confeſſionibus ſuis, quia excuſationes ille exponent illas cōfeſſiōes, & ſi excuſationes ꝓbauerit, abſoluāt illum: Si vero excuſationes nō probauerit, vel ſi iurauerit plenā & merā veritatē dicere, remoueāt illum ab eccleſia Agatheñ. non obſtantibus illis excuſationibus. Ber. Not. pro inquiſitione q examinantur, veritatē plenè, quam ſciunt debēt dicere, & nullū falſum committere. Idem eſt in alijs iudicijs. Itē ad cauſam dicti recurrendum eſt potius, quam ad ipſum dictum. Itē teſtis ſingularis, ſiue ſolus non valet.

4 Hic caſus Bernardi eſt & in antiqs codicibus reperitur.

† præſtitit

† Hæc periodus in antiqs codicibus legitur vt eſt impreſſa, ĩ recentioribus autem ita: aut ipſe ſufficienter probauerit, ſe ſub illa forma iuraſſe ꝑ depoſitiones teſtiū, quos produxit, aut etiam aliorum, &c. hæc lectio planior eſt, ꝗ probat vetus compilatio.

† Aliàs ita, vt ad bonum, vel malū, &c.

† Et cū dubia ad bonū & malū poſſunt retorqueri in meliorē ſunt interpretanda. B. Thōas 2. 2. q. 60. artic. 4. & ibi plenè Caietan⁹. & vid' pleniſſimè de hoc articulo Ioānem Roiā trac. de hæret. par. 1. nu. 199. & multis ſequētibus.

h ¶*Clamorē.*] 2. q. 1. Deus omnipotens. & ĩ. eo. qualiter & quando. & 86. diſtinct. ſi quid.

i ¶*Plenam.*] ſ. ꝙ nullum verum tacere debet. 3. q. 9. hortamur.

k ¶*Meram.*] ſcilicet à falſitate. 2. quæſtion. 4. nullam. & 3. quæſtion. 9. pura. & hoc idem debent facere teſtes: vt notat ſ. de teſtibus, fraternitatis. & c. licet. & ſ. c. proxi. in fin.

l ¶*Reſponſionem eorum.*] ſimile ſuprà de elec. cum dilectus. creditur ergo iſtis ſi confiteantur, quòd iurauit, vt ad inquiſita reſponderet: ſed ſi contrarium dixerint, poterit probare contra dictum illorum [5], vt hic patet. & ſuprà de teſti. cum à nobis. quia non creditur iudici, in præiudicium alterius, niſi quatenus conſtat per legitima documenta. ſuprà de proba. quoniam. Sed contra. ſuprà de elect. cum dilecti. ſed ibi de neceſſitate ſtatur dicto illorum: quia illa inquiſitio per alios probari non poterat: quia ſoli interrogati fuerunt, prout hic inferius dicetur.

5 Per dicta teſtiū, qui fuerūt præſentes exactioni & præſtationi iuramenti, qđ conſueuit publicè exigi, & ꝑſtari. Ioan. And.

m ¶*Valeant retorqueri.*] Vnde in humaniorem partem ſunt intelligendæ, ſiue interpretandæ. ĩ. de regul. iur. eſtote. & de tranſa. cap. vltim. ff. de reg. iur. ſemper in dubijs. & ff. de re. dubi. quotiens 2. Tanc.

n ¶*Ex cauſa.*] Cauſa enim ſemper conſideranda eſt: ex qua cauſa aliquid ſit factum, & etiam tempus. ſupra de tranſac. capitu. vltim. & 5. quæſtion. 5. non omnis. & infrà de verbor. ſignific. intelligentia. & 23. quæſtio. 8. occidit. & ff. de fur. verum. Ber.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

o ¶*Dilapidatione.*] Ep̄s iſte propter formam iuramenti, tria confeſſus eſt cōtra ſe, ſimoniam, dilapidationem, & quòd habuerat

buerat res naufragij: & contra iſta admittuntur eius excuſationes. Potuit ſe excuſare de dilapidatione interrogatus vtrum alienaſſet bona eccleſiæ, vel vtrum obligaſſet eccleſiam? Reſpondet, quòd ſic, propter formam iuramenti. cōtra iſtam confeſſionem bene poterat ſe excuſare, ſcilicet quòd debitum imminebat, nec aliunde ſoluere poterat. 10. quæſtion. 2. hoc ius. & ita ſi propter hanc cauſam alienauit, vel obligauit eccleſiam, non peccauit: & ſic iudicari debet cōfeſſio ſua ex cauſa, quæ bona & licita fuit, & ad malum & ad bonū poterat ſe habere. Vel aliter, etiam ſi alienauit contra vtilitatem eccleſiæ, & ipſe poſtea reddidit eccleſiam indemnem, ſufficere videbatur. ſuprà de elec. quòd ſicut. vbi de hoc: ſed illud non ſufficit, vt ibi notat, vnde prima excuſatio verior eſt. Interrogatus fuit, an habuerit res naufragij? reſpōdit quòd ſic. vnde videbatur proptera excommunicatus. infrà de rap. excommunicationi. & nihilominus furtum committit. ff. de acquir. re. do. qua ratione. §. vltim. in fine, propter hoc erat puniendus. hæc confeſſio poterat ſe habere ad bonum: vt ſcilicet recolligeret res naufragij, vt ſaluas faceret, & reſtitueret illis, q paſſi fuerant naufragium: & hoc probare volebat, cum intentio ſua fuiſſet honeſta: quia ad alios perueniſſent, qui non reſtituiſſent illas: ſed ſi illas habuiſſet, vt ſibi retineret, hoc malum erat. Interrogatus etiam fuerat, vtrum ordinaſſet aliquem per ſimoniam? Reſpondit quòd ſic: contra hoc ſe excuſare volebat: qa aliquos ordinauit per ſimoniā eo ignorante: ſed ex poſtfacto hoc ſciuit; puta pſentator receperat pecuniā, vt aliquem faceret ordinari. j. de ſimo. ex tuæ. in hoc nō peccauit, vel potes ponere exēplū. j. de ſimo. ſicut. B.

† Aliàs denuo.

† Cap. 6. e. tit. in 3. cōpilatio. De materia vide latè per Iulium Clarū in prac. crimi. ſiue §. fi. q. 6.

monia probare nequiuerit: aut ſub prima forma [a] iurauerit: cū ſecundum eandem, nec veritatem tacere, nec admiſcere debuerit falſitatem: vos (non obſtantibus excuſationibus, quas de nouo † propoſuit, cū in confeſſionibus ſuis nullam omnino de illis fecerit mentionem: quamuis firmiter aſſeruerit, quòd plures ex illis legatis prędictis expoſuit, cum hoc per ſe probare non poſſet [b], tamquā qui ſolus examinabatur ab illis) eum ab adminiſtratione Agatheñ. eccleſiæ remouere curetis.

¶Idem Archiepiſcopo Tarraconeñ. & abbati ſanctæ Mariæ de Populeto, & archidiacono Barchinoñ.

¶De veritate criminum non inquiritur, niſi prius conſtet de infamia: & tunc non inimici vel periuri, ſed idonei viri ad proſequendum inquiſitionem, & ad teſtimonium admittuntur: & non probato crimine, indicitur infamatis purgatio.

CAP. XIX.

CVm † oporteat epiſcopū: & infrà. ¶Sanè venientibus ad Apoſtolicam ſedem G. & H. canonicis Viceñ. & multa enormia contra Viceñ. epiſcopum proponentibus coram nobis: quia illa nō debebamus ſub diſſimulatione tranſire †: vobis inquiſitionem illorū duximus committendam. Verū dictus epiſcopus, antequam ad ipſum † veſtra citatio perueniſſet, ad præſentiam noſtram accedēs propoſuit, quòd illi, qui enormia de ipſo ſuggeſſerāt †, typo malitiæ potius, quàm iuſtitiæ zelo ducti, nobis huiuſmodi intimauerunt: cum ipſi eius ſint inimici manifeſti, & cum eius hoſtibus [c] conuerſentur, conſanguineóſque [d] ſuos, ac complices intendant ad teſtificandum producere contra ipſum, qui ad denunciādum [e], ſeu teſtificandum admitti non debent, vtpote iuramenti præſtiti tranſgreſſores, & alijs criminibus irretiti: & infrà. ¶Diſcretioni veſtræ mandamus, quòd † niſi ſuper prædictis famam ipſius [f] † læſam eſſe noueritis, vos ad inquiſitionem illorum non ſubitò procedatis. Quòd ſi ad inquiſitionem fuerit procedendum, prædictos, vel alios, quos ipſius eſſe conſtiterit inimicos [g], nec ad

a ¶*Prima forma.*] quæ fuit q meram & plenam diceret veritatem: & nunc non proſunt illæ excuſationes: quia tunc ſe debuit excuſare, prout ſequitur. Ber.

b ¶*Poſſet.*] Et ſi verum fuiſſet, quòd illas expoſuiſſet coram illis, non valet: cum eas probare non poſſet: deficit ergo ſibi non ius, ſed probatio iuris. 32. quæſtion. 5. Chriſtiana. & ff. de teſta. tute. duo ſunt Titij. & ff. de reb. dub. ſi fuerit legatum. ff. de adi. leg. l. 3. §. ſi duobus. & ff. de hæred. inſti. in tempus. §. 1. Et eſt ſimile s. de elect. bonæ. 1. Et eſt argum. quòd teſtis, qui eſt ſingularis in dicto ſuo non probat: vt dicit decre. bonæ 1. & s. de prob. licet. Ber.

CVm *oporteat.*] In prima parte ponitur denunciatio epiſcopi, & inquiſitorum datio. In ſecunda: ibi, *Verum.* comparitio & allegatio epiſcopi contra denuntiantes & teſtes. In tertia: ibi, *Diſcretioni.* inquiſitorum triplex inſtructio. ſecunda: ibi, *Quòd ſi.* tertia: ibi, *Et ſi nihil.* Abb. Sicul.

CASVS. Quidam canonici Viceñ. ad ſedem Apoſtolicam accedentes multa enormia coram Papa contra epiſcopum ſuum propoſuerunt: vnde Papa ſuper his inquiſitionem commiſit faciendam: Epiſcopus hoc intelligens antequam à iudicibus citaretur, ad Apoſtolicam ſedem acceſſit, proponens, quòd illi, qui enormia illa propoſuerant contra ipſum, odio & non bono zelo ea duxerant domino Papę intimanda: cum ſint eius inimici manifeſti, & cum eius hoſtibus conuerſentur: & conſanguineos ſuos & complices intendant ad teſtificandum producere contra ipſum, qui non debent ad teſtificandum admitti cum ſint periuri, & alijs criminibus irretiti: quo audito mandat Papa iudicibus ipſis, quatenus ad inquiſitionem non procedant, niſi ſuper prædictis criminibus dictus epiſcopus fuerit infamatus. Si verò ad inquiſitionem fuerit procedendum: prædictos, vel alios, quos ipſius epiſcopi conſtiterit eſſe inimicos, nec ad proſequendum inquiſitionem, nec ad teſtimonium perhibendum admittant: ſed per viros idoneos veritatem inquirant: & ſi nihil probatum fuerit contra ipſum, purgationem canonicam indicant eidem. Not. quòd inimici non admittuntur ad denuntiandum, vel teſtificandum. Item non eſt facienda inquiſitio niſi contra infamatum. Item propter infamiam indicēda eſt purgatio deficiēte probatione.

† præterire

† eum

† ſubiecerant

¶Gloſſa ſequens alleg. concor. & duo iura in contrarium: & in fin. arg.

c ¶*Hoſtibus conuerſentur.*] vnde ſunt repellendi: quia conuerſantur cum inimicis 1, & ſunt ipſi inimici. De hoc dicitur. ſuprà eodem, capitu. 1. argumen. ad hoc C. de inoffic. teſtam. liberi. & ſuprà eodem, repellantur. & argumen. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. cum patronus. & 3. quæſtion. 5. capitul. 3. & ff. de leg. 3. l. 1. §. 1. argumen. contra. ff. pro ſocio. nam ſocij. & 81. diſtinct. legitur. & 3. quæſtion. 5. capitu. 3. Et eſt argumen. hic contra aliquem ex inhoneſta conuerſatione. Bernar.

1 Vide prępoſitum in c. accuſatores. 3. q. 5. & Baldū in l. liberi. C. de inoffic. teſtam.

† quatenus
† eius

d ¶*Conſanguineóſque.*] qui in caſu criminali non admittuntur: vt conſueuit notari. 3. q. 5. c. 1. Bernar.

¶Gloſſa ſequens quærit, arg. ad partem vtranque, ſoluit. reci. opi. Io. quam reprobat.

e ¶*Ad denunciandum.*] Sed nunquid criminoſi 2, & infames repelluntur à denunciando? Non videtur: quia quilibet tenetur ad hoc. 2. quæſtion. 7. quapropter. & ſuprà de cogna. ſpi. tua nos. Item hæreticus admittitur. 24. quæſtion. 1. quiſquis. & viles perſonæ admittuntur. ſuprà de ſpon. præterea. & qualecunque teſtimonium videtur ſufficere, 22. quæſtion. 5. hoc videtur. Sed contra videtur, quòd tantum honeſtæ perſonæ admittuntur. 35. quæſtion. 6. epiſcopus in ſynodo. & ſuprà de teſti. cog. præterea. & ſuprà de ſpon. cum in tua. & ad populares actiones non admittuntur perſonæ non integri ſtatus. ff. de popu. action. l. popularis. Credo quòd honeſtæ perſonæ tantum debeant admitti ad denuntiandum, prout hic infrà dicitur. Ioan. dixit quòd infamis perſona admittitur, dū tamen non ſit criminoſa, & irregularis: ſed hoc non credo de infami. De hoc not. 2. quæſtion. 1. ſi peccauerit. & ſuprà de ſponſa. cum in tua. & infrà capitu. proxim. & 3. quæſtion. 5. cap. 2. Ber.

2 De materia vide Iulium Clarumi practica cri. q. 34. & q. 35.

f ¶*Famam ipſius.*] hoc ideo dicit: quia non eſt procedendum ad inquiſitionem contra aliquem, niſi contra infamatum. j. eo. inquiſitionis. & c. qualiter. vbi de hac materia apertius explicatur.

¶Gloſſa ſequens recitatur per q. quæ inimicitiæ, &c. & arg. quòd capitales, & conſpirationes tantum. alleg. in contrarium, & ſoluit.

g ¶*Inimicos.*] Patet hic quòd inimici 3, nec ad proſequendam inquiſitionem, vel teſtimonium admittuntur, vel ad denuntiandum, ſiue accuſandum. vt s. eo. cap. 1. & j. c. proxi. ſed non determinatur quales inimicitiæ repellant hic ab inquiſitione, vel teſtimonio: & videtur quòd capitales, & conſpirationes

3 De materia huius gloſſæ vide Antonium Gomeziū tom. 3. variã. reſolu. c. 12. adde q̃ dixi pleniſſimè li. 3. commētariorū in Directorium inquiſitorum Schol. 124.

rationes tantum.infrà de ſimo.per tuas 1. & infrà capit.proxim.& Inſtitu.de excu.tut.inimicitiæ.& §.item ſi propter inimicitias.& ff.de arbi.l. licet. quia non quilibet inimicus * repellitur, ſed ille tantum qui nimia familiaritate coniunctus eſt.ff.de verbor.ſignifi.latæ.§.amicos. Item propter leues inimicitias non extingui tur legatum. ff. de adi. lega.l.3.§. non ſolum. in fin. Sed contra videtur, quòd propter leues etiam repellantur: quia propter ciuilem controuerſiam repellitur quis ab accuſatione. ſuprà de reſtitu. ſpol.item cum quis. Illæ dicuntur graues inimicitiæ, quæ ſunt de ſtatu hominis, vel de bonis eius.3. quæſtio.5.accuſatores.& argumen.opti.ſuprà de dona.propter eius ingratitudinem.& C. de reuocan.do. l. vltim. ff. de excuſa. tuto. propter litẽ. Sol. arbitrio iudicis relinquit, quæ inimicitiæ repellãt in talibus. argumen. in Authen. de teſtib. §. ſi verò dicatur.coll.7.& ſ.eod.ſuper his. & ſ.de off.dele.c.de cauſis. Et dicit lex, quòd non ſemper repellitur teſtis propter inimicitias: ſed iudex æſtimabit, an ſit ei credendũ, vel non.ff.de quæſtioni.l. 1. §. præterea inimicorum. & §. quæſtionem.Io.

* amicus

† Cap.1.e. titul. in 1. cõpilatio. Vide notatos in prę cedenti c. & nonulla huc ſpectãtia p Bart. in l. diuus. ff. de cuſto.& exhibit. reorũ.

† fuerint

¶ *Gloſſa ſequens reci. per q. an repulſo illo, qui impetrauit &c.argu. quòd ſic. ponit opin. Ioan. quam approbat, & contrariam Tan. quam reprobat.*

proſequẽdam inquiſitionem, nec ad perhibendum teſtimonium, cõtra ipſum epiſcopum admittatis; ſed per viros idoneos [a] ſuper his, quæ geſta ſunt, inquiratis diligentius veritatem, Et ſi nihil graue probatum fuerit contra ipſum, vos purgationem canonicam indicatis [b] eidem.

¶Idem.

¶*A denunciatione repellitur publicus concubinarius, excommunicatus, & conſpirator, & is qui non præmonuit.*

CAP. XX.

CVm † dilectus filius: & infrà. ¶Si vobis conſtiterit prædictos, quorum nomine ſunt exceſſus huiuſmodi de epiſcopo nunciati, publicè concubinarios [c] tunc fuiſſe, propter quod in eos fuit excommunicationis ſententia promulgata, vel præfatum epiſcopum de iam dictis exceſſibus, non fuiſſe præmonitum [d] ab eiſdem, vel ipſos conſpiraſſe [e] in eum, à denunciatione repellatis eoſdem: Alioquin audiatis, quæ fuerunt † hincinde propoſita. Eidem epiſcopo auctoritate noſtra nihilominus prohibentes, ne ſuper his, ſuper quibus ad audiẽtiam noſtram fuerit † legitimè appellatum, prefatos clericos indebitè grauare præſumat: donec cauſa ſupradicta [f] iuxtà formam mãdati noſtri fuerit terminata.

¶Idem † epiſcopo Gebeñ. & N. Valentiñ.

¶*Crimen probatum per modum inquiſitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur: ſed ſi impedit ordinis executionem, fit depoſitio, ſicut in accuſatione: & ſi impedit tantum beneficij retentionem, fit priuatio à beneficio, nec poterit iudex hanc pœnam moderari. hoc dicit vſque ad §. tertiæ. ſecundum verum intellectum non bene declaratum per ſcribentes.*

CAP. XXI.

INquiſitionis † negotium, quam de epiſcopo & canonicis Valentiñ. vobis commiſimus terminãdam †; & infrà. ¶Secundò quæſiſtis, quid vobis ſit ſtatuendum, ſi contra quempiam per inquiſitionem probatum fuerit tale crimen, quod deponeret accuſatũ criminaliter, & conuictum. In quo quidem duximus diſtinguendum, vtrum ſit tale crimen, quod ordinis executionẽ ſuſcepti, aut retentionẽ beneficij, etiam poſt peractam pœnitentiam impediret, puta

Alioquin audiant, quæ hinc inde propoſita fuerint, & eidem epiſcopo prohibeant, ne ſuper his, ſuper quibus ad ſedem Apoſtolicam appellatum fuit ab illis, clericos ipſos aggrauare præſumat, donec cauſa ſecundum mãdatũ Apoſtolicũ fuerit terminata. Not. ꝙ criminoſus aliũ denunciare non poteſt. Item qui non præmonuit, item cõſpirator; item iudex à quo legitimè appellatum eſt, de cauſa illa ſe intromittere non debet, donec appellationis cauſa ſit finita.

† fuit

¶ *Gloßa ſequens obijcit, & reſpondet.*

† Vide notas in hũc locum.

c ¶ *Concubinarios.*] Sed iſti proſequebantur ſuam iniuriam, vel ſuorum, quare nõ admittuntur ad denuntiandum, cum admitterentur ad accuſandum, quantuncunque criminoſi ſint. 4. quæſtion.6.omnibus? Reſpondeo, non proſequebantur iniuriã propriam, vnde cũ eſſent publici concubinarij, non erant admittendi ad aliorum peccata denuntianda [2], cum ſuſpenſi etiam ſint.32.diſtinct.cap.præter.§.verum. ſed viles perſonæ non admittuntur ad denuntiandum, vt ſæpius dictum eſt. ſic ſuprà eod.capit.1.& ſ.de ſpon.cum in tua.

† Cap.2.e. tit.in 4. cõpilatio. Et præter doctores hic, vide Iuliũ Clarũ in prac. crim. q. 6.

† faciẽdã.

2 Aduertat ergo iudex, ne pֽ textu pietatis quorũlibet denuntiationes facile admittat, ſed prius denuntiantium qualitatẽ exploret. vide Bernardinum Diaz in pract. crim. cano.c. 6.

d ¶ *Pręmonitũ.*] Qui. enim non admonuit, repellitur à denunciatione.ſ.eo.c.2. & ĩ.eo. qualiter.§.ad corrigendos.& ĩ.de ſimo. licet Hely.

e ¶ *Conſpiraße.*] iſti nullatenus ſunt admittendi.infrà de ſimo.per tuas. & ſ. de re iud.cum I.& A.

a ¶ *Per viros idoneos.*] Ex hoc videtur, quòd ſi ille qui impetrauit inquiſitionem, remotus ſit propter aliquam cauſam: quòd alter poſſit proſequi eandem inquiſitionem. argumen. ff.de inoffi.teſtam.poſthumus.§.1.non enim refert per quem preces ſint oblatæ. C. de preci. impe. offe. l. 1. & l.vniuerſis. nec refert vndecunque crimina claruerint.24.quæſtio.3.ecce. Item quia iudex hic ex officio ſuo procedit: vnde propter inhabilitatem agentis nõ impeditur eius officium, quod poſſet concedi forte vbi ex officio procedit: ſed aliter non audiretur: ſed verius videtur, vt dicit Ioan. quòd non poſſit: quia Papa literas non dediſſet ad petitionem illius, ſi talem ſe dixiſſet: & eadem ratio etiam delegatũ mouere debet. ſuprà de reſcrip.ſuper literis.in fin. Tan. dixit, quòd bene poterat iudex procedere. Ioan. melius dicit, vt mihi videtur: quòd hic procedere poſſunt non ex vi primarum literarum, ſed ſecundarum. Ber.

b ¶ *Indicatis.*] & ita leuia poteſt leuiter indulgere.ſ.c. proxim.& ff.de pœ.l. reſpiciendum [1]. in prin.

1 In leuib' iudices ꝑni ad lenitatẽ: in grauib' ad ſeueritatẽ, ſcilicet cũ tẽperamẽto benignitatis. Ioan. And.

C*Vm dilectus.*] Primò inſtruit iudicẽ ſuper declinatorijs, & eis deficientibus ſuper principali. Secundò inhibitionem fieri mandat: ibi, *Eidem*. Abbas.

CASVS, Quidam clerici ſuper quibuſdam exceſſibus denũciauerunt epiſcopum ſuum impetrantes contra ipſum inquiſitionem, coram inquiſitoribus proponebatur ex parte epiſcopi, quòd clerici illi audiendi non erant: quia erant publici concubinarij, & ſic indigni ad denuntiandum, propter quod fuerant excommunicati: Item non præmonuerant epiſcopum: Item erant conſpiratores contra ipſum: Iudices ſuper hoc conſuluerunt dominum Papam, & ipſe reſpondet, quòd ſi conſtiterit eos publice concubinarios, vel eos non præmonuiſſe ipſum epiſcopum de iam dictis exceſſibus, vel eos conſpiratores fuiſſe contra eum, à denunciatione repellantur:

f ¶ *Donec cauſa ſupradicta.*] quia tũc præſumitur, ꝙ ex odio procederet, & meritò poſſent eũ recuſare tamquam ſuſpectũ. arg.ſ.de app.propoſuit.& c.ad hoc.& c.ſicut. Ber.

I*Nquiſitionis.*] Si crimen in modũ inquiſitionis probatum impedit, etiam poſt peractam pœnitentiam ordinis executionem, vel beneficij retentionem, punitur quis ſicut in accuſationis iudicio: aliàs pœna erit arbitraria: hoc dicit ſecũdum communem ſummationem vſque ad §. *Tertię*. Diuidit: quia in prima conſultatio. In ſecunda reſpõſio: ibi, *In quo*. Abbas.

CASVS. Quædã relata fuerant dño Papæ de epo, & canonicis Valentiñ. quæ non debuerũt ſub ſilentio pręteriri: Vnde Papa ſuper his cõmiſit inquiſitionẽ faciẽdã: Inquiſitores ſuper quibuſdã articulis dubitantes conſuluerunt Papã. Secũda qõ illorum hæc fuit: ecce per inquiſitionẽ tale crimẽ probatum eſt, ꝙ ſi criminaliter accuſatus fuiſſet, deponeret: Quæſitum fuit, qualiter eſſet puniẽdus: Super hoc Papa diſtinguit: vtrũ ſit tale crimen qđ impediat executionẽ ordinis, aut ẽt retentionem beneficij, ẽt pòſt peractã pœnitentiam, puta ſi homicidium cõmiſiſſet, vel adeptus eſſet ordinem, vel beneficiũ vitio ſimoniæ: In iſtis caſibus eſt ita procedendũ, ſicut in iudicio accuſationis: In alijs verò criminibus, diſcretus iudex poterit pœnam moderari ſecũdũ meritũ perſonæ, & qualitatem exceſſus. Tertiò qſiuerũt: ſi duo, vel plures iurati aſſirmãt aliquẽ eis vidẽtibus crimen cõmiſiſſe, de quo alia infamia nõ laborat, vtrũ illi pœnã dẽant infligere: Itẽ, ecce aliquis occulte tradit inquiſitori cedulã, vel chartã infamationẽ epi cõtinentẽ: qritur, vtrũ ſit procedẽdũ ad inquiſitionem eorũ, quæ ibi cõtinent: Itẽ aliqui iurauerunt, vt deponãt cõtra illũ de quo fit inquiſitio, in ſecreto examinant & interrogantur, vtrũ diligant illos, contra quos inquiritur: vel ſint eorũ inimici: & ipſi rñdent, ꝙ non diligunt illos: vel expreſsè dicunt ſe inimicos illorum:

illorum: aut etiam ante iuramentum publicè confitentur ſe inimicos eorum: ſed non oſtendunt aliquas inimicitias probabiles: & ad hæc tria reſpondet Papa, quòd nullus debet puniri propter dicta paucorum, ſuper quo aliqua non laborat infamia, vel clamoſa inſinuatio non præceſſerit, nec ſuper hoc teſtes ſunt recipiendi: cū inquiſitio ſolummodo fieri debeat de quibus infamia præceſſit. Item ad petitionem illorum, qui cedulas infamationis porrigunt in occulto, ad inquiſitionem eorū, quæ continentur ibidem, non eſt procedēdum. Item non eſt adhibenda fides dictis illorum, qui poſt iuramentum, vel ante, tacitè vel expreſsè aſſerunt ſe inimicos eorum: niſi forſitan ante iuramētum in fraudem hoc dicere præſumantur.

QVÆSIVISTI. Aliqui inquiruntur ſuper exceſſibus aliquorum: ſed dicunt ſe nihil ſcire per certam ſcientiam: ſed tātum per famam & credulitatem: quæritur, quid ſtatui debeat cōtra illos. Itē duo, vel tres, vel etiam plures dicunt aliquem infamatum de aliquo crimine: ſed in publico nihil ſiniſtrum refertur: quæritur, vtrum de crimine illo debeat reputari infamat'? Ad primum reſpondet Papa, quòd propter famam, & credulitatem deponentium ſolummodo non eſt deponendus: ſed infamato purgatio canonica poterit indici, ſecundum arbitrium iudicantis. Ad ſecundum reſpondet, quòd propter dicta paucorum infamatus dici non debet, cuius opinio apud bonos & graues læſa non exiſtit. Not. primò duos caſus, in quibus acta pœnitētia executionem ordinis exercere quis non poteſt: in quibus æquè punitur aliquis ſiue denuntietur, ſiue accuſetur. Item nullus debet inquiri, nec puniri pro crimine, de quo non laborat infamia, nec teſtis recipi. Item occultè infamantes non ſunt audiendi. Item inimicis teſtibus non eſt credendum. Item propter famam, & credulitatem probatam nullus debet puniri, ſed purgatio propter infamiam debet indici. Item dicta paucorū non infamant. Item purgationes arbitrariæ ſunt.

† Schedulas, legitur ī vulgatis, ſed nos veteres codices ſecuti, cedulas repoſuimus. † his.

ſi homicidium [a] commiſiſſet: vel adeptus eſſet ordinem, aut beneficium, vitio ſimoniæ: quo caſu erit ſicut in accuſationis [b] iudicio procedendū: alioquin [c] ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus, pœnam poterit iudicātis diſcretio moderari.

¶Contra non infamatum, ſuper veritate criminum inquiri non debet, etiam ſi libellus famoſus cōtra eum oblatus fuerit in ſecreto: nec ſuper principali creditur teſti, qui iuratus dicit, ſe illius contra quem inquiritur inimicum. idem ſi hoc dicit ante iuramentum: niſi præſumatur hoc dixiſſe in fraudem. hoc dicit vſq; ad §. quæſiuiſti.

¶ Tertiæ dubitationis articulus continebat: vtrum cū duo, vel plures iurati, affirmant aliquem crimen aliquod eiſdem videntibus commiſiſſe, de quo aliqua infamia non laborat: aliquam illi pœnam infligere debeatis. Et vtrum ad petitionē quorūdam, quaſdam cedulas † vobis occultè tradentium, infamationem epiſcopi continentes, ſit ad inquiſitionem eorū, quæ in ipſis † continentur cedulis, procedendum. Et an fides eorum dictis debeat adhiberi, qui poſt iuramentum interrogati ſecretò [d], vtrum ſint eorū, de quibus inquiritur, inimici: reſpondent, quòd non diligunt illos, vel directè inimicos ſe aſſerunt eorundem: aut etiam ante iuramentum id publicè confitētur: nullas tamē † inimicitiarum cauſas probabiles oſtendentes. ¶Ad † hęc reſpōdemus, nullum eſſe pro crimine, ſuper quo aliqua non laborat infamia, ſeu clamoſa inſinuatio nō proceſſerit, propter dicta huiuſmodi puniendum: quinimò ſuper hoc depoſitiones contra eum recipi non debere: cū inquiſitio fieri debeat ſolūmodo [e] ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt. Nec ad petitionem eorū, qui libellum infamationis porrigunt in occultò [f], procedendum eſt ad inquiſitionē ſuper cōtentis ibidem criminibus faciēdam. Aut † etiam aduerſus eos, cōtra quos fit inquiſitio, fides adhibenda eſt dictis eorū, qui poſt iuramentū vel ante, tacitè, vel expreſsè, inimicos † ſe aſſerunt [g] eorundem: niſi forſan ante iuramentum in fraudem id facere præſumantur [h].

† Dictio, tamen, deeſt in pluribus antiquis. † Aliàs ita: Ad hęc autem reſpōdemus. † Aliàs nec etiam. † Vide notata p Bartolum in l. eos. ff. ad l. Cornel. de falſis.

a ¶Si homicidium.] Hic confirmatur, quod dici conſueuit: quòd in nullo occulto crimine impeditur executio poſt peractam pœnitentiam, præterquam in homicidio: & hoc idem probatur de temp. ordi. quæſitum. & in ſimonia 1. De hoc notari conſueuit. 50. diſtin. de his. Ber.

¶Gloſſa ſequens tractat, an in homicidio & ſimonia denuncians inſcribat, vel præmoneat, poſtea ſignat contrarium de decre. dilectus, & dupliciter ſoluit.

b ¶In accuſationis.] videtur quòd in caſibus iſtis denuntiās debeat ſe obligare ad pœnā talionis 2, cum æquè puniantur ac ſi accuſarentur. ſ. eod. ſuper his. arg. ſed nō credo quòd ſe debeat obligare ad pœnam talionis, ſed ad extraordinariam pœnam, ſicut excipiens. ſ. eod. titu. ſuper his. Item nec videtur hic habere locum admonitio: quia nō poteſt ſe corrigere retento beneficio, ſi quis vellet denuntiare in his caſibus. contra. ỹ. de ſimo. licet Hely. vbi admonitio probata fuit. Itē idē eſt ſi quis per ſimoniam adeptus eſt beneficium, ſicut & ordinem: vt hic dicit. Signatur contra. ỹ. de ſimo dilectus 2. vbi dicitur ꝙ ſi in modū accuſationis conuincitur quis de ſimonia, deponitur. Si in modum inquiſitionis conuincitur, remouetur ab illis eccleſijs, & in arctioribus ponitur ad peragendam pœnitentiam. infrà de ſimo. de regularibus. & hic puniuntur ſicut ſi directè accuſarentur. Quod dicit, ita procedendum eſſe ſicut in accuſationis iudicio, poteſt dici verum eſſe quantum ad hoc priuentur officio & beneficio; non tamen quantum ad depoſitionem: quia depoſitio non eſt effectus inquiſitionis: ſed priuatio adminiſtrationis, vel beneficij. infrà eodem qualiter. infrà de ſimo. per tuas 1. vnde illud, ſicut, non notat omnimodam ſimilitudinem: quia nullus debet puniri certa pœna, niſi ad hoc actum ſit, ſuprà de ordi. cog. cum dilectus, & ſecundum formam iudicij formari debet ſententia. infrà de ſimo. licet. & hoc intellige quod hic dicitur, de ſecularibus: contraria loquuntur de regularibus: circa quos ſeruatur quod hic dicitur. infrà de ſimo. quoniam ſimoniaca. vel poſſet dici, ꝙ etiā per inquiſitionem deponuntur ſeculares propter enormitatem criminis: vt hæc litera velle videtur. ſuprà de do. & contuma. veritatis. vbi deponitur epiſcopus in modum inquiſitionis, cui probatum fuit homicidium in modum denunciationis. De regularibus fiat prout dicitur in illa conſtitutione vbi dicetur de hoc. Ber.

1 Innocentius alios caſus excipit. de tēpo. ord. ex tenore. & nos plures ſuprà d' re nun. niſi. §. ꝑpter conſcientiam. ſecundum Hoſtiēſē. Ioā. Andr. 2 De materia hui' gloſſæ vide omnino quos citaui in ca. ſuper his. in principio. & ver. oportet in ſcribi. ſupra eod.

c ¶Alioquin.] id eſt, ſi aliud crimen ab iſtis duobus ſit probatum in modum inquiſitionis, quod nō impediat ordinis executionem, etiam poſt peractam pœnitentiam, tunc procedat iudex ſecundum quod ſibi videbitur: ſed non in officio, vel beneficio, cum in alijs duobus caſibus non puniantur in plus: vt dixit Io. in prox. notula. regulares tamen prælati bene remouerentur qui pro modicis cauſis remouentur ab adminiſtratione. infrà de ſim. per tuas. Ber.

TERTIAE. Primò ponit tres quæſtiones, ſecundò ſoluit: ibi, *Ad hæc*. Et poteſt ſubdiuidi prima pars: ſimiliter ſecunda ſecundum tres quæſtiones, & totidem rationes ad eaſdem. Abbas Siculus.

d ¶Secretò.] exemplo Danielis. argumen. ad hoc. C. de teſta. nullum. & ſi. ſuprà de electio. quia propter. Et eſt expreſſum quòd ſigillatim ſunt teſtes examinandi. ſuprà de teſti. venerabilis. Ber.

e ¶Solummodo ſuper illis.] Ex hoc habes, quòd de occultis non eſt inquirendum, nec ſuper illis iuratur. ſuprà eod. qualiter. vnde ſi dicant teſtes ſuper his, non valent talia dicta, vt pote non iurati: vt ſuprà de teſti. capit. de teſtibus. quia ad hoc non inducuntur. ſimile. ff. de iureiur. ſi duo. §. item Iulianus. fama ergo alicuius prius læſa debet eſſe. ſ. eod. cum oporteat. & ỹ. eod. qualiter. Ber.

f ¶In occulto.] Imo tales ſunt puniendi. 5. quæſtione prima, quidam. & deteriores ſunt tales, quàm illi qui ſubſtantias & prædia aliorum diripiunt. 6. quæſtio. 1. deteriores. & cap. ex merito. & illud: Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. 23. q. 4. nimium ſunt. & cap. qui peccat. Ber.

¶Gloſſa ſequens quærit & remittit.

g ¶Inimicos ſe aſſerunt.] Iudex enim debet interrogare teſtem, an ſit inimicus alteri parti: vt 4. quęſtio. 3. cap. ſi teſtes. §. item teſtium. quia inimici teſtes eſſe non debent, ſ. cum oporteat. vbi de hoc. Sed nunquid debet inquiri an aliàs ſit criminoſus? De hoc no. ſ. de teſti. cum cauſam. Ber.

¶Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.

h ¶Præſumantur.] Quia forte nollet ferre teſtimonium, & ideo

ideo ante iuramentum dicunt ſe eſſe inimicos illorum. Quid ſi poſt iuramentum dicat ſe eſſe criminoſum: vel aliàs inimicũ, credetur ne ei? Certè non: imo remouebitur, ſicut ordinandus qui confitetur crimen in ſcrutinio. ſuprà de æta. & quali. quæris. Ber.

Qᴠæsɪᴠɪsᴛɪ. Diuiditur. nam primò format duas quæſtiones. ſecundò ſoluit: ibi, *Ad quod*. Abbas Siculus.

a ¶*Depoſitionis*.] id eſt remotionis ab officio, & beneficio.

¶*Gloſſa ſequens not. quòd paucorum, dicta &c. demum quęrit & ſoluit.*

b ¶*Dicta paucorum*.] Not. quòd dicta paucorum non infamant, 1 ſiue non inducunt famam: vnde prælatus propter hoc non mouebitur ad inquirendũ: fama enim debet eſſe per villam ſiue parochiam, ad hoc vt fiat inquiſitio. infrà eodem qualiter. & 2. quæſt. 1. Deus omnipotẽs. Sed quot appellabis paucos, vt non dicatur infamatus? Pauci dicũtur xl. j. de cleri. excom. miniſt. latores. & xxiij. millia dicuntur pauci. 45. diſtinc. diſciplina. Credo quòd maior pars viciniæ requiratur, quia fama loci requiritur, non fama aliquorum. ſuprà de præſum. illud. & ſuprà de conſang. capit. 2. vt ex hoc ſcandalum generetur, & hoc innuitur bene. infrà eodem qualiter. Ioan.

> 1 De materia huius gloſſæ vid̃ latè p̱ Bartolum & Hyppolitum Marſilium in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſt. & Iuliũ Clarũ in prac. crim. ſiue §. fin. q. 6. ver. debẽt etiam dicere.

¶*Non punitur quis de crimine, de quo non conſtat niſi per famam & teſtium credulitatem: & per dicta paucorum non debet quis apud iudicem infamatus reputari, hoc dicit vſque ad finem.*

¶Quæſiuiſti etiam, quid ſtatui debeat, ſi nihil per certam ſciẽtiam, ſed tantum per famam, & eorum qui fuerunt inquiſiti credulitatem iuratam, contigerit inueniri: Et vtrũ aliquis ſuper eo crimine reputari debeat infamatus, de quo ipſum duo, vel tres, vel etiam plures dixerint infamatum: licet de ipſo nihil ſiniſtri in publico audiatur. Ad quod eſt noſtra reſponſio, quòd propter famã & deponentium credulitatem dumtaxat, non erit ad depoſitionis [a] ſententiam, procedendum: ſed infamato canonica poterit indici purgatio, ſecundum arbitrium iudicãtis: Qui propter dicta paucorum [b] eũ infamatum reputare non debet, cuius apud bonos & graues læſa opinio non exiſtit.

¶Idem Epiſcopo, & Decano Syluanecten̄. †

> † Saluatẽ. † Siluatenen. ‡ Siluanen.

¶*Si is, de cuius crimine in iudicio conſtat, petit reſtitutionem propter iudiciarium ordinem non reſeruatum: non eſt audiendus, ſed eum tanquam notorium criminoſum debet ſuperior de nouo priuare. hoc dicit. & eſt caſus valde notabilis, ſecundum hunc intellectum.*

A*D petitionem*.] Si qua inquiſitio per Papam ſpecialiter delegetur, legatus etiam de latere de ea ſe intromittere non poteſt. ita communiter ſummatur. Sed licet ſummatio iſta ſit vera generaliter intellecta: non tamen videtur congruere huic literæ. Diuiditur in duas partes. in prima facti narratio, in ſecunda diffinitio: ibi, *Cum igitur*. Abbas.

Cᴀsᴠs. Ad petitionem Galterij abbatis Corbien̄. Papa cõmiſit inquiſitionem ſuper ſtatu ipſius monaſterij, tam in capite quàm in membris: inquiſitione commiſſa legatus Apoſtolicæ ſedis ad monaſterium accedens prædictum, ipſo abbate præſente, nec reclamãte, incœpit inquirere diligenter ſuper ſtatu monaſterij: inquiſitione finita, legatus dictum abbatem Pariſius euocauit, vt contra inquiſitionem proponeret, ſi quid poſſet rationabiliter: abbas ad ipſum accedens, allegauit, quòd in correctione monaſterij procedere non valebat, cum prædictis iudicibus inquiſitio prius fuiſſet commiſſa. allegans Cardinalem ipſum ex iuſtis cauſis ſibi eſſe ſuſpectum: vnde ad ſedem Apoſtolicam appellauit. Cardinalis non obſtante ipſius appellatione, inſpectis quæ probata fuerant contra ipſum, à regimine abbatiæ amouit eundem: dando monachis ſuis licentiam alium eligendi: qui concorditer elegerunt Priorem de Argentolio in abbatẽ: Super hoc delata eſt quæſtio ad Papam: Ipſe verò auditis hincinde propoſitis, dicit, ꝙ de talibus facta fuit fides, propter quæ dictus G. debuit amoueri à regimine abbatiæ, quamuis reſtituendus eſſet propter ordinem iudiciarium non ſeruatum: Papa nihilominus voluit ipſum manere priuatum officio abbatię, & amouit dictũ Priorem à regimine abbatiæ. qui non legitimè fuit dicto G. ſubſtitutus: pro eo quòd ipſe G. propter ordinem iudiciariũ nõ ſeruatum fuit inordinatè remotus; ſed quia dictus Prior non fuit remotus propter vitium perſonæ, vel defectũ ſcientiæ, ſed propter iuris ſolemnitatem omiſſam, Papa ipſum reſtituit in abbatem. Not. quòd ſententia quæ nulla eſt, fit aliqua per approbationem principis. Item ſi aliquis eſt iniuſtè remotus, per conſequentiam patet, quòd alius in locum prioris eſt iniuſtè ſubſtitutus: ita iſta ſunt cõnexa. Item ordo iuris nõ ſeruatus, & proceſſum & ſententiam reddit nullam.

CAP. XXII.

A D † petitionem Galterij quondam Corbien̄. abbatis, R. & P. canonicis Nouiomen̄. à nobis dudum correctione commiſſa: & infrà. ¶Verum dilectus filius G. ſanctæ Mariæ in porticu diaconus Cardinalis tunc Apoſtolicæ ſedis legatus, dicto G. præſente, nec reclamante [c], ſuper ſtatu monaſterij cœpit inquirere diligẽter: & cum inquiſitione finita eum Pariſius euocaſſet, propoſiturum contra inquiſitionem eandem ſi quid rationabiliter duceret proponendum: idem præſentiam eius adiens, allegauit, quòd in monaſterij correctione procedere non valebat, quæ prædictis iudicibus prius fuerat auctoritate noſtra commiſſa, & Cardinalem ipſum ex iuſtis cauſis ſe aſſerens habere ſuſpectum, vocem ad nos appellationis emiſit: quem Cardinalis inſpectis quæ probata fuerant contra eũ, amouit à regimine Abbatiæ, dando fratribus eiuſdẽ loci liberam facultatem aliũ eligendi: qui Priorẽ de Argẽtolio elegerunt cõcorditer in abbatẽ: & infrà. ¶Cum igitur nobis de talibus fuerit facta fides [d], propter quæ pręfatus G. erat meritò amouendus: & ſi reſtituendus [e] foret propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, […]

> † Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilatione. Et de intellectu vide Archidiaconũ in c. ſi quis abbas. 18. q̃ſtio. 1.

¶*Gloſſa ſequens not. non reclamantem literis renuntiare. alleg. 6. iura. in contrarium alleg. 3. & ſtat contrario. ſecundo arg. tacentem non conſentire. alleg. 2. leges, & ad contrarium duos canones.*

c ¶*Nec reclamante*.] Per hoc videbatur receſſiſſe à beneficio literarum, conſentiẽdo inquiſitioni legati tacitè renuntiando. ſuprà de offic. delega. gratum. & ſuprà de appel. ſollicitudinem 2. ff. de arbi. ſed ſi in ſeruum. in fin. cum. l. ſeq. & l. ſi quis rem. C. communia vtriuſque iudi. l. 2. & C. de his qui à non domino ma. l. vltim. in fi. Sed contra videtur, quòd non conſentit in iudicem, qui petit inducias, vel cauſam abſentiæ allegat coram ipſo. ſuprà vt lit. non conteſta. capitu. 1. & capit. accedens 2, vel qui poſtulat ſibi edi genus actionis. ff. de iudi. non videtur. Et præterea legatus generalis non poteſt ſe intromittere generaliter de cauſa ſpecialiter alteri commiſſa. ſuprà de officio. leg. ſtuduiſti. vnde non valuit quod fecit iſte legatus: quare caſſatur electus auctoritate ipſius. Et eſt hic argumen. quòd qui tacet, non conſentit. ff. de ſerui. vrba. prædio. inuitum. & ff. de procurator. filius familias. §. inuitum. argumen. contra. 54. diſtin. ſi ſeruus. & 27. diſt. diaconus. & 28. diſtin. diaconi. Ioan.

> 2 In his iuribus ſecũdum Innocẽtiũ agebatur in figura iudicij ordinarij, hic nõ, vel illa in cauſis mere ciuilibus, vbi p̃ter voluntatem partium non procedũt iudices. hic in cauſis inquiſitionum: vbi parte inuita procedunt iudices.

¶*Gloſſ. ſeq. not. quòd probationes, &c. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.*

d ¶*Facta fides*.] Not. quòd probationes factæ coram eo qui non eſt iudex: faciunt fidem in alio iudicio: vt hic patet. 2. quæſtio. 1. in primis. & 3. quæſtio. 6 hæc quippe. & ſuprà de teſti. cap. præſentata. contra illud ſuprà de iudicijs. at ſi clerici. Item habes hic, quòd ſententia quæ nulla eſt ipſo iure, rata poteſt haberi à principe: vt hic patet. & in capit. prædictis. ſed hoc propter plenitudinem poteſtatis: quia ipſe mutat 3 ſubſtantiam rei. C. de rei vxo. act. l. vna. in princip. aliàs talis ſententia nulla erat. Io. vel dic, quòd non propter acta quæ habita ſunt corã legato, voluit Papa ipſum manere priuatum, quia nulla erant: ſed Papæ fuit facta fides de talibus, propter quæ ſententiam legati voluit ratam habere, vt hæc litera innuit. Ber.

> 3 Hoc dictum intellige iuxta declarationẽ quã fecim⁹ ſupra d̃ trãſlat. epiſco. c. q̃to, ſuper gloſſa in verbo: veri Dei vicẽ.

¶*Gloſſa ſequens ſoluit contrarium.*

e ¶*Et ſi reſtituendus*.] Hic enim de iure fuerat reſtituendus propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, ſed Papa de officio ſuæ poteſtatis voluit eum manere priuatũ, & forte propter ſcandalum reſtitutio quandoque differtur: vt dici cõſueuit. 3. q. 6. hæc quippe. & vt factum legati palliaret: 4 contrarium tamen ſignatur s̃. eod. qualiter. vbi dicit Papa, quòd ordo iuris, qui ſeruatus non fuit, corrigatur. Io.

> 4 Verius crederẽ iõ Papam decreuiſſe, vt abbas remaneret priuatus. ẽt ſi ordo iudiciari⁹ ſeruat⁹ nõ fuerit, q̃a Papæ innotuit abbatem talia cõmiſiſſe, vnde erat merito remouẽdus, vt indicat textus ibi: cum igit nobis, &c.

a ¶*Non*

tum [a], ipſum prouidimus [b] manere priuatum regimine abbatiæ: ſupradictum Priorem (quē pro eo quòd præfato G. propter iuris ordinem non ſeruatum, inordinatè [c] remoto, intelleximus ob eandem cauſam, per conſequentiam [d] minus legitimè ſubſtitutum) per ſententiam amouentes: quem, quia non propter perſonæ vitium, vel ſcientiæ † defectum, ſed propter iuris ſolemnitatē prætermiſſam amouimus [e]: ipſum poſtmodum reſtituimus in Abbatem.

¶Idem.

¶Agenti poßeßorio adipiſcendæ in beneficialibus, non obſtat exceptio criminis, niſi de eo ſit infamatus: & infamato, accuſatore non probante vel non apparente, indicitur purgatio. in qua ſi defecerit, punitur, vt conuictus.

CAP XXIII.

ACcedēs † ad præſentiam noſtram G. nepos quondam H. ſubdiaconi noſtri, ſua nobis conqueſtione monſtrauit, quòd cum idem H. apud ſedem Apoſtolicam viam vniuerſæ carnis ingreſſus fuiſſet, præbendam, quam decedens habuerat in eccleſia Cremoneñ. ei duximus conferēdam; & infrà. ¶Mandamus quatenus niſi pręfatus G. ſuper obiectis eidem in modum exceptionis, criminibus, videlicet, periurio, & homicidio publicè [f] fuerit infamatus, conceſſionem noſtram ſibi factā executioni mandetis. ¶Deinde ſi legitimus accuſator apparuerit, audiatis quæ fuerint hincinde propoſita; & ſi prędicta crimina, vel eorū aliquod legitimè probatum fuerit contra eum, ipſi ſuper eadem præbenda ſilentium imponatis. Si † verò cōrra eum legitimus non apparuerit accuſator, & ipſe ſuper prædictis criminibus dignoſcitur reſperſus infamia, purgationem ei canonicam indicatis [g], in qua ſi defecerit, imponatis ei ſilētium. Si autem purgationem † præſtiterit: contradictores ab eius moleſtia conpeſcentes, eos, qui eum niſi ſunt † impedire, in expenſis [h] legitimis condemnetis.

¶Idem † in concilio generali.

¶Superior contra ſubditum, maximè prælatum, de his tantum inquiret, ſuper quibus præceßit infamia: & tunc vocabit eum & tradet ſibi capitula & nomina, & teſtium dicta publicabit, & ipſius legitimas exceptiones admittet; & probato graui crimine, eum ab adminiſtratione remouebit. In regularibus vero prælatis ad vnguem ſeruandus non eſt hic ordo. Et quamquam in hac ſummatione modica videatur agi differentia inter prælatos, & ſubditos, contra quos inquiritur: tamen facienda eſt, vt patet in litera.

a ¶*Non ſeruatum.*] Not. quòd in inquiſitionibus ſeruandus eſt ordo iuris. infrà eod. qualiter. §. debet. ſicut in alijs iudicijs ordinarijs: ſed hoc eſt verū circa ſeculares: ſecus in regularibus, vbi non vſquequaque ſeruatur. infrà eod. qualiter. in fin. quia de plano, & ſine ſtrepitu iudiciorum debet cum eis procedi. infrà eodem capitu. penultim. ſed hic peccatum fuit in alio ordine, ſcilicet in iudice qui cognoſcere non debuit. ſuprà de offic. leg. ſtuduiſti. Ber.

b ¶*Prouidimus.*] de plenitudine poteſtatis, ſed nō de iure. Ber.

c ¶*Inordinatè.*] ideſt, per eum, ad quem non ſpectabat, cum dictus G. non conſenſerit in legatum.

¶*Gloßa ſequens not. propter connexitatem, &c. alle. vnum contrarium.*

d ¶*Per conſequētiā.*] ſic ergo ſententia lata contra vnum, præiudicat alij conſocio, propter connexitatem negotiorum. ſimile 81. diſtinct. tantis. & 3. quæſtion. 6. hæc quippe. & ſimi. 59. diſtinct. ordinatos. & 7. quæſtio. 1. præſentium. argumen. ſuprà de appella. vna. ſim. ſuprà de proba. p tuas. vbi per primum pręſumit conſequens. argumen. contra. ſuprà de præben. dilecto.

e ¶*Amouimus.*] quaſi quadam breui manu. ſim. ſuprà de cau. poſſeſ. cum eccleſia. & ff. de iure dot. licet. §. quotiens. eo prius citato: aliàs non procederetur cōtra abſentem. Bernar.

ACcedens.] Exceptio criminum poſſeſſionem prælati nō retardat, niſi fuerit de his publicè diffamatus. ſic communiter ſummatur. Et ſunt duæ partes. In prima narrat factum. In ſecunda ſub certa forma diffiniēdum committit: ibi, *Mandamus quatenus.* Abbas.

CASVS. Quidam ſubdiaconus domini Papæ, H. nomine, canonicus Cremoneñ. Apud ſedem Apoſtolicam deceſſit: Papa præbendam, quā obtinuerat in eccleſia Cremoneñ. G. nepoti ipſius H. conceſſit: ſuper hoc executoribus ſibi datis, qui conceſſionem prædictam executioni mandarent. & dum executores vellent mandatum Apoſtolicum adimplere: ex parte capituli Cremoneñ. in modum exceptionis propoſitum fuit coram eis, quòd dictus G. de periurio & homicidio erat infamatus publicè: vnde præbenda non erat ſibi conferēda, ſed potius auferenda: propter quod executores in negotio non proceſſerunt: vnde idem G. ad ſedem Apoſtolicam accedēs, prædicta in præſentia domini Papæ allegauit: petens, vt conceſſionem ſibi factam faceret executioni mandari, contradictores in expenſis puniendo: vnde mandat Papa executoribus, quatenus conceſſionem factam dicto G. debeant executioni mandare, niſi prius ſuper obiectis criminibus in modum exceptionis publicè fuerit infamatus: quo facto ſi legitimus apparuerit accuſator, audiant quæ fuerint hincinde propoſita: & ſi crimina illa, vel alterum eorum probatum fuerit contra ipſum, ſuper eadem præbenda ſilentium imponant eidem: Si verò nullus contra ipſum apparuerit accuſator. & ipſe ſuper dictis criminibus fuerit infamatus, purgationem canonicam indicant eidem, in qua ſi defecerit, imponant ei ſilentium: Si autem purgationem pręſtiterit, contradictores ab eius moleſtia compeſcant, eos qui niſi ſunt [1] eū impedire, in expenſis legitimis condemnando. Not. quòd executio ſentētiæ ſiue collationis beneficij debet differri, ſi electus, vel ille cui eſt iam facta collatio, ſit ſuper criminalibus publicè infamatus. Item deficiens in purgatione habetur pro conuicto, & punitur. Item qui deficit in exceptione probanda, punitur in expenſis, & hoc ideo fit, quia iam cōſtabat de iure iſtius, cum ei eſſet præbenda collata.

¶*Glo. ſeq. not. ex textu. alleg. 3. iura pro, & tria contra, & ſoluit.*

f ¶*Publicè.*] Hic videtur, quòd ſi aliqua exceptio obijciatur electo, quòd differenda ſit donec electus admiſſus fuerit, niſi ipſe ſit de ea publicè infamatus. arg. ſ. de appel. conſtitutis. in fine. C. de fal. l. 2. & C. de edict. diui. Hadri. tol. l. 2. arg. contra. ſ. eo. omnipotens. 81. diſt. tantis. & C. de pcur. reū. Solu. ſed in electo ſi obijciat exceptio, ſtatim eſt audienda antequam cōfirmetur. Sed hic alia ratio eſt, quia iam fuerat inſtitutus p dominum Papam, nec deerat ſibi niſi ſola poſſeſſio, vnde mitti debet in poſſeſſionē, niſi eſſet publicè infamatus, propter quod differtur: quia etiam ſi iam eſſet in poſſeſſione, propter tantam infamiam & ſcandalum, deberet ſuſpendi vſq; ad purgationē. 2. quæſtion. 5. presbyter. & capit. ſi mala fama. ſed vbi non eſt infamatus, non debet differri executio, ſecus in his qui adhuc non habent plenum ius.

g ¶*Indicatis.*] vt infamia expurgetur. [2]

h ¶*In expenſis.*] Qui enim exceptionē opponit, fundata intentione actoris, & eam non probat, punitur in expenſis, vt hic. & ſ. de dolo & contu. finem. vbi de hoc. & ſ. de maio. & obed. c. vlt. quia malitioſè eam videtur opponere. Ber.

ij QValiter & quando.] Quatuor habet partes. In prima dicit quando eſt facienda inquiſitio. In ſecūda dicit, qualiter. In tertia contra quem. In quarta quid contineatur, & per ſe patet quid intendat. Secunda: ibi, *Debet.* tertia: ibi, *Ad corrigendos.* quarta: ibi, *Hunc tamen.* Abbas Siculus.

CASVS. In conſilio præſenti oſtendit Papa, quando prælati debeāt inquirere de ſubditorum exceſſibus, & qualiter eos debeant punire cū in culpa fuerint inuenti: qđ euidenter colligitur ex auctoritatibus noui & veteris teſtamenti: ex quibus auctoritatibus proceſſerunt poſtea canonicæ ſanctiones: legitur enim in Euāgelio, ꝙ villicus ille q diffamatus erat apud dñm ſuum, qm̄ diſſipaſſet bona ipſius, quæſiuit ab illo, Quid eſt qđ audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iā enim non poteris amplius villicare. & in Geneſi dñs ait: deſcendā, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, operē cōpleuerint. Ex iſtis auctoritatibus manifeſtè probatur, quòd non ſolū cum ſubditus, ſed etiam cū prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non à maleuolis, ſed honeſtis, nec ſemel, ſed ſæpe, debet prelatus deſcēdere, & corā canonicis ſenioribus eccleſiæ ſuæ, veritatem diligenter in-

† Dictio, ſciētiæ deeſt in antiquioribus exemplaribus. in quibuſdā erat expoſitio ſuper voce, defectum, inde irrepſit in textum.

† Cap. 3. ti. de conceſſione præbēdæ in 4. compila. Vide Innocētium in c. ſciant ſupra de elec. vbi multipliciter limitat hāc decretalem, adde ibi Antonium But.

1 Aliàs nixi ſunt.

† Quaten° hic agitur de purgatione indicenda diffamato, vide latè p Marianum in repet. c. qualiter. p ximè ſequenti. q. 16. & per Bernardinum Diaz in pract. crim. cap. 140. & 141.

† Vox, purgationem deeſt in octo vaticanis codicib°. & multis noſtris: vetus tamen compilatio habet ita: Si autem pręſtiterit ipſam, &c.

† Aliàs nixi ſunt.

† Idē. Scilicet Innocētius iij. in cōcilio generali Lateranē. c. 8. & c. 4. e. titu. in 4. compilat. Initiū huius decretalis vſq; ad §. Debet igitur. habetur ēt in 3. compilat. eod. tit. c. 4.

2 Aliàs vt īfamia purgetur, aliàs vt infamis purgetur.

ter inquirere: & ſi culpam inuenerit, illam puniat, non tamquam ipſe ſit accuſator & iudex, ſed quaſi fama denuntiante ſuum officium exequatur: Iſtud quidem obſeruandum eſt in ſubditis, & diligentius in prælatis: quia ipſi ſunt quaſi ſignum poſiti ad ſagittam: & quia non poſſunt omnibus complacere propter officium ſuū, odium multorum incurrunt: Vnde prouidè ſtatuerunt ſancti patres, vt accuſatio prælatorum facile nō admittatur, ne ſcilicet cōcuſſis columnis corruat ædificium, niſi diligens adhibeatur cautela: videlicet, vt accuſatio, quæ ad degradationem intēditur, nullatenus admittatur, niſi legitima præcedat inſcriptio: ſed cum aliquis fuerit infamatus, ita quòd ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, tunc ad inquirendum & puniendum prælatus procedat, non ex odio, ſed ex charitate, quatenus ſi grauis fuerit exceſſus, quamuis non degradetur ab ordine, tamen ab adminiſtratione remoueatur omninò: quod eſt ſecūdum Euangelicam veritatem à villicatione villicum amoueri.

†Aliàs, veteris & noui, &c.

Luc. 16.

¶Not. quòd cum infamia procedit à maleuolis, non debet procedi ad inquirendum: quia ex odio præſumitur famam illam proceſſiſſe. Item prælati quaſi ſignum dicuntur poſiti ad ſagittam. Item prælatus non debet procedere ad inquirendū ex odio, ſed ex charitate. Item prælatus per inquiſitionē, non deponitur, ſed ab adminiſtratione remouetur, niſi in duobus caſibus. s̄. eo. inquiſitionis. 1. reſpon.

CAP. XXIIII.

ij QValiter, & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum [a], & puniēdum ſubditorum exceſſus, ex auctoritatibus noui†, & veteris teſtamenti colligitur euidenter: ex quibus poſteà proceſſerūt canonicæ ſanctiones: ſicut olim apertè diſtinxim⁹ [b], & nunc ſacri approbatione cōcilij confirmamus: Legitur enim in Euangelio, quòd villicus ille, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius†, audiuit ab illo, Quid hoc audio de te? redde [c] rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris amplius† villicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcēdam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Ex quibus auctoritatibus manifeſtè probatur, quòd non ſolum cum ſubditus, verum-

† illius.

† Dictio, ampli⁹, deeſt in antiquis codicibus. deeſt etiā in editione vulgata ſacrorum Bibliorū Geneſ. c. 18.

¶*Gloſſa ſequens arg. quòd non ſit functus, &c. alleg. tria iura in contrarium, & ſoluit.*

a ¶*Ad inquirendum.*] Videamus [1] qualiter & quando prælatus procedere debeat ad inquiſitionem faciendam, & quali pœna ſit puniendus qui conuincitur in modum inquiſitionis. Tunc autem debet prælatus procedere ad inquirendum, cùm famam & frequētem clamorem intelligit de exceſſibus alicuius, ſeu etiam aliquorum, prout patet ex tenore iſtius cōſtitutionis, & quòd ſit infamatus nō à maleuolis & inimicis, ſed à bonis & diſcretis, vt hic dicit, & infrà de purga. can. cum in iuuentute. & 11. quæſtion. 3. in cunctis. Et tunc diſtingue: quia aut procedit ex officio ſuo, aut aliquo poſtulante inquiſitionem. Si ex officio ſuo, tunc prælatus cum aliquibus de canonicis ſuis debet deſcendere ad locum. 2. quęſtio. 1. Deus omnipotens, & 86. diſtinct. ſi quid. quia ibi poteſt melius inquiri. 24. quęſtio. 1. pudenda. 23. diſtin. illud. & ſuprà de elect. poſtquam. & 23. quæſtio. 1. paratus. ver. cum proculdubio qui in eodem populo creuerat &c. & recipere iuramenta prælati & clericorum ſuper ſtatu eccleſiæ, cum eccleſia eſt infamata, vel etiam cum prælatus. vt ſuprà eodem cum dilecti. ſecundū illam formam. ſuprà eodem qualiter. §. formā. & ſic recipiat dicta illorū: & ille contra quē fit inquiſitio, dēt eſſe præſens, & omnes contra quos proceditur, niſi per contumaciam ſe abſentent: & ea quæ obijciuntur, & nomina teſtium ſunt illi exponenda: vt infrà eodem. ca. §. debet. & 5. quæſtio. 2. ſi primates. Item ſi ille contra quem fit inquiſitio, habet iudicem ſuſpectum, poteſt illum recuſare, vt ſuprà de appella. cum ſpeciali. & infrà eodem cap. verſi. non ex odij fomite. vel quòd iudex ſit criminoſus, argumen. 3. quæſtio. 7. iudicet. & 25. diſtinct. capit. vltim. & 26. diſtin. vna tantum. & contra teſtes excipere poteſt: vt in §. debet. & nomina, & dicta, & depoſitiones teſtium ſunt publicanda, vt ille poſſit ſe defendere. infrà eodem olim. & infrà eod. cap. §. debet. & ſi teſtes dicant ſuper his de quibus infamia non præceſſit, nō valent. ſuprà eodē inquiſitionis. §. 1. Crimine verò ſic probato ſi prælatus eſt, debet remoueri ab adminiſtratione, ſecundum quòd villicus à villicatione remouetur, vt j̄. dicitur. Alij verò puniuntur ſecundum arbitrium iudicis, ſecundum perſonæ meritum, & qualitatem exceſſus: niſi tale crimen probatum fuerit, quod poſt pœnitentiam peractam impediat ordinis executionem: vt homicidium, & ſimonia. tunc procedēdum eſt ac ſi in modum accuſationis directè probatum fuiſſet crimen: vt ſuprà eod. inquiſitionis. 1. reſponſo. & ibi dicitur. Qualiter puniuntur de homicidio, habes. s̄. de temp. ord. cap. vlt. De pœna regularium propter ſimoniam commiſſam ab eis. dic vt j̄. de ſimo. dilectus 2. & c. quoniam ſimoniaca. vbi dicitur qualiter contra eos procedatur. Si verò probatum non fuerit: & mala fama perdurat, purgationem indicat iudex infamato ſecundum qualitatem perſonæ, & quantitatem infamiæ: in qua ſi defecerit, puniatur. j̄. de ſimo. de hoc. & cap. inſinuatum. & j̄. de pur. can. cum P. Si verò infamatus contumax fuerit, & nō cōparet, iudex nihilominus contra eum teſtes recipiat lite non conteſtata, & eum puniat: vt s̄. vt lite nō cōteſta. quoniam. §. ſunt & alij. & j̄. eo. cap. ver. debet. Quales teſtes recipi debeant, dictū eſt s̄. c. cū oporteat. Quales debeant eſſe qui recipiuntur in ſimonia contra regulares, dicitur. j̄. de ſimo. per tuas. Si verò ꝓcedat iudex ad petitionē alicuius procurātis inquiſitionē: ſiue ſit ordinarius, ſiue delegatus, ad locum accedat ſi poteſt: & vocet illum contra quē procedere debet: & tunc recipiat teſtes, quos ille producet, q impetrauit inquiſitionem; tn̄ ſi ille negaret infamiā præceſſiſſe, cognoſcet primò iudex vtrum ſit infamatus, & poſtea procedet ſuper his, quæ denuntiata ſunt; aliàs non procedat niſi primò conſtet ꝙ infamatus ſit. s̄. eod. cum oporteat. & c. qualiter. & ſi actor probet illum eſſe infamatum, reus poteſt probare ꝙ ſit bonæ famæ. arg. j̄. de purga. ca. cū in iuuentute. cùm potius ſit priuilegiū bonæ famæ, quàm infamiæ. argu. s̄. eo. licet in fi. Si verò crimen probetur, puniatur. vt s̄. dictum eſt. Si autem nō probauit, puniri debet, qui impetrauit inquiſitionem: vt j̄. tit. prox. c. 2. Et ita idem eſt quantum ad pœnā qn̄ proceditur ad petitionem alicuius proſequētis inquiſitionem: ſicut qn̄ proceditur per officium iudicis ad famam, vel clamorem. Et cum proceditur ad denuntiationem alicuius proſequentis inquiſitionem, non credo neceſſariam admonitionē: quia non agitur ad pœnitentiam: in quo caſu neceſſaria eſt admonitio ſecundum formam Euangelij: ſed in prædictis duobus caſibus agitur ad pœnā: vt prædictū eſt; & aliter formatur petitio denuntiationis cum agitur ad pœnam, & aliter cum dennntiatur ad pœnitentiam: quia tunc agitur ad pęnitentiam peragendam, non ad pœnam imponendam officij, vel beneficij: & ſic intelligitur finis illius gloſſæ. infrà quę incipit ſic. infrà de ſimo. licet Hely. de hoc notatur in glo. prædic. Item nunquid reus poſſet petere à iudice, vt reinquireret cōtra illum, qui impetrauit inquiſitionem, ſicut contingit in alijs iudicijs, vbi admittitur reconuentio. ſuprà de mutu. pet. per totum? Dicas quòd non: quia inquiſitio iudicis officio expeditur, non iure actionis: ſic nec re denuntiatio, aut reaccuſatio: quia tunc præſumitur quòd ex odio hoc fiat: vt ſuprà eodem cum P. & 3. quæſtion. 5. cap. 2. & non relatione criminis, ſed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iudi. is qui. Item teſtes compelli poſſunt ad probādum inquiſitionem [2] . s̄. de teſt. cog. ſuper his. licet in iudicijs ordinarijs compelli nō debeant in criminibus, ſi qua principaliter, vel incidenter obijciantur: vt eodem titul. dilectorum. vbi de hoc. Dic vt ibi notatur in fine notulæ. Item & illud poteſt facere prælatus, cum infamia contra aliquem ad ipſum peruenit, vt præfigat terminum volentibus accuſare, vt ſi aliquis apparuerit accuſator, audiat illum: & procedat legitimè in accuſatione. ſuprà capitu. proxim. & 15. quæſtio. 5. capit. 1. infrà de pur. ca. ex tuarum. ſi autem non apparuerit, tunc poteſt procedere ad inquirendum, vt ſuprà dicitur: vel indicere purgationem, in qua ſi defecerit, puniatur: vt ſuprà capitu. proximo. ſed melius eſt quòd inquirat: quia periculoſum eſt accuſare: quia de facili nullus accuſaret. Quid ſi aliquis alterius diœceſis, vel de alia parochia hoc tacito impetret inquiſitionem, vel denuntiet: nunquid debet audiri, cùm ipſius non interſit? Præſumitur quòd non charitatiuè denuntiet, vel impetret inquiſitionem: vnde credo illum repellendum. argumen. ſuprà de teſtib. ex parte A. in verbo illo, tacito quòd miles fuerit, &c. Bern.

1 De materia huius gloſſæ vide Hoſtiēſem in ſumma tit. de denuntiat. Iuliū Clarum in prac. crim. ſiue. §. fi. q. 6. & 6. & Bernardinum Diaz in prac. crimi. cano. cap. 6.

2 Adde ꝙ nōnunquā ēt torqueri, no. Bar. in l. 1. §. q quęſtioné. ff. de q̄ſt.

b ¶*Diſtinximus.*] In parte deciſa ab illa decret. s̄. eod. qualiter. cuius verba hic ponuntur vſque ad §. debet. Ber.

¶*Gloſ. ſeq. Not. quod iudex corrigit interlocutoriam. adducit tres concor. & tria ſimilia.*

c ¶*Redde rationem.*] Sed qualiter debet rationem reddere prælatus adminiſtrationis ſuæ? prælatus enim debet reddere ratio-

re ratio-

etiam cum prælatus excedit, ſi per clamorem & famam [a] ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis [b] & male dicis †, ſed à prouidis & honeſtis, nec † ſemel tantum, ſed ſæpè, quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat, debet coram eccleſiæ ſenioribus veritatem diligentius perſcrutari, vt (ſi rei popoſcerit qualitas) canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis: non tanquam † idem ſit accuſator & iudex, ſed quaſi denuntiante fama, vel deferente clamore, officij ſui debitum exequatur. Licet autem hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentius tamen eſt obſeruandum in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere, cū ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare, quinetiam interdum ſuſpendere, nonnunquam verò ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur. Et ideo ſancti Patres † prouidè ſtatuerunt, vt accuſatio Prælatorum non facilè admittatur: ne concuſſis [c] columnis corruat ædificium: niſi diligēs adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed † etiam malignæ criminationi ianua ꝓ̨cludatur Verum ita voluerunt prouidere Prę̨latis ne criminarentur iniuſtè, vt tamen cauerent, ne delinquerent inſolenter: contra morbū [d] vtrunque inuenientes congruā medicinam: videlicet, vt criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur: niſi legitima pręcedat [e] inſcriptio †, nullatenus admittatur. Sed cū ſuper exceſſibus ſuis quiſquā fuerit infamatus, vt iam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum, & puniēdum eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu: quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, & ſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino: quod eſt ſecundum ſentētiam Euangelicam, à villicatione villicum amoueri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. ¶ Debet igitur eſſe præſens is, contra quem [f] facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per cōtumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, vt facultatem habeat defendēdi ſeipſum, & nō ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, vt quid, & à quo ſit dictū appareat, publicanda †; necnō exceptiones, & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionē nominum, infamandi, per exceptionum verò excluſionē deponendi falſum, audacia præbeatur. ¶ Ad corrigendos itaq; ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet prę̨latus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, vt de notorijs exceſſibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denuntiationem, & inquiſitionem ipſorum: vt † tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne fortè per leue [g] compendium, ad graue [h] diſpendium veniatur: ſicut accuſationē legitima debet præcedere inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire: illo ſemper adhibito moderamine, vt iuxtà formam iudicij, ſententiæ quoque forma [i] dictetur, ¶ Hunc tamen ordinem circa † regula-

re rationem ſuæ adminiſtrationis tamquam tutor. C. de iud. l. 2. quia comparatur tutori: & procurator eſt, non dominus. ſuprà de dolo. capitu. 2. & 12. quæſtion. 1. capit. 2. poteſt dici quòd ſtaretur ſuo iuramento, ſi aliter non poteſt reddere rationem, argumen. C. de do. l. pe. & C. vnde vi. ſi quando. 2. quæſtion. 1. in primis. verſi. glorioſus vero. & ſuprà de his quæ vi metuſve cau. fiunt. capit. vltim. Ber.

Additio. Ex hac auctoritate redde rationem, & capit. nota duo. Primò quòd ipſe inquirēdus, eſt prius interrogandus, & non teſtes: quia ſi confiteretur, non eſſet opus teſtibus: Secūdò, quòd ſuæ excuſationes ſunt admittendæ. Hoſtien.

a ¶ *Et famam.*] Argumentum, famam nihil per ſe probare. 35. quę ſtio. 6. ſi duo. ſuprà de eo, qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ſuper eo 1. argumen. contra. ſuprà de præſump. cap. illud. & ſuprà de conſang. & affi. capit. 2. & 4. quæſtio. 3. capit. ſi teſtes. §. item ſæpe.

b ¶ *A maleuolis.*] 11. quæſtio. 3. in cunctis. ſi hoc conſtaret, quòd à talibus eſſet orta: aliàs difficile eſt probare famam ortam eſſe à talibus: cum fama ab incerto auctore procedat. de conſecrat. diſtinct. 4. ſanctum eſt. vnde ſatis poteſt dici, quòd indicēda eſt purgatio vndecunque procedat infamia. ſaltem propter ſcandalum. argum. j. de purg. ca. accedens. Ber.

c ¶ *Concuſſis columnis.*] 12. quæſtion. 2. gloria epiſcopi. & 2. q. 7. accuſatio 1.

d ¶ *Morbum vtrumque.*] Vnus 2 morbus eſt, quando falsò, vel malitioſè accuſantur: contra hunc remedium medicinale eſt inſcriptio. infrà eodem verſi. 1. Alter morbus eſt quando delinquūt inſolenter, contra hūc remedium medicinale eſt inquiſitio. infrà eodem verſi. 2. Hoſtien.

e ¶ *Præcedat inſcriptio.*] ſic. ſuprà eodem ſuper his. & infrà de ſimo. licet Hely.

Debet. In hoc §. dicitur, quòd ille contra quem fit inquiſitio, debet eſſe præſens, niſi per contumaciam ſe abſentet, & illi ſunt exponenda capitula, de quibus fuerit inquirendum: & dicta teſtium, & nomina ipſorum ſunt ei publicanda, & exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ: ne per ſuppreſſionem nominum detur audacia infamandi, & per excluſionem exceptionum, deponendi falſum ſecuritas prębeatur. Not. quòd ille contra quem fit inquiſitio, debet eſſe præſens, niſi contumaciter ſe abſentet. Item eà de quibus contra aliquem aliquis inquirit, debent ei manifeſtari, & omnis defenſio ſibi reſeruatur.

f ¶ *Præſens is, contra quem.*] ex hoc §. colligitur manifeſtè, quòd ordo iuris ſeruandus eſt in inquiſitione facienda. ſ. eo. ad petitionem. ſed hoc verum eſt circa ſeculares, circa regulares non eſt vſquequaque ſeruandus, vt dicit in fin.

Ad corrigendos. In hoc §. dicitur, quòd prælatus tantò diligētius debet ad corrigendos exceſſus prælatorum deſcendere, quātò damnabilius eos dimitteret incorrectos: contra quos exceptis notorijs, trib' modis poteſt procedi: per accuſationem videlicet, denunciationem, & inquiſitionem ipſorum: ita vt diligens in omnibus adhibeatur cautela, vt accuſatio nullatenus admittat̄, niſi legitima præcedat inſcriptio, & denunciationē charitatiua admonitio: & inquiſitionem clamoſa dēt inſinuatio præuenire: hoc moderamine ſemper adhibito, vt ſecundum iudicij formam, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc ordinem circa regulares perſonas nō credit Papa vſquequaque ſeruādum, quæ cum cauſa requirit, de facili poſſunt à ſuis adminiſtrationib' amoueri. Not. quòd accuſationē inſcriptio ſemper pręcedere debet, admonitio denuntiationem, & inquiſitionem fama, ſiue clamoſa inſinuatio. Item ſententia ſemper formanda eſt ſecundū modum agendi. Item regulares de facili remouentur à ſuis adminiſtrationibus.

g ¶ *Leue compendiū.*] id eſt 3, peruerſum, & præcipitatum iudicium leuis iudicis: qa fortè vult breuiare lites.

h ¶ *Ad graue diſpendium.*] id eſt 3 ad pœnam auctoritate talis proceſſus inflictam.

¶ *Gloſſa ſequens tractat de triplici modo procedendi ſuper criminibus, & eorum pœnis: circa ſecundum ſignat duo iura in cōtrarium, & vtrobique remittit.*

i ¶ *Forma.*] Sic infrà de ſimo. licet Hely. Forma iſta triplex eſt, cum proceditur accuſando, denuntiando, & inquirendo, vt ſi agatur in modum accuſationis, & probatur crimen, deponatur reus: quia hic eſt effectus 4 accuſationis: vt ſuprà dicit in verbo, & criminalis accuſatio: quæ ad diminutionem capitis, id eſt, degradationem intenditur. Cum agitur per inquiſitionem, alia pœna imponitur, vt dictum eſt in illa notula magna: ibi crimine verò probato. vnde videtur ſcilicet per hanc literam, quòd ſi per inquiſitionem probetur ſimonia, vel homicidium, quòd non deponatur, quia ad hoc non eſt actum. ſuprà de ordi. cog.

† maledictis.

† nō ſemel &c.

† Aliàs ita: non tamquam idē ſit actor, &c. alias ita non tāquam idē ſit auctor & iudex, &c. & vox auctor eſt in cōcilio, & in veteri compilatione.

1 Adde an & quando probat ꝑ ſe: vel nō. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄ſt. & ibi late Hippolyt' Marſilius & Iulius Clarius citat' ſupra eod. ſuper gloſſa magna.

† Vide epiſtolam 2. Stephani Papæ primi de accuſationibus epiſcoporem vbi pleniſſimè de hac materia habetur in primo tomo conciliorum Surianæ editionis.

† ſed &

2 Hęc gloſſula nō eſt Bernardi, ſed Hoſtiēſis, vt finis indicat.

† De hoc articulo vide omnino quos citaui ſuprà eod. c. ſuper his, verbo, oportet inſcribi.

† Hoc fallit ī crimine hęreſis. Eymeric' in Directorio īquiſi. part. 3. q. 75. vbi dixi pleniſſime.

† Aliàs ita: tamen vt diligens oībus adhibeat̄ cautela; &c. abſque voce, in: ſed in concilio, & in alijs vetuſtioribus Gregorij libris. legitur vt eſt impreſſū. ī vno, pro, adhibeat̄, adimpleatur, reperio.

3 Hæ duæ gloſſulæ nec ſunt Bernardi, nec repeꝛiuntur in antiquis exemplaribus.

† conrra.

4 Qualis ſit effectus accuſationis, denuntiationis, & inquiſitionis, plene Hoſtiēſis in ſumma. titu. de accuſa. de nuntiat. & inquiſit. eū videto, vt hāc gloſsā intelligas.

di.cog.cum dilectus.Argumen.contra. ſuprà eodem inquiſitionis. 1. reſponſo. vbi de hoc. & de dol. & contu. veritatis. Dic vt ibi. Cùm verò proceditur per denunciationem, niſi in prædictis duobus caſibus, ad pœnitentiam agitur peragendam; tunc in prædictis duobus caſibus etiam punitur, ſicut cum agitur per accuſationem, vel inquiſitionem: vt dicto capit. veritatis. ſed cum agitur per denuntiationem, tunc in prædictis caſibus non eſt neceſſaria admonitio. ſuprà eodem cum dilectus. In alijs verò caſibus cùm agitur per inquiſitionem, vel accuſationem, punitur ad arbitrium iudicis. argumen. ſuprà eodem, inquiſitionis. 1. reſpõ. in fin. & infrà eodem capit. vltim. & argumen. infrà tit. proxim. cap. vltim. Denuntiatio 1 verò regulariter fit ad pœnitentiam peragendam. & eius effectus, ſiue finis eſt pœnitentiæ impoſitio: & tunc neceſſaria eſt charitatiua admonitio, vt hic dicit: & ſuprà eodem cum dilectus. & capit. 2. aliàs repellitur denuntiator, vt ibi dicitur.

ADDITIO. Pro ſupradictorum faciliori notitia nota verſus ſequentes.

Quatuor ecce modis agitur de crimine, cùm quis
Nuntiat, accuſat, inquirit, & excipit, ante
Admonet, inſcribit, infamat, & obligat extra,
Sic cauet, & deponit, & amouet, atque repellit.

res perſonas non credimus vſquequaque ſeruandum †: quæ, cum cauſa requirit, facilius [a], & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.

¶Idem † in eodem.

¶Metropolitani ad correctionem exceſſuum & reformationem morum, ſingulis annis facere debent prouinciale conſilium; in quo ſtatuere debent perſonas idoneas per ſingulas diœceſes, quæ ſollicitè inueſtigent, & in ſequenti conſilio referant corrigenda; & epiſcopi debent facere ſynodos epiſcopales ſingulis annis, & publicare agitata in prouinciali concilio; & hęc negligentes, ab executione officij ſuſpenduntur, hoc dicit.

CAP. XXV.

Sicut † olim à ſanctis Patribus noſcitur inſtitutum [b]: metropolitani ſingulis annis, cum ſuis ſuffraganeis, Prouincialia non omittant cõcilia celebrare [c]: in quibus de corrigendis exceſſibus, & moribus reformandis, præſertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum: canonicas † regulas, maximè quæ ſtatutæ ſunt in hoc generali concilio, relegentes, vt eas faciant obſeruari, debitam pœnam tranſgreſſoribus infligendo. Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant [d] perſonas idoneas, prouidas videlicet & honeſtas, quæ per totum annum, ſimpliciter, & de plano, abſque vlla iuriſdictione [e] ſollicitè inueſtigent, quæ correctione, vel reformatione ſunt † digna: & ea fideliter perferant ad metropolitanum, & ſuffraganeos, & alios, in cõcilio ſubſequenti: vt ſuper his, & alijs, prout vtilitati, & honeſtati cõgruerit, prouida deliberatione procedant: & † quæ ſtatuerint, faciant obſeruari: publicaturi ea in epiſcopalibus ſynodis annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, à ſui executione officij ſuſpendatur,

¶Gregorius nonus Archiepiſcopo, & Priori ſanctæ Mariæ Rothomageñ.

¶Sententiæ excommunicationum, ſuſpenſionum, vel interdicti latæ poſt denunciationem per abbatem denunciatum vel alium pro ipſo in monachos denuntiantes, vel adhærentes eiſdem relaxantur, ſpoliati reſtituuntur, & iuramenta de tacenda veritate relaxantur: dicta teſtium denunciato traduntur: & expenſæ de bonis monaſterij monachis denuncianti bus miniſtrantur: & propter hoc ab obedientia abbatis non eximuntur, ſine tamen litis præiudicio.

& quales quid agant, & quòd procurantur per loca, quæ viſitant. ad hoc vltimum ſignat contrarium, ſed tenet primum.

d ¶*Statuant.*] Iſti erunt quaſi teſtes ſynodales: ſic ſuprà de teſti.cog.præterea.ſi.35. quæſtion.6. epiſcopus in ſynodo. & debent eſſe de eodem epiſcopatu, honeſti & diſcreti: quia tales melius poſſunt inueſtigare veritatẽ quã extranei. argumen. ſ. de teſti. veniens 2. in fin. & 35. quæſtion.6. capit.1. & 2. ſuprà qui ma. accuſa. poſ. videtur. Et iſti appellantur viſitatores, qui debent circuire totam parochiam de villa in villam: vt 80. diſtinc. non debere. vnde hoc ſumptum videtur. & illi procurabuntur per parochias, ad quas accedunt: quia ſuis ſtipendijs hoc facere non debent. ſuprà de præſcri. cum ex officij. & 28. quæſtion. 1. iam nunc. in fin. & 12. quæſtio. 2. charitatem. & officiũ ſuum non debet eis eſſe damnoſum. argum. 4. quæſtion. 3. capit. ſi teſtes. §. venturis. Argumen. contra quòd epiſcopus debeat eos procurare, habes ſuprà de offic. ord. inter cætera. & 23. quæſtio. 1. militare. Prioribus concordantijs credo ſtãdum: moderatos 3 tamen ſumptus petent. Io.

¶Gloſſa ſequens infert dubium & ſoluit. quærit obijciendo: reſpondet & infert, quòd diminuta ſit hodie. & c. dicens, quod iſtis minus quàm alijs officialibus creditur, & cauſam reddit. ſubdit quod propter diligentiam prælatorum iſti ſuum officium non amittunt.

a ¶*Facilius.*] j. de ſim. per tuas. circa fi. Notare potes hic argumen. quòd dignior 2 eſt cœtus clericorum, quam cœtus monachorum: vt 16.q.1.legi.Ber.

Sicut olim.] Diuiditur in tres partes. In prima prouidet de prouinciali conſilio, & de agendis in illo. In ſecunda de teſtibus ſynodalibus, & eorum officijs. In tertia de pœna hoc non ſeruantium: & tacitè inſerit de epiſcopalibus ſynodis. ſecunda: ibi, *Vt autem.* tertia: ibi, *Quiſquis.* Abbas.

CASVS. Statuit conſilium generale, ſicut olim à ſanctis patribus fuit ſtatutum, vt metropolitani ſingulis annis nõ omittant concilia celebrare, in quibus diligenter intendant circa correctionem, & reformationem clericorum, & mores eorum, relegentes regulas canonicas: & præſertim huiuſmodi conſilij, pœnam debitam tranſgreſſoribus infligendo: Vt autem id valeat melius adimpleri, per ſingulas diœceſes conſtituant perſonas idoneas & honeſtas, quæ de plano & ſine aliqua iuriſdictione diligẽter inquirant quæ correctione & reformatione ſunt digna, vt ea fideliter referant in concilio ſubſequenti, vt ſuper his & alijs prouida deliberatione procedant, & ea quæ ſtatuerint, faciant obſeruari, & in epiſcopalibus ſynodis annuatim celebrandis ea debeant publicare per ſingulas diœceſes: quiſquis autem hoc ſtatutum neglexerit adimplere, ab executione ſui officij ſuſpendatur. Not. quòd prouincialia concilia celebranda ſunt ſingulis annis. Item ſtatui debent in concilijs tales, qui ſtatuta concilij faciãt obſeruari. Item executores nullam habent iuriſdictionem.

b ¶*Inſtitutum.*] 18. diſtin. quoniam quidem.

c ¶*Celebrare.*] ſic & abbates, & Priores abbates proprios nõ habentes de triennio in triennium celebrant Capitula ſua. ſ. de ſta. reg. in ſingulis. & cap. ſeq.

¶Gloſ. ſeq. tractat de teſtibus ſynodalibus vnde eſſe debeant,

e ¶*Abſque vlla iuriſdictione.*] Si iſti non habent iuriſdictionem: ergo non poſſunt aliquos cogere, vel citare, vt veniant vel reſpondeant: imo poſſunt eis dicere: ingreſſus es vt aduena, nunquid vt iudices nos? 3. quæſtion. 6. leges. Item videtur quòd debeant eſſe iurati. 35. quæſtio. 6. epiſcopus in ſynodo. Sed ſufficit quòd ſint honeſtæ perſonæ, quibus meritò ſit credendum, ſuper his quæ referunt 4 in concilio prouinciali. Item quare prius denunciatur hoc metropolitano, quàm epiſcopo, cum prius deberet denuntiari epiſcopo quàm arhidiacono. 25. diſtinct. perlectis. demum ſi epiſcopus eſſet negligens, archiepiſcopo. 9. quæſtion. 3. cum ſimus. & capit. conqueſtus. & per hoc eccleſiaſticus ordo confunditur, ſi ſua iuriſdictio epiſcopo non ſeruatur. 11. quæſtion. 1. peruenit. in fin? Dicas, quòd iſti inquiſitores ſolam famam referunt metropolitano ſecũdum quòd intelligunt, & inquirunt ſine aliqua iuriſdictione, vt per alios ad denũtiationem ipſorum poſſit viſitare prouinciam: quia ex hoc apparet epiſcopus negligens: tamen ſi epiſcopus vellet corrigere illos exceſſus, non perderet ſuam iuriſdictionem: niſi tunc demum cum negligens apparet. 9. quæſtio. 3. cum ſimus. §. vltim. & eo ipſo quòd hæc referũtur metropolitano, apparet, quòd multa ſunt apud eos epiſcopos, quæ egent correctione. 18. diſtin. peruenit. vnde videtur eſſe diminuta iuriſdictio metropolitanorum in hoc, quòd olim poterant deſcendere & inquirere an epiſcopi eſſent negligentes, non vt ſtatim inquirerent de criminibus, niſi poſtquàm conſtaret de negligentia. Sic poteſt intelligi. ſ. de cenſi. ſopitæ. & c. Romana [eo. in 6.] & ſ. de præſcrip. cum ex officij. hodie verò non poſſunt, niſi primò eis per alios referatur, ſecundùm quòd hic innuitur: aliàs ſuperflua & oneroſa fuiſſet iſta conſtitutio, & iſtis inquiſitoribus minus creditur,

† obſeruãdum.

† Scilicet Innocentius iij. in cõcilio generali Laterañ c. 6. & c. 5. eo. tit. in 4. cõpilatio.

1 Vide Speculat. ti. de denuntiatiõe. §. 2. & Hoſtieñſẽ paulo ante citum.

† Vide cõcilium Trident. ſeſſ. 24. de reforma. ca. 2. & concilium Lateraneñ. ſub Leone. x. ſeſſio. 10.

† In codice Barbatiæ ita: canonicas regulas & maxime q̃ ſtatuta ſũt &c. in concilio ita: canonicas regulas & maxime q̃ ſtatutæ ſunt, &c.

2 Vide B. Thomam 2.2.q.184. per totũ, & q. 186. art. 1.

† ſint.

† Aliàs ita: & q̃ ſtatuerunt, faciant obſeruari.

3 Quia tales poſſunt epi petere & nõ graues, vt ſupra de cẽſib. c. cum Apoſtol.

4 De his relatorib' ſiue nuntijs quorũ officiũ eſt explorare delicta, q̃ cõmittãt & referre ſuperioribus. vt eis occurrãt, notatur in l. ea qdẽ, C. de accuſation. vbi Salicetus & alij.

ditur quàm alijs officialibus: ꝗa alijs creditur quandiu cōtrarium probetur.4.q.4.c.nullus.§.aliquando.ff.de offi. præfec. vrb.l.1.§.quies.s̄.de appel.cum parati.argum.ff. de re. eorum qui ſub tute. vel cura.l.magis.§.illud.ff. de cuſto. & exhi.reo. l.diuus.Hoc ideo,quia iſti famam ſolam referunt,nec ſunt iurati: ſed illi iurati ſūt, & famā non referunt, ſed ipſum factū: & iſti inquiſitores non debēt amittere officium ſuum, quamuis prælati inquirant, corrigāt, & reforment: vt referāt metropolitano an oporteat ipſum ſupplere negligentiam epiſcoporum:aliàs neſciret: & ita non impediretur eorum inquiſitio propter factum epiſcoporum. Io.

CAP. XXVI.

OLim I.V.& P.ordinis Tyroñ.† infrà. ¶ Ne igitur reformatio monaſterij valeat retardari;Mā damus,quatenus relaxatis [a] excommunicationum, ſeu ſuſpenſionum ſentētijs,ſi quas idem abbas protulerit†, vel per quoſcunque iudices promulgari fecit,poſt inceptum [b] negotiū in eos,& adhærentes† [c] eiſdem,ac eis reſtitutis, quos idem abbas negotio ipſo pendente, cōtra iuſtitiam ſpoliauit: in negotio de plano, & abſque iudiciorum [d] ſtrepitu procedentes, (cum talibus, maximè in hoc caſu, non deceat Dei ſeruos inuolui) inquiratis, quæ circa† perſonas, & obſeruantias regulares videritis inquirenda: corrigentes & reformantes tā in capite, quàm in membris, quæ correctionis, & reformationis officio noueritis indigere, iuramētis, ſi qua de tacenda veritate [e] abbas extorſerat, relaxatis, prouiſo †, vt negotio ipſo pendente præfati monachi, eidē abbati obediant, & intendant, ita tamen quòd per hoc proſecutio negotij non valeat impediri. Si verò teſtes contra eundem abbatem producti fuerint, dictorum ipſorum ei copiam [f] faciatis. ¶Prædictis autem monachis, expenſas factás propter hoc, & tribus vel quatuor ex† iſtis, vel alijs, quos idoneos ad dictum negotium proſequendum duxeritis aſſumendos, faciatis de bonis eiuſdem monaſterij,& faciendas expenſas ad proſecutionem ipſius negotij neceſſarias,computatis, ſi qua propter hoc receperunt, de bonis [g] monaſterij, cum propriū non habeant, miniſtrari. Contradictores. & cætera.

† Ciſter. † Turonē. †Cironen.

† protulit.

† Qui dicātur adhærentes declarat Angel⁹ in Authē. de hære.& Falc. & Ancharanus in repe.c.canonum ſtatuta. ſupra ð cōſti. ver. vidi dubitari.

† contra

†Aliàs ita: ꝓuiſo, et, vt & c.

O *Lim.*] Partes patent.Secunda:ibi, *Si verò*. Tertia: ibi, *Prædictis*. Abb.

Casvs. Inquiſitio ſuper ſtatu cuiuſdam monaſterij, ordinis Tyroneñ.tam in capite quàm in membris commiſſa fuit quibuſdam inquiſitoribus,ad petitionem I.V. & P. monachorū dicti monaſterij: pendente inquiſitione coram ipſis, abbas quaſdam ſententias ſuſpenſionis & excōmunicationis tulit in quoſdam monachos ipſius monaſterij proſequentes inquiſitionem,& adhærentes eis etiam, & per quoſdam iudices delegatos fecerat promulgari:quoſdam etiam ſpoliauit contra iuſtitiā, ipſo negotio pendente, & quoſdam induxit ad iurandum, quòd veritatem non dicerent contra ipſum: & quia propter huiuſmodi impedimenta tetardabatur reformatio monaſterij,ſignificata fuerunt hæc domino Papæ. Petierunt inſuper dicti monachi à Papa,vt faceret eis expenſas factas,& faciendas ſibi miniſtrari de bonis monaſterij:Super hoc mādat Papa inquiſitoribus,quatenus, ne reformatio monaſterij valeat retardari, debeant relaxare ſententias ſuſpenſionum & excommunicationum,quas abbas protulit, vel per quoſdam iudices fecit promulgari poſt inceptum negotium in eos, & in adhærentes eiſdem:ac eis reſtitutis, quos abbas pendente negotio contra iuſtitiam ſpoliauit,& relaxatis iuramētis, ſi qua de tacenda veritate abbas extorſerat, procedant in negotio de plano,& abſque iudiciorum ſtrepitu,inquirentes quæ circa perſonas & obſeruantias regulares viderint inquirenda, & corrigant,quæ fuerint corrigenda tā in capite,quàm in membris,prouiſo, vt negotio pendente abbati obediant,& intendant,ita quòd per hoc reformatio monaſterij non valeat impediri;Si verò teſtes contra abbatem producti fuerint, copiā faciant ei dictorum ipſorum,& faciant fieri prædictis monachis tribus,vel quatuor, vel alijs quos aſſumpſerint ad dictū negotium proſequendum, expenſas neceſſarias factas & faciendas ad negotium proſequendum de bonis monaſterij, computatis, ſi qua receperunt de bonis monaſterij. Not.iuriſdictionem inquiſitorum extendi ad ea, ſine quibus eorum officium non poteſt expediri.Item iuramentum de veritate tacenda non valet,nec eſt ſeruandum. Item pendente accuſatione,vel inquiſitione contra prælatum ſubditi debent obedire eidem.Item prælatus pendēte inquiſitione,vel accuſatione cōtra ipſum,non debet aliquid facere, propter quod impediatur officium iudicis: quod ſi fecerit,iudex vel inquiſitor totum reuocet. Item copia atteſtationum faciēda eſt abbati,contra quem proceditur. Item monachi expenſis monaſterij proſequuntur inquiſitionem, cum nihil habeant.

a ¶*Relaxatis.*]vt ſi oportuerit,poſſint ferre teſtimonium in negotio inquiſitionis, cū per eos melius quàm per alios poſſit inquiri veritas.s̄.de teſti. veniēs 2.dum tñ ex alia cauſa repelli non poſſint.j̄.de ſimo.per tuas.& s̄. de re iudi.cū I.& A.

¶*Gl.ſeq.arg.ꝙ cauſa cœpta,&c. ſign.cōtrariū decr.nōne.et ſol.*

b ¶*Poſt inceptum negotium.*] Nota,quòd lite pendente nō eſt aliquid innouandum.s̄.vt lit.pend.à me moria.& per totum.& s̄.de iure pat.ex literis. arg.16.q. 4. volumus. Item eſt argum. quòd cauſa cœpta inter prelatum & ſubditum,ſuſpenſa eſt iuriſdictio prælati ac ſi eſſet appellatum ab eo.s̄.eo. cum dilectus.& totum iudicium ſuum ad maiorē delatum eſt iudicē.vnde facit iniuriam iudici, ſub quo eorum cōmune negotium pendet. argum. 2.quæſtio. 1.nomē.* & iudex totum debet reuocare, ſi quid faciat in eis,vt hic videtur,cū ex odio videatur ꝓcedere negotio cœpto. Arg. cōtra. 8.q.4.nonne.vbi dicit, ꝙ vſque ad finem cauſæ non poſſunt recedere à ſua iuriſdictione, vt ibi dicit.argu.15. q. vlt.c.vlt.in fin.& obedientiam exhibere, vt dicit:& ſi non faciant, per iudicem compellantur:vt dicitur.verſi. prouiſo, &c. Ipſe autē compellere eos nō debet.ſi tamen iudices in hoc eſſent negligētes, ipſemet prælatus pōt excommunicare ſi nō obedirent,vel aliàs excederent.arg.s̄.de offi.ord. ſignificauit. & s̄.de offi.deleg.prudentiā.§.ſexta.in fi.aliàs ſolueretur obedientia:quod eſſe non debet.Ex eo quod dicit j̄.contra iuſtitiam ſpoliauit.videtur à contrario, quòd ſi iuſta cauſa ſubſit, quòd eos punire poſſit:quod credo.Honeſtum tamen eſſet,ſi per iudices hoc fieret;& quod dicit,relaxatis,& cætera:premiſit cauſam,ne reformatio monaſterij retardet̄,vt poſſint ferre teſtimonium.s̄.de teſti. veniens 2.

† Dictio, ex, deeſt in noſtris antiqs codicibus,& in omnib⁹ Vaticanis.

* Aliàs c. notum.

¶Idem Epiſcopo Ciſter.† de Alde. & de Salen.abbatibus.

† Ciſter.& de Alto & Salieñ.abbatibus.

¶*Contra prælatum denunciatum de dilapidatione, fit commiſſio ſuper veritate inquirenda:& pendente negotio debet ſibi interdici poteſtas alienandi.*

CAP. XXVII.

PRælatorum exceſſus:& infrà.¶Sanè dilecti filij C.& quatuor alij canonici Friſi-

† Ciſtreñ.

c ¶*Adhærentes.*] Ar.quòd idem iuris eſt in acceſſorio quod in principali.vt s̄.de off.deleg.c.prudētiām.ver.fi.vbi de hoc: & ſublato principali, & acceſſorium, & quæ adhærent religioſis,religioſa ſunt.ff.de rei vend.quæ religioſis.

d ¶*De plano,& abſque iudiciorū.*] ſic s̄.de ſta.mo.c.ca quæ. & ita ordo iudiciarius non videt̄ vſquequaq; ſeruandus circa regulares:vt s̄.eo.qualiter 2.in fi. quia de facili remouētur ab adminiſtraationibus:vt ibi:& j̄.de ſimo.per tuas 1. quaſi ſummaria cognitio videtur ſufficere,ex eo quod dicit, de plano.

Sed 1 in alijs non de plano,ſed magis iudice ſedente pro tribunali.2.q.3.c.ſi quem.§.præuaricator.verſi. abolitio. & 3. q.3.c.induciæ.§.ſpatium. verſi. à iudice. & manifeſtis probationibus.5.q.6.Epiphanium.C.de probatio.l.vlt.

1 Quæ ſūt ab hoc loco vſq; ad finē gloſſulæ, deſunt in vetuſtioribus codicibus, nec Bernardi eſſe credimus.

e ¶*De tacenda veritate.*] Hoc ipſo quòd hoc fecerat ſuſpectus erat abbas, & talia iuramenta non tenent. s̄. de teſtibus, conſtitutis 1. & merito talia iuramenta relaxanda ſunt, vt veritas reueletur.ſim.s̄.de teſti.cog.cap.vlt. & ſine peccato ſeruari non poſſunt, quia celare veritatem mortale eſt peccatū. 11.q.3. quiſquis. & j̄. de crimi.fal.c.1. expedit enim peccata nocentium nota eſſe.ff.de iureiur.eum qui.§.1.

f ¶*Copiam dari faciatis.*]s̄.eo.qualiter 2.§.debet. & eſt hoc notabile contra quoſdam, qui nō faciunt copiam dictorum, & ſupprimunt teſtium nomina,à quibus iuſte poſſet appellari:licet dicatur,quòd non vſquequaque ſeruari debet ordo iuris,tamen in hoc bene ſeruari debet. Ber.

g ¶*De bonis.*]s̄.eod.ex parte.vbi de hoc. Ber.

P *Rælatorum exceſſus.*] Contra prælatum infamatum de dilapidatione, inquirit̄ de veritate, & interim interdicitur

citur ſibi omne genus alienandi. hoc dicit. Diuiditur, nam in prima ponitur epiſcopi denuntiatio: in ſecunda ipſius commiſſio: ibi, *Diſcretioni*, quæ duo facit. Primò mandat inquiſitionem fieri, & remitti. Secundò inquiſitionis terminum aſſignari, & alienationem interdici: ibi, *Poteſtate*. Abbas Sicul.

gieñ. † denuntiando monſtrarunt, quòd Friſigieñ. † epiſcopus bona ſui epiſcopatus, quẽ (vt dicunt fuit minus canonicè aſſecutus) adeo grauiter dilapidat, & conſumit, quòd niſi celeriter adhibeatur [a] remedium, epiſcopatus idem per eum ad † irreparabile diſſolutionis opprobrium deducetur: nec ſolummodo rerum, verumetiam famæ ſuæ prodigus [b], & ſalutis, vitam ducit enormiter diſſolutam: & infrà. ¶Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus perſonaliter [c] accedentes ad locum, inquiratis ſolicitè veritatem: & eam fideliter conſcribentes, ſub † ſigillis veſtris nobis tranſmittatis incluſam: Eidem epiſcopo terminum aſſignantes, quo noſtro ſe conſpectui repræſentet, pro meritis [d] recepturus. Poteſtate vendendi [e], dandi, infeudandi, ſeu † quomodolibet alienandi bona ipſius eccleſiæ, interim eidem penitus interdicta.

† Friſigeñ.
† Frigiſeñ.
† Frigiſeñ.

† Aliàs ita: ad irreparabilis diſſolutiõis, &c.

† Aliàs ita: ſub ſigillis veſtris veritatẽ nobis. &c.

† Aliãs ita: ſeu quolibet modo, &c.

C A S V S. Quidam canonici Friſigieñ. denuntiauerunt domino Papę, quòd eorum epiſcopus minus canonice epiſcopatum adeptus, bona ipſius epiſcopatus adeo grauiter dilapidat & conſumit, quòd niſi celeriter adhibeatur remedium, ad diſſolutionis opprobrium deducetur, & non ſolum rerum prodigus, ſed etiam famæ ſuæ prodigus eſt & ſalutis, vt inpote qui viam ducit nimium diſſolutam: propter quod mandat Papa quibuſdam iudicibus, quatenus perſonaliter accedẽtes ad locum, veritatem inquirant, & eam ad Papam ſub ſigillis ſuis tranſmittãt incluſam, eidem epiſcopo terminum aſſignantes, quo conſpectui domini Papæ ſe præſentet, pro meritis receptur⁹: Interim tamen poteſtate vendendi, dandi, infeudandi, ſeu quocumque modo alienandi bona epiſcopatus eidem penitus interdicta. Nota, quòd inquiſitores perſonaliter accedere debent ad locum, in quo morantur illi, contra quos fit inquiſitio: & non alibi facienda eſt. Item cum aliquis denũtiatur ſuſpectus de dilapidatione, interdicenda eſt poteſtas quocunq; modo alienaudi bona eccleſiæ.

a ¶*Adhibeatur remedium.*] ſimile: quia niſi iuſtitia conatus cupiditatis reprimeret, ius litigatorum extingueretur. ſuprà in princ. in conſtitutione Gregorij.

b ¶*Prodigus.*] ſimile in prædicta conſtitutione.

c ¶*Perſonaliter.*] In caſu iſto inquiſitores non poſſent alijs committere vices ſuas 1. De hoc habes. ſuprà de offic. de leg. cap. vlt. §. 2.

1 Nec extra locũ inquirere niſi in caſu. eo. tit. ſtatuimus 2. libr. 6. Ioã. And.

d ¶*Pro meritis recepturus.*] vt pœna docente agnoſcat qualiter ipſe exceſſerat in præmiſſis. ſim. 27. quæſtione prima ſi homo eſſes. & capit. ſi cuſtos. & ſuprà de offic. lega. niſi ſpecialis. vt ſapiens ſit in pœna, qui ſtultus fuit in culpa. 38. diſt. qui ea. Et quos Dei timor à malo non reuocat, &c. ſuprà de electio. cum in cunctis. & ſuprà de vi. & hone. cleri. vt clericorum mores. & neceſſe eſt vt ferro abſcindantur, &c, 82. diſtin. plurimos. Ber.

e ¶*Vendendi.*] Nota quòd licet aliquis denuntietur, ſiue accuſetur vt ſuſpectus de dilapidatione, non debet ſtatim remoueri. infrà de ſimo. licet. ſed interdici debet eidem omne genus alienandi: vt hic patet, & ſuprà de offic. delega. venerabili. vbi de hoc. imo ei dabitur interim coadiutor, ſine cuius conſilio nihil faciet, ſi ſuſpectus eſt, vt ibi dicitur. Ber.

DE CALVMNIATORIBVS.

¶*Suprà viſum eſt de accuſatoribus, & delatoribus criminum: Verumtamen quia iſti quandoque calumniantur, ideo de his ſubdit. Abbas.*

De hac materia tractatur. 2. quæſtio. 8. per totum. & 5. quæſtio. 5. per totum. & infra. in Rub. de pœnis. ver. quæ ſit pęna calumniato. & præua.

TITVLVS II.

De calumniatoribus.

¶Gregorius † Anthemio ſubdiacono.

† Lib. 9. regiſtri epiſtola 66. refert Burchard⁹ li. 2. decre. c. 201. Iuo par. 6. cap. 274. & ca. 2. tit. de accuſatio. in 1. compilatio.

¶*Subdiaconus calumnioſè accuſans diaconum, ſubdiaconatu priuatur: & publicè verberibus caſtigatur, & in exilium mittitur.*

CAP. I.

CVm fortius puniẽda ſint crimina, quę inſontibus [f], & maximè [g] ſacratis hominibus inferuntur: quàm ſitis culpabiles [h], qui in cauſa Ioannis diaconi reſediſtis [i], attendite, vt Hilarium criminatorem ipſius nulla ex diffinitione veſtra pœna conueniens caſtigaret: & infrà. ¶Quia ergo tantæ nequitię malum ſine digna nõ debet vltione trãſire: iubemus eundem H. prius ſubdiaconatus, quo indignus fungitur, priuari [k] officio, & verberibus [l] publicè caſtigatum, in exilium [m] deportari.

Vide B. Thomam. 2. 2. q. 68. art. 3. Sotũ libr. 5. de Iuſtitia & iure. q. 5. arti. 3. & pro intellectu vide omnino Bernardinũ Diaz in prac. crimi. cano. cap. 59.

¶Innocentius † iij. Zamoreñ. † Segobieñ & Abuleñ. Epiſcopis.

† Honori⁹ tertius.

† Vide Ioãnem Vaſæũ in Analibus Hiſpaniæ ca. 10. & cap. 21. vbi de his epiſcopatibus.

¶*Denuntiator in probatione criminum deficiens, ab officio & beneficio*

CVm fortius.] Duo facit. Primò ponit, & aggrauat culpam iudicis. Secundò, ponit calumniatoris pœnam: ibi, *Quia*. Abbas Siculus.

C A S V S. Hiliarius ſubdiaconus accuſauit Ioannem diaconum: cauſa huius accuſationis commiſſa fuit Anthemio ſubdiacono, & quibuſdam alijs: iudices in negotio procedentes, cum ille Hilarius nihil probaſſet cõtra Ioannem diaconũ, abſoluerunt eundem, nullam pœnam imponentes Hilario ſubdiacono pro calumnia: Peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: vnde ipſe ſcribit Anthemio ſubdiacono, dicens quòd illa crimina fortius ſunt puniẽda, quæ obijciuntur illis, qui culpabiles non fuerunt, & præcipuè ſacratis hominibus: vnde reprehẽdit iudices illos, qui in cauſa illi⁹ Ioannis diaconi reſederunt, pro eo quòd nullam pœnam dicto Hilario calumniatori impoſuerunt: vnde mãdat dicto Anthemio, quatenus cum tantum malum tranſire non debeat impunitũ, H. prædictum priuet officio ſubdiaconatus, & verberibus caſtigatum publicè in exilium faciat deportari. Nota, quod qui non probat quod intendit contra alium, puniri debet pœna talionis. Item vbi quis non poteſt puniri pœna, qua debuit accuſatus; alia pœna additur priori pœnæ, vt hic patet: quia enim non poterat H. priuari diaconatu, loco illius, verberibus caſtigatus mittitur in exilium.

f ¶*Inſontibus.*] 23. q. 5. ſi non licet. & 17. q. 4. ſicut qui.

g ¶*Maximè ſacratis.*] Arg. quòd ex perſona aggrauatur iniuria. Inſtit. de iniurijs. §. atrox. ff. de iniurijs. l. prętor. & j. de ſententia excommunica. cum illorum. Et qui præpoſito ſuo manus intulerit, capite punitur: & augetur crimen dignitate prępoſiti. ff. de re mil. omne delictum. §. 1. & ius publicum offenditur. 1. diſt. ius publicum, vnde qui lædunt ſacerdotes, tamquam pro publico crimine puniuntur. 2. quæſtio. 1. in primis. circa finem.

h ¶*Culpabiles.*] ergo iudex qui non punit deficientem in accuſatione peccat, & culpam contrahit, cum puniri debeat pœna talionis 2 . 2. quæſt. 3. cap. 1. & 2. & 3. Hæc decre. competentius poneretur in præcedenti titulo, ſicut erat in antiqua compilatione.

2 Vide Couarruuiam lib. 2. c. 9. varia. reſolut. & quos citaui ſupra de accuſat. c. ſup his. ver. oportet inſcribi.

i ¶*Reſediſtis.*] vt iudices.

¶*Glo. ſeq. obijcit de l. 1. &c. & dat tres ſolutiones.*

k ¶*Priuari officio.*] ſed videtur hoc contra ius factũ eſſe, ex quo enim ſtatim non fuit de calumnia condemnatus, non debet poſtea condemnari, niſi contra cum iterum inſcribatur. C. de calumnia. l. 1. Poteſt dici, ꝙ ſpeciale eſt, & factum principis ad conſequentiam trahi non debet. Inſtit. de iure nat. §. planè. Vel forte iudices condemnarunt eum, ſed pœnam nõ impoſuerunt. Vel verius videtur quòd cauſa exempli hoc factum ſit, ne alij inde ſumant exẽplũ: & præterea negligẽtia iudicũ non debet ei prodeſſe, vt remaneat calumnia impunita. A D D I T I O. Vel dic ꝙ hoc fuit dimiſſum propter culpam iudicis: licet coram eo petitum fuiſſet, & ideo ita per ſuperiorem imponitur. arg. C. quando prouo. nõ eſt neceſ l. omnem honorem. quia ſiue recepta fuerit, ſiue nõ, nihil oberit appellanti, vel dic quòd Papa fecit hoc ex plenitudine poteſtatis.

l ¶*Verberibus.*] in ſupplementum pœnæ. 5. q. 6. quia iuxta.

m ¶*In exilium.*] quam pœnam eccleſia imponit. 50. diſtinc. accedens. argumen. 63. diſtinct. in ſynodo. & 17. quæſtio. 4. attendendum. Bernard.

Cum

C*Vm dilectus.*] In prima denuntiatio & cauſæ commiſſio: In ſecunda proceſſus examinatio, & abſolutio denuntiati. In tertia pœna calumnioſè denuntiantis. ſecunda: ibi, *Cum autem.* Tertia: ibi, *Vobis.* Abb. Sicu.

C A S V S. Magiſter ſcholarum Palentiñ. ad Apoſtolicam ſedem accedens, de ſuo epiſcopo exceſſus varios nuntiauit: Papa examinationem ipſorum commiſit quibuſdam inquiſitoribus faciendam, vt examinationem factam ſub ſigillis ſuis deſtinarent incluſam: quo facto Papa examinauit proceſſum negotij diligēter, nec inuenit aliqd de prædictis ſufficiēter eſſe probatum: vnde abſoluit epiſcopū ab obiectis: mādans quibuſdam, quatenus dictum magiſtrum ſuſpēdant ab officio & beneficio, donec ſe purgauerit, quòd non calumniandi animo proceſſit ad huiuſmodi crimina proponenda: vt cæteri ſimili pœna perterriti, ad infamiam prælatorum ſuorū de facili procedere non præſumant. Not. quòd qui deficit in probando in cauſa denuntiationis, punitur, vt hic dicitur. Item nemo debet alium, & præcipue prælatum ſuum infamare.

†Cap. 7. ti. de accuſatio. in 3. cō pilatione. Vide citatos in cap. proxime p̄cedēti. adde B. Thomā 2. 2. q. 33. arti. 4. & Hoſtienſem ī ſumma titu. de calumniator. §. quali pœna.

ſuſpenditur, donec innocentiam ſuam purget.

C A P. I I.

C Vm † dilectus filius magiſter ſcholarum Palētinus ad ſedem Apoſtolicam acceſſiſſet, & de ſuo epiſcopo exceſſus varios nuntiaſſet [a], examinationem commiſimus exceſſuum obiectorum; & infrà. ¶Cum autem proceſſum negotij examinauerimus diligenter, nec intelligere potuerimus probatum eſſe ſufficiēter aliquid de prędictis, eundē epiſcopum abſoluendum decernimus ab obiectis; Vobis mandantes, quatenus memoratum magiſtrum ſcholarum, donec canonicè ſuam purgauerit innocentiam, ſcilicet quòd non calumniandi [b] animo ad huiuſmodi crimina proponēda proceſſit, ab officio, & beneficio ſuſpendatis: vt cæteri ſimili [c] pœna perterriti, ad infamiam ſuorum facilè non proſiliant prælatorum.

T I T V L V S III.

De ſimonia †, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur, (vel promittatur. †.)

¶Gregorius generali ſynodo præſidens.

¶*Epiſcopus, pro ordine ab eo confe-*

a ¶*Nũtiaßet.*] Cū ad denuntiationem alicuius Papa cōmittit inquiſitionem, non procedit iudex, niſi denuntiās probet legitimam admonitionem præceſſiſſe 1. j. titu. proxim. licet Heli.

†De materia hui' tituli, multa canoniſtis valde neceſſaria tradit B. Thōas & Caietanus 2. 2. q. 100.

†Duo hæc verba: vel promittatur, deſunt in tribus codicibus Vaticanis.

¶*Glo. ſeq. notat ſimilitudinem, &c. & quærit.*

b ¶*Calumniandi.*] ſic patet, quòd ſi denuntians non probat quod intendit, calumniari præſumitur: ſicut in accuſatore. 2. quæſtion. 3. qui non probauerit. C. de aduo. diuer. iudi. l. 1. Sed qualiter probabitur, quòd non calumnioſè denuntiauit? Videtur quòd per iuramentum probari poſſet, vt hic colligitur argumen. ſuprà de teſti. præſentium. & ſuprà de except. paſtoralis. Et impropriè hic dicitur, calumnia: quia calumniator punitur ſimilitudine ſupplicij. 2. quæſtion. 8. quiſquis. & cap. qui crimen. & ſuprà titu. proxim. ſuper his. & cap. qualiter 2. Pœna ergo illius qui denuntiat, ſi non probat, erit ſuſpenſio officij, & beneficij, vt hic patet, donec ſe purgauerit: & huiuſmodi purgatio præſtabitur ad arbitriū iudicis, ex quo hic non determinatur. ſuprà de offic. delegat. de cauſis. §. illis etiam. & præterea cum purgationes hodie arbitrariæ ſint. ſ. titu. proxim. inquiſitionis. in fine.

1 An autē admōitio ſecreta ex neceſſitate præcepti dēat denuntiationem p̄cedere tradit elegan ter B. Thomas. 2. 2. q. 33. arti. 7. quē omnino videas.

c ¶*Simili pœna.*] Hæc etiam eſt cauſa quare puniuntur, vt alij non ſumant inde exemplum infamandi prælatos ſuos: & ita pœna vnius eſt metus alterius. 2. quæſtion. 7. quapropter. ff. de pœ. l. capitalium. §. famoſos. ſuprà de offic. ordi. irrefragabili. Ber.

DE SIMONIA, ET NE ALIQVID, &c.

¶*Suprà viſum eſt de accuſatoribus, & calumniatoribus, nunc reſtat videre de his criminibus, ex quibus poſſunt accuſari: ſed quia inter cætera ſimonia obtinet primum locum, quia cætera reſpectu huius pro nihilo reputantur. 1. q. vlt. c. ſi. ideo tractaturus auctor de criminibus, præmiſit de ſimonia. Eſt autem ſimonia ſtudioſa voluntas, vel cupiditas emendi, vel vendendi aliquid ſpirituale vel ſpirituali annexum.*

De hac materia tractatur prima cauſa per omnes quæſtiones ſuas. 7. q. 1. præſentium. & c. ſancitum. 15. q. 3. ſanè. 6. q. 1. ſi quis cum. §. porro.

rendo, vel miniſtri, vel notarij nihil temporale exigere debent.

C A P. I.

IN † ordinando: & infrà. ¶Sicut non debet epiſcopus manum, quā imponit [d]: ita nec miniſter [e], vel notarius in ordinatione eius, vocē, vel calamum vendere [f]. Pro ordinatione igitur, vel vſu pallij, ſeu chartis atque paſtellis [g], eum qui ordinatur, omnino aliquid dare prohibemus.

¶Ex concilio Maguntiñ. †

¶*Deponendus eſt, qui per pecuniam aliquem eiecit de eccleſia ſua, ſe poſtea intrudendo.*

C A P. I I.

QVi alium in eccleſia ordinatum, per pecuniā expulerit [h], eamque ſibi taliter vendicauerit: omnimodo deponatur.

¶Deodatus † Papa.

¶*Quilibet catholicus admittitur ad accuſandum de crimine ſimoniæ.*

C A P. I I I.

SI † Dominus & Magiſter omnium, qui ſine peccato fuit, accuſandi licentiam vni [i]

IN *ordinando.*] Duo ſunt dicta. ſecūdum: ibi, *Pro ordinatione.* Abbas Siculus.

CASVS. Statuit Gregorius in ſynodo generali, quòd pro ordinatione nullus aliquid accipiat, nec ordinatus aliquid dare debeat. Nota, quòd pro quolibet obſequio in ordinatione impenſo, quicquid collatū fuerit, ſimoniam inducit.

†Cap. 1. e. tit. in 1. cō pila. refert Gratianus ſiue palea 1. q. 2. cap. nullus abbas. ſed videto notas noſtras ī hoc cap.

d ¶*Imponit.*] Hoc ſumptum fuit ex illo canone. 1. quæſtion. 2. ſicut epiſcopum.

e ¶*Miniſter.*] id eſt, archidiaconus, qui examinat promouendos. ſ. de offic. archidia. ad hæc. circa finem.

†Adde ſub Rabano archiepiſcopo c. 12. refert Burchard' li. 3. decre. 9. 110. Iuo par. 3. cap. 86. & c. 2. eo. tit. in 1. cōpilatio. adde notas huius capit.

¶*Gloß. ſeq. poſt princ. obijcit, & duas opin. ponit.*

f ¶*Vendere.*] Verbū, vendere, non continet gratuitum cōtractum: quia venditio nō procedit ſine pretio. ff. de contrahenda empt. l. 2. §. ſine pretio. & C. eod. tit. empt. fides. Inſtit. eod. tit. §. pretium. Sed quare notarius nō poteſt vendere operas ſuas, vel chartam, cum de ſuo nemo beneficium facere compellatur. 10. quæſtio. 2. precariæ 1. Dicunt quidam, quòd hoc obtinet vbi notarius percipit ſalarium de publico. Lau. dicit, quod etiam ſi nihil percipiat de publico, nihil poteſt recipere pro tali ſcriptura: quia ſimoniam committeret. Et eſt ſpeciale in odium ſimoniæ, ne fraus poſſet procurari: ex pacto enim nihil accipere debet, ſed ſi gratis & ſponte aliquid offeratur, & ſine omni intentione ab initio ad hoc acceſſit, non credo quod peccaret notarius laicus. arg. j. eo. cum ſit Romana. & eſt expreſſum. 1. quæſt. 2. ſicut epiſcopum.

†Adeodatus.

†Cap. 3. e. tit. in 1. cō pilatio. Vid̃ Matt. cap. 15. & Ioannē c. 8. & 18.

g ¶*Paſtellis.*] 1. quæſt. 3. ſiquis obiecerit. ne in fraudem aliquid fiat, non obſtante aliqua conſuetudine. 1. quæſt. 1. emendari. & j. eod. Iacobus. Vin.

Q*Vi alium.*] C A S V S. Dicitur hic: qui per pecuniam expulerit in eccleſia legitimè inſtitutum, & eam ſic retinuerit, omnino deponatur. Nota quòd aliquis pro duplici peccato tantum punitur quantum pro ſimplici, hic tantum ſpoliauit, & commiſit ſimoniam.

h ¶*Expulerit.*] Dupliciter enim peccat, in dando 2 pecuniam: & quia locum viuentis occupat. arg. j. eo. nemo. 7. q. 1. eum. & ſuprà de conceſ. præben. c. 1. Bernard.

2 Videto hic latius p Io. An. & alios recentiores.

S*I dominus.*] Duæ ſunt partes. ſecūda: ibi, *Non igitur.* Abb. C A S V S. Quærebatur, vtrum quilibet catholicus admittendus ſit in accuſationem ſimoniacorum? Reſpondet Papa, quod quilibet admittendus eſt, argumēto à maiori: Si enim Dominus, qui fuit ſine peccato, licentiā accuſandi dedit vni, ſcilicet Iudæo ſceleratiſſimo, multo fortius nullus catholicus expellendus, imo potius exhortandus eſt, vt veritatem aſſeueret, ad repellēdam ſimoniacam prauitatem. Nota quemlibet admittendum ad accuſationem ſimoniacorum.

i ¶*Vni.*] ſcilicet Iudæo ſceleratiſſimo, cū dixit: Si enim malè locutus ſum, &c. 2. q. 7. c. nos ſi. §. ecce.

¶*Gloſſa*

¶*Gloſſa ſequens cum 3.& vlt. tria arg. elicit.*

a ¶[*Non igitur.*] Argumen. hic à minori: quaſi diceret, ſi Iudæus, qui malus eſt, admittitur ad teſtimonium contra Dominum, multo fortius catholicus admittitur, vt veritatem aſſerat contra ſimoniacam prauitatem. Simile argu. s. de elect. cum in cunctis. in princip. Bernard.

b ¶[*Catholicus.*] Arg. quòd quilibet catholicus 1 admittitur ad teſtimonium contra ſimoniacũ, nulla diſtinctione facta. argumen. infrà eo. tanta. Dic vt s. de accu. cum P. ergo à contrario ſenſu hæreticus, vel Paganus non admittitur: quod verum eſt.

c ¶[*Exorandus.*] Sim. 79. diſtin. ſi quis Papa. ex eo quòd dicit, exorandus eſt. argumen. quod teſtes in criminalibus non compelluntur. s. de teſt. cog. dilectorũ. vbi de hoc. Bernar.

† pellendã † repellendam. † exhortandus.

1 Vide Bernardinum Diaz in pract. cri. cano. cap. 85. adde Iuliũ Clarum lib. 5. receptarũ ſenten. §. ſimonia circa finem.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cõpilatione. refert Gratianus ſiue Palea 2. q. 4. c. accuſatum. ſed videto notas huius c. de intellectu Corſetum ſingu. 6. litera A. ver. appellatio.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cõpilatio. Et vid. Bernardinum Diaz in pract. cri. can. c. 23.

† Aliàs ita, & propterea.

dedit: & infrà. ¶Non igitur[a] quilibet catholicus[b] eſt reſpuendus, ſed vt veritatem aſſerat ad propalandam † ſimoniacam rabiem, magnis eſt precibus exorandus[c] †.

¶Idem.

¶*Simoniacus pendente accuſatione ab adminiſtratione diuinorum prohibetur.*

CAP. IIII.

Accuſatum † ſimoniacũ, neceſſe habuimus prohibere, ne Miſſarum ſolemnia[d] celebraret, donec quid eſſet, verius conſtitiſſet.

¶Idem.

¶*Idem dicit quod præcedens, niſi quòd illud capitulum loquitur in accuſatione, iſtud in inquiſitione: & illud loquitur de ſimoniaco in genere, iſtud declarat de ordine.*

CAP. V.

Quotiens †: & infrà. ¶Peruenit[e] ad nos, quòd per ſimoniacã hæreſim fueris ordinatus: propterea † neceſſe habuimus te prohibere, ne Miſſarũ ſolemnia celebrare debuiſſes, donec quid ſit, verius diſcerneremus.

¶Lucius Papa.

¶*Simoniacus eſt deponendus.*

Accuſatum.] Casvs. In iſto capitulo & in ſequenti dicitur, quod ſi aliquis accuſatus fuerit de ſimonia, de qua ſit publicè infamatus, debet prohiberi à celebratione Miſſarum, donec de veritate cõſtiterit. Nota hic argumen. quòd accuſatus ſimoniacè debet ſuſpendi à celebratione Miſſarum: & idem dicitur in c. ſequenti.

¶*Gloſſ. ſeq. obijcit glo. de capitulo, &c.*

d ¶[*Solemnia.*] Capitulum hoc & ſequens intellige de eo, qui erat publicè infamatus: aliàs non deberet ſuſpendi. 2. quæſtio. 5. presbyter. & ca. ſi mala. Sed nonne erant iſti ſuſpenſi ipſo iure: quare ſuſpenduntur. j. eod. tanta. & 32. diſtinct. cap. præter hoc. §. verum. in fin. & 1. quæſt. 1. quibuſdam. &c. reperiuntur? Reſpondetur, de facto ſuſpenduntur, cum ipſo iure ſint ſuſpenſi: ſimoniacus. n. in ordine, quantumcunque ſit occultus, eſt ipſo iure ſuſpenſus, nec poteſt Miſſam cantare. j. eod. tanta. quoniam ipſum characterem habet vitioſum: in quo caſu loquuntur hæc duo capitula: vnde, cum eſſent iſti ſuper hoc infamati, merito ipſo facto debuerunt ſuſpendi: ſi verò occultum eſſet, licet ſit ſuſpenſus quo ad ſe, ſicut quilibet in peccato mortali conſtitutus. ſuprà de cohabi. cler. & muli. cap. vltim. & 1. quæſtion. 1. ſacerdotes. non tamen quo ad alios eſt ſuſpenſus: argu. j. eod. Matthæus. & cap. ex tuæ. Bernard.

Quotiens.]

e ¶[*Peruenit.*] Per famam ſcilicet, & ideo de hoc voluit inquirere: quia prælatorum eſt inquirere de exceſſibus ſubditorum. s. de off. ord. c. 1. j. de collu. crimina. 11. q. 3. præcipue. alioquin eis imputatur. 43. diſtin, Epheſijs. Ber.

Sicut.] Casvs. Quærebatur de pœna iniungenda ſimoniaco: & reſpondet Papa, quòd ſicut ſimoniaca peſtis ſua magnitudine alios morbos vincit: ita ſine aliqua dilatione, cum de ipſa conſtiterit, de eccleſia debet eliminari atque expelli. Nota, quòd dicitur hic, quòd ſi per aliquod ſignum conſtiterit aliquem fore ſimoniacum, iudex debet ipſum punire.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium de canone.*

f ¶[*Vincit.*] quia reſpectu eius cætera crimina pro nihilo reputantur. 1. q. vlt. c vlt. & arg. j. c. prox. Arg. contra. 32. q. 7. quod in omnibus. ſed ibi ſoluitur, quod dicit ibi, grauius. id eſt communius. & s. de accuſ. inquiſitionis. vbi æquiparantur homicidium & ſimonia, quo ad pœnam 2: horribilius eſt tamẽ homicidium, cum quo nunquam diſpenſatur. 50. diſt. miror.

2 De pęna ſimoniacorũ vide B. Thomã. 2. 2. q. 100. arti. 6. addẽ Bernardinum Diaz in prac. crimi. cano. cap. 23. & cap. 85.

g ¶[*Sine dilatione.*] 1. q. 1. quiſquis. & c. reperiuntur. 23. q. 4. ſi ea. 35. q. 9. loci.

h ¶[*Per aliquam perſonam.*] quæ de iure admitti debeat: vt s. dixi de accuſ. c. 1. & c. cum P. & c. cum oporteat.

i ¶[*Claruerint.*] 24. quæſt. 3. c. ecce.

CAP. VI.

Sicut † ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit[f]: ita ſine dilatione[g] mox, vt eius ſigna per aliquam perſonam[h] claruerint[i], de eccleſia Dei debet eliminari atque repelli †.

¶Deodatus †.

¶*Simoniacum accuſare poteſt ſeruus, meretrix, & criminoſi.*

CAP. VII.

Tanta † eſt labes huius criminis, quòd etiam ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad accuſationem[k]. ¶Item omnis peccator[l] Miſſam cantare poteſt, præter ſimoniacum: quem quilibet (vt ab ordine malè accepto remoueatur) accuſare poteſt: vel etiam[m] meretrix.

¶Alexander. iij in cõcilio Turoneñ. †

¶*Simoniacum eſt pretium recipere pro ingreſſu religionis, pro Prioratibus vel capellis concedendis, & pro Prælatis inſtituendis, pro concedenda ſepultura, pro chriſmate, pro oleo ſancto, pro benedictionibus nubentium, vel alijs ſacramentis: nec valet conſuetudo in contrarium. hoc dicit cum ſeq.*

CAP. VIII.

Non ſatis: & infrà. ¶Prohibemus igitur, ne ab ijs, qui ad religionem tranſire vo-

Tanta eſt.] Duas habet partes, ſicut duas reddit rationes: Secunda: ibi, *Item omnis*. Abbas.

Casvs. Propter magnitudinem criminis ſimoniæ, ſerui aduerſus dominos, & quilibet criminoſi admittũtur ad accuſationẽ cõtra ſimoniacos. Itẽ omnis peccator poteſt cãtare Miſſam præter ſimoniacum: & quilibet poteſt eũ accuſare, ẽt meretrix, vt ab ordine male accepto remoueatur. Nota quòd ab accuſatione ſimoniæ nec ſeruilis conditionis homines, nec infamati repelluntur.

k ¶[*Ad accuſationẽ.*] ſi accuſatus fuerit infamatus, de hoc dictum eſt. s. de accu. cum P. & cap. 1.

¶*Glo. ſeq. recit. obijciẽdo: vt ſuper eandem dixi, & dantur 4. ſolutiones.*

l ¶[*Omnis peccator.*] non præciſus ab eccleſia per ſñiam canonis, vel iudicis toleratus & pœnitens, & ſic nõ eſt obiectio de excõicatis & ſuſpenſis: vt notorij fornicarij. 32. diſt. nullus. nec de ſuſpẽſis quo ad ſe: Nã quilibet conſtitutus in mortali peccato, ſuſpenſus eſt quo ad ſe. s. de coh. cle. & mul. c. vlt. & 1. q. 1. ſacerdotes. & cap. ſacroſancta. & ſic omnes alij poſſunt cantare Miſſam præter ſimoniacum. Vel quod dicit: omnis peccator põt cantare Miſſam: põt referri ad facilitatem ẽt diſpenſandi, quaſi diceret, facilius diſpenſatur cum omnibus alijs criminoſis præter homicidium, quàm cum ſimoniaco. Vel hoc dictum eſt in deteſtationem criminis. Vel ſic, dato, quod omnis peccator poſſit celebrare, ſimoniacus tamen nõ poteſt, conſiderato initio, quia ſimoniacus in ipſo ſui initio cõmiſſionis ſuſpẽſus eſt: vt 1. q. 1. reperiũtur. & intus ortus occidit, & in ipſa ſui radice vitiatus. 1. q. 1. quibuſdã. ſic ex eo tpe, quo ſimoniæ crimen cõmittit, dãnatus eſt. vnde poſtea celebrare non poteſt, ẽt poſt peractam pœnitentiã, niſi diſpenſetur cum eo, quod non cõtingit in alijs criminibus; & ita plana eſt litera iſta cõſiderato initio cuiuſcunq; peccatoris. ſic C. ad leg. Iuliã maieſt. quiſquis. verſ. donationes & quarũlibet poſtremo rerum alienationes quas ex eodem tpe, &c. & ita ſimoniacus celebrare non põt, niſi cũ eo diſpenſetur. Quis poſſet diſpenſare, dictum eſt s. de renun. c. poſt translationem. nec poteſt agere pœnitentiã, niſi renuntiet beneficio & executioni. s. de accu. inquiſitionis. Poſtquã vero renunciauerit, & pœnitentiam egerit, poterit cum eo diſpenſari, ſi placuerit ſuperiori, & ſic licitè poterit poſtea exercere officium. ar. ff. de preca. certè. §. Iulianus. quia iam poſſidet ex noua conceſſione. argu. j. eod. ex inſinuatione. vt ff. de euic. ſi ſeruus. §. 1. in fin.

m ¶[*Etiam meretrix.*] quæ alias non eſt admittenda ad accuſationem, vel ad teſtimonium, propter vilitatẽ eius, vt C. de adult. quæ adulterium. & ff. de teſti. l. 3. §. lege Iulia. Eadẽ ratione nec ad alium legitimum actum. Bern.

Non ſatis.] Diuiditur. Nam primò ponit concilium, triplex prohibitum diuiſim: tranſgreſſores huius & cõtemptores dicit ſimoniacos. Secundò coniunctim ponit aliã triplicem

† Cap. 6. e. tit. in 1. cõpilatione. Et de intellectu vide Alexã. de Neuo conſi. 64. & Iulium Clarum. §. ſimonia. in fine.

† propelli

† Adeodatus.

† Deus dedit.

† Cap. 16. eo. tit. in 1. compilat. De materia videto notata per doctores, & præcipue per Frãciſcũ Aretinũ in capit. veniẽs el. 1. ſupra de teſtib. & atteſtat.

† In editis concilijs hoc nõ reperio, extat quædã vmbra huius decreti in ſynodo Turoni ca ſecunda circa tẽpora Pelagij Papæ primi cap. 2. ſed habetur integrũ decretũ poſt cõciliũ Lateranẽ. ſub. Alexã. iij. par. 2. cap. 10. & c. 7. eod. tit. in 1. compilatione. Et vide citatos in c. ſequẽti. & in cap. veniens. j. e.

plicem prohibitionem, damnans contrariam conſuetudinē: & cauſam reddit.ſecunda:ibi, *Pro ſepultura.* Abbas.

Casvs. In iſto cap.& ſeq. prohibetur,ne ab his qui trāſeūt ad religionem,aliqua pecunia requiratur, nec prioratus, vel capellania pro aliquo pretio alicui committatur: & qui contra fecerit, tam ille qui dedit, quàm ille qui receperit,vel recipit,ſimoniam committit:nec pro aliquo ſpirituali vlla exactio attentetur,non obſtante aliqua conſuetudine: quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, ſed auget. & in ſeq.c.idem dicit. Nota regulam,quòd diuturnitas temporis non minuit peccatum,ſed auget.

a ¶*Requiratur.*] Aliquo pacto.j̄. cod. veniens. & c.tua nos. tamen ſi ſponte 1 ſine aliqua conditione, & pura intētione aliquid dare voluerit, nō prohibetur.c. tua nos.j̄.e. ſed ſi monaſterium eſſet ita tenue, quòd nō poſſet ſufficere, argumentum eſt quòd tūc poſſet exigere.hoc modo: frater ſcias, ꝙ nos nō poſſumus tibi prouidere: ſi vis intrare, porta tecum, vnde viuere poſſis. vt 1.q.2. ſi quis propter hoc. In ſimonia enim & vſura amor lucri prohibet. 14.quæſt.4.ſi quis oblitus. Vin.

Additio. Ex hac gloſſ. nota duas bonas theoricas & practicas conficiendi inſtrumētum, quando aliqua puella recipitur in monialem, vt non det aliquid ex pacto, ſed purè pro deuotione ſua ipſa puella, vel eius pater offerat monaſterio aliquid.Secunda practica eſt, vt ſi hoc contingat ex defectu facultatis redituum monaſterij, quòd per viā cuiuſdam proteſtationis ſiue intimationis dicatur volēti intimare, vt ſecum aliquid portet vnde poſſit viuere, non autem debet deduci in pactum:& ita intelligo Innocentium in cap.tua. infrà eodem vbi videtur ſentire contra iſtam gloſſam, de quo etiam per Ioan.And.in cap.quoniam.j̄.eod.Abb. Sicul.

† Aliàs,neque capellaniæ,&c.

† pro illa cōmiſſione.

† Aliàs:ita quàm qui receperit, & conſenſerit, &c.

1 De hoc articulo vide Baldū in l.ſi quēquā. C. de epiſco. & cle. & Guidonem Papæ deciſio ne.80.

† Scilicet Lateranē. ſub Alexā. iij.ca.7. & c.8. eo.tit. in 1. compilatione. Et de materia vide plenè B. Thomam. 2.2.q.100. art.2.Sotū lib.9.de iuſtitia & iure q.6. art. 1.& Syluestrū ī ſumma verbo: ſimonia.q. 8.

† ſede

† eccleſias

...lunt, aliqua pecunia requiratur [a]. Nec prioratus [b], vel † capellaniæ quælibet monachorum,aut clericorum,annua diſtractione vendantur: Nec ab eo, cui regimen ipſarum committitur, pro † earum commiſſione vllum pretium exigatur. Vnde quiſquis contra hoc decretum attentare præſumpſerit:tam ille qui dederit,quàm † ille qui receperit,vel conſenſerit,partem ſecum Simone non dubitet habiturū. ¶Pro ſepultura [c] quoque,& chriſmatis,& olei receptione, nulla cuiuſquam pretij exactio attentetur:nec ſub obtētu cuiuſquam conſuetudinis reatum ſuum quis tueatur: quia diuturnitas [d] temporis non diminuit peccata, ſed auget.

¶Ex concilio Lateraň. †

¶*Summatum eſt ſupra in capitulo præcedenti.*

CAP. IX.

CVm in eccleſiæ corpore; & infrà. ¶Horribile nimis eſt quòd in quibuſdam eccleſijs locum venalitas perhibetur habere:ita vt pro epiſcopis,vel abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſedem †, ſeu introducendis [e] presbyteris in eccleſiam †, necnon & pro ſepulturis,& exequijs mortuorum,& benedictionibus [f] nubentium, ſeu alijs ſacramentis aliquid requiratur †. Putant autem plures ex † hoc licere, quia legem moris de longa inualuiſſe conſuetudine [g] arbitrantur:non attendentes,quòd tanto grauiora ſunt crimina, quāto diutius infœlicem [h] animam tenuerunt † alligatam. ¶Ne igitur hæc decætero fiant,vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis,aut ſepeliendis mortuis, ſeu benedicendis nubentibus, ſeu alijs ſacramentis [cōferendis †,ſeu collatis] aliquid exigatur, diſtrictius prohibemus. Si quis autem contra hoc venire præſumpſerit, portionē cum Giezi † [i] ſe nouerit habiturum.

b ¶*Prioratus.*] 1.quæſtio.1.ſi quis epiſcopus.& quæſt.3.ſaluator.& s̄.de ſta. regu. cap.2.

c ¶*Pro ſepultura.*] Quot modis dicatur ſepultura, dictū eſt s̄.de ſepul.c.vlt.Ber.

¶*Gloſſ.ſeq.ſignat contrarium de caſibus, &c.*

d ¶*Diuturnitas.*]Simile.j̄.c.proxim.& s̄. de conſue. quanto & c.vlt.ad idem.1.quæſt.3.c.vlt. diuturnitas temporis peccatum non excuſat.24.quæſt.1.ſchiſma.& 1.q.1. nullus epiſcopus grauamen.ff.de act.& obliga.obligationum.§.1.Arg.contra vbicumque habet locum præſcriptio.32.q.4. obijciuntur. Sol.de hoc dictum eſt s̄.de conſue.c.vlt.& s̄. de tempo.ord.capit.2. Bernard.

CVm in eccleſiæ.] Diuiditur.Primò ponit factum horribile, & excuſationem conſuetudinis improbat: ſecundò illam reprobat,quia ſimoniacam:ibi, *Ne igitur.* Abbas Siculus.

e ¶*Introducendis.*] 1.q.3.ſi quis obiecerit.

¶*Gl.ſeq.reci.per modum quæſtionis, quare aliud in benedictione coniugum quam in coniugio.*

f ¶*Benedictionibus nubentium.*] Sic j̄.eod.ſuam. pro benedictionibus nubentium aliquid accipi prohibetur, quia per eas gratia confertur, licet pro matrimonio aliquid dare, vel recipere non eſt peccatum.1.quæſtion.1.quicquid.& 32.quæſtio.2.honorantur.quia licet ſit ſacramentum, per ipſum tamen gratia non 2 confertur.27.quæſt.1.nuptiarum.32.q.2. connubia. Vnde eſt argu.ꝙ non idem iuris eſt in acceſſorio,quod in principali. An pro exequijs mortuorum licitum ſit recipere, dicitur infrà eod. titul. ſuam. Ala.

g ¶*Conſuetudine.*] Videtur quòd talis conſuetudo non ſit reprobanda,vt pro receptione canonica vel introductione pſonæ in eccleſiā, aliquid recipiatur. in Authen. de ſan. epiſc.coll.9.§.pro conſuetudinibus. dum tamen non detur ex pacto, aut exigatur, ſed ſponte ex poſtfacto offeratur. Et eſt opt. argu. 1.quæſt.2.ſicut epiſcopum. & 18. diſt. de eulogijs.& j̄.eod.dilectus 2.ſed hic requirebatur ex cōſuetudine: quod eſt penitus reprobandum. j̄. eod. Iacobus.Ber.

h ¶*Infœlicem.*] s̄. de conſuetu.capit.vlt.vbi de hoc.& malè adinuētæ conſuetudines nullo tempore confirmātur.in Auth. vt nul.iu. §.1.col.9.

i ¶*Giezi.*] qui primo in veteri teſtamēto ſimoniam inuenit,vnde fuit lepra percuſſus.1. quæſt.1. qui ſtudet. & c. cito turpem. Simoniaci dicuntur à Simone Mago.

¶Idem Vigileň.Epiſcopo.

¶*Pro eccleſiarum conſecratione,nihil eſt præter procurationem exigendum.*

CAP. X.

CVm † ſit Romana: & infrà. ¶Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd nihil pro eccleſiarum conſecratione potes †, vel debes, præter procurationem [k], exigere.

¶Idem Toletano Archiepiſcopo.

¶*Conuictus de ſimonia, deponendus eſt: idem in infamato,qui ſe purgare non poteſt.*

CAP. XI.

DE † hoc autem, quòd epiſcopus Oxomen, † archidiacono beneficium, & cuidā

CVm ſit.] Casvs. Quæritur ſi pro cōſuetudine eccleſiarū. aliquid poteſt exigi p̄ter procurationem: & reſpondetur quòd non. hoc habes.1.quæſtio.1.placuit. Nota epiſcopum in conſecratione eccleſiarum procurationem petere poſſe.

k ¶*Procurationem.*]hanc procurationem recipit epiſcopus non pro aliquo ſacramento:quia hoc eſt ſimoniacum:vt 1.q. 1.ſtatuimus. ſed potius pro labore. imo nec pro labore: ſed iſta procuratio pmiſſa eſt à iure, ſicut & aliæ procurationes, quæ ſiunt ratione viſitationis: vnde nullam ſimoniam committit:quia qui peccat legis auctoritate,non peccat.23. quæſtio.4.qui peccat. & iſta procuratio præſtari debet ſecundum facultates eccleſiæ:ſicut & aliæ.s̄.de cen. ſopite.& cap.cum nuper.Imo ſi eccleſia procurare non poſſet epm, ipſe ſuis ſumptibus conſecrabit eccleſiam.10.q.3.cauendum. & 1.q.8.placuit.arg.in Authen.de mand.princ.§.ſit tibi.coll.3.Ber.

DE hoc autem.] Duæ ſunt partes:ſecūda:ibi, *Regem autem.* Casvs. Epiſcopus Oxomeň. ante ſuam electionē promiſit archidiacono quoddam beneficium, & cuidam clerico quendam Prioratum,vt vterque electioni conſentiret: Item rex & alij principes pecuniam receperunt,vt electioni cōſentirent:quæſiuit archiepiſcopus,quid eſſet ſibi agendum ſuper prædictis? Reſpondet Papa, quòd ſi manifeſtum eſt dictū archidiaconum & clericum recepiſſe promiſſa, ob cauſam illā, vel exinde confeſſi fuerint vel conuicti, ſunt deponendi: Si vero non eſt notorium,nec conuicti ſunt,vel confeſſi, ſed publica laborant infamia,indicenda eſt illis purgatio: in qua ſi defecerint,ſunt puniendi. Rex autem & principes inducendi ſunt,

† exigatur, in cōcilio.

† ex eo licere

2 Hæc eſt hæreſis de mum damnata in cōcilio Trident. ſeſſ. 24. de ſacramēto, mat.can.1.

† detinent

† Hæc tria verba:conferendis ſeu collatis deſunt in cōcilio, & in antiquis codicibus Gregorianis, & omnib[9] Vaticanis.

† Lib.4. Regum c.5.

† Cap.9.e. tit.in 1. cōpil. & poſt concilium Lateranē. par.2. c.4. Et vide notas in cap. cum ex officij. ſupra de præſcr.

† In codice Barbatiæ ita nec potes, nec debes præter,&c.

† Cap. 10. e. tit. in 1. cōpilatio. & poſt cōcilium Lateran.par. capit.13. Et vide notas hui[9] capitis, & Capellam Tholoſanam deciſione.439.

† Aliàs exomen.

† Aliàs,exonien.

ſunt, vt ſi qua receperint. à dicto epiſcopo, vt electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ reſtituant Oxomeñ. cum illa ſine periculo animæ non poſſint retinere. Nota, quòd deponẽdi ſunt qui ſimoniam committunt. Item pecunia recepta reſtituenda eſt eccleſiæ, in cuius iniuriam data eſt.

clerico ante electionem ſuam Prioratum dicitur promiſiſſe, vt vterque conſentiret eidem: Tuæ prudentię reſpondemus, quòd ſi manifeſtum [a] eſt, eundem archidiaconum, & clericum, ob cauſam illam, promiſſa recepiſſe [b]: aut exinde confeſſi fuerunt † in iure [c], vel legitimè conuicti, ab altaris miniſterio ſunt perpetuo deponẽdi [d] †. Si vero id manifeſtum [e] eſt, † nec tamen cõuicti, vel cõfeſſi fuerint, ſed tantum publica laborant infamia, eis canonica purgatio [f] debet indici: in qua ſi defecerint, tamquam auctores † tanti ſunt ſceleris puniendi. ¶Regem autẽ, & principes [g] eius debes inducere, vt ſi qua receperint † à præfato epiſcopo, vt eius electioni præſtarent aſſenſum, eccleſiæ Oxomeñ. ſine diminutione reſtituant [h], cum ea ſine graui ſuæ ſalutis periculo retinere non poſſint.

¶Idem Eboraceñ. Archiepiſcopo.

¶Simoniacum eſt pro temporali obſequio, beneficium eccleſiaſticũ promittere.

CAP. XII.

CVm † eſſent in noſtra præſentia conſtituti R. clericus, & nobilis vir V. quia idem V. moram diutius facere non poterat, pro ſe in cauſa illa ſufficientem conſtituit reſponſalem. ¶Cumque ab ore præfati R. intellexerimus, quòd memoratus miles † promiſerat [i] ei dare eccleſiam, ſi quodDam negotium eiuſdem in noſtra poſſet pręſentia promouere: ac per hoc promiſſionem ipſam continere ſimoniacã prauitatem: eidem R. ſuper eadẽ eccleſia, ſilentium [k] duximus imponendum.

a ¶*Manifeſtum.*] id eſt notorium: aliàs ſecus. 1. quæſtion. 3. eorum qui accuſantur. & 3. quæſtion. 5. quia ſuſpecti.

b ¶*Recepiſſe.*] maximè. arg. s̃. de confeſſ. c. 2. & j̃. eo. nobis.

¶Gloſſa ſequens argu. quòd non mitius, &c. in contrarium alle, quatuor canones. & ſoluit.

† fuerint

† remouẽdi.

c ¶*Confeſſi fuerint in iure.*] Aliàs confeſſio extra iudicium nõ præiudicat. De hoc not. ſuprà de confeſſ. cap. vltim. Item argum. hic, quòd non mitius agitur cum confeſſo, quã cum conuicto. 2. quæſtio. 1. nos. ſuprà de cõfeſ. cum ſuper. & ff. de confeſſ. l. 1. Argumen. contra. 50. diſt. preſbyterum. 12. quæſtio. 1. non dicatis. & argumen. 50. diſtinct. ſiquis præpoſtera. 2. quæſtio. 1. in primis. in princip. Sol. cum ſponte cõfeſſo mitius agitur: ſed non parcitur ſponte confeſſo in iure timore probationum: non enim eſt beneficium, quod fit ex neceſſitate. ff. de rit. nupt. l. proximè. ſed ea ſunt in noſtris officijs gratiora, quæ cum impendere non teneamur, cauſa tamen liberalitatis impendimus. 28. q. 1. iam nunc. ergo qui inuitus confitetur, non remuneratur.

† Aliàs ita: Si vero id manifeſtũ nõ eſt, &c. ſed vide latius hic in notis.

† actores

† receperunt.

d ¶*Deponendi.*] hæc eſt pœna ſimoniacorum. Sic s̃. de confeſ. cum ſuper, cum agitur in modum accuſationis. imo idem videtur ſi agatur in modum inquiſitionis. s̃. de accuſ. inquiſitionis. 1. reſponſo.

e ¶*Manifeſtum eſt.*] non tamen notorium: quoniam tunc ſecus: vt patet. s̃. eo. capitulo, vbi ponitur manifeſtum pro notorio. alia litera habet, non.

f ¶*Canonica purgatio.*] propter infamiam. j̃. eod. inſinuatũ. s̃. de accuſ. cum P.

g ¶*Regem autem & principes.*] hic rex & princeps ius habebant in electione tanquam patroni: quorum aſſenſus debet requiri. s̃. de electio. ſacroſancta. & ita videlicet, quòd ſi non præſtitiſſent conſenſum, non confirmabitur electio: & ſic ius habebant. vnde 1. nec ante, nec poſt electionem licitũ fuit redimere conſenſum illorum. 8. q. 3. talia. & 1. q. 3. ſi quis præbendas. & 1. q. 1. eos. & j̃. eo. Matthæus.

1 Vide B. Thomã 2. 2. q. 100. art. 4. ad vltimum argumẽtum.

¶Glo. ſeq. not. pecuniam ſimoniacam, &c. ſignat contrarium de decret. veniens. ponit ſolu. Ala. poſtea ſuam.

h ¶*Reſtituant.*] quia ſine periculo eam retinere non poſſunt, vt hic patet: & cum pœna dupli debent reſtituere illã. in Auth. de ſan. epiſc. in 2. coll. §. ſi verò laicus. & §. ſi autem ſecularis. coll. 9. & infrà eod. audiuimus. & s̃. de immu. eccle. quia plerique. Hic not. quòd eccleſiæ reſtitui debet, cui facta fuit iniuria. argumen. 17. quæſtio. 4. ſi quis in atrio. & 27. quæſtio. 1. ſi quis rapuerit. & in Authen. de ſanc. epiſcopi. §. ſi quis autem. in 2 coll. & eccleſia poteſt vendicare illam pecuniam. in Auth. eod. titu. §. ſi vero laicus. & §. ſed neque xenodochium, argumen. contra. j̃. eod. veniens. vbi reſtituit ei qui dedit. Ala. dixit, ꝙ in decr. veniens. reſtituta fuit ei qui dedit de miſericordia: & hoc quod hic dicit, eſt ius commune. Tu dicas aliter: illa, veniens. loquitur de monacho, qui pecuniam dedit pro ſua receptione, & illud eſt ius, & hoc ſimiliter. ſi ergo aliquis det pecuniam monaſterio vt recipiatur, ſimonia cõmittitur. infrà eod. quoniam ſimoniaca, ei ergo qui dedit, debet reſtitui 2 pecunia tam indignè à monachis accepta: vt cum ea in aliud monaſterium intret, ne ſit oneroſus ſecundo monaſterio. ar. 16. q. 6. de lapſis. & 27. q. 1. ſi quis rapuerit. & vbicunque ſiue monaſterio, ſiue eccleſiæ ſeculari pecunia taliter data & accepta fuerit prout dicit decr. veniens. reſtituenda eſt pecunia ei, qui dedit: nec eccleſia, vel monaſterium debet cũ tali fraude eſſe in lucro, cum ipſi clerici, vel monachi in hoc ita communiter delinquunt, cum ipſi clerici de hoc ſint puniendi, & ex eodem facto pœnam & præmium conſequi non debeant, vt ff. de nego. geſt. ſiue hæreditaria. & ex hoc contingeret viam fraudibus aperiri: quod eſſe non debet. 93. diſtin. peruenit 2. & 35. quæſtio. 9. loci. in fi. & tale lucrum eccleſia non debet habere, nec poſſent clerici, vel monachi pœnitere, niſi reſtituerent quod ſimoniace receperunt. Vel poſſet dici, quòd ſi clerici ſecũlares 3 ſic cõiter delinquunt, eccleſiæ debet applicari, & clerici ſunt omnes ab eccleſia remouendi. Cum vero pecunia datur alicui, puta prælato ſoli, vel alij cuicumque, ita ꝙ eccleſia non ſit in culpa: tunc locum habet, quod prius dicitur, ꝙ ille qui pecuniam recepit, debet illam reſtituere eccleſię, in cuius ignominiam data fuit. nec debet ei reſtitui, q dedit, & præcipue ſi ſit ſecularis, in quo caſu intelliguntur authenticæ prædictæ. De regulari poſſet dici, quòd & tunc non debet ei reſtitui ſimpliciter, ſed aſſignanda eſt ſecundo monaſterio ad quod tranſit: vt eo viuente habeat vſum illius. argumen. prædictorum capitulorum de lapſis. ſiquis rapuerit. & hoc cum eccleſia fuit in culpa. Bernar.

2 Num autem ſoluta p ſimoniã repeti poſſint, vide Guidonẽ Papæ deciſione. 581.

† Ca. 11. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Lateranẽ. ſub Alexã. iij. part. 2. c. 14. Vide B. Thomã 2. 2. q. 100. art. 5. & Sotum lib. 9. de iuſti. & iure q. 7. arti. 3. & Turrecrematã in c. ordinatiões. 1. quæſt. 1.

† nobilis

3 De hoc articulo ꝑter Hoſtiẽſem, vide hic late ꝑ Panormitanum.

CVm eſſent.] Primò ponit deciſè controuerſiam, & procuratoris dationem. Secunda diffinitionem, & eius cauſam: ibi, *Cumque*. Abbas.

CASVS. clericus & V. nobilis erant in præſentia domini Papæ, pro controuerſia, quam inter ſe habebant: ſed quia nobilis ille in curia domini Papæ moram diutius trahere nõ poterat, pro ſe in cauſa illa conſtituit procuratorem: partibus in præſentia Papę conſtitutis, clericus ille confeſſus eſt, ꝙ miles ille promiſerat ei dare eccleſiam illam ſuper qua litigabant, ſi quoddam negotium ipſius militis poſſet in præſentia Papæ promouere: & quia promiſſio illa continebat ſimoniacam prauitatem, eidem R. Papa impoſuit ſilentium ſuper eccleſia ipſa. Nota quòd ſola promiſſio ſuper re ſpirituali ſimoniam inducit.

¶Gloſſa ſequens dicit, quòd vitium fuit ex pacto, &c.

i ¶*Promiſerat.*] hæc promiſſio, ſiue pactio illicita fuerat & ſimoniaca. s̃. de pact. cap. vltim. j̃. eod. tua. & 1. quæſt. 2. quàm pio. vnde miles per talem promiſſionem non obligatur: quare ipſi R. imponitur ſilentium. Si verò ſine aliqua pactione promouiſſet negotium illius, vel alias ſeruiuiſſet eidem, bene poterat eum remunerare, ſiue præſentando ipſum ad aliquod beneficium, ſiue etiam alio modo, argum. 61. diſt. quid proderit. imo etiam naturaliter erat ei obligatus. ff. de peti. hære. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & argumen. 12. quæſt. 2. hæc huius placiti. Poteſt ergo licitè quilibet ſeruire 4 epiſcopo, vel alij ſpe futuræ remunerationis, nec ſimouia committitur in tali ſpe, cum ſine omni pactione vel conditione ſeruiat, dummodo principaliter hac intentione non ſeruiat, nec epiſcopus directe pro hoc ſeruitio ei prouidere in beneficio intendat: qa ſic eſſet immunis ab officio, & obſequio. 1 q. 1. ordinationes. & cap. ſunt nõnulli. aliàs niſi ſperaret inde remunerationem, quare ſeruiret ei, cum ex debito ei non teneatur, imo qui dignus eſt, poteſt ſperare epiſcopatum, & alios honores. 59. diſt. ſi officia. 74. diſtin. conſuluit.

4 De hoc articulo ꝑter doctores hic vide B. Thomã initio c. citatũ & Syluestrũ in ſumma verbo: ſimonia. q. 16.

k ¶*Silentium.*] & bene, quia ſi eccleſiam tali modo adeptus fuiſſet: eam renuntiare tenetur: vt 1. q. 1. ſi quis neque. & in aſpera pœna vel pœnitentia ſemper eſſet, vt ibi: quam etiam agere non poſſet ea retenta. s̃. de accuſa. inquiſitionis.

Inſinua-

INſinuatum.] Primò ponitur Papa narrationem ſibi factã: ſecũdò contra eam prouideri mandat: ibi, *Vnde*. Abbas.

CASVS. In eccleſijs Ciſtreñ. epiſcopatus, cõplures clerici per ſimoniam dicuntur habere ingreſſum: de quo ſunt infamia notati: vnde mandat Papa diœceſano epiſcopo quatenus ſi notorium fuerit aliquos in eccleſijs illis per ſimoniam intraſſe, inde eos remoueat: illis autem quorum crimen notorium non eſt, ſi tamen laborant infamia publica, indicat cum v. vel vj. manu ſui ordinis purgationem, in qua ſi defecerint, beneficijs perpetuo priuet eoſdem. Nota quòd infamatus de ſimonia, ſi non poteſt ſe purgare, punitur tamquam conuictus.

†Eſtomeñ. †Caſtrenſi †Caliſi. Sed vt plurimũ vt eſt impreſsũ.

†C. 12. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. par. 3. c. 15. Et Caſſiadorũ deci. 3. tit. de ſequeſtratione poſſeſſio. & fructuũ.

¶Idem Ciſtreñ. †Epiſcopo.

¶Notorius ſimoniacus in beneficio, ab illo deponitur. idem in infamato, qui ſe purgare non poteſt.

CAP. XIII.

INſinuatum†eſt, quòd in eccleſijs tui epiſcopatus, plurimi clerici per ſimoniam habere dicuntur ingreſſum [a], & infamia inde reſpergi. ¶Vnde mandamus, quatenus ſi qui fuerint, quos in prædictis eccleſijs publicum, & notorium [b] eſt†ſimoniacè intraſſe: eos amoueas ab eccleſijs taliter acquiſitis. Illis autem, quorum crimen non eſt publicum & notorium, ſi†publica laborant infamia, cum quinta, vel ſexta manu [c] ſui ordinis, purgationem indicas: in qua ſi defecerint, beneficijs †huiuſmodi eccleſiarum perpetuo priues [d] eoſdem.

†ſit

†ſed publica, &c.

†Aliàs ita: ab huiuſmodi beneficijs, &c.

¶Idem.

¶Simoniacum eſt pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel dignè pœnitentem à reconciliatione remouere.

a ¶*Ingreſſum*.] vnde fures ſunt & latrones: qui non intrant per oſtium. ſupra de iure patro. relatum. & 23. quæſt. 4. tres perſonas. & 1. quæſtio. 1. ordinationes. 7. quæſt. 1. non furem.

b ¶*Notorium*.] dicitur tribus modis notorium. ſuprà de cohabi. cleri. & mu. cap. vlti. & ideo nulla probatio eſt neceſſaria. ſ. de accuſa. euidentia. & 2. q. 1. de manifeſta.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium de Canon. &c.*

c ¶*Quinta vel ſexta manu*.] Argu. contra. 2. q. 5. presbyter ſi. & c. ſi mala. & cap. omnibus. Solu. regulare eſt quòd ipſe epiſcopus debet ſe purgare cum 12. presbyteris, præsbyter cum quinque, diaconus cum tribus: Vnde verſus:

Pontificem parium manus expurgat duodena.
Quinta ſacerdotem: leuitam tertia: pœna.
Maior maiori, minor eſt adhibenda minori:

Quandoque tamen ſunt pauciores: vt ſup. de accuſ. cum P. 2. q. 5. omnibus. Quandoque plures. ĵ. de purga. cano. inter ſollicitudines. hodie vero numerus compurgatorum arbitrarius eſt, ſecundum arbitrium iudicis. ſupra titulo proxim. inquiſitionis. in fine.

¶*Glo. ſeq. obijcit, concludendo per duo, &c.*

d ¶*Perpetuo priues*.] Nota, quòd deficiens in purgatione punitur: vt hic patet. & ſup. eodem, de hoc. & ĵ. de purga. ca. cum P. ſed purgatio indicitur propter probabilem pſumptionem ortam ex fama: ergo videtur quod ex probabili præſumptione poſſit diffinitiua ſententia ferri: quod non eſt verum. Sed iſta probabilis præſumptio tranſit in violentam, ex eo quod non habet teſtes ſuæ honeſtatis. B.

NEmo.] Sunt duæ partes principales. Secunda: ibi, *Nec quenquam*. Abbas.

CASVS. Statuit Alexander quòd nullus presbyter aliquod emolumentum temporale recipiat à quocunque publicè peccante, vt epiſcopo, vel eius miniſtris celet peccatum illius, nec pro reſpectu alicuius perſonæ, conſanguinitatis, vel familiaritatis dimittat, quin peccatum illud epiſcopo innoteſcat. Secundò dicit, quod nullum dignè pœnitentem, vel etiã minus dignè pœnitentem, propter gratiam vel fauorem ad reconciliationem adducat, & teſtimonium reconciliationis ferat eidem, vel propter aliquem liuorem ſiue odium remoueat à reconciliatione, quia vtrumque ſimoniacum eſt. Nota quod qui dat temporale pro ſpirituali, ſimoniam cõmittit: & qui propter conſanguinitatem, vel amicitiam non denuntiat epiſcopo peccatum alicuius, ſimoniam committit. Item quicunque pœnitentem propter gratiam vel fauorem ad pœnitentiam adducit, vel propter odium remouet à reconciliatione, ſimoniam committit, & ſic fauor, vel gratia, ſiue odiũ ſuccedit loco pretij.

e ¶*Quodlibet*.] id eſt, aliquod de quibuslibet, ſim. 15. q. 1. mulier. & ſup. de condi. appoſit. verum. 1. q. 7. ſi quis omnem. in primo verſi.

†C. 13. eo. tit. in 1. cõpil. Ad intelligendã pter doctores hic. vide B. Thomam 2. 2. q. 100. arti. 5. vnde intelliges qualiter in his exẽplis poſſit committi ſimonia. adde Syluestrũ in ſumma verbo: ſimonia. q. 9.

CAP. XIIII.

NEmo†presbyterorum xenium, vel emolumentũ quodlibet [e] temporale, imo ſpirituale detrimentum, à quocumque publicè peccante accipiat, vt epiſcopo, vel miniſtris eius peccatum illius celet [f]: nec pro reſpectu cuiuſque perſonæ conſanguinitatis [g], aut familiaritatis alienis communicans [h] peccatis, hoc epiſcopo innoteſcere detractet: Nec quemquam pœnitentem, vel minus dignè pœnitentem, gratia vel fauore ad reconciliationem adducat, & teſtimonium recõciliationis [i] ferat eidem: vel quocunque liuore, dignè pœnitentem à reconciliatione remoueat: qa ſimoniacum eſt vtrumque [k].

¶Idem Vgor. †Epiſcopo, & †Priori de Acra.

¶Eccleſia emi, vel redimi non poteſt, h. d. quo ad literam.

CAP. XV.

QVerelam†monachorum de Acra recepimus,

¶*Glo. ſeq. notat quòd celare ſit ſimoniacum, & ſit aliquid facere. ſignat contrarium, & ſoluit.*

f ¶*Celet*.] Nota q ſi ſimoniam 1 cõmittit, qui pro aliquo temporali celat peccatum alicuius, quod peccatum corrigere, vel denuntiare tenetur epiſcopo: ſicut ſimoniacum eſt aliqd recipere, vt qui ordinandus eſt, non ordinetur: vel vt electioni qs non conſentiat. 1. q. 1. §. qui autem. & c. ſeq. ad ſi. q. Et eſt hic argu. q celare eſt aliquid facere. ſim. 36. diſtin. ſi quis vlt. Ar. contra. ff. de præſcrip. ver. ſolent. & ff. de condi. ob tur. cauſam. l. 3. §. vlt. Solu. illa non tangunt iſtam materiã, hic loquitur de iudicio quod fit ad penitentiã, ad quod tenetur quilibet, vnde nihil poteſt quis propter hoc accipere, cum ſit ſpirituale: illud de iudicio, quod ſit ad furem capiendũ, vel ſeruum fugitiuum, pro quo poteſt recipi merces laboris. Ber.

†Ad intelligẽtiã huius gloſſæ, vide præ alijs hic Panormitanũ ver. ſed oppono contra gloſsã.

g ¶*Conſanguinitatis*.] Ergo videtur quo conſanguinitas, ſimoniam inducat, quia non refert an iniuſtus cordis amor, an ſordidæ preces interueniant. 1. q. 1. ſi quis neque.

†Vuigorrien. †Vigornien.

†Et in omnibus manuſcriptis legitur ita: & Priori de patria: nec pôtre ſcribi, priori de Acra, cum is, & monachi conquerãtur, vt indicat ſeries decretalis, in alio eſt, & Priori de Perna.

h ¶*Alienis communicans*.] 78. diſt. quid eſt. 86. diſt. c. 3.

i ¶*Reconciliationis*.] pro reconciliatione, vel abſolutione pretium exigi non debet. ĵ. eo. ad aures.

k ¶*Vtrumque*.] primum ſcilicet dignè pœnitentem, vel minus dignè, gratia vel fauore adducere ad reconciliationem: aliud eſt dignè pœnitentem remouere à reconciliatione aliquo liuore: vtrumque enim iſtorum ſimoniacum eſt, & ita reſpicit iſtos duos modos tãtum: & quod primò dixit, ſimoniacum eſt: ſimiliter vt dicitur ibi: vel põt reſpicere omnia præcedentia, vt iſta duo vltima quaſi pro vno reputentur, & qd primo dixit, celet, & innoteſcere detractet: quaſi idẽ ſunt: & ſic illud vtrumque poteſt reſpicere illa ſic coniuncta. Ber.

†Ca. 14. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. par. 2. c. 12.

QVerelam.] Primò ponit querelam monachorum: Secundò committit cauſam, inſtruendo iudicem in principali: ibi, *Vnde quia*. Abb.

CASVS. Monachi de Acra quoddam manerium cum pertinentijs ſuis, & eccleſiam quandam adepti fuerunt à monachis de Cardonio, ſub annuo cẽſu xv. librarum, & ſuper hoc chartam ab ipſis monachis habuerũt: Poſtmodum verò prior monachorum de Acra, capitulo ſuo inconſulto, chartam prædictã accepta inde pecunia, dictis monachis de Cardonio reſignauit: vnde monachi iſti de Acra conquerebãtur ſe iniuſtè grauatos: quare mandat Papa quibuſdam, quatenus partibus conuocatis, cauſam concordia vel iudicio terminare procurent, ſcientes, quòd ſicut eccleſia prædicta emi non potuit, ita nec redimi. Si verò monachi de Cardonio legitime citati, fuerint contumaces, iudices monachos de Acra inducat in poſſeſsionem eorũ, de quibus controuerſia vertitur inter eos, nec permittant eos exinde abſq; iuris ordine moleſtari. Nota quòd eccleſia non poteſt emi nec redimi, aliàs ſimonia cõmitteretur. Item propter contumaciam rei ante litem conteſtatam actor mitti debet in poſſeſsionem rei petitæ, & iudex inductum in poſſeſsionem defendere debet. Item delictum Prælati capitulo inconſulto non præiudicat eccleſiæ.

a ¶*Inconſulto.*] vnde non valet reſignatio.12.q.2.ſine exceptione.ſ.de empt.& ven.cum dilecti.
b ¶*Concordia.*] 5.q.2.ſi primates.& ſ.de tranſac.cap.vlti.vbi plures concordantias inuenies de hoc.
¶*Glo.ſeq.obijcit ad rationem dupliciter.primò quòd cum vniuerſitate,&c. ſoluit.ſecundò quòd non eſt ſufficiens quo ad manerium fatetur,dicens,&c.*
c ¶*Emi non potuit.*] quia nullum ſpirituale vel ſpirituali annexum poteſt vendi,vel emi.ſ. de iure pat.de iure & ſ. de pact.cum pridem. & c.vlti. & ſup.de tranſa. ſuper eo.& 16.q.7.decimas. ergo nec redimi. ſed hæc ratio non videtur habere locum:quia eccleſia, vel ſpirituali annexum, poteſt vendi cum vniuerſitate & obligari.ſup. de iure patr. ex literis.& c.cum ſeculum, ſed maneriũ fuit, vt videtur, principale, in quo erat eccleſia: & ita potuit redimi tamquam acceſſorium. Dicas ꝙ manerium cum pertinentijs ſuis & eccleſia fuerunt monachis conceſſa: ita quòd neutrum fuit acceſſorium alteri:& hoc colligitur bene ex litera: vt ibi dicit in prin. quoddam manerium cum pertinentijs ſuis, & eccleſiam. & ita eccleſia non fuit pertinens manerij,quia ſeparata fuit à pertinentijs: & ita redemptio quantum ad eccleſiam nulla fuit ipſo iure. ſed hæc ratio non habet locum in manerio, quod bene poteſt vendi & redimi, & ita hac via non poſſunt reuocare manerium. Qualiter ergo agent pro manerio? Dicas, quòd contractus ſiue redemptio quo ad manerium nullus fuit ipſo iure ex alia cauſa: quia hoc factum fuit irrequiſito capitulo ſim. ſupra de emptione & venditio. cum dilecti. & 12. quæſtione 2. ſine exceptione. & hac eadem ratione. non tenuit redemptio eccleſiæ: & ita etiam ſi eccleſia fuiſſet acceſſoria ad manerium, idem eſſet.
d ¶*In poſſeſſionem.*] cauſa rei ſeruandę,ſi lis non fuerit conteſtata.ſupra vt lite non conteſta. quoniam. §. in alijs.& ſi lis conteſtata eſſet, & non liqueret de cauſa, adiudicaretur ei poſſeſſio, ſalua quæſtione proprietatis abſentibus. ſuprà de dolo & contumacia prout. vbi de hoc: quam poſſeſſionem debent eis defendere iudices,vt dicit in fine: cum remaneant adhuc iudices de illa re,vſque ad diffinitiuam ſententiam. ſ. de teſti.ex parte A.vbi de hoc. Ber.

†Cadomo. † Cardomo.eadem varietas eſt paulopoſt.

†Aliàs ita: prædictum maneriũ. Eſt autem manerium ſeu manſus apud Italos, portio terræ, quæ ſufficit duobus bobus ad arandũ per totum annum:ſed Galli manerium vocant domũ extra ciuitates cũ ruſticis & terris adiacẽtibus quò ſæpe proficiſcunt nobiles delectationis gratia.Hoſtienſis.ca. 1. ſup. de cenſib.

†C. 15.eo. tit.in 1.cõpil. De materia & intellectu vide plenè p B.Thomã. 2.2.q.1. & 100. art.2. Sotũ lib.9. de Iuſti. & iu. q.6.art. 1.& Turrecrematam. in c.vlti. 1. q.3.

quòd cum ipſi quoddam manerium cum pertinentijs ſuis, & eccleſiam de Geneñ. à monachis de Cardonio†,ſub annuo cenſu quindecim librarum fuiſſent adepti, & inde chartam ab ipſis monachis habuiſſent:Prior eorum,capitulo inconſulto [a], pręſcriptum† manerium,& chartam monachis de Cardonio,accepta pecunia,reſignauit.¶Vnde quia præfati monachi de Acra ſe conqueruntur iniuſtè grauatos: Mandamus,quatenus partibus conuocatis,pręſcriptam cauſam, concordia [b], vel iudicio terminetis:ſcituri, quòd ſicut emi non potuit [c], ita nec redimi eccleſia memorata. Si verò monachi de Cardonio legitimè citati,ad veſtram præſentiam accedere, & iudicio veſtro ſtare contempſerint: vos ipſos monachos de Acra, in poſſeſſionem [d] eorum, de quibus controuerſia vertitur, inducatis: nec permittatis eos exinde abſque ordine iudiciario moleſtari.

¶ Idem.

¶*Pro chriſmate ab eccleſiis pecunia exigi non debet, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.*

CAP. XVI.

EA†quæ de auaritiæ:& infrà. ¶Audiuimus,quòd nummos pro chriſmate [e] ab eccleſijs extorquetis: quos nunc cathedraticum, aliquando Paſchalem præſtationem, interdum epiſcopalem conſuetudinem appellatis † [f]: Quia verò hoc ſimoniacum eſſe cognoſcitur: Mandamus, quatenus prætextu alicuius conſuetudinis [g], vel prælationis, præſcriptos denarios nullatenus exigatis:Pro certo ſcituri,quòd ſi hoc pręſumpſeritis, periculum ordinis [h], & dignitatis poteritis non immeritò formidare.

¶ Idem.

¶*Pro habendis ſpiritualibus homagium facere,ſimoniacum eſt.*

CAP. XVII.

EX† diligenti tua relatione innotuit, quòd H. Cant.archidiaconus te induxit,vt ei homagium faceres,& fidelitatem pręſtares,ita quòd ipſe tibi beneficium eccleſiaſticum annis ſingulis exhiberet. Vnde†quoniam huiuſmodi obligatio [i] illicita,& contra tuæ ſalutis [k], nec non & ſuæ profectũ exiſtit, abſolui à nobis inſtantius poſtulaſti: adijciens,quòd ab eo deinceps nihil omnino [l] de beneficio acciperes conſtituto. Quocirca nos tuam petitionem hone

EA quæ.] Primò factum reprehenſibile narratur. Secundò illud fieri prohibetur:ibi,*Quia verò*. Tertiò pœnam cõminatur:ibi,*Pro certo*.Abb.

CASVS. Quidam epiſcopi extorquebant nummos à clericis pro chriſmate,& illos denarios aliquando appellant cathedraticum,aliquando Paſchalem pręſtationem, aliquando appellant illos conſuetudinem epiſcopalem: Sed quia ſimoniacum eſt, mandat Papa, quatenus prætextu alicuius conſuetudinis & prælationis,denarios prædictos nullatenus exigant:quod ſi fecerint,periculum ſui ordinis poterunt formidare.Nota,ꝙ in delictis non excuſat conſuetudo, & variatio nominis non prodeſt.

e ¶*Chriſmate.*] pro chriſmate nummos accipere non conceditur, imo ſimoniacum eſt, vt 1.quæſt.3.cap.vlti.& ſ.eod. in tantum.& ſup.eod. non ſatis. & c.cum in eccleſiæ. & infra eod.ad noſtram.

f ¶*Appellatis.*] ſimilis variatio nominis habetur infra eodem, in tantum. Sed bona denominatio non excuſat malum: quia quodcũque nomen imponas, ſimonia eſt, ſicut in vſura. 14. quæſtione tertia, plerique.& c.eſca.Bernard.

¶*Glo. ſeq.recitetur per quæſtionem rationis,uel per obiect.*

g ¶*Conſuetudinis.*] Conſuetudo iſta quantumcunque longa, nõ excuſat malũ imo magis accuſat. ſupra eod. non ſatis. & capit. cum in eccleſiæ. & ſuprà de conſuetu. capitulo vltim. cum ſit contra ea quæ in veteri teſtamẽto prohibita ſunt, & in ſui natura mala: vt vendere ſacramenta. 1. quæſtione 1. qui ſtudet. & cap. ſicut eunuchus. ſecus de illa conſuetudine, quæ inducta eſt contra ius poſitiuum. ſuprà de conſuetu.capit. vltim. vbi de hoc.

h ¶*Periculum ordinis.*]ſcilicet depoſitionem, quia pœna ſimoniacorum eſt depoſitio:vt ſupra eodem,de hoc. & capitu. inſinuatum. & ſup. de accuſa. inquiſitionis.1.reſpon. Bernar.

EX diligenti.] In prima parte ponitur ſupplicantis narratio, petitio, & obligatio. In ſecunda petitionis exauditio cum determinatione, & literarum datio: ibi, *Quocirca*. Abbas.

† Facit ad hoc glo.in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. & l. vnic. C.de muta.no.

†C. 19.eo. tit. in 1.cõpilat.

† Hæc periodus in codice Barbatiæ hẽt ita: Vnde qm̃ hmõi obligatio illicita eſt, & cõtra ſalutem aix tuę,nec nõ & ſuæ profectum exiſtit, &c.

CASVS. Archidiaconus Cantuarieñ.induxit quendam clericum,vt faceret ei fidelitatem, ita quod ipſe illi clerico beneficium eccleſiaſticum annis ſingulis exhiberet:clericus iſte videns quod huiuſmodi obligatio illicita erat, petijt inſtanter à domino Papa abſolui,dicens,quòd de prædicto beneficio nil amplius acciperet: Papa videns petitionem huiuſmodi honeſtam & fauorabilem, ipſum ab illa fidelitate abſoluit, cum illud contrarium fuerit diuinis legibus & humanis,ita quòd à ſacerdote diſcreto pœnitẽtiã accipiat: & ne nota infamiæ poſſit reſpergi concedit ſibi has literas, quas poſſit oſtendere in teſtimonium ſuæ indulgentiæ contra infamantes eundem: Nota quòd fidelitas pro re ſpirituali acquirenda fieri non debet:quia ſimonia eſſet.

¶*Glo.ſeq.recit.per quæſtionem,an obligatio.&c.*

i ¶*Obligatio.*] Obligatio iſta turpis fuit & illicita, ideo neque de iure neque de facto ligat.ſupra de pactis. capitulo vltimo,& eſt illud munus ab 1 obſequio indebitè impenſo, vnde ſimoniam inducit. 1. quæſtione 1. ſunt nonnulli. & pro ſpiritualibus homagium exigi non debet. infra de regu. iur.cap.vlti.

k ¶*Contra tuæ ſalutis.*] Iuramentum iſtud uergit in diſpendium ſalutis æternæ: quia præſtitum eſt pro re ſpirituali,pro eccleſiaſtico beneficio ſcilicet, vnde non poteſt ſeruari. ſupra de conditio.appoſi. capitu.fin.& ſupra de iureiuran.ſi vero.& ſupra.quod met. cau.cum dilectus. & 22.quæſtio. 4. ſi aliquid.Alanus.

1 De hoc plene B. Thomas 2. 2. q. 100. art.5.& Sotus lib. 9. de iuſti.& iu. q.7.art. 3.

l ¶*Nihil omnino.*] alias certè pœnitentiam agere nõ poſſet. ſupra

1 Quo iure ſimonia ſit prohibita, vide pleniſſime explicatum per Dominicũ Sotum lib. 9. de Iuſti. & iu. q. 5. art.2.

ſuprà de accuſa.inquiſitionis: quia venia non datur niſi correcto.24.q.2.legatur.23.q.7. quemadmodum. ſed pœnitere non poteſt niſi renuntiet illud beneficium: vt dixi in prædicta decre.inquiſitionis.

a ¶*Diuinis.*] id eſt, [1] canonicis: ſic exponitur 3.q.5. quod ſuſpecti.& 1.q.2.quàm pio.& q.3. ſi quis obiecerit. & cap. ſaluator. vel propriè, quia hoc eſt contra vetus & nouum teſtamentum. 1. quæſtione prima, qui ſtudet.

† hominio

† Aliàs contrauenire

b ¶*Humanis.*] C. de epiſ.& cler.ſi quenquã. & in Authen. de ſanc. epiſco.circa prin. §.ſed neque.colla.9. Nota ergo quòd crimen ſimoniæ grauiſsimum reputatur, ex quo diuinis, & canonicis, & humanis legibus condemnatur. argum.1.q. vlti.c. vlti. Ber.

† aliàs ita: poſſis ĩ poſterum reſpergi.

c ¶*Abſoluimus.*] ipſo iure tamen obſolutus erat: vnde expone, abſoluimus, id eſt, abſolutum oſtendimus, & potius factum reſpicit talis abſolutio. Tan.

d ¶*Diſcreto.*] No. verbum iſtud, quòd diſcretus pœnitentiarius eſt quærendus, qui ſciat ſoluere ac ligare. de pœni.diſtin.6.qui vult. petita & obtenta licentia prius proprij ſacerdotis: aliàs non debet fieri.j.de pœnit.& remiſ. omnis.§.1. Ber.

† C. 20. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexã. iij. par.50.c.j. Vide Turrecrematã in cap. ſunt nõnulli. 1. q.1.

e ¶*Infamia.*] Simoniaci enim infames ſunt. 1.quæſtio.3.cap.vltim. Et hæc eſt talis infamia, quæ niſi cum eo diſpenſetur per principẽ, ad aliqd eccleſiaſticum beneficium admitti non [2] debet.quo ad Deum acta pœnitentia tollitur.ar.2.q.3.§.hinc colligitur.

† Vide Hoſtienſem in c.excõicamus. 1. §. adijcimus. inf. de hęr.

f ¶*Demonſtrare.*] Aliàs non crederetur ſecum fuiſſe diſpenſatum, niſi oſtenderet indulgentiam.infrà de ſchiſma.capit. 2.Bernar.

2 Hæc Bernardi opinio nõ placet hic Hoſtienſi, quẽ laudat. Io. And.

ſtam, & fauorabilem attendentes, te à præfati archidiaconi homagio, † & fidelitate (præſertim cum hæc taliter præſtita diuinis [a] & humanis [b] legibus cõtraire † noſcãtur) abſoluimus [c]: ita quòd ab epiſcopo, vel ſacerdote diſcreto [d], pœnitentiam inde condignã recipias. ¶ Verum ne aliqua propter hoc nota, vel infamia [e] poſſis † reſpergi, abſolutionis noſtræ literas tibi duximus indulgendas: quibus contra latrantium morſus tutus, & præmunitus exiſtas, & quas in teſtimonium indulgentiæ noſtræ valeas demonſtrare. [f]

¶Idem Strigoñ. Archiepiſcopo.

¶Ordinatio, vel conſecratio non cenſetur ſimoniaca, licet ordinatori aliquid donatum fuerit non ex pacto.

CAP. XVIII.

a ¶*Dantes.*]arg.ꝙ ratione connexitatis ſententia lata contra dantem præiudicat recipiẽti.argumẽ. 81.diſtinct. tantis Daniel.3. quæſt. 6.hæc quippe. 59. diſt. ordinatos. & ſuprà de accuſat.ad petitionem. argum. contra infrà de adulte.ſignificaſti.& 2. quæſtio. 5. interrogatum.dixit Io. 1 quòd tunc pręiudicat quando ſunt præſentes, & ſciant cauſam agi: aliter non ff.de re iudi.ſæpe.ſ.de re iud. c. penul. Dic vt dixit Vincẽ.& Tancre.quòd præiudicat quando tam accipientes quàm dantes de hoc accuſanť,& conuincuntur:aliàs non ff. de adulter. denuntiaſſe.§. quæritur. niſi quo ad præſumptionem: vt ſi ob hoc eſſet orta infamia,indiceretur purgatio.arg. illius decret. ſignificaſti. Ber.

†Aliàs ita: poſtquam crimen eorum, &c.

†pateſactũ

1 Qui hoc etiam not. in præ. ca. 70.11.diſt. tantis.& 3. q.6.hęc qp pe. Io.An.

b ¶*Seueritatis.*] ſcilicet depoſitionis.ſ. eod. de hoc.& cap. inſinuatum.& ſ. de accu. c.inquiſitionis.

¶Gl.ſeq.ſignat contrarium, & ibi remittit.

¶ Nos inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi aduerſus eos, qui labe fuerint huiuſmodi maculati, accuſatio coram te fuerit canonicè inſtituta,poſtquam † crimen ordine fuerit iudiciario comprobatum†,tam in dantes [a],quàm in recipientes canonicæ ſeueritatis [b] exerceas vltionẽ. Quòd ſi de hoc tibi per ſolam inquiſitionem conſtiterit: eos, qui per ſimoniacam prauitatem in locis talibus ſunt recepti: ab illis amotos [c], ad agendam pœnitentiam ad monaſteria dirigas arctiora. Abbatibus autem, & Abbatiſſis, Prioribus, Prælatis quibuslibet, & officialibus [d] eorundem iniungas pœnitentiam competentem: & donec illam peregerint, eos à ſacrorum ordinum executione ſuſpendas [e]. Iniungens epiſcopis tuis vt hãc formam per ſuas diœceſes ſtudeant obſeruare. Illud tamen gratanter recipi poterit, quod fuerit ſine taxatione [f] gratis [g] oblatum.

c ¶*Amotos.*] Hic patet, ꝙ conuictus de crimine ſimoniæ in modum inquiſitionis,non deponitur:ſed tantum remouetur ab adminiſtratione,ſiue beneficio, ſicut in alijs criminibus fit:vt ſ.de accuſa.qualiter.& c.cum dilecti.& ſ. eo. de regularibus.contrarium tamen habes ſ. de accu. inquiſitionis. vbi de hoc.Hodie videtur ſtandum illi conſtitutioni.j. eod. quoniam.circa regulares ſimoniacos.

¶Glo.ſeq.primo obijcit, & ſol. Secundò quærit an collegium, &c.arg.quòd ſic,per quatuor iura.alleg. quatuor in contrariũ, & rationem.ponit opi.Io.& tenet cum Tan.

d ¶*Officialibus.*]ſic ſ.eo.veniens.Sed quare tantum prælati & officiales puniuntur,& non totum capitulum,cum omnes in hoc deliquerint, & omnes de capitulo intelliguntur ſcire quæ ſciunt eorum maiores,vel adminiſtratores: vt ff.ad municip.l.municeps? Poteſt dici,ꝙ ideo prælati, & officiales puniuntur quia eorum conſilio & auctoritate omnia finnt. 10. quæſtio.2.epiſcopus.C.de appel. iudicibus. & l. quoniam 2. vbi officiales puniuntur: quia non reſtiterunt iudicibus perperam procedentibus.& argum.2.quæſt. 7. quapropter. Sed nunquid collegium 2 ipſum poterit accuſari aut inquiri de crimine ipſius: Videtur ꝙ ſic.12.q.2.qui manumittitur: & ſuprà eod.veniens. nam vniuerſitas conuenitur ratione metus. ff.quod met.cau.metum.§.2.eccleſia enim delinquere poteſt. 7.q.1.ſicut.Sed contra videtur, ꝙ vniuerſitas non poteſt excommunicari: vt arg.24.q.3.ſi habes. inf. de ſenten. excom. Romana.§.vlti.[lib.6.] nec dolum committere poteſt. ff. de dolo. ſed ſi ex dolo. §. ſed an. nec vniuerſitas dicitur aliquid poſſidere.ff.de acquiren.poſſeſ.l.1. §.penul. Item vniuerſitas per actorem, vel procuratorem ſyndicum debet ſe defendere,ſed in crimine non interuenit procurator.5.quæſtio.3. in criminalibus.& ſup.de accuſ. veniens. Ioan. dicit quòd vniuerſitas non poteſt accuſari,vel puniri: ſed maiores de vniuerſitate, vt hic dicitur,& ſ.eod.veniens. T. dixit & bene, ꝙ licet vniuerſitas,ſiue collegium non poſſit accuſari: poteſt tamen inquiſitio fieri de exceſſibus collegij,& canonicè puniri poſſunt:ſed illi plus, quos magis delicti cauſam eſſe conſtiterit.j.de cle. excommu.mini. latores. & hic. & ſup. eod. veniens.& 44.diſtin.comeſſationes.& 25.quæſtio. 2. ita nos. & ff.de conditio.& demonſtra.municipibus.

2 De hoc articulo Ang.conſi. 217. Fran. Are.conſi. 164.Anch. conſi.157. Old.conſi. 64. Iaſ. in l.ſi qs maior. C. de tranſ.& Felin.in c.dilecto. ſup. de except.

¶Glo.ſeq.opponit, & remittit.

e ¶*Suſpendas.*]ſed nonne ſunt ipſo iure ſuſpẽſi? Sic.de hoc dictum eſt ſ.eod.accuſatum. acta vero pœnitentia reſtituuntur executioni auctoritate Papæ.Ber.

¶Idem Priori ſancti Victoris, magiſtris I.Bonoñ.& L.Modiceñ.canonicis.

¶Abbas contra teſtes,qui depoſuerunt contra eum de ſimonia in iudicio inquiſitionis excipere poteſt, ꝙ ſunt inimici & conſpiratores: alias verò exceptiones criminum opponere non poteſt.

CAP. XXXI.

LIcet† Heli ſummus ſacerdos in ſe bonus exiſteret: quia tamen filiorum exceſſus efficaciter non corripuit,& in ſe pariter, & in ipſis animaduerſionis diuinæ vindictam excepit [h]: dum filijs [i] eius in bello [k] peremptis, ipſe de ſella corruens fractis ceruicibus expirauit [l] †. Ad corrigendos igitur ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius [m] eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos (vt de notorijs [n] exceſſibus† taceatur) & ſi tribus modis procedi poſſit, per accuſationem videlicet,denunciationem, & inquiſitionem

f ¶ *Taxatione.*] hoc ideo dicit: quia taxatio eſt quædam venditio. ff. de iure dot. plerumque. §. ſi ante. & quaſi quędam pactio videtur.

g ¶*Gratis.*] inf. eod. tua.ſi mile. 18. diſt. de eulogijs.

L*icet.*] Diuiditur in tres partes: In prima ponit exordium: In ſecunda narrationẽ, & factum & ordinem proceſſus, & allegat ꝓ & contra. In tertia interloquitur. Secunda: ibi,*Cum igitur.* Tertia: ibi,*Ne vero.* & clarius declaratur hoc cap. per cap. ſequens, quod venit ad declarationem huius. Abb.

†Ca. 3.eo. tit.in 3.cõpil. & lib. 2. regiſtri Innocentij iij. circa fi. vbi ex integra epiſtola clarius intelligas, q̃ ad hunc locum ſpectant.

† Lib.1. Reg. c. 4.

CASVS. Oſtendit Papa in decretali pręſenti quòd prælati tanto diligentius ſubditorum exceſſus corrigere debent: quanto eorum offenſas damnabilius deſerunt incorrectas: quod oſtẽdit exemplo Heli, qui licet in ſe bonus exiſtęret, quia tamen filiorum exceſſus non corripuit, & in ſe & in ipſis vindictã accepit: Prælatus enim contra ſubditos tribus modis (exceptis notorijs)procedere poteſt, per accuſationem, denunciationem, & inquiſitionem ipſorum, ita videlicet, ꝙ accuſationem pręcedat inſcriptio,denunciationem admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio. & hoc probatur auctoritate Domini dicentis: Deſcendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me,opere compleuerint: Cum clamor peruenit ad prælatum,deſcendere debet,& inquirere,& videre, an veritas ſic ſe habeat: & hoc idem oſtendit per canonem antiquum: ſi quid de quocunque clerico ad aures pręlati peruenerit,quod iuſte offendere poſſit,non ſtatim credat,ſed prius cum canonicis ſuis veritatem inquirat: vt ſi culpam inuenerit, ipſam puniat, non tamquam ipſe ſit accuſator & iudex: ſed fama deferente,ſuum officium exequatur, ita videlicet vt iuxta iudicij formam, ſententia formetur: his præmiſſis deſcendit ad caſum,cuius occaſione præmiſit prædicta. Nota ꝙ ille qui venit ad denuntiandum,admittitur ad teſtificandum. Item nota ꝙ admonitio præcedere debet denunciationem. aliàs denuntians repellitur.

† Quia in notorijs non vſquequaque ſeruatur iuris ordo: Iuli Clarus in prac.crim. ſeu §.fin.q. 9.

h ¶*Excepit.*]id eſt,recepit,ſic. 23. q. 5. non eſt noſtrum. ſ. vt lit.non conteſt.quoniam.§.pen.

i ¶*Filijs.*]ſcilicet Ophni,& Phinees.

k ¶ *In bello.*] quod habuerunt filij Iſrael cum Philiſthęis. 3 Tanc.

l ¶*Expirauit.*]37.diſt.legant.

ADDITIO. Vnde de eo dicitur:

Vulnere crudeli fratris ceruicibus Heli
Corruit à ſella,triſti veniente nouella.

m ¶*Damnabilius.*]81.diſt.dictum eſt. & ſuprà de offi. ordi. irrefragabili.

n ¶*Notorijs.*]in notorijs non eſt neceſſarius accuſator, vel teſtis, vel inquiſitio,vel denuntiatio.ſuprà de accuſa.euidentia.& 2.quæſtio.1. de manifeſta & cap. ſcelus. ſic ſuprà de accuſa.qualiter 2.nec eſt purgatio indicenda.j.de purg. c. cum dilectus.T.

3 Hãc Hiſtoriam habes in veteri teſtamẽto lib. 1.Regum ca. 4. & cur filij Heli fuerint peremti tradit Chryſoſtomus ſuper Matthæum Homel. 17. & quid tota hiſtoria ſignificet, docet B. Auguſtin' lib. 17. de ciuitate Dei c. 5.

¶Glo.ſeq.ponit duos caſus, in quibus monitio eſt neceſſaria, & tres in quibus non eſt neceſſaria:primus in accuſatione, dupliciter ſoluens quædam contraria: ſecundus in inquiſitione:

tertius

tertius in pecuniaria cauſa. huic opponit de l. debitores. & ſoluit.

a ¶*Inſcriptio.*] Ex hoc patet, quòd vbi agitur in modum accuſationis non debet præcedere admonitio: ad quid enim fieret admonitio, cum etiam poſt pœnitentiam poſſet accuſari 1 & deponi, ſi eſſet conuictus. argum. 33. q. 2. admonere. & 25. diſtinct. primum. Sed vbi de crimine ciuiliter agitur ad pœnitentiam, præcedere debet admonitio: & ſic loquũtur illæ decret. 2. quæſtio. 7. accuſatio. & c. ſeq. & ſup. de accu. ca. 2. Itẽ vbi agitur ad pœnam excommunicationis, præcedere debet admonitio. 16. q. 7. omnes decimæ. 17. q. 4. de presbyterorum. 12. q. 3. indigne. & j. de ſentẽ. excom. ſacro. ſed in pecuniarijs cauſis non eſt neceſſaria admonitio, licet ſit argum. contra. C. de pig. debitoris. ſed illud intelligitur ex honeſtate, & ſic poſsẽt intelligi prædicta capitula. 2. q. 7. accuſatio. & c. ſeq. ſed cum agitur in modum inquiſitionis, non eſt neceſſaria admonitio: ſed ſufficit ſola fama, vel clamor, vt hic patet. Ioan.

1 Niſi probaretur diſpenſatum de ſchiſma c. 2. vbi de hoc. Ioan. And.

† De hoc articulo vide quos citaui in c. ſuper his. verbo: oportet inſcribi. ſup. de accu.

Gen. c. 18.

† In antiqs codicib. & in ipſo regiſtro Innocẽtij. ita vtrum clamorem veritas comitetur. nam duo illa verba: qui venit. non habentur.

b ¶*Deſcendam.*] 2. q. 1. Deus omnipotens.

c ¶*Canonicas ſanctiones.*] 86. diſt. ſi qd vero.

d ¶*Iudex.*] non enim poteſt quis eſſe accuſator, & iudex ſimul: vel accuſator & teſtis. 2. q. 1. in primis. & c. multi. & 4. q. 4. c. 1. & 2. niſi in cauſa denunciationis. 11. q. 3. præcipuè. & ſuprà de teſtib. in omni negotio. 2 & idem videtur in cauſa matrimonij. 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. ſed ille talis accuſator, ſiue teſtis, non ſufficit, niſi teſtes inducantur. Io.

2 Adde iſtud idem ſẽtire Bar. in l. diuus. ff. de cuſt. reo.

ipſorum: vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio † [a]. ſic & denunciationem charitatiua correctio, & inquiſitionem clamoſa debet inſinuatio præuenire. ¶ Deſcendam [b] (inquit Dominus) & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Tunc enim clamor peruenit ad Prælatum, cum per publicam famam, aut inſinuationem frequentem, ſubditorum ſibi referuntur exceſſus: & tunc debet deſcendere & videre, id eſt, mittere & inquirere, vtrum † clamorẽ qui venit, veritas comitetur. Nam iuxta canonicas ſanctiones [c], ſiquid de quocunque clerico ad aures Prælati peruenerit, quòd eum iuſtè poſſit offendere, non facile credere debet, nec ad vindictam eum res accendere debet incognita: ſed coram eccleſiæ ſenioribus diligenter eſt veritas perſcrutanda: vt ſi rei popoſcerit qualitas: canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis, non tamquam ſit idẽ accuſator & iudex [d], ſed quaſi fama deferente, vel denuntiante clamore, ſui officij debitum exequatur, eo ſemper adhibito moderamine, vt iuxta iudicij formam [e], ſententię quoque forma dictetur. ¶ Cũ igitur de Abbate Põpoſiano ea nobis frequenter inſinuata fuiſſent, quæ ab honeſtate regulari nimium diſſonabant; monachis ad præſentiam noſtram accedentibus, quidam ex ipſis nobis ipſum Abbatem de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac inſufficiẽtia detulerunt [f]. Contra quos cum idem Abbas excipere, quòd denunciationem huiuſmodi fraterna † correctio, ſecundum regulam Euangelicam [g] non præceſſerat, & ijdem conſtanter aſſererent, quòd correctionem huiuſmodi præmiſiſſent: Licet ad probandũ hæc duorum monachorum iuramenta fuiſſent exhibita, quia tamen ſuper † hoc ipſi nondum contendere deſiſtebant: Nos, vt prædiximus, frequentibus clamoribus excitati, ex officio [h] noſtro voluimus inquirere de præmiſſis, omnes monachos, qui vel cum ipſo, vel contra ipſum acceſſerant, iuramenti vinculo aſtringentes, vt de propoſitis [i] plenam, quam ſcirent, exponerent veritatem: quorum depoſitiones in ſcripturis † redactæ, cum publicatæ fuiſſent, ſuper illis cœperunt multipliciter diſputare. Quia † verò tum ex aſſertione monachorum, tum ex ipſius abbatis confeſſione cognouimus, quòd idem non modicam ſummam pecuniæ relictam à prædeceſſore ſuo expenderat, & in alia ſumma maiori monaſterium obligarat: Nos eum, quaſi de dilapidatione [k] † ſuſpectum, ab adminiſtratione abbatiæ duximus

e ¶*Iudicij formam.*] ſic ſup. de accuſ. qualiter. verſic. fi. & ibi expoſitum eſt. Et ita iudex ſemper ſecundum finem ad quẽ quis agit, formabit ſententiam, hoc eſt depoſitionis in accuſatione: remotionis ab adminiſtratione in inquiſitione: pœnitentiæ peragendæ in denunciatione. ſup. de ordi. cog. cum dilectus. & ſup. de except. c. 1. & ſup. de accuſa. ſuper his. & ff. de neg. geſt. Pomponius 2. in fi. ff. communi diui. vt fundus. Arg. contra. ſup. de conceſ. præb. ex parte. vbi iudex aliter ſententiat, quàm allegaretur. ſup. de accu. inquiſitionis. 1. reſpõ. ibi ſoluitur. Item contra. ff. de ædil. edic. bouem. §. aliquando. ibi dicitur, ꝙ licet ſit actum quanto minoris: iudex tamen poteſt condemnare ac ſi eſſet actum redhibitoria.

Cvm igitvr. Abbas Pompoſianus erat infamatus apud dominum Papam de ſimonia, dilapidatione, periurio, & inſufficientia: quidam monachi Pompoſiani ſuper his denuntiauerunt ipſum abbatem domino Papæ: cõtra quos abbas excepit, ꝙ denunciationem huiuſmodi fraterna correctio non præceſſit ſecundum regulam Euangelij: ſed monachi aſſerebant ſe illum præmonuiſſe, & ad hoc probandum induxerunt duos monachos: Sed quia ſuper hoc contendere non deſiſtebant, Papa ex officio ſuo voluit inquirere de præmiſſis: Vnde ſuper pdictis criminibus recepit iuramenta monachorum, tam qui contra ipſum, quàm qui pro ipſo venerant: quorum depoſitionibus publicatis, cœperunt diſputare ſuper illis: ſed quia per dicta illorum, & confeſſionem abbatis conſtitit Papæ, ꝙ abbas quandam ſummam pecuniæ ab anteceſſore ſuo dimiſſam expenderat, & in alia maiori monaſterium obligauerat: propter hoc Papa ipſum tamquam de dilapidatione ſuſpectũ ſuſpendit ab adminiſtratione: ſed quia ſimonia multis modis videbatur eſſe probata, abbas contra teſtes multas exceptiones oppoſuit, videlicet conſpirationes, & inimicitias capitales, furtum, & adulteriũ, vt eos à teſtimonio remoueret: ſuper quibus ſatis fuit diſputatum: quidam dicebant, quòd omnes indifferenter erant admittẽdi, cum accuſatio ſimoniæ ad inſtar criminis læſæ maieſtatis procedat: Alij vero cõtrarium dicebant: quia licet crimina iſta quantum ad accuſationem paria iudicentur, differunt tamen in multis; & præterea diſtinguendum eſt inter accuſatores & teſtes: Papa vero æquitate penſata, ne innocens ſuccũberet: vel prauitas ſimoniæ effugeret impunita: illas exceptiones tantũ admiſit: quæ ſi probentur, teſtes ipſi non zelo iuſtitiæ, ſed ex odio procedere viderentur. Nota ꝙ ſuſpectus de dilapidatione ſuſpenditur ab adminiſtratione. Itẽ conſpiratores & inimici capitales repellũtur à teſtimonio: quia ex odio deponere videntur.

† De hoc articulo vide omnino B. Thomã 2. 2. q. 33. art. 7. adde Martinum Nauarrum in Manuali confeſſa tiorũ c. 14. tit. de correctione fraterna.

† ſuper hoc ipſo in regiſtro, & in pluribus antiquis codicibus.

† Aliàs, ſcriptis.

† In codice Barbatiæ ita, Quia vero tã ex accuſatione monachorũ quã ex abbatis cõfeſſione &c.

f ¶ *Detulerunt.*] id eſt, denuntiauerunt, vt ſequentia probant ibi.

g ¶ *Euangelicam.*] ſuprà de iudic. nouit. & 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit.

† Quaſi dilapidatio dicitur cõſumptio rerum mobilium: dilapidatio vero propria cõſiſtit circa immobilia.

¶*Glo. ſeq. ad id quod dicitur: denuntiatores teſtificari, ſignat duo contraria, primum ſol.*

h ¶*Ex officio noſtro.*] quo prælatus debet purgare prouinciam. s. de offi. ordi. c. 1. & ſup. de accuſa. qualiter 2. & 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo. & ſup. de accuſa. ſicut olim. ſi. de offic. præſi. l. 3. ff. de ſuſpec. tuto. l. 3. §. præterea. Et not. quòd dicit, quòd illi qui venerant, ad denuntiandum inquiſitionem, teſtes admiſſi ſunt, ſic. ſup. de elect. in cauſis. & ſup. de renunc. poſt tranſlationem. Ar. contra. ſup. de accuſa. cum P. & ſuprà de elect. innotuit. ad fi. ſed hoc non nocet: quia in illa, cum P. repelluntur propter inimicitias & mutuas accuſationes: hic ſecus: quia hic non erant inimici denuntiatores, aliàs nõ admittentur. vnde poſſunt perhibere teſtimonium in inquiſitione: quia ex quo admittuntur ad vnum, & ad aliud. Vincentius.

i ¶ *Propoſitis.*] ſcilicet criminibus prædictis, de quibus denuntiatus fuerat, & clamor ad Papam peruenerat: plenam & meram debent dicere veritatem. ſup. de accu. qualiter. 1. §. forma. B.

¶*Glo. ſeq. præmiſſo de forma proceſſus contra dilapidatorem, quærit an ſi reddat eccleſiam indemnem, &c. argum. quòd ſic, & remittit.*

k ¶*De dilapidatione.*] Qui enim denuntiatur de dilapidatione ſu-

ne ſuſpectus,interim dum cognoſcitur de dilapidatione, debet interdici ei omne genus alienationis: & ſi merito eſt de dilapidatione ſuſpectus, dandus eſt ei coadiutor, ſine cuius conſilio nihil faciat, de his quæ pertinent etiam ad adminiſtrationem temporalem.ſ.de accuſa.c.vlti. & ſuprà de officio delega. venerabilis. vbi plenè hēs qualiter procedatur in cauſa huiuſmodi. hoc tamen ſcias, quòd talis qui remouetur ob dolum, infamis efficitur: ſecus ſi ob culpam.C.de ſuſpec.tuto. l.vlti. Item quid ſi alia crimina non probarentur contra iſtum abbatem, nunquid ſi vellet reddere eccleſiam indēnem, remaneret in adminiſtratione abbatię? Videtur ꝙ ſic. ſup. de reb. eccle. non alien. ſi quis presbyterorum.& ſup.de elec.quòd ſicut. vbi hæc quæſtio expeditur. Dic vt ibi.

† An ſimonia ſit de criminibus exceptis, vide Iuliū Clarū. lib. 5.receptarum ſentē. § Simonia. vbi ex Aretino teſtatē communē eſſe opinionem inter crimina excepta numerādum.

a ¶ *Indifferenter.*] videtur, quòd hæc duo crimina parificent quātum ad accuſationem & teſtimonium. 15.q.3.ſane. Item quia ſimonia eſt maius crimen, quàm 1 hæreſis. 1.q.1.cos. & infamis efficitur.vt 1.q.3.ſiquis præbendas. imo maius eſt omnibus alijs criminibus.j.cap.proxi. & 1.q.vlti.in c.vlti.ſed in hæreſi quilibet admittitur: ergo multo fortius in ſimonia quilibet admittetur. ſ. eod. tanta. 79. diſtinc. ſi quis Papa.& C.de epiſ.& cler. ſi quenquam. De hac materia dicitur plenè ſ. de accu.cum P.

1 Qualiter ſit intelligendū Simoniā maius eſſe crimen quàm hæreſim, late & vere docet Turrecremata in c.eos.1.q.1. adde B. Thomā 2.2.q.100. ar.1.ad primum ar.

ſuſpendendum; & quia ſimonia multis modis contra ipſum Abbatem videbatur eſſe probata: ipſe cōtra teſtes multas exceptiones oppoſuit, ſuper quibus fuit multipliciter diſputatum: alijs aſſerentibus in crimine † ſimoniæ, ſicut in crimine læſæ maieſtatis omnes indifferenter[a], tam infames, quàm criminoſos, non ſolum ad accuſandum, ſed etiam ad teſtificandum admittendos: cum ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis procedat accuſatio ſimoniæ; alijs econtrariò reſpondentibus, quòd licet hæc duo crimina quantum ad accuſationem, quaſi paria iudicentur, differunt tamen in multis: cū alia pœna[b] pro vno, & alia pro altero inferatur: & inter perſonas accuſatorum, & teſtium ſit vtique diſtinguendum[c]: cum non per accuſatores, ſed per teſtes crimina comprobentur. ¶ Ne verò vel innocentiæ puritas confuſa ſuccumberet, vel ſimoniæ prauitas effugeret impunita: Nos æquitate penſata, illas dumtaxat exceptiones oppoſitas probandas[d] admiſimus, quæ probatæ[e] non de zelo iuſtitiæ, ſed de malignitatis fomite † procedere viderentur.[f]

¶ Idem.

¶ *Hoc capitulum eſt gloßa præcedentis capituli: nam tendit ad declarationem illius, an & quando teſtes criminoſi admittantur in crimine ſimoniæ: & in effectu idem dicit quod præcedens.*

CAP. XXXII.

PEr † tuas nobis literas intimaſti, te dubitare ſuper quadam epiſtola decretali, quam nos aſſeris edidiſſe, de teſtibus admittendis contra ſimoniacā prauitatem. ¶ Noueris igitur, quòd nos illam epiſtolam, quæ ſic incipit: Quamuis ad abolendam[g]. nequaquam † edidimus: ſed aliam quæ ſic incipit: Licet Heli. nos edidiſſe fatemur: ad cuius intelligentiam credimus diſtinguendum, vtrum is, contra quem agitur de ſimoniaca prauitate[h], denuncietur ſimpliciter[i] †, aut † criminaliter accuſetur: & vtrum agatur ſecundum iuris rigorem, an ſecundum temperantiam æquitatis. Item vtrum ipſe ſit regularis, qui iam renuntiauerit mundo; an ſecularis, qui ad-

† fonte

† Ca.4.eo. tit.in 3.cōpilat. Et de intellectu Gabriel Sarayna ī adnotatio.ad ſingulare Matthæi Matheſilani.70.inci. nota, ꝙ ſi ſtatutū dicat. adde Barto. in l. qōnibus.ff. ad legē Iuliā maieſt.

† Id eſt veriſſimū: nā illa decretalis: Quāuis ad abolendā Clementis tertij eſt quā Raymūdus non poſuit in hac cōpil.

† in antiqua cōpilatione, ciuiliter lego, ſed Gregoriana exēplaria ſimpliciter, hn̄t: quod agnoſcunt. hic gloſſa Hoſtienſis, & alij interpretes.

† Aliàs ita: an criminaliter attentetur.

b ¶ *Alia pęna.*] quia in crimine læſæ maieſtatis capite quis punitur.6.q.1.§.verum. ver.ſi quis cum. Item iura paternorū ſepulchrorum adimuntur.ff.de ſuis & legi.hære.l. 1.§.interdum.Item non ſunt lugendi.ff. de reli. & ſumpt. fu. minime. quæ pœna non ſpectat ad ſimoniacum,ſed deponitur cū nota infamiæ.1.q.1.reperiuntur.& eadem cauſa.q.3.c. vlt.& C. de epiſ.& cle.ſi quenquam, Vin.

c ¶ *Diſtinguendum.*] hoc ideo dicit: quia per teſtes crimina probantur, & non per accuſatores, vnde non omnes qui admittuntur ad accuſandum, debent admitti ad teſtificandum. ſ. de teſti.decætero.

ADDITIO. & ſup. qui ma. accu. poſ. cum in tua. vbi de hoc tangitur.

d ¶ *Probandas.*] ſcilicet conſpirationes, & inimicitias capitales.j.c.proxi.vbi hæc exponuntur.

2 Hæc gloſſula de fide [...]atur in aliquot manuſcriptis codicibus.

e ¶ *Quæ probatæ.* [id eſt, 2 quibus probatis.j. c. proximo. aliàs non habent verbum.Sim.7.q.1.qualiter. & illud Euangelij: Illi ſatiati, ceſſet murmuratio eorum.

f ¶ *Viderentur.*] In fine huius c.remotæ ſunt illæ exceptiones: ſ.conſpirationes & inimicitiæ, furtum & adulterium,&c. vt in c.ſequentibus.Ber.

PEr tuas.] Diuiditur in duas partes principales: In prima ponitur conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Noueris.* Et hæc ſecunda pars ſubdiuiditur in quatuor: Nam primò diſtinguit circa quinque: ſecundò coaptat illa quinque propoſita, repetens factum, & declarans interlocutoriam præcedentis decretalis: Tertiò tranſeundo concludit: Quartò recitat ceſſionem. Secunda: ibi, *Hæc omnia.* Tertia: ibi, *Tale.* Quarta: ibi, *Vnde.* Abbas.

3 Hic caſus Bernardi eſt, & in antiquis exemplaribus habet.

CASVS. 3 In præcedenti decretali dicitur, quòd abbas Pompoſianus plures exceptiones oppoſuit contra teſtes inductos contra ipſum ſuper crimine ſimoniæ, & Papa quaſdā admiſit, quaſdam vero non: vnde videbatur, quòd teſtes criminoſi admitterentur in crimine ſimoniæ: Quæſitum fuit à Papa, qualiter decretalis illa eſſet intelligenda? Reſpondet Papa dicens, quòd illam decretalem licet Heli.edidit: ad cuius intelligentiam ſic diſtinguit: Primo circa modum agendi: vtrum agatur de crimine ſimoniæ criminaliter, aut ciuiliter: & ſi ciuiliter agatur: vtrū de rigore, aut æquitate. Secundò diſtinguit circa perſonam, cōtra quam proceditur, vtrū ſit regularis, an ſecularis, & ſi ſit regularis, vtrū ſit inferioris gradus, aut excellentioris dignitatis: & an ille idē ſit bonæ opinionis, vel malæ famæ: & vtrum etiam poſſit puniri de facili, an ſine ſcandalo non poſſit condemnari. Tertiò diſtinguit circa perſonas teſtium, vtrum ſint honeſti vel criminoſi: vel emendati de crimine, an adhuc perſeuerent in ipſo, & an ipſi teſtificent ex charitate, vel odio. Quartò, quæ crimina obijciantur teſtibus: vtrum eadem, vel minora: an paria, vel maiora. Quintò, an adſint alia adminicula, quæ adiuuent teſtes. Recollige illos quinque modos quantum ad alteram partē. Si ergo agitur ciuiliter de crimine ſimoniæ ſecundum æquitatem, & perſona contra quam agatur, ſit regularis, & inferioris gradus, & malæ famæ, & de facili poſſit puniri, & adſint alia adminicula, vt contingit in abbate Pompoſiano, qui eſt perſona regularis, & grauiter infamatus: & qui de facili potuit remoueri: contra talem perſonam ſecundum Lau.teſtes, qui emendati ſunt de crimine, vel ſecundum alios, qui adhuc in crimine perſeuerant, cum alijs adminiculis, vt puta furti, adulterij, quæ ſunt minora crimina: & qui ex charitate deponunt & habent alia adminicula, admittuntur in crimine ſimoniæ, propter criminis enormitatem: & teſtes tales admiſſi fuerūnt contra illum abbatem Pompoſianum, non obſtantibus exceptionibus furti & adulterij. alias verò exceptiones id eſt conſpirationes & inimicitias capitales, Papa probandas admiſit, quia eis probatis patet, quòd ex odio teſtificantur: & ſic debet intelligi decretalis præmiſſa, licet Heli. quantum ad teſtium receptionem contra ſimoniacam prauitatem: quia ille Abbas grauiter infamatus denuntiabatur ſimpliciter ſecundum æquitatem: vt remoueretur ſolummodo ab abbatiæ adminiſtratione, & de facili poterat remoueri, vnde ipſe non expectata ſententia ceſſit: Ergo intellige à contrario, ſi perſona contra quam taliter agitur de ſimonia, non ſit talis: tales teſtes nullo modo admittuntur. Ber. Nota quòd criminoſi teſtes recipiuntur in crimine ſimoniæ de æquitate ciuiliter, cum agitur non ſimpliciter, ſed cum alijs adminiculis. Item conſpiratores & inimici capitales in nullo caſu recipiuntur.

4 Extat adhuc in 2. cōpi.tit.de ſimonia, c. 4. in qua ita ſcriptū eſt. Tu ſedem Apoſtolicā. duxiſti conſulendā, vtrū mediatores, & interlocutores, p quos ſcel' illud plerumque committit. ad teſtimonium poſſint contra ſceleris auctores admitti: qđ in odium criminis admitti debeant, reſpōdemus.

g ¶ *Quamuis ad abolendam.*] quam habebas olim.eo. tit. in ſecunda 4 compil.

h ¶ *Simoniaca prauitate.*] Præterea idem videretur de alio crimine excepto, vt hic diſtinguitur circa modum agendi. Bernardus.

i ¶ *Simpliciter.*] id eſt, in modum denuntiationis, & inquiſitionis. B.

¶ *Glo.ſeq.opponit quod in iudicijs, & c.ſoluit.*

a ¶ *Excel–*

huc in mundo exiſtit: & an inferioris gradus, an excellentioris [a] ſit dignitatis. Ad hæc, vtrum ante fuiſſet claræ opinionis, & bonæ famæ, an grauiter infamatus [b], & valde ſuſpectus: & vtrum de facili poſſit puniri, an ſine ſcandalo [c] nequeat condemnari. Prætereà vtrum teſtes ſint honeſti, an criminoſi; & an ſint emendati de crimine, an adhuc in crimine perſeuerent. Rurſus ſi crimina ſint eadem, vel minora [d], an paria [e], vel maiora: vtrumve teſtes ex zelo iuſtitiæ, an ex malignitatis fomite [f] depoſuiſſe credantur. Denique vtrum ad prauitatem ſimoniacam detegendam ſola dicta teſtium inducantur, an alia etiam adminicula [g] ſuffragentur. Hæc omnia ſunt ad intelligentiam illius epiſtolæ diſtinguenda [h]. Ille quidem Pompoſianus Abbas, qui iam pridem renuntiauit mundo, erat de ſimonia, periurio, dilapidatione, ac inſufficientia [i] grauiter infamatus. Cũque per monachos, qui iurauerant perhibere teſtimoniũ veritati, ſimonia multis modis videretur eſſe probata: ipſe contra teſtes multas exceptiones oppoſuit, conſpirationes [k] videlicet, inimicitias capitales, furtum, & adulterium vt eos à teſtimonio remoueret. Nos verò (ne innocentiæ puritas confuſa ſuccumberet: vel ſimonię prauitas effugeret impunita) illas dumtaxat exceptiones probandas admiſimus, quibus fortè probatis teſtes non zelo iuſtitię, ſed malignitatis fomite proceſſiſſe conſtaret: vt conſpirationes, & inimicitias capitales [l]: cæteras autem exceptiones, vt furti, & adulterij [m] propter immanitatem hęreſis ſimoniacę (ad cuius comparationem cætera crimina quaſi pro nihilo [n] † reputantur) duximus repellendas: quoniam etſi probatę fidem teſtium debilitarent [o] in aliquo, non tamen euacuarent ex toto [p], alijs adminiculis ſuffragantibus, pręſertim [q] cùm teſtes de crimine fuerint emendati [r]. ¶ Tales igitur contra talem [ſ] taliter [t] duximus ad-

a ¶*Excellentioris.*] puta epiſcopus regularis, cum quo non eſt taliter procedendum pp maius ſcandalum. Sed quare hoc dicit, cum in iudicijs non debeat attendi dignitas alterius. 3.q.9.cap.vlti.& æqualitas ſeruanda eſt in iudicijs. C. de proxi.ſacro.ſcri.in ſacris.lib. 12? Reſpondeo hoc ideo dicit, propter maius ſcandalum, & reuerentiam ordinis excellentioris: & abſurdum videretur, ſi taliter remoueretur epiſcopus, ſicut abbas: & non ita de facili proceditur contra maiorem ſicut contra minorem.arg.ſ̃.de accu.qualiter & quãdo. 2. & vbi maius ſcandalum ſeu periculũ vertitur, cautius eſt agendum: 42. diſt.quieſcamus.7.q.2. c.vlt.& ff. ad Carb.l.1. §.ſed & ſi quis. & aliter puniuntur maiores, aliter minores. 24. q. 1. qui contra eccleſiæ pacem.& 45.diſtinc.cum beatus.Io.

b ¶*Infamatus.*]ſimile 2.q.1.in primis.

c ¶*Sine ſcandalo.*] vt ex hoc facilius admittantur, vel repellantur. argum.23.q.4. non poteſt.

d ¶*Vel minora.*] hoc ideo dicit, quia ſi ſint eadem crimina, vt puta ſimonia eadem, de qua agitur, non admittitur, quia ſocius non admittitur. ſ̃. de teſtib. veniens. Ber.

e ¶*An paria.*] hoc iõ forte dicit, quia licet repelli omnino nõ poſſit, cum ſint emendati: quanto maiora crimina eis objciuntur, tanto minor fides eis adhibetur. Tan.

f ¶*Ex malignitatis fomite.*] hoc dicit propter inimicos capitales, & conſpiratores, qui non debent admitti: vt infrà dicitur. Bernar.

g ¶*Adminicula.*] quia ſine alijs adminiculis & præſumptionibus viles teſtes in crimine ſimoniæ nõ ſunt audiendi, quia vilibus ſine 1 tormentis credi non debet.4.q.3.c.ſi teſtes.§. ſi autem ea rei.& 2.q.1.in primis. & quia à tormentis non eſt incipiendum.ff.de quæſt.l.1.& ĩ.de reg. iur.cum in contemplatione.Tanc.

1 Vide Iulium Clarũ in prac. crim.q.21. verſ. ſcias ẽt.& Simã cam in catho. inſtit. titu. 64. de teſtibus.

h ¶*Diſtinguenda.*] hæc eſt intentio præcedentium diſtinctionum: aut enim agitur criminaliter, aut ciuiliter: Si criminaliter, tunc teſtes criminoſi etiam in exceptis criminibus contra neminem audiuntur, ſiue accuſatus ſit bonæ famæ, ſiue malæ. Si vero agitur ciuiliter, tunc contra ſecularem prælatum non ſunt audiendi vel admittendi criminoſi teſtes: niſi ſint emendati de crimine: & tunc admittuntur de æquitate, non de rigore: nec etiam tunc audiuntur, niſi adſint alia adminicula, ſed contra regulares Prælatos infamatos inferioris gradus, admittuntur criminoſi, ſi ciuiliter agitur de ęquitate, ſed non de rigore, & cum alijs adminiculis.& hoc intellige in teſtibus. ad accuſandum vero bene admittuntur infames contra illum, qui eſt malæ famæ: vt ſuprà eodem, tanta. Ioan.

i ¶*Inſufficientia.*] Propter inſufficientiam remouetur Prælatus ab adminiſtratione.ſ̃.de ætate & qualita.c.vlti. & 18. q. 2.ſi quis.Abb.

k ¶*Conſpirationes.*] conſpiratio enim grauiſsimum crimen eſt: ita quòd meretur deponi.11.q.1.coniurationum. & cap. conſpirationum.& ibi, in ſubuerſionem ſtatus alterius conſpirant, vnde tamquam inimici repellẽdi ſunt, & eis conſentientes: vt capitulis prædictis.& ſ̃.de re iudi. cum I.& A.

¶*Glo.ſeq. tractat quòd inimicitiæ non capitales non repellunt à teſtimonio, ſed fidem minuunt. Et quid ſi facta fuerit reconciliatio.*

l ¶*Inimicitias capitales.* 2] Propter aliàs vero non remouetur quis à teſtimonio.4.q.3.§.item in criminali. ibi tamen non determinatur de qua inimicitia, & ff.de arbi. licet. Inſti. de excuſ.tuto.§. inimicitiæ. & leuis offenſa non adimit legatum.ff.de adi.leg.l.3.§.nõ ſolum. in fi. ſed minor fides eis adhibetur. in Authen. de teſti. §. ſi vero quis dicat. colla. 7.C.de teſti. Auth. ſi teſtis productus. Tamen ſi inimici & cõſpiratores redeant in amicitiam, poſt recõciliationem videtur ꝙ poſſint admitti: quia & legatum per capitales inimicitias vel aliàs grauiſsimas interuenientes adimitur: ſed ſi redeant in amicitiam redintegratur legatum: ff.de adi.leg.l.3.§. non ſolum.in fi.& l. ſeq. ita tamen ꝙ non in eo negotio, vel cauſa ꝑ qua conſpirauerunt, & reconciliatio non ſit recens.arg.3.q.5. accuſatores. Ber.

2 De materia huius gloſſę, vide pleniſſime. ꝑ Antoniũ Gomeziũ to. 3.var. reſolu. c.12. & quæ dixi latiſſime lib. 3. cõment. in Directorium inquiſito ſchol. 33.& ſchola. 123.

¶*Gl. ſequens quærit de periuro an admittitur. ſol.quod non.*

m ¶*Furti & adulterij.*] Et ſic opponebantur minora crimina. Sed nunquid periurus admitteretur? Dicendum eſt ꝙ non, quantumcunque ſit emendatus: quia qui ſemel eſt periurus, ad iuramentum amplius non audiatur.22.q.5.paruuli.& ſ̃. de præſumptio.literas. 2.q.7.non poteſt, quia præſumitur quod iterum deierare argumen.ff.de accuſa. ſi cui. §. ijſdem.& 6. q.1. quicunque, & eſt expreſſum. ſuprà de teſti.teſtimonium. Ber.

† De grauitate ſimonię in comparatione ad hęreſim & alia crimina, vide latè ꝑ Turrecrematã in c.eos.1. q. 1. adde B. Thomã 2.2.q.100. ar. 1.ad primum argu.

n ¶*Pro nihilo.*] vt 1.q.vlt.c.vlt.& ſ̃.eod. tanta. Bernard.

o ¶*Debilitarent.*] & ita teſtis qui fuerit criminoſus, licet ſit emendatus, non facit plenam probationẽ, 3 niſi adſint alia adminicula: criminoſus enim ſemper hẽt caput vulneratũ. 1. q.1.ventum. qa & ſi pœniteat, quædam tñ irregularitas manet, quę non abòletur ꝑ pœnitentiam 50.diſt.illud. 1. q. 7.ſi quis oẽm.& 2.q.3.c.Enthemiũ.§.hinc colligitur.Lau. Debilitarent dicta talium teſtiũ, ſi hæc probarentur, ſed hæc non probant, quia alia adminicula aderant, aliàs ſi nulla fuiſſent adminicula, nõ ſufficerent dicta eorũ, & eſt arg. ꝙ non debet quis admitti ad probandum quo probato non prodeſt. C.de proba.ad probationem.ſimile.ſ̃.de off. dele. cum contingat.

3 Dicit Hoſtienſis hãc glo. intelligendã qñ de alijs criminibus agit: vel de crimine ſimonię contra nõ infamatũ: aliàs tales admitterent, vt ſequit. Io.And.

p ¶*Ex toto.*] Cum iam eſſent emẽdati de crimine: & dic, pręſertim, ideſt, tantum: non enim crederem teſtem infamẽ eſſe admittendum contra infamatum, niſi alia indicia præcederent: cum à tormentis non ſit incipiendum.ĩ.de reg. iur.cum in contemplatione.nec tales admittunttur ſine quæſtione. 2. q.1.in primis.ad fi.& 5.q.5.illi qui. Lau.

q ¶*Præſertim.*] i. tñ 4 ſecundum alios tenetur propriè.

4 De hac expoſitione vide plures con cor.12.diſ. illud. Ioã. And.

r ¶*Emendati.*] ſi enim teſtis emẽdatus eſt de crimine, admitti debet ſi ciuiliter agitur: vt hic patet.& arg.50.diſ.quia ſanctitas.& c.dño ſancto. & hoc verum intellige, ſi cũ ex illo crimine non comitetur infamia, & niſi in crimine periurij, qui ẽt ſi ſit emendatus, nõ admittitur.ſ̃.de teſti.teſtimonium. ſed ſi criminaliter agitur, nõ admittitur etiã ſi ſit emẽdatus: vt in decre.teſtimonium.& 6.q.1. qui crimen. Item ex hoc videt, ꝙ ſi teſtis cui objcitur crimen, vt repellatur, vult probare ſe emendatum, ꝙ debeat audiri, cum iam non ſit criminoſus. ſ̃. de excep.denique.vbi de hoc.& arg.3.q.7. qui ſine.

ſ ¶*Tales igitur contra talem.*] ſ.regularem inferioris gradus & malæ opinionis, qa de facili poteſt puniri: qualis fuit abbas iſte: & reſpicit ſecundam diſtinctionem.ſ̃.ver.item vtrum ipſe regularis.& c.pro altera parte tantum.

t ¶*Taliter.*] ſcilicet, ciuiliter, cum agitur in modum inquiſitionis

tionis ſecundum temperantiam æquitatis prout ſequitur in litera:& reſpicit primam diſtinctionem. ſup. circa princ. ver. vtrum is,&c. & ita tales teſtes contra talem prælatum admittuntur,cum ciuiliter agitur ſecundum æquitatem:ergo à cõtrario ſenſu colligitur,quòd ſi agatur criminaliter,aut etiam ciuiliter,ſecundum rigorem contra regularem, & infamatum, vt dictum eſt, non admittuntur tales teſtes, qui non ſunt emendati, etiam cum alijs adminiculis in crimine excepto, & multo minus ſi agitur contra ſecularem etiam ciuiliter,& ſecundum æquitatem, quia tunc tales teſtes non admittũtur: & ſic maius eſt priuilegium clericorum quã monachorum: quia in eodem modo agendi alij teſtes admittuntur contra clericos, & alij contra monachos. arg.

mittendos [a] : non ſecundum rigorem iuris, ſed ſecundum temperantiam æquitatis, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine;ſed ciuiliter [b], vt ab adminiſtratione amoueretur [c], tamquam immeritus, & damnoſus. Et vtique tales Prælati ex leuioribus [d] cauſis poſſunt ab adminiſtrationibus amoueri [e],ſicut quorundam religioſorum approbata conſuetudo depoſcit. Vnde prędictus Abbas non expectata ſententia,quaſi malè conſcius ſibi ceſſit. [f]

16.q.1.cap.legi.& c.alia eſt cauſa.& 95.diſtinc.à ſubdiacono. Sed arg.contra.2.q.1.in primis. vbi indiſtinctè dicit non diſtinguendo inter regularem & ſecularem : ſed illud loquitur in accuſatione. Et ſic patet, quòd ſi agatur criminaliter contra ſecularem, aut etiam regularem infamatum de crimine ſimoniæ.ſiue de crimine excepto : tantum honeſti teſtes admittuntur, & ſufficit ſi ſint emendati, & hoc de æquitate. videtur tamen per decre.Grego. quòd de iure & non de æquitate admittendi ſunt teſtes emendati, etiam ſine alijs adminiculis cum agitur ciuiliter de crimine, ſine aliqua diſtinctione.ſup.de teſti.teſtimonium. 1 ergo in ſimonia multo fortius,cum ſit crimen exceptum, quoniam in alijs ſunt admittendi teſtes emendati niſi in periurio,vel niſi eos infamia comitetur,vt ibi dicitur,niſi tu velles eam reducere ad æquitatem ſecundum iſtam.Sed contra potius videtur, vt,ſ.ipſa reducatur ad illam tamquam ad poſteriorem.ff. de leg. non eſt nouum.& ſic non habent locum præmiſſæ diſtinctiones. Vltima pars primæ diſtinctionis tollitur, ſ.vtrum agatur ſecundum iuris rigorem.&c.& ſic remanet vtrum agatur criminaliter an ciuiliter:vt ſi ciuiliter,admittantur teſtes emendati ſecundum tenorem illius decre.prædictæ.Secunda diſtin.tollitur ex toto,ſ.vtrũ ipſe ſit regularis, &c. & illa diſtinctio quæ ſit circa perſonas teſtium remanet. Ergo hoc remanet inquirendum, vtrum agatur criminaliter vel ciuiliter de crimine, & vtrum teſtes ſint honeſti. quibus crimina obijci non poſſunt, vt illi tantum admittantur, ſi criminaliter agitur, aut fuerint crimino ſi& emendati: vt ſi agitur de crimine ciuiliter,illi bene admitti poſſunt ſecundum decretalem prædictã. & ſic difficultas huius decre.parum valet. Vel dic 2 quòd illa decre.teſtimonium. intelligitur cum agitur ciuiliter, & de crimine non excepto:& tunc de iure communi tantum teſtes emendati de crimine recipiuntur: hoc intelligitur cum agitur de crimine excepto, ſimoniæ. ſ. ciuiliter:& tunc recipiuntur teſtes viles & infames contra infamatos, de æquitate,& non de rigore: qualis fuit iſte abbas, contra quem tales teſtes recepti fuerunt de æquitate tantum cum alijs adminiculis:vt hic patet.argum.opt.ſup.de teſti. c.vlti.Et hoc dicit. Tanc.& Ioan.Lau.contra,vt ſup.in not.cum iam eſſent,&c. & iſtud,præſertim,ſecundum Ioan.& Tanc.ponitur comparatiue.Lau.exponit,præſertim, idest, tantum:& ſic vtraque decre. remanet in ſuo loco. & hoc innuunt iſta verba : tales contra talem taliter duximus,&c.& dic tales,ſ.viles & crimino ſos:contra talem,infamatum & irregularem:taliter, ſ.ciuiliter,de ęquitate, & non de rigore.

1 Argumẽtũ ad hoc in l.qđ Labeo. ff. ad Carbo. & ibi Doctores.

2 Intellectus c.teſtimoniũ. ſupra de teſtibus.

a ¶*Duximus admittendos.*] Verba iſta ſic expone ſecundum Lau.tales, ſ.teſtes emendatos de crimine furti, adulterij, & conſimilium criminum,qui ex charitate teſtificantur ſine alijs adminiculis, ſecundum Lau. vel ſi non ſunt emendati, admittuntur cum alijs adminiculis:vt dicitur in fine,glo. ſecundum alios:& reſpicit diſtinctionem.ſupra verſi.præterea. & verſic. vtrum ne teſtes pro altera parte, & ſequentem verſicu.denique.

b ¶*Ciuiliter.*]quo caſu admittuntur mulieres.ſ.de teſti.quoniam.& c.tam literis.Ber.

c ¶*Ab adminiſtratione amoueretur.*] ſecundum Euangelicam veritatem.ſuprà de accuſ. qualiter.

d ¶*Leuioribus.*]ſic ſup.de accuſa. qualiter.in fine: quia non ita pingue ius habent regulares ſicut ſeculares.argumẽ.ſuprà de ſtatu mona.cum ad monaſterium.argum.eod.tit.c.2.in fi, vel potius quia non eſt tantum ſcandalum pro remotione regularis, ſicut ſecularis: & hoc eſt de conſuetudine approbata. vt dicit in fi.cap.Tan.

e ¶*Amoueri.*] vbi qs remouetᷣ propter fraudem,infamis eſt: 3 ſecus ſi propter ſimplicitatem.ff.de ſuſpec. tut. l.3.§.qui ob ſegnitiẽ.& C. eod. titu. l. vlti.niſi ſit patronus.Inſtitu. de ſuſpec.tit.in princip. ſi verò non exprimatur an per fraudem,vel per ſimplicitatem aliquis amoueatur, non eſt infamis. ff. eod. hæ enim cauſæ. Vin.

¶Idem abbati Iemblaceñ.†

¶*Non imputatur electo confirmato,ſi eo prohibente,pro ipſius confirmatione pecunia data fuit.*

CAP. XXXIII.

SIcut † tuis literis intimaſti, cum in Iemblaceñ. eccleſia fueris monachus, fuiſti tandem promotus ad regimen eccleſiæ Floreñ. † verum Abbate Iemblaceñ.poſt ſublato de medio : ipſa, quę te prius filium habuerat, in patrem per electionem ca-

† Iãblacen. † Tẽblacẽ. † Cerablacen.

† Ca.5. eo. tit. in 3.cõpil.Et vide prę cęteris hic Henricũ Boich. & extrauagantẽ Pauli ſecundi. incip. Cũ deteſtabile.& Caſſadorũ deci. 1. tit.de ſimonia.

† Florinen.

¶*Gloſſa ſequens quærit an propter ceſſionem inquiſiti deſiſtat iudex, &c.*

f ¶*Ceſſit.*]& ita qui timore probationis ceſſit, non habebit aliquod priuilegium.argumen.24.diſtin.c.vlti. Sed nunquid iudex debet deſiſtere ab inquiſitione propter ipſius ceſſionẽ? argum.quòd non.ff.de iudic.ſi quis poſtea.Argum.contra. ff. de ſuſpec.tuto.l.poſt finitam.quia nec dolum facit, qui rem deſerit,vt litem effugiat. ff. de alie. iu. mu.cauſa fac.l.item ſi res.§. 1.& qui diffidit de iure ſuo,licitè cedit liti.ſup.de poſt. prælato. bonæ. & iam finem inquiſitionis conſecuti ſunt inquiſitores: quare non debent amplius procedere inquiſitores,niſi vt habeant ratam ceſſionem. 4 ſic ſup.de electio. dudum.in fi.Ber.

3 Hoc verũ ſecũdũ Hoſtiẽſem niſi auctorãdo i.degradãdo ſit amotus:tũc n. infamis eſt & ſi cauſa ignominiæ non addatᷣ. ff. de his q̃ no. infa. l. 2. §. ignominiæ. Io. And.

4 De hoc articulo vide amplius hic p Hoſ. Io. And.& alios.

SIcut tuis.] In prima ponitur conſultatio : In ſecunda reſponſio: ibi, *Quamuis.* In tertia parte ponitur quædam determinatio:ibi,*Illos.* Abb.

Casus. Vacante eccleſia Iemblaceñ.quendam monachũ ſuum virum prouidum & diſcretum elegerunt in abbatem : & quia Leodieñ.eccleſia cathedralis paſtore carebat, ad Colonieñ.eccleſiam metropolitanam ipſius acceſſit,& de licentia ipſius interim miniſtrauit in monaſterio Iemblaceñ.poſtmodum in Leodieñ. eccleſia fuit inſtitutus epiſcopus, qui requiſitus ab ipſo electo electionem ipſius noluit confirmare:ſed comperto,quòd hoc fiebat pro extorquenda pecunia, protulit excommunicationem, ne pro facto huiuſmodi aliqua pecunia perſoluatur: & qui contra faceret, eſſet excommunicatus : Sed quidam de fratribus eius eo ignorante promiſerunt pecuniam,& perſoluerunt, & ſic ab epiſcopo inuitatus confirmationem & inſtitutionem accepit: poſtmodum peruenit hoc ad notitiam abbatis ipſius: dubitauit, an poſſet licite miniſtrare in officio abbatiæ: quæſiuit à domino Papa quid facere deberet. Reſpondet Papa : licet ſecundum canones etiam paruuli, qui cupiditate parentum eccleſias per pecuniam ſunt adepti,eas dimittere teneantur: tamẽ quia aliud eſt & longe diuerſum non præbere conſenſum, & aliud eſt expreſsè prohibere,nihil debet ſibi ad pœnam & culpam imputari,ex eo quòd contra prohibitionem & voluntatem ſuã, à qua poſtmodum non receſſit,alius pecuniã ſoluit eo ignorante : præſertim cum ille non ſit ei aliqua conſanguinitate coniunctus:niſi poſtea conſenſerit ſoluendo pecuniam promiſſam,aut reddendo ſolutam: Alioquin contingeret, quòd factum alicuius parantis inſidias inimico ſuo, ei damnoſum exiſteret, cui omnino diſpliceret : & ſic aliquis de dolo ſuo cõmodum reportaret. Illi vero qui pecuniam dederunt: aut eã receperunt: intantum culpabiles ſunt, quòd ſi eorum exceſſus manifeſtus eſſet eccleſiæ,pęna eſſent canonica feriendi Nota primò argu. ꝙ eccleſia vacante poteſtas confirmandi electiones prælatorum non pertinet ad capitulum, ſed conſuetudini ſtatur. Item electus in abbatem & confirmatus poteſt excommunicare. Item ſi pecunia ſoluatur contra prohibitionem electi, ei non obeſt : niſi poſtea conſentiat ipſam ſoluendo. Item quod ab initio non nocebat, tractu temporis per conſenſum ſequentem imputatur, & ſic ratihabitio retrotrahitur in maleficijs, & mandato comparatur. Item dolus vnius, alteri obeſſe non debet, nec ſibi prodeſſe.

2 ¶*Cano-*

a ¶*Canonicam.*]Hic habes expreſsè,quòd electio poteſt fieri de aliena eccleſia. De hoc not. ſup. de electio. cum inter canonicos.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& contra obie.arguit.ſecundò fatetur obiect. & illi reſpondet.*

b ¶*Ad Colonienſem.*] Sed quare hoc? nonne capitulum eccleſię cathedralis potuit eius electionem confirmare, & ei dare licentiam miniſtrandi? Arg.quòd non.71.diſt. fraternitatem.24.diſ. presbyteri. ſed verum eſt quòd vacante eccleſia, capitulum poteſt huiuſmodi electiones confirmare. ſ. de maio. & obedien. cum olim. vbi de hoc: ſed hoc poteſt eſſe de cōſuetudine metropolis eccleſiæ, quòd ad metropolitanum accedant.Ber.

¶*Glo.ſeq.arg.quòd confirmatus, &c. ſecundo quòd per hoc verbum, ſub interminatione,&c. exponit & remittit.*

c ¶*Sub interminatione anathematis.*] Argu. quòd abbas confirmatus poſſit excommunicare: quod verum eſt: & prior etiam. ſup. de maio. & obedi. cum in eccleſijs. Et hæc fuit ſententia excommunicationis,& non ‡ cōminatio, vt ſequentia probant. & ſic eſt argu. ꝙ per talia verba: prohibeo ſub interminatione anathematis, vel ſub excommunicatione,feratur ſententia.ar. ad hoc ſup. de locato. c.1.& ꝭ. de eo qui fur. ordi.rece.ca. 1. Sed dicas, ꝙ excommunicatio non fuit facta ſub hac forma verborum, ſed expreſsè excommunicauit qui contra facerent,ſub hac forma, quicunque ſoluerit aliquid, illū excommunico: & ita ſub interminatione excommunicationis factæ ſub conditione lata fuit hæc ſententia: & ſententia excommunicationis ſub conditione poteſt ferri, & qui contra facit,eſt excommunicatus.ꝭ.de ſenten. excom. à nobis.& ſuprà de appel.præterea.& Papa refert hoc factum per iſtam formam:vnde ſi dicatur, ſub interminatione: vel,ſub pœna excommunicationis præcipio: non eſt excommunicatus qui contra facit, & ſic eſt comminatio tantum. & hoc probatur ſ.de iure patro.relatum.§.1.& ſup.ne cler.vel monach.clericis.& ſic intellige omnia illa iura.63.diſt.Salonitanæ.& prædictas decre.ſ.de loco.cap.1.& ꝭ.de eo qui fur.ordi.rece.c.1. & alia conſimilia.De hoc etiam dicitur ꝭ.de ſagit.capit. vnico.Bernardus.

‡Pręter Panormitanū & alios hic vide Geminianum in c. Salonitanæ.63.diſt. & Inno. in c.1. inf. de ſagittar.

d ¶*Exoluerunt.*]forte bono zelo, ſed non ſecundum ſcientiam,& ita errauerunt.

e ¶*Canonum.*]1.q.5.præſentium.& ſ.eo.de regularibus.& c. ex inſinuatione.

¶*Glo. ſequens ponit duo genera de tacente,quòd conſentit, & quòd contradicit: ad vtrunque ſignat contrarium de regula, qui tacet.*

f ¶*Præbere.*]quia ſæpe qui tacet,conſentire videtur.54. diſ. ſi ſeruus ſciente.C.de nup.ſi vt proponis.& ſic iſte abbas conſenſiſſe præſumeretur,ſi poſtquam intellexerit,non contradixiſſet:ſicut econuerſo videtur contradicere, qui expreſſe non conſentit.de conſecra. diſtinctio. 4. cum pro paruulis. ff. de procura.filiusfamilias. §. inuitus.ff.de ſerui. vrbano. prædio. inuitum.ſuprà de bapt.maiores.ver.fina.Argum.contra.ff.de regulis iuris, qui tacet. Vincentius.

g ¶*Quoniam.*]pro,quòd.ſic,& econuerſo,quia,ponitur pro quòd 3.q.5.quòd ſuſpecti.

h ¶*Conſanguinitate.*]ſ.de ætа.& quali.tuam.

¶*Glo.ſeq.ponit lecturam Vinc. diſtinguentis inter electionem, & confirmationem.*

nonicam [a] te vocauit: & quia paſtore carebat Leodieñ. eccleſia cathedralis, ad Colonieñ. [b] eccleſiam (quę tua eſt metropolis) proficiſcens, ipſius auctoritate in Iemblaceñ. eccleſia interim miniſtraſti. Cæterum poſtquam in Leodieñ. eccleſia fuit epiſcopus inſtitutus,is à te requiſitus,electionem de te factam noluit confirmare. Verum cum hęc fieri pro extorquenda pecunia comperiſſes: ſub interminatione anathematis [c] vetuiſti,ne pro facto huiuſmodi aliqua pecunia offerretur. Sed quidam de fratribus, te inconſulto & ignorante, contra excommunicationis à te factæ ſententiam venientes, promiſerunt pecuniā,& etiam exoluerunt [d]: & ſic ab epiſcopo inuitatus,inſtitutionem ab eo accepiſti liberè quemadmodum poſtulabas: & infrà.

¶Quamuis autem ſecundum ſacrorum canonum [e] inſtituta,etiam paruuli, qui cupiditate parentum eccleſias per pecuniam ſunt adepti, eas dimittere teneantur: quia tamē longè diuerſum eſt non præbere [f] conſenſum, & expreſsè aliquid prohibere: taliter duximus reſpondendum, quoniam [g] ex eo, quòd contra prohibitionem & volūtatem tuā (à qua poſtmodum minimè receſſiſti) aliquis te penitus ignorante,promiſit pecuniam & exoluit: præſertim cum is nulla ſit tibi conſanguinitate [h] coniunctus, nihil debet tibi ad pœnam, vel culpam (ſicut credimus) imputari [i]: niſi poſteà conſenſeris [k] pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam: alioquin contingeret, quòd alicuius factum, inſidias inimico parantis [l], ei damnoſum [m] exiſteret,cui penitus diſpliceret: & ſic aliquis de fraude ſua commodum reportaret [n].

¶Illos † autem qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, intantum conſtat eſſe culpabiles, quòd ſi exceſſus eorum eſſet eccleſiæ manifeſtus: (quæ non iudicat de occultis [o]) pœna eſſent canonica feriendi.

† Hodie qualis ſit quorumlibet ſimoniacorum pœna,vide extrauagātem, Cum deteſtabile. initio c. citatam.

¶Idem decano Beluaceñ.

¶*Si clericus cum pacto confert eccleſiæ bona ſua,vt in ipſa recipiatur in canonicum, & illa ſibi retineat pro præbenda,ſimonia committitur: ſecus ſi hoc fiat ſine pacto.*

CAP. XXXIIII.

TVa † nos duxit diſcretio conſulendos: & infrà. ¶Deuotioni tuæ taliter reſpōdemus, quòd ſi quis clericus

†Ca. 6. eo. tit. in 3. cōpilat.

i ¶*Imputari.*] Dicit Vinc. quòd hoc intelligitur cum iam aliquis eſt electus:& eo ignorāte & reclamante datur pecunia confirmatori. Si autem nondum eſſet electus: licet eo reclamante daretur pecunia electoribus,obeſſet electo, quia per pecuniam eligitur,niſi dantes hoc facerent in odium eius:vt hic, & ſupra eo. nobis.

k ¶*Conſenſeris.*]Nam ſi conſenſiſſet, ſimoniam commiſiſſet,quia conſentire eſt quandocunque conſentire, & ante & poſt.1.q.1. eos. in ſi.& q.3.ſi quis præbendas. & c.ſi quis obiecerit. quia in maleficijs ratihabitio retrotrahitur,& mādato cōparatur.ff.de vi & vi ar. l.1.§.quotiens. & ſuprà de reſti.ſpo. cum ad ſedem.in fi.& 2.q. 1. notum. & ita ſecundum canones poſſum habere ratum quod nō meo nomine geſtum eſt. 9. q.2.Lugduneñ. & ſecūdum leges. ff. de nego. geſt. ſi pupilli. §. item quæritur. Quidam dicunt, vt Tancre. quòd aliquis poteſt habere ratum, ſed ſimoniam nō committit, quāuis grauiter peccet. argumen. infrà capitu. proximo. Et in hoc quod dicit, pecuniam ſoluendo, poteſt eſſe argumē. quòd non ſit ſimoniacus per ſolam ratihabitionem.

l ¶*Parantis.*]ſic.ff.ſi quis cau.l.2.§.vlt.

m ¶*Damnoſum.*] quod eſſet iniquum. cum peccata tantum tenere ſuos auctores debeant. C. de pœ. ſancimus. & ſup. de his quæ fiunt à ma.par.cap.quæſiuit.& non debuit alius alterius odio prægrauari. C. de inoffic. teſtat. ſi quis in ſuo.§.legis autem.

n ¶*Reportaret.*] quod eſſe non debet: imo quandoque punitur in eo in quo deliquit.ſ.de iure pat.paſtoralis.& ſ.de immu.eccle.c.vlti.Ber.

o ¶*De occultis.*]32.diſt.erubeſcant.6.q.1.ſi omnia.& 32.q. 5.Chriſtiana.ꝭ.c.proxi.Ber.

TVa nos.] Sunt duæ partes. In prima ponitur deciſa conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Deuotioni tuæ.* quæ diſtinguendo proſequitur duo membra: Secundum ibi, *Si vero.* cuius determinationem ſubmittit: ibi, *Licet.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis clericus aliqua de bonis ſuis obtulit alicui eccleſiæ,petens,vt idem clericus in canonicum admittatur, & eadem bona ſibi retinere liceat pro præbenda in vita ſua:quæritur, vtrum bona illa recipi liceat, & idem clericus in canonicum aſſumi abſque vitio ſimoniæ? Reſpondet Papa, quòd ſi clericus conditione vel pacto offerat bona ſua, vt ea retineat pro præbenda, & in canonicum admittatur: huiuſmodi,oblatio non poteſt fieri abſque ſimonia, quia in talibus omnis pactio ceſſare debet: Si verò purè & ſine pacto & conditione,bona ſua offerat,rogans humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona ſibi retinere liceat pro præbenda,&

cum conditione, vel pacto largiatur, aut offerat bona ſua, vt illa poſtmodnm pro præbenda retineat, & in canonicum admittatur: huiuſmodi oblatio, vel receptio fieri non poterit ſine vitio ſimoniæ: cum in talibus omnis pactio [a], aut conuentio [b] ceſſare debeat, iuxtà canonicas ſanctiones.

¶Si vero purè, ac ſine pacto, vel cõditiõe qualibet offerat, rogans [c] †humiliter, vt in canonicum admittatur, & bona ſua retinere ſibi liceat pro prę benda, & clerici eiuſdem eccleſiæ purè conſentiant [d]: huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis. ¶ Licet autem taliter duximus reſpõdendum, quia nobis datum eſt de manifeſtis [e] tantummodo iudicare: ſi tamen is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci: & clerici, qui cũ in fratrem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſuri: ſine dubio tam ille, quàm iſti apud diſtrictum iudicem (qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum) culpabiles [f] iudicantur.

† Humiles ergo p̃ces à digno emiſſæ, pro cõſequẽdo beneficio non inducunt ſimoniam.

da, & clerici purè cõſentiant, talis receptio poterit fieri abſq; ſimonia. In fine dicit Papa, quamuis taliter duxerimus reſpondendum: ſi tamen ille qui talem facit donationem, ea intentione ducat, vt per tpalia ſpũalia valeat adipiſci: & clerici cum aliter nõ reciperent: ſine dubio tam iſte, quàm illi apud Deum (quem nullum latet ſecretum) culpabiles iudicantur. Nota, quòd in ſpiritualibus adipiſcendis nulla conditio vel pactũ debet interuenire. Item aliquis poteſt rogare, vt in canonicum admittatur. Item eccleſia de manifeſtis tantũ, & non de occultis debet iudicare. Item arg. quòd intentio facit hominem ſimoniacum.

a ¶ *Omnis pactio.*] 1. quæſtio. 2. quàm pio. & ſuprà de pact. capitulo vlti.

b ¶*Conuentio.*] & modus etiam. ſup. vt eccle. benef. capitu. vno. Bernard.

c ¶*Rogans.*] Nota, ꝙ aliquis poteſt rogare vt in canonicum admittatur. De huiuſmodi precibus not. ſuprà de æta. & qualit. tuam. Bernar.

d ¶*Purè conſentiant.*] ideſt, ſine aliqua pactione, vel mala intentione. Hic enim patet, ꝙ eo tempore, quo quis recipitur, põt aliquid offerre ceſſante omni cõditione & pacto. Sed contra, videtur ꝙ non liceat tpe receptionis, arg. 1. q. 1. emendari. ne quod gratis fieri debet pro pretio fieri videatur: & ſic videat̃ habere ſpeciem mali, à qua etiam abſtinendum eſt. j. eod. audiuimus. s̃. de vita & honeſt. cleri. cum ab omni. & eſt argum. ad hoc. 1. q. 2. quam pio. in fin. vbi dicitur: ac poſtmodum, &c. Sed verum eſt, vt hic dicitur, quòd tempore ingreſſus poteſt dari aliquid, & licitum eſt: dum tamen ceſſet 1 pactio & conditio, vt hic dicitur, & ſuprà de proba. cap. in præſentia. & ſup. de ſucceſ. ab inteſt. cũ dilectus. & ſuprà eodem, dilectus 2. in fin. nec ideo minus donatio gratuita dicitur. argum. ff. manda. ſi remunerandi. argu. 1. q. 2. iudices. 18. diſtinct. de eulogijs. & argumen. ff. de offic. procon. ſolent. §. vlt. & s̃. eod. dilectus 2. in fi. aliàs dare ſiue ante ſiue poſt, ſimonia eſt. 1. q. 1. eos. in fin. Sed caueat ille, qui recipit & qui dat, ne ſub ſpecie talium munerum fraus committatur. 1. quæſtione 1. ſi quis neque. & infra ſequitur. Ioann.

1 Vide Guidonem Papę decisio. 10. nam illa huic loco lucem afferent.

e ¶*De manifeſtis.*] s̃. c. proxi. in fi.

f ¶*Culpabiles.*] non dicit ſimoniaci: ad parem tamen pœnã tenentur propter intentionem, cum opere ſubſecuto. ſup. de biga. nuper. vnde iſti ſimoniaci non dicuntur quantum ad eccleſiam: niſi velis dicere; quòd ſola intentio facit hominem ſimoniacum. argum. 1. q. 1. qui ſtudet. & c. reperiuntur. & 1. q. 3. non ſolum. ſicut ſola ſpes lucri facit hominem vſurarium. 14. q. 3. c. 1. arg. j. de vſuris conſuluit. Tancre. dicit, ꝙ ſola pactio facit aliquem ſimoniacum. arg. huius decret. & s̃. vt eccl. bene. vt noſtrum. Io.

ij P*Er. tuas.*] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Nos igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam B. nomine monachus ordinis Carthuſienſis à diœceſano epiſcopo ſuſcepit ordinem ſubdiaconatus: poſtmodum monachus intellexit, quòd epiſcopus ille multotiens commiſerat vitium ſimoniæ: vnde monachus timebat in ſuſcepto ordine miniſtrare, nolens etiam ab eodẽ promoueri ad maiores: quærebatur, quid facere debeat ille monachus? Reſpondet Papa, vt ſecurè in ordine ſuſcepto miniſtret, ſed contra conſcientiam ad ſuperiores ordines non aſcendat, ne forte ædificet ad gehennam: & licet in huiuſmodi difficultatem ſit collapſus ex eo, ꝙ conſcientiam nimis habuit ſcrupuloſam: eam tamen nõ euadet, niſi deponat errorem. Nota, ꝙ contra conſciẽtiam nullus dẽt venire. aliàs peccat mortaliter. Item conſcientia erronea deponenda eſt.

¶Idem Priori Cantuarieñ. †

† Caruiſiẽ. † Cartuſiẽ. † Carthuſien.

¶*Non debet quis ordinem recipere ab eo, quem credit ſimoniacum: ſed miniſtrare poteſt in illis, quos prius ab iſto recepit.*

CAP. XXXV.

ij PEr † tuas literas intimaſti, quòd cum B. in quadam domo Cartuſieñ. ordinis ſuſcepiſſet habitum monachalem, à diœceſano epiſcopo fuit in ſubdiaconum ordinatus: ſed poſtmodum didicit ex relatione quorundam [g], ꝙ epiſcopus multotiens commiſerat vitium ſimoniæ: propter quod idem monachus, in ſuſcepto formidat ordine miniſtrare, nolens ab eodem epiſcopo ad ſuperiores ordines promoueri: & infrà. ¶Nos † igitur reſpondemus, vt idem in ordine ſic ſuſcepto ſecurè miniſtret [h]: ſed contra conſcientiam ad ſuperiores ordines nõ aſcendat, ne fortè ædificet ad gehennam: licet ex eo, quod conſcientiam nimis habuerit ſcrupuloſam, in difficultatem huiuſmodi ſit collapſus: quã vtique non euadet, niſi deponat errorem.

¶Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo.

¶*Pro chriſmate, vel inueſtitura ec-*

† Ca. 7. eo. tit. in 3. cõpilat. Vide Archidiaconum & Gemi. in c. præter. 32. diſtin.

† Aliàs ita: Nos itaq; reſpondemus.

¶*Glo. ſequens dicit aſſerentibus credi non debere: & ſignat contrarium.*

g ¶ *Ex relatione quorundam.*] quibus credere non debuit. 33. diſt. habuiſſe. arg. 81. diſt. ſi quid vero. arg. contra, quòd illud dicimur ſcire, quod ab alijs audiuimus. 22. q. 5. hoc videtur.

ADDITIO. Verum eſt quando loquitur de proprio facto, non de alieno. Bernard.

¶ *Gloſſa ſequens primò ponit opinionem Io. demum ponit cõtrariam, quam approbat. ſecundò obijcit, & ſolu. tertiò quærit & ſoluit.*

h ¶ *Securè miniſtret.*] cum non conſtet ei illum ſimoniacum eſſe: aliàs ſi ſciret illum ſimoniacum, ſtultus eſſet: quia ſimoniacus nõ habet executionem: vt s̃. eo. tanta. vnde eam dare non poteſt. Præterea dixit Ioã. ꝙ licet quis committat ſimoniam, non perdit eoipſo executionẽ: niſi ſit ſimoniacus in ordine. Alij dicunt contrarium, quòd omnis ſimoniacus ipſo 2 iure ſuſpenſus eſt: vt 1. q. 1. reperiuntur. & c. quibuſdam. Illud videtur verum, quòd ſiue ordinem ſiue beneficium adeptus eſt per ſimoniam, impedit ordinis executionem etiam poſt peractam pœnitentiam. s̃. de accu. inquiſitionis. 2. reſponſo. Præterea ſi iſte neſcit pro vero illum eſſe ſimoniacum, quare Papa non dicit ei expreſsè, quòd recipiat ordines ab eodem vt auferat ab eo errorem ſuum? videtur ꝙ ei laqueum inijciat. ꝙ eſſe non debet. 27. q. 1. cap. vlti. Solut. Papa non debet ei dicere, quòd recipiat ordines ab ipſo, ſi habet ſuper hoc conſcientiam læſam, nec Papa eius conſcientiam poſſet mutare, niſi ipſemet eam mutaret: quia vis animo fieri non poteſt. 32. q. 5. propoſito. & capitu. 1. & 2. vnde dicit Papa conſulendo potius, quàm præcipiendo vt contra conſcientiam non promoueatur ab illo epiſcopo: niſi primo illam deponat: quia qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. omnes. §. ex his. & s̃. de reſtitu. ſpolia. literas. & s̃. de præſcrip. quoniam omne. Sed nunquid poteſt aliquis recipere ordines ab eo, quem ſcit ſimoniacum in ordine? Dico quòd non: & recipiendo ordines ab eo, non recipit executionem: cum ordinator non habeat executionem. ſuprà eodem tanta. & prima quæſtione prima, reperiuntur. & potius debet pati excommunicationem, quàm recipere ordines ab ipſo. infrà de ſentent. excommunicatio. inquiſitioni. argumen. Si vero aliquis ignoranter etiam recipiat ordines à tali ſimoniaco in ordine, non recipit executionem: niſi cum eo diſpenſetur. 1. quæſtio. 1. ſi quis à ſimoniacis. & ſuprà de ordin. ab epiſcopo qui renuncia. epiſco. cap. 1. & 2. 3 quia ſi eam non habent, alijs eam dare non poſſunt. 1. quæſtio. 1. capitu. 1. & capitu. qui perfectionem. & quæſtio. 7. Daibertum. Ber.

2 Huc ſpectat elegãs deciſio Caſſadori tit. de conſtit. deciſ. 5. an ſimoniaci ſint ipſo iure priuati vel priuari debeant ꝑ ſentẽtiam.

3 Per quæ iura & inf. de cler. excom. mini. Apoſtolica. patet, ſecũdũ Hoſtiẽſem, ꝙ haberi dẽt probabilis ignorantia excuſata, qđ intelligas quo ad diſpẽſationẽ. Io. An.

In

IN *tantum*.] Prouidet circa duo: Secunda: ibi, *Prauam*. Et prima ſubdiuiditur: Nam prima narrat factum. Secunda corrigi mandat, puniri: ibi, *Cum vero*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam ſuffraganei Cantuarieñ. archiepiſcopi recipere conſueuerunt certã quantitatẽ pecuniȩ pro chriſmate, metuentes pœnam canonicam, & correctionem propter hoc, anticipant tempus ſolutionis, recipiendo in media quadrageſima, quod recipere conſueuerunt in Paſcha: & nomen denariorum variabant, denarios, quos prius dicebant chriſmales, ſecundo appellabant Paſchales, conſuetudinẽ mediæ Quadrageſimæ nuncupantes: peruenit hoc ad notitiam domini Papæ: qui reſpondet: cum gratia ſit gratis conferenda, & qui primo recipit pretiũ quã rem conferat pretioſam, expreſſius ſpeciem exprimat venditionis: Mandat Papa archiepiſcopo, quatenus huiuſmodi exceſſus corrigat, & ſuffraganeos ſuos & officiales eorum taliter puniat, quòd aliorum culpa ſibi ob ſuam negligentiam non imputetur ad pœnam: In fine dicit, quòd quandam prauam conſuetudinem de ſua prouincia ſtudeat extirpare, ſecundum quam pro inueſtitura eccleſiarum archidiaconi marcham argenti exigebant: alij Prælati, ſcilicet decani rurales vaccam albam, vel certam pecuniæ quantitatem pro vacca. Nota, contra vſurarios & ſimoniacos, quòd mutatio nominis contractus eius ſubſtantiam non mutat. Item honeſtas nominis, criminis malitiam non palliat. Item celebrata intelligitur venditio, ſi pretium recipiatur, quamuis traditio rei differatur. Item gratia gratis eſt conferenda. Item nihil dandum eſt pro aliquo ſpirituali, quodcunque ſit illud. Item delictum ſubditorum imputatur negligentiæ prælati. Item conſuetudo non excuſat in delictis.

†Ca. 1. tit. de exceſſibus prælatorum, in 3. compil. Vide citatos in c. 1. eo. tit.

†In nouem codicibus Vaticanis, & aliquot noſtris ita: certam cõſueuerint accipere pecuniæ quantitatẽ metuentes pȩnã, &c. abſque dictione, nõ. in codice Barbatiæ ita: nũc metuentes pȩnam, &c.

†Sed nominum variatio non excuſat: nam vt ait Lactantius li. 1. c. 5. diuinarum inſtitut. non obſtat appellationũ diuerſitas, cũ ipſa ſignificatione, ad vnũ omnia reuoluantur.

a ¶ *Chriſmate.*] ſic ſuprà eodem, ea quæ. Vbi habes ſimilem variationem nominis. Pro chriſmate vero, vel oleo nil eſt accipiendum. ſupra eodem, non ſatis. & qui contra fecerit, pœna canonica punitur, vt hic dicit: quæ eſt pœna depoſitionis cum nota infamiæ. 1. quæſtione 3. capitu. vlti. Bernard.

b ¶ *Anticipant.*] excogitata fraude de tempore ad tempus.

c ¶ *Variant.*] talis variatio nominis non prodeſt: 1 quia quodcunque nomen imponant, ſimoniam committunt. ſicut in vſura. 14. quæſtio. 3. plerique. ſic enim faciunt vſurarij, nunc appellant lucrum, nunc emolumentum: quandoque pœnam in fraudem. arg. ff. ſi cer. pet. lecta eſt. ſic C. de libe. cau. iubemus. Ber.

d ¶ *Qui prius.*] Empror enim prius tenetur offerre pretiũ, quam venditor ei rem tradat. ff. de actio. empti & venditi Iulianus. §. offerri. Sed ſi neuter habet fidem alteri, pretium & res deponatur apud ſequeſtrum, 2 ff. de ſol. ſi ſoluturus. Io.

1 Aliqñ ꝑdeſt. ſupra de ſponſa. tua. ſecundũ Goff. Io. And.

2 Vel caueat de re tradenda ſi pretiũ inf. certum ipſ fuerit numeratũ. ff. de redh. b. act. ædiles. §. fina. & l. ſeq. Io. An.

cleſiarum nil exigi debet: nec excuſat conſuetudo, vel nominis variatio.

CAP. XXXVI.

INtantum† peccatis exigentibus, corda quorundam ſimoniaca prauitas deprauauit: & infrà. ¶ Sanè peruenit ad audientiam noſtram, quòd cum olim quidam ſuffraganei tui, pro chriſmate [a] certam † conſueuerint accipere pecuniæ quantitatem, non metuentes pœnam canonicam, & correctionem tuam eludere cupientes, tempus faciendæ ſolutionis anticipant [b], recipientes in media Quadrageſima, quod recipere cõſueuere poſt Paſcha: & vt cauſam recipiendi diſſimulent, nomen denariorum variant [c], denarios, quos prius chriſmales, ſecundò Paſchales dicebant, conſuetudinem† mediæ Quadrageſimæ nuncupantes: & infrà. ¶ Cum verò expreſſius exprimat venditionis ſpeciem, qui prius [d] recipit pretium, quàm rem conferat pretioſam, & gratis [e] ſit gratia conferenda: Mandamus, quatenus taliter exceſſus corrigas ſupradictos, ſuffraganeos tuos, & officiales eorum, à tam illicita exactione compeſcens, quòd aliorum culpa [f] tibi ob tuam negligentiam non imputetur ad pœnam. ¶ Prauam etiam illã cõſuetudinem [g] de tua prouincia ſtudeas abolere, per quam pro eccleſiarum inueſtitura [h], archidiaconi marcham argenti, minores verò decani vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolui pecuniæ quantitatem.

e ¶ *Gratis ſit gratia.*] 1. q. 1. c. 1.

f ¶ *Aliorum culpa.*] Argumen. quòd delictum ſubditorum imputatur prælato. Sim. ſup. de offic. ordina. irrefragabili. vbi de hoc. Bernar.

g ¶ *Conſuetudinem.*] In talibus enim non excuſat conſuetudo, ſed potius accuſat. ſuprà eodem, non ſatis. & capitu. cum in eccleſiæ. quia malæ cõſuetudines tempore nõ confirmantur. in Authent. vt nulli iudic. §. 1. verſicu. neque vero ab angarijs, collatio. 9. Bernar.

h ¶ *Inueſtitura.*] pro qua nihil eſt dandum. ſuprà eodem, cum in eccleſiæ. nec pro aliquo ſacramento ſpirituali, vt ibi dicitur: nec paſtum, nec paſtellum quis dare debet. 3 prima quȩſtione tertia, ſi quis præbendas. Bernard.

3 Vt no. ſupra c. 1. & c. veniens. Io. And.

¶ Idem.

¶ Ordinatus in ſubdiaconum, qui prius prȩſentatori ſuo promiſit, ꝙ nil ab eo peteret, in ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiores ordines aſcẽdere ſine diſpenſatione non poteſt, etiam ſi peccare non crediderit.

CAP. XXXVII.

iij PEr† tuas nobis literas intimaſti, quòd cum D. lator præſentiũ vellet in ſubdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet: quendam presbyterum exorauit, vt ipſum ad eccleſiæ ſuȩ titulum præſentaret: quòd cum ille facere recuſaret, ipſe illi firmiter repromiſit, quòd nũquam ſi præſentaret eundem, in eccleſia ſua aliquam peteret portionem: & ſic ad prȩſentationem eius † extitit ordinatus, nec ſe in hoc illicitum egiſſe aliquid intellexit [i]: & infrà. ¶ Nos inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus: quòd niſi cum eo fuerit miſericorditer diſpẽſatum [k], nec † ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine miniſtrare [l].

iij PEr *tuas*.] Duæ ſunt partes, conſultatio & reſponſio. Secunda: ibi, *Nos*. Abbas Siculus.

Casvs. Quidam clericus cũ vellet in ſubdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet, rogauit quendam presbyterum, vt ipſum ad titulum eccleſiæ ſuæ præſentaret: Sed cũ presbyter hoc facere nollet, promiſit eidem, quòd nunquam portionem aliquam peteret in eccleſia ſua, ſi præſentaret eundem: & ſic ad eius præſentationem fuit ordinatus: quærebatur quid iuris eſſet de ipſo clerico? Reſpondet Papa, quòd niſi cum eo fuerit miſericorditer diſpenſatum, nec in eo ordine debet miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines poterit promoueri. Nota, quòd qui ordinem ſcienter recipit per ſimoniam, non habet executionem niſi cum eo diſpenſetur.

†Ca. 1. eo. tit. in 4. cõpil. Ex hoc cap. collige neminẽ ordinãdũ, niſi habeat vñ viuat. conci. Triden. ſeſſio, 21. de reforma. c. 2.

†ipſius.

†Aliàs ita: nec ad ſuperiores ordines, &c.

i ¶ *Intellexit.*] propter hoc non excuſatur, vt bene ſequentia notant: quia potuit conſulere peritiores. 37. diſtinc. cap. non omnis. §. vltim. ff. de iuris & fact. igno. l. regula. §. ſed iuris. Bernardus.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, ſoluit, & remittit.*

k ¶ *Diſpenſatum.*] ſic inf. eod. cap. penult. vbi etiam imponitur pœna ordinatori, præſentatori, & præſentato: & ita diſpenſari poteſt cum ſimoniaco in ordine. Argum. contra. 1. quæſtio. 1. erga ſimoniacos. & cap. ſi quis neque. ſed illa capitula loquuntur in dignitate: & non negatur quin poſſit cum talibus diſpenſari, ſed nulla miſericordia eſt adhibenda in dignitate ſeruanda, quin oporteat eos renunciare, quia pœnitentiam (ordine vel beneficio retento) agere non poſſunt. 1. quæſtio. 7. requiritis. & ſup. de accuſa. inquiſitionis. 1. reſpon. Quis poſſit cum talibus diſpenſare dictum eſt s̃. eo. de ſimoniace. & melius ſup. de renuntia. poſt translationem. De pœna iſtorum dicitur inf. eod. cap. penu. & quis cum talibus poſſit diſpenſare.

l ¶ *Miniſtrare.*] triplici de cauſa, tum quia fuit hic munus à lingua. 1. q. 1. ſunt nonnulli. tum quia nulla conditio debet interuenire, vt s̃. eo. tua. & s̃. de pac. c. vlt. & 1. q. 2. quam pio. tum quia per ſurreptionem voluit ordinem adipiſci. arg. 24. diſt. quando. & ſup. de elect. cum dilecti. Io.

Conſu-

Conſulere.] Non eget ſummario: quia breue, nec diuiditur. Abbas.

Casvs. Quicunque per pecuniam aliquam adminiſtrationem obtinuerit, tam dantes quàm accipientes, cum Simone percelluntur,& ab illa eccleſia repellūtur, in cuius ignominiā dare pecuniam voluerunt. Not.ꝙ tam ementes, quàm vendentes eccleſiarū adminiſtrationes, ſunt ſimoniaci.

¶Idem.

¶*Simonia eſt dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia adminiſtratione rerum ſpiritualium, ſeu eccleſiaſticarum habenda: & dantes & recipientes ab illa eccleſia ſunt eijciendi. hoc dicit hoc c. per alia verba, licet ſit breue.*

CAP. XXXVIII.

Conſulere†: & infrà. ¶Quicunque vicedominatum, vel aliam eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationē [a] per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes, quàm vendentes cum † Simone percelluntur,& ab illa eccleſia, in cuius contumeliam dare pecuniam, & accipere voluerunt [b], iuſtè excluduntur.

¶Idem † in concilio generali.

¶*Simoniacum eſt aliquid exigere pro conſecratione epiſcoporum, & benedictionibus abbatum, & ordinationibus clericorum, nec excuſat conſuetudo.*

CAP. XXXIX.

Sicut pro certo didicimus,in pleriſque locis à pleriſque perſonis, quaſi columbas in tēplo vendentibus, fiunt exactiones, & extorſiones turpes & prauæ, pro conſecrationibus Epiſcoporum, benedictionibus Abbatū, & ordinibus clericorum: eſtque taxatum, quātum ſit iſti, vel illi, quantumúe alteri, vel † alij perſoluēdum: & ad cumulum damnationis maioris, quidam cupiditatem, & prauitatem huiuſmodi nituntur defendere, per conſuetudinem [c] longo tempore obſeruatam. ¶Tātum igitur abolere volentes abuſum, conſuetudinem huiuſmodi (quæ magis dicenda eſt corruptela) penitus reprobamus, firmiter ſtatuentes, vt pro his ſiue conferendis, ſiue collatis, nemo aliquid quocunque prætextu exigere, aut extorquere præſumat: alioquin & qui receperit, & qui dederit huiuſmodi pretium omnino damnatum, cum Giezi [d] & Simone condemnetur.

a ¶*Adminiſtrationē.*] quod hic dicitur, intellige per id quod habes 1.qō.3. ſaluator. circa medium capituli, vbi habes, ꝙ nulla adminiſtratio eccleſiaſtica poteſt vendi vel emi, Præpoſitura, œconomi officium, vicedominatus, aduocatia, ſiue caſtaldionatus & iudicatura, aut quælibet alia adminiſtratio vt c. ſi qs epiſcopus. in prin. cauſæ.

¶*Gloſſa ſequens arg. & argumentum determinat.*

b ¶*Voluerunt.*] Arg. ꝙ ſola volūtas facit hominem ſimoniacum. 1. q.1. qui ſtudet 1. Sed hoc non credo, ꝙ ſola voluntas facit hominē ſimoniacum, dummodo contenta ſit ſuis terminis. ſ. eod. c. vlt. licet aliàs peccet, vt ibi. Sed hic non fuit contenta ſuis finibus, imo proceſſum fuit ad actū 2. & hoc notatur per hoc quòd dicit: tam ementes quam vēdentes; vel ad ſtudia emendi proceſſerunt, quantum in eis fuit: vnde tamē ſimoniaci iudicādi ſunt. 1.q.1. qui ſtudet. & ſic intellige quod dicit in fine voluerunt.

Sicut.] Primo narrat exceſſum, & ipſius excuſationem: Secundo ipſius excuſationē reprobat,& exceſſum prohibet, & pœnā adijcit: ibi, *Tantum.* Abbas Siculus.

Casvs. In pleriſq; locis à multis prælatis fiunt turpes exactiones, pro conſecrationibus epiſcoporum, benedictionibus abbatum,& conſimilibus: & eſt taxatum, quantum debeat dari iſti, vel illi, huiuſmodi prauitatem per conſuetudinem defendentes: Concilium huiuſmodi conſuetudinem, quæ dicenda eſt potius corruptela, penitus reprobat, prohibendo expreſſe, ne pro talibus quocunque prætextu aliquis extorquere præſumat aliquid, vel exigere: Alioquin & qui dederit, & qui receperit, cum Giezi & Simone condemnetur. Nota ꝙ praua conſuetudo abolenda eſt. Item pro conſecrationibus epiſcoporum,& benedictionibus abbatum,& ordinibus clericorum, nihil eſt dandum, vel accipiendum.

c ¶*Per conſuetudinem.*] Fingunt enim tales, quòd in conſecratione aliquid licitè petitur, non pro conſecratione, ſed pro conſuetudine. arg. 63. diſt. quia ſancta. & c. Agathoſa. & 1. q.3. quæſitum. & in Authen. de ſan. epiſco. §. pro conſuetudinibus. coll. 9. 3 ſed hoc non eſt verum: nec excuſat conſuetudo in huiuſmodi ſpiritualib. vendendis, imo magis accuſat. ſ. eo. non ſatis. & c. cum in eccleſiæ. vbi talia reprobantur. Io.

d ¶*Cum Giezi & Simone.*] Giezitæ 4 dicuntur à Giezi ſeruo Heliſei, qui primo in veteri teſtamento vendidit gratiam ſanitatis Naaman principi Aſsyriorum: vnde venditores ſpiritualium proprie dicuntur Giezitæ. Simoniaci dicuntur à Simone mago: qui poſtea in nouo teſtamento voluit emere gratiam Spiritus ſancti. 1. q.1. qui ſtudet. & c. cito turpem. Ber.

† Capit. 1. eo. tit. in 4. compila.

† In codice Barbatię ita: cum Simone Mago percelluntur.

† Idem ſcilicet, Innocentius tertius in concilio generali Later. c. 63. & c. 3. eo. tit. in 4. compil.

1 Et cap. 2. vbi de hoc Ioan. And.

2 Et ſi pactum interuenit, eſt deteſtabilis. aliàs mētalis, de hoc dixi ſ. eo. nemo. ſuper glo. 2. Io. And.

† Aliàs ita: vel illi alij.

3 Vide ſ. e. cum in eccleſiæ ſ. gl. 2. Io. And.

4 De Giezi, vñ Giezitæ vide libr. 4. Regum. c. 5. & de Simone Mago, vnde Simoniaci ſeu Simoniani vide late ꝑ Gabrielē Prateolum lib. [illegible] de ſectis hæreticorum. c. 35.

Quoniam.] Sunt quatuor partes. Prima prouidet circa futura: Secunda circa præterita: ibi, *De his.* Tertia prorogat: ibi, *Hoc etiam.* Quarta publicationem fieri mandat: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

¶Idem † in eodem.

¶*Religioſi pretio recepti, vnà cum recipientibus de monaſterio expelluntur, & in arctioribus monaſterijs ad agendam pœnitentiam detruduntur: Sed recepti ante iſtud concilium, ponebātur ſic recepti in alijs locis eiuſdem ordinis, niſi multitudo ſit in cauſa: ita tamen quòd renuntient primæ receptioni, & de nouo recipiuntur.*

CAP. XL.

Quoniam † ſimoniaca labes adeò pleraſque moniales infecit, vt vix aliquas ſine pretio recipiant in ſorores, paupertatis [e] prætextu volentes huiuſmodi vitium palliare: ne id de cętero fiat, penitus ꝓhibemus: Statuentes, vt quęcunq; de cætero talem cōmiſerint † prauitatē, tam recipiens quā recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue ꝑlata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellat [f] †,

Casvs. Simoniaca prauitas apud multas moniales intantum inualuit, quòd vix recipere volunt aliquas in ſorores ſine pretio, paupertatis prætextu: Pręcipit cōcilium ne de cętero iſtud fiat, ſtatuens, vt quæcunq; de cætero talem commiſerit prauitatem, & recipiens & recepta, ſiue ſubdita fuerit, ſiue prælata, ſine ſpe reſtitutionis de monaſterio expellatur, in arctius monaſteriū ad agendam perpetuā pœnitentiam detrudenda: De his vero, quæ ante iſtud concilium taliter ſunt receptę, ſtatuit, vt de illis monaſterijs, in quibus perperam ſunt ingreſſæ, remoueantur, & in alijs eiuſdem ordinis collocentur: Si autem propter multitudinem hoc fieri non poterit: ne damnabiliter in ſeculo euagentur, de nouo diſpenſatiuè in eiuſdem monaſterijs recipiantur, mutatis locis prioribus, & inferioribus aſſignatis. Et hoc qđ dictū eſt de monialibus, obſeruandum eſt de monachis & alijs regularibus: & ne ꝑ ſimplicitatem vel ignorantiam aliqui ſe valeant excuſare, præcepit, vt epiſcopi per ſuas diœceſes hoc faciant publicari. Nota quòd ſecundum iſtud concilium monachi & omnes regulares, qui ſcienter vel ignoranter ſunt recepti per ſimoniam, ſunt puniendi: Item conſtitutio extenditur ad præterita. Item propter multitudinem detrahendum eſt ſeueritati. Item propter multitudinem diſpenſatur, vbi aliàs non diſpenſaretur.

¶*Gloſſ. ſeq. textum adiuuat per canonem & decr. & l. demum determinat. vlt. conſuluit.*

e ¶*Paupertatis.*] Prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale, ſed potius quælibet mala pati. 32. q.5. ita ne. & ſ. de his quæ vi metuſue cau. fi. ſacris. nec eo prætextu ignoſcendum eſt illis. ff. de ritu. nup. palam. §. non eſt. Poſſet dici, ꝙ ſi ita pauperes ſunt, ꝙ non poſſunt ibi alijs aliquo modo aliquam recipere, quia nō haberent ibi victum, ſub hac forma poſſent recipi: Non habemus quid demus tibi pro victu, niſi tu portes tecū vnde viuas: dum tamen hoc non dicatur in fraudem, & ſine aliquo pacto. arg. 1. q. 2. ſi quis propter hoc 5. Io. ſed tutius eſt vt nullo caſu taliter aliquis, vel aliqua recipiatur. Bern.

¶*Glo. ſeq. obijcit de decre. dilectus. & inquiſitionis, & ſoluit. demum ponit quęſtionem, quam ſoluit & remittit. Item aliam quęſtionem, quam dupliciter ſoluit.*

f ¶*Expellatur.*] Videtur hoc eſſe intelligendum cum diſtinctione illius decret. ſuprà eodem. dilectus. vt ſi directe actum ſit contra tales in modum accuſationis, quòd deponantur. Si in modum inquiſitionis fiat vt hic dicitur, ſic diſtinguit illa decret. dilectus. Item argum. contra. ſ. de accuſatio. inquiſitionis. vbi deponitur ſimoniacus in modum inquiſitionis.

† Idē Innocentius tertius in eodem concilio Latera. c. 64. & c. 4. eo. tit. in 4. compil.

† Vide Guidonem Papæ deciſione 80. & late per Sylueſtrum in ſumma verbo: ſimonia. q. 15.

† commiſerit.

† repellatur.

5 Et idem notatur ſ. eo. non ſatis. in 1. gl. & de hoc 1. qō. 2. in ſum. Ioan. And.

Credo quòd hodie ſtandum ſit huic conſtitutioni circa regulares ſimoniacos: vt pœna iſta ſolummodo imponatur qualitercunque conſtet de crimine, vt in arctiori monaſterio ad agendum perpetuam pœnitentiam detrudatur ſine ordinis ſui executione: cum alias pœnitentiam agere non poſſunt. 1. q. 7. requiritis. argu. s. de accuſat. inquiſitionis. & ſatis intelligũtur depoſiti 1. nã extra clauſtrum morari non debent, ne damnabiliter euagentur: vt infrà. dicitur. & argum. s. de regul. & tranſeun. c. vlti. Sed nunquid reſtituitur ei pecunia? Poteſt dici quòd ſic. s. eodem veniens. De hoc dictũ eſt. s. eod. de hoc. Quid ſi non inueniuntur arctiora monaſteria? Nihilominus mutabũt ea. argum. 81. diſtin. valet. vel ſi viſum fuerit, renuntiabunt locis ſuis, & denuo reſtituentur in illis diſpenſatiuè, ꝑut ſequitur infra, de alijs qui ante hoc ſtatutum ſunt recepti, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.

1 Ex quo executionem nõ habẽt: ſed ad hoc rñdet Hoſtienſis, q, cũ depoſito nõ ſic de facili diſpẽſabitur, de hoc s. de cle. non reſi. ex tuę. Ioan. And.

in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuam [a] pœnitentiam detrudenda. ¶De his autem, quæ ante hoc ſynodale ſtatutum taliter ſunt receptæ, ita duximus ptouidendum, vt remotæ de monaſterijs, quæ perperam ſunt ingreſſę, in alijs locis eiuſdem ordinis collocẽtur. Quòd ſi fortè propter nimiam multitudinem [b] alibi nequiuerint commodè collocari: ne damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiantur in eiſdem monaſterijs diſpenſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſſignatis. Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus obſeruandum. ¶ Verum ne per ſimplicitatẽ, vel ignorantiam [c] ſe valeant excuſare: Præcipimus, vt diœceſani epiſcopi ſingulis annis hoc faciãt per ſuas diœceſes publicari.

a ¶*Perpetuam.*] ſic 1. q. 1. reperiuntur. & c. ſi quis neque. ſic hæretici cum redierint ad agendum pœnitentiam, in perpetuum carcerẽ detruduntur. j. de hære. cap. penul. quia & ſimonia dicitur hæreſis. 6. q. 1. ſed licet. Bern.

b ¶*Multitudinem.*] vt propter hoc detrahatur ſeueritati. ſic infra, de cleri. excommu. miniſtran. latores. & s. de temp. ord. c. 2. Bern.

c ¶*Vel ignorantiam.*] ſic ſuprà de loca. cap. 1. 2 ſic 82. diſtin. propoſuiſti.

† Idem Innocen. tertius in concilio Late. c. 65. & c. 5. eo. tit. in 4. compil. Et de materia vide citatos in c. cum in eccleſiæ & in c. veniens. & in c. dilectus. s. eo. tit.

¶Idem † in eodem.

¶Epiſcopi nil exigere debent, vt permittant in eccleſiis ſibi ſubiectis clericos inſtitui, monachos profiteri, vel mortuos ſepeliri: alioquin exacta reſtituentur duplicata.

CAP. XLI.

AVdiuimus de quibuſdã epiſcopis, quòd decedentibus eccleſiarum rectoribus, ipſas interdicto ſubijciũt, nec patiuntur alios in eiſdem inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ perſoluatur [d]. Præterea cum miles, aut clericus domũ religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam, etiam ſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum. ¶Cum igitur non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie [e] mali ſit (ſecundum Apoſtolum) abſtinendum: exactiones huiuſmodi penitus inhibemus. Quòd ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicata [f] reſtituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerint ſoluta diſpendium, fideliter cõuertenda.

AVdiuimus.] Sunt tres partes principales: In prima narrat factum. In ſecunda inhibitionem facit: ibi, *Cum igitur*. In tertia puniri mandat. ibi, *Quòd ſi quis*. Abbas Siculus.

2 De Iudę. ita quorundam. in fin. de pœnit. & remiſſ. omnis. ſecundũ Hoſtienſem. Ioan. And.

Casus. Quidam epiſcopi decedentibus eccleſiarum rectoribus, eccleſias ipſas ſubijciũt interdicto, nec permittunt aliquos in eiſdem inſtitui, donec pecunia perſoluatur. Item cum miles aliquis vel clericus domum religionis ingreditur, vel apud religioſos elegit ſepulturam, ſi nihil reliquerit loco religioſo, difficultates ingerunt, donec aliquid muneris recipiant: peruenit hoc ad notitiam Papæ, qui reſpondet, Cum ergo non ſolum à malo, ſed ab omni ſpecie mali pręcipiat Apoſtolus abſtinere, concilium huiuſmodi exactiones duxit inhibendas: & qui contra hoc fecerit, exacta, duplicata reſtituat, in vtilitatem locorum, in quorum fuerant ſoluta diſpendium, fideliter conuertenda. Nota, quòd non ſolum à malo abſtinendum eſt, ſed ab eo quod ſpeciem mali habere videtur. Item eccleſia poteſt ſuum recipere in duplum. Item eccleſiæ debet reddi pecunia, q̃ in eius iniuriam data eſt, vel ſoluta.

¶Glo. ſeq. ſoluit, quærit & remittit.

d ¶*Perſoluatur.*] Nunquid talis dicitur ſimoniacus, qui ſic ſoluit pecuniam? Videtur ꝙ non 3, quia redimit ius ſuum vt s. eod. dilectus. vbi plene de hoc. ſicut licitum eſt alicui corrumpere accuſatorem ſuum: vt 2. quæſt. 3. cap. ſi quem. §. notandum. Io.

3 Imo vere eſt ſimoniacus, cũ nõ det pecuniã pro redimẽda vexatione iuris quæſiti, ſed q̃rendi B. Thomas 2. 2. q. 100. art. 2. ad 5. argu. adde Panormitanum hic.

e ¶*Sed ob omni ſpecie.*] Argum. 1. quæſt. 1. emendari. & s. de vita & honeſt. cleri. cum ab omni.

1. Theſſ. c.

f ¶*Duplicata.*] ſic s. de cen. procurationes. in fine. & ſuprà de immunit. eccle. quia plerique. & in Authen. de ſan. epiſco. in 2. colum. §. ſi vero laicus, colla. 9. Bern.

¶Idem † in eodem.

¶Sacramenta ſunt liberè conferenda: cogit tamen ordinarius laicos obſeruare laudabiles conſuetudines.

CAP. XLII.

AD Apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam clerici pro exequijs mortuorum †, & benedictionibus nubentiun, & ſimilibus, pecuniam exigũt & extorquent: & ſi fortè eorum cupiditati non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulẽter opponunt. E contra verò quidam laici, laudabilem conſuetudinem, erga ſanctam Eccleſiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, ſub prætextu canonicæ pietatis [g]. ¶ Quapropter ſuper his, prauas exactiones fieri prohibemus, & pias conſuetudines pręcipimus obſeruari: Statuentes, vt liberè conferantur [h] eccleſiaſtica ſacramẽta: Sed per epiſcopum loci veritate cognita, compeſcantur, qui malitioſè nituntur laudabilem [i] conſuetudinem immutare.

¶ Honorius tertius vniuerſis Abbatibus & fratribus Ciſtercieñ. ordinis.

¶Prohibet abbates Ciſtercienſes ſolemniter inſtallari: & ponit formam obedientiæ, quam præſtant ſuis epiſcopis.

AD *Apoſtolicam*.] Primo ponit clericorum & laicorum exceſſum: Secundo contra vtrumq; prouidet: ibi, *Quapropter*. Abbas Siculus.

† Idem Innocen. tertius in concilio Latera. c. 66. & c. 6. eo. tit. in 4. compil. Et pro intellectu ꝑter Docto. hic. vide B. Thomã 2. 2. q. 100. art. 2. ad 4. arg. & Syluestrum in ſumma verbo. ſimonia. q. 8. vbi pleniſſime.

Casus. Quidam clerici pro benedictionibus nubentium & exequijs mortuorum, & ſimilibus pecuniam exigunt, & extorquent: & niſi eis fuerit ſatisfactum, fraudulenter impedimenta opponunt. E conuerſo ſunt quidam laici, qui laudabilem conſuetudinem erga ſanctam Eccleſiam deuotione fidelium introductam infringere nituntur ſub prætextu pietatis: vnde concilium ſuper his prauas exactiones prohibet fieri, & pias conſuetudines præcipit obſeruari; ſtatuit, vt liberè conferantur eccleſiaſtica ſacramenta: & per epiſcopum loci compeſcãtur, qui laudabilem cõſuetudinem mutare nituntur. Nota, quòd laudabilis conſuetudo ſeruanda eſt: & epiſcopus loci ꝑ officium ſuum illam faciat obſeruari.

† Vide Paulũ de Caſt. conſi. 401. incip. viſo ꝓceſſu, & conſi. 341. incip. circa primum & Bellamerã conſil. 32. incip. qđ mulier.

g ¶*Pietatis.*] Prętextu pietatis non eſt impietas committenda. 1. quæſt. 1. non eſt putanda. & 14. quæſt. 5. neq; enim ſi agris. & 30. q. 1. noſſe.

h ¶*Liberè conferantur.*] ſacramenta enim eccleſiaſtica gratis ſine aliqua exactione ſunt conferenda. s. eodem. cum in eccleſiæ. & cap. ea quæ.

¶Gloſſ. ſequens dupliciter legit finem c. ſed primam lecturam approbat.

i ¶*Nituntur laudabilem.*] Ergo laudabilis conſuetudo ſeruanda eſt, cuius tranſgreſſor, vt iuris punitur. 11. diſt. in his. Et videtur ex hac litera, ꝙ clerici, licet nihil petere poſſint pro talibus ſacramentis, ſi conſuetudo laudabilis ſuper his ſeruari conſueuit, ꝙ per ſuperiorem cogi poſſunt officio iudicis implorato ad illam ſeruandam, quę ex pietate introducta eſt. Vel poteſt intelligi quod hic dicitur, vt Io. dixit, ꝙ laici abutuntur cõſuetudinibus, quæ illis pietatis cauſa permiſſæ ſunt: vt cum permittitur eis præſentare clericũ, ipſi volunt eum inſtituere: vel cum ipſi requiruntur, vt conſentiant, ipſi volunt eligere. De quibus habes s. de iure patrona. c. præterea. & in pluribus alijs: quod non credo. Sed dic vt prius dictum eſt. Bern.

NE Dei.] Duæ ſunt partes : Secunda : ibi, *Adijcimus*. Abbas Siculus.

¶*Glo.ſeq. ponit caſum literalem.*

1 Hũc Caſum inuenio in antiquis & manuſcriptis. Gregorij exẽplarib.

a ¶*Ne Dei.*] CASVS.1 Abbates Ciſtercicñ.ordinis cõſueuerant dare archidiaconis Palafredum in ſua inſtallatione, vel aliud æquipollens : qđ ꝓhibuit Honorius Abbatibus:& ne de cętero taliter inſtallentur:ſed obedientiã faciant ſuis epiſcopis ꝓut dicitur in litera. B.Nota quòd epiſcopus diœceſanus abbatem Ciſtercicicñ. ordinis inſtallare non debet : Licet in aliquo inſtrumento fiat mentio de aliquo alio, non ideo debet illud exhiberi. Item ſi non exhibetur ſtatutum ordini contrarium, adſtringitur regularis mandato epiſcopi. Item contra ſtatuta regulæ non debet monachus diœceſano obedire.

† Qualiter hoc c.ſpectet ad titulum,colliges ex caſu, & clarius hic ex Panormitano,& alijs.

† Inſtallatio fit, qñ electus & cõfirmatus introducit in ſtallum, ideſt, in ſedẽ ſiue locũ cõſtitutũ in choro, & Abbati deputatũ ad ſedendum.

CAP. XLIII.

NE † Dei [a] eccleſiam : & infrà. ¶Inſtallationis † ſolemnitates [b] in electis Abbatibus ordinis veſtri fieri prohibentes : Adijcimus, vt archiepiſcopi,& epiſcopi ea ſint forma profeſſionis [c] contenti,quę ab origine veſtri ordinis noſcitur inſtituta,quę talis eſt:[Ego frater Abbas Ciſtercicñ. ordinis ſubiectionem, & reuerentiam, & obedientiam à ſanctis Patribus conſtitutam, ſecundum regulam ſancti benedicti,tibi domine Epiſcope,tuiſque ſucceſſoribus [d] canonicè [e] ſubſtituendis, & ſanctæ ſedi Apoſtolicę ſaluo ordine [f] meo, perpetuò me exhibiturũ promitto.]

b ¶*Solemnitates.*] Inſtallare Abbates,& Abbatiſſas in ſede ponere, pertinet ad officium archidiaconi. ſ̃. de offic. archidiaco. cap. vt noſtrum. & talis inſtallationis ſolemnitas non requiritur in Abbatibus ordinis Ciſtercicñ. vt hic patet.

c ¶*Forma profeſſionis.*] qua profitentur ſe præſtaturos ſuis epiſcopis ſubiectionem,& cætera quæ ſequuntur. ſic & archiepiſcopi debent eſſe contenti forma profeſſionis à canonibus cõſtituta.ſ̃.de maio. & obed. dilecti. qua & Papa contentus eſt, vt ibi dicitur.

† Vidẽ Docto. in c.1. ſ̃.eo. tit.B. Thomã 2.2.q.100 arti.3. & Sylueſtrum in sũma verbo, ſimonia.q. 8. & 9.& 13.

d ¶*Succeſſoribus.*] & ita poſtquam fecit obedientiam prædeceſſoribus, amplius eam facere ſucceſſoribus compelli non debet : vt ſuprà de iureiurando veritatis. & idem in vaſallo, vt ibi dicitur.

e ¶*Canonicè.*] Aliàs non teneretur : puta ſi eſſet intruſus ſine conſenſu clericorum.22.q.2. alienatione. Bern.

f ¶*Saluo ordine.*] Nam contra regulam obedire non tenentur, vt hic dicitur, in his quæ contra regulam : vel quæ illicita ſunt,nullus obedire tenetur. 11.q.3.ſi quis epiſcopus.& c.non ſemper.& c.ſi dominus.& c.Iulianus.ſed bonum quod agitur, quandoque propter obedientiam intermittitur. 11.q.3. quid ergo.& eſt ſimile huic loco.ſ̃.de iureiur. ego N. Ber.

¶Gregorius nonus Priori ſancti Thomæ Eſculañ.

¶*Recepto in canonicum debetur prębenda,& redditus,conſuetudine non obſtante, quòd non ſeruauerit prauam conſuetudinem de aliquo temporali dando ipſis canonicis.*

CAP. XLIIII.

IAcobus † canonicus Eſculanus expoſuit, quòd cum ipſe in eccleſia Aprutiñ. ſit receptus in canonicum & in fratrem,canonici eiuſdem eccleſiæ partem prouentuum, ac præbendam ſibi aſſignare recuſant : quandam conſuetudinem, prętendentes,quòd prandium habere debeant à canonico recepto de nouo. ¶Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos canonicos, vt tali conſuetudine [g] non obſtante, ſibi ſicut vni ex alijs,in prouentibus & præbenda prouideant, appellatione remota, compellas.

IAcobus.] Prætextu conſuetudinis non debet exigi prandiũ à canonico de nouo recepto.hoc dicit. Diuiditur : nam prima pars ponit querelam : ſecunda dat iudicem : ibi, *Quocirca*. Abbas Siculus.

CASVS. Iacobus iſte canonicus Eſculanus receptus erat in fratrem & canonicum in eccleſia Aprutiñ. canonici illius eccleſiæ partem beneficij ſui ſibi aſſignare nolebant, niſi primo reciperent prandium ab eodem, conſuetudinem prætendentes, vt à canonico de nouo recepto prãdium recipiant : Mandat Papa cuidam priori, quatenus ſi eſt ita, conſuetudine illa nequaquam obſtante, compellat canonicos illos, vt præbendam ſicut vni ex alijs iſti conferant & aſſignent. Nota, quòd pro ſpiritualibus nihil dari debet,etiam obtentu alicuius conſuetudinis.

g ¶*Tali conſuetudine.*] quæ non excuſat : ſic ſuprà veniens. imo potius ſimoniam inducit,quia pro paſtu, vel paſtello exigi aliquid non debet pro huiuſmodi ſpiritualibus.ſ̃.eo.c.1. & 1.q.3.ſi quis præbendas. non obſtante aliqua conſuetudine : vt ibi & ſ̃.eo. in pluribus c. Ber.

¶Idem.

¶*Qui ordinauit aliquem ſub promiſſione de non petendo ab ipſo prouiſionem. ordinator per triennium à collatione, præſentator vero ab executione ordinum etiam per triennium ſuſpenſi ſunt : ordinatus verò ab ordine perpetuo ſit ſuſpenſus : & ſolum per ſedem Apoſtolicam cum eis diſpenſatur.*

CAP. XLV.

SI † quis ordinauerit, ſeu ad ordinem pręſentauerit aliquem, promiſſionem, vel iuramentum [h] ab illo recipiens, quòd ſuper prouiſione ſua nõ inquietet † eundem : ordinator à collatione, præſentator verò ab executione ordinum per triennium [i], & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto, donec diſpẽſationem [k] ſuper hoc per ſedem Apoſtolicam [l] obtinere meruerint, nouerint ſe ſuſpenſos [m].

† inquietaret.

SI quis.] CASVS. Quia frequenter ordinantur aliqui ſine certo titulo propter quod fiunt promiſſiones illicitæ : ſtatuit Gregorius ꝙ ſi aliquis ordinauerit, ſeu ad ordinem præſentauerit aliquem, recipiens ab eodem promiſſionem vel iuramentum, quòd ſuper ſua prouiſione non inquietabit eundem : ordinator à collatione, & præſentator ab executione ordinũ per triennium nouerint ſe ſuſpenſos : & ordinatus ab ordine ſic ſuſcepto nouerit ſe ſuſpenſum,donec diſpenſationem,per ſedẽ Apoſtolicam meruerint,obtinere.Nota quòd quis punitur in eo, in quo deliquit.Item ſolus Papa diſpenſat cum illis qui ſcienter per ſimoniam ordinant,vel pręſentant, vel ordinantur.

¶*Gloſſa ſeq. quod hic de iuramẽto dicitur coadiuuat: demum ſignat contrarium.*

h ¶*Promiſſionem, vel iuramentum.*] Pactum tale, ſiue iuramentum turpe eſt, ideo nullam obligationem inducit. ſ̃.de pac. c.vlti. & ff. de verb.oblig.generaliter. & quia perpetuam habet cauſam prohibitionis, nulla eſt obligatio. ff.eo.ſi ſtipuler vt id.Et ita habes,ꝙ ſi principale non tenet, nec iuramentum ſuper hoc factum.ſim.ſ̃. de foro cõpe ſi diligenti.in fin.C. de legi. non dubium. Arg.ſ̃.de iureiur. debitores.& licet talis obligatio non tenuerit 2 : punit ordinator à collatione ordinum: vt in eo puniat, in quo peccauit.ſ̃.de iure patro. paſtoralis. cum ſuis ſimilibus.

† Vide Turrecrematã in c.ſtatuimus. & in c. ordinationes.1.q.1. & Sylueſtrum citatum in c.ꝓcedenti.

2 Adde qđ not.de præben. ſi ẽps cui. libr.6. in vlti.glo.

¶*Glo.ſeq.recipit per obiect.quòd deponi debebant,ex quo,& c. ſoluit. ſolutioni obijcit, & reſpondet. In fine quæ fuit additio, dat verum intellectum.*

i ¶*Ab executione per triennium.*] & ita ſimoniaci iudicantur nec tamen deponuntur, niſi quia ad tempus ſuſpẽduntur : ſed hoc forte ideo eſt, quia nihil datur vel recipitur pro ordinatione,vel præſentatione,quia ſimonia eſt 3 ſtudioſa voluntas emẽdi,vel vendendi ſpiritualia.arg.1.q.1. q ſtudet.ſed emptio vel venditio ſine pretio non conſiſtit.Inſtit.de emp.& vend.§. pretium autem.& ff.eo.l.2.§.fine. ſed hic nullum pretium datum eſt. Sed contra : iſte remiſit ius.quod ſibi competeret ex tali pręſentatione contra præſentatorem,vel ordinatorem,qui tenebatur ſibi ad prouiſionem.ſ̃.de præbend. cum ſecundum Apoſtolũ. ſed idem eſt remittere quod dare.ſ̃.de teſti. veniens 1.& ff.de calum.quinctiam.& ita debent deponi. Hic nihil remittitur, quia nihil adhuc debetur, ſed renuntiatur iuri, quod in futurum poſſet acquiri,ſi præſentetur debito modo : ſed in contrarijs remittitur quod in pręſenti debetur.ſed ſi hic fieret talis remiſſio,deponeretur tam dans,quam recipiens,ſi cõuinceretur.ſ̃.eo.de hoc. & c.inſinuatũ & ideo minor pœna imponitur propter affectum cum opere ſubſecuto.ſ̃.de biga.nuper. & c.vlt.& hoc intellige ſi crimen ſit occultũ : ſi vero eſſet manifeſtum,ſemper eſſent ſuſpenſi.& ſi accuſarentur & conuincerentur,deponerentur ex tali promiſſione, vel iuramento. Ber.

3 Vide beatum Thomam 2.2. q.100. 1.

k ¶*Diſpenſationem.*] ſic ſ̃.eo.per tuas nobis.

l ¶*Per ſedem Apoſtolicam.*] hic patet, quòd cum ſimoniaco ſcienter in ordine, ſolus Papa diſpenſat. idem intelligo in dignitate & beneficio : vt dixi ſ̃.eod. de ſimoniace. & ſ̃.de renun, poſt tranſlationem.

m ¶*Suſpenſos.*] ipſo iure.

M*Andato.*] C a s v s. Quidam recepit in mādatis à Papa, vt ſecundum conſtitutionē generalis concilij.s̄.eo.quoniam.diſpenſaret cum monachis, qui per ſimoniā aliquo dato in monaſterijs ſunt recepti,nulla de Abbatibus in mādato Papæ habita mentione : conſuluit iſte Papam,vtrum auctoritate illius mādati poſſet diſpenſare cū abbatibus : Itē aliqui ſunt adepti ſpiritualia nullo dato ꝑtio,nullo pacto dandi vel recipiendi præcedēte, ſed ſolo affectu animi antecedēte hinc inde: quæritur,vtrum iſti propter iſtum affectum teneātur ad reſignationem huiuſmodi ſpiritualium ? Ad primum reſpondet Papa,ꝙ mandatum Apoſtolicū ad abbates extenditur : & ſic conſtitutio illa, qm̄ ſimoniaca.continet diſpenſationem per Papam exhibendam : Ad ſecundum reſpōdet, ꝙ iſti pro huiuſmodi ſimonia non tenētur ad reſignationem ſpiritualium vel temporaliū, quæ nullo pacto,ſed affectu animi præcedente ex vtraq; parte taliter acquirūtur: ſed ſufficit delinquētibus per ſolam pœnitentiam in hoc caſu ſuo ſatisfacere creatori. Not.ꝙ beneficium principis latiſſime interpretādum eſt. Item ſimonia ſolo affectu animi non committitur : nec renunciare quis tenetur ſpiritualia, vel temporalia pro tali ſimonia : licet aliàs peccet. Item affectus, ſiue voluntas punitur.

†Notabilis eſt & difficilis huius cap. diffinitio : de cuius materia & intellectu vide Dominicum Sotum libr. 9. de iuſti. & iur.q. 8.ar. 1.ad 6.arg. Martinum Nauarrum in Manuali cōfeſſariorum c. 23. tit.de ſimonia. adde Couarruuiā in regula peccatū, de reg. iur. lib. 6. in 2. part. Relec. ī initio. & Romanū conſil. 159.

¶Idem.

¶*Habet duo dicta.ſecundum ibi : & ad reſignationes.Et propter breuitatem & varietatem lecturarum aliter non ſummatur.*

CAP. XLVI.

MAndato † noſtro recepto, vt cum monachis, qui per ſimoniam dato aliquo, locū in monaſterijs ſunt adepti, ſecundum cōſtitutionem generalis concilij [a], diſpenſares: & infrà. ¶Conſultationi tuæ breuiter reſpondentes, dicimus mandatum Apoſtolicum, etiam ad Abbates [b] extendi: Et ad reſignationes ſpiritualiū, & temporalium, quæ nullo pacto,ſed affectu animi [c] præcedente, vtrinque taliter acquiruntur, (in quo caſu delinquētibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori) eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri.

TITVLVS IIII.

Ne Prælati vices ſuas, vel eccleſias, ſub annuo cenſu concedant.

¶Alexander iij.in concilio Lateraň. †

† Cap. 15. incip.Cum in officijs. § præterea qm̄ & c.1. tit. de ꝑlatis, ne vices ſuas, &c. in 1. compil. Et de materia huius c. & ſeq.præter citandos paulopoſt, vide Syluestrū in ſumma verbo : ſimonia. q. 14.

a ¶*Concilij.*] s̄. eod. quoniam.

b ¶*Abbates.*] Mandatum fuit alicui,vt diſpenſaret cū monachis,qui per ſimoniā monaſterium ſunt ingreſſi, nulla mentione habita de abbatibus,& tn̄ hoc extenditur ab abbates, & ita habes hic arg. ꝙ beneficium principis largiſſime interpretandum eſt.j̄.de verb.ſign.olim.& ff.de conſti.prin.beneficiū.& s̄. de dona.cum dilectus.in fi.arg.qa in beneficijs, vt ibi dicitur, plena eſt interpretatio facienda. Item arg.cui conceditur minus,& maius cōceſſum videtur : vt 16.q.2.viſis 1. ſed potius contrariū dici cōſueuit.s̄. de deci.ex parte. ſic qđ de monachis dicitur, ad regulares extenditur.s̄.de poſtulan.ex parte. Ber.

c ¶*Affectu animi.*] Ergo ſola voluntas, ſiue affectus animi non facit aliquem ſimoniacum,licet aliter peccet:vt dixi.s̄.eo. conſulere.& eſt ſimile s̄.eo.tua.ad fin.& ſimile.j̄.de vſu.in ciuitate. ſed ſecus videtur in vſura, vbi ſola ſpes vſurarij vſurā inducere videtur : vt 14.q.3.c.1.& j̄.de vſur.conſuluit. Item habes hic, ꝙ affectus ſiue voluntas punitur,& merito : quia non ambitione, ſed labore ad honorem conuenit peruenire. C.de re mil.contra publicam.lib.12.& 61.diſt.miramur.in fi.& talibus honor eſt auferendus.8.q.1.in ſcripturis. & 1.q.6. ſicut is.& hic. & hæc ambitio ſola pœnitentia purgatur ſine renunciatione, & huiuſmodi leuis ſimonia poteſt leuiter indulgeri. ſic 68.diſtin. ſicut.& s̄.de accuſa.cum dilectus. & ita collige,ꝙ aliquis promouetur cum mortali, nec deponitur, nec dicitur proprie ſimonia talis affectus animi. Bern.

1 Concor. l. ad rē mobilem.& l. legatum.ff. de procur. & l.iuriſgētiū.§.adeo ff. de pact.

NE PRÆLATI VICES SVAS, vel eccleſias, ſub annuo cenſu concedant.

¶*Suprà viſum eſt de ſimonia in genere,nunc ſubmittit de quadam ipſius ſpecie.ſcilicet ne prelati vices ſuas,&c.Abb.Sicul.*

De hac materia tract.89.diſt. & 1.q.4.per totum.21.q. 2. præcipimus.

P*Ræterea.*] Primò ponit exceſſum, quem ſecundo punit : ibi, *Præſenti.* Abbas Siculus.

C a s v s. Quidam epiſcopi pro certa quantitate pecuniæ vendebant epiſcopalem iuriſdictionem quibuſdam, qui Decani vocabantur : ſtatuit concilium Lateraneñ. quòd qui de cætero iuriſdictionem epiſcopalem taliter receperint, officio ſuo priuentur : & epiſcopi conferendi hoc officium poteſtatem amittant. Nota quòd iuriſdictio epiſcopalis vendi non debet, ſed gratis conferri,aliàs puniuntur, vt hic dicitur. Item punitur quis in eo, in quo deliquit.

¶*Qui dat pecuniā,vt epiſcopalem, vel ſpiritualem iuriſdictionem exerceat, officio ſuo priuatur : ſic conferens illud amplius conferre non poterit, canonicè punietur. hoc dicit cum ſequentibus.*

CAP. I.

PRæterea, quoniam quidam in quibuſdam partibus ſub ꝑtio ſtatuuntur, qui Decani [d] vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate [e] epiſcopalem iuriſdictionem exercent: Præſenti decreto ſtatuimus, vt qui † de cætero hoc præſumpſerit, officio ſuo priuetur: & epiſcopus conferendi [f] hoc officium, poteſtatem amittat.

†In codice Barbatię ita : vt q talia de cætero præſumpſerint, officio ſuo priuentur.

¶Idem in concilio Turoñ.

¶*Summatum eſt ſupra capitulo proximo.*

CAP. II.

j. QVoniā † in quibuſdam partibus decani quidam, vel archipresbyteri, ad agendas vices epiſcoporum, ſeu archidiaconorum, & terminādas cauſas eccleſiaſticas, ſub annuo pretio [g] ſtatuun-

d ¶*Decani.*] id eſt,archipresbyteri rurales, qui ſpiritualem habent iuriſdictionem. 50. diſtinct. in capite. ſic appellantur ſuprà de cenſibus. cum Apoſtolus. & ſuprà de offi. archidiaconi ad hæc. §. vlti. Bernard.

¶*Gloſſa ſequens principium reci. per diſtinctionem, aut vicarius dat epiſcopo &c.ſecundo arg.ſignat contrariū, & ibi remittit. tertio dicit de pertinentibus ad titulum.*

e ¶ *Quantitate.*] data epiſcopo pro ſua iuriſdictine,quam emunt iſti Decani : quod non licet, vt hic patet ; ſed econuerſo epiſcopus ſi committat vices ſuas alicui, poteſt & debet ei conſtituere ſalarium de camera ſua, cum ille ad hoc non teneatur. arg.12.q.2.charitatem. & cap. quicunque 2. 2 Item eſt hic arg.quòd plebani,ſiue archipresbyteri non habent iuriſdictionem, & hoc ſatis videtur, niſi habeant ex conſuetudine. j̄. de exceſ.præla.ad hoc.argu.contra. ſuprà de offic. ordin. cum ab eccleſiarum. vbi de hoc. & hæc decret. & ſequens pertinēt ad primam partem tituli : & expone vices, id eſt, iuriſdictiones. vnde conſueuit dici, committo tibi vices meas : ideſt, iuriſdictionem meam.

† Poſt concilium Lateraň. ſub Alexan.iij. part.2.c.1. & c.2.titu. de ꝑlatis, ne vices ſuas,&c.in 1. compil. Et de intellectu & materia vide Turrecrematā in c. ꝑcipimus. 21.q. 2.

2 Et s̄. de offi.ord. inter cætera. & idem Innocē.Gof. & Hoſtien. Ioan. And.

f ¶*Conferendi.*] vt in eo puniatur,in quo peccauit. ſic s̄.titu. proxim.c.penult. & s̄.de elect. cum in cunctis. & cap.nihil eſt. 1.q.1. ſi quis epiſcopi. & s̄. de tempo. ordi. literas. & pluribus alijs capitulis ibi ; & qui recipit,officio ſuo priuabitur.ſic ergo patet quòd iuriſdictio vendi non poteſt.j̄. cap. proxi. & 21.q. 2.præcipimus.arg.contra.j̄.eo.cap.vlt.non eſt contra, quia ibi non loquitur de iuriſdictione,ſed de fructibus,qui conceduntur ad firmam. Bern.

Q*Voniam.*] Diuiditur : quia primò ponit exceſſum. quem expreſſa cauſa finaliter prohibet : Secūdò pœnam addit : ibi, *Quod ſi quis.* Abbas Siculus.

C a s v s. Epiſcopi & archidiaconi ad agendas vices ſuas, & cauſas eccleſiaſticas terminandas quibuſdam Decanis, ſeu archipresbyteris ſub annuo pretio committebant, quod in ſubuerſionem iudiciorum & grauamen ſacerdotum redundabat : ſtatuit cōcilium Turoñ.ꝙ iſtud de cætero non fiat : quod qui fecerit, remoueatur à clero : & epiſcopus q hoc ſuſtinuerit,& iudicia eccleſiaſtica diſſimulat puerti,canonicè puniatur. No. ꝙ epiſcopus gratis iuriſdictionem ſuam impendere debet.

g ¶ *Pretio.*] quod non licet.s̄.c.proxi. imo ſimoniacum eſt : & ne ſubditi hac occaſione vltra debitum aggrauentur. argu. 23.q.1. militare. & vbicunque epiſcopus aliquid gratis facere debet ratione officij, ſi aliquid exigat, ſimoniam committere videtur : maxime cum iuriſdictio ſit ſpiritualis : vt 1. q. 3. ex multis.& c.vendentes.& c.non ſolum. Tan.

a ¶*Statuuntur.*]

a ¶*Statuuntur.*] nunquid epiſcopus poteſt dare ordinarium iudicem? Non, ſed tantum princeps, vel lex.arg.2.q.6. cap.à iudicibus.§.quod de arbitris.ff.de iuriſdi.om.iudic.& quia. ſed ab vniuerſitate eligendus eſt: & tunc lex dat ei iuriſdictionem ordinariam, arg.63.diſtin.ſi in plebibus.in Authen.de defen. ciuita.§.nos igitur.col-la.3. Si tamen conſuetudo eſt, quòd epiſcopus dat ordinariam, ad mittenda eſt, ita tamen vt ꝑpetuo inſtituatur, & non ſub cenſu certo.arg.C.de emanc.l.1. Lau.

b ¶*Canonica percellatur.*] vt dictum eſt ſ. c. proxim.quandoque tamen deponitur.81. diſtin. dictum. quandoq; vero ad tempus ſuſpenditur.1.q. 1. quicquid. & 21.q.4. præcipimus. epiſcopi. presbyteri.ar.

ij Q*Voniam.*] Primo narrat conſuetudinem, quam ſecundo prohibet: ibi, *Ne id.* Tertio cauſam reddit, ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

Casvs. Conſuetudo erat in quibuſdam locis contra inſtitutiones ſanctorum Patrum introducta, vt ſacerdotes ſub annuo pretio ad regimen eccleſiarũ conſtituantur: præcipit concilium Turonen. ne id de cætero fiat: quia dum ſacerdotium taliter venale diſponitur, ad præmium retributionis ęternę cõſideratio non habetur. Nota, quòd cura animarum ſub annuo cenſu conſtitui non debet.

† Aliàs ita: & eccleſiaſtica iudicia, ſua. &c.

† Poſt conciliũ Late. ſub Alexã. iij.par.2.c. 2.& cap.3. eo.tit.in 1. compila. Et vide Turrecrematam in ꝑcedẽti c. citatum.

tur[a]: quod ad ſacerdotum grauamen, & ſubuerſionem iudiciorum non eſt dubium redundare: id vlterius fieri prohibemus. Quod ſi quis de cætero fecerit, remoueatur à clero. Epiſcopus autem, qui hoc ſuſtinuerit, & † eccleſiaſticam iuriſdictionem ſua patitur diſſimulatione peruerti, diſtrictione canonica percellatur.[b]

¶Idem.

¶*Regimen eccleſiæ ſub annuo cenſu committi non debet.*

CAP. III.

ij QVoniam † enormis quędam cõſuetudo in quibuſdam locis, contra ſanctorum Patrum inſtitutiones inualuit, vt ſub annuo pretio ſacerdotes ad eccleſiarum regimen ſtatuantur[c]: Ne id fiat, modis omnibus prohibemus[d]: Quia dum ſacerdotium[e] ſub huiuſmodi mercede venale diſponitur, ad æternæ retributionis præmium conſideratio non habetur.

¶Idem Exon. Epiſcopo.

¶*Fructus eccleſiarũ ſub annuo cenſu concedi poſſunt.*

c ¶*Regimen ſtatuantur.*] tamquam prælati: quia ſimoniacum eſt, ſi pro pretio eccleſiarum regimen committatur.1.q. 3.ſaluator.ſed ſi iuſta cauſa abſens eſſet, vel aliàs intendere epiſcopus non poſſet, conſtituere poteſt ſibi vicarium, cui de ſuo prouideat 1: vt dixi.ſ.eo.c.1. & talis vicarius habebit curam animarum delegatam.ſ.de offi.vica.c.vlt. Lau.

d ¶*Prohibemus.*] 21. quæſt.2. præcipimus. & 1.q.3. ſi quis dator.

e ¶*Sacerdotium.*] id eſt, prælatura, & pertinet ad ſecundam partem tituli. Vel eccleſias, ideſt, prælationes, quæ pretio dari non debent nec eſſe debent cenſuales: ſed eccleſia bene poſſet conſtitui ab initio cenſualis. ſ. de cenſi. ſcientes. & cap. prohibemus.

Q*Verelam.*] Primò ponit conductoris querelam: Secundò dat ei iudicem: ibi, *Ideoque.* Abbas.

Casvs. G. rector eccleſiæ de Cephalai, prouentus ipſius eccleſiæ conceſſit ad firmam, ſeu locauit magiſtro G. vſque ad ſeptennium, certum cenſum eidem rectori annuatim reddendo, præſtita fide ab ipſo rectore dicto magiſtro, quòd vſq; ad dictum tempus nullam iniuriam vel grauamen ſuper ipſa eccleſia inferret eidem: ſed ipſe contra fidem præſtitam veniens, ante vnius anni ſpatium eccleſiam ipſi G. auferre præſumpſit: vnde idem magiſter conqueſtus eſt domino Papæ: ideoque mandat Papa epiſcopo Exonen. quatenus ſi ita eſt, rectorem illum compellat, vt præfatam eccleſiam dicto G. reſtituat, & vſque ad tempus conſtitutum ſecundum quòd inter eos conuenit, ipſum eandem eccleſiam permittat pacifice poſſidere. Nota quòd eccleſia, id eſt, obuentiones eccleſiæ poſſunt ad tempus locari, ſiue concedi pro certo cenſu annuatim reddendo.

f ¶*Præſtita fide.*] Si enim contra fidem, vel iuramentum nulla veniſſet neceſſitate compulſus, priuari poterat eccleſia.ſ.de iureiuran.querelam. & ſ.de fideiuſ.peruenit.

1 Ad hoc ſ.de appel la.c. peruenit. de cle. ægro.de rectorib. de cle. non re ſid. c. pen. & j.de ele. cũ ex eod. §.porro.li. 6. ꝑ qđ vr̃, ꝗ eps hoc facere de beat.Ioan. And.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

g ¶*Statutum terminum.*] Sed pone quòd interim moriatur G. perſona eccleſiæ, quæ locauit, nunquid ſucceſſor 2 teneatur ſtare contractui? Poteſt dici, ſi nomine eccleſiæ pro vtilitate eccleſiæ contraxiſſet, & pecunia inde recepta in vtilitatem eccleſiæ conuerſa fuiſſet, teneretur ſucceſſor ſtare contractui. ſ. de ſolu. cap.1.12.q. 2. cap. hæc huius placiti. & c. quicũq; ſuffragio. & 10. quæſt. 2. hoc ius. §. & his creditor. & ſ. de depoſit.c.1. 35. diſt. eccleſiæ principes.in fi. Si vero non pro vtilitate eccleſiæ, ſed vt ipſe tamquã Prælatus perciperet redditus ad firmam, ſucceſſor ſtare non tenetur.ſ. de pre.cap.2. quia vltra tempus ſuum eccleſiã locare non potuit, & ſi ſoluit aliquid vltra, ſibi imputet, quia hoc prævidere debuit.ff.loca. ſi quis domum.§.1.

CAP. IIII.

QVerelam † magiſtri G. recepimus, quòd cum eccleſiam de Chephalai †, à G. perſona eiuſdem ad annuũ cenſum tenendam, per ſeptennium ſuſcepiſſet: ipſe antequã eam, per vnius anni ſpatium tenuiſſet, auferre præſumpſit: quamquam præſtita[f] fide firmauerit, quòd vſque ad ſtatutum terminum[g], nullam ei exinde moleſtiam, vel grauamen inferret. ¶Ideoque mandamus, quatenus ſi conſtiterit ita eſſe, eum diſtrictè compellas, vt præfatam eccleſiam[h] dicto G. reſtituat: & vſque ad terminum conſtitutum (ſecundum quod inter ſe conuenerint †) ipſum eandem permittat pacificè poſſidere.

TITVLVS V.

De magiſtris †, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

¶Ex concilio Lateran. †

¶*Eccleſia cathedralis prouidere debet magiſtro de beneficio, qui clericos eiuſdem eccleſiæ, & alios pauperes gratis doceat, & vendens licentiam docendi, aut interdicens idoneũ ad docendum, beneficio priuatur.*

¶*Gloſſ. ſeq. obijcit & ſoluit ponendo ſex ſignificationes huius verbi, eccleſia. Secundo quęrit opponendo, & ſoluit. Tertio quærit de ratione & reſpondet.*

h ¶*Præfatam eccleſiam.*] Hæc decretalis videtur contraria rubricæ, & ſ.c.proxi. vbi eccleſia ſub annuo cenſu concedi prohibetur, & hic permittitur: vnde non facit ad titulũ iſtum: Solue per hanc diſtinctionem: Eccleſia 3 multis modis dicitur: quia dicitur eccleſia malignantium: vnde Pſalmiſta: In eccleſiam malignantium non introibo. Et dicitur eccleſia collectio fidelium. de conſe.diſt.1.eccleſia. Et dicitur eccleſia murorũ ambitus.de conſe.diſt.1. de fabrica. Et dicitur eccleſia corpus Chriſti.1.q.1.in eccleſia.& 26.q. 2.ſed & illud. Et dicitur etiã eccleſia prælatura ipſius eccleſiæ: vt ſ. cap. proxim. Item dicitur eccleſia ipſæ obuentiones eccleſiaſticæ prouenientes occaſione eccleſiæ: vt hic. & in hac ſignificatione, eccleſia conceditur ad firmam ſub annuo cenſu reddendo: quod licet: quia nullum ſpirituale locatur: & ideo non contradicit.cap.proxi.neque rubricæ. Sed quare ponitur in titulo iſto? melius poneretur. ſ. de iureiurand.vbi ſimilis decretalis ponitur querelam. Sed ideo ponitur, ne videretur prohibita talis locatio, eo quòd ſimpliciter videtur prohiberi, quòd eccleſia ſub annuo cenſu non concedatur in titulo iſto. Sed quare potius prohibetur iuriſdictio ſub annuo cenſu concedi? Reſpondeo quòd illi qui iudicant, nihil debent accipere. in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra.colla.2. cum ex officio ſuo ad hoc teneantur, & ex adminiſtratione: cum epiſcopatus ad hoc eis ſint deputati: ſed hic locatur ipſi fructus, qui etiam aliàs poſſunt vendi & diſtrahi.

2 De materia huius gloſſę vide plenè per Antonium Gomeziũ. tom.2. varia.reſol.c. 3. de locatione & cõductione.

† Cap.4.e tit. in 1. cõpilatio. & poſt concilium Lateranẽ.par.28 c.1. Et de materia te xt[9] & gloſſæ pleniſſime Turrecrematã apud Gratianum 1. q. 3. ĩ prin.

† Cephaia. † Capelly.

† Cõuenit.

† Vide omnino concilium Trid. ſeſſio.5. de refor. c. 1. & ſeſſi.23. de refor.c. 18.

† Lateran. ſub Alexã. iij.c.18. & c.1.eo. tit. in 1.cõpil. Et ꝑter cõciliũ Trid. proxime citatum concordat, cõciliũ Lateranen. ſub Innocẽtio iij.c. 11.re fertur in c. quia ĵ. eo. vbi hoc ſtatutum roboratur.

3 De varia ſignificatione hui[9] nominis. eccleſia, vide pleniſſime per Turrecrematã in ſumma de eccleſia.li. 1. c. 2. vbi pluresalias affert ſignificationes.

DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA docendi.

¶*Suprà viſum eſt qualiter ſpiritualia pretio concedi non debent: nunc ſubmittit de quibuſdam habentibus inſtar ſpiritualium: vt de magiſtris, & licentia docendi: vt in nigro. Abbas.*

De hac materia tracta.37.& 86.diſt.per totum.61.diſt.ſtatuimus. & c.miſerum.8.q.1.oportet.92. diſt. quis dubitet.extra de elec.cum in magiſtrum.

QVoniam.] Diuiditur in tres partes: In prima prouideri mandat de magiſtro: In ſecunda factum reprehenſibile inhibet: In tertia pœnam imponit, reddens cauſam. Secunda ibi, *Pro licentia.* Tertia: ibi, *Qui autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Volens eccleſia tãquam pia mater pauperibus ſcholaribus,qui parentũ opibus ſuſtentari non poſſunt,prouidere,ne legẽdi opportunitas ſubtrahatur eiſdem: Statuit concilium Lateranẽ. ꝙ per vnamquamq; cathedralem eccleſiã, vni magiſtro cõpetens beneficium aſſignetur: q clericos & ſcholares eiuſdem gratis doceat. Secundo dicit, ꝙ pro licentia docendi nullus pretium exigat:vel ſub obtentu alicuius cõſuetudinis ab his, qui docent aliquid petat: nec aliquẽ qui ſit idoneus, petita licẽtia impediat: qui aũt cõtra hoc venire pſumpſerit, ab eccleſiaſtico bñficio fiat alienus,qa dignũ eſt, vt in eccleſia fructũ ſui laboris non habeat,q eccleſiaſticum profectum nititur impedire. Nota ꝙ pro licentia docendi nihil debet exigi. Item qui eſt idoneus, admitti debet ad docendum. Itẽ punitur quis in eo, in quo deliquit, vt in fine dicit.

† De hoc articulo vide quos citabo in c. ſeq.

† In aliquot Gregorianis ita: ab eis, quos docent &c.

† fructus.

† Vincoñ. †Vintoniẽ. quod eſt aptius.

CAP. I.

QVoniam eccleſia Dei, ſicut pia mater prouidere tenet, ne pauperibus, qui parentũ opibus iuuari non poſſunt, legendi, & proficiendi opportunitas ſubtrahatur, per vnamquamque [a] cathedralem eccleſiam magiſtro [b], qui clericos eiuſdem, & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium [c] præbeatur: & infrà. ¶Pro † licentia verò docẽdi nullus pretium exigat [d], vel ſub obtentu alicuius conſuetudinis [e], ab eis, † qui docent aliquid quærat: nec docere quẽquam qui ſit idoneus [f], petita licentia interdicat. Qui autem cõtra hoc venire præſumpſerit,ab eccleſiaſtico fiat beneficio alienus: Dignum quippe videtur, vt in eecleſia fructum† ſui laboris [g] non habeat, qui cupiditate anĩmi, dum vendit docendi licentiam, eccleſiaſticum profectũ nititur impedire.

¶ Alexander iij. Vıntoñ. † Epiſcopo.

¶Pro licentia docendi nihil exigi debet,vel promitti, & exactum reſtitui, & promiſſum remitti debet, & negligente inferiore Prælato ad magiſtrum conſtituendum,ſupplebit hoc ſuperior.

a ¶*Per vnãquamq;.*] vt 37.diſt.de quibuſdã. & ĵ.eo. quia.

b ¶*Magiſtro.*] nomẽ hoc dicitur à monendo, ſiue à monſtrando. ff.de verbo.ſignifi. quibus.

c ¶*Competens aliquod beneficium.*] ſic ĵ.eo. quia debet ergo doctor beneficium habere ſui laboris: ſic & tutor dat alimenta præceptoribus pupilli, quoniam non tantum præeſt, rebus, ſed moribus.ff.de adminiſt.tut.cum plures.§.cum tutor.& beneficium ei conſtitui debet ſecundum dignitatem, & ſcientiã ſuam,ſicut aduocatis.ff.de var.& extraordi. cogni.l.1.§. in honorarijs.arg.ſ.de præben.de multa. Vin.

d ¶*Pretium exigat.*] quod ſi exactum fuerit reſtituatur.ĵ.c. proxi.quia gratis eſt danda docendi licentia, cum donum Dei ſit.ĵ.c. proxi. Bern.

e ¶*Conſuetudinis.*] quaſi ſimoniacũ reputatur hoc: quia conſuetudo hic non habet locũ, ſicut nec in ſacramentis eccleſiaſticis.ſ.de ſimo. cum in eccleſijs. & in pluribus alijs c.Bern.

f ¶*Qui ſit idoneus.*] Nota,ꝙ ei qui idoneus eſt,non eſt deneganda licentia docendi,quia per conſequens denegat doctrinã ignorantibus: vt dicitur in fin. quam diſpenſare alijs tenetur. arg.16.q.1.reuertimini. 1 ergo ſi non eſt idoneus, poteſt iuſtè denegari, quia malorum Doctorum doctrina mala eſt.1.q. 7.cõuenientibus.& imperitus matheſeos riſui patebit.37.diſt. qui de menſa.qui alios docet, ab alijs tunc edoceri non debet. in Auth.de ſan.epiſ.§.damus.coll.9. pœna vero huius eſt priuatio eccleſiaſtici beneficij: vt hic dicit.Ber.

1 Adde q. requirũtur vt dicatur idoneus non tãt in l. vnica C. de pfeſ. qui in vrbe Conſtan.l.9. iũcta.l. magiſtros C. de pfeſ.li.10.

g ¶*Sui laboris.*] furorem & pietatem ex eodem facto vendicare non licet,vt hic.& 17.q.4.miror. c.frater & coepiſcopus. & ff.de minor.auxilium:

PRohibeas.] Sunt duo dicta: Secundum: ibi,*Sanè.* Ab.Sic.

Casvs. Quia quidam pro licentia docendi pecuniam exigebant, præcipit Papa Vintoñ.epiſcopo, vt prohibeat, ne pro licentia docendi in parochia ſua aliquid exigatur, aut etiã promittatur: & ſi poſtea ſolutum aliquid fuerit, illud faciat reſtitui: & ſi aliquid promiſſum fuerit, faciat remitti promiſſum.quia ſcriptum eſt: gratis accepiſtis, gratis date. Secundo dicit, ꝙ ſi aliquis diſtulerit inſtituere magiſtros in locis congruis, liceat huic epiſcopo appellatione poſtpoſita, ad inſtructionem aliorum,ibi præficere viros ad hoc idoneos. Nota,ꝙ exactum vel promiſſum pro licentia docendi poteſt repeti: & promiſſum facere remitti. Item negligentiam ſubditorum epiſcopus ſupplere debet.Item per negligentiam amittit ius ſuum. Sed hic non eſt appoſitum tempus: ſed poſſet dici,ꝙ hoc poteſt referri ad arbitrium ſuperioris: vel tantum tempus poſſet dari, quantũ datur pro beneficijs vacantibus,ſcilicet vt per ſex menſes expectetur ille, qui debet inſtituere magiſtros, quia in tãto tempore non eſt magnum damnum.

CAP. II.

PRohibeas †,ne in parochia tua pro licẽtia docẽdi exigatur aliquid, aut etiam promittatur [h]. Si quid verò poſteà ſolutum fuerit,vel promiſſum, remitti [i] promiſſum facias, & reſtitui appellatione ceſſante ſolutum, ſciẽs quòd ſcriptum eſt: Gratis accepiſtis [k], gratis date. ¶Sanè ſi quis diſtulerit magiſtros in locis cõgruis inſtituere, tibi liceat [l] appellatione poſtpoſita, ibi † aliorum inſtructioni prǽficere viros prouidos, honeſtos, & diſcretos.

† Capit.1. eo.tit.in 1. compil. & poſt cõcil. Latera.ſub Alexan.iij. par.2.c.17.

Matth. 10.

† In codice Barbatiæ ita: ibi ad aliorũ inſtitutionem præficere viros pꝛuidos & diſcretos.

¶*Glo. ſeq. obijcit, dat ſolu.Vin.& aliam ſubdit.*

h ¶*Exigatur aliquid. aut etiã promittatur.*] Ex hoc videtur ꝙ turpitudo ex vtraque parte verſatur tamquã in ſpiritualibus: vt 1.q.1. quos conſtiterit. Quid eſt ergo quod dicit ſolutum reſtitui, cum in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis. ff. de condic. ob tur. cau. l. 3. & l. ſi ob turpem cauſam? Dixit Vinc.ꝙ ſubuenitur huic non in fauorẽ ſui, ſed in odium exigẽtis. ſimile. ſ. de ſimon. veniens. Sed qualiter illud intelligatur, dictũ fuit eod.tit.de hoc. Vel poteſt dici, ꝙ qui ſoluit, licet nihil dare debuerit, quia tamẽ quaſi coactus redimit ius ſuum, non delinquit: vnde ſibi potius reſtitui debet,quam remanere penes illum,qui plus peccauit: vt 1.q.3.ſi quis dator.

¶Idem

¶Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiam ſi hoc habeat conſuetudo.

CAP. III.

QVanto † Gallicana eccleſia: & infrà.¶Dignos eſſe animaduerſione cenſemus, qui nomen magiſtri ſcholarũ & dignitatem aſſumũt, & ſine certo pretio eccleſiaſticis viris docendi alios licentiã non impendunt. Cum autem hæc praua conſuetudo à cupiditatis [m]

† Capit.3. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilũ Latera. ſub Alexã. iij.par.2.c. 18. Hoc c. vt ait Vin. fuit impetratũ cõtra Cãcellariũ Pariſiẽſem q marchã, vnã à quo libet docẽte exigebat qđ eſt notandum pro intellectu huius cap. & pcedentis.

¶*Glo. ſequens dat duplicem lecturam eius quod de remiſſione hic dicitur.*

i ¶*Remitti.*] hoc bene notabile eſt,ꝙ auctoritate huius canonis non ſolum habet quis exceptionem, ſed etiam liberationis condictionem,ſimile eſt.de neg.geſt.ſi quis mandato.ff.de cõtrahen.emp.pactum.ff.de lib.leg.ſi ei cui fundum.& ff.de cõdi. cau.da.cauſa nõ ſecuta.qui ſe.ff.de condi.ſine cau. qui ſine cauſa ff.qđ met.cau.metum.§. ſed quod prætor. & ſ.de iureiuran. ex adminiſtrationis.ĵ.de vſu.tua.vel quod dicit remitti, intellige de facto, quoniam turpes promiſſiones nullæ ſunt. ſ. de pact.c.vlt.ff.de verb.oblig.generaliter. Lau.

k ¶*Gratis accepiſtis.*] 1.q.3.ſi qs epiſcopus.& c.res eccleſiæ.

l ¶*Liceat.*] Negligentiam ſubditorũ epiſcopus ſupplere debet.9.q.3.cũ ſimus. & ſ.de conceſ. præb.nulla.ſ. de ſupplend. neglig. præla.ſicut nobis.& c.dilecto. Ala.

QVanto.] Primo ponit factum damnabile: Secundo pœnã apponit: ibi, *Si qui vero.* Abbas.

Casvs. Conſuetudo erat in eccleſia Gallicana,ꝙ magiſtri ſcholarum ſine certo pretio alicui docendi licentiam non concedebant. Papa volens illam prauã conſuetudinem extirpare, quæ de radice cupiditatis procedit, prohibet ſub anathematis interminatione, vt quicũq; idonei fuerint regere ſcholas, ſine moleſtia vel extractione aliqua permittantur: & ſi qui huiuſmodi prohibitionis fuerint tranſgreſſores,officijs & dignitatibus ſuis ſpolientur. Nota pp dignitatem delinquentis crimen grauius puniendum eſſe. Itẽ Prælatis aſcribitur qđ in ſubditis laudabile reperitur,& eis imputatur quod in eis reprehenſibile probatur.Item nota magiſtros ſcholarum dignitatem habere.

m ¶*A cupiditatis.*] quæ eſt radix omnium malorum. 47. diſtin.bonorum.

a ¶*Idonei.*]

a ¶*Idonei.*] ſic ſ.eod.c.1.huiuſmodi autem magiſtri primum moribus,demum facundia excellere debent.C.de profeſ.& medi.magiſtros.lib.10. bonam enim conuerſationem debet habere teſtem doctrinæ,63.diſt. Valentinianus.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

b ¶ *Permittantur.*] Quid ſi vult regere in ſua perſona, nec licentiat alium,nunquid debet compelli? Arg.ꝙ non.93.diſt.illud. credo quòd nihilominus tenetur dare alijs licentiam.

c ¶*Officijs.*] ſic ſ.eod. c.1. Ber.

QVia nonnullis.] Primò ponit antiquũ concilium,quod ſecundo innouat & ſupplet: ibi. *Verum.* Abb.Sicu.

CASVS. Statuitur in Lateran. concilio,ꝙ in vnaquaq; cathedrali eccleſia inſtitueretur magiſter, qui pauper clericos gratis doceret, ſed quia illud male obſeruabatur, concilium generale illud præcipit obſeruari, adijciens, vt non ſolum in cathedrali eccleſia, ſed etiam in qualibet alia vbi facultates ſufficiunt,conſtituat̃ magiſter idoneus, & in metropolitana eccleſia theologus conſtituatur, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in alijs, quæ ad curam pertinẽt animarum, & cuilibet magiſtrorum à capitulo aſſignentur prouentus vnius ꝑbendæ:& ꝓ theologo à metropolitano tantũdẽ: non tñ ꝓpter hoc efficitur canonicus: Quòd ſi forte metropolitana de duobus grauetur,theologo prouideat, & grãmatico faciat in alia eccleſia prouideri. Nota quòd magiſter idoneus debet inſtitui in eccleſia, in qua ſufficiunt facultates.Item magiſter iuxta poſſe ſuum dẽt inſtruere diſcipulos ſuos Item à capitulo debent aſſignari magiſtro prouentus vnius præbendæ. Item aliquis poteſt habere præbendam ſine canonica.

radice proceſſerit, & decorem admodũ eccleſiaſticæ honeſtatis confundat: Mãdamus, quatenus (conſuetudine ipſa de veſtris eccleſijs extirpata) ſub anathematis interminatione hoc inhibere curetis: diſtrictè præcipientes,vt quicunq; viri idonei [a], & literati voluerint regere ſtudia literarũ ſine moleſtia & exactione qualibet, ſcholas regere permittantur [b]. ¶Si qui verò huiuſmodi prohibitionis, vel præcepti extiterint trãſgreſſores, eos officijs [c], & dignitatibus ſpolietis.

¶Innocen. iij. in concilio generali †.

¶*In qualibet cathedrali eccleſia,vel alia in facultatibus ſufficienti, debet à prælato vel capitulo vnus magiſter eligi,cui redditus vnius præbendæ debent aſſignari. in Metropolitana verò eccleſia etiã eligi debet theologus: & ſi ad grammaticum & theologũ non ſufficit, prouideat ipſi theologo ex redditibus ſuæ eccleſiæ, & grammatico faciat prouideri in aliqua eccleſiarum ſuę ciuitatis,vel diœceſis.*

CAP. IIII.

QVia nonnullis propter inopiam,& legendi ſtudium,& oportunitas proficiendi ſubtrahitur [d], in Lateran. [e] concilio pia fuit cõſtitutione† prouiſum,vt per vnamquamq; cathedralem eccleſiam, magiſtro, qui eiuſdem eccleſiæ clericos, aliosque ſcholares pauperes [f] gratis † inſtrueret, aliquod competens beneficium præberetur: quo & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam. Verum quoniam in multis eccleſijs id minimè obſeruatur [g]: Nos prædictum roborantes ſtatutum, adijcimus, vt non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus, à Prælato cum capitulo,ſeu maiori & ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica † facultate, ac alios inſtruat iuxtà poſſe. ¶Sanè Metropolis eccleſia theologum nihilominus habeat,qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat: & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur autem cuilibet magiſtrorum à capitulo vnius pręben dæ [h] prouentus [i]: & pro theologo à Metropolitano tantundem: Non ꝙ propter hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu redditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quòd ſi fortè de † duobus eccleſia Metropolis grauetur,theologo iuxtà modum prędictum ipſa prouideat: grammatico verò in alia eccleſia ſuę ciuitatis,ſiue diœceſis, quæ ſufficere valeat, faciat prouideri.

¶Honorius tertius.

¶*Prælati & capitula ad ſtudia theologiæ ſcholares dociles tranſmittere tenentur, qui in abſentia redditus præbendarum ſuarum, & beneficiorum, per quinquennium integraliter percipient: & ſi proprij redditus ad ſuſtentationem ſtudij eis non ſufficiunt,debet Prælatus cum capitulo eis prouidere: magiſtri verò donec docuerint, integrè percipiunt fructus beneficiorum ſuorum.*

ricis eiuſdem eccleſiæ, & pauperibus nihil exigere debet, ſed gratis docere, quia propter illos ſtatuitur beneficium, & non propter diuites. Sed ſi ex honeſtate gratis omnibus ſeruiret,honeſtè faceret,& laudandus eſſet, aliàs diuitibus gratis laborem ſuum impendere nõ tenetur. ſi vero beneficium nullum ſuper hoc conſtitutum eſt,ſicut Bonoñ. doctoribus, licite exigunt collectam: quia ſuis ſumptibus hoc facere non coguntur, ſ.de pręſcri. cum ex officij. 12.q. 2. charitatem.& c.quicunque. & c. eccleſiaſticis. & 28.q.1. iam nunc. in fin.ſicut iuriſperitus cõſilium vendere poteſt. 14.q.5.non ſane. Nec obſtat ſi dicas, ꝙ gratis debent docere: quia nihilominus poteſt petere laboris ſui mercedem:ſicut teſtis,qui gratis teſtificatur, licitè petit ſumptus.4. q. 4. c. ſi teſtes. §. venturis. & ſ. de ſimo.cum ſit Romana. & iudex petit ſumptus ꝙ gratis debet iudicare, ſ.de vi. & hone. cle.cum ab omni.licite ergo poteſt petere collectam,cui beneficium conſtitutum nõ eſt. Io.

g ¶ *Minime obſeruatur.*] Vnde inſtaurandum eſt, & procurandum, vt fiat: vt 8.diſt. quæ contra.

¶ *Glo. ſeq. quærit & ſoluit: iterum quærit. alleg.pro & contra, & ſoluit, tertio quærit & ſoluit.*

h ¶ *Vnius prębendæ.*] Quid ſi non vacat aliqua præbenda? Expectetur quouſque vacet. Nunquid canonici tenẽtur alium eligere, vt numerus ſit plenus, cũ ille magiſter non ſit canonicus? Videtur ꝙ ſic, ſ. de inſti.in eccleſia. ff.de decur. l. generaliter.§.penul. & ſi canonici ad tempus iuſta de cauſa retineant fructus pręben dę: nihilominus eligere debent: aliàs curreret tempus. ſ.vt eccl.benefic. vt noſtrum. maxime ſi numerus certus eſt & iuratus.Sed hoc non videtur,quia iſte electus nihil perciperet: ſed ſpiritualia ſine temporalibus diu eſſe nõ poſſunt, ſicut nec anima ſine corpore.1.q.3.ſi quis obiecerit 2. Et dic, ꝙ canonici eligere non debent alium auctoritate huius concilij, nec dicuntur facere contra numerum,vel iuramentum, nec currit eis tempus ad eligendum beneficio huius conſtitutionis,quãdiu fuerit ibi magiſter qui doceat & percipiat illud beneficiũ, quia nec dicitur beneficium illud vacare, niſi ab eo tempore, quo magiſter ibi non fuerit: ſecus dico cum ex cauſa retinerentur prouentus ad tempus: quia tunc currit tempus, vt in prædic.decre.vt noſtrum. quia tunc electus modicum tempus poteſt expectare. Item nunquid aliquis magiſter poſſet eligi in canonicum ſub illa conditione, vt doceret 3? Non credo: quia ceſſare debet omnis conditio. ſed ſi vacante aliqua præbenda, ſtatuerunt, ꝙ illud onus eſſet annexum illi præbendæ, non credo ꝙ tunc eſſet ſimonia. arg.ſ. de præbend. ſignificatum.imo ſatis licitum. Ber.

i ¶*Prouentus.*] 4 Non tñ percipient quotidianas diſtributiones,quę tm̃ reſidentibus dari cõſueruñt.ſ.de præben.licet.Ber.

d ¶ *Subtrahitur.*] 1 quia non habent à quo diſcant, vnde habent excuſationem: aliàs non.37.diſtin.§.vlti.& ff.de iur.& fact.igno.l.regula.§.1.ff.de bon.poſ.in bonorum, & quia quidam expenſas non habent, vnde ſtatuitur, vt beneficia habeãt prout ſequitur.

e ¶*In latera.*] ſ.eo.cap.1.

¶*Gloſſa ſequens quærit ad negatiuam.alleg.tria: ſoluit diſtinguendo.*

f ¶ *Pauperes.*] Sed nunquid à diuitibus poteſt petere collectam? Videtur quòd non,quia ſi vult dici philoſophus,projiciat pecuniam,exemplo Socratis.12.q.2.Socrates.aliàs eſt ſub illo c.gloria epiſcopi. Item ſcientia donum Dei eſt,ergo vendi non poteſt.1.q.3. non ſolum. Item profeſſores iuris licitè recipiunt pecuniam,ſed non licitè petunt.ff.de var. & extraordin.cogni.l.1.§.ſi enim quidam.Poteſt dici,quòd iſte cui competens beneficium conſtitutum non eſt, à diuitibus poteſt petere collectam: & hoc non prohibetur ex iſta litera, ſed à cle-

† Scilicet, Lateran.c. 11.& c.vnico.eod.tit. in 4.cõpil. concordat concil. Lateran. ſub Alex. iij.c. 18 relatum ſ.eo. tit. c 1. vide nouiſſime decreta in cõcilio Trid. ſeſſio.5. de refor. c. 1. & ſeſſ. 23. de refor.c. 18.

† inſtitutione.

† De materia text. & gloſſæ, vide B. Thomã 2. 2. q. 100.art. 3. ad tertium argũ Sotũ lib 9. de iuſti. & iure. q.6.arti. 1. ad tertium argm̃ Turrecrematã in c. nõ ſolum.1.q.3. Syluestrũ in ſumma verbo Simonia. qõ. 10.& Horatium Lutiũ tractat. de priui.Scholariũ priuilegio.88.

1 Hæc gloſſulam non inuenio in antiquis exemplaribus nec puto Bernardi eſſe.

† grammaticæ.

† Aliàs ita: de duobus magiſtris.

2 Et idẽ canonicatus cenſeretur duplici iure: vno habente ſpiritualia: & alio habente temporalia:quod nec debet eſſe. 12. q. 1.cognoui mus. ſecundum Goff. Ioan.And.

3 De hoc articulo vide ampliꝰ hic ꝑ Hoſtieſem.Io. Andreã.Panormitanũ & docto.

4 Hæc gloſſula deeſt ĩ antiquioribus codicibus.

SVper ſpecula.] Primò ponit ſtatutum antiquum, quod ſecundo addendo corroborat: ibi, *Statuentes.* Abbas.

CASVS. Quod ſtatutum fuit per concilium generale in capitulo præcedenti de magiſtris theologis, præcipit Honorius inuiolabiliter obſeruari, ſtatuens, ne propter raritatem magiſtrorum ſe forſan poſſent aliqui excuſare, vt ab eccleſiarum Prælatis & capitulis ad theologiæ ſtudiũ aliqui dociles deſtinentur: qui cũ docti fuerint, alios poſtmodum inſtruãt & informent, quibus ſi prouentus eccleſiaſtici nõ ſufficiunt, Prelati & capitula neceſſaria ſubminiſtrent. In fin. dicit, ꝙ docentes in theologica facultate, & ſtudentes in ipſa, integrè per annos v. de licentia ſedis Apoſtolicæ, percipiant beneficiorũ & præbendarum ſuarum prouentus, non obſtante contraria cõſuetudine, vel ſtatuto: cum præmio fraudari non debeant in vinea Domini operantes. Nota quòd vna conſtitutio confirmat aliam. Item docentes & ſtudentes in theologia debent per quinquenniũ prouentus beneficiorum ſuorũ percipere. Item tollitur cõſuetudo inducta contra iſtud ſtatutum.

† Pars hui⁹ c. ſ. titu. ne cleri. vel monachi & j. de priuileg. c. ſuper ſpecu.

† theologiæ.

† Vide in Auth. habita. C. ne filius ꝓ patre.

† Vide concilĩu Trid. ſeſſ. 5. de reforma. c. 1. circa finẽ. §. docẽtes vero. & Horatium Lutium tract. de priuile. ſcholariũ priuilegio. 98. vbi pleniſſime de materia huius §.

CAP. V.

SVper † ſpecula: & infrà. ¶Volumus & mandamus, vt ſtatutum in concilio generali [a] de magiſtris theologis ꝑ ſingulas metropoles ſtatuendis, inuiolabiliter obſeruetur [b]: Statuentes vt quia ſuper hoc propter raritatem [c] magiſtrorum ſe poſſent aliqui forſitan excuſare, ab eccleſiarum Prælatis & capitulis, ad theologicæ † profeſſionis ſtudium aliqui docibiles [d] deſtinentur: qui cum docti fuerint, in Dei eccleſia velut ſplendor † fulgeant firmamenti: ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi doctorum: qui velut ſtellæ in perpetuas æternitates manſuri, ad iuſtitiam valeant plurimos erudire: quibus ſi proprij prouentus eccleſiaſtici nõ ſufficiunt, prædicti [e] neceſſaria ſubminiſtrent. ¶Docẽtes † verò in theologica facultate, dũ in ſcholis docuerint: & ſtudentes in ipſa, integrè [f] per annos [g] quinque percipiant de licentia [h] ſedis Apoſtolicæ prouentus præbendarum, & beneficiorum ſuorum: non obſtante aliqua alia conſuetudine, vel ſtatuto: cum denario [i] fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

a ¶*In concilio generali.*] ſ. c. proxi. Ber.

b ¶*Obſeruetur.*] nec tamen ſeruatur, & ita nullus eſt fructus illius ſtatuti & aliorum.

c ¶*Propter raritatem.*] Qui non habent à quo diſcant, bene habent excuſationem: aliàs non. 38. diſtin. §. vlti. & ff. de iur. & fact. igno. regula. §. 1. & ff. de bono. poſſeſ. in bonorum. & quia quidam expenſas non habent, vnde ſtatuitur quòd beneficia habeant, prout ſequitur.

¶*Glo. ſeq. tria dicit. principium & finis de miſsione, & suppletione, medium de ſuperfluitate.*

d ¶*Docibiles.*] id eſt, habiles ad docendum 1: & iſti à capitulis poſſunt eligi, vt mittantur, vt poſtmodum doceant: & ſi propria beneficia illis non ſufficiant, de bonis capituli ſuppleantur, prout ſequitur. Sed vt quid etiam membranas occupant? 19. diſt. ſi Romanorum. cum iſtius conſtitutionis quo ad hunc articulum nullus ſit effectus, ſicut nec præcedentis: leges enim iſtæ impoſitæ ſunt verbis, & non rebus, cum potius contrarium ſit verum. C. communia de lega. l. 2. in fi. Sed nũquid qui docibiles ſunt, poſſunt petere, vt ſuppleatur quod eis deſit? arg. ꝙ ſic ex hac conſtitutione. Bern.

1 Vnde melius dixiſſet dociles: qa homo docilis, ſcientia docibilis qñq; tamẽ ſumiť vnũ pro alio. Vnde. Ioã. 6. Et erunt omnes docibiles Dei. & ſimile verbũ 22. diſtin. qui eps. ſecundum Goff. Ioan. And.

e ¶*Prædicti.*] ſcilicet, prælati & capitula. ex hoc eſt arg. quod poſſunt ad hoc compelli.

f ¶*Integrè.*] Non tamen percipient quotidianas diſtributiones, quæ tantum reſidentibus dari conſueuerunt. ſ. de præbend. licet. vbi de hoc.

¶*Glo. ſeq. quærit, reſpondet alleg. contrarium.*

g ¶*Per annos quinque.*] Nunquid determinatio iſta determinat omnia præcedentia? non videtur, ꝙ primis aliquod tempus adijciatur: ſed docentibus, & alijs, qui à capitulis non eligentur, & quia illi maius tempus requirunt ad hoc vt doceãt, quod ſatis videtur ex hoc §. quia hic non fit mentio de illis. Sed contra. ſ. de appel. inquiſitioni. arg. in fi. qa hęc determinatio in fine ponitur, vt ibi dicitur.

h ¶*De licentia.*] ſcilicet generali, conceſſa auctoritate huius conſtitutionis, vnde non eſt neceſſe aliam indulgentiam impetrare. ſic 80. diſt. non debere. & 16. q. 1. cunctis. & 100. diſtin. quoniam. & ſ. de tranſlatio. inter corporalia. & ff. de condi. inſtit. quæ ſub conditione. §. vlti. ſed executio ſola impetrari debet, ſi capitula hoc non faciant, quia parum valeret eſſe iura in ciuitate, niſi eſſet qui ea exequatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originem. Bern.

i ¶*Denario.*] ideſt, præmio, imo qui venit extremus, diſpenſatore vocante tantumdem recipit, quantum qui venerat ante, arg. ſ. de conſtitu. cũ omnes. Io.

TITVLVS VI.

De Iudæis, & Sarracenis, & eorum ſeruis.

DE IVDÆIS ET SARRACENIS, & eorum ſeruis.

¶*Suprà viſum eſt de his, qui ſpiritum ſanctum per ſimoniam vendendo blaſphemant, conſequenter ſubmittit de his, qui Deum dehonorant male colendo, vt ſunt Iudæi, & Sarraceni, & de his auctor tractaturus ſubmittit etiã de eorum ſeruis: Et aduerte quia ſerui dicuntur ſtricto modo carentes libertate, ſed largo modo, etiam ſeruientes pro mercede, vt famuli, dicuntur etiam ſerui à ſeruiendo. & de vtriſq; tractatur in hoc. Abb. Siculus.*

De hac materia tractatur 23. q. 4. & q. 5. & q. 6. & q. 8. in c. diſpar. & 28. q. 1. & q. 2. per totum. & 56. diſt. Iſmael. 45. diſt. c. 2. & cap. 4. 11. q. 3. ad menſam.

¶ Ex concilio Mateñ. †

† Matiſcen. † Maticen. † Macien. Sed extat in cõcilijs editis ĩ cõcilio Matiſconẽſi 1. cap. 16. refert Burchardus li. 4. decre. c. 88. Iuo parte 1. c. 282. Gratianus ſiue Palea. 54. diſt. c. 18. & c. 1. eo. tit. in 1. cõpil. & vide motas ĩ hoc c.

¶*Si ſeruus à Iudæo emptus cauſa mercimonij, factus eſt, vel fieri deſiderat Chriſtianus, pro xij. ſolidis redimitur.*

CAP. I.

PRæſenti cõcilio ſancim⁹, vt nullum Chriſtianũ mancipium, Iudęo ſeruiat [k], ſed datis [l] duodecim ſolidis pro quolibet bono mancipio, ipſum quicunque Chriſtianorũ, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitium [m], licentiam habeat redimendi. Et ſi Chriſtianus fieri deſiderat, & non permittitur, idem fiat [n]: Quia nefas eſt, quem Chriſtus redemit, blaſphemum [o] Chriſti in ſeruitutis vinculis detinere.

PRæſenti.] Primò ponit conſtitutionẽ de baptizato, vel baptizari volente: Secundò eius cauſam: ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

CASVS. Iudæi retinebant ſeruos Chriſtianos, ſtatuit concilium iſtud, quòd decætero Iudæi ſeruos Chriſtianos non retineant, ſed liceat Chriſtiano cuilibet datis xij. ſolidis pro quolibet mancipio, ipſum redimere ſiue ad libertatem, ſiue ad ſeruiendum ſibi: & ſi ſeruus Iudæi Chriſtianus fieri deſiderat, & non permittitur, idem fiat, quia nefas eſt Iudæum in ſeruitutis vinculis retinere illum, quem Chriſtus ſanguine ſuo redemit. Nota, quòd Iudæi, vel Pagani Chriſtianos ſeruos habere non poſſunt, ſed hoc ipſo in libertatem ſcribuntur.

k ¶*Seruiat.*] Nec cum Iudæis Chriſtiani morentur. 28. q. 1. Iudæi. & c. ſæpe. & c. nullus. Sed in agro, vbi cum Iudæo non moratur, bene poteſt ſeruire. j. c. proxi.

l ¶*Datis.*] Sic j. c. proxi. vbi de hoc. Et intellige hoc c. ſecundum illud de mancipio empto cauſa mercimonij: aliàs nullo pretio dato eripitur in libertatem. Vel ſi venalis infra tres menſes non fuerit expoſitus, vt ibi. Ber.

¶*Gloſſa ſequens declarat de quo ſeruitio intelligatur, & quid ſi pretium habere non poteſt: ſubdit & ſoluit duas quæſtiones.*

m ¶*Seruitium.*] non tamen erit ſeruus illius, ſed reſtituet ei pretium & erit omnino liberatus. arg. Inſtit. de noxa. ac. §. dominus. Vel ſi non poteſt habere ſtatim pretium, ſeruiat ei tantum quòd ſeruitium compenſetur cum pretio, & poſtea eat liber quò vult. C. de capti. & poſtlimi. reuer. l. vlti. 36. q. 1. de raptoribus. Quid ſi plures emptores ſimul concurrant 2? Locus erit gratificationi. ſ. de iure patronat. cum autem. ff. ad Sylla. ſi quis in graui. §. ſi cum omnes. Quid ſi nullus emptor appareat? nihilominus erit liber, & oſtiatim quærat pretium. ff. de manumiſ. l. 4. §. ſuis autem aut pro pecunia operas præſtet, vt dicitur in l. prædicta. C. de capt. l. vlti. ſcilicet quinque annis, vt ibi dicitur.

2 Primo epiſcop⁹ loci eligat magis idoneum. ff. de accuſa. l. ſi plures Goffre. ad hoc de procur. ſi duo. lib. 6. Dico, ꝙ ſi alter meliorem cauſam offert, vt redimat ad libertatem, alter ad ſeruitiũ ille præeligatur. Ioã. And.

n ¶*Fiat.*] prout dictum eſt. & j. eo. c. vlt.

o ¶*Blaſphemum.*] id eſt, Iudæum blaſphemantem Chriſtũ. arg. j. eo. cum ſit.

Multorum.

MVltorum.] Diuiditur,quia duo ſunt dicta: Secundum:ibi, *Hi verò*.Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd nullus Iudæus Chriſtianum mancipium debeat in ſuo dominio retinere: ſed qui apud eos inueniuntur, libertate donentur. Secundò dicitur, quòd originarij, qui in poſſeſſionibus Iudæorum ſunt, qui diutius adhęſerunt, quamuis liberi ſint, remaneant ad colenda rura illorum, & iura ſua eis exhibeant, & nihil aliud ab eis exigant: Tertiò dicitur, quòd ſi aliquis Iudæorum aliquem de originarijs ſuis ad alium locum transferre voluerit, vel in ſeruitio ſuo ſecum retinere: ius colonarium quod habet in eo, amittat. Nota quòd Chriſtiani cum Iudæis habitare nō debent. Item originarij liberi ſunt,quamuis glebæ ſint aſtricti. Idem argu. quòd ex tempore ſeruitus acquiritur. Item Iudæus, qui Chriſtianum liberum contra ius retinere voluerit, hoc ipſo ius illud amittit. Idem argu. ꝙ iuris ſeueritas, ſiue rigor ſeruandus eſt.

† Aliâs ita Lucæ. ſed ex regiſtro B. Gregorij lib. 3. indict. 12. epiſtola 21. videtur legendū epiſcopo Lunenſi.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cō pilatio. Et Vide Marquardum tract. de Iudæis par. 2. c. 5. & notas noſtras in 1. cap. huius tit. ad de extrauagāte Paul. iiij incipit Cū nimis abſurdū. & extrauagantē Pij v. inci. Romanus Pontifex quas omnino videas.

† cōditioni.

† conditionem.

† Alias ita: Verum, ſi quis quā.

† Genuen.

† Ianū.

Sed in regiſtro B. Greg. lib. 7. epiſtol. 5. indict. 1. vnde hoc eſt ſumptū ita habet: Iauario epiſcopo Caralitano.

¶Gregorius Epiſcopo Lucen.†

¶*Iudæus Chriſtianum in ſeruum habere non poteſt, in aſcriptitium verò poteſt.*

CAP. II.

MVltorum † ad nos: & infrà. ¶Nulli Iudæo liceat Chriſtianum mancipium in ſuo dominio retinere, ſed ſi qui apud eos inueniuntur, libertas [a] eis ſeruetur. ¶Hi verò, qui in poſſeſſionibus eorum ſunt, licet legum diſtrictione ſint liberi [b]. tamen quia colendis terris eorum diutius adheſerūt [c], vtpote conditione † loci debentes [d], ad colenda rura remaneant, conſuetas penſiones prædictis viris præbentes. Cuncta etiam, quæ de colonis, vel originarijs iura pręcipiunt, peragant & nihil eis extra hoc oneris indicatur. ¶Quòd † ſi quiſquam Iudæorum aliquem de his [e], vel ad aliud obſequiū retinere [f] voluerit, ipſe ſibi imputet [g] qui ius colonarium, & ius dominij [h] ſibi iuris ſeueritate [i] damnauit [k].

¶Idem Gen.† Epiſcopo.

¶*Iudæi antiquas ſynagogas retinere poſſunt, nouas erigere non poſſunt.*

CAP. III.

IVdæi † de ciuitate; & infrà. ¶Sicut legalis [l] diffinitio Iudæos nouas non patitur erigere ſynagogas, ita eos ſine inquietudine veteres habere permittit [m].

¶Alexander tertius.

¶*In die veneris ſancti, non licet Iudæis tenere oſtia, vel feneſtras aptas.*

CAP. IIII.

QVia † ſuper his: & infrà. ¶Generaliter interdicas, vt Iudæi oſtia, vel feneſtras, in die Paraſceues aperta † non habeant [n], ſed clauſa teneant tota die.

¶Idem in concilio Lateran.†

¶*Excommunicari debent Chriſtiani qui in domo ſeruiunt Iudæis, vel Sarracenis, ſiue Paganis: Et principes ſeculares excommunicari debent, qui Iudæos baptizatos ſuis bonis ſpoliare præſumunt.*

CAP. V.

ij IVdæi, ſiue Sarraceni [o], neque ſub alēdorum puerorū ſuorū obtentu, nec pro ſeruitio [p], vel alia qualibet cauſa, Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittatur [q] habere:

a ¶*Libertas.*] 44. diſt. mancipia.

b ¶*Sint liberi.*] Nota, originarios, ſiue aſcriptitios liberos eſſe. C. de agricolis & cenſi. l. diffinimus. lib. 11. ergo non repelluntur à legitimis actibus. arg. ff. de teſt. l. 1. C. de poſtu. l. vltim. quod verum eſt, tamen ad ordines non admittuntur, niſi de licentia dominorum. 54. diſt. ſi quis obligatus. & cap. admittuntur. Arg. contra. diſt. ea. ſi ſeruus. ſed ibi nihilominus tenetur ſeruire domino. Ala.

¶*Gloſſa ſequens arg. & ſignat contrarium, & remittit, ſecundò arg. & ſoluit contrarium.*

c ¶*Diutius adhæſerunt.*] Arg. ꝙ ex tempore ſeruitus acquiritur, & ſeruitia conſueta pręſtari debent. 18. q. 2. ſeruitium. ff. de aqua plu. arcenda l. 1. §. ſicut. ff. ſi ſer. ven. ſi quis diuturno. 1 C. de ſer. l. 1. & 2. Arg. contra, 1. q. 1. nullus epiſcopus de hoc dictum eſt ſ. de conſue. c. vlt. ſupra de cenſib. peruenit. Et ita habes hic, ꝙ ex tempore aliquis efficitur originarius, ſcilicet xxx. annorum. 2 C. de agri. & cenſi. litibus. cum ſatis lib. 11. Arg. contra. C. de præſcrip. quæ pro libertate opponitur. l. vlt.

d ¶*Debentes,*] id eſt, obligati, & aſtricti ad colenda rura. Ber.

e ¶*De his.*] ſcilicet, originarijs, vel colonis.

f ¶*Retinere.*] forte in domo ad ſeruiēdum ſibi: quod eſſe nō debet, vt dicit in princ. cap. & ſ. eo. c. 1. j. eod. Iudęis.

g ¶*Ipſe ſibi imputet.*] ſcilicet, Iudæus, qui trāſtulit colonum ad aliū locū, vel ad aliud ſeruitiū, imputet ſibi, quia hoc ipſo amiſit ius colonarium, quod habebat in colono, & colonus liber erit ab illo iure: ſic & in colono liberi hominis: vt ſi dominus velit vendere fundum, & transferre colonum ad alium locum: non poteſt eo inuito. C. de agri. & cēſi. quis prædium. lib. 11. vel ſi velit diuidere aliquam agnationem colonorum, vel affinitatem, transferendo eos ad aliam colonariam, redintegrandi ſunt. C. communia vtriuſque iud. poſſeſſionem. & de agri. & cenſi. diffinimus. lib. 11. & ſic Iudæus ſibi imputet.

h ¶*Ius dominij.*] ſcilicet, quod habuit in gleba, quò ab ea recedere non poterat; dominus enim perſonæ non fuit, quia liber homo eſt: vt ſ. eod. cap.

i ¶*Iuris ſeueritate.*] Arg. ꝙ iuris ſeueritas, ſiue rigor ſeruandus eſt, ſed hoc eſt in odium illorum Iudæorum. Ber.

k ¶*Damnauit.*] id eſt abſtulit ſibi ius colonarium ipſo facto Vel expone, damnauit, id eſt, fecit id, propter quod damnatur, & auferturei s ius colonarium, vel ipſe colonus ſibi imputet, qui non vult agere contra Iudęū, qui tranſtulit ipſum. ſed primum verius quantum ad alterā partē diſiunctæ, vt ſi vellet retinere Chriſtcoē nulonū ſecum in domo, illud non eſt permittendū, imo excommunicandi ſunt, infra eodem, Iudæi. 2. reſponſo. & cap. ad hoc. vbi redditur cauſa quare. Ber.

1 Qui diuturno vſu & longa quaſi poſſeſſiōe ius aquę ducē de nactus eſt: non habet docere quo iure cōſtitutum ſit. Io. And.

2 Et tunc etiā proles eſt originaria: licet triginta annis ibi non manſerit: vt in l. cū ſatis. Ioan. And.

IVdæi de.] CASVS. Iudæi ſecūdum leges nouas ſynagogas erigere nō debent, ſed veteres permittuntur habere. Nota, ꝙ Iudæi non poſſunt facere nouas ſynagogas, licet poſſint veteres retinere.

l ¶*Legalis diffinitio.*] C. de Iudeis l. vlt. Ber.

m ¶*Habere permittit.*] Etſi corruerint, de nouo poſſunt illas reædificare in priſtinum, ſtatum, non tamen vt ampliores faciant. j. eo. conſuluit. arg. ff. de no. ope. nun. l. 1. §. opus nouum. & §. ſi quis ædificium. Ber.

QVia ſuper.] CASVS. Dicitur, quod in die Paraſceues nullus Iudæus aperiat feneſtras ſuas, nec exeat in publicū, ſed teneat eas clauſas. Nota Iudæos in die Paraſceues oſtia, vel feneſtras aperire nō debere, nec in publicum exire.

n ¶*Aperta nō habeāt.*] Conſueuerunt. n. tunc deridere Chriſtianos in contumeliā creatoris. j. eo. in nonnullis. cū enim fidem noſtrā cōtemnant, nec ritus ſuos eis permittimus. C. De Iudæ. Iudæos. vnde in publicum exire non debent. j. eod. in nonnullis. Ber.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cō pilatio. Vide extrauagantes præcedenti c. citatas & Marquardum tract. de Iudæis par. 1. c. 3.

† Cap. 7. e. tit. in 1. cō pilat. Vide Repertorium inquiſitorū verbo: Iudæus. §. vl.

† Aliâs ita apertas nō habeant, ſed clauſas, &c.

† In concilio Laterā. c. 26. & c. 5. eo. tit. in 1. compil. Vide notas noſtras in hoc decretum.

ij ¶*Vdæi ſiue.*] Duo ſunt dicta. Secundum: ibi, *Si qui.* Abbas Siculus.

CASVS. Primò dicitur, ꝙ Iudæi, ſiue Sarraceni Chriſtianas mulieres, vel Chriſtiana mancipia nulla de cauſa ſecum debēt habere, & quicunque Chriſtianus cum his habitare præſumpſerit, excommunicetur. Secūdò dicitur, quòd ſi aliqui Iudęi, vel Sarraceni, Deo inſpirante, ad fidem Chriſtianam ſe conuerterint, à poſſeſſionibus ſuis nullatenus expellantur: cum propter hoc melioris debeant eſſe conditionis quàm ante fidem receptam: Si autem ſecus factum fuerit, precipit Papa Poteſtatibus locorum, vt partem hæreditatis, & omnium bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi. Nota, ꝙ Iudæi Chriſtiana mancipia habere non debēt. Item Chriſtiani cum Iudæis vel Sarracenis habitare non debent. Item eccleſia iudicat de his qui foris ſunt. Item Iudæus ad fidem conuerſus, à poſſeſſionibus ſuis excludi non debet. Item fidelis melioris conditionis eſt, quàm infidelis. Item argu. ꝙ iudices ſeculares compelli poſſunt per excōicationis ſententiam ad iuſtitiam faciendam. Item Papa ratione fidei de hæreditate iudicat.

o ¶*Iudæi ſiue Sarraceni.*] & ita cum Sarraceno morari nō licet, ſicut nec cum Iudæo, niſi aliquis ſpiritualis vellet ire, vt eis prædicaret: quod licet, vt j. eo. quòd ſit. & ſic intellige. 11. q. 3. ad menſam. 3

p ¶*Seruitio.*] ſ. eo. c. 1. & 2.

¶*Gloſſa ſequens obijcit & ſol. ponendo. x. caſus quibus eccleſia coercet Iudæos.*

q ¶*Permittantur.*] Sed quid ad nos de his qui foris ſunt: vt 2. q. 1. multi. & 45. diſtin. qui ſyncera? Sol de his qui foris ſunt non iudicat eccleſia, vt pœnam ſpiritualem infligat. In caſibus tamen 4 de eis: quia repellit Iudæos à communione Chriſtianorum. 28. q. 1. ſepe. ne ab eis corrumpantur, vt ibi. & j. eo. ad hoc. & hic. repellit enim eos à legitimis actibus. 2. q. 7. alieni. & ab officijs publicis. 54. diſtin. nulla officia. & j. eo. cum ſit. & cap. pen. & ne poſſint emere Chriſtiana mancipia. j. eod. c. vlt. &

3 De hoc articulo vide omnino B. Thomā 2. 2. q. 10. ar. 9.

4 Qualiter iudex eccleſiaſtic' animaduertat in Iudæos & quibus caſibus præter Doctores hic vide late Eymericū in Directorio inquiſitorum. par. 2. q. 46. Repetorium inquiſitorum verbo: Iudæus. §. an & ex qua cā, & Zāchinum tracta. de hæret. c. 36.

c.vlt.& 54.diſt.fraternitatem. Item non permittit eos facere nouas ſynagogas.j̃.eo.conſuluit.Item quod in diebus lamentationum non exeant in publicum.s̃.eo.c.proxi.& j̃.e.in nonnullis.Item quòd ſoluant decimas de terris quas colunt. s̃. de deci.de terris.& ne Chriſtiana mancipia circuncidant.54. diſ. nulla. ne ex teſtamento Chriſtiani aliquid capiant, & ille Chriſtianus eſt excommunicandus etiam poſt mortem.2.quæſt.2.ſane ꝓfertur. & excedẽtes verberibus ſubijciuntur.j̃. de rapt. in archiepiſcopatu. hic ergo eccleſia excommunicat tantum illos Chriſtianos, qui cum eis habitare præſumunt. quandoque tamen indirectè excommunicat eos, quia excommunicat Chriſtianos,ne cum eis aliquod commercium habeant. j̃.de vſu.poſt miſerabilem. & infrà. eod. etſi. in fin. &cap. poſtulaſti. R.

† Concordat extrauagãs Pauli pp. tertij. quæ incipit. Cupientes iudæos, vbi multa Iudęis cõuerſis priuilegia conceduntur.

Excommunicẽtur autem, qui cum eis pręſumpſerint habitare: & infrà. ¶Si qui † pręterea, Deo inſpirante,ad fidem ſe cõuerterint Chriſtianam, à poſſeſſionibus [a] ſuis nullatenus excludantur:cum melioris cõditionis ad fidem conuerſos eſſe oporteat,quàm antequam fidem ſuſceperint, habebantur. Si autem ſecus factum fuerit, Principibus, ſeu Poteſtatibus eorundem locorum iniungimus ſub pœna excommunicationis [b], vt portionem hæreditatis ſuæ, & bonorum ſuorum ex integro [c], eis faciant exhiberi.

¶Idem † in eodem.

¶ Chriſtiani deferentes Sarracenis merces prohibitas,vel in ipſorum nauibus nauigantes, excommunicandi ſunt,& rebus eorum priuandi, & efficiuntur capientium ſerui.

CAP. VI.

ITa quorundam animos occupauit ſæua cupiditas, ut qui gloriantur [d] nomine Chriſtiano Sarracenis arma, ferrum [e], & ligamina † deferant galearum: & pares aut etiam ſuperiores in malitia fiant illis,dum ad impugnandos Chriſtianos, arma eis, & neceſſaria ſubminiſtrant [f]. Sunt etiam, qui pro cupiditatę ſua, in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus, regimen & curam gubernationis exerceãt. ¶Tales igitur ab eccleſiaſtica communione præciſos, & excommunicationi ſubiectos [g], rerum ſuarum per Principes catholicos & conſules ciuitatum, priuatione [h] mulctari †, & capiẽtium fieri ſeruos [i] cenſemus. Præcipimus etiam, vt per eccleſias maritimarum vrbium crebra, & ſolemnis in eos excommunicatio [k] proferatur.

¶Idem.

¶Iudæi veteres ſynagogas in priorẽ ſtatum reformare poſſunt:de nouo erigere non poſſunt.

CAP. VII.

COnſuluit †: & infrà. ¶Iudæos de nouo conſtruere ſynagogas, vbi non habuerũt, pati non debes.¶Verum ſi antiquæ [l] corruerint, vel ruinam minantur,vt eas reædificent [m], poteſt æquanimiter tolerari: non autem, vt eas exaltent [n], aut ampliores,aut pretioſiores faciant quàm antea fuiſſe noſcuntur: qui vtiq; hoc pro magno debent habere,quòd in veteribus ſynagogis, & ſuis obſeruantijs tolerantur.

† Idem ſcilicet Alex. iij. in concilio Lateran.ca.24. & ca. 6. e. tit.in 1. cõpilatione. Et vide notas noſtras in hoc decretum.

a ¶ *Apoſſeſſionibus.*] niſi fuerint comparatæ de vſuris, quas tenẽtur vendere, & pecuniam reſtituere. j̃. de vſur. cum tu.

¶*Glo. ſeq.arg. & reci. poteſt obijciendo de dec. cauſam.*

b ¶*Excommunicationis.*] Arg.ꝙ iudex ſecularis compelli poteſt ad iuſtitiam ſeruandam. 23.q. 5. adminiſtratores. Et hoc videtur facere ratione fidei,quod intromittit ſe de hæreditate, aliàs non debet. s̃.qui fi. ſint legi. cauſã ſed illud intellige in quocunque caſu, vbi iudex ſecularis negligens eſt facere iuſtitiam, quod eccleſia ſe intromittere debet,& compellere ipſum.23.q.5. adminiſtratores.& q.2.dominus.& j̃.de maledic.c.2. Ber.

† lignamina.

c ¶*Ex integro.*] Prętcr ſeruos,qui eos præuenerint in fide. C. de epiſ.& cleri.Deo nobis.§.his ita.Ala.

I*Ta quorundam.*] primò ponit duplicem Chriſtianorum exceſſum: Secundò tripliciter punit:ibi, *Tales*. Abbas.

CASVS. Quidam Chriſtiani cęca ducti cupiditate deferunt Sarracenis arma,ferrum,& ligamina galearum: & dum ad impugnandum Chriſtianos prędicta eis miniſtrant,ſuperiores illis fiunt in malitia. Item ſunt & alij, qui in galeis & nauibus Sarracenorum curam gubernationis aſſumunt: omnes prædictos Lateranen̄. concilium excommunicauit, & præcipit illos per Poteſtates locorum bonis ſuis priuari, & capientium ſeruos fieri, & præcipit,vt per ciuitates maritimas crebra & ſolemnis excommunicatio proferatur. Nota quòd Chriſtiani qui cum Sarracenis impugnant Chriſtianos auxilio vel facto, deteriores ſunt quàm Sarraceni.Item ſeruitus hic inducitur iure canonico. Item excommunicatus poteſt iterum excõicari.

d ¶*Qui gloriantur.*]ſim.28.q.2.pernicioſam. & 86.diſt.tãta.

e ¶ *Ferrum.*] vt j̃.eo. ad liberandam. vbi hoc totum habes, quod hic dicitur. de quibus hic habetur, ad hoſtes transferri non debent: C.quæ res expor.non debeãt.l.2.& illi ſunt decapitandi. 1 vt ibi.& C. de commer. mercatores. ff. de pub. & vecti.cotem ferro.ſi enim non habent ferrum,nec arma:Nam cauſatum perimit, cauſa perempta,ſuum. & appellatione armorum intelliguntur fuſtes & lapides.ff.de ver. ſig.armorum appellatio. Lau.

1 Idem in his qui docẽt eos naues facere cum prius illi⁹ rei peritiã nõ haberent. C. de pœn. l. fina. Ioan. And.

¶*Glo.ſeq.arg.quòd clericus miniſtrans, &c.*

f ¶ *Subminiſtrant.*] Arg.clericum pro homicida haberi, qui pugnantibus arma miniſtrat, dũmodo ibi fiant homicidia. argu.50.diſt.ſi quis viduam 24.q. vl.c.vl.j̃.de homi.ſicut dignũ.

§.illi etiam. & §. hi quoque.

g ¶*Subiectos.*] & ſic ipſo iure sũt excõmunicati.j̃. e.qđ olim.

h ¶*Priuatione.*] Hoc potuit Papa facere contra laicos,ratione criminis commiſſi. Ber.

¶*Glo.ſeq.no.triplici iure ſeruitutem inductam.*

i ¶*Seruos.*] Nota ſeruitutem de iure naturali inductam.35. diſt. ſexto die. Item de iure gẽtiũ.diſ.1. ius gentiũ. Itẽ đ iure canonico.15. q.vl.cũ multæ.& hic.& j̃.e.ad liberandam. Vi.

¶*Glo.ſeq.no.excommunicatum iterum excommunicari. alleg. concor. & demum contrariam ponit opi.dat ſolutionẽ.*

† Adde ꝙ de iure ciuili puniũtur capite cum confiſca bonorũ. l. 2. C. quæ res ex por, non debeant.

k ¶ *Crebra & ſolemnis in eos excommunicatio.*] & tamen iſti ipſo iure ſunt excommunicati,& ſic excommunicatus poteſt iterum excommunicari.3.q.4. Engeltrudam. & argu. 11.q.3. excellẽtiſſim⁹. 12.q. 2. de viro.& 87. diſtin. eos qui.& qui in ſordibus eſt adhuc ſordeſcat.47. diſtin.quantum libet.in fi.Arg.cõtra.2.q.1.multi. quia de his quis foris ſunt, nihil ad nos.24. q.1. c.1. 2. 3. & 4. & s̃. de iudi. cum non ab homine. Item qui eſt extra eccleſiam,non poteſt eſſe magis extra eccleſiam. 11.q.3. omnis Chriſtianus. Item ar. contra.ff. de verb.obl.qui bis.idẽ M. dixit, quòd excommunicatus amplius excommunicari non poteſt, ſed denunciari poteſt excõicatus,& ſic intelligit omnia iura vbi ſæpius videtur aliquis excommunicari. & ſic intelligit hic. ſed tu dicas ꝙ excõicatus poteſt iterũ excõmunicari. Et ſunt duo effectus excommunicationis,vt dicunt quidam: Primus effectus eſt eijciendi extra eccleſiam: Secundus eſt detinendi extra: ſicut qui eſt ligatus vno vinculo, poteſt iterum ligari: 2 non eſt dubium quin excommunicatus poſſit adhuc excõicari: ſicut qui eſt in vno peccato,poteſt aliud committere:& ſic plus punitur,& ſic poteſt pluries excõicari. & magis ex hoc punietur, & ſecunda excommunicatio tunc primo incipit habere ſuum effectum, cum abſoluitur à prima. & tamen prima abſolutio non habuit ſuum effectum propter ſecundã excõicationem & ita finaliter non prodeſt prima abſolutio, niſi cũ abſolutus fuerit à ſecunda. De hoc dixi s̃.de offi.ordi. ex parte.& j̃.de ſent.excom.cum pro cauſa. Ber.

† Cap.1.e. tit.in 1. cõpila.par.5. c.cõſuluit. 3.s̃. de appel. Et de materia & intellectu pręter doctores hic vide Marquardũ tracta. de Iudæis par.1. cap.3.

2 Et bannitus iterum bãniri citatione ſolũ facta vbi habitare conſueuerat. De hoc ĩ Spe. de accuſ. ad finẽ.Io. And.

3 De facto de iure.n. hoc fecit mors Chriſti. infra e, & ſi iudæos in prin. & fi. Hoſt. Io. And.

C*Onſuluit.*] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi. *Verum*. Abbas.

CASVS. Iudæi nouas ſynagogas erigere non debent. ſed antiquas, ſi corruerint, poſſunt reædificare in priſtinam formam ſiue ſtatum, & non amplius exaltare quàm fuerunt:& hoc pro magno beneficio habere debent. Nota quòd aliud eſt de nouo facere,aliud eſt reficere.Item licitum eſt cõſummare, quod non eſt licitum incipere. Item eccleſia ſuſtinet Iudæos in ſuis obſeruantijs.

l ¶ *Antiquæ.*] Conſtantinus imperator contulit libertatem eccleſijs & Iudæos ſeruituti ſubiecit. 3 poſtea vero Iulianus imperator apoſtata dedit licentiam Iudæis nouas cõſtruere ſynagogas, 4 vt legitur in chronicis. Tan.

4 Puto gloſſam reſpexiſſe ad illud Iuliani, qui Iudæos cohortat⁹ ẽ, vt templũ Hieroſolymis ĩ odiũ Chriſtianorum reficerẽt, vt refert Nicephorus lib.10. hiſtoriæ eccleſi.c.32. & Caſſiodor⁹ in tripartita. li. 6.c.43.

m ¶*Reædificent.*] ſic s̃.eo.Iudæi. C. de Iudæ.l.vlt.quia aliud eſt tueri quód poſitum eſt. & aliud nouum facere. ff. de vſufruct. vſufructuarius nouum.

n ¶*Exaltent.*] non enim licet cuilibet poſſeſſori transformare poſſeſſionem,puta vſufructuario. ff. de vſufru.æquiſſimum. §.ſed,& colores.B.

Ad hæc.

A D hęc.] Primò prohibet: Secundò prohibitionis cauſam reddit: ibi, *Quoniam*. Abbas Siculus.

Casus. Præcipit hic Papa prælatis eccleſiarum, ꝙ ipſi prohibeant omnibus Chriſtianis, & compellant ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam, ne in ſeruitio Iudęorum morentur nec infantes Iudæorum nutrices mulieres in domibus eorum nutrire præſumant, quoniam Iudæorum mores moribus Chriſtianorum non concordant: & per aſſiduam conuerſationem ſimplices ad ſuam perfidiam inclinarent. Nota quòd familiaritas malorum vitanda eſt, ne boni corrumpantur ab eis.

†Cap.1.e. tit.in 2. cõpilatio. & poſt concilium Lateranen. ſub Alexã. iij. par.10. ca. 2.§.ad hęc Vide notas c. 1. & 5. hoc tit. adde Abbatẽ in c. poſt miſerabilem in fra d' vſur.

¶*Gloſſa ſequens arguit à contrario, quod ſtatim determinat.*

a ¶*Aſſiduè.*] ſic ſ. eo. c.1.& 2.& c.Iudæi 2.& eſt arg. ex eo ꝙ dicit, aſſidue, quòd interpolatim poſſunt ſeruire: quod intellige ſecundum tenorem illius c. ſ. eo. multorum. §. 1. ſed in domibus nullo modo, prout. j. ſequitur. & prædic. concor. 28.q.1.Iudæorum. ſæpe.& j.eo. etſi Iudæos.

† Dictio, eoſdem. d' eſt in antiquis.

b ¶*In eorundem domibus.*] Et ita videtur ꝙ extra domum Iudæorum poſſint: eadem prohibitio eſt j.eo.etſi.

c ¶*Concordant.*] 23. q.8.diſpar. & in habitu etiam differre debent à Chriſtianis, vt poſſint melius euitari. j. eo. in nonnullis.

d ¶*Simplicium.*] quia innocens credit omni verbo.22.q.4.innocẽs. ſimile 28. quæſt.1. cap. ſæpe.

¶Idem.

¶*In familiari ſeruitio Iudæorum Chriſtiani eſſe non debent.*

CAP. VIII.

A D† hæc omnibus Chriſtianis, qui ſunt in iuriſdictione veſtra penitus interdicatis, & ſi neceſſe fuerit, diſtrictione eccleſiaſtica compellatis eoſdem†, ne Iudæorum ſeruitio ſe aſſiduè[a], ꝓ aliqua mercede exponant: quod etiam obſtetricibus, & nutricibus eorum prohibere curetis, ne infantes Iudęorum in eorundem domibus[b] nutrire pręſumant: Quoniam Iudæorum mores, & noſtri in nullo concordãt[c]: & ipſi de facili ob continuam conuerſationem, & aſſiduam familiaritatem, ad ſuam ſuperſtitionem & perfidiam ſimplicium[d] animos inclinarent.

¶Clemens tertius.

¶*Iudęi inuiti non ſunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec ſine iudicio puniendi, aut rebus ſuis ſpoliandi, vel in ſuis feſtiuitatibus moleſtandi, nec ipſorum cęmeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.*

CAP. IX.

†Cap.3.e. tit.in 2. cõpilatio. & poſt concilium Lateraſi. ſub Alexa. iij. pa.10.c.1. Et de prima cõtextus parte vide Beatum Thomam. 2. 2. q.10. ar.8. & ibi Caietanũ & Turrecrematam in cap.de Iudæis. diſt. 45.

S Icut† Iudæi: & infrà. ¶Statuimus, vt nullus inuitos[e] vel nolentes Iudæos ad baptiſmum venire compellat. Si quis autem ad Chriſtianos cauſa fidei confugerit, poſtquam voluntas eius fuerit patefacta, Chriſtianus abſque calumnia efficiatur: quippe Chriſti fidẽ habere[f] non creditur, qui ad Chriſtianorum baptiſmum † non ſpontaneus, ſed inuitus cogitur† peruenire. ¶Nullus ẽt Chriſtianus corũ quẽlibet ſine iudicio terrenę poteſtatis[g] vel occidere†, vel vulnerare, vel ſuas pecunias auferre pſumat, aut bonas[h], quas hactenus habuerũt conſuetudines immutare: præſertim in feſtiuitatum ſuarum celebratione quiſquam fuſtibus, vel lapidibus eos nullatenus perturbet: neque aliquis ab eis coacta ſeruitia exigat, niſi quæ ipſi tempore præterito facere conſueuerunt. ¶Ad hoc malorum hominum prauitati, & auaritiæ obuiantes. Decernimus, vt nemo cœmeterium[i] Iudęorum mutilare, aut inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ[k] corpora humata effodere[l]. Si quis autem huiuſmodi decreti tenore cognito (quod abſit) contraire† præſumpſerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicationis[m] ſententia plectatur,† niſi præſumptionem ſuam digna ſatisfactione correxerit.

†baptiſma

† cognoſcitur.

† Vide B. Thomam. 22. q. 64. art.1.& 3. & Dominicum Sotum lib. 5. de iuſt. & iure. q. 1. art.2. & 3.

1 Hoc ſpectat horrẽdum illud facin9 qđ narrat Nicephorus lib.4.hiſtoriæ eccleſiaſt. c.16. vbi Iudęi i Chriſti cõtumeliam, infantẽ in cruce excarnificãt.

†Alias contrauenire.

† plectet.

¶Idem.

¶*Ponit duas indulgentias illorum, qui Paganis prędicant.*

CAP. X.

†Cap.4 e. tit.in 2.cõpilatio. Et vide Marquardum tract. de Iudæis. par.1. c.4. vbi plenẽ. adde B. Thomam 2.2. q. 10. art. 9.

Q Vàm† ſit laudabile: & infrà. ¶Tuis frater epiſcope petitionibus annuentes, tibi tuiſque ſocijs, cum ad prædicandam Chriſti fidem Paganis† exibitis, Apoſtolica auctoritate concedimus: vt vobis his cibis cum modeſtia & gratia-

† Scriptores Chriſtiani Paganos vocant omnes idolorum cultores, qui nũquam fidẽ catholicã agnouerunt.

S *Icut Iudæi.*] Diuiditur, quia continet multa dicta, quæ patent, Abbas.

Casus. Statuit Clemens Papa, quòd nullus Iudæus compellatur ad fidem venire inuitus: & ſi aliquis ad fidem confugerit Chriſtianam, poſtquam voluntas eius patefacta fuerit, abſque impedimento Chriſtianus efficiatur: fidem enim habere non creditur, qui non ſpontaneus ad fidem accedit. Secundò dicit, quòd nullus Chriſtianus ſine iudicio ſecularis poteſtatis Iudæum occidere vel mutilare, vel pecunias ſuas auferre præſumat, vel bonas conſuetudines Iudæorum immutet, nec in feſtiuitatibus ſuis perturbet, vel coacta ſeruitia exigat. Tertiò ſtatuit, vt nullus cœmeterium Iudæorum mutilare, aut inuadere, ſiue obtentu pecuniæ humata corpora effodere pręſumat. & ſi quis contra hoc fecerit, honoris & officij ſui periculum patiatur, aut excommunicetur, niſi ſatisfecerit. Nota quòd Iudæus non eſt compellendus inuitus recipere baptiſmum. Item coacta ſeruitia non ſunt à Iudæis extorquenda. Item Iudæi poſſunt habere cœmeterium.

e ¶*Inuitos.*] hoc ideo dicit: quia nullus ad fidem cogendus eſt. 23. quæſt.5.ad fidem. 45. diſtin.de Iudæis. q̃a ſi ſimpliciter & abſolute compellantur, non reciperent characterem: ſed ſi conditionaliter compellantur, bene recipiunt, & compellendi ſunt, vt fidem ſic ſuſceptam obſeruent, vt ſ. de bap.maiores. §. item quæritur.45.diſtin.de Iudæis. & ff.de ritu nupt. ſi patre.& C.eo.tit.nullus. Ber.

f ¶*Chriſti fidem habere.*] probatio eius quod nullus compelli debet ad fidem: quia fides ex neceſſitate eſſe non debet. 45. diſtin. quid autem.& cap.qui ſyncera. & 23.quæſt. 5.ad fidẽ.

g ¶*Sine iudicio terrenę poteſtatis.*] Nulli enim permiſſum eſt occidere, vel pœnam infligere, niſi cui ex officio permittitur 23.quæſt.5.qui malos. & cap. miles. & capit.cum miniſter. & pęna non eſt inferenda, niſi per iudicem. 33.q. 2. c. interfectores. §. in hoc.Ber.

h ¶*Bonas.*] ſecus ſi malas, ne deludant Chriſtianis prætendentibus ſigna lamentationis, & non prorumpant in cõtumeliam creatoris. j. eod. in nonnullis. & ne annuatim ſimulatã ſpeciem crucis exurant I.C. eod. Iudæos. ſed ſuas feſtiuitates more ſolito celebrent. 45. diſtinct. qui ſyncera. vt hic dicitur. & C.eo. tit.nemo, A.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium & ſoluit.*

i ¶*Cœmeterium.*] argu.contra. ff. de ſepul. vio. ſepulchra. Sol. ſepulchra hoſtium religioſa non ſunt, vt ibi dicitur: nec illud infringens incidit in edictum. Iudæi vero non reputantur hoſtes. 23. q.8.diſpar. licet ſint hoſtes fidei noſtræ. j.eo.& ſi Iudæos.

k ¶*Pecunię.*] quæ in ſepulchris ponenda nõ eſt. argum. ff. de reli. & ſum. fu. ſi quis impediat. §. funeris cauſa. & 13. q. 2. non æſtimemus circa medium. Tã.

l ¶*Effodere*,] q̃d q fecerit, ſepulchri violati tenetur. ff. de ſepul. vio. l. 3. §. ſi quis. & ſecundum quoſdam hæc actio infamat. ff. de ſepul. vio. l. 1. Alij dicunt, quòd non infamat, cum ſit actio in factum, & in l. illa improprie ponitur actio. Ala.

m ¶*Aut excommunicationis.*] & ita videtur in optione iudicis quòd iſtorum pro pœna imponat, ſi non ſatiſfecerit, & ſi iſte vult ſatiſfacere, non punitur. ſim. 35. diſtin. epiſcopus aut presbyter. & 47. diſtin. cap. 1. & 92. diſt. cap. vlt. ita eſt argum. quòd pro quolibet peccato non debet epiſcopus ſententiam in aliquem fulminare, vel excommunicare vel deponere. Ber.

Q *Vam ſit.*] Duo ſunt dicta. Secunda pars: ibi. *Inſuper*. Abbas.

Casus. Quidã epiſcopus qui volebat prædicare fidem catholicam Paganis, quæſiuit à Papa, vtrum deberet vti cibis illorum: concedit ei dominus Papa & ſocijs eius, vt cum exhibunt ad prædicandam fidem Paganis, liceat eis vti his cibis cũ gratiarum actione, qui ſibi ab ipſis infidelibus apponentur, dummodo abſtineant ab eſu carnium his diebus, quibus carnibus vti non licet, iuxta canonicas ſanctiones. Inſuper concedit eidem, vt quicunque religioſi aut clerici idonei ad prędicandam fidem ſibi adhærere voluerint liberam habeant facultatem, petita & obtenta Prælatorum ſuorum licentia. Nota, ꝙ à carnibus abſtinendum eſt diebus à canonibus conſtitutis. Item nemo poteſt prædicare ſine licentia ſui prælati. Item non ſufficit petere licentiam niſi ſit obtenta.

a ¶*Temporum.*

rum actione, (ſeruata temporum qualitate[a]) iuxta canonicas ſanctiones, vti liceat[b], qui vobis ab ipſis infidelibus apponuntur[c]. ¶ Inſuper indulgemus, vt quicunq; religioſi ſeu clerici idonei ad annuntiandũ gentibus Euangelicam veritatem, requiſita & habita[d] Prælatorum ſuorum licentia, tibi voluerint adhærere, id abſque contradictione qualibet, liberam exequendi habeant auctoritate Apoſtolica facultatem.

¶ Idem.

¶ Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam iurantibus quod nihil defferent auxilij, ſeu ſubſidij extra redemptionis articulum, Portans, vel mittens etiam poſt treugas merces prohibitas excommunicatus eſt, & pacis appellatione non veniunt treugæ.

CAP. XI.

Significauit † nobis tua fraternitas, quomodo aliqui ciuium tuorum in Alexandriã valeant proficiſci, pro recuperandis conciuibus ſuis, qui illic in captiuitate tenentur: Hoc arbitramur licitè poſſe fieri, dummodo nihil in mercibus ſuis, vel alio modo ſecũ illuc deferant, vnde poſſit Sarracenis (excepto redemptionis articulo) aliquot commodum[e], aut ſubſidium prouenire: quod etiam coram te prius iuramento[f] firmabunt. ¶ Illi quoque, qui poſt treugam in tranſmarinis partibus factam, cum commercio Alexãdriam adiuerint, ſi detulerint merces prohibitas cauſa lucrandi, excommunicationis[g] vinculum non euadunt †: ſicut nec illi, qui in perſonis proprijs non euntes merces eis per nũcios[h] deſtinarunt. ¶ Ad vltimum illos, qui iurauerunt ſe amplius in terram Sarracenorum cum mercibus non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos, & ipſos, & poſt treugam[i] factam venerunt illuc: conditio illa de pace, aut treuga habenda, ab excommunicationis vinculo nõ abſoluit[k].

¶ Idem.

¶ Excommunicati ſunt qui cum Sarracenis tempore guerræ aliquod habent commercium, vel eis præſtant ſubſidium.

CAP. XII.

Qvod † olim præceptum fuit: & infrà. ¶ Sanè licet hoc fuerit in concilio Lateranẽ.[l] † diſtrictè inhibitum; Nos tamen omnes illos excõmunicationi ſupponimus,[m] qui iam amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint, vel per ſe, vel per alios: nauibus, ſeu quocunque alio inge-

a ¶ *Temporum qualitate.*] vt abſtineant his diebus & temporibus, quibus à carne eſt abſtinendum ſecundum canones. 4.diſt.denique. & de conſ. diſt. 3. de eſu carnium. & cap. ſabbato. de quibus canonibus hic fit mentio.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium & ſoluit, ex ſolutione quæſtionem infert, & reſpondet. Iterum quærit & ſoluit.*

b ¶ *Vti liceat.*] Aliter enim non poſſent illos lucrari, & ſic licet eis loqui, & comedere cũ eis exemplo Domini. 23.q.4.infideles. & 11. q.3. ad menſam. dummodo & alijs non coinquinentur. Arg. contra. 28.q.1. nullus. & cap. omnes. Sol. contraria intelligũtur de Iudæis, qui diſcernunt cibos. hoc, & cap. ad menſam. & cap. infideles. de Paganis intelligitur. Sed quare potius vitamus conuiuium Iudæorum, quam Paganorum? Ratio illa eſt: quia illi ſcilicet Iudæi diſcernunt cibos noſtros, vnde nõ debemus cibis eorum vti, ne videamur inferiores illis: vt dicit prędictum c. omnes. Pagani vero non diſcernũt cibos: ſed hodie & iſti & illi diſcernunt: vnde non debemus comedere apud eos, nec ipſi apud nos, licet hoc non contineatur in verbis edicti, vt patet hic, & c. ad menſam. ſed quantum ad ſententiam eos vitare debemus. argu. ff. de pet. hæred. item veniunt. §. ait ſenatus. Sed quare potius vitamus conuiuium quàm colloquium? Ideo loquimur eis vt eos poſſimus lucrari, quod aliàs facere non poſſemus, vt in cap. infideles.

c ¶ *Apponuntur.*] Quæcunque ergo apponuntur, vti poſſunt, niſi dictum fuerit quòd ſit idolis immolatum? vt 1. quæſtio.4. §. vltim. & 26. quæſtio. 2. ſi de area. tunc enim ſanctius eſt mori fame, quàm idolothytis veſci. 32. quæſtio. 4. ſicut ſanctius. Ber.

¶ *Glo. ſequens mixtim ſignat duo contraria.*

d ¶ *Requiſita & habita.*] quia nullus poteſt prædicare 1 niſi ex officio ſibi commiſſo, vel niſi habeat auctoritatem à ſuo prælato. ĩ. de hære. cum ex iniuncto. & cap. excommunicamus. §. quia verò. nec ſufficit petere licentiam, niſi ſit obtenta, vt hic patet. & ſim. de conſe. diſtin. 5. non oportet. 11. q. 3. quid ergo. 19. quæſt. 2. duæ. Argu. contra. ſ. de regular. licet. & ſ. de arbit. cum olim.

Significauit.] Habet tria. Secundum: ibi, *Illi quoque*. Tertium: ibi, *Ad vltimum*. Abbas.

Casvs. Quidam erant in captiuitate Sarracenorum: amici ſiue conſanguinei illorum volebant illuc ire pro ipſis recuperandis, quæritur, qualiter valeant illuc proficiſci? Reſpondet Papa, quòd bene poſſunt ire, dummodo nihil in mercibus portent, vel alio modo, vnde poſſit Sarracenis aliquod ſubſidium prouenire: excepto redemptionis articulo: ita tamen quod hoc prius firment proprio iuramento. Secundò dicit, quod illi, qui poſt treugam factam inter Chriſtianos & Sarracenos portant illuc merces prohibitas ab excommunicatione nullatenus excuſantur, ſicut nec illi excuſantur, qui per alios merces prohibitas illuc tranſmittunt. Tertiò dicit, aliqui iurauerunt in terram Sarracenorum cum mercibus prohibitis ſe amplius non ituros, niſi pax eſſet inter Chriſtianos reformata: & poſt factam treugam iuerunt illuc cum mercibus prohibitis: quæritur, an excuſentur ab excommunicatione? Reſpondet Papa quod conditio illa de pace vel treuga eos ab excommunicationis vinculo non abſoluit, nec etiam à periurio. Nota quod qui portant merces prohibitas Sarracenis, ſunt ipſo iure excommunicati: & nullo tempore pacis, vel treugæ excuſantur.

e ¶ *Aliquot commodum.*] ſecundum quod dicitur ſ. eod. ita quorundam. vbi de hoc. & ĩ. eo. ad liberandam. nihil ergo in mercibus portandum eſt niſi illud, vnde poſſint redimere captiuos, vt hic dicit. Sed quid ſi non poſſunt redimere captiuos niſi portent eis arma, vel ferrum, nũquid hoc facere poſſunt ſine pœna excommunicationis? Arg. quod ſic, ex eo quod hic dicit, excepto redemptionis articulo: ſed non credo, niſi primo requiratur auctoritas Papæ, ne aliquid fraudis fiat. Ber.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.*

f ¶ *Iuramento.*] Sed nonne ſufficit pœna excommunicationis? Poteſt dici: quòd hoc exigitur à ſuſpecto. ar. 28. diſtin. de Syracuſanæ. & 10.q. vlt. c. vlt. quoniã eorum ruinę debent occurrere Prælati. 93. diſt. diaconi. & 22. q. 5. hoc videtur. & ad maiorem cautelam exigitur iuramentum etiam à quocunque. Lau.

g ¶ *Excommunicationis.*] de qua habes ſ. eo. ita quorũdam. & ideo, quia licet treuga ſit facta, non tamen pax perpetua: vt ĩ. §. proxi. vnde prohibitio non intelligitur propterea relaxata de mercibus prohibitis. Ber.

h ¶ *Per nuncios.*] ſic. ĩ. c. proxi. qui per alium facit, per ſe facere videtur: vt hic, & ĩ. de ſen. excom. mulieres, 46. diſt. ſicut non ſuo. ff. de admini. tuto. ita tamen. §. geſſiſſe. Ber.

i ¶ *Poſt treugam.*] Treuga eſt ſecuritas perſonis & rebus ad tempus conceſſa. ſ. de treuga. cap. 1. & qui facit treugam 2 nõ facit pacẽ, nec deſiſtit à guerra, niſi ad tẽpus: quia qui diſtulit nõ in totũ deſtitit. 2. q. 3. §. notandũ. & ff. de iud. deſtitiſſe.

k ¶ *Non abſoluit.*] nec etiam à periurio: quia licet treuga ſit facta, non tamen pax, & ita non extitit conditio, vnde incidit in ſententiam excommunicationis. & in periurium, & ſic treuga non eſt pax.

Qvod olim.] Primò excommunicat: Secundò hortatur illos, quibus ſcribit ibi. *Veſtræ igitur.*] Abbas Siculus.

Casvs. In Lateranẽ. concilio prohibitum fuit, quòd nullus merces prohibitas Sarracenis portaret per ſe, vel alium, & Clemens Papa omnes illos excommunicationi ſupponit, qui amplius cum Sarracenis mercimonium habuerint per ſe, vel per alios: aut quocunque modo aliqua rerum ſubſidia, dum guerra durauerit, duxerint impendenda: vnde mandat quibuſdam, quatenus nullo modo, aut quocunq; ingenio eis mercimonia, cõſilia, vel alia ſubſidia trãſmittãt: & ſi qui contra fecerint, nõ ſolum ſint ipſo iure excõicati, verum etiam iram Dei viuentis incurrant. Nota, quod quicunque cum Sarracenis mercimonia habuerint, ipſo iure ſunt excommunicati.

l ¶ *In concilio Lateranen.*] ſ. eo. ita quorundam. Ber.

¶ *Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

m ¶ *Supponimus.*] Et iam ſuppoſiti erãt per Alexan. in concilio Late-

† Cap. 5. e. tit. in 2. cõpilatio. Vide Martinum Nauarrum in Manuali cõfeſſariorum c. 27. tit. de excommunicationib⁹ à iure latis & primũ de reſeruatis Papæ per Bullam cœnæ Dñi §. excõicamus oẽs illos. adde notas in c. ita quorũdam. hoc titu.

1 Vide cõcilium Trident. ſeſſ. 5. de refor. capit. 2. & & ſeſſ. 24. de refor. cap. 4.

† euadant.

† Cap. 6. e. tit. in 2. cõpilat. Vide Martinum Nauarrum ſupiori ca. citatum.

† Lateran. ſub Alexã. iij. cap. 24.

2 Et vbi pax requiritur, treuga non ſufficit, vide Paulum de Caſtro, angelum, & plenius ꝑ Alexãdrũ in l. conuẽtionum. ff. de pactis adde Baldum in ti. de Pace Conſtant. §. vaſalli. vbi dicit, quòd treuga magis accedit ad naturã belli, q̃ pacis.

nio eis aliqua rerum ſubſidia [a] ſeu cõſilia, quamdiu inter nos & illos guerra durauerit, duxerint impendenda. ¶ Veſtræ igitur diſcretioni mandamus, quatenus nec per vos, nec per veſtras naues, nec alio quocunque modo, aut ingenio eis mercimonia, conſilia, vel alia ſubſidia tranſmittatis: ne ſi aliqui in ſua malitia indurati, ſecus agere præſumpſerint, non ſolũ ipſo iure incidãt in excommunicationem illam, verumetiã iram [b] Dei viuentis incurrant.

¶Innocentius iij. Archiepiſcopo Senoñ. & Epiſcopo Pariſieñ.

¶Iudæi nutrices, vel ſeruientes Chriſtianos habere non debent, contra facientibus interdicitur Chriſtianorũ commercium.

CAP. XIII.

ET ſi † Iudæos, quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, pietas Chriſtiana receptet, & ſuſtineat cohabitationem illorum: ingrati [c] tamen nobis eſſe non debent, vt reddant Chriſtianis pro gratia [d] contumeliam, & de familiaritate [e] contemptum: qui † tamquam miſericorditer in noſtram familiaritatem admiſſi, nobis illam retributionem impendunt quam (iuxta vulgare prouerbium) mus [f] in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere. ¶Accepimus autem quòd Iudæi faciũt Chriſtianas filiorum ſuorum † nutrices [g]: & (quod non tantum dicere, ſed etiam nefandum eſt cogitare) cum in die Reſurrectionis Dominicæ illas recipere corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti contingit, per triduũ anteq̃ eos lactẽt lac effundere [h] faciunt in latrinam. Alia

lio Lateraneñ. ita quorundã. & ſic eſt canon latæ ſniæ, vt patet in fine. & ita videtur, ꝙ qui cõtra faciũt duplici excõicatione ſunt ligati. Sed qs abſoluet tales? Põt dici ꝙ epi 1 ipſorũ, qa ex quo Papa ſibi hoc nõ retinuit, alijs indulſiſſe videt. j. de ſẽ. excom. nup. quia ſibi reſeruaſſet, ſi hoc nõ intendebat. s. de ꝑben. graue. in fi. & j. de cri. fal. dura. in fi. Ber.

a ¶*Subſidia.*] s. eo. ita. & j. eo. ad liberandã. & C. q̃ res expor. non poſ. per totũ. & C. quæ res vend. non poſ. p totũ.

b ¶*Iram Dei.*] Ratũ habentis, quod ab eccleſia iuſtè factum eſt. 24. q. 1. quodcunque.

ET ſi.] Primò ponit exordium. Secũdò. facti narrationẽ. Tertiò prohibet. Quartò pœnã imponi mandat. Scđa: ibi, *Accepimus.* Tertia: ibi, *Inhibemus.* Quarta: ibi, *Si verò.* Abbas Sic.

CASVS. Quamuis Chriſtiani pro ſola humanitate recipiant Iudæos, & ſuſtineant cohabitationem illorũ, tñ ingrati Chriſtianis eſſe nõ dẽnt, vt reddãt Chriſtianis ꝓ gratia contumeliã, & de familiaritate cõtẽptũ: & illam retributionẽ impẽdũt, de qua dicit iuxta vulgare ꝓuerbiũ Mus in pera, ſerpẽs ĩ gremio, & ignis ĩ ſinu hoſpites ſuos male remunerare conſueuerunt: ipſi enim faciũt Chriſtianas mulieres nutrire filios ſuos, & cũ in die Reſurrectionis illas recipere corpus & ſanguinem Dñi contingit, per triduum antequam lactent filios ſuos, lac effundere faciũt in latrinam, qđ horrẽdum eſt dicere: & alia turpia cõtra fidẽ catholicã committunt, pp quod timẽdum eſt ne fideles diuinam indignationẽ incurrant, cũ eos patiuntur talia perpetrare. vnde prohibet Papa diſtricte, ne decætero nutrices vel ſeruiẽtes habeãt Chriſtianos: ne filij liberę filijs famulẽtur ancillæ. Si vero nutrices & ſeruientes non dimiſerunt Chriſtianos, præcipiatur oĩbus Chriſtianis ſub pœna excõicationis, ne cum eis commercium audeant exercere. Nota ꝙ nullus debet eſſe ingratus accepti beneficij. Item nota prouerbium illud vulgare, Mus in pera, &c. Item Chriſtianus Iudæo ſeruire non debet. Item Iudæi ſerui ſunt Chriſtianorum.

c ¶*Ingrati.*] ſi enim Iudæi iſti ingrati ſunt, poſſunt priuari gratia ſibi conceſſa. s. de do. c. vlti. & 12. q. 2. octaua diſcuſſio. & C. de reuo. do. l. vlt. Bernardus.

d ¶*Pro gratia.*] s. de fideiuſ. peruenit. & s. de renun. ſane. Ber.

e ¶*De familiaritate.*] Nimia familiaritas parit contemptũ: vt ff. de offic. procon. nec quicquam. §. circa 2 86. diſt. quando. & ff. de offic. prẹſi. obſeruandum.

f ¶*Mus in pera.*] vt 13. q. 1. c. eccleſias. §. item præcipit dñs.

g ¶*Nutrices.*] qđ eſſe non dẽt. s. eo. Iudæi. & c. ad hoc. Ber.

1 Hodie ſolus Papa abſoluit, cũ ſit caſus Papę reſeruatus per Bullã Cœnæ Dñi. §. cæterum à prædictis ſententijs.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilatio. Vide notas cap. primi. & 5. hoc eo. tit.

† In codice Barbatiæ ita: qui tam miſericorditer, &c. qđ magis placet.

† Vide Marquardum tract. de Iudæis par. 1. c. 1. nu. 15. & cap. 4. nu. 18.

2 Sequitur aduocatos, patiẽtem, eſſe proconſulẽ oportet: ſed cũ ĩgenio: ne cõtemptibilis eſſe videaĩ. Io. And.

inſuper contra fidem catholicam deteſtabilia †, & inaudita committunt, propter quæ fidelibus eſt verendum, ne diuinam indignationem incurrant: cum eos perpetrare patiuntur [i] indignè quæ fidei noſtræ confuſionem inducunt: & infrà. ¶Inhibemus ergo diſtrictè, ne de cętero nutrices, vel ſeruientes habeant Chriſtianos: ne filij liberæ [k], filijs famulentur ancillæ [l]: ſed tamquam ſerui à Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, ſe † ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorum, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit: & infrà. ¶ Si verò nutrices & ſeruientes nõ dimiſerint Chriſtianos, ſub excommunicationis [m] pœna inhibeatis † diſtrictè omnibus Chriſtianis, ne cum eis comercium aliquod audeant exercere.

¶Idem.

¶Iudæus qui percuſſerit, clericum temporaliter punitur & ſi de facto puniri non poteſt, interdicitur ſibi Chriſtianorum commercium donec ſatisfecerit iniuriam paſſo.

CAP. XIIII.

POſtulaſti † qualiter contra Iudæum procedere debeas, qui manus iniecit in quẽdam clericum violentas. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd ſi dictus Iudæus tuæ iuriſdictionis exiſtit, ipſum pœna pecuniaria [n] punias, vel alia (ſecundum quòd conuenit) temporali, faciens læſo ſatisfactionem [o] cõgruam exhiberi: alioquin eius dominũ moneas & inducas, vt paſſo iniuriam, & eccleſiæ ab eo ſatiſfieri faciat competenter: quod ſi dominus eius neglexerit adimplere, tu Chriſtianis [p] omnibus ...

h ¶*Effundere.*] credebãt forſan corpus Chriſti deſcẽdere in ſtomachũ & incorporari, qđ eſt falsũ. de cõſe. diſ. 2. tribus gradibus. nõ eſt iſte panis: cibus. n. animæ eſt. diſt. ea credere. Lau.

i ¶*Patiuntur.*] Arg. ꝙ qui poteſt prohibere & non prohibet, ſibi imputatur. 86. diſt. c. 3. j. de reg. iur. c. pen. & j. tit. proxi. c. 2. & 23. q. 9. præterea. arg. j. de ſent. excom. quantæ præſumptionis.

k ¶*Liberæ.*] id eſt, eccleſiæ. non enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. 22. q. 4. dicat aliquis. Ber.

l ¶*Ancillæ.*] id eſt, Agar: q̃ ſignificat ſynagogam. Libera, id eſt, Sarra: q̃ ſignificat eccleſiã de Ager Ancilla Sarrę deſcenderunt iſti q̃ debent eſſe ſerui illorum qui deſcenderũt à Sarra: in quibus eccleſia fundata eſt Ber.

m ¶*Sub excommunicationis pœna.*] imo excõicari poſſunt, ſi cõicẽt eis poſtea. j. de vſu. poſt miſerabilem. & j. c. prox. & ſic indirecte iudicat eccleſia de Iudæis. & de hoc dixi. s. e. ita. & c. Iudæi 2. Ber.

POſtulaſti.] Cõis diuiſio: Secunda: ibi, *Ad quod.* Abbas Sicul.

CASVS. Quidam Iudæus manus in quendã clericum iniecit violẽtas q̃ritur qualiter contra illum ſit procedendum? Reſpondet Papa, ꝙ ille cuius iuriſdictionis exiſtit, pœna pecuniaria ipſum puniat vel alia temporali, ſecũdũ quod ſibi viſum fuerit, & faciat læſo congruæ ſatisfieri. Alioquin dominus eius monendus eſt, vt paſſo iniuriã & eccleſiæ faciat ſatisfieri competẽter: ꝙ ſi dominus eius hoc neglexerit, prælatus loci præcipiat Chriſtianis per cẽſuram eccleſiaſticam, ne cum ipſo Iudæo cõmercium habeant donec ſatisfaciat. Nota ꝙ pro iniuria illata poteſt qs pecuniaria pœna puniri. Item ante abſolutionem debet læſo ſatisfieri. Item propter negligentiam iudicis ſecularis deuoluitur iuriſdictio ad iudicem eccleſiaſticum. Item indirecte excommunicantur Iudæi.

n ¶*Pœna pecuniaria.*] Ad arbitrium iudicis. s. de off. leg. de cauſis. §. fi. quia ſpirituali pœna ipſum punire non poteſt, cum ſit extra eccleſiam: quia nihil ad nos de his qui foris ſunt. 2. q. 1. multi. 3 quando eccleſia poſſit punirę Iudæos, dictum eſt s. c. ita. & melius in c. Iudæi. Ber.

o ¶*Læſo ſatisfactionem.*] hoc regulare eſt, vt ſẽper ante abſolutionem ſatisfaciat læſo. & infra. de ſent. excommu. porro. parochianos. conqueſti. & in pluribus alijs cap. & Eccleſiæ ſatisfacere debet, cui fuit facta iniuria in perſonam eius miniſtri, vt 3. q. 1. nulli. in fi. & 2. q. 7. accuſatio. Ber.

p ¶*Chriſtianis.*] Et ita indirectè excommunicantur Iudæi. De hoc dic vt dictum eſt s. eod. ita quorundam.

† Vide Nicephorum lib. 4. c. 6. & lib. 14. cap. 16. hiſtoriæ eccleſiaſt. & B. Clementem lib. 2. conſt. Apoſtolicarũ, cap 64. vnde intelliges odium Iudęorum in Chriſtianos.

† In codice Barbatiæ ita: ſaltem per effectum operis recognoſcant, ſe eſſe ſeruos illorũ, &c.

† Vide B. Thomam. 2. 2. q. 10. art. 9.

† De intellectu huiꝰ decretalis vide Nicolaum Eymericũ in Directorio inquiſitorum par. 2. q. 46. nu. 8. & 9.

3 Et ſupra de diuor. gaudemꝰ. per quæ iura patet illos ex iniectione excõmunicatos non eſſe: & iõ non mandat hic illos abſolui facit. qđ ſcripſi de iureiur. ſicut 3 prope nuem. Io. And.

Innon-

IN nonnullis.] Tria ſunt dicta: Secundum: ibi, *In diebus*. Tertium: ibi, *Illud autem*. Abbas Siculus.

CASVS. In quibuſdam prouincijs Iudæi, ſeu Sarraceni per habitum diſtinguuntur à Chriſtianis, in quibuſdam vero nō: vnde contingit aliquando, quòd Chriſtiani Iudæis, & Iudæi Chriſtianis mulieribus per errorem carnaliter commiſcentur: Ne igitur tam damnatus exceſſus per talem errorem vlterius committatur, ſtatuit conciliū generale, vt Iudæi ſiue Sarraceni vtriuſque ſexus in qualibet prouincia Chriſtianorum, per habitum publicè diſtinguantur à Chriſtianis. Secundò dicitur, quòd in diebus lamentationum, Iudæi ſiue Sarraceni non exeant in publicum: quia vt dicitur, tunc ornatius incidere non erubeſcūt, & Chriſtianis, qui Paſſionis ſacratiſſimæ memoriam exhibentes, lamentationis ſigna prætendunt, illudere non formidant. Tertiò prohibetur, ne in contumeliam creatoris proſilire præſumant, & quia contumelia creatoris diſſimulari non debet; præcipit cōcilium huiuſmodi præſumptores p Poteſtates locorum condignè compeſci, nē crucifixum pro nobis blaſpemare præſumant. Nota quòd Iudæi & Sarraceni à Chriſtianis per habitum diſcerni dēnt. Item Iudæi ſiue Sarraceni Chriſtianis mulieribus non ſunt commiſcendi. Item in die lamentationum in publicum exire non debent. Item iudex eccleſiaſticus poſt cōpellere Principes, vt cōpeſcant Iudæos à ſuis præſumptionibus.

† Dictio, quibus deeſt in antiquioribus codicib.

† Idem ſcilicet Innocentius iij. in cōcilio generali Latera. c. 68. & c. 1. eo. ti. in 4. compila.

† Vide Marquardū tracta. de Iudæis pa. 1. c. 4. & extrauagantes citatas ſupra e. ti. c. 2. & de intellectu Eymericū in Directorio Inquiſit. part. 2. q. 46. n. 10.

† diſcernatur.

† velamentum.

† vlterius.

† Poſt verbum diſtinguātur, in concilio, & in antiqua compilatione adduntur hęc verba: Cum etiā per Moſen hoc ipſum legatur eis iniūctum.

† Redemptoris, vox eſt in concilio & in veteri cōpilatione.

nibus † per cenſuram eccleſiaſticam interdicas, ne cum ipſo Iudæo antequam ſatisfaciat, præſumant commercia exercere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ Iudæi, & Sarraceni vtriuſque ſexus, debent in terris Chriſtianorum vti habitu, per quem à Chriſtianis diſcernantur: & in die Paſſionis Domini non debent in publicū progredi, nec in contumeliam creatoris proſilire.

CAP. XV.

IN † nonnullis prouincijs à Chriſtianis Iudæos, ſeu Sarracenos habitu diſtinguit[a] diuerſitas: ſed in quibuſdam ſic quædam inoleuit confuſio, vt nulla differētia diſcernātur †: Vnde contingit interdum, ꝙ per errorem Chriſtiani Iudæorum, ſeu Sarracenorum, & Iudæi, ſeu Sarraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur. Ne igitur tam damnatæ comixtionis[b] exceſſus, per velamen † erroris[c] huiuſmodi vlterioris † excuſationis poſſint habere diffugium: Statuimus, vt tales vtriuſque ſexus in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore, qualitatè habitus publicè ab alijs populis diſtinguantur †. ¶ In diebus autem lamentationis, & Dominicæ Paſſionis in publicum minimè prodeant[d]: eo quòd nonnulli ex ipſis talibus diebus (ſicut accepimus) & ornatius non erubeſcunt incedere, ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ Paſſionis memoriā exhibentes, lamentationis ſigna prætendunt, illudere[e] nō formidant. ¶ Illud autem diſtrictiſſimè inhibemus, ne in contumeliam creatoris † proſilire præſumant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui probra noſtra deleuit; Præcipimus præſumptores huiuſmodi per principes ſeculares, condignæ animaduerſionis[f] adiectione compeſci, ne crucifixum pro nobis blaſphemare[g] præſumant.

¶ Idem † in eodem.

¶ Præponens Iudæum, vel Paganum publicis officijs per concilium prouinciale corripitur, & præpoſito denegatur Chriſtianorum commercium, donec depoſuerit officium: & in vſus Chriſtianorum pauperum reſtituet inde quæſita, ſecundum epiſcopi prouidentiam.

CAP. XVI.

CVm † ſit nimis abſurdum, vt blaſphemus[h] Chriſti in Chriſtianos, vim poteſtatis exerceat: quod ſuper hoc Toletanum † concilium[i] prouidè ſtatuit, nos propter tranſgreſſorum audaciam in hoc generali concilio innouamus: Prohibentes, ne Iudæi publicis officijs præferantur †: quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti. ¶ Si quis autem eis officium tale commiſerit: per prouinciale[k] concilium, quod ſingulis annis præcipimus celebrari: monitione præmiſſa, diſtrictione, qua conuenit, compeſcatur. ¶ Officiali verò huiuſmodi, tandiu Chriſtianorum cōmunio in commercijs, & alijs denegetur, donec in vſus pauperum[l] Chriſtianorum, ſecundum prouidentiam diœceſani epiſcopi conuertatur, quicquid fuerit à Chriſtianis adeptus occaſione officij ſic ſuſcepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad Paganos.

¶ Idem in eodem.

¶ Concilium generale repetit concilium Lateran. ſupra eod. ita. & addit pœnam ſatisfactionis tēpore abſolutionis impendendam.

¶ Glo. ſeq. circa diſtinctionem habitus ponit quatuor ſimilia.

a ¶ *Diſtinguit.*] ſic per habitum debent diſtingui nouitij à profeſſis. ſ. de ſtat. regulari. cap. penul. & meretrix à matrona. ĩ. de ſenten. excom. in audientia. & ff. de injurijs. item apud. §. ſi quis virgines. & maſculi à fœminis per crines & veſtes. 30. diſtin. ſi qua mulier. ſic & liber diſtinguitur à ſeruo per pileum. C. de lati. liber. tollen. l. 1. §. ſed & qui pileati. Io.

b ¶ *Commixtionis.*] quia nec matrimonium inter Iudæum & Chriſtianam eſſe poteſt. 28. q. 1. caue. Ber.

c ¶ *Erroris.*] ergo ſi ignoranter commiſceatur Chriſtianus Iudææ dummodo non ſit craſſa ſiue affectata ignorantia, excuſatur in eo quòd Iudæa, arg. 34. quæſt. 2. in lectum. & ĩ. de clerici. excom. Apoſtolicæ.

d ¶ *Prodeant.*] ſ. eod. quia.

e ¶ *Illudere.*] ſic reddunt nobis pro gratia contumeliam, & contemptum: vt ſ. eod. & ſi Iudæos.

f ¶ *Animaduerſionis.*] ſcilicet, pecuniaria pœna, vel alia temporali, prout viſum fuerit iudici. ſ. c. proxi. Ber.

g ¶ *Blaſphemare.*] ſ. eo. cap. 1. & ĩ. cap. proxi. Bernar.

CVm ſit.] prima pars conſtitutionem innouans, olim inhibitum prohibet: & omnes cauſas reddit. Secunda punit preponentem. Tertia præpoſitum: Quarta prorogat, Secunda: ibi, *Si quis*. Tertia: ibi, *Officialis*. Quarta. ibi, *Hoc idem*.

CASVS. Statuit concilium Toletanum, quòd nullus Iudæus ſuper Chriſtianos vllum officium vel poteſtatem exerceat: Sed quia illud non bene ſeruabatur, concilium generale innouauit concilium Toletanum, prohibens ne Iudæi publicis præferantur officijs: quia ſub tali prætextu Chriſtianos infeſtant plurimum & moleſtant: & ſi eis tale fuerit officium commiſſum, per prouinciale concilium annuatim celebrandum, monitione præmiſſa compeſcatur, & tali officiali communio Chriſtianorum in commercijs & alijs denegetur, donec reſtituerit quicquid ex tali officio habuit à Chriſtianis, conuertendum in vſus pauperum Chriſtianorum ſecundum epiſcopi diœceſani prouidentiam: & officium ipſum cum pudore amittat, quod irreuerenter aſſumpſit: & quod de Iudæis dicitur, extenditur ad Paganos nota, quòd infideles fidelibus præponi non debent, nec publicis officijs præferri. Item quod percipitur ex officio quod habere non licet, reſtitui debet: quia ſi principale non licet nec eius acceſſorium.

† Idem Innocentius tertius in cōcilio Lateran. cap. 69. & c. 1. eo. ti. in 4. compil.

† Videto notas noſtras ĩ hoc decretum.

† Hoc ſtatuit Toletanum cōcilium tertium c. 14. in concilijs editis, quod apud Gratianū ĩ cap. nulla 54. diſt. tribuitur cōcilio Toletano qnarto.

† Præficiatur, aut pponantur, melius.

h ¶ *Blaſphemus Chriſti.*] ideſt, Iudæus blaſphemans Chriſtum. ſupra eodem capitul. primo.

i ¶ *Toletanum concilium.*] 54. diſtinctio. nulla, & ĩ. cod. ex ſpeciali.

k ¶ *Prouinciale concilium.*] ſ. da accuſa. ſicut olim.

¶ Gloſſa ſequens obijcit & ſoluit.

l ¶ *In vſus pauperum.*] Sic ergo pauperibus reſtituitur, quod iniuſtè extortum eſt: vt ſ. de immuni. eccle. quia ſi vero officium licitum eſt, tunc ſi vellet, poſſet dare pauperibus quod iniuſtè extortum eſt. 14. quæſt. 5. non ſane. ſed contra videtur, quòd reſtituendum ſit illis, à quibus eſt extortum, & non pauperibus. ĩ. de homi. ſicut dignum. §. eos. & ĩ. de vſu. cum tu. & ſ. de iureiuran. cam te. & ſ. de deci. tua 2. 18. diſtin. quoniam. hoc ideo fit in hoc caſu: quia neſcitur à quibus extortum ſit maior pena ponitur in ſequenti ca. illis, qui merces prohibitas portant ad Sarracenos. Io.

Ad libe-

AD *liberandam.*] Duæ ſunt partes: Secunda: ibi, *Et talibus.* Abbas.

CASVS. In concilio iſto dicitur illud quod legitur ſ. eod. ita quorundam. hoc adiecto, quòd illis qui prædicto modo delinquunt, gremium non aperiatur eccleſiæ, niſi totum quod ex tam damnato commercio perceperunt, & & tãtundem de ſuo in terræ Sãctæ ſubſidium deſtinauerint: vt in eo puniant in quo peccauerũt: Quòd ſi ſoluẽdo nõ fuerint, ſic aliàs delictũ iſtorũ taliter puniatur, quod alij attentare ſimilia pertimeſcant. Nota quod qui contra eccleſiam delinquit, in eo punitur, vt ab ea non recipiatur donec ſatisfaciat. Item punitur quis in eo, in quo deliquit: Item pęna vnius debet eſſe metus alterius.

†Vide Martinum Nauarrum citatũ ſupra hoc tit. in cap. ſignificauit. & notas nr̃as in hoc decretum.

a ¶*Excommunicamus & anathematizamus.*] ſicut ſ. eod. ita. & cap. quod olim.

b ¶*Priuatione.*] hoc totum babes ſ. eo. ita.

¶*Glo. ſeq. dat ſimile de vſura, concludit tamen quòd hoc grauius.*

c ¶*Totum quod ex cõmercio.*] Totum ergo lucrum, quod ad eos peruenit ex hoc commercio, debent dare in ſubſidium terræ Sãctę, in cuius detrimentum hoc fecerunt: & ſimile eſt crimini vſurarum: in quo quicquid ſorti accedit, vſura eſt: vnde totum debet reſtitui. j. de vſur. conſuluit. & 14. q. 3. putaui. & capit. ſeq. imo videtur quòd maius, quia iſti videtur fidem Chriſtianam impugnare, vnde plus puniuntur, quia tantundem pro pœna dare coguntur in ſubſidium terræ Sanctæ: & nemo dubitat grauius eſſe commiſſum, quod eſt grauius vindicatum. 24. q. 1. non afferamus. & in Authen. vt fra. fi. coll. 9. in fi. vbi dicit, In delicto enim æquali proximas eis imminere pœnas iuſtum putamus.

†In concilio ita: niſi totum, quod ex ſubſtantia tã dãnata perceperit, &c.

†Epiſcopatus sũt Hiſpaniæ, de quibus Vaſæus in Annalibus Hiſpaniæ. ca. 20.

d ¶*In quo deliquerint.*] ſic ſ. de immu. eccle. cap. vlt. & de iure pat. paſtoralis. & ſ. de temp. ord. litteras. & ſ. de foro compe. nullus. ſim. 12. q. 2. de viro. & 17. q. 4. frater & coepiſcopus.

e ¶*Sic aliàs.*] quia poterunt ſubijci verberibus loco pœnæ. 14. q. 6. ſi res. & 12. q. 2. fraternitas. & 5. q. 6. quia iuxta.

f ¶*Alijs interdicatur.*] ſic ergo pœna vnius eſt metus alterius: vt 2. q. 7. quapropter. & ſ. de offic. ordi. irrefragabili. & ſ. de transla. cap. 1. in fi. & ſ. de ſta. reg. ea quæ. ſ. de calum. c. 2. ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos. ff. de depoſi. bona fides. 1. reſponſo. in fi.

CAP. XVII.

AD † liberandam terram Sanctam: & infrà. ¶ Excommunicamus [a] præterea, & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui cõtra ipſum Chriſtum, & populum Chriſtianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel † naues: quique in piraticis Sarracenorum nauibus, curam gubernationis exercent: vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquod eis impendunt conſilium, vel auxilium, in diſpendium terræ Sanctæ: ipſoſque rerum ſuarũ priuatione [b] mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis, & feſtiuis, huiuſmodi ſententia publicè innouetur. ¶ Et talibus gremiũ non aperiatur eccleſiæ, niſi † totum, quod ex commercio [c] tam damnato perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidiũ terræ Sanctæ tranſmiſerint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint [d], puniantur. Quòd forte ſoluendo non fuerint, ſic aliàs [e] reatus talium caſtigetur, quòd in pœna ipſorum alijs intedicatu [f] raudacia ſimilia prę ſumendi.

†lignamina.

†&

¶Gregorius nonus Aſtorcien. † & Lucen. Epiſcopis.

¶*Iudæi vel Pagani publicis officijs præficiendi non ſunt: & ſi eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus eſt Chriſtianus non ſuſpectus.*

CAP. XVIII.

EX † ſpeciali, quem erga illuſtrem Regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu: & infrà. ¶ Mandamus, quatenus Regem ipſum ſollicitè inducatis, ne in officijs publicis Iudæos Chriſtianis præficiat, ſicut in generali concilio [g] † continetur: Et ſi fortè redditus ſuos Iudæis vendiderit, vel Paganis, Chriſtianum tunc deputet de grauaminibus inferendis clericis, & eccleſijs non ſuſpectum [h], per quem Iudæi, ſiue Sarraceni, ſine Chriſtianorum iniuria, iura regalia cõſequantur.

†In generali cõcil. Lateran. ſub Innocen. iij. capit. 69.

EX *ſpeciali.*] In prima parte ponitur culpa regis, & excuſatio: In ſecunda contra vtrunque prouidetur: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

CASVS. Rex Portugalliæ in officijs publicis, Chriſtianis præferebat Iudæos contra concilium generale. ſ. eo. cum ſit. vnde mandat Papa duobus epiſcopis, quatenus regem ipſum moneant & inducant, ne in publicis officijs Iudæos præficiat Chriſtianis contra concilium generale: quòd ſi forte redditus ſuos Iudæis vendere voluerit, vel Paganis, aliquem Chriſtianum deputet non ſuſpectum de grauaminibus clericis & eccleſijs inferendis, & per illum Iudæi & Sarraceni, ſine Chriſtianorum iniuria, iura regalia conſequantur. Nota Iudæos Chriſtianis non eſſe præferendos. Item officiales ſuſpecti non debent præponi clericis.

g ¶*Generali concilio.*] ſ. eod. cum ſit. & 54. diſt. nulla.

h ¶*Non ſuſpectum.*] qui fideliter & ſine fraude officiũ ſuum exequatur, ne per hoc fraus fiat Chriſtianis clericis, aut eccleſijs: qualis fuit Ioſeph: de quo habes 22. q. 2. quod autem ait. qui fuit diſpenſator Pharaonis. 1 Bernar.

1. Gen. 41.

¶Idem.

¶*Se ipſum ſummat.*

NVlli † Iudęo, baptizatum, vel baptizari volentem, emere liceat, vel in ſuo ſeruitio [i] retinere. Quòd † ſi quem nondum ad fidem conuerſum (cauſa mercimonij,) [k] emerit, & poſtmodum factus ſit, vel fieri deſideret Chriſtianus: datis pro eo duodecim ſolidis [l], ab illius ſeruitio protinus ſubtrahatur. ¶ Si autem infrà tres menſes [m] ipſum venalem non expoſuerit, vel ad ſibi ſeruiendum emerit eundem: nec ipſe vendere, nec alius audeat comparare: ſed nullo dato pretio, perducatur ad præmia libertatis.

NVlli.] Diuiditur: Nam tria facit: Primò ponit dictum: Secundò mercatori prouidet: Tertiò prouiſionem determinat: Secunda ibi, *Quòd ſi.* Tertia. ibi, *Si autem.* Abbas Siculus.

†Vide Marquardum trac. de Iudæis. par. 2 ca. 6. & 7. & notas i ca. cum ſit nimis. hoc eod. tit.

CASVS. Iudæi emebant ſeruos Chriſtianos, & eos in ſuo ſeruitio retinebant: quod fieri non debet: vnde ſtatuit concilium generale, quòd non liceat Iudæo baptizatum vel baptizari volẽtem emere, vel in ſuo ſeruitio retinere. Secundò dicit, quòd ſi aliquis Iudæus cauſa mercimonij emerit aliquem nõdum ad fidem conuerſum, & poſtmodum factus fuerit Chriſtianus, vel deſideret fieri, dentur ab aliquo xij. ſolidi, & ille ab illius ſeruitio ſubtrahatur: Si vero infra tres mẽſes ipſum venalem non expoſuit, ſi emit eundem ad ſeruiendum ſibi, ipſe nec eum poſtea vendere, nec alius ipſum audeat comparare, ſed nullo dato pretio ad libertatem perducatur. Nota quòd ſi Iudæus aliquis ſeruum emerit cã mercimonij, & factus ſit Chriſtianus, ĩfra tres menſes illum venalem exponat: Alioquin præſumitur, quod illum emerit cauſa ſeruiẽdi ſibi: contra quam præſumptionem non inducitur probatio: & ita eſt præſumptio iuris & de iure. Item fauor fidei priuat aliquem ſeruo ſuo.

†Vide notas hui9 decretalis. & notas cap. 1. eod. tit.

†Qualiter eccleſia iuſte potuerit hæc ſtatuere de rebus Iudæorum, tradit luculẽter B. Thomas 2. 2. q. 10. ar. 10.

i ¶*Seruitio.*] ſ. eod. c. 1. & c. Iudæi 2. imo quàm cito voluntas ipſius fuerit patefacta, quod velit fieri Chriſtianus, in libertatẽ modis omnibus vendicetur. 54. diſtin. fraternitatem, niſi emptus ſit cauſa mercimonij: vt ibi dicitur, & hic inferius. Ber.

k ¶*Cauſa mercimonij.*] In quo caſu non fraudabitur ex toto Iudæus, ſiue Paganus, dummodo infra tres menſes illum venalem emponat, vt cap. fraternitatem. Ber.

¶*Glo. ſeq. quærit. & ſoluit. Iterum quærit & remittit.*

l ¶*Duodecim ſolidis.*] Sed de qua moneta dabuntur? Reſpõdetur, de illa, quæ eſt in vſu in loco illo. ar. ff. de leg. 3. nummis. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. §. ſi numerus. Quid ſi non ſit qui ſoluat illos xij. ſolidos? De hoc dictum eſt ſ. cap. 1.

m ¶*Si autem infra tres menſes.*] Eo ipſo quod non expoſuit ipſum infra tres menſes venalem, præſumitur quod non cauſa mercimonij emerit, ſed ad ſeruiendum ſibi, vnde nullo pretio dato perducetur ad præmium libertatis: nec admitteretur probatio in contrarium, cum hic ſit præſumptio iuris: ex qua ius ſtatuitur: vt 54. diſt. fraternitatem. quod c. intellige per illud. & iſtud eſt quaſi glo. & expoſitio illius, ſi præſumptio eſt ſ. de ſpon. is qui. vbi hahes prę ſumptionem iuris. & ſi alius eum cõparet,

paret, talis emptio non valeret, & nihilominus erit liber nullo pretio dato, ſi ſcienter emit illum: ſi ignoranter, agat ad pretium, ſiue ad intereſſe contra Iudæum, qui ipſum decepit.ff.de contrahen. empt.liberi hominis. arg. Et nota ꝙ fauor fidei priuat aliquem ſeruo ſuo, vt hic patet. Item priuat aliquem filio ſuo.ſupra de conuer.infi. cap.vltim.Item priuat aliquẽ vxore ſua.ſupra, de diuor. gaudemus. & 28. quæſt.1.ſi infideli.Ber.

† De materia tituli in genere vid. B. Tho. 2. 2. q. 11. & quos p totum titulũ citabim⁹.

DE HAERETICIS.

† Vide notas in hũc locum. & in cap. 1.

¶ *Viſum eſt de his, qui non baptizati Deum blaſpemant male colendo.meritò videndum eſt de illis, qui iam baptizati incidunt in hereſim.Abbas.*

† De intellectu vide Palacium Rubium in allegatione de hæreſi.§.5. in cip. Et per iſta,&Melchiorẽ Canũ li.12.đ locis theol.c.9.circa mediũ.

De hac materia tractatur 24.q.1.per totũ. & q.3.§.quia verò. vſque ad fin.q.& q.7. & 11.q.1. & 23. q.7. per totum.8. diſtin. qui iure.1. q.1. in multis capitulis.

TITVLVS VII.

De hæreticis †.

¶Stephanus † Papa omnibus epis.

¶*Infidelis eſt, qui non habet certitudinem fidei: & infideli non eſt credendum in præiudicium alterius.*

CAP. I.

DVbius [a] † in fide [b], infidelis eſt.Nec eis omnino credendum eſt, [c] qui fidem veritatis ignorant.

¶Leo Papa.

¶*Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum poteſt, ab errore non reuocat.*

CAP. II.

QVi † alios, cum poteſt, ab errore non reuocat [d], ſeipſum errare demonſtrat.

¶Auguſtinus de fide catholica.

¶*Hereticus perſeuerans, ęternaliter damnatur: cui nec prodeſt baptiſmus, nec eleemoſyna, vel martyrium, vel aliud quodcunque bonum, quo ad hoc, vt conſequatur vitam æternam.*

CAP. III.

FIrmiſſimè † tene, & nullatenus dubites, omnem hæreticum [e], vel ſchiſmaticum, cum diabolo & angelis eius æterni ignis incẽdio participandum: niſi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus, & redintegratus Eccleſiæ. [& poſt pauca.] Omni homini, qui Eccleſiæ catholicæ non tenet vnitatem, neque baptiſmus, neque eleemoſyna quamtumlibet copioſa, neque mors [f] pro nomine Chriſti ſuſcepta, proficere poterit ad ſalutem [g].

Dubius.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, ꝙ qui in fide dubitat infidelis eſt: nec eſt credendum teſtimonio eorum, qui fidem veritatis ignorant. Nota ꝙ dubius in fide, infidelis eſt. Item infidelis teſtis eſſe non poteſt.

† Cap.2.e. tit.in 1.cõpilatio. & vide notas huius capitis.

† Cap.3.e. tit. in 1.cõpilatio. & vide notas huius capitis.

a ¶*Dubius.*] de fide enim nullus debet dubitare, ſed firmiter credere articulos fidei. s. de ſum. Tri.cap.1. in prin.aliter ſaluus eſſe non poterit, vt in Pſal.Quicunque vult.& 24.diſt. quando epiſcopus. & 24. q. 1. aperte.nullus enim titubare debet in fide, vt ibi dicitur.Ber.

b ¶*In fide.*] etiam in tenui 1 articulo. C.de hæret.l.2.in fi. ſic ex leui offenſa reuocatur libertus in ſeruitutem. C. de liber.& eorum lib.ſi manumiſſus, & hoc quo ad articulos fidei, qui continentur in ſymbolo: Credo in Deum: quibus per fidem ſola adhibenda eſt credulitas: quia fides eſt de re non viſa. de pœn. diſt.4.in domo. C.de ſum.Tri. l. vlt. non per ſigna, ſed per fidem veritas eſt colenda.de conſec.diſtin.4.venit ſacerdos. Lau.

1 De intellectu l. 2. C. de hæret. quam hic citat gloſſa, vide præter Doctores hic, Petrũ Godoffredũ in. d. l. 2.C. de hæret.

c ¶*Credendum eſt.*] ergo dubius in fide, teſtis eſſe non poteſt.23.q.4.ipſa pietas.

QVi alios.] CASVS. patet. Nota ꝙ qui alium ab errore non reuocat, ſeipſum errare demonſtrat: & eſt arg. quòd qui tacet, conſentire videtur.

¶*Glo. ſeq. quęrit, & ſoluit diſtinguendo.*

d ¶*Non reuocat.*] cum poteſt.ff.ad leg.Aquil. ſcientiam.83. diſtin.error. & arg.s.tit.prox.& ſi Iudęos.& 2. q.7. negligere. Sed nunquid iſtud pertinet ad omnes? Reſpondeo de crimine iam commiſſo ſoli Prelati tenentur corripere. 2 23.q.4. duo iſta & c.ita plane à peccato autẽ committendo quilibet tenetur alium corripere occultè. ʒ.e. cum ex iniuncto. vbi de hoc. & argume. 23.q.4. ipſa pietas. 22.q.5.hoc videtur.& 93. diſt.diaconi.& s.de cog.ſpi.tua.& 2.q.7. quapropter. ſed iſtæ duæ vltimæ concordantiæ intelligunt in denunciatione.Tãc.

2 De materia huius gloſſulę vide plenè per B.Thomam 2. 2. q. 33. arti. 3.& ſequẽtibus.

FIrmiſſimè.] Duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Omni homini.* Abbas Siculus.

CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum hæreticus, vel ſchiſmaticus ſaluari poſſit? Reſpondet Auguſtinus, firmiter teneas, & nullatenus dubites, quòd omnis hæreticus & ſchiſmaticus, cum diabolo & angelis eius, ęterni ignis incendio punietur: niſi ante finem vitæ, catholicę Eccleſiæ fuerit reconciliatus: quia nulli homini de mundo, qui Eccleſię catholicę non tenet vnitatem, baptiſmus vel eleemoſyna quãtumcunque copioſa, aut mors pro nomine Chriſti ſuſcepta proficere poterit ad ſalutem. Nota quòd extra Eccleſiam catholicam nullus ſaluatur, quantumcunq; bona opera fecerit.

¶*Glo. ſeq. ponit ſeptem modos, quibus quis dicitur hæreticus.*

e ¶*Hereticum.*] hereticus multis modis dicitur ille dicit, hereticus qui puertit ſacramẽta Eccleſię, vt ſimoniac⁹. j.q.j. eos ꝗ per pecuniã. & 6.q.1. ca. nos ſequentes.§.ſed licet. Item ille qui ſcindit ſe ab vnitate Eccleſię. 7. q.1. denique. Item omnis excommunicatus. 4.q.1. quòd autem hi. Item qui errat in expoſitione ſacrę ſcripturę. 24. q.3. hereſis. Item qui cõfingit nouam ſectam, vel confictam ſequitur. 24.q.3. hereticus. Item qui aliter ſentit de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia. 24. q.1. hęc eſt fides.& ca.quoniam. Vel qui male ſentiunt de ſacramẽtis Eccleſię. ʒ.eod.ad abolendam.in prin.Tanc.

† mãcipãdum

f ¶*Neque mors.*] vnde Apoſtolus: Et ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeã, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt. de pœni.diſt.3.circa fi. cap.ſi quis.& de conſe.diſt.4. ſolet.& 1.q.1.vide quantum bonum Ber.

g ¶*Ad ſalutem.*] ęternam. 3 ſcilicet: valẽt tñ ad bona tpalia promerenda.arg. 22.q.2.ſi quęlibet.in fi.& ad mitius ſuppliciũ ſubeũdum.de pęni.diſt. 4. ad finẽ.§.poſt ẽt.Ber.

Gregorius † Anaſtaſio Antiocheno.

† In multis editis, Gregorius nonus legit, ſed mẽdoſe. id hẽt Gregorius primus in regiſtro li. 7. epiſtola 47. indic. 2.& c.4.e. tit.in 1.cõpilat. & vide omnino notas hui⁹ cap.

¶*Damnato auctore.damnantur eius ſcripturæ, & libri, & opera.*

CAP. IIII.

FRaternitatis tuę: & infrà. ¶Cum Celeſtinus, atque Pelagius [h] in Epheſina ſynodo ſint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum damnantur auctores?

¶Ex concilio Africano. †

† Adde ca. 48.in concilijs latinis & i Synodo Carthaginenſi. cap.84. apud Theodorum Balſamonem. & c. 8. eo. tit.in 1.cõpil. ſed vide notas huius capitis.

¶*Epiſcopus hæredem inſtituens hæreticum conſanguineum, vel extraneum, vel Paganum, etiam poſt mortem excommunicatus nuntiatur.hoc dicit ſecundum communem & veriorem intellectum: & vt faciat ad titulum, poteſt intelligi, quòd ex hoc preſumatur hæreticus.*

FRaternitatis.] Scripta per hereticos non habent fidem authenticam. Communis diuiſio: Secunda: ibi, *Cum Celeſtinus.* Abbas.

3 De articulo huius gloſſ. vide omnino B. Thomã 3. par. q. 89. art.6.ad 3. argumẽtũ.

CASVS. Celeſtinus & Pelagius condemnati fuerunt de hereſi in ſynodo Epheſina: Antiochenus patriarcha dubitauit, an ſcripta ipſorum recipi debeant. Reſpondet Papa ꝙ non: quia ex quo auctores damnati ſunt, ſcripta illorum quomodo admitti poſſunt? quaſi diceret, non poſſunt. Nota ratione auctoris aliquid damnari vel reprobari: qualis enim auctor fuerit, talia eius opera preſumuntur. Item argu. quòd deſtructo principali deſtruitur acceſſorium.

¶*Gloſſa ſeq. ſignat contrarium, quod dupliciter fortificat, & ſoluit.*

h ¶*Celeſtinus atque Pelagius.*] Iſti duo damnati erant in ſynodo Epheſina de hereſi: dubitabat Patriarcha Antiochenus, an ſcripta 4 eorum eſſent recipienda: Et dicitur quòd non, quia ex quo condemnatus eſt auctor: & ſcripta illius admitti non debent, vt 3. queſtion. 4. nullus. & 16. diſtinct. canones, quamuis aliqua vtilia ſint ibi. argu. ſuprà.de teſt. licet. Argu. tamen quòd ratione etiam bonę ſententię recipi poſſent. 1.queſtio.1. Dominus declarauit. 37.diſt.ſi quid veri. ſicut & notitia legis abrogatę neceſſaria eſt.diſtin.7. Moyſes.& Papa etiam argumentatur ex lege Theodoſiana abrogata. ſuprà. de iud. nouit. Sed verum eſt quòd ſcripta iſtorum non valent, etiam ſi aliàs bona ſint, nec ſunt recipienda. infrà. eo. excommunicamus. §. credentes. arg. ad hoc. 96. diſtinctio.bene quidem. tamen ratione bonę ſententię ſcripta Origenis approbata fuerunt. 16. queſtio. 7.& hoc diximus. qui damnatus fuit poſt mortem.24. queſtio.2. ſane profertur. & ſi approbarentur, valerent: aliàs non arg. ſuprà. de ſumma. Trinit. capit. 2. in fin. Item argumen. quòd deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, ſicut in cap. prędicto. & hoc diximus. Ber.

4 De materia huius gloſſę, quatenus agit de libris hæreticorum recipiendis, vel non, vide quæ dixi pleniſſime lib. 1. comment. in Directorium Inquiſit.ſchol.1.

Si quis

S*I quis epiſcopus.*] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Africano, vtrum hæretici poſſint inſtitui hæredes ab epiſcopo? Reſpondet cōcilium ꝙ ſi eps inſtituerit ſibi hęredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel etiā inſtituerit conſanguineos hæreticos, vel Paganos, poſt mortem debet excōicari: & nomen eius inter ſacerdotes. Dei nullatenus recitetꝰ. Et idem intellige de oībus clericis. & hoc dicitur in ſequenti capitulo. Nota, ꝙ hæreticus iure hæreditario catholico ſuccedere non debet. Itē aliquis poſt mortē excommunicari.

†prętulerit

†eius.

CAP. V.

SI quis epiſcopus [a] hæredes inſtituerit extraneos à conſanguinitate ſua, vel hæreticos etiam conſanguineos, aut Paganos [b] pertulerit†: ſaltem poſt mortem [c] ei † anathema dicatur: atque eius nomen inter Dei ſacerdotes nullo modo recitetur.

¶Ex eodem. †

¶ *Loquitur de eadem materia cum prędecenti, & extenditur quod ibi dictum fuit de epiſcopis ad presbyteros, & alios clericos.*

CAP. VI.

IN eos, qui catholici non ſunt, etiam ſi conſanguinei [d] fuerint, epiſcopi, vel presbyteri nihil conferant [e]: denique hoc, quod de epiſcopis, & presbyteris dictum eſt, debet de reliquis [f] clericis exaudiri.

¶Alexander iij. Remeñ. Archiepiſcopo.

¶*Chriſtus fuit verus Deus, & verus homo: ſentiens oppoſitum. hæreticus eſt, & excommunicatus.*

CAP. VII.

CVm † Chriſtus perfectus Deus, & perfectus ſit homo: Mandamus, quatenus ſub anathemate [g] interdicas, ne quis de cætero audeat dicere, Chriſtum non eſſe aliquid ſecundum quòd homo: quia ſicut Chriſtus verus eſt Deus, ita verus eſt homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens.

¶*Glo. ſeq. reci. per obiectionem, & ſoluit.*

a ¶*Si quis epiſcopus.*] Sic ordina iſtam literā: ſi quis eps inſtituerit hæreticos hæredes extraneos à conſanguinitate ſua, vel etiam ſi inſtituerit conſanguineos hęreticos hęredes aut Paganos pertulerit: ſaltem poſt mortē, &c. & ſic repete illā dictionem, hæreticos. Et ita nullus debet inſtituere hæreticū, ſiue ſit cōſanguineus, ſiue nō: vt hic patet. & j. c. proxi. eps ergo inſtituat eccleſiam, ex quo non habet conſanguineos catholicos. 12. q. 2. eps q filios. & c. cognouimꝰ. & in Authēt. vt cum. de app. cog. §. dicimus. & §. ſi quis. coll. 8. quia iſti hæretici iā non dñr filij vel conſanguinei, vnde dicitꝰ in lege: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua deprauare voluerint veritatē ſit manus tua ſup illos. 23. q. 8. legi. & vxor eſt expellenda. 28. q. 1. vxor. in fin. Hoc intellige niſi pœnituerint iſti conſanguinei: delicti enim veniam pœnitentibus non negamus. C. eod. Manichæos. Ber.

†In concilio Africano hoc nō dū reperi: ſed habetꝰ in cōcilio Carthaginenſi. iij. c. 13. & apud Theodorū Balſamonē in ſynodo Carthaginenſi ca. 15. & c. 9. eo. tit. in 1. compil. vide notas capitis ꝓxime prędecentis.

†Ca. 5. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexā. iij. par. 49. ca. 10. vnde facilius intelliges hoc fragmētū.

b ¶*Paganos.*] ita idem iuris eſt in Paganis quod de hæreticis. Et idem eſt de oībus, qui catholici non ſunt. j. c. proxi. B.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

c ¶*Poſt mortem.*] ſic 1 24. q. 2. ſane profertur. & ar. C. eo. l. Manichæos. ar. contra, quia crimina morte extinguuntur, 23. diſt. quorunda. 23. q. 2. cap. 1. & crimen cum pœna ſit extinctum. C. ſi reus vel accu. mor. fue. l. 2. hoc tamen ſpeciale eſt in crimine hæreſis, in criminis deteſtationem, vt poſt mortem poſsit accuſari & excommunicari, & ne eccleſia oret pro eo, quia non fuit accuſatus in vita. Ber.

IN *eos.*] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd nullus epiſcopus vel presbyter transferre debet bona ſua in eos, qui catholici non ſunt, etiam ſi conſanguinei fuerint: & qđ de epiſcopis & presbyteris dicitur, ad alios clericos extenditur. Nota quòd vbi eadem cauſa iuris eſt, idem ſtatuendum.

d ¶*Etiam ſi conſanguinei.*] dic vt s̄. c. proxi.

e ¶*Nihil conferant.*] Non diſtinguitur in morte, vel in vita, ergo nec nos diſtinguamus: quia nihil capere poſſunt ex teſtamento. j. eod. excommunicamus. §. credentes. cauſa pietatis forte poſſet eis dari 2 ne perirent fame. 86. diſ. paſce fame. quia adhuc poſſunt conuerti ad fidem: quia de nemine deſperandum eſt. de pœ. diſt. 7. nemo. & 32. q. 2. ancillam. & arg. etiam ad hoc 42. diſtinct. quieſcamus. & 11. q. 3. quoniam multos. Ber.

1 De materia huius gloſſulę ꝑter Docto. hic, vide Antonium Gomeziū tomo 3. varia. reſol. c. 1. nu. 80. & Ioannē Roiam ſingulari 134.

2 De hoc dubio vide gloſſam, & ibidem Archidiaconū. & Turrecrematā 30. diſt. c. 1. & in legibus ſeptipartitis Hiſpaniæ, par tit. 1. ti. 24. l. 8.

f ¶*De reliquis.*] In hoc omnes pares ſunt. arg. 16. q. 1. prædicator. in princ. 24. q. 2. ſane profertur. Ber.

C*Vm Chriſtus.*] CASVS. Quidam theologi vltra quam oporteret ſubtiliter intelligētes dicebāt, Chriſtū nō eſſe aliqd ſecundū ꝙ homo: cū igitꝰ Chriſtus perfectus Deus, & perfectus homo ſit, mādat Papa Remeñ. archiepiſcopo, quatenus ſub anathemate interdicat ne aliquis de cætero audeat dicere Chriſtū non eſſe aliquid ſecundum ꝙ homo, quia ſicut eſt verus Deus, ita eſt verus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Nota ꝙ Chriſtus eſt verus Deus, & verus homo.

g ¶*Sub anathemate.*] Quicunq; ergo contrarium dixerit, eſt excōicatus, quia hoc dicere hæreticum eſt. & hæretici omnes ſunt excōicati. j. eod. ad abolendam. & c. excōicamus. & ꝙ Chriſtus verus ſit homo ex humana carne ſubſiſtens, habes s̄. de ſum. Trin. c. 1. & eſt articulus fidei noſtræ: de quo habetur in prædicta conſtitutione, & de alijs, quos ſcire quilibet 3 Chriſtianus tenetꝰ per fidē. arg. ad hoc de conſec. diſtin. 4. ante xx. & c. baptizandos. & c. prima. ad illos articulos de quibus tractatur in illa conſtitutione, firmiter credimus. omnes indiſtincte tenentur, tā clerici quàm laici: ſed clerici magis, qui legē ꝑſcrutabiliter ſcire tenentur. 38. diſt. omnes pſallentes. 24. diſt. quādo eps. Quilibet ergo tenetur credere ſecundū quod catholica tenet Eccleſia, & hoc ſufficit in talib. articulis, dummodo nil incōtrarium ſentiat. j. eod. ad abolendam. Ber.

† Lateraſi. ſub Alexā. iij. c. eo. ti. in 1. cōpil. Et vide notas huius c.

¶Ex concilio Lateraſi. †

¶*Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati ſunt: & decedentes in hoc peccato, in cęmeterio eccleſiæ ſepeliri non debent, nec pro eis orari.*

CAP. VIII.

SIcut ait beatus Leo [h]: & infrà. ¶ Quia in partibus Tholoſanis, hæreticorū, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij alijs nominibus vocant, inualuit damnanda peruerſitas: eos, & defenſores [i], & receptatores eorum, anathemati decernimus ſubiacere: Et ſub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra ſua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere pręſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerit, neque ſub priuilegiorum noſtrorum quibuſcunque indultorum obtentu [k], neque ſub alia quacunque occaſione, oblatio [l] pro eo fiat: aut inter Chriſtianos accipiat ſepulturam†.

¶ Lucius tertius.

¶*Hæreticus malè ſentiens, vel malè docens de ſacramentis Eccleſiæ, excommunicatus eſt: & conuictus, niſi ſe correxerit, & errorem abiurauerit: ſi clericus eſt, degradetur, & curię ſeculari tradatur: per quam etiam laicus punietur. Eadē etiam eſt pęna ſuſpectis de hęreſi.*

3 De materia huius gloſſæ vide B. Thomā. 2. 2. q. 2. ar. 5. & 6. & Eymericū in Directorio inquiſi. par. 1. q. 7. & q. 12.

† Vide Alfonſum Caſtrum li. 2. de iuſta hęret. punit. c. 18. & q̄ dixi lib. 3. commē. in Directoriū inquiſitorū ſchol. 102. ſup. q. 40.

S*Icut*] CASVS. In capitulo iſto Lateraneñ. concilium excōicat oēs hæreticos, quibuſcūque nominibus cenſeantur, & oēs defenſores & receptatores eorū, & ꝑcipit ſub interminatione anathematis, ne qs eos in domo, vel in terra ſua tenere vel fauere præſumat, aut cum eis negotiationem habere. Si quis aūt in hoc peccato deceſſerit, oblatio pro eo non fiat: nec inter Chriſtianos accipiat ſepulturam, nō obſtāte aliquo priuilegio quibuſcunq; indulto. Nota ꝙ fautores hæreticorū cū hærerticis æqualiter puniētur. Itē priuilegiū non excuſat aliquē à peccato. Itē rōne delicti ꝑditur priuilegium: quia priuilegium non extenditur ad illicitum caſum, nec tuetur aliquem in malo.

h ¶*Leo.*] 23. q. 5. res omnes.

i ¶*Defenſores.*] j. eod. excommunicamus. §. credentes. & 79. diſtin. ſi quis Papa. arg.

k ¶*Obtentu.*] ſic ergo ratione delicti perditur priuilegium. infra capitu. proximo in fine. quia priuilegium non extenditur ad illicitum caſum, nec tuetur aliquem in malo. inf. de ſententia excommunica. nulli. & omni priuilegio ceſſante mali puniendi ſunt. C. vbi de cri. agi opor. Authen. qua in prouincia. Ber.

l ¶*Oblatio.*] quia conſtat eum deceſsiſſe in mortali peccato. 23. quæſtio. 5. placuit. & eſt ſimile infra. de vſur. quia in omnibus.

AD *abolendam.*] CASVS. Lucius Papa in cap.iſto excõmunicat omnes illos,qui de ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti,& de alijs eccleſiaſticis ſacramentis aliter ſentiunt vel docent, quàm ſancta Romana Eccleſia prædicet,& obſeruet:& omnes illos, quos Romana eccleſia vel ſinguli epiſcopi vel clerici, vacante eccleſia,cum concilio vicinorum epiſcoporum hæreticos iudicauerint: Secundò ſtatuit, vt quicunque deprehẽſi fuerint manifeſte in hæreſi: ſi clerici fuerint: eis prius degradatis ſeculari poteſtati relinquantur animaduerſione debita puniendi: niſi ſtatim poſt deprehenſionem erroris ſponte ad catholicã vnitatem redierint, & ad arbitrium epiſcopi ſatisfecerit: Si vero laici fuerint, niſi(vt dictũ eſt) abiurata hæreſi ad arbitrium epiſcopi ſatisfecerint, ſecularis iudicis arbitrio relinquãtur. Tertio dicitur, ꝙ qui poſt abiuratam hæreſim, vel poſtquam ad arbitrium epiſcopi ſe purgauerint, deprehẽſi fuerint in hæreſim recidiſſe: ſine vlla audientia ſeculari iudicio relinquantur: Quarto ſtatuit, vt omnes rectores cuiuslibet loci, iuxta commonitionem epiſcoporum iuramento proprio promittant, ꝙ cum ab eis fuerint requiſiti, eccleſiã contra hæreticos adiuuabunt bona fide. Si vero id obſeruare noluerint, honore priuẽtur, & ad alios nullatenus aſſumantur: & ipſi excõicentur & terrę illorum interdicantur. & ciuitas quæ his inſtitutis duxerint reſiſtendum,vel punire neglexerit reſiſtentes, epiſcopali dignitate priuetur,& aliarum careat commercio ciuitatum: Quinto dicit,quòd ſi aliqui fuerint exempti à iuriſdictione epiſcoporum,& ſoli eccleſię Romanę ſubiecti, nihilominus in his qui contra hæreticos ſunt inſtituta,ſubeant iudicium epiſcoporum : & eis tamquam ſuper hoc à ſede Apoſtolica delegatis, obſequantur, non obſtantibus aliquibus priuilegijs libertatis. Not.primo quòd vacante ſede, capitulum obtinet vicem epiſcopi in his,quę pertinent ad iuriſdictionem.Item omnes qui male ſentiunt de ſacramentis eccleſiæ, ſunt excõmunicati.Item arg.quòd clericus depoſitus,non gaudet clericali priuilegio. Item ab errore reuerſus,errorem ſuum publice abiurare debet. Item iterata delicta grauius puniuntur. Item lapſis in hæreſim appellatio eſt deneganda. Item ratione delicti amittit quis priuilegium libertatis, ſed epiſcopi tunc tamquam delegati à Papa eos puniunt, & non tamquam ordinarij.

†C.11.eo.tit.in 1.cõpil.& vide notas in hãc decretalem.

† Vide Eymericũ in Directorio Inquiſito. 3.par.q.91.

†ſtatuimus

† In vulgatis ita: fuerit in hæreſi deprehẽſus,&c.ſed in antiquis codicib.vt eſt impreſſum.

ſi ſe non correxerint:& relapſis omnino audientia denegatur. Seculares Principes,qui iurare nolunt de Eccleſia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terræ eorum ſupponuntur interdicto:ciuitates verò ipſorum reſiſtentes,aliarum commercio, & epiſcopali dignitate priuantur:exempti vero ſubſunt ordinarijs, ſuper his, quæ contra hæreticos inſtituuntur.

CAP. IX.

AD †abolendam: & infrà. ¶Vniuerſos, qui de ſacramento corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis,aliter ſentire,aut docere non metuunt, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat[a]: & generaliter quoſcũque eadem Romana Eccleſia,vel ſinguli epiſcopi per diœceſes ſuas cum cõſilio clericorum, vel clerici ipſi ſede vacante[b] cum conſilio (ſi opportuerit) vicinorum epiſcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui anathematis innodamus:& infrà. ¶Præſenti†nihilominus ordinatione ſancimus†, vt quicunque manifeſtè fuerint†in hæreſi deprehẽſi[c]: ſi clericus eſt, vel cuiuslibet religionis obumbratione fuſcatus, totius eccleſiaſtici ordinis prærogatiua[d] nudetur: & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſecularis relinquatur[e] arbitrio Poteſtatis, animaduerſione debita puniendus: niſi continuò † poſt deprehenſionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrere[f], & errorem ſuum ad arbitrium[g] epiſcopi regionis publicè conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere. ¶Laicus[h] autem, niſi (prout dictum eſt)abiurata hęreſi,& ſatisfactione exhibita, confeſtim ad fidem confugerit orthodoxam,ſecularis iudicis arbitrio relinquatur: debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem: & infrà.

¶ Qui † verò inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles: niſi ad arbitrium epiſcopi, iuxtà conſiderationem ſuſpicionis, qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. ¶Illos quoque, qui poſt † abiurationem erroris: vel poſtquam ſe (vt diximus) proprij antiſtitis examinatione purgauerint, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe, ſeculari iudicio, ſine vlla penitus audientia[i]

† Qualiter hæ voces continuo, confeſtim, & aliæ ſimiles in hac materia accipi debeant, tradit Eymericus in Directo.in quiſi. par. 3.q. 98. & Simãcas in cath. inſti. titu. 47.de penitẽtib⁹ & conuerſis.

† Hic §. vt plurimum deſiderat in manuſcriptis codicib. vſq; ad illa verba: Illos quoq; ſed videto notas in hũc locum.

† In vulgatis codicib⁹ ita: poſt abiurationem præfati erroris, &c. verum tamẽ vox, ꝓfati, nuſquã apparet in antiquis exemplaribus.

a ¶*Prædicat & obſeruat.*] ſim. 24.q. 3. hæreſis. hoc ergo quod Romana eccleſia ſeruat & mandat ab alijs obſeruari, generaliter eſt obſeruandum.11.diſ.quis neſciat. quicunque ergo male ſentit de ſacramentis eccleſiæ,hæreticus eſt habẽdus: vt hic patet.

¶*Gloſſa ſequens arg.& remittit.*

b ¶*Clerici ipſi ſede vacante.*] habes hic argu.quòd vacante eccleſia,iuriſdictio remanet penes capitulum.arg.65.diſtinc. c.vlt.23.diſtin.in nomine Domini.7.q.1.pontifices.De hac materia plenè dictum eſt ſ.de maio.& obediẽ.cap.his quæ. & cap. cum olim.

c ¶*Deprehenſi.*]facti euidentia: puta quia publicè prædicat hæreſim.argu.ff.de rit.nup.palam.§. vlti. vel legitima probatione,puta per teſtes:vel ex ſua confeſſione. Ala.

¶*Glo.ſeq.arg.pro opi..Ala.ſed tenet contrarium Vg.*

d ¶*Prærogatiua.*] argu. quòd clericus depoſitus non habet priuilegium clericale: & hoc cõcedit Ala. ar. 54.diſt. ex antiquis. in fi.ꝙ non eſt verum, qa tenetur viuere clericaliter, quamuis ſit depoſitus: vnde ſi hoc faciat adhuc gaudet priuilegio clericali.81.diſt. dictũ. Et hoc dixit Hug. Si vero incorrigibilis eſſet: tunc non ſolum perderet priuilegiũ clericale: verum etiam ſeculari curiæ traderet.ſ. de iudi.cum non ab homine. ſed in caſu iſto perdit omne priuilegium niſi reuertatur, vt ſequitur.

¶ *Glo.ſeq.ponit caſus, quibus,&c.*

e ¶*Relinquatur.*] Tribus enim caſibus 1 relinquitur aliquis curiæ ſeculari ſtatim poſt depoſitionem.In crimine hæreſis,vt hic,& ĩ.eod. excõicamus. Item in crimine falſi. ĩ. de cri. fal.ad falſariorum. Et in alio, cum pp calumniam vel contumeliã, quam cõtulit epo ſuo aliquis depoſitus eſt. 11.q.1.ſi quis ſacerdotum.aliàs aũt licet clericus ſit depoſitus, non traditur ſtatim curiæ ſeculari:imo adhuc tenetur viuere clericaliter, & eccleſia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali,vt dictum eſt in proxima notula. Si verò ſit incorrigibilis, poſtea traditur, ſecundum,quod dicitur.ſ.de iud.cum non ab homine. Qualiter debeat tradi, dicitur ĩ. de ver. ſig. nouimus.Qualiter puniri debeant hæretici, dicitur ĩ.eod. excommunicamus.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.*

f ¶*Sponte recurrere.*] Sed videtur,quòd etiam compelli debeat ſeruare fidem.45.diſ.de Iudæis.poſtquam condemnatus eſt hæreticus,non compellitur:ſed ſi vult ſpõte redire, debet recipi abiurato errore. 24. q.3. dicit Apoſtolus. & in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam intrudi. ĩ. eo. cap. penul.Ber.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium,& ſoluit.*

g ¶*Arbitrium epiſcopi.*]ar.contra.1.q.7.ſi quiſs epiſcopus. illud olim obtinuit,in concilio 2 tantum reciperetur; ſed hodie ſufficit quod hic.dicit.Tan.

h ¶*Laicus.*]Laici.n.per eccleſiam cõdẽnandi ſunt de hęreſi: ſed iudex ſecularis illos punire dẽt,nec traditur laicus curiæ ſeculari, ſed clericus ſolummodo.ĩ.de ver.ſig.nouimus.quia laicus ſemp eſt de foro ſeculari, ſed in caſu iſto ſnĩa dẽt ferri p eccleſiã:executio ſit ſolũmodo p iudicem ſecularẽ. Qualiter tales puniri debeant, dicẽt ĩ.eo.excommunicamus.Bern.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& ſoluit.*

i ¶*Audientia.*]ſim.22.diſ.in noĩe Dñi. Sed ſi volunt redire nonne debẽt audiri & recipi : qa eccleſia claudit gremiũ volẽtibus redire ad ipſam.C.de ſum.Trin. inter claras. circa fi.& delicti veniam petentibus non negamus,dicit Imperator. C. eod.titu.Manichæos.de pœn.diſt.3. adhuc inſtant? Videtur quòd debeant recipi,quia Dominus non vult mortem peccatoris,&c.26.q.6.agnouimus.ſed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detrudatur.inf.eod.capitu.penultimo,ſed audien-

1 De materia huius gloſſę vide Bernardinum Diaz in prac.crimin.cano. c. 106. & 130.& ſeq.

* Aliàs,detrudi.

2 Vide Simancã catho. inſtit. tit. de abiuratione.

audientia denegatur quo ad bona, etiam ſi aliàs vellet ſe defendere, tamen litera iſta contradicit Tanc. Hodie ſeruandum eſt prout traditur. j. eo. c. pen. §. ſi qui. Ber.

a ¶ *Iuramento.*] hoc idem dicitur j. eodem, excommunicamus. §. moneantur. Bernar.

† Vide beatũ Thomã 2.2. q. 11. ar. 4.

decernimus relinquendos †: & infrà. ¶ Statuimus inſuper, vt comites, barones, rectores, & conſules ciuitatum, & aliorum locorum, iuxtà commonitionem epiſcoporum, præſtito corporaliter iuramẽto[a] † promittant, quòd fideliter, & efficaciter cum ab eis fuerint requiſiti, Eccleſiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxtà officium, & poſſe ſuum. Si verò id obſeruare noluerint, honore[b], quem obtinent, ſpolientur, & ad alios nullatenus aſſumantur: eis nihilominus excõmunicatione ligandis[c], & terris ipſorum interdicto Eccleſiæ ſupponendis. ¶ Ciuitas autem, quæ his inſtitutis duxerit reſiſtendum: vel contra commonitionem epiſcopi punire neglexerit reſiſtentes: aliarum careat commercio ciuitatum: & epiſcopali[d] ſe nouerit dignitate priuandam: & infrà. ¶ Si qui † verò fuerint, qui à lege diœceſanæ iuriſdictionis exẽpti, ſoli ſubiaceant ſedis Apoſtolicæ poteſtati: nihilominus in his, quę ſunt contra hæreticos inſtituta, epiſcoporum ſubeant iudicium: & eis in hac parte tãquam à ſede Apoſtolica delegatis[e], (non obſtantibus libertatis ſuæ priuilegijs) obſequantur.

† Vide Repertorium Inquiſitorũ verbo: iuramentũ & Eymericum in Directorio 3. par. q. 32.

b ¶ *Honore.*] quia hoc ipſo contra eccleſiam eſſe videntur: vnde dignitate debent priuari. 24. quæſtio. 1. qui contra Eccleſiæ pacem. & ſim. 32. quæſt. 5. præceptum. Ber.

c ¶ *Ligandis.*] ſim. j. eo. excommunicamus. §. moneantur.

d ¶ *Epiſcopali.*] ꝓpter delictum ſuũ. ſim. 35. q. 2. ita nos.

¶ *Glo. ſeq. dicit hoc allegari, quòd ratione delicti, &c. & reſpondet.*

e ¶ *Delegatis.*] auctoritate gñali huius decre. ſim. ſ. de offic. ordi. irrefragabili. §. cæterũ. & ſic ratione delicti ꝑdunt priuilegium: quia priuilegium non dat cauſam delinquẽdi. C. de priuileg. ſcho. l. 2. libro 12. nec permittas nocentes aliquibus priuilegijs vti: vt in Authen. de man. princ. §. quod ſi delinquentes. colla. 3. & ſ. cap. proxi. ſic & remiſſio peccati non dat licentiam delinquendi. 1. quæſt. 7. exigant. Conſequitur hic allegari, quòd ratione delicti perditur priuilegium: quod non eſt verum: quia ſi aliqui exẽpti ſunt & delinquant, non perdunt priuilegium propter hoc, ſed puniri debent. Nec dicuntur propriè recidere in iuriſdictionẽ epiſcoporum, quia nõ cognoſcunt epiſcopi iure ordinario, ſed auctoritate ſibi delegata: vt hic patet, & ſup. de offic. ordin. irrefragabili. & perinde eſt ac ſi ipſe Papa cognoſceret, vel ſpecialiter alijs delegaret: per abuſum enim, vel per negligentiam perditur priuilegium. inf. de priuileg. accedentibus. & cap. ſi de terra. & 11. q. 3. priuilegium. De hoc dicitur j. de priuile. ex tuarum. Ber.

† De materia hui' §. vide eundem Eymericũ in Directorio inquiſit. par. 3. q. 16. & ſeq. vbi late dixi in commẽtarijs.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Bona hæreticorum confiſcantur, & in terris eccleſiæ applicantur fiſco eccleſiæ: in terris imperij iudicis ſecularis fiſco; & procedit etiam ſi catholicos habent filios.*

CAP. X.

VErgentis † in ſenium ſeculi corruptelam: & infrà. ¶ In terris verò temporali noſtræ iuriſdictioni ſubiectis, bona hæreticorum ſtatuimus publicari: & in alijs idem præcipimus[f] fieri, per Poteſtates, & Principes ſeculares: quos ad id exequendum (ſi fortè negligentes extiterint) per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compelli volumus, & mandamus: Nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus, & abnegantibus hæreticorum conſortium, miſereri[g] aliquis voluerit: vt temporalis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina[h]. Cum enim ſecundum legitimas ſanctiones, reis læſæ maieſtatis punitis capite, bona confiſcentur[i] eorum, filijs ſuis vita ſolummodo ex miſericordia cõſeruata: quanto † magis qui aberrantes in fide Domini Dei filium Ieſum Chriſtum offendunt, à capite noſtro, quod eſt Chriſtus, eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi, & bonis temporalibus ſpoliari? cum longè ſit grauius[k] æternam, quam temporalem lędere maieſtatem. ¶ Nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram, orthodoxorum † exhæredatio[l] filio-

† Habetur integra lib. 2. regiſtri Innocentij iij. epiſtola 1. & c. 1. eo. tit. in 3. compila. Et de materia & intellectu vide Zanchinum tract. de hære. c. 25. & quæ copioſe dixi lib. 2. cõmẽt. in Directorium inquiſitor. ſcho. 6. & lib. 3. ſcho. 151.

† In regiſtro ita: ꝗto magis q aberrantes in fide, Deum Dei filiũ Ieſum Chriſtum, &c.

† Vide Paulũ Grillandum tract. de hære. q. 4. & Iuliũ Claũ lib. 5. ſent. recept. §. hæreſis. verſ. & ſcias, ꝙ.

VErgentis.] Diuiditur: Nam primò præmittit deciſum exordium: Secundò ponit ſtatutum de publicatione: quod probat per argumentum à maiori: Tertiò ſoluit obſtaculũ. Secunda: ibi, *In terris.* Tertia: ibi, *Nec.* Abb.

CASVS. Statuit dominus Papa, quòd in terris ſuæ temporali iuriſdictioni ſubiectis, bona hæreticorum publicentur: & in alijs idem pręcipit obſeruari per rectores locorum: & ſi ad hoc negligentes extiterint, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur: nec ad eos bona illa vlterius reuertantur: niſi redierint & abnegauerint hæreticam prauitatem niſi ex ſola miſericordia aliquis eis voluerit miſereri: vt temporalis ſaltem pœna corripiat, quem ſpiritualis non corrigit diſciplina: cũ enim ſecundum leges reis læſæ maieſtatis capite punitis bona publicentur, eorum filijs vita ſolummodo ex miſericordia reſeruata: multo fortius iſti qui aberrantes à fide, filium Dei Ieſum Chriſtum offendunt, à capite noſtro, qđ eſt Chriſtus, debent præſcindi, & bonis temporalibus ſpoliari: quia grauius eſt æternam quàm temporalem lædere maieſtatem: nec exhæredatio filiorum catholicorum, debet impedire cenſuram huius ſeueritatis prętextu alicuius miſericordiæ: cum in multis caſibus filij pro patribus temporaliter puniantur: & ſecundum canones quandoque non ſolum puniuntur auctores ſcelerum, ſed etiam progenies damnatorum. Nota, ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt cõpellere iudicem ſecularem ad iuſtitiam faciendam. Item grauius eſt æternam quam temporalẽ lædere maieſtatem. Itẽ in crimine hęreſis non parcitur filijs circa bona paterna, ſed in totum priuantur bonis paternis.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. an Papa poßit principare.*

f ¶ *Pręcipimus.*] quod facere poteſt Papa ratione peccati. ſuprà de iudic. nouit. & poteſt eos dignitate priuare: vt ſup. cap. proxi. §. ſtatuimus. & ꝓpter alias iniquitates poteſt etiã Papa remouere eos à dignitate. 15. quæſtio. 6. alius. & imperium ipſe tranſtulit de loco ad locum: propterea quia non defendebant eccleſiam. ſuprà de elect. venerabilem. vt ibi notatur. & iudex ſecularis poteſt excommunicari, ſi negligat facere iuſtitiam. 23. quæſtio. 5. adminiſtratores. & hic expreſſe dicitur, & ſupra cap proxi. §. penul. & infrà de maledic. capitu. 2.

g ¶ *Miſereri.*] De ſola ergo miſericordia reſtituuntur bona, vt hic dicitur: & etiam epiſcopatus: vt 23. quæſtio 4. ipſa pietas. verſic. item ſi inquiunt. in fin. & q. 7. quod autem. & 1. q. 7. conuenientibus.

h ¶ *Diſciplina.*] ſ. de elect. cum in cunctis. 82. diſt. plurimos. in ſi. & C. de emen. propin. l. vnica. & arg. 50. diſt. vt conſtitueretur. Ber.

i ¶ *Bona eorum confiſcentur.*] quod dicit hic habes. 6. q. 1. c. quæro. §. verum. & c. ſi quis cum militibus, & C. ad l. Iul. ma. quiſquis.

k ¶ *Longè ſit grauius.*] 17. q. 4. ſicut qui eccleſiam & 23. q. 5. ſi apud. & quod in religionem diuinam cõmittitur, in omnium fertur iniuriam: & publicum crimen committitur. C. eo. tit. Manichæos. vnde grauius eſt.

¶ *Glo. iſta ſignat contrarium. & ſoluit.*

l ¶ *Exhæredatio.*] hic expreſſe habes, quòd bona hæreticorum confiſcantur: 1 ſiue habeant filios, ſiue non: nec catholicis filijs hæreticorum aliquid relinquẽdum eſt, vt hic dicitur. Sed contra dicit l. C. eod. titu. Manichęos. & l. cognouimus. & Authent. idẽ eſt de Neſtorianis. vbi dicitur: quòd filij catholici propter hoc hæreditate paterna non priuantur: ſtatur enim hodie huic decret. in odium criminis: ſicut in crimine læſæ maieſtatis: vbi filij puniuntur quo ad bona, vt hic dicit, & 6. queſtio. 1. capitu. quæro. §. verum. & capitu. ſi quis cum militibus. multo fortius in iſto crimine. vt hic dicitur. & hoc eſt expreſſum in conſtitutione Federici, hac edictali. quæ olim erat in quinta compilatione eodem titulo, & in alio caſu etiam filij pro delicto parentum puniuntur temporaliter vſque ad quartam generationem, ſecundum quod habes. j. de pœn. in quibuſdam. & in hac opinione fuerunt Ioan. & Lau.

1 De materia huius gloſſę vide late per citatos ĩ textu.

rum, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu, debet vllatenus impedire: cum in multis caſibus (etiam ſecundum diuinum† iudicium) filij pro patribus temporaliter puniantur: & iuxta canonicas[a] ſanctiones, quandoque feratur vltio, nō ſolum in auctores† ſcelerum, ſed etiam in progeniē damnatorum.

¶ Idem.

¶ *Aduocati, vel notarij hęreticis vel eorum defenſoribus fauentes, aut ſub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis inſtrumenta ſcribentes, infames ſunt, & ab illo officio ſuſpenſi.*

CAP. XI.

SI † aduerſus nos terra conſurgeret: & infrà. ¶Quia plus timeri ſolet, quod ſpecialiter[b] iniungitur, quàm quòd generaliter imperatur: vobis aduocatis, & ſcriniarijs[c] firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defenſoribus eorundem, in aliquo præſtetis auxilium[d], conſilium, vel fauorem: nec eis in cauſis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus ſub eorum examine, veſtrum patrociniū præbeatis: & pro ipſis publica inſtrumenta, vel ſcripta facere nullatenus attētetis. Quòd ſi contra præſumpſeritis, ab officio veſtro ſuſpenſos, perpetuæ vos decernimus infamię[e] ſubiacere.

¶Item vniuerſis Chriſti fidelibus tam in vrbe Meten. quàm in eius diœceſi conſtitutis.

¶ *Laici non prædicent, nec occulta conuenticula faciant, nec ſacerdotes reprehendant.*

CAP. XII.

CVm† ex iniuncto: & infrà. ¶Licet autem deſiderium intelligendi diuinas ſcripturas, & ſecundum eas ſtudium adhortandi, reprehendendum non ſit, ſed potius commendandum: in eo tamen apparent quidam laici meritò arguendi, quòd occulta conuenticula[f] celebrant, officium prædicationis Chriſti † ſibi vſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem[g] eludunt, & eorum conſortium aſpernantur, qui talibus non inhærent.

¶Deus[h] enim lux vera, quæ

a ¶*Canonicas.*] 15.q.8.cum multæ.& 1.q.4.cum eccleſia. §. item peccato Iſraelitarum.& ſ.de fil.presby.per totum.

SI *aduerſus.*] Primò ponit deciſum exordiū: Secundò prohibitionem: Tertiò pęnam. Secunda: ibi, *Quia.* Tertia: ibi, *Quòd ſi.* Abbas.

CASVS. Quāuis generaliter prohibitū ſit, vt nullus conſiliū, vel auxilium: vel fauorem præſtet hæreticis: quia tamen ſolet plus timeri quod ſpecialiter iniungitur, quam quod generaliter præcipitur, prohibet Papa aduocatis & notarijs, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defenſoribus eorundem, in aliquo præſtent conſiliū, auxilium, vel fauorē: nec eis in aliquibus factis, vel, cauſis, vel aliqbus litigātibus ſub eis prębeant patrocinium, nec pro ipſis publica conficiant inſtrumēta, vel ſcripta: qđ ſi contra fecerint, ab officio ſuo nouerint ſe ſuſpenſos: & ꝑpetuæ infamię ſubiacere. No. regulam, ꝙ plus timetur quod ſpecialiter præcipitur, quā quod generaliter imperatur. Not. aduocatos & notarios eſſe infames, qui aduocant, vel inſtrumenta conſcribunt pro hæreticis, & nihilominus ſunt excōmunicati. Item Papa pōt infamiā irrogare.

† De hoc articulo latiſſime ſcribit Alfonſus Caſtrus lib.2.c.11. de iuſta hę ret. punit. & Ioā. Rojas in ſingularib. fidei ſingul. 66.

† Actores.

† Ca.2.eo. tit.in 3.cō pil. Et de materia & intellectu præter Doctores hic, vide Matthæum de Afflictis ſuper conſtitutione, in conſutilē. de hæret. notabili 25. verſic. Hinc ſumpta occaſione. quæro. adde Simancā catho. inſtit. ti.5.de aduocatis.

b ¶*Quod ſpecialiter.*] hoc ſumptum eſt ex illo canone 23.diſ. quāquam. ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notent, videntur neglecta. ff.de iniur. item apud Labeonem. §.ait prætor. ar. ſ.de confir. vti, bonæ.& ſ.de dolo.c.2.

c ¶*Scriniarijs.*] ideſt, tabellionibus. ſic 25.q.2.cap. dicenti. §. vniuerſa.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

d ¶*Auxilium.*] cum ſint excommunicati. ĵ.eod. excommunicamus 1.§.credentes.& ſ.eo. ſicut. Sed videtur ſaltem ſi cōueniantur, quòd non ſit auxilium denegandum, aut etiam juſta ſententia. ſ. de excep. cum inter & in pluribus. c. ibidem. Hoc poteſt habere locum infra annum: poſtquam vero conſtiterit eos eſſe tales, anno elapſo inter hæreticos computantur: niſi infra annum ſe correxerint. ĵ.eo. excommunicamus 1.§.credentes.& ſicut hæretici puniuntur. ĵ.eod.c. penult. vnde non admittuntur ad aliquam defenſionem, cum ipſorum bona debeant confiſcari, ſicut aliorum hæreticorū: imo licitè eis auferuntur ſua: vt 8.diſtin. quo iure. 23.q.5. nō vos.& q.7.cap. 1.2.& 3. ſed melius eſt ſi auctoritate 1 iudicis hoc fiat. 23.q.3. ſex ſunt.& C.de pig.l.3.

1 Idem tenet Archidiacon⁹ in cap. ſi vos. 23. q. 5.

¶*Glo. ſequens not. probat, & ſignat contrarium.*

e ¶*Infamiæ.*] & ita Papa poteſt infamiam irrogare, quo ad forum ciuile: quia & tollere eam poteſt. argu. ſ. qui filij ſint legiti. per venerabilem. Argumen. contra. 2.q.3.§. hinc colligitur. Ber.

ADDITIO. Solu. hoc verum eſt de infamia facti, non iuris.

CVm *ex.*] Primò ponit triplicem reprehenſionem laicorū quam ſecundò proſequitur: Primo primam: ibi, *Deus.* Secundo ſecundam: ibi, *Sicut enim.* Tertio tertiam: ibi, *Licet.* Abbas.

CASVS. Quidam laici in vrbe Metenſi præcipue delinquebant, in quibuſdam articulis, faciebant ſibi diuinas ſcripturas exponi, vt ſecundum eas ſibi aſſumerent officium prædicandi: Item occulta conuenticula faciebant, vſurpantes ſibi officium prædicandi, ſacerdotum ſimplicitatem eludunt, & aſpernantur eorum conſortium, qui ſibi in talibus non inhærent: Primò improbat Papa occulta cōuēticula: Deus enim intantum odit opera tenebrarum: vt Apoſtolos ſuos prædicaturos Euangelium miſſurus præceperit eis dicens: Quod dico vobis in aure, prædicate ſuper tecta. Secundò impugnat eorum officium prædicandi: ſicut enim multa membra ſunt corporis, ſed non habent eundem actū: ita ſunt plures ordines in eccleſia, ſed nō habent omnes idem officium: quia, vt dicit Apoſtolus, Dn̄s alios dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores: ſed ordo Doctorum præcipuus eſt in eccleſia, & ideo non debet quis indifferenter officium prædicationis aſſumere: quia vt dicit Apoſtolus: Nō prædicabunt, niſi mittantur: & Dn̄s etiā dixit Apoſtolis: Rogate dn̄m meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam: Sed ſi forte aliqs illorum diceret, ꝙ tales inuiſibiliter mittuntur à Deo: poteſt ei reſponderi, ꝙ cum illa miſſio ſit occulta non ſufficit cuiquā dicere, ꝙ ſit miſſus à Deo, cū hoc quilibet hæreticus aſſeueret: ſed oportet, ꝙ illam inuiſibilē miſſionem aſtruat per operationem miraculi: qđ oſtendit duobus exemplis, ſcilicet Moyſi, & Ioannis Baptiſtæ.

† Extat integra li. 2. regiſtri Innocētij iij. & c.3. eo. tit. in 3.cō pila. Et videto notas in hanc decretalem.

† Vox, Chriſti, nec in regiſtro, nec in antiquis codicibus reperitur.

LICET AVTEM. Hic tertiò dicit, ꝙ nullus eludere debet ſimplicitatē ſacerdotum: licet.n. neceſſaria ſit ſcientia ſacerdotibus ad doctrinam, non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus detrahendum, etiam à ſcholaſticis, nedū à laicis, cum in eis debeat ſacerdotale officium honorari: vnde pręcipit Dominus: Dijs tuis nō detrahes: de ſacerdotibus intelligens: qui propter excellentiam ordinis Deorum nomine nuncupantur: nec aliquis iſtorum defendat audaciam ſuam illo exemplo, quòd aſina reprehendit prophetam Balaam, vel quia Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? quia aliud eſt, cum quis occulte reprehendit fratrem ſuum in ſe peccantem (ad quod quilibet tenetur ſecūdum Euangelicam veritatem, in quo caſu poteſt intelligi quòd aſina reprehendit Prophetam) & aliud eſt, patrem ſuum delinquentem manifeſte reprehendere: quod nulli licet. Aliud eſt, cum Prælatus de ſua innocentia confidens, ſupponit ſe accuſationibus ſubditorum in quo caſu poteſt intelligi verbum Domini: Quis ex vobis, &c. & aliud eſt qn̄ ſubditus animo reprehendendi ſurgit in Prælatum ſuum, cum potius ei debeat obſequi. Sed ſi tamquam inutilis debeat remoueri, tunc agendum eſt ordinate apud epiſcopum ſuum, ad cuius officium pertinet inſtitutio & deſtitutio ſacerdotum. Nota, quod qui male agit, odit lucem. Item laici, quantumcunque idonei, prædicare non debent, nec etiam clerici, niſi quibus ex officio conceſſum eſt. Item non ſufficit alicui dicere, quòd ſit miſſus à Deo, niſi hoc oſtendat Item ſacerdotibus nullus detrahere debet. Item quilibet tenetur illum in ſe peccātem corrigere ſecreto. Item quilibet tenetur ad denuntiandum. Item ſicut inſtitutio ſacerdotum pertinet ad epiſcopos, ita eorum deſtitutio.

f ¶*Occulta conuenticula.*] ſicut conſpiratores. 11.q.1. conſpirationum. 79.diſ. ſi quis Papa. Iſti enim conſpirant contra Deum: vnde fortius ſunt puniendi, quàm ſi conſpirarent contra hominem. ſ.eod. vergentis. ad fin.

g ¶*Simplicitatem.*] & male. 38.diſt. ſedulo.

h ¶*Deus enim.*] hic incipit improbare factum iſtorum.

a ¶ *In*

omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, intantum obit opera tenebrarum, vt Apoſtolos ſuos in mũdum vniuerſum prædicaturos Euangeliũ omni creaturę miſſurus, eis præceperit apertè dicens: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine [a] †: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta: & infrà. ¶ Sicut enim [b] multa ſunt membra corporis, omnia verò non eundem actum habẽt: ita multi ſunt ordines in eccleſia, ſed non omnes [c] idem habent officium: quia ſecundum Apoſtolum: alios [d] Dominus dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios autem Doctores: & cætera. Cum igitur Doctorum ordo ſit quaſi pręcipuus [e] in eccleſia, non debet ſibi quiſquam indifferenter prędicationis officium vſurpare: Nam ſecundum Apoſtolum, Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Et veritas ipſa præcepit Apoſtolis, Rogate [f] dominum meſſis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quòd ſi fortè [g] quis argutè reſpondeat, quia tales inuiſibiliter mittuntur à Deo, & ſi non viſibiliter mittatur ab homine: cum inuiſibilis miſſio multò ſit dignior, quam viſibilis, & diuina longè melior, quam humana †: poteſt rationabiliter reſponderi, quòd cum interior illa miſſio ſit occulta, non ſufficit [h] cuiquam nudè tantum aſſerere: quòd ipſe ſit miſſus à Deo, cum hoc quilibet hæreticus aſſeueret, ſed oportet, quòd aſtruat illã inuiſibilẽ miſſionem, per operationem miraculi [i], vel ſcripturæ teſtimonium ſpeciale. Vnde cum Dominus vellet mittere Moyſen in Aegyptum ad filios Iſrael: vt crederent ei, quòd mitteretur ab ipſo: dedit ei ſignum, vt conuerteret virgam [k] in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoq; Baptiſta, ſpeciale ſuę miſſionis teſtimonium protulit de ſcriptura, dicens: Ego vox clamantis in deſerto, dirigite viam Domini, ſicut ait Eſaias propheta; & infrà. ¶ Licet autem [l] ſcientia ſit valde neceſſaria ſacerdotibus ad doctrinam, quia iuxtà verbum propheticum: Labia [m] ſacerdotis cuſtodiunt [n] ſcientiam, & legẽ exquirunt [o] ex ore eius: non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus, etiam à ſcholaſticis detrahendum: cum in eis ſacerdotale officium debeat honorari: propter quod Dominus in lege [p] pręcepit: Dijs nõ detrahes: ſacerdotes intelligens: qui propter excellentiã ordinis, & officij dignitatem, deorum nomine nuncupantur: & infrà. ¶ Nec quiſquam [q] ſuæ præſumptionis audaciã, illo defendat exemplo, quòd aſina [r] legitur reprehendiſſe Prophetam: vel quod Dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? Cum aliud ſit fratrem in ſe peccantem occultè corripere: quod quiſque tenetur [ſ] † efficere ſecundum regulam Euangelicam, in quo caſu ſanè poteſt intelligi, ꝙ Balaam fuit correptus ab aſina: & aliud eſt patrem † ſuum delinquentem reprehendere manifeſtè: quod vtique nulli licet, ſecũdum Euangelicam veritatem: nam qui etiam dicit fratri, fatue [t], reus erit gehennæ ignis. Rurſus aliud eſt, quòd Prælatus ſponte de ſua confiſus innocentia, ſubditorũ ſe accuſationi ſupponit [u]: in quo caſu præmiſſum [x] Domini verbum debet intelligi: & aliud eſt, quòd ſubditus nõ tam animo reprehendendi, quàm detrahendi, exurgit temerarius in Prælatum: cum ei potius incũbat neceſſitas obſequendi. Quòd ſi fortè neceſſitas poſtularet †, vt ſacerdos tamquam inutilis [y], & indignus, à cura gregis, debeat remoueri: agendum eſt ordinatè [z] apud epiſcopum: ad cuius officiũ, tam inſtitutio [a], quàm deſtitutio ſacerdotum noſcitur pertinere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Excommunicati ſunt omnes hæretici, quibuſcunque nominibus nominentur h.d. vſque ad §. damnati.*

a ¶ *In lumine.*] hæc eſt improbatio contra occulta conuenticula.
b ¶ *Sicut enim.*] hic improbat, quòd aſſumebant officium prædicandi.
c ¶ *Non omnes.*] imo ſingula officia ſingulis debent eſſe commiſſa. 89. diſtinct. ſingula.
d ¶ *Alios.*] ſic infrà eodem titulo capitu. ſicut. 16. quæſtio. 1. adijcimus. quia nullus audet prædicare niſi ſacerdos: vt ibi dicitur, & infra eodem, excommunicamus. §. quia vero. vel niſi eſſet miſſus: vt ibi. 23. quæſtio. 4. diſplicet. argument. ibi, miſſus eſt, vt qualia, &c.
e ¶ *Præcipuus.*] & priuilegiatus. ſuprà de ſtatu reg. quod Dei timorem. 1
f ¶ *Rogate.*] 21. diſtinctio. in nouo. ergo quia iſti non erant miſſi, nec ſacerdotes ꝑdicare nõ debebant.
g ¶ *Quòd ſi fortè.*] hic opponit, quia poſſet ei opponi ab alio: & ita ſtatim reſpondet.
h ¶ *Non ſufficit.*] bene dicit: quia & ſi martyres etiam aliqua mandant fieri, ſtatim non ſunt facienda: ſed ante eſt, vt ſciamus illos impetrare à Deo, quę poſtulant. 50. diſtinctio. ſi quis præpoſtera. & 42. diſtin. quieſcamus. Bernardus.
i ¶ *Miraculi.*] nec iſtud ſtatim credendum eſt: quia quandoque miracula fiunt per malos. 2 1. quæſtio. 1. teneamus.
k ¶ *Virgam.*] de conſecratio. diſtinctio. 2. reuera.
l ¶ *Licet autem.*] hic improbat quòd deludebant ſimplicitatem ſacerdotum. Ber.
m ¶ *Labia ſacerdotis.*] 43. diſtinct. ſit rector. & 11. quæſtio. 1. ſacerdotibus.
n ¶ *Cuſtodiunt.*] ideſt, cuſtodire debent.
o ¶ *Exquirunt.*] ſcilicet, ſubditi à ſcholaſticis. 38. diſtinctio. ſedulò. Ber.
p ¶ *In lege.*] Moſaica.
q ¶ *Nec quiſquam.*] reſpondet ad obiectionem, quam poſſent facere iſti hæretici.
r ¶ *Aſina.*] vt 2. quæſtio. 7. ſecuti ſunt. & capitu. nos ſi. §. item cum Balaam.
ſ ¶ *Quod quiſque tenetur.*] ad correctionem quilibet tenetur, ſicut hic dicit: & hoc intellige de occulta correctione, ſiue reprehenſione. argum. 23. quæſtio. 5. non putes. vt hic dicit: Sed manifeſtè corripere pertinet ad Prælatos, vel ad illos, qui habent aliquam poteſtatem in aliquos. 23. quæſtio. 4. duo iſta. & capitu. fortè. pater enim filium poteſt corripere, & Prælatus ſubditum, & occulte & manifeſte: vnde Apoſtolus: Argue, obſecra, increpa. vt 45. diſtinctio. capitu. 1. & 8. quæſtione prima, quod autem. ſed filius non poteſt publice reprehendere ſiue corripere patrem, nec ſubditus Prælatum: vt hic ſequitur in litera: & 21. diſtinct. nolite. erubeſcit enim lex filios caſtigaturos parentes. in Authenti. de nupt. §. ſed quod ſancitum eſt. collatio. 4. verſus fi. per vnam colum. hæc eſt canonica correctio ſecundum Euangelicam veritatem, vt occulta ad omnes, manifeſta ad Prælatos, vel alios aliquam poteſtatem habentes, pertineant, vt hic diſtinguit: & ſic poteſt intelligi 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. & eſt ad hoc 22. quæſtio. 5. hoc videtur. Ad denuntiationem vero Euangelicam, quę exigit admonitionem, & probationem. vt 40. diſtinctio. ſed illud. verſicu. neque illud. & ſupra. de teſtibus, in omni negotio. & 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. quę fit ad pœnitentiam, videtur quòd quilibet teneatur. argumẽ. 2. quæſtione 7. quapropter. ſupra de cogna. ſpi. tua. dummodo perſona ſit honeſta, & bonæ famæ: quia viles perſonæ non admittuntur ad denuntiationem. ſuprà de ſponſa. cum in tua. 3 vbi de hoc.
t ¶ *Fatue.*] 55. diſtin. ſi Euangelica.
u ¶ *Supponit.*] vt 2. q. 7. nos ſi incompetẽter.
x ¶ *Præmiſſũ Domini verbum.*] ſcilicet, quis ex vobis arguet me de peccato?
y ¶ *Inutilis.*] Si enim prelatus inutilis, aut negligens fuerit, remouẽdus eſt. ſ̃. de offic. cuſto. c. 1. 81. diſ. dictum. & ĩ. c. proxi. in fi. & 18. q. 2. ſi quis abbas. & C. de offi. ꝑfec. præto. orient. ſi quos.
z ¶ *Ordinatè.*] denuntiando, vel accuſando ſecundum quod tradit ſ̃. de accu. qualiter. ſ̃. de ſimo. licet. & eſt arg. iuris ordinẽ eſſe ſeruãdũ.
a ¶ *Tam inſtitutio, quã deſtitutio.*] Ad quẽ pertinet inſtitutio, & deſtitutio. ſ̃. de capel. mo. c. 1. & c. 2. & ĩ. de priuile. cum & plantare. §. in eccleſijs. & examinatio ꝑtinet ad eum, ad quẽ manus impoſitio ſpectat. ſ̃. de elec. venerabilẽ. & c. nihil. & c. cum nobis olim. inſtitutio enim ad epiſcopum pertinet. 16. q. 6. nullus. Ber.

Ioan. 1.
Mar. vlt.
Matt. 10.
† lucem
1. Cor. 12.
1 Adde de eorum priuilegijs in iure ciuili habetur in l. medicos. & l. ſeq. C. de ꝓfeſſo. & me. lib. 10. & in l. 1. C. de profe. qui in vr. Cõſtã. lib. 12.
Ephe. 4.
Rom. 10.
Matth. 9.
Luc. 10.
2 Vide beatum Thomã 2. 2. q. 178. ar. 2.
† Poſt hæc verba ſequ. tur in regiſtro exemplũ de Ioãne Baptiſta, qđ hic omiſit Raymũdus affert autem lucẽ huic loco.
Exodi. 7.
Ioan. 1.
Eſa. 40.
Matth. 3.
Mala. 2.
Exod. 22.
Ioan. 10.
Num. 22.
Ioan. 8.
† De materia textus & gloſſę in verbo, qđ quiſque tenetur. præter Doctores hic, vide B. Thomã 2. 2. q. 33. ar. 2. & ſeq.
Matth. 5.
† Aliàs, fratrẽ, in pleriſque Gregorianis codicib. in alijs, & in regiſtro, legit, patrẽ.
3 Adde qđ no. ſ̃. eo. tit. c. 2. de hoc dixi ſupra de iudic. nouit. Io. And.
† Poſtulauerit.
† Idem, ſcilicet Innocentius iij. in cõcilio gñali Lateran. c. 3. & c. 2. eo. tit. in 4. cõpil. Et vide notas in hanc decretalẽ.

j Excommunicamus.] Habet multa dicta, & poteſt ſummari ſecundum varietatem dictorum per partes, quæ patent per. §§. Abbas.

CAP. XIII.

j Excommunicamus itaque, † & anathematizamus omnem hæreſim, extollentem ſe aduerſus hanc ſanctam, Orthodoxam, & catholicam fidem, quam ſuperius [a] expoſuimus: condemnantes hæreticos vniuerſos, quibuſcunque nominibus cenſeantur: facies quidem diuerſas habentes, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate † conueniunt in idipſum.

† Dictio, itaque, deeſt in concilio, ſed habetur in antiqs codicibus.

† Aliàs, varietate, qđ etiã agnouit hic Hoſtienſis.

¶*Damnati de hęreſi, per ſecularem iudicem puniuntur, & bona laicorum hæreticorum confiſcantur, & clericorum bona applicantur eccleſiis, vbi beneficiati erant. h.d. vſque ad §. qui autem. Abb. Sicu.*

¶Damnati [b] † verò, præſentibus ſecularib' Poteſtatibus [c], aut eorum balliuis relinquantur [d] animaduerſione debita puniendi: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis [e]: ita quod bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur [f]: ſi verò clerici, applicentur eccleſijs, à quibus ſtipendia [g] receperunt. †

† perceperunt, in cõcilio.

¶*Si ſuſpectus de hęreſi ſe non purgat ad arbitrium ſuperioris, excommunicatur, & exiſtens per annum in excommunicatione, vt hęreticus damnatur. h.d. vſque ad §. moneantur. Abb. Sicu.*

¶ Qui † autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione [h] notabiles, niſi iuxtà conſiderationem ſuſpicionis [i], qualitatemque

CASVS. In prima parte huius capituli, excommunicat cõcilium omnes hæreticos, quibuſcunque nominibus cenſeantur, facies quidem diuerſas habẽtes, ſed caudas adinuicem colligatas: damnati vero de hęretica prauitate pręſentibus poteſtatibus, aut eorũ nuntijs relinquantur pœna debita puniẽdi, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, bonis damnatorum publicatis: ſi laici fuerint, cõfiſcentur: ſi vero clerici, eccleſijs applicentur à quibus ſtipendia receperunt: Secundo dicit, quòd ſi aliqui fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitriũ epiſcopi ſe purgauerint excommunicentur: & ſi per annum ſic ſteterint, poſt annum tamquam hęretici condemnentur.

MONEANTVR. Tertio loco dicitur, ꝙ Poteſtates locorum moneantur, & ſi neceſſe fuerit per cenſuram eccleſiaſticam compellantur, quibuſcunque fungantur officijs, vt pro defenſione fidei præſtent publice iuramẽtum, quòd de terris ſuæ iuriſdictioni ſubiectis expellant hæreticos ab eccleſia denotatos: & quicunque de cætero in poteſtatem aſſumptus fuerit, hoc capitulum teneatur iuramento firmare: Si vero dominus temporalis requiſitus ab eccleſia, terram ſuam hæreticis purgare neglexerit, per metropolitanum & comprouinciales epiſcopos excommunicetur: & ſi ſatisfacere contempſerit infra annum: ſignificetur hoc domino Papæ, vt extunc vaſallos illius, ab eius fidelitate denuntiet abſolutos, & terram illius exponat catholicis occupandam: qui exterminatis inde hæreticis, eam poſsideant, & in fide conſeruent: ſaluo iure domini principalis, dummodo ſuper hoc nullum præſtet impedimentum: & idem ſeruetur circa illos, qui non habent dominos principales. Quarto dicit, quod catholici qui contra hæreticos iſtos crucem aſſumpſerint, illa gaudeant indulgentia, & illo priuilegio ſint muniti, quæ conceduntur accedentibus in ſubſidium terræ ſanctæ.

† De materia, Eymericus in directorio inquiſitorũ. 3. parte q. 101. & q. 112. vbi dixi plenè.

CREDENTES. In §. iſto excommunicat concilium receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum: ſtatuens, vt quamcito quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad aliqua officia admittatur, ſeu conſilia, nec ad alios eligendos ad huiuſmodi, nec admittatur ad teſtimonium, nec teſtamentum facere poſſit, nec capere aliquid ex teſtamento: nullus ipſi reſpondeat, ipſe vero omnibus reſpõdere teneatur: & ſi iudex fuerit, eius ſententia non teneat, nec cauſæ deferantur ad ipſum: & ſi fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur: Si tabellio, inſtrumenta per ipſum confecta nullius ſint momenti: ſed cum auctore damnato damnentur: & in ſimilibus idem eſt obſeruandum: Si vero clericus fuerit, deponatur: & ſi aliqui poſtquam tales ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicentur vſque ad debitam ſatisfactionem.

SANE. Clerici huiuſmodi viris non exhibeant eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos ſepeliant, nec eleemoſynas, vel oblationes eorum recipiant: quod ſi fecerint, officio ſuo priuentur, ad quod nunquam reſtituantur ſine ſpeciali mãdato domini Papæ: & idem faciant regulares. & eadem pœna infligatur eiſdem, & illorum priuilegia non ſeruentur in illa diœceſi, in qua tales exceſſus perpetrauerint.

QVIA VERO. Hic dicitur, quòd nullus prædicationis officiũ vſurpare præſumat: quia vt dicit Apoſtolus, Quomodo prędicabunt, niſi mittantur? & qui contra hoc fecerint, excommunicentur & niſi ſe correxerint, alia pœna puniuntur.

ADIICIMVS INSVPER. In §. iſto dicitur, vt quilibet archiepiſcopus uel epiſcopus per ſe, vel per archidiaconum ſuum, vel alias honeſtas perſonas viſitet parochiam ſuam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, & ibi tres vel quatuor viros idoneos, aut ſi expedire viderit, totam viciniam iurare compellat, vt ſi aliquos hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula facientes, vel ſi ẽt diſcrepent à vita & moribus aliorũ, epiſcopo ſtudeant nuntiare, & ipſe vocet ad pręſentiam ſuam denuntiatos: qui ſi ſe non purgauerint, vel ſi poſt purgationem præſtitam relapſi fuerint, canonicè puniantur.

SI QVI VERO. Dicitur in. §. iſto, quòd ſi qui de prædictis iurare noluerint, ex hoc ipſo tamq̃ hæretici reputentur: Mandat Papa, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipit, vt ad hæc efficaciter exequenda epiſcopi diligẽter inuigilent: ſi canonicã voluerint effugere, vltionem, & ſi quis ſuper hoc negligens vel remiſſus fuerit, cum de hoc conſtiterit, ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alius inſtituatur idoneus, qui velit & poſsit hęreticam confundere prauitatem. Nota, quòd diuerſitas nominũ rei ſubſtantiam non immutat. Item ſola ſuſpicio ſiue præſumptio purgationem inducit in crimine hęreſeos. Item trãſcurſus temporis probat crimen. Item iudices ſeculares tenentur hæreticos de prouincijs ſibi ſubiectis exterminare. Item ſi iudex ſecularis in exterminatione hæreticorum negligens fuerit, poteſt excommunicari. Item dominus Papa principem ſecularem deponere poteſt propter hæreſim. Item arg. quòd propter delictum vnius, alius puniri non debet. Item auctoritate eccleſiæ bellum fieri poteſt. Item pari priuilegio & indulgentia gaudent cruce ſignati contra hæreticos, cum illis qui vadunt contra Sarracenos. Item conſentiẽtes & agentes pari pœna puniuntur. Item nota hic multas pœnas editas contra fautores & defenſores hæreticorum. Item hæreticus cuilibet reſpondere tenetur, & nemo ſibi. Item ſententia vel ſcriptura publicè excommunicati non valet. Item in ſimilibus ſimile iudicium eſt habendum. Item qui in maiori dignitate eſt, plus punitur, & ſic circunſtantiæ aggrauant peccatum, & vindictam. Item abſolutio & reſtitutio excommunicati participantis cum hæretico excommunicato, pertinet ad ſolum Papam. Item argument. quòd vniuerſitas præſtare poteſt iuramentum calumniæ. Item deficiens in purgatione, punitur. Item qui iurare non vult, pro condemnato * habetur. Item per indicia probatur crimen. Item propter negligentiam deponitur, vel remouetur prælatus.

† Eymeric' in Directorio inquiſitorũ parte 3. q. 87. & q. 124. & Simancas cath. inſti. tit. 1. de abiuratione. & titu. 56. de purgatione canonica.

* pro conuicto.

a ¶*Superius.*] ſ. de ſum. Tri. c. 1. & 2.

b ¶*Damnati.*] ſcilicet, de hæreſi.

c ¶*Poteſtatibus.*] ſic inf. de verb. ſignific. nouimus. tamen ſi voluerint redire in perpetuum carcerem teneantur. inf. eod. excommunicamus.

d ¶*Relinquantur.*] Qualiter hoc intelligitur, dicitur ſ. eod. ad abolendam. Ber.

e ¶*Degradatis.*] j. c. proxi. & c. pen.

f ¶ *Confiſcentur.*] De hoc dictum eſt. ſuprà eodem, vergentis.

g ¶*Stipendia.*] ſi plura ſtipendia 1 habuerint, inter eccleſias diuidantur pro rata. ſ. de teſt. relatum.

1 Vide quę pleniſſime ſcripſi in commẽtarijs ad Director. li. 3. ſchol. 154.

h ¶ *Suſpicione.*] ideſt, præſumptione. Et nota quòd ſola ſuſpicio, ſiue præſumptio purgationem inducit: quod ſi non fiat, punitur, vt hic patet, argument. de cohabita. clericorum & mulie. tua nos. & intellige quòd ſit probabilis præſumptio, ſiue ſuſpicio: aliàs non indiceretur purgatio. & ſic non obſtat. 2. quæſtione 1. primo. & ita hic reſpicitur infamia.

i ¶*Suſpicionis.*] Hoc ſemper eſt attendendum, vt ſecundum qualitatem infamię, & perſonæ indicatur purgatio. 2. q. 5. omnibus. & j. de purgat. cano. inter.

¶ *Glo.*

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium de decr e.literas.& ſoluit.iterum ſignat contrarium de cap. conuenientibus, & ſoluit.*

...perſonæ,propriam innocentiã congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur,& vſque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus euitentur:ita quòd ſi per annũ in excommunicatione perſtiterint,ex tunc velut hæretici condemnentur[a].

¶*Poteſtates ſeculares perpetui, vel temporales,iurare tenentur, vniuerſos hæreticos ab eccleſia damnatos pro viribus exterminare: & temporalis dominus non purgans terram ſuam hęreticis excommunicatur:& ſi perſtiterit in excommunicatione per annum, nuntiatur Papę, qui fideles eius à iuramento abſoluet, & eius terram fidelibus exponet,ſaluo iure principalis domini: niſi & ipſe ſit in culpa.h.d.vſque ad §.catholici.Abb.Sicu.*

¶Moneantur autem, & inducantur,& ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ſeculares † Poteſtates quibuſcunque fungantur officijs: vt ſicut reputari cupiunt, & haberi fideles,ita pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum quòd de terris ſuę iuriſdictioni ſubiectis, vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos, bona fide, ꝓ virib⁹ exterminare ſtudebunt: ita quòd amodo quandocũque quis fuerit in Poteſtatem, ſiue † perpetuam ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare[b]. Si verò dominus tẽporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit[c] ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & cæteros comprouinciales epiſcopos, excommunicationis vinculo innodetur: Et ſi ſatisfacere contempſerit infrà annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici: vt extunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denuntiet abſolutos[d],& terram exponat catholicis occupandam:qui eam exterminatis hæreticis, abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent: ſaluo iure domini[e] †principalis: dummodo ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculum, nec aliquod impedimentum opponat: eadem nihilominus lege ſeruata circa eos,qui non habent dominos principales.

¶ *Cruce ſignati ad exterminationẽ hęreticorum gaudent priuilegio conceſſo cruce ſignatis in ſubſidium terrę Sanctę.hoc dicit vſque ad §. credentes.Abbas.*

¶Catholici † verò, qui crucis aſſumpto charactere,ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint[f], illa gaudeant indulgentia, illoque ſancto priuilegio ſint muniti, quæ accedentibus in terræ Sanctæ ſubſidium oonceduntur.

¶*Hic ponitur pęna credentium,receptatorum,& defendentium hęreticos: primò laicorum, ſecundò clericorum,vſque ad §.quia. Abb.*

¶Credentes † præterea, receptatores[g], defenſores,& fautores hæreticorum,excommunicationi decernimus ſubiacere: Firmiter ſtatuentes, vt poſtquam quis † talium fuerit excommunicatione notatus, ſi ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis †, nec ad publica officia, ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi,nec ad teſtimonium admittatur: Sit etiam inteſtabilis[h], vt nec teſtandi liberam habeat facultatem,nec ad hęreditatis ſucceſſionem accedat. Nullus prætereà ipſi ſuper quocunque negotio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat firmitatem,nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, inſtrumenta † confecta per ipſum nullius ſint momenti,ſed cum auctore † damnato damnentur[i]: Et in ſimilibus idem præcipimus obſeruari. Si verò clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo maior eſt

a ¶*Condemnentur.*] Videtur hic, quòd aliquis ſit condemnandus de hæreſi, licet non videatur violenta præſumptio contra ipſum.Arg.contra ſuprà de preſumptio.literas.ibi dicit: quòd licet ſit vehemens præſumptio, non vult Papa illum condemnare de tã graui crimine.hæc violentiſſima † eſt præſumptio,cum primo probabilis fuerit propter infamiam: & quia noluit ſe purgare,fuit excommunicatus: & quia per annum ſtetit in excommunicatione pro conuicto habetur.11.quæſtione 3.rurſus.& capitu. quicunque. ſecus in alijs criminibus:quia ſi bona alicuius contumacis propter crimen annotata ſunt, ſi infra annum non venit, bona deuoluuntur ad fiſcum: ſed quo ad crimen non obeſt quin poſt annum poſſit probare innocentiam ſuã. ff.de requiren.reis. annus. Sed quid eſt quod dicit, quòd ſtatim eſt condemnandus, cum ſæpius eſt admonendus vt redeat. 1. quæſtione 7.conuenientibus? Reſpondeo, non contradicit: quia licet ſit condemnandus, monendus eſt,vt redeat:vt 34. quæſtio.1.quę dignior. in fin.vbi dicitur quòd poſt admonitionẽ eſt vitandus. hoc eſt verum in hoc, quòd non ſunt ei ſecreta noſtræ fidei exponenda.43.diſtinctio. in mandatis. vt impugnet nos, vt ibi. Nec intelligas, ꝙ ſi pro alio crimine, ſeu contumacia ſteterit per annum in excõmunicatione, quòd habendus ſit hæreticus ſed tantum excommunicatur per ſuſpicionẽ hæreſis.

b ¶ *Iuramento firmare.*]ſic ſuprà eodem, ad abolendam. §. ſtatuimus. & non ſolum hoc iurare tenetur, ſed hoc iurare debet, quòd ipſe idem catholicus ſit. in Authen. iuſiuran.quòd præſta. ab his qui admini.acci. circa princi. colla.2.

c ¶ *Neglexerit.*] iudex,qui negligit facere iuſtitiam, excommunicatur.23.quæſtio. 5. adminiſtratores. & facit litem ſuam.ea. cauſa. & quæſtione ſecunda dominus. & 3. quæſtione 7. qui ſine. argumen. & in Authen.vt diffe.iudic.§.penult.& vlti. collatio. 9. & 2. quæſtione 7. ſicut.

d ¶*Abſolutos.*] j.eo.cap.vlti. & ita Papa poteſt propter hæreſim deponere omnes tam laicos quàm clericos à dignitatibus ſuis:vt s̃.eo.ad abolendam.§.ſtatuimus.& s̃.eo.vergentis. vbi de hoc.

e ¶*Saluo iure domini.*] Argumen. quòd propter delictum vnius, alius puniri non debet: quoniam pœna debet tenere ſuos auctores.ſuprà de his quę fiunt à maio.par. capit. quæſiuit.C.de pœn.ſancimus, & iniquum eſt aliquem alterius odio prægrauari. C.de inofficio.teſtamẽ. ſi quis in ſuo. Argum. contra. s̃. eo.vergentis.

f ¶*Accinxerint.*] Argumen. quòd auctoritate eccleſię bellũ † fieri poteſt. 23.quæſtio.8. igitur. & cap. hortatu. 15. q. 6. auctoriatem. 53.diſtinc. Hadrianus. quod verum eſt contra inimicos fidei, & contra illos, qui eccleſiam impugnant.

g ¶*Receptatores, defenſores.*] ſine quibus hæretici manere diu non poſſunt.argu. ff.de off.preſi.congruit.ff.de recepta.l.1. vnde merito iſti ſunt puniendi: imo grauius delinquũt qui aliorũ errores defendunt, & acrius puniri debent. 24. q. 3. qui aliorum. & ideo ſimili pœna cum hęreticis puniunt̃. 11.q.5.qui conſentit.& j.eo.c.pe.in fi. & C.de his qui latro.occul. l. 1. etiam ſi eſſent conſanguinei. ar. 27.q. 1.de filia.& s̃.eo. ſi quis ep̃s.vbi de hoc. Ber.

h ¶*Sit etiam inteſtabilis.*] Iſti enim (vt hic patet) à quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere pñt: prout hæc oĩa traduntur. C. eo.Manichæos.

i ¶ *Cum auctore damnato damnentur.*]Sic s̃. eo. fraternitatis. vbi de hoc.ſim. s̃. de teſtib. licet. ſic etiam ſcriptura vel ſentẽtia publice excõicati non valet. s̃. de re iud.ad probandũ. & s̃.de excep.exceptionẽ. nec reſcriptũ. s̃. de reſcript.dilectus 1.& hoc eſt qđ ſequitur:idem in ſimilibus præcipimus obſeruari. Tñ de reſcripto impetrato ab excõicato ſecus eſt:qa reſcriptum nõ ſumit auctoritatẽ ab impetrante, ſed à concedente. De quo dic vt s̃. de except. pia in notula,ſed mirum.Ber.

Additio. Hodie reſcriptum ab excommunicato impetratu,ſuppreſſa excommunicatione,eſt ipſo iure nullum,niſi incertis caſibus cap.1.de reſcriptis. lib. 6.

† De gradibus pſumptionũ in crimine hęreſis, vide Eymericũ in Directorio inquiſitorum par. 2.q. 55. & Simancam cath. inſti. tit.50.de pſumptio.

† ſeculi

† In concilio ita:ſiue ſpiritualẽ, ſiue tẽporalẽ aſſumptus, &c. quaſi non ſolum principes ſeculares, ſed etiam eccleſiaſtici, quos p poteſtatẽ ſpiritualẽ poſſumus intelligere, hoc teneãtur præſtare iuramentum.

† dominij

† De hoc articulo ui de B. Thomã. 2. 2.q. 40.ar. 1. & Alfonſum Caſtrũ lib. 2. de iuſta hære. punit.c. 14.

† De materia huius. §.vide citatos in c. ex multa.ſup. de voto & voti redẽptio. & Eymericũ in Directorio inquiſitorũ parte. 3.q. 129.

† De his late Eymericus in Directorio inqſitorũ par. 2.q. 50.51. 52. 53. & archidiaconus in c.qcunque.de hæret. li.6.

† quilibet.

† Eædẽ pœnæ quę hic tradunt̃ cõtra hæc hominũ monſtra,cõtinẽtur in extrauaganti Gregorij noni, inci. excõicam⁹ & in l. Federici inci. Cathar. habentur in literis Apoſtolicis poſt Directorium inquiſitorũ.

† In concilio ita eius inſtrumẽta confecta p ipſum &c.

† Aliàs, actore.

culpa, grauior exerceatur [a] vindicta. Si qui autem tales poſtquam ab eccleſia fuerint denotati, euitare contempſerint, excommunicationis ſententia, vſque ad ſatisfactionē idoneam percellantur [b]. ¶Sanè clerici† non exhibeant huiuſmodi peſtilentibus eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant tradere ſepulturæ, nec eleemoſynas, aut oblationes eorū percipiant; alioquin ſuo priuentur officio, ad quod nunquam reſtituantur abſque indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali [c]. Similiter quilibet regulares [d], quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia [e] in illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

¶Nullus debet ſibi officium prædicandi aſſumere, niſi ſuper hoc ſibi à iure, vel à ſede Apoſtolica, vel à diœceſano epiſcopo licentia concedatur: alias excommunicatur: & niſi reſipuerit, alia pœna imponitur. h. d. vſque ad §. adijcimus. Abb.

¶Quia † verò nonnulli ſub ſpecie pietatis, virtutem eius (iuxtà quod Apoſtolus ait) abnegantes, auctoritatem ſibi vendicant prædicandi: cum idem Apoſtolus dicat: Quomodo prædicabunt, niſi mittantur [f]? omnes, qui prohibiti, vel non miſſi præter auctoritatem ab Apoſtolica ſede, vel catholico epiſcopo loci ſuſceptam, publicè, vel priuatim, prædicationis officium vſurpare præſumpſerint, excommunicationis vinculo innodentur: & niſi quàm † citius reſipuerint, alia competenti [g] pœna plectentur.†

¶Archiepiſcopi & epiſcopi inferiorum ſuorum prouincias & diœceſes ſuſpectas habentes de hæreſi, ſaltem ſemel in anno per ſe, vel per alios idoneos viſitent: qui etiam debent, ſi hoc expedire videbitur, exigere iuramentum ab illis de vicinia, ad reuelandos hæreticos, & occulta conuenticula celebrantes: quos reuelatos, relapſos canonicè punient: et renitentes iurare, vt hæretici condemnentur. hoc dicit vſque ad §. volumus. Abbas.

¶Adijcimus† inſuper, vt quilibet archiepiſcopus, vel epiſcopus per ſe, aut per archidiaconum ſuum, aut alias honeſtas idoneaſque perſonas, bis, aut ſaltem ſemel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat: & ibi tres, vel plures boni teſtimonij viros, vel etiā (ſi expedire videbitur) totam viciniam [h] iurare compellat: quòd † ſi quos ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, ſeu à communi conuerſatione fidelium vita & moribus [i] diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare.[k] Ipſe autem epiſcopus ad præſentiam ſuam conuocet accuſatos: qui, niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint [l], vel ſi poſt purgationem exhibitam, in priſtinam fuerint relapſi [m] †perfidiam, canonicè puniantur. Si qui verò ex eis iuramenti religionem obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare [n] fortè noluerint, ex hoc ipſo tamquam hæretici reputentur.

¶Epiſcopus negligens in hæreſi perſequenda, à dignitate epiſcopali eſt remouendus, & alius idoneus eſt ſurrogandus. hoc dicit vſque ad finem. Abbas Siculus.

¶Volumus† igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda, epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicā velint† effugere vltionē. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis, fermento negligens fuerit, vel remiſſus: cum id certis indicijs [o] apparuerit, ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui velit & poſſit hæreticam confundere prauitatem.

¶Gregorius nonus Archiepiſcopo Mediolanẽſi.

¶Laici cuiuſcūque profeſſionis ſint, prædicare non debent.

CAP. XIIII.

SIcut† in vno corpore: & infrà. ¶Cum igitur nōnulli laici prædicare præſumant, & verendum nimis exiſtat, ne vitia ſub ſpecie virtutum [p] oc-

a ¶*Grauior exerceatur.*] vt 50. diſt. quia tua. hic habes argu. quòd qui in maiori dignitate eſt, plus punitur, & ita circunſtantiæ aggrauant vindictam. argu. 32. q. 5. qui viderit. & 25. q. j. nulli fas. & 40. diſtin. homo Chriſtianus. Crimen enim augetur per dignitatem. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. 19. diſtinct. nulli. & qui magnus ſine comparatione creatus fuit, ſine venia dānatus eſt. de pœnit. diſtin. 2. cap. principium enim. & s̄. de iureiur. cum quidam. ibi hoc ſoluitur. Ber.

b ¶*Percellantur.*] qui participat excommunicato ſcienter, & non ſe corrigit, excommunicandus eſt. j̄. de ſenten. excommunic. quod in dubijs. 11. q. 3. qui communicauerit.

c ¶*Apoſtolica ſpeciali.*] Hic reſeruat ſibi Papa abſolutionē, ſiue reſtitutionem talium: ergo per hoc alijs prohibuiſſe videtur. ſim. s̄. de præben. de multa. in fin. & c. graue. in fin. & ſic econuerſo, ex quo ſibi non reſeruat, alijs indulgere videtur. j̄. de ſenten. excommuni. nuper. & eſt ad hoc argu. quòd epiſcopi diſpenſare poſſunt, vbi Papa non reſeruat ſibi diſpēſationem. Quare ergo Papa ſibi ſpecialiter reſeruauit talem reſtitutionem, niſi vt alijs prohiberet? Et licet epiſcopus ipſum reſtituere ad officium ſuū non poſſit tamen reconciliare poteſt ipſum eccleſiæ. ſuprà eodem, ad abolendam. §. 1. vbi de hoc.

d ¶*Quilibet regulares.*] Repete, [l] non exhibeant eccleſiaſtica ſacramenta: alioquin, &c.

e ¶*Eorum priuilegia.*] prætextu priuilegiorū participare excommunicatis non poſſunt. j̄. de ſenten. excom. nulli. & in hoc caſu poſſunt ab epiſcopo loci tanquam à delegato à Papa puniri. s̄. eodem, ad abolendam. in fi. vbi de hoc.

f ¶*Niſi mittantur.*] ſup. eod. c. proxim. vbi de hoc.

g ¶*Alia competenti.*] prout viſum fuerit ſuperiori. s̄. de offi. deleg. de cauſis.

h ¶*Totam viciniam.*] Argumē. quòd vniuerſitas poteſt præſtare iuramentum calumniæ. ſic. 30. q. 6. epiſcopus in ſynodo. ſic s̄. de accuſa. ſicut olim.

i ¶*Vita & moribus.*] Hæc omnia ſuſpicionē inducunt. 41. diſt. quiſquis. 86. diſtin. inferiorum. 23. q. 8. præterea. ff. ad l. Aquil. ſcientiam. ff. de his qui no. infam. quid ergo. §. 1.

k ¶*Indicare.*] 2. quæſtio. 7. quapropter. & arg. 22. quæſtio. 1. ſi quis per capillum.

l ¶*Purgauerint.*] Nota deficientem in purgatione puniendum. s̄. de ſimo. de hoc. & cap. inſinuatum.

m ¶*Relapſi.*] Iſti magis puniendi ſunt: deterior nanque dolus eius cognoſcitur, qui interruptam iterum litem deſeruit, quam qui ſemel cœptā dereliquit. in Authent. de litig. §. edita. in fi. colla. 8.

n ¶*Iurare.*] per iuramentū debet quis purgare conſcientiam ſuā de hæreſi. de cōſe. diſ. 2. ego Berengarius & 1. q. 7. quotiens. vñ ſi iurare non vult, pro condēnato debet haberi, ſicut q de calumnia iurare nō vult, actor cadit à cauſa, & reus pro condemnato habetur: s̄. de iuramen. calum. c. vlti. & C. eo. tit. cum & iudices. §. ꝙ ſi actor. Et eſt ſimilis illi, q neque defendit, neque exhibet, & cōdemnatur, vt contumax. ff. de noxa. quotiēs. §. in poteſtate. Tenui enim religione iuramenta etiam neceſſaria cōtemnūt. s̄. de ſimo. & ſi q̄ſtiones. & C. de fide inſtr. l. vlt. Ber.

o ¶*Indicijs.*] Nota ꝙ per indicia ꝓbatur crimen. s̄. eo. c. §. pen. ibi, quòd ſi qs, &c. & 2. q. 8. ſciant. & 32. q. 1. dixit Dñs. & j̄. de priuile. cū olim. 1. & C. de rei vēd. indicia. Item habes hic ꝙ ꝓp negligentiam remouetur prælatus. arg. s̄. c. proxi. in fi. & 1. q. 1. cap. ſi qui epiſcopi. §. ecce cum Ber.

SIcut.] CASVS. Dicitur ī iſto capitulo, ꝙ timendū eſt, ne ſub ſpecie pietatis impietas pallietᷣ: & ideo ꝓhibet Papa, ne laici cuiuſcunque ſint ordinis, officiū prædicandi aſſumant: Et hoc quod hic dicit, habet. s̄. c. prox. §. quia vero. & s̄. co. cum ex iniuncto. Nota, ꝙ ſub ſpecie pietatis non eſt committēda impietas. Itē omnibus laicis officium prædicādi eſt interdictum.

p ¶*Sub ſpecie virtutum.*] s̄. eod. c. prox. §. quia vero. 41. diſt. ſæpe vitia. quia ꝑtextu pietatis non eſt impietas cōmittēda. 30. q. 1. noſſe. & ita nullus poteſt prædicare,

†Vide Bernardinum Diaz ī practica crim. cano. cap. 107.

†De materia vide ſācita in concil. Tridē. ſeſſio. 5. de refor. c. 2. & ſeſſio. 24. de refor. c. 4. adde citatos in c. ſeq.

2. Timo. 3. Roma. 10.

† Hæc gloſſula nō eſt Bernardi, nec habet in antiquis libris.

† quantocyus.

† plectātur

†De materia vide Eymericū in Directorio inquiſitorum par. 3. q. 61. & 88. & Simācam cath. inſti. ti. 25. de epis. & Burchardū li. 1. decre. c. 83. & 87.

† In concilio, & vetuſtioribus Gregorij codicibus ita: quod ſi quis ibidē hæreticos, &c.

† De relapſis & eorū pœna vide Eymericū in Directorio par. 2. q. 58. & Zāchinū tracta. de hæret. c. 16.

†Prẹter citatos in præcedenti §. vide Corradum Brunū. li. 6. de hæret. c. 1.

† volunt
†. oluerint

†De materia vide plene per Simancam cath. inſtit. ti. 49. de prædicatorib[9] adde quæ dixi lib. 2. commē. in Directoriū ſcho. 8. ad de omnino notas noſtras ī hāc decretalē. Epheſ. c. 4.

dicare,niſi mittatur:vnde Dominus ait diſcipulis ſuis: Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ.& iubente Domino in toto orbe diſperſi ſunt. 21. diſt. in nouo. vnde Eſaias: Ecce ego,mitte me.8.q.1.in ſcripturis.& 16.q.1.§. hoc idẽ. arg.ff.de tuto.& cura.vbi.& l.prætor.

a ¶*Alios Dominus Apoſtolos.*]ſic ſ̃.eo. cum ex iniuncto. Nec vniuerſitas alia poterat ratione ſubſiſtere, niſi huiuſmodi magnus eã differentiæ ordo ſeruaret. 89.diſt.ad hoc.laici ergo cuiuſcunque ordinis ſint, vel meriti,prædicandi officium non debent aſſumere.

ij E*Xcõmunicamus*.] Iſtud cap. habet quatuor dicta: Secundum:ibi.*Damnati*. Tertium:ibi, *Si qui*. Quartum:ibi,*Credentes*.Abbas Siculus.

CASVS. Primo dicitur idem quod dictũ eſt.ſ̃.eo. excõicamus 1. reſponſo.Vltimo adijcit, ꝙ ſi quis de prædictis poſtquã fuerit deprehenſus, redire voluerit ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudatur.Et credentes eorum erroribus, hæreticos iudicat. Nota hic qualiter recipiuntur de hæreſi condemnati ad perpetuum carcerem.

† Vide notas in hanc decretalẽ, vbi plurima h:c ſpectantia tradũtur ad de Pet.Godofredum in Auth. Gazaros. C. de hæret.

b ¶*Conueniunt.*] ſ̃.eo. excommunicamus. qa ad eundem finem tendunt, ſ.deceptionis.

¶*Gl.ſeq. quærit,ſoluit, ſolutioni obijcit, & reſpondet.*

c ¶*Puniendi.*] & hoc totum habes ſ̃. eod.excõmunicamus Sed qualiter iſti hæretici puniri debent ſecundum leges, poſtquã per eccleſiam ſunt condemnati,vt hic dicit? Vltimo ſupplicio puniuntur ꝑ iudices ſeculares, cum diſtinctione 1 vt videtur,vt docentes vltimo ſupplicio, addiſcentes vero decem libris auri:vt C. eod.tit.quicunque. ad fi.Sed contra C.de malefi.& mathe.culpa. vbi dicitur, culpa ſimilis eſt,tam prohibita diſcere, ꝙ docere: non eſt contra: quia lex quicunque.intelligitur de illis,qui nondum didicerunt,ſed cauſa addiſcendi ad hæreticos acceſſerunt: ſi autem ad actum perueniſſent,ſimili pœna punirentur, vt docentes ſecundum legem illam,culpa.Ber.

1 Hodie nulla eſt talis diſtinctio: nam magiſtratus ſecularis quẽcunque hæreticũ ſibi à iudicibus fidei traditum debet vltimo ſupplicio afficere.ca. vt inquiſitioni.de hęre. lib.6.

d ¶*Si qui autem.*] ab hoc loco vſque ad finem additum eſt. aliud totum habes.ſ̃.eod.excommunicamus. & c.ad abolendam.§.1.& 2.Ber.

e ¶*Deprehenſi.*] publice,ita ꝙ notorium:vel etiam condemnati.Si verò poſtea redire voluerint,recipiendi ſunt: quia eccleſia non claudit gremium redeuntibus ad ipſam.C.de ſum. Trini.inter claras.circa finem.& delicti veniam pęnitentibus damus.C.eo.tit.Manichæos.ita tamen, vt in perpetuum carcerem permaneant:vt hic patet.Sic & ſimoniaci in monaſterio ſub perenni pœna detrudantur.1.q.1.reperiuntur.& ſ̃.de ſimo.quoniam.quia & ipſi hæretici cenſentur.1.q.1.eos qui. & 6.q.1.c.nos ſequentes.§.ſed licet. Ber.

ADDITIO. Et idem iudicium eſt de credentibus eorum erroribus habendum,ſicut de ipſis.vt hic in fi.

A*Bſolutos.*] CASVS. Dicitur hic, quòd quicunque obligati ſunt lapſis manifeſte in hæreſim,nouerint ſe abſolutos ab omni debito fidelitatis, & totius obſequij, & omni pacto quacunque firmitate vallato. No. ꝙ ipſo iure abſolutus eſt quicunque aliquo genere obligationis tenetur aſtrictus hæreticis, vt interim ei nihil facere teneatur. Et ſic nota ꝙ Papa poteſt laicum abſoluere à iuramento fidelitatis.

cultè ſubintrent: Nos attendentes, quòd doctorum ordo eſt in eccleſia Dei quaſi præcipuus: Mandamus, quatenus cum alios Dominus Apoſtolos [a] dederit,alios Prophetas, alios verò Doctores, interdicas laicis vniuerſis, cuiuſcunque ordinis cẽſeantur, [vſurpare]officium prædicandi.

¶ Idem.

¶*Hoc cap. vſque ad §.ſi qui autem. habetur in cap. excommunicamus. ſupra eo.tit.in prin.vnde ſumma & declara prout ibi fuit dictum.*

CAP. XV.

ij EXcommunicamus,† & anathematizamus vniuerſos hæreticos, Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno,Paſſaginos,Ioſepinos, Arnaldiſtas, Speroniſtas, & alios quibuſcunque nominibus cenſeantur: facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate cõueniunt [b] in idipſum. ¶ Damnati verò per eccleſiam, ſeculari iudicio relinquantur, animaduerſione debita puniendi [c]: clericis prius à ſuis ordinibus degradatis.

¶*Si in hæreſi deprehenſi volunt redire ad fidem, detrudendi ſunt in perpetuo carcere ad pœnitentiam peragendam: & credentes erroribus hæreticorum,hæretici ſunt. h.d.*

¶Si [d] qui autem de prædictis poſtquam fuerint deprehẽſi [e], redire voluerint ad agendam condignam pœnitentiam: in perpetuo carcere detrudantur. Credentes autem eorum erroribus, hæreticos ſimiliter iudicamus.

¶ Idem.

¶*Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur aſtricti.*

CAP. XVI.

ABſolutos [f] †ſe nouerint à debito fidelitatis hominij†,& totius obſequij,quicũque lapſis manifeſtè in hæreſim, aliquo pacto [g], quacunque firmitate vallato,tenebãtur aſtricti.

f ¶*Abſolutos.*] ipſo iure: ex quo manifeſte lapſi ſunt ſim. 15. q. 6. iuratos.& c. nos ſanctorum. & eſt arg. ꝙ Papa poteſt abſoluere laicũ à iuramento fidelitatis.arg. prædictorum c. quia ad ipſum ſpectat interpretatio iuramenti.ſ̃.de elec.venerabilẽ.

¶*Glo.ſeq. recitetur per quæſtionem.*

g ¶*Aliquo pacto.*] Ergo ſi ſub pœna aliqs tenetur eis aliquid ſoluere certa die, licet non ſoluat, non incidit in pœnam:& eodem modo, ſi per iuramentum: quod eſt verum: quia in illa obligatione & iuramento tacitè ſubintelligitur: ſi talis permanſerit, cui cõicare,liceat. 22. q.2.ne qs arbitretur.ff.de ſolu.cũ quis.1.reſpon.ſ̃.de iureiuran.quemadmodũ. & ſ̃.eod.excõicamus.§. credentes.Ber.

† Vide B. Thomã 2. 2.q.12.art. 2.& Alfonſum Caſtrũ li. 2. de iuſta hæreti. punit. c. 7. & Simancam cath. inſti.ti. 46. de pœnis.

†Vox, hominij, mutata eſt in vocem, dominij vel dñi, fere in omnib. recẽtiorib. quã nos ex anti. reſtituimus.

TITVLVS VIII.

De ſchiſmaticis [& † ordinatis ab eis.]

Ex concilio Lateraneñ. †

¶*Irritæ ſunt ordinationes, beneficiorum collationes, & eccleſiaſticarum rerum alienationes per ſchiſmaticos factę: & à dignitate, & ordine ſuſpenduntur, qui ſchiſma tenere iurant.*

CAP. I.

QVod à prædeceſſore noſtro: & infrà. ¶ Ordinationes ab Octauiano [h], & Guidone hæreſiarchis factas,& ab ordinatis ab eis, irritas [i] eſſe cenſemus. Adijcien

DE SCHISMATICIS [ET ORDInatis ab eis.]

¶*Quia ſchiſmatici incidunt in hæreſim diuidendo ſe ab vnitate eccleſiæ, & conſtituendo ſibi ſacerdotes, & reliquos clericos.24.q.1. loquitur. ideo ſubijcitur iſta rubrica. Abb.*

† Hæc verba: & ordinatis ab eis, deſunt in omnib. manuſcrip.

De hac materia habetur 24.q.1.in multis c. & q.3.in §.quia uerò.et 7.q.1.denique. de conſe. diſt.2. prima inquit. & 23.q.3. in multis c. 12. q.2. alienationes.1.q.7. qui in qualibet. de cõſe. diſt.4. hi qui apud.& c. ſeq.& c.oſtenditur.& in pluribus capit.eiuſdem diſtinctio.

† Lateran. ſ.ſub Alex. iij. c. 2. & c. 2.eo.tit. in 1. cõpil. & vide notas in hoc decretum.

Q*Vod à prædeceßore.*] Ponit quatuor dicta quæ patent per §§.Abbas.

CASVS. Tꝑe Alexandri Papæ fuit ſchiſma in Romana eccleſia,& tunc iſte Octauianus ordinatus eſt ꝑ ſchiſma in Papam,& poſt illum Guido:Iſti ſchiſmatici plures ordinauerunt in epos,qui adhæſerant eis, qdam ẽt ſpõte iurauerunt de ſchiſmate tenendo:ꝑ iſtos ſchiſmaticos alienationes de bonis eccleſiarũ factæ fuerũt:iſti ẽt dignitates & bñficia contulerunt: Super his oĩbus ſtatuit Latera.conciliũ, ordinationes ab iſtis duob.factas,& ab ordinatis ab eis,irritas eſſe.Itẽ q dignitates eccleſiaſticas, ſeu bñficia ꝑ dictos ſchiſmaticos acceperunt,careãt impetratis:& alienationes, q̃ ꝑ dictos ſchiſmaticos,ſeu ꝑ laicos factę ſunt de reb.eccleſiaſticis, oĩ careant firmitate, & ad eccleſias liberè reuertant̃. & ſi quis cõtraire ꝑ̃ſumpſerit,excõicatum ſe nouerit,& illi, qui ſponte iurauerũt de tenẽdo ſchiſmate,à ſuis ordinibus & dignitatib. nouerint ſe ſuſpenſos. Not. ꝙ ordinationes ſchiſmaticorum carent executione,& alienationes ab eis factæ nullæ ſunt.

h ¶*Octauiano.*]Hic Octauianus Ioannis maledicti,vocatus fuit Victor,& vixit annis nouem,& menſibus ſeptẽ: eo mortuo ſucceſſit ei Guido iſte, vocatus eſt Paſchalis. Iſti duo ſchiſmatici fuerunt,quorum facta hic damnantur. Ber.

i ¶*Irritas.*] 2 vt 9.q.1.ordinationes. Et intellige quantũ

2 De materia huius gloſſę vide Magiſtrum & docto. lib.4. ſent. diſt. 13. & B. Thomã. 2. 2. q. 82. ar.7.

ad

ad executionem, niſi cum eis fuerit diſpenſatum ĭ. ca. proxi. vel niſi ordinatus probaret ſe neſciuiſſe illum fuiſſe ſchiſmaticum qui ordinauit: vt 9.q.1.ordinationes.ſim.1.q.1. ſi quis à ſimoniacis. quia tunc diſpenſatur cum eis: quia conferunt ſacramenta, dummodo in forma eccleſiæ, ſed non executionem: quia eam non habent.

a ¶*Alienationes.*] ſic 12. q.2.alienationes.

b ¶*Firmitate.*] quia dum eccleſia habet paſtorem hæreticum, vel ſchiſmaticum, vacare intelligit. s. de preſcri. c.1. vnde non valent q̄ à tali Prælato fiunt in præiudiciū eccleſię.12.q.2.ſi qua de reb. Sed pone ꝙ talis Prælatus acquiſiuit aliquā eccleſię, videtur ſimiliter ꝙ nō teneat: cōmodū. n. cum incommodo compenſari debet. ff. de nego.geſt.ſi negotia. Credo tamen ꝙ illud in fauorem eccleſiæ introductum eſt, ꝙ ſi acquirit, teneat, nec caſſabitur: quia quod fauore alicuius introductum eſt, non cōuenit in eius læſionem retorqueri. C. de legib. quod fauore. & ff. de mino. ſi iudex. Vinc.

tes, vt qui dignitates eccleſiaſticas, ſeu beneficia per dictos ſchiſmaticos acceperunt, careant impetratis. Alienationes [a] quoque, quę per eoſdem ſchiſmaticos, ſeu per laicos factæ ſunt de rebus eccleſiaſticis omni careant firmitate [b], & ad eccleſias ſine omni onere reuertantur. Si quis autem contra ire præſumpſerit, excommunicationi ſe nouerint ſubiacere. ¶ Illos verò, qui ſponte iuramentum, de tenendo ſchiſmate præſtiterint, à ſacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere ſuſpenſos.

¶Innocentius tertius Biſuntineſi. Archiepiſcopo.

¶*Ordinatus à ſchiſmatico, ab officio eſt repellendus, niſi probet ſecum diſpenſatum per habentem poteſtatē.*

CAP. II.

†Ca. vnico eo. tit. in 3. compila. Et de materia textus & gloſſæ p̄ter doctores hic vide Bernardinū Diaz in prac. crimi. can. c. 34. & ſeq.

FRaternitati† tuæ: & infrà. Priorem, quem à ſchiſmatico aſſeris ordinatum, ab officio poteris repellere incūctanter: niſi legitimè probauerit ſecum fuiſſe misericorditer diſpenſatum [c]: & ab ea perſona, quæ ſuper hoc poteſtatē [d] habuerit diſpenſandi.

F*Raternitati.*] In prima ponitur deciſa conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Priorem.* Abb.

Casvs. Quidā prior ordinatus fuit à ſchiſmatico: quæſitum fuit à Papa, quid agendum ſit de ipſo? Reſpondet dn̄s Papa, ꝙ poterit ab officio repelli, niſi probauerit ſecū miſericorditer diſpenſatum fuiſſe, & ab illa perſona, quæ diſpēſandi habuit poteſtatem. Not. ꝙ qui dicit ſecum fuiſſe diſpēſatum, diſpenſationem probare tenetur, & per talem qui potuit diſpenſare.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. an ſcienter promouens, &c. & tenet quòd non ſubmittit de probatione diſpenſationis, & diſtinguit inter crimen publicum, & occultum.*

1 Ad declarationē huius gloſſæ vide Henricū Boich. in cap. veniens. ſup. de fil. presbyter.

c ¶*Diſpenſatum.*] Nota, 1 ꝙ non ſufficit ad probandum diſpenſationem cum aliquo factam, ꝙ à tali ordinatus eſt, q̄ ſciebat eum indignum, & qui cum eo poterat diſpenſare. s. de cle. coniuga. diuerſis fallacijs. & 51. diſt. qui in aliquo. in fin. 81. diſtin. quicunque. in fi. vbi deponitur concubinarius ordinatus ab eo, qui ſecum poterat diſpenſare: Exigitur ergo vt intendat diſpenſare: quod expreſſa cauſa præſumitur. 50. diſ. clerico iacente. 16. q.1. cum pro vtilitate. 55. diſtinct. priſcis. poterit autem probari diſpenſatio per teſtes: vel ſi occultum eſt peccatum, confiteatur epiſcopo in ſecreto, & petat diſpenſationem, & obtineat literas ſuper hoc. Si verò publicum fuerit crimen, & publicè diſpenſatum eſt, poſtea accuſari nō poterit. ſupra de fil. presbyter. ex tua. & s. de accuſ. de his. Si verò diſpēſetur in occulto, adhuc poteſt accuſari: quia etiam poſt pœnitentiam poteſt quis accuſari. 33. q.2. admonere. Vinc.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. quis diſpenſet cum tali, &c. ponit opin. & tenet contrarium.*

d ¶*Poteſtatem.*] aliàs niſi haberet poteſtatem, nil eſſet actū. s. de conſue. ad noſtram. & C. ſi à non compe. iudi. l. vlt. & hoc forte ideo dicit, quia ipſe quidem ſchiſmaticus conuerſus ad vnitatem eccleſiæ, & receptus in ordine ſuo, cum ordinato à ſe diſpenſare non poſſet, ſicut nec epiſcopus ſimoniacus cum ordinato à ſe diſpenſare non poteſt 1. q. 5. præſentium. ibi, non epiſcopo. quaſi dicat, ſi pecunia eſſet data epiſcopo, ipſe non poſſet diſpenſare cum eo, qui dedit: & quia hic Papa nō retinet ſibi diſpenſationem, alijs permittere videtur: ſi enim ipſe tm̄ diſpenſare poſſet, ſibi hoc reſeruaſſet: vt ſup. titu. proximo excommunicamus. §. ſanè. ſed potius credo, quòd ſolus Papa poſſit diſpenſare cum eo, qui ſcienter ordinem à ſchiſmatico recepit. argu. ſup. de elect. quia diligentia. ſicut Papa ſolus diſpenſat cum eo, qui in apoſtaſia ordinem recepit. inf. titu. proxi. cap. vlti. & hoc ſatis innuitur ex eo quod dicit: ab ea perſona, quæ poteſtatem, &c. Ioā. tamen dicit, quòd epiſcopus diſpenſat cum ſchiſmatico. arg. 50. diſtinc. vt conſtitueretur. Ber.

TITVLVS IX.

De apoſtatis†, & reiterantibus baptiſma.

† Vide B. Thomā. 2. 2. q. 12. art. 1. Eymericū in Directorio Inquiſitorum parte. 2. q. 49. vbi dixi, & Hoſt. in ſumma tit. de Apoſtatis & cōcilium Trid. ſeſſio. 24. de refor. c. 11.

DE APOSTATIS ET REITERANTIBUS baptiſma.

¶*Quia heretici, et ſchiſmatici incidunt in apoſtaſiam, ideo congruo ordine ſubijcitur iſta rubrica. Et quoniam reiterantes baptiſmum videntur apoſtatare dum recedunt à priori baptiſmate, ideo ſubdit de reiterantibus baptiſmum. Et aduerte quia ſecunda decretalis facit tantum ad ſecundam partē rubricę, aliæ vero faciunt ad primam partem. Abbas Sicu.*

De hac materia tractatur 6. q. 1. in multis cap. & 11. q. 3. Iulianus. & cap. ſequen. 50. diſtinct. capitu. vlt. 6. queſtio. 1. legi. 20. q. 3. capitu. 1. & 2. & 3. q. 3. capitu. 1. 2. & 3. de conſecra. diſtinc. 4. non licet fieri. vſque ad cap. presbyteri. 2. q. 7. alieni. 26. queſtio. vlti. non obſeruetis.

¶Alexander iij.

¶*Clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura immiſcet ſe enormitatibus: perdit priuilegium canonis, Si quis ſuadente, vnde eum deprehendentes non incidunt in canonem, ſcilicet excommunicationem.*

CAP. I.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. par. 26. c. 16. Vide Bernardinum Diaz i pra. crimi. can. c. 104.

PRæterea† clerici, qui relicto ordine clericali†, & habitu ſuo, in apoſtaſia [e] tamquam laici conuerſantur: ſi in criminibus comprehenſi teneantur, per cenſuram eccleſiaſticam non præcipimus liberari [f].

† Vox clericali, deeſt in vetuſtioribus exēplaribus.

¶Idem abbati ſanctæ Genouefæ.

¶*Si crimen acolythi, qui rebaptizanti præbuit miniſterium, eſt occultum, promoueri poteſt: ſi publicum, non niſi cum eo religionem intrante diſpenſetur.*

P*Ræterea.*] Non ſummatur per Ioan. And. & forte propter breuitatem & varietatem lectionum: ſed dn̄s Antonius ſic ſummat: Clericus ſine habitu & tonſura deprehenſus in crimine, nō gaudet priuilegio clericali. Sed certe hæc ſummatio eſt nimis generalis, & contra multos canones, & maxime contra c. ſi iudex laicus. de ſenten. excom. lib. 6. & contra cap. contingit. & cap. in audientia. ĭ. de ſent. excommun. vnde aliter ſummo: & primo ſecundum vnum intellectum ſic. Per cenſuram eccleſiaſticam non liberantur clerici à manibus laicorum, ſi ſine habitu, & tonſura ſunt deprehenſi, ſi prius ſe habebant per omnia vt laici hoc dicit. Vel ſic, ſecundum alium intellectum, vt in rubro: & non recipit congruam diuiſionem. Abbas Siculus.

Casvs. Dicitur in capitulo iſto, quòd clerici, qui habitū clericalem & tonſurā dimittunt, & in apoſtaſia tamquam laici conuerſantur, ſi in criminibus deprehenſi teneantur, præcipit Papa per cenſurā eccleſiaſticam illos non liberari. No. quòd eccleſia non defendit clericos in criminibus comprehenſos, & detentos.

¶*Gloſſa ſequens diſtinguit triplicem apoſtaſiam.*

2 De materia huius gloſſę vide citatos in principio tituli, adde Simancam cath. inſtit. ti. 7. & ſummiſtas verbo Apoſtaſia, & Alfonſum Caſtrum li. 1. c. 7. de iuſta hæret. punit.

e ¶*Apoſtaſia.*] Eſt aūt triplex apoſtaſia, 2 ſcilicet perfidię, quando quis recedit à fide. 2. q. 7. non poteſt. Inobedientiæ, quando quis tranſgreditur præceptum. s. de ma. & obe. ſi quis venerit. & c. illud. Irregularitatis, cum quis recedit ab ordine ſuo, ſiue ſumptæ religionis: vt hic, & 50. diſt. c. vlti. & dicitur apoſtata. i. retroſtans 26. q. vlt. cap. poteſt. 3. q. 4. ſi quis vero. & c. beatus. Vinc.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium & tripliciter ſoluit.*

f ¶ *Liberari.*] Arg. contra. ĭ. de ſentē. excom. ſi vero aliquis. illud intelligitur, quando clericus licet tonſuram non portat, aliàs clericaliter ſe habet: iſti vero tamquam laici per omnia ſe habebant. Vel ſic, non denegatur hoc quin capientes tales ſint excommunicati, ſed eccleſia non præcipit illos liberari. ſic s. ne cler. vel mona. c. 2. Si verò tertio eſſent admoniti, &

ti,& ſe non correxerint,nullo priuilegio poſtea gauderent.j. de ſenten.excommu.in audientia.& c.contingit. & ſi de talibus vis intelligere,quod hic dicit, planum eſt.

EX *literarum.*] Communis diuiſio.Secunda pars:ibi, *Quia ergo*. Abb.Sicu.

CASVS. Quidã ægritudine longa confectus, de conſilio quarundam mulierum, vt citius ſanari poſſet, ſe fecit iterum baptizari: quidam acolythus frater illius infirmi, miniſterium præſtitit ſcienter presbytero baptizãti:quæſitum fuit, qualiter puniri debeat acolythus iſte, qui minoris erat ætatis, & vt frater eius ſalutari poſſet,hoc fecit: vnde excuſandus videbatur? Rñdet Papa,ꝙ ad ſuperiores ordines non poteſt,ſi publicum eſt factũ eius, promoueri, niſi ad religionem tranſire voluerit,vt fauore religionis diſpenſetur cum ipſo: ſi vero occultũ eſt, poterit promoueri, & de commiſſo pœnitentiã agat. No.argu.ꝙ ætati minori parcendum eſt. Item baptiſma iterari non debet. Item fauore religionis diſpenſatur cum aliquo.

†Ca.3.eo. tit.in 1.cõpil. & poſt concil.Lateran.par. 26.c.1. Et quã ſit graue ſcelus rebaptizare docet B.Clemens li. 6. c.1.cõſtit. Apoſtolicarum.

CAP. II.

EX† literarum tuarum tenore perpendimus, ꝙ quidam ęgritudine longa cõfectus,inſano [a] ſortilegarum mulierum credens conſilio, vt ſanaretur, per iterationem fecit iniuriam [b] baptiſmatis ſacramento:& infrà. ¶Quia ergo tua nos duxit prudentia conſulendos, qualiter puniri debeat acolythus [c], quem minor ætas [d],& intentio [e] fraternæ ſalutis excuſare videtur†: Diſcretioni tuæ præſentibus literis reſpondemus, quòd ad ſuperiores ordines promoueri(ſi publicum eſt quod proponitur)non [f] valebit: niſi ad religionem tranſire voluerit, vt fauore religionis [g] ipſius, circa eum valeat diſpenſari. Si verò occultum eſt, promoueri poterit,& exceſſum ſuum dignis pœnitentiæ fructibus expiare.

†videntur.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Infamatus de apoſtaſia,compellitur ſe purgare.*

CAP. III.

TVæ† fraternitati: & infrà. ¶ Super ſecundo articulo inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum: Quòd clerici,qui ſunt de apoſtaſiæ crimine infamati, qui videlicet abiecerunt habitum clericalẽ [h], non ſunt in ſeculari habitu tolerandi [i]: ſed per diſtrictionẽ eccleſiaſticam coercendi, donec deficiente probatione, ad infamiam abolendam, purgationem canonicam curauerint exhibere.

†Ca.vnico eo.tit.in 3. compila. Et vide Hoſtiẽſem in ſumma.tit. de apoſtatis. §.qualiter puniantur.

a ¶*Inſano.*]& verè inſano.de conſe.diſt. 4.q bis. 51.diſtinctio. qui in aliquo.24.q. 1. cap. miramur. §. his auctoritatibus.

¶*Glo.ſeq.quærit,& ſoluit.*

b ¶*Iniuriam.*]quod fieri non debet.1.q.1.quod quidam. de conſec.diſt.4.oſtenditur.& 34.q.1.miramur.§.his auctoritatibus.Sed quid eſt facere iniuriam ſacramento? Dixit Vinc. animæ [1] inſigitur quædam imago, ſiue pictura, vel character:vnde ſi alia imago ſuperponeretur,illa prima pictura obſcuraretur:& ita videretur obfuſcari primum ſacramentum.

1 Plures & veriores cãs cur baptiſmus nõ debeat iterari tradit B.Thomas 3. parte q. 66. arti. 9. quem oĩno videas.

c ¶*Acolythus.*]ſupple, qui miniſterium ſuum præſtitit rei nefandæ.

ADDITIO. Et ſic erat in antiqua compilatione:quam ſi videris facilius intelliges hoc cap.

¶*Glo.ſeq.arguit,declarat,& remittit.*

d¶*Minor ętas.*]Arg. ꝙ ætati minori [2] nõ ſubuenit.de conſe.diſt.4.eos.& c.qui bis.& 15.q.1.c.illud.§.itaque.in fi.& ff. de mino.auxiliũ.§.in delictis.ibi,niſi quatenus miſeratio,&c. arg.ff.co.ſi ex cã.§.nunc videndum.ſed illud verum eſt,ꝙ minor ætas non excuſat in totum:ſed miſeratione ætatis mitius punitur.ff.eod.auxilium.§.in delictis.& j.de delic. puc. pueris.vbi de hoc.

2 De materia huius gloſſę vide late p Tiraquel. tract. de pœnis temperandis aut remittendis cã 7. & q̃ dixi lib. 2. cóment. in Directoriũ inquiſitor. ſchol.12.

e ¶*Intentio.*]vnde facile abſtergitur hæc culpa, propter fraternam pietatem.22.q.2.ſi quælibet.

f ¶*Non valebit.*] Nam delicti manifeſtatio diſpenſationẽ prohibet,propter ſcandalum quod non eſt in occulto : imo poſt actã pęnitentiam & in ſuſceptis remanere,& ad alios ꝓmoueri põt præter reos homicidij.s̃.de tempo.ordi.c.vlti.

¶*Glo.ſequens not.ſignat contrarium, ſoluit diſtinguendo, & opi.ponit.*

g ¶*Religionis.*]Ex hoc videtur,ꝙ ingreſſus religionis non tollit irrregularitatem,ex quo ſine diſpenſatione promoueri non poteſt.Ar.contra.s̃.de fil.presby.c.1.& 56.diſt.c.1.& in Auth.de mo.in prin.coll.1.vbi dicitur, ꝙ ingreſſus religionis omnem tollit irregularitatem, tollit etiam ingratitudinem.19.q.vlti.non licet. Sol. irregularitas illa quæ conſurgit ex proprio delicto,non tollitur per ingreſſum religionis, ſed fauore religionis cum eo diſpenſatur: vt hic, & infra. de eo qui fur.ord.re.c.1.cum vero non ſurgit ex delicto ꝓprio, vt j.de pur.cano.accedens. tunc per ingreſſum religionis tollitur illa irregularitas, ita ꝙ ſine diſpenſatione põt ad ordines promoueri, vt in contrarijs, ſed non ad dignitatem ſine diſpenſatione.j.de pęn.in quibuſdam.s̃.de fil.presbyt.cap.1. Quidam dicunt,ꝙ in neutro caſu tollitur, ſed defertur tantum ad facilitatem diſpenſandi. Ber.

¶Idem† in concilio generali.

¶*Baptizati,alterius ſectæ,vel fidei ritus dimitteret compelluntur.*

†Idẽ ſ. Innocentius iij.in cõcilio generali Lateran. c.70. Et vide notas ĩ hoc decretum.

CAP. IIII.

QVidã (ſicut accepimus) qui ad ſacri vndam baptiſmatis voluntarij† acceſſerunt, veterem hominem omnino non exuunt, vt nouo [k] perfectius induantur: cum prioris ritus reliquias retinentes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus ſit homo, qui terram duabus [l] vijs ingreditur, & indui veſte non debeat, lino

†volũtarie

Eccleſiaſtici cap. 3. Exod. cap. 22.

TVæ.] Primò ponit deciſa cõſultatio: Secundò reſponſio,ibi, *Super ſecundo*. Abb.

CASVS.Quidam clerici infamati erant de apoſtaſia,qui abiecerãt habitum clericalẽ,quæſitum fuit vtrum deberent taliter tolerari,vel compelli,vt habitũ reaſſumãt? Rñdet Papa, ꝙ clerici q taliter ſunt infamati, tolerandi nõ ſunt in habitu ſeculari, ſed per cenſuram eccleſiaſticam coercẽdi, vt habitum reaſſumãt, donec ſe purgauerint deficiente probatione. No. clericos compellẽdos vt habitum clericalem dimiſſum reaſſumant. Item infamatus ad purgationem cogi debet.

h ¶ *Habitum clericalem.*] Qui habitum clericalem abijcit,niſi trina monitione præmiſſa ẽt ipſum reaſſumat, perdit priuilegiũ clericale.j. de ſent. excom. in audientia.& ca.contingit 2.

¶ *Glo.ſeq.quærit obijciendo, & ſoluit.*

i ¶*Tolerãdi.*]Sed quare non ſunt tolerãdi in habitu ſeculari, cum liceat illis qui ſunt in minoribus ordinibus,vxorem recipere,& cum ea morari.s̃. de cle.coniug.c.1.32.diſt.ſi qui vero.& c.lectores.& c.ſeriatim.apoſtata n.excõicatus nõ eſt. Vt ceſſet omnis obiectio intellige quod hic dicitur,de eo qui infamatus eſt in ordine ſacro, vel in aliqua profeſſione,cui non licet vltra ad ſeculum redire,vnde tolerandi non ſunt in habitu ſeculari,ſed per cenſuram eccleſiaſticam compellendi,niſi ſe purgauerint, accuſatore deficiente redire ad ordinem,vel religionem.arg.s̃.de reg.c.pe.& 20.q.3.eos qui ſemel.Imo incarcerari poſſunt.j.eo.c.1.ne damnabiliter euagentur.De alijs in inferioribus ordinibus conſtitutis intelligi non poſſet:quia poſſunt renuntiare in totum ordini clericali.ſup.de vi.& ho.cler.c.vlt.& s̃.de cler. coniug. Ioannes.& c.pe.& vlti.Ber.

QVidam.] Iudæi baptizati ritus iudaicos compelluntur dimittere. Primò ponit Iudæorum baptizatorum exceſſum,contra quem ſecundo prouidens duas auctoritates præmittit,& duas rationes ſubmittit: Secunda: ibi, *Cum autem*.Abb.Sicu.

CASVS.Quidam Iudæi,ſeu infideles voluntarij baptizati fuerunt,verumtamen reliquias prioris ritus non reijciunt: vnde Chriſtianæ religionis decorem confundunt : quæſitũ fuit in concilio,quid de talibus ſit agendum: Cũ maledictus ſit homo,qui duabus vijs terram ingredit̃,& indui non debeat veſte de lana & lino contexta, ſtatuit concilium, vt p prælatos eccleſiarum tales obſeruantiæ veteris ritus compeſcantur. vt ſicut libero arbitrio ad baptiſmum acceſſerũt, ita neceſſitas coactionis eos in eius obſeruatione cõſeruet.cum minus malum exiſtat viam Dñi non agnoſcere,q̃ poſt agnitã retroire. No.ꝙ qui baptiſmũ recipiunt ſponte, cõpellẽdi ſunt vt fidẽ obſeruent.Item duabus vijs hõ ire non dꝫ. Item plus peccat Chriſtianus aberrans à fide, q̃ ille qui fidem non agnouit.

k ¶*Vt nouo.*]iſtud,vt,non tenetur conſecutiuè, ſed ironicè hic dicitur:quia non induunt nouum hominem,ex quo reliquias prioris hominis retinent.

l ¶*Duabus vijs.*] Niſi quandoque ratione officij. 3.q.7.§. tria.in fin. & ſup. de præſump. literas. & ff.de rei vendi. inter officium.

officium. ſed illud ignorauit, quòd præſtaret patrocinium in re ſua.

a ¶*Lanaque.*] 16.quæſtio.7. in noua.& ſup.de electio. & electi poteſt.cum cauſam.& nemo debet claudicare in duas partes.49. diſtinct. capitu. vlti. & nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 26.diſtinct.acutius.& ſup.de cler.coniugat.diuerſis fallacijs. nemo autẽ filius Dei, & diaboli ſimul eſſe poteſt.de pœniten.diſtin. 1. capitu. reſuſcitatus. §.item vt Chriſtus ait. Nec duobus dominis ſeruire,vt ibi.

b ¶*Voluntatis.*] Sicut enim libero arbitrio homo obediens ſerpenti perijt, ſic ſe gratia Dei vocante propriæ mentis cõuerſione ſaluetur: ſed tamen ſi conditionali conditione coacti fidem ſuſcipiũt, eam ſeruare coguntur. 45. diſtinctio. de Iudæis. & cap. 1. & 2. & 23.queſtio.5.ad fidem. & hic.

2.Pet.2.

c ¶*Retroire.*] quia qui poſuerit manũ ad aratrum, & reſpexerit retro, non eſt aptus regno Dei. ſuprà de voto, magnæ.ſic 12.quæſtio. 1. ſcimus. in fi. de pœniten. diſtinct. 4. ſi refugientes. verſus fin. Bernar.

†Vide Hoſtienſem in ſumma tit. de apoſtatis.§.qualiter puniantur.& Bernardinum Diaz ĩ pra. cri. cano. c.104.

A *Nobis.*] Communis diuiſio, Secũda: ibi, *Ad quod.* Abb. Sicu.

†potes.

Casvs. Quidam clerici apoſtatæ in cuſtodia detinentur, nec induci poſſunt minis, vel terroribus, vt habitum reaſſumant: quæritur quid de his ſit agendũ? Reſpondet Papa, quòd tales ſub graui poſſunt cuſtodia detineri,& carcerari, ita quòd ſolummodo miſera ſibi vita reſeruetur donec à malitia ſua reſipiſcãt. No. clericos apoſtatas poſſe in carcere detineri, donec à ſua nequitia reſipiſcant.

†Lunden.

†Vide præ alijs hic Henricum Boich, & Hoſt. prędecedẽti ca. citatum.

lanaque [a] contexta. Statuimus, vt per Prælatos eccleſiarum talis obſeruantia veteris ritus omnimodè compeſcatur: vt quos Chriſtianæ religioni liberæ voluntatis [b] arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſſitas, in eius obſeruatione conſeruet: cum minus malum exiſtat viam Domini non agnoſcere, quã poſt agnitam retroire [c].

¶ Honorius iij. Archiepiſcopo Turoneñ.

¶ *Apoſtatæ incarcerari, & affligi poſſunt, vt habitum reaſſumant.*

CAP. V.

A Nobis† expetijt tua fraternitas edoceri, quid de apoſtatis ſit agendum cum in cuſtodia detinentur, qui minis [d], vel blanditijs [e] nullatenus poſſunt induci, vt abiectũ habitum reaſſumant. Ad quod tibi breuiter reſpondemus, quòd tales (ſi volueris) poteris † ſub graui cuſtodia carcerare: ita quòd ſolummodo vita ſibi miſera reſeruet [f], donec à ſuæ prçſumptionis nequitia reſipiſcant [g].

¶Idem Archiepiſcopo Lugduneñ.†

¶*Monachus in apoſtaſia ordinatus, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ in ſuſcepto ordine miniſtrare.*

CAP. VI.

C Onſultationi† tuæ breuiter reſpondemus, quòd monachus aliquem ſacrum ordinẽ in apoſtaſia recipiens, quantumlibet ſuo fuerit reconciliatus abbati, & receperit pœnitentiam, abſque diſpenſatione [h] Romani Pontificis miniſtrare non poterit in ordine ſic ſuſcepto.

d ¶*Minis.*] comminando diuinum iudicium, 2. q.1.ſi peccauerit.14.q. vlti.ſi res.27.q.1.cap. vlti.& ſup.de tempo. ordi.cap.vlti.

e ¶*Blanditijs.*] Blanditijs enim & non aſperitatibus ad fidẽ eſt aliquis inuitandus.45.diſtinc.qui ſyncera. imo & præmijs quandoque 23. q. 4. debet homo. tamen ſi iſti apoſtatæ per huiuſmodi non proficiunt, fiat quod hic dicitur, quod intelligo de his, qui ſunt in ſacris ordinibus, aut in aliqua profeſſione: vt ſ.eo.tuæ.

f ¶*Reſeruetur.*] ſicut reſeruatur vita de miſericordia filijs eorum qui crimen læſæ maieſtatis committunt.6.quæſtione 1. capitu.quæro.§.verum.verſic.fina.C.ad l.Iul.ma.ſi quis cum militibus.vt vitam ſibi pœnam exiſtiment.74.diſtinct. quorundam.ſic clericus poteſt vxorem ſuam ligare. 33. quæſtio. 2.placuit. vt ſic pœna docente humiliter debeat obedire. ſupra de electio. cum in cunctis. & 27. quæſtione prima, ſi homo eſſes.

g ¶*Reſipiſcant.*] Tunc cum venia poterit recipi: quia eccleſia non claudit gremium redeuntibus. C.de ſum. Trini. inter claras. in fi. Et eſt arg.1.q.7.ſi quis omnem.

C *Onſultationi.*] Casvs. Quidam monachus ſacrum ordinem in apoſtaſia recepit: tandem pœnitentiam agens, abbati ſuo reconciliatus fuit: quæritur, vtrum miniſtrare poſſit in ordine ſic ſuſcepto? Reſpondet Papa, quòd quantumcunque reconciliatus fuerit, & pœnitentiam egerit, abſque diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ in ordine ſic ſuſcepto miniſtrare non poteſt. Nota, quòd ſolus Papa diſpenſare poteſt cum eo, qui in apoſtaſia ordines ſuſcepit, vt in ordinibus ſic ſuſceptis miniſtret.

h ¶*Diſpenſatione Romani Pontificis.*] Hic ergo Papa reſeruat ſibi diſpenſationem. ſic ſupra de hæret.excommunicamus.§. ſane. ſic ſupra de filijs presbyt. capitu.penul. & vltim. Item ſi iterata vnctione fuerit maculatus. 1. quæſtio.vltim.capit.ſaluberrimum.in fin. Itẽ qui rebaptizati ſunt.de conſecra. diſtinctio. 4. qui bis. & c. eos quos. Item & qui in ſubuerſionem fidei: ordinationem recipiũt ab hereticis. 1. quæſtione 7. conuenientibus. in fin. in quibus caſibus ſolus Papa poteſt diſpenſare: tamen ſi ad aliam religionem tranſiſſet, & ordinem ibi ſuſcepiſſet, ſine diſpenſatione poſſet in ſuſcepto ordine miniſtrare. ſupra de tempo. ordin.ex parte. quia ordinem non ſuſcepiſſet in apoſtaſia. Ber.

TITVLVS X.

De his, qui filios occiderunt.

¶Alexan.iij. Tornaceñ Epiſcopo.

¶*Mulier occidens ſponte filium, debet perpetuo in monaſterio pœnitere: ſi tamen timetur de incontinentia, datur, vel ſaltem non denegatur ſibi licentia nubendi.*

CAP. I.

V Eniens † ad nos M. mulier lachrymabili nobis confeſſione mõſtrauit, quòd cum de quodam filium genuiſſet, & ille ſibi ſępè turgido vultu improperaſſet, quod filius eius non eſſet, ipſa iracundiæ [i] calore ducta, eundem filium interfecit [k]: & infra. ¶ Mandamus, quatenus eam labores inducere, vt ad aliquod monaſterium tranſeat, in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret. Si autem (repugnante carnis fragilitate) ad hoc induci noluerit, ei licentiam in

†Ca. 1.eo. tit. in 1.cõpil. & poſt concil.Late. ſub Alexandro iij. par. 50.ca. 11. Et præter doctores hic vide late per Hoſtien.in ſũma hoc eo. tit.

DE HIS QVI FILIOS OCCIDERUNT.

¶ *Suprà in quatuor proximis titulis viſum eſt de his qui peccant principaliter in Deum, conſequenter reſtat videre de his, qui peccant in hominem, & in Deum etiam, vt de committentibus homicidium: ſed quia inter homicidiorum genera, homicidium filiorum eſt grauius, ideo primò de his prçmittitur. Abbas Siculus.*

V *Eniens.*] Loquitur iſta decretalis in foro animæ: & duæ ſunt partes, conſultatio & reſponſio. Secunda: ibi, *Mandamus*. Abb.

Casvs. Quidam mulier filium de quodam ſuſcepit: ille vero improperabat eidem, quòd eius filius non fuiſſet: vnde ipſa diabolico furore accenſa, filium interfecit: vnde ipſa lachrymabiliter ad Papam accedens, petijt ſibi impendi conſilium ſalutare: Mandat Papa epiſcopo loci, vt laboret eam inducere, vt ad aliquod monaſterium tranſeat: in quo pœnitentiam agat de commiſſo: Si autem ad hoc induci non poterit, det ei licentiam, vt in Domino nubat: quia tutius videtur vt nubat vni, quàm inhoneſtè multos admittat. No. quòd dominus Papa votum reuocat & commutat, etiam ſi de iure naturali debeatur.

i ¶ *Iracundiæ calore.*] 11. quæſtio. 3. ira ſæpe. & cap. cum apud. Ber.

k ¶*Interfecit.*] Sic j.c. proxi. De pœna iſtius habes C.eo.tit. l.vnica. 1 ſecundum canones non ita puniuntur: quia Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, &c. 26.q. 6. agnouimus.& 23.q.vlt. his à quibus. De hac pęna ſecundum canones dicitur j. eo.c.vlti.

1 Prçter doctores hic vide legiſtas in d. l. vnic.C. de his qui parentes vel liber. occider. & in §.alia deinde.Inſti.de publicis iu.

a ¶*Mul-*

a ¶*Multos.*]ſim. 31.q. 1.quomodo virginibus.& ſim. ſ̄. qui cleri. vel vouen. veniens. ſi autem non eſſet præſumptio de ipſius incontinentia, non daretur ſibi licentia contrahendi propter crimen ſuum. 23.q.2.in adoleſcentia.

I*Ntelleximus.*]Non diuiditur: Et loquitur in foro animæ, vt dixi in præcedenti cap. Abb.

CASVS. Quædā mulier diabolo inſtigante filiam ſuā occidit, propter quod dominus terræ maritum ipſius ipſam compulit abiurare: Significatum fuit hoc domino Papæ vnde mandat epō diœceſis quatenus ſuper hoc ita prouideat, ꝙ de cōmiſſo exceſſu pœnitentiam agat, & ſaluti ſuæ & filiorum conſulatur: & non obſtante iuramento prædicto, eam viro ſuo reſtituat, ita ꝙ filios ſuos poſſit liberè gubernare. Not ꝙ iuramentum illicitum nō eſt ſeruandum. Itē nullum maleficium ſeparat matrimonium legitime contractum, quo minus alter alteri adhęrere teneatur: niſi eſſet crimen idololatriæ. 1

b ¶*Abiurare.*]Et male: quia quos Deus cōiunxit, homo non ſeparet. 33.q.2.cap. 2.& ob hanc cauſam eam maritus dimittere non poſſet. 32.q.2.quicquid.& q. 7. oēs cauſationes.

c ¶*Iuramento.*] Tale iuramentum illicitum fuit. ſ̄.de iureiuran. tua nos. tamen in hoc non multum peccauit: quia compulſus hoc fecit, ſed potius debuit quęlibet mala pati, quàm male conſentire. 32.q. 5. ita ne. vnde iurare non debuit: quia ſine periculo ſalutis æternę ſeruare non potuit iuramentū: mitius tamen agetur cum ea, propter filios, quos debet nutrire.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cō pil. & poſt concil. Lateran. par. 50. c. 25.

1 Id eſt hæreſis aut cuiuslibet alterius infidelitatis, non tamen diſſoluit matrimonium legitime cōtractum, concilium Triden. ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonij can. 5.

†Ca. vnic. eo. ti. in 1. compila. Et vide notas in hāc decretalē & Syluestrū in ſumma, verbo, homicidiū 3.q. 23.

Domino nubēdi tribuas: quia tutius nobis videtur, vt in Domino nubat vni ſoli, quàm inhoneſtè multos[a] admittat.

¶ Lucius iij. Pariſieſi Epiſcopo.

¶*Mulier occidens filium, propter, hoc à viro ſeparari non debet, ſed alia pęnitentia ſibi imponitur.*

CAP. II.

INtelleximus†, quòd M. mulier filiam paruam furore accenſa diabolico iugulauit: propter quod dominus terræ, maritum eius ipſam compulit abiurare[b]. Quia verò illam alios habere filios intimaſti: Mandamus, quatenus ita ſuper hoc prouideas, quòd ſui ſceleris pœnam luat, & ſaluti eius ac filiorum per tuam prouidentiam conſulatur: & non obſtante iuramento[c], quod à viro dictus dominus proponitur extorſiſſe, eam (ſicut expedire videris) eidem viro reſtituas: ita quòd filios ſuos liberè poſſit, & pacificè gubernare.

¶ Idem.

¶ *Se ſummat, ponens pęnitentiam parentum, circa quos pueri reperiuntur oppreſſi.*

CAP. III.

DE†infantibus autem, qui mortui reperiuntur cū patre, & matre, & non apparet, vtrum à patre, vel à matre oppreſſus ſit ipſe, vel ſuffocatus, vel propria morte defunctus: non debent inde ſecuri eſſe parentes, nec etiam ſine pœna[d], ſed tamen conſideratio debet eſſe pietatis, vbi non voluntas, ſed euentus[e] mortis cauſa fuerit. Si autem eos† non latet, ipſos interfectores eſſe, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe. Quidam autem pęnitentiam trium annorum iudicant eſſe debere, quorum vnū peragant in pane & aqua.

†Vox, eos, deeſt in quibuſdā exēplaribus.

TITVLVS XI.

De infantibus,† & languidis expoſitis.

†In codice Barbatiæ ita. De infantibus lā guidis vel expoſitis.

¶Gregorius nonus.

¶*Infans expoſitus à patre, vel alio eo conſentiente, vel ratum habente, hoc ipſo à patria poteſtate liberatur. Idem in ſeruo & liberto, qui ob prædictam cauſam liberantur à dominica poteſtate. Et idem iuris eſt in prædictis languidis cuiuſcunque ætatis ſic expoſitis, vel ſi eis alimenta denegantur. hi tamen qui prædictis alimenta præſtiterint, nullum ius in eis acquirunt.*

CAP. I.

SI† à patre, ſiue ab alio ſciente[f] ipſo, aut ratum habente[g] (relegato pietatis[h] officio) infans expoſitus extitit: hoc ipſo à poteſtate fuit patria liberat9[i].

†De materia & intellectu præter doctores hic vide Turrecrematā in c. ſi expoſitus. 87. diſ. Syluestrū in ſumma verbo, expoſitus. & Iuliū Clarum in practi. crim. q. 85.

D*E infantibus.*] CASVS. Infantes aliquando reperiuntur mortui cum patre & matre in lecto, nec apparet, vtrū à patre vel à matre oppreſſus ſit, vel propria morte defunctus, quæritur quid ſit in hoc caſu agendum patri, vel matri? Reſpondet Papa, ꝙ parentes non debent eſſe inde ſecuri, nec ſine pœna: veruntamen diſcretio pietatis debet adhiberi, vbi non fuit voluntas, ſed euentus mortis cā. Si vero eos interfecerint, ſcire debent ſe grauiter deliquiſſe: quidam dicūt ꝙ pęnitentiā trium annorum agere debent, quorum vnum peragant in pane & aqua. Not. ꝙ in pęnitentia imponenda, voluntas, euentus, & aliæ circunſtantiæ conſiderandæ ſunt.

¶*Glo ſeq. obijcit & ſoluit, determinans demum, quod ſi ſponte vel caſu, ex graui, vel leui culpa vel ex nulla.*

d ¶*Nec etiam ſine pęna.*] Sed ſine non conſtat eos interfectos à patre vel matre, ſed euentus fuit cā mortis, non debet eis pęnitentia imponi: quia non peccauerunt licet hoc non conſtet, tamen ad cautelam tutius eſt, ꝙ inde pęnitentiam agant, quia forſitan minorem diligentiam illis adhibuerunt. arg. 23.q.5.excommunicatorum.& 34.q.2. in lectum mariti: quia bonarum mentium eſt, ibi culpam timere, vbi culpa nō eſt. ſ̄.de obſer.ieiu.conſilium.§.2.& 5.diſt.ad eius vero. & j̄. de pœnit.& remiſ.quæſitum. Et arg. ſ̄.de ſpon.iuuenis. & hoc ſecundum diſcretionem pietatis, vt hic dicit, ad arbitriū imponentis: vt in c.quæſitum.de pęnit.& remiſ. Si vero ſponte hoc fecerunt, tunc grauiſſima pęnitentia debet eis imponi, aliquantulum maior, quàm pro alio homicidio: quia magis peccare videtur proprium filium occidendo. Argu. j̄.de homi.cum iuramento.& de pęni.diſt.1.cap.aut facta.& ſecundū leges fortiori pęna puniuntur. C.eod.tit.l. vnica. & ff.ad leg. Pompe. de parricidijs. l.1. Si non caſu, ſed culpa graui præcedente, tunc pęnitentia. vij. vel v. annorum eſt eis imponenda. arg. 50. diſt. ſi qua fęmina. ſi quis ſpōte.& j̄.de pęn.& remiſ. quæſitum. Si vero leuis culpa præceſſit, poſſet imponi pęnitentia trium annorum: vt hic dicit. Si autem nulla præceſſit culpa, vel negligentia, de iure in nullo ſunt puniendi. Arg. j̄.de homi. ex literis 1. ſed ad cautelam (vt dictum eſt) debet imponi propter ambiguum duplicitatis, conſideratis omnibus circunſtantijs. de pęniten. diſt. 5. conſideret. & j̄. de pęni.& remiſ.is qui. Tanc.

e ¶*Euentus.*] 50. diſt. ſtudeat.

DE INFANTIbus, & languidis expoſitis.

¶ *Quia exponentes infantes et languidos, eos quaſi occidunt, ideo poſt rubricam pręcedentem ſubijcit iſtam. Abbas.*

De hac materia tractatur. 87. diſt. c. vlt. & infra in rubrica de homicidio. ver. quid iuris de infantibus.

S*I à patre.*] CASVS. Si à patre aut ab alio (patre ſciente, aut ratum habente) infans expoſitus fuerit contra officium pietatis, hoc ipſo filius à poteſtate patria eſt liberatus: & in hoc caſu libertus efficitur ingenuus, & ſeruus in libertatem eripitur. Et hoc idem intellige de languidis prædictis expoſitis, cuiuſcunque ætatis fuerint, vel ſi alimēta alicui de prædictis perſonis, ſcilicet filijs libertis & ſeruis languidis negari contigerit: verumtamen qui hos ſuſcipiunt propter hoc in eorum perſonis ius aliquod vendicare non poſſunt. Nota, quòd ratihabitio in maleficijs retrotrahitur, & mandato comparatur.

f ¶*Sciente.*] Ipſo, ſim. 54.diſt. ſi ſeruus ſciente.& ſ̄.de his quę fi.à præla.ſi.conſen.capituli.cap. 2.& ita eſt hic arg. quòd qui tacet, conſentire videtur: vt 65.diſt. ſi forte.& 27.diſt. diaconus. vbi de hoc.

g ¶*Ratum habente.*] Rati enim habitio in maleficijs retrotrahitur, & mandato comparatur. ff.de vi & vi ar.l.1.§.ſed & ſi cum quis.& ſ̄.de reſtit.ſpo.cum ad ſedem.in fi. & generaliter dicit lex, quòd omnis ratihabitio retrotrahitur. C.ad Maced.l. ſi filiusfamilias. Ber.

h ¶*Pietatis officio.*] & reuera relegato: quia debuerunt viſcera eius commoueri ſuper filio ſuo. ſup. de præſump. afferte & paternus affectus omnem vincit affectum. C. de cura. fu. l. vltima.

¶*Gl. ſeq. diſtinguit, & reci. poteſt ſignando contrarium de cap. fin. 87. diſt.*

i ¶*Liberatus.*] de iſtis expoſitis habes. 87. diſt. cap. vlt. & intelligas

telligas illud ſecundum iſtud. Nota ergo ſuper hoc; aut exponitur infans ſciente patre, vel domino ſeu patrono, aut ignorante: Si ſciente, & non contradicente, vel ratum habente expoſitus ſit, filij ſic expoſiti ſui iuris exiſtant, liberti in ingenuitatem, ſerui in libertatem eripiantur: & multo magis ſi ipſemet ipſum expoſuit: qa nec dicere ſuum poſtea poterit, qui pereuntem contempſit. C. eo. tit. l. 2. & 3. tenor quarũ hic comprehenditur: ſi n. ipſum alere non poterat, eum in Xenonem mittere debuit, vel quo poterat modo eũ adiuuare. C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. ſed ſcimus. & videtur ꝙ tamquã homicidæ damnentur: vt 87. diſt. c. vlti. & ff. de libe. agno. necare. vnde expoſiti, ſanguinolenti dicuntur. C. eo. in rub. Si vero ignorante vel inuito, non præiudicat ei, quin poſſit illum repetere, ſed reſtituat expenſas: niſi à fure vendicetur. C. eo. l. 1. & hic in prin. vbi dicit, ſciente eo, aut ratum habente: ergo ſi ignorante, vel contradicente, non nocet patri, vel domino c. illud, ſi expoſitus. intelligit Hug. quando infans expoſitus eſt ab alio, quam à patre, vel domino, vt tunc poſſit repeti poſt conteſtationem publice factam infra decẽ dies, & hoc c. non contradicit. Ber.

†In codice Barbatiæ ita: Nam & in hoc caſu, &c.

†Vide concil. Tridẽ. ſeſſio. 14. de refor. c. 5.

†Exod. ca. 21. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

†De multiplici intellectu præter Antonium Butrium & alios hic vide Guidonẽ Papę deciſ. 121. incip. in camera.

¶*Glo. ſeq. inducit ſimile de monacho.*

a ¶*Languidis.*] Idem iuris eſt circa prędictas perſonas cuiuſcunque ætatis ſint, ſi languidæ fuerint, ſiue alimenta eis impiè negentur, vt tam filij ſui iuris efficiantur: quam ſerui & liberti in libertatem & ingenuitatem eripiantur: quia habent hos pro derelictis. ff. pro dereli. l. vlti. & C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. ſed ſcimus. nec ad eorũ bona vlterius aſpirabunt: vt §. ſed ſcimus. Sic & abbas debet recolligere monachum ſuum, ne damnabiliter euagetur, ne pereat. ſ. de relig. & tranſe. ad reli. c. vlti. quod ſi non fecerit, & ille in ſeculo remanens aliqua acquirat, & ſic moriatᷣ, monaſterium quod neglexerit illum, ab ipſius bonis maneat ſegregatum, arg. prædicti. §. & eſt hic arg. ad hoc ꝙ crederem, ſi monaſterium ipſum expulit, vel etiam ſi redire voluit ſalua ordinis diſciplina, & non fuit admiſſus: quia ſic impiè alimenta negauit. Ber.

†Ca. 4. eo. tit in 1. cõpilat. Burchardus, lib. 11. ca. 60. & li. 19. cap. 5. Iuo par. 13. ca. 46. Gratianus, ſiue palea 13. q. 2. c. vlt. & vide notas in hoc cap.

b ¶*Vendicare.*] imo liberi erunt, & ſibi acquirunt. vt C. eodem titu. l. vlti.

Nam† & hoc caſu in ingenuitatem libertus, & ſeruus in libertatem eripitur. Quod & de prædictis cuiuſcunque ætatis languidis[a], ſi expoſiti fuerint, vel ſi alicui eorum alimẽta impiè denegari contigerit, eſt dicendum. Sanè qui hos ſuſcipiunt non poſſunt propter hoc in eorum perſonis ius aliquod vendicare[b].

TITVLVS XII.

De homicidio † voluntario, vel caſuali.

¶In Exodo.†

¶*Homicida incorrigibilis debet deponi, & tradi curiæ ſeculari, vt moriatur.*

CAP. I.

SI† quis per induſtriam[c] occiderit proximum ſuum, & per inſidias[d], ab altari meo euelles eum, vt moriatur.

¶ Ex pęnitentiali Romano.†

¶*Ponit pęnitentiam occidentis latronem cum ſe poterat aliter liberare: ſi verò aliter liberare ſe non poterat, non tenetur agere pęnitentiã, niſi ad cautelam.*

CAP. II.

INterfeciſti † furem, aut latronem[e], vbi comprehendi poterat abſque occiſione: quia ad imaginem[f] Dei creatus eſt, per quadraginta dies non intres eccleſiam, & lanea veſte[g] indutus ab eſcis[h], & potibus, qui interdicti ſunt, & à toro,[i] gladio[k], & æquitatu, illos ſupradictos dies abſtineas. In tertia autem, & quinta feria, & ſabbato, aliquo genere leguminum, vel oleribus, pomis, & paruis piſciculis cum mediocri ceruiſia[l] vtere temperatè[m]. ¶Si autem ſine odij meditatione, te tuaque liberando, huiuſmodi diaboli membra interfeciſti (ſecundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei) ſi aliquid ieiunare volueris, bonũ[n] eſt tibi: & eleemoſynam fac largiter. Si †presbyter eadem fecerit, non deponatur[o]: tamen quamdiu viuit †, pœnitentiam agat.

¶Auguſtinus ſuper exodo.†

¶ *Non occiditur fur diurnus ſine culpa, ſed nocturnus ſic.*

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, VEL CASVALI.

¶*Viſo de homicidio in ſpecie, meritò ſubijcit rubricam generalem de homicidio: & quia homicidium quoddam eſt neceſſariũ, quoddam voluntarium: vt infra eo. ſicut dignum, ideo ſubijcit de vtroque. Abbas.*

De hac materia tractatur. 50. diſt. §. quod verò. vſque ad §. ſed exemplo. 23. q. 5. & q. vlt. ſi quis. & de pęni. diſtinct. 1. periculosè. vſque ad c. ſi propterea. & c. ſi quis cum telo. & c. ſeq. & præced. 15. q. 1. & 32. q. 2. quod non eſt. & duobus cap. ſequenti. & 33. q. 2. latorem.

SI quis.] Non poteſt cõgrue ſummari propter breuitatem, & lecturarum varietatem: ſed ſecũdum intellectum gloſſæ h. d. Homicida ex propoſito, non gaudet immunitatibus eccleſiaſticis. hoc dicit: ſed iſte intellectus non procedit de iure: vt in c. fi. de immu. eccl. vt dicit Panor. imo potius debebat in illo titulo collocari. Ideo ad alium intellectum ſic ſummari poteſt: Homicida ex propoſito, debet deponi ab altaris miniſterio. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis per induſtriam, vel inſidias hominem interfecerit, euellatur ab altari, & interficiatur. Not. ꝙ publicus latro ab eccleſia extrahi põt immunitate non caſſata.

c ¶ *Per induſtriam.*] ſecus ſi caſu. arg. 15. q. 1. ſi quis non iratus. & ĩ. in pluribus capitulis.

† Vide B. Thomã 2. 2. q. 64. art. 2. & ſeq. & Dominicũ Sotum lib. 5. de iuſti. & iu. q. 1. p multos articulos.

¶*Gl. ſeq. huic caſui addit duos ſimiles caſus.*

d ¶*Per inſidias.*] Sim. 24. diſt. §. de his, iſte q per aggreſſionis inſidias occidit, ab eccleſia immunitatẽ nõ hẽt. de tali loquitur hic: nec publicus latro. ſ. de immuni. eccl. inter alia. & C. quando li. vni. ſine iudi. ſe vin. l. 1. & 2. & 17. q. 4. ſicut antiquitus. Item qui ea ſpe in eccleſia vel cœmeterijs delinquunt, vt ibi liberentur, non defendunt ibidem. ſ. de immu. ec. c. vlti. & ita iſte euelletur ab altari, ſi confugerit illuc. Ber.

I*Nterfeciſti.*] duæ ſunt partes. Secunda: ibi, *Si autem.* Abb.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis interfecit furem vel latronẽ, quẽ capere poterat abſque occiſione, quadraginta dies in pane & aqua pęniteat: & alia facere debet, quæ in litera ſequuntur: Si vero ſine odio liberãdo ſe & ſua, huiuſmodi hominem interfecit (ſecundum indulgentiam dicit: quia ad imaginem Dei factus erat) ſi aliquis ieiunare voluerit, bonum erit, & eleemoſynam faciat: Si autem præsbyter hæc eadem fecerit, non deponatur: tamen quamdiu viuit, pœnitentiam agat. Nota, quòd quamdiu aliquis ſe defendere, vel ſibi conſulere aliter poteſt, neminem (etiam ſe defendendo) occidere debet.

† Vide Bernardinum Diaz ĩ pra. crim. can. c. 88.

† viuat.

†Exo. c. 22. Augu. qõnũ in Exodo. q. 84. vt refert Iuo par. 10. ca. 53. refert c. 5. eo. tit. tit. in 1. cõpil. & vide to notas in hoc c.

e ¶*Latronem.*] non intelligas de publico nocturno depopulatore agrorum: quia licitum eſt occidere illum. C. quando li. vni. ſine iudi. l. 1. & 2. ſed non clericis. 1 Ber.

f ¶*Ad imaginem.*] 33. q. 5. hæc imago. vnde facies hominis quæ facta eſt ad imaginem cęleſtis pulchritudinis, minime maculetur. C. de pęn. ſi quis in metallum. Ber.

1 Vide B. Thomã 2. 2. q. 64. ar. 4. & Sotũ lib. 5. de iuſti. & iu. q. 1. ar. 4.

g ¶*Lanea veſte.*] i. cilicio. 50. diſt. in capite. Ber.

h ¶*Ab eſcis.*] 4. diſt. denique.

i ¶*A toro.*] quantum in ipſo eſt, vt non exigat: ſed reddat exactus. 33. q. 4. c. vlti. & q. 5. ſi dicat. ſic ĩ. de ſen. excom. inquiſitioni. Ber.

k ¶*Gladio.*] hoc prohibetur omni pęnitenti. 34. q. 2. admonere. & de pęni. diſ. 5. falſas. ibi dicitur, ꝙ ab omnibus illicitis eſt abſtinendum, non ꝙ militare ſit malum. 23. q. 1. militare. ſed pp pronitatem peccandi prohibentur pœnitentes.

l ¶*Ceruiſia.*] de Anglia fuit, vbi fit ceruiſia.

m ¶*Temperatè.*] i. non vltra tertiam vicem, vt in illa palea. 44. diſt. quando presbyteri.

n ¶*Bonum eſt tibi.*] ſaltem ad cautelam: quia bonarum mentium, &c. ſ. de obſer. ieiu. conſilium. §. 2. & 5. diſt. ad eius.

¶*Glo. ſeq. reci. per quęſtio.*

o ¶*Non deponatur.*] quia non dicitur directè homicidium feciſſe, tamen irregularis 2 (vt credo) factus eſt: quia potius debuit dimittere ſua, quàm ipſum interficere. ĩ. eod. ſuſcepimus. ſed diſpenſatur cum eo vt beneficium habeat ex miſericordia

2 De hoc articulo vide omnino Couarruuiam ſuper Clem. ſi furioſus. de homicidio, in 3. relectionis parte. §. vnico. adde Syluestrũ in ſumma verbo, homicidiũ. 2. q. 16.

cordia ſine ordinis executione. arg. 28. diſt. presbyteru m. Vel intellige vt dicitur. ĵ. eo. ſicut in gl. quæ incipit, no. in fi. quãdo non potuit euitare.

SI perfodiens.] Primò ponuntur verba Exodi: Secundò verba Auguſtini exponentis. Secunda: ibi, *Intelligitur.* Abb.

CASVS. In Exodo legitur: Si perfodiens domum inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non imputabitur illi homicidiũ: Si autem oriatur ſuper eum ſol, reus erit. Auguſtinus exponens verba iſta dicit, quòd ſi nocturnus fur occiditur, non reputatur homicidium: Si autẽ diurnus, ad homicidium pertinet: quia poterat diſcernere ꝙ ad furãdum veniſſet, non eſt occidendum: vnde non debuit occidi: hoc etiam in ſecularibus legibus inuenitur, ſcilicet nocturnum furem impune occidi (quibus iſta eſt antiquior) diurnum nõ: quòd ſi defendat ſe telo, iam plus eſt quàm fur. Nota, quòd magis cauſa facti quàm ipſum factum conſiderari debet. Item nocturnus fur impunè interfici poteſt: diurnus autem non.

† De hoc articulo vide plene ꝑ Iuliũ Clarium lib. 5. ſent §. homicidium, ver. vltima eſt defenſio. Antoniũ Gomeziũ tom. 3. variar. reſolutio. c. de homicidio & Couarruuiam in Clemen. ſi furioſus. de homici. in 3. par. relectionis. §. vnico.

† B. Hieronymus ſup Matthæum c. 14 refert Burchard' li. 12. decr. c. 16. Iuo par. 12. ca. 73. & c. 6. eo. tit. in 1. compil. Et de materia plurima huc ſpectantia tradit Iaſ. in l. ita ſtipulatus, la grande. ff. de ver. ob. vbi Alexãder.

CAP. III.

SI perfodiens [a] inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi homicidium imputandum. Si autem oriatur ſol ſuper eũ, reus erit. ¶ Intelligitur [b] ergo non pertinere ad eum homicidiũ, ſi fur nocturnus † occidatur: ſi autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc eſt enim quod ait, ſi oriatur ſol ſuper eum, & cætera: quia poterat diſcernere quod ad furandum, non ad occidendum veniſſet: & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus ſecularibus [c] (quibus iſta eſt antiquior [d]) inuenitur, impunè ſcilicet occidi nocturnum furem, quoquo modo: diurnum autem, ſi ſe telo [e] defenderit: iam enim plus eſt [f] quàm fur.

¶ Hieronymus. †

¶ *Sub generali pollicitatione, ſeu promiſſione etiam iurata, non venit illicitum.*

CAP. IIII.

CVm iuramento pollicitus eſt Herodes ſaltatrici dare quodcunque poſtulaſſet ab eo: ſi ob iuſiurandum [g] feciſſe [h] ſe dicat, ſi patris matriſve interitum poſtulaſſet, facturus [i] eſſet, an non [k]? quod ergo in ſuis repudiaturus fuit, contemnere debuit [l] in Propheta.

a ¶ *Si perfodiens.*] de nocte ſcilicet, per id quod ſequitur. Ber.

b ¶ *Intelligitur.*] Huc uſque ſunt verba Exodi. poſtea ſunt verba Auguſtini exponentis ꝑdictã auctoritatẽ. Ber.

c ¶ *Legibus ſecularibus.*] ff. ad l. itaque. §. lex. & ff. ad leg. Cor. de ſica. furem. Sed pone quòd vult me interficere: nunquid poſſum eum præuenire? Dicunt quidam quòd ſic. argu. C. ad leg. Cor. de ſica. l. 2. & 3. & 4. de iuſti. & iure, vt vim. & l. prædicta, itaque. in principio. Sed pone quòd percuſſit me, & receſſit: nunquid poſſum eum inſequi vt percutiam? Hug. dicit quòd non: quia ſic iniuriam vellet vlciſci, & non repellere eam, quod non licet. 46. diſt. ſeditionarios. quia incontinenti & ſine interuallo licet vim vi repellere. ĵ. de ſent. excom. ſi vero 1. & ĵ. eo. ſignificaſti. 2. vbi de hoc.

d ¶ *Antiquior.*] quoniam à lege diuina omnis ſcientia ſumpſit exordium. 38. diſt. cap. legimus. §. hinc etiam. & ita primo fuit lex diuina quam ſecularis.

e ¶ *Telo.*] armorum nomine fuſtes & lapides intelliguntur. ff. de fur. ſi pignore. §. furem. & ferrum, & omne quod arcu & manu mittitur. Inſti. de publ i. iud. §. item lex Cornelia. Vinc.

f ¶ *Plus eſt.*] & ita videtur, ꝙ liceat ſe vindicare. C. quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vin. l. 1. & 1. diſtinc. ius naturale. Bernar.

CVm.] Iuramentum generale non extenditur, vt quis teneatur ad homicidium, hoc dicit. Abbas.

CASVS. Herodes cum iuramento promiſit puellæ ſaltanti dare quicquid peteret, et ſi dimidium regni ſui poſtulaſſet: puella illa de conſilio matris petijt caput Ioannis Baptiſtæ, & accepit: dicit Hieronymus: Si propter iuſiurandum hoc feciſſe ſe dicat, nunquid ſi patris, vel matris poſtulaſſet interitum, facturus eſſet hoc, vel non? quaſi dicat, non feciſſet: ergo quod non feciſſet in ſuis, contemnere debuit in Propheta. Nota, quòd iuramentum non extenditur ad illicita. Item quod quis non faceret in ſuis, non debet in alijs attentare. Item qualem diligentiam adhibet quis in ſuis rebus, talem adhibere debet in alienis.

g ¶ *Si ob iuſiurandum.*] verba ſunt Hieronymi exponentis prædicta verba.

h ¶ *Feciſſe.*] homicidium ſcilicet.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. an in ſuis facere debuiſſet.*

i ¶ *Facturus eſſet.*] certe non debuit facere: quia in generali ſermone ſiue promiſſione multa excipiũtur. ff. de ſerui. ſi cui. quia omnia illicita intelliguntur excepta. De hoc habes plura. ar. ſ. de iureiu. quemadmodum. & ea etiã non veniunt quæ ſpecialiter nõ dediſſet. ff. de pign. l. obligatione. vnde Herodes non fuit obligatus ſuo iuramẽto vt daret caput Ioannis mulieri ſaltanti, per illa verba generalia, quodcunque poſtulaſſet, &c. quia ſi ſpecialiter petijſſet, non dediſſet, & ideo tale iuramentum ipſum non excuſauit. 1

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. an excuſetur ſi de facto in ſuis, &c.*

k ¶ *An non.*] quaſi dicat, nõ: imo & ſi feciſſet in ſuis, non ideo debuiſſet facere in alijs: Nam in proprijs ſeuitia culpanda, in alienis coercenda eſt. ff. ſol. ma tri. ſi conſtante. §. ſi maritus. non enim ad minorem diligentiam tenetur in rebus alienis, quam in ſuis. C. man. in re mandata. Inſti. quib. mo. re con. obli. §. at is qui. ff. commo. ſi vt certo. & bona fides abeſſe præſumitur, ſi reb. tuis exiſtentibus ſaluis, res depoſitas amiſiſti. ſ. de depoſi. bona fides.

l ¶ *Debuit.*] 1. diſt. humanum genus. 50. diſtinctio. pondere. 2. q. 1. primo ſemper. Bernardus.

† Guarnaciẽ. ſed Burchardus li. 17. decret. cap. 57. tribuit concilio Vuorma. ca. 30. habetur c. 13. eo. ti. in 1. compil.

† Vide Sylueſtrum in ſumma verbo homicidiũ 2. q. 19. & Ant. Gomeziũ tõ. 3. varia. reſolut. c. 3. num. 32. & 33.

† tenetur.

† Exonen.

† Ca. 7. eo. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. 3. par. 35. c. 1. Et de materia & intellectu huius illuſtris decretalis ꝑter Docto. hoc vide Iulium Clarũ in §. homicidiũ. & Ant. Gomeziũ tom. 3. varia. reſolut. c. 3. & Couarruuiã in Clement. ſi furioſus de homi. par. 2. relectionis, §. 2.

1 Conſideratione digna ſunt ꝗ hac re beati Hieronymi verba ꝑ citato loco dicẽtis ita: Ego nõ excuſo Herodem, qđ inuitus & nolens ꝑꝑ iuramentũ homicidiũ fecerit: qui ad hoc forte iurauit, vt futuræ occiſioni machinas præpararet hæc ille. ſequunt mox reliqua huius cap. verba.

¶ Ex concilio Guarmacieñ. †

¶ *Homicida eſt, qui facit, vel dat ſortilegia, venena ſterilitatis.*

CAP. V.

SI † aliquis cauſa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, aut concipere, vel naſci ſoboles, vt homicida [m] teneatur †.

¶ Alex. iij. Exonieñ. † Epiſcopo.

¶ *In penitentia imponenda, iudex debet attendere circunſtantias, ex quibus augetur, vel minuitur delictum. h. d. vſque ad §. illi autem.*

CAP. VI.

SIcut † dignũ; & infrà. ¶ Sanè cùm vir diſcretus exiſtas

SI aliquis.] CASVS. Si aliquis cauſa libidinis explendæ, vel odio, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel dederit ad potandum, vt non poſſit generare, vel concipere, vel ꝙ ſoboles non naſcatur, vt homicida tenetur. No. ꝙ aliquis occaſionaliter eſt homicida.

¶ *Gloſſa ſequens diſtinguit pœnam legalem, ſpiritualem, & irregularitatis: diſtinguit etiam an conceptum ſit animatum, necne.*

m ¶ *Vt homicida.*] quantum ad pœnam legalem. ff. de pẹn. ſi quis aliquis. §. qui abortionis. & ff. ad l. Cor. de ſica. ſi mulierem. & quantum ad pẹnam ſpiritualem, ſed non eſt irregularis, ac ſi hominem interfeciſſet. Illa enim irregularitas nõ cõtrahitur niſi actu homo interficiatur iam aĩatus. ĵ. eo. ſicut. & 32. q. 2. quod vero. quia non videtur homicidium feciſſe, vt ibi dicitur, & §. ſed. Vnde ſi quis præcuſſerit mulierem, & abortum feceri, ſi informatum erat conceptum, punitur pecunia, vt ead. cauſa & quæſtio. Moyſes. vnde talis dicitur homicida occaſionaliter. 86. diſ. paſce fame. & 87. diſt. ſi expoſitus. & C. de infan. expoſi. l. vlti. & ff. de liber. agno. necare. & 55. diſtin. ſi quis abſciderit. Ber.

SIcut.] Præmitte pro intellectu huius capitis, ꝙ Papa mandauit epõ Exonieñ. quatenus abſolueret oẽs occiſores beati Thomæ, & alios, qui fuerant in eius morte culpabiles. Eps vero commiſſarius reperit varios varijs culpis adſtrictos vnde dubitauit de pẹnitentia iniungẽda tempore abſolutionis, & ad hoc cõſuluit Papã: qui ſibi reſpondit, vt habetur in litera: & aliter non ſummat Ioan. And. propter prolixitatem literæ. Abb. Sicu.

CASVS. Rex Angliæ ad ſuggeſtionem quorundam fecit occidi archiepm Canturien. quorum quidam venerunt ad confeſſionem ad epm Exonien. Eps Exonien. quæſiuit à Papa qualiter cum illis eſſet agendum? Rñdet ei Papa, cum ipſe ſit vir prouidus & diſcretus, plenè nouit ꝙ in exceſſibus ſingulorum quædam ſunt conſideranda: videlicet quantitas & qualitas delicti, ætas, ſcientia, ſexus, & conditio delinquentis, &

tis,& locus & tempus,quo delictum committitur: iſtis conſideratis pœnitentia debet imponi: quia idem exceſſus plus in vno quam in alio punitur: Tandem reſpondet ad quem libet articulum de quo quæſiuit: Secundò dicit, quòd illi qui venerunt animo occidendi, feriendi, aut capiendi illum ſanctum virum,tamen manus non iniecerunt in illũ,ſi de captione illa mors ſubſecuta fuiſſet,pari pęnitentia, vel ferè pari ſunt puniẽdi cum occiſoribus: Tertio dicit, ꝙ illi qui non venerũt vt ferirent, ſed vt ferrent opẽ percuſſoribus, ſi ab alijs impedirentur, paulo minori pœnitentia debent puniri: quia ſcriptum eſt: Qui potuit hoĩem liberare à morte & non liberauit, eum occidit: quia cõſtat eos immunes non eſſe à reatu homicidij, qui venerunt, vt occiſoribus opẽ ferrent. Quarto dicit, ꝙ illi qui ſe aſſerunt animum regis inflammaſſe ad odium,vnde homicidium ſecutũ fuit, durè & aſperè ſunt puniendi, ſed non ita ſeuerè, niſi forte ipſum regem ad homicidium prouocaſſent, cũ aliàs id non feciſſet: Quinto dicit, ꝙ illi non fuerũt immunes à culpa, nec debent eſſe immunes à pęna, qui licet ignari fuiſſent homicidij, in cuſtodiendis tñ rebus ſuis miniſterium præbuerunt: Sexto dicit,ꝙ illi qui occupauerunt bona illius ſancti viri poſt mortem ipſius, ſi nihil aliud fecerunt, à pœna mortis ſunt immunes, ſed illa quæ occupauerunt, reſtituere tenentur illis, quorum fuerunt,ſi habent vnde reddere poſſint:& licet quidam dicant ſe illa pauperib. erogaſſe:non ſufficit eis,ſi potuerunt illa eis, quorum fuerunt,reſtituere.

ILLIS PRAETEREA. Dicitur hic,ꝙ illis,q participauerunt illis excommuuicatis,pęnitentia debet indici ſi ſcienter participauerunt eiſdem,conſiderata mora temporis, & vtrum affectione vel timore participauerunt.

CLERICOS AVTEM. In iſto vltimo. §.dicitur, ꝙ clerici qui armati tanto facinori interfuerunt, vel conſilium dederunt, vt ſanctus vir caperetur, perpetuo ab altaris miniſterio ſunt deponendi,& in eccleſijs nullo tpe lectiones legant vel reſponſoria,in choro ſeparatim cantent, & in clauſtro monachorum,vel canonicorum regularium (ſi fieri poteſt) ſunt recludendi,ita ꝙ vſque ad ſeptenniũ, vel quinquennium debeant ab introitu eccleſiarũ coerceri. No. in principio capituli,ꝙ in pęnitentijs imponendis conſideranda ſunt quantitas & qualitas delicti, ætas,ſcientia,ſexus, atque conditio delinquentis,locus & tempus, quo delictum committit. Item dignitas perſonæ aggrauat vindictam. Item volũtas punitur,licet non proceſſerit ad factum. Item conſentientes, & agentes, & opem dantes,pari pœna puniuntur. Item de perſuaſu tenetur quis. Item, in debito facultas debitoris conſiderari debet. Item arg. de rebus alienis & male acquiſitis eleemoſynas fieri non poſſe. Item non remittitur debitum, ſed augetur, ſi alij ſoluatur, quod alij ex debito debetur. Item mora temporis aggrauat peccatum. Item timor attenuat culpam. Item ignorantia excuſat participantem cum excommunicatis. Item conſilio committitur homicidium.

plenius noſti [a],quòd in exceſſibus ſingulorum, non ſolum quantitas, [b] & qualitas [c] delicti,ſed ętas [d],ſcientia [e],ſexus [f], atque conditio [g] delinquentis ſunt attendenda: & non ſolum ſecundum prædicta, ſed ſecundum locum & tempus, quo delictum committitur, vnicuique pœnitentia debet indici: cum idem exceſſus, magis ſit in vno,quàm in alio puniendus. [h]

¶ *Socians homicidam animo occidendi,licet non apponat manum, ſi tamen ex ſua cauſa mors ſecuta eſt,tenetur ferè pari pœna cum homicida.h.d.vſque ad §.illa etiam. Abb. Siculus.*

¶ Illi† autem, qui animo occidendi [i], feriendi, aut capiendi illum ſanctum, & reuerẽdum virum quondam Cantuarien. archiepiſcopum, citra manuũ iniectionem ſe fatentur veniſſe [k]: ſi de illa captione mors [l] eius ſecuta fuiſſet: pari pœnitentia†,vel ferè pari exiſterent puniendi.

¶ *Qui ſociat homicidam tãtum animo prohibendi,ne impediatur: tenetur paulo minori pœna.h.d.vſque ad §.qui verò.*

¶ Illi etiam, qui non vt ferirent, ſed vt percuſſoribus opẽ ferrent, ſi forté per aliorũ violentiam impedirentur, paulò minori debent pœna mulctari: quia cum ſcriptum† ſit: Qui potuit [m] hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit, conſtat ab homicidij reatu immunes non eſſe, qui occiſoribus opẽ [n] contra alios præſtare venerunt: nec caret ſcrupulo [o] ſocietatis occultę, [p] qui manifeſto facinori† deſinit obuiare.

¶ *Incitans alium ad homicidium, mitius punitur quàm homicida: ſecus autem ſi incitauit ad certum homicidium. nam eo ſecuto, tenetur vt homicida.h.d.vſque ad §.hi quoque.*

¶ Qui verò ſe aſſerunt animũ regis inflammaſſe [q] ad odium, vnde homicidium fuit ſecutum, durè & aſperè, ſed non ita ſeuerè ſunt puniendi; niſi fortè regem ipſum ad illud homicidium ſuis ſuggeſtionibus prouocaſſent [r].

¶ *Cuſtodientes ſarcinas occidentiũ, ſcientes eos eſſe ſicarios, non ſunt immunes à pęna homicidij. h. d. vſque ad §. eos inſuper. Abbas.*

¶ Hi quoque non ſunt† à culpa liberi, nec à pęna debent eſſe immunes, qui licet fuerint illius machinationis ignari, tamẽ eis, quos ſicarios [ſ] eſſe ſciebant in ſarcinis cuſtodiendis miniſterium [t] præbuerunt.

¶ *Occupans bona occiſi, non per hoc tenetur de homicidio: & non ſufficit occupanti quòd eroget illa pauperibus, cum reſtituere eis, quorum conſtat fuiſſe, teneatur. h. d. vſque ad §. illius præterea. Abbas.*

¶ Eos inſuper, qui dicuntur illius ſancti viri,& ſuorum poſt mortem eius ſpolia occupaſſe: ſi nihil aliud in tanto facinore commiſerunt, à pœna mortis eius arbitramur eſſe immunes [u]: ſed quæ occuparunt, eis quorum fuerunt, tenentur in integrũ reſtituere [x], ſi habent [y] in facultatibus,

a ¶ *Plenius noſti.*] ſimile. 11. diſt. c. vlt.

b ¶ *Quantitas.*] an ſit enorme, vel mediocre: adulteriũ, vel inceſtus.

c ¶ *Qualitas.*] an ſit occultũ, an manifeſtũ.

d ¶ *Aetas.*] 15. q. 1. illud relatum peræquè. Bernar.

e ¶ *Scientia.*] an ſit diſcretus, vel non ſanæ mentis. 3. q. 9. indicas. vel minus diſcretus.

f ¶ *Sexus.*] 32. q. 6. indignantur.

g ¶ *Conditio.*] 22. q. 5. qui compulſus. & de pœn. diſ. 1. c. aut facta. Hæc quæ hic tangunt, & alia expreſsè habent de pę. diſ. 6. cõſideret, & j. de pœn. & remiſ,is q.

h ¶ *Puniendus.*] 32. q. 5. qui viderit. s̃. de hære. excõicamus. §. credẽtes. in fi. & s̃. de iureiur. cũ quidam. vbi de hoc.

i ¶ *Animo occidendi.*] ex corde. n. procedunt homicidia, & adulteria. 23. q. 8. occidit. 15. q. 6. c. 1. ad finem.

k ¶ *Veniſſe.*] 50. diſtin. ſtudeat.

l ¶ *Mors.*] Nota ꝙ voluntas punitur, licet nõ proceſſerit ad effectũ, & ita propter propoſitum puniuntur: cõſenſerunt enim cooperando. 17. q. 4. omnes ideoque puniendi ſunt eadem pœna, vt ibi dicit.

m ¶ *Qui potuit.*] vnde tenetur ſi non prohibuit. 83. diſt. §. 1. & c. error. & s̃. de hæret. ca. 2. aliàs culpa caret, ſi prohibere non potuit. ff. de reg. iu. culpa caret.

n ¶ *Opem.*] 23. q. vlt. ſi quatuor.

o ¶ *Scrupulo.*] s̃. de teſti. c. conſtitutus.

p ¶ *Occultæ.*] 86. diſt. facientis.

q ¶ *Inflammaſſe.*] de perſuaſu tenetur quis. ff. ad leg. Aquil. item ſi obſtetrix. §. 1. 86. diſtin. tanta. ff. de ſer. cor. l. 1. §. vlt.

r ¶ *Prouocaſſent.*] fortè aliàs non facturum: vnde æque tenẽtur quia dolo ad hoc induxerunt regem, qui aliàs forte non feciſſet: vt ff. de dolo. eleganter.

ſ ¶ *Sicarios.*] ſicarij dicuntur à ſica: quod ſignificat ferrum, ſiue cultrum. Inſti. de publi. iudi. §. ſicarij. & ſicarij etiam poſſunt dici, qui armis vitæ alicuius inſidiantur. de pę. diſt. 1. c. ſi quis cum telo. Vnde tenentur lege Cor. de ſicarijs. C. ad leg. Corn. de ſica. l. 2. Ber.

t ¶ *Miniſterium.*] vnde quoddam modo cõſentire videbant.

u ¶ *Immunes.*] quia pęna ſuos tm̃ debet tenere auctores. C. de pęn. ſancimus. & s̃. de his quæ fi. à ma. par. c. quæſiuit.

x ¶ *Reſtituere.*] quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituat ablatum, ſi reſtitui poteſt: vt hic dicit, & 14. q. 6. ſi res. 12. q. in legibus, de pœ. diſt. 5. falſas.

¶ *Glo. ſeq. alleg. contraria: & ſoluit.*

y ¶ *Si habent.*] aliàs inanis eſt actio. ff. de dolo nam is. & s̃. de reſtitu. ſpol. olim vobis §. fina. j. de vſur. cum tu. & ff. de furt. itaque fullo. Ar. contra. 12. q. 2. fraternitas. ff. qui bon. ce. poſ. per totum. & C. eo. ti. l. 1. Sol. hoc regulare eſt, quòd ſi nõ habent,

† Vt ſequẽtia aperti' intelligant obſeruãdũ eſt, Thomã Cãtuarien. archiepm circa annũ Chriſti. 1171. ſub Alex. 3. à ſceleratis hominibus crudeliter occiſũ, qa eccleſiaſticã libertatem viriliter defendebat. vide c. 41. inci. qua fronte tit. de app. in 1. cõpil.

† pœna.

† Fortaſſis reſpicit illud puerb. ca. 24. vbi ſcriptũ eſt ita: Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare neceſſes.

† Hic in pleriſq; recentioribus codicibus additum eſt dictio, non, quam abeſſe oportere, & ſnia huius loci, & uetera indicant exemplaria.

† fuerunt.

bent,non tenentur poſteà : tamen actio non tollitur cum effectu : imo ſi perueniant ad pinguiorem fortunam, reddere tenentur.s̃.de ſolu.Odoardus.ff.de ceſſi. bo. is qui bonis. ar.26. q.6.is qui.& j.de ſenten.excom.quamuis.in fi. & c. de cætero. in fi.niſi pro eo iam ſuſtinuiſſet pœnas corporales: vt 24.q.6. ſi res.arg.12.q.2. fraternitas. non enim conſurget triplex tribulatio. 23.q.5.qđ ergo.ff. de inius vo.l.vlt.& s̃.de iudi. at ſi clerici.in fi.Lau.

a ¶[*Non tamẽ aliena.*] quia non remittitur debitum,ſed augetur,ſi alij ſoluatur,quod alij ex debito eſt ſoluendum. s̃. de iureiur. eam te. & s̃.de deci. tua 2. & 1. q. 1. non eſt putanda. 90. diſt.oblationes.14.q.5. c.1.2.& 3. & cap. eleemoſyna.& ca. neque. & C. de ſol. inuito 1 . & hoc ĩtellige ſi illos quorum fuerant, poterant inuenire: aliàs ſufficit, imo tenentur pauperibus erogare : & nihilominus eſt talibus pœna imponẽda,vt hic dicit, propter peccatum, quod ipſi contraxerunt contrectãdo res alienas inuitis dominis.

† fuerunt.

a Si inuito vel ignorã te credito re alteri ſoluo, non liberor.ſecus ſi ipſo mãdante, vel ratũ habẽte. Io. And.

b ¶[*Temporis mora.*] quia in hoc magis grauantur,quia longo tempore talibus participauerunt. s̃. de ſimo. non ſatis.& in capit. cum in eccleſia.

c ¶[*Timore.*] hoc ideo dicit : qua ſi timore participauerunt, minus puniẽtur, licet in totum non abſoluantur: quia potius debebant omnia mala pati,quam malo conſentire.32. q.5.itane.ſed ſi eſſent violenter atracti, abſolutè non punirentur,vt hic patet,& s̃.quod met.cauſ.ſacris.

† Pro intelligẽtia huius.§.& gloſſæ in verbo,conſiliũ. vide Bernardinũ Diaz in prac.crim. can.c. 88.

† dictus.

vnde poſſint ea reddere : & ipſis ex hoc moderata eſt pœnitentia iniungenda: quia licet quædam ex his, quæ occupauerunt, fateantur ſe pauperibus erogaſſe, non tamen aliena [a], (cum ipſa potuiſſent eis, quorum fuerint † reſtituere) debuerũt pauperib. erogare.

¶*Participãtes interfectoribus in excõicatione, diuerſimodè puniuntur, iuxta modum participationis.h.d.vſque ad §.clericos. Abbas.*

¶Illis præterea, qui ſola excõmunicatorum participatione ſe reos eſſe cognoſcunt: conſiderata temporis mora [b], quo in eadem nequitia perdurarũt & inquiſito,ſi eis timore [c], vel affectione [d] cõmunicauerint ſcienter vel ignoranter [e], eſt pœnitentia indicenda.

¶*In iſto §.vſque ad finẽ ponitur pœnitentia clericorum præſtantiũ prędictæ morti auxilium,conſilium,vel fauorem.hoc dicit. Abbas Siculus.*

¶Clericos † autem,quos conſtat armatos interfuiſſe tanto facinori : & illos,qui conſiliũ [f] dederunt,vt ſanctus † vir caperetur, perpetuò non ſolum ab altaris miniſterio deponẽdos eſſe cenſemus,ſed etiam quòd in eccleſijs nullo vnquam tempore lectiones legant, vel reſponſoria in choro ſeparatim cantent : ſed in pſalmis apud Deum de cõmiſſo ſatagãt veniam impetrare:Inſuper in diſtricto clauſtro monachorum, vel canonicorum regularium (ſi fieri poteſt)ſunt recludendi ita quod vſque ad ſeptennium vel quinquennium [g], debeant ab eccleſiarum introitu coerceri.

d ¶[*Affectione*]ex hoc magis puniuntur : quædam ſunt tamẽ perſonæ, quæ ſine pœna poſſunt excõmunicatis participare. 11.q.3.quoniam multos.& j.de ſent.excom.inter alia.

e ¶[*Ignoranter.*]in hoc caſu non tenentur,ſi ignorabant illos talia perpetraſſe : quia ſi ignoras illum excõmunicatum eſſe, non peccas illi participando, niſi illa ignorantia craſſa fuerit, & ſupina.ſuprà de eo qui renun.epi.cap.1.& j.de cler.excommu. cap.penult.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit homicidium voluntarium,caſuale, & neceſſarium,& in ſecundo & in tertio ſubdiſtinguit.*

f ¶[*Conſilium.*]Nota quòd homicidium 2 committitur facto,conſilio,præcepto,& defenſione.50.diſt.ſi quis viduam.& 23.q.vlt.cap.vlt.& j.de cle.pug.in duello.cap.2. & j.eo.ſignificaſti 2.Et ſic diſtingue circa hanc materiam,aut committitur homicidium voluntate,aut caſu,aut neceſſitate : Si voluntate quod fit tribus modis,facto,præcepto,& conſilio, vt cap.prædic.ſi quis viduam.& lingua, ſiue adhortatione. s̃. eod. §. qui vero.& infrà de pœn.quod in dubijs.& de pœn. diſtin.1.periculoſe.In quocunque iſtorum caſuum quis committit homicidium, non ſolum non debet promoueri, ſed in perpetuum debet deponi, vt hic dicit.& cap.ſi quis viduam.& etiam ſi Paganum interficiat, irregularis efficitur : ſiue Sarracenum.50. diſtin.clericum.& ea.diſt.de his clericis.& j.eod.cap.penul. & cum tali nunquam diſpenſatur.50.diſt.miror.& ſi etiam ſit occultum, miniſtrare in ſuo ordine non poteſt, cum omnes alij poſſint.s̃.de temp.ord.cap.vlt.iuxta illud : Non ædificabis mihi templum : quia vir ſanguinum es.1. q. 7. ſi quis omnem.Si vero caſu committitur homicidium, aut dabat operam rei licitæ,aut non : ſi dabat operam rei licitę,& adhibuit diligentiã quam potuit & debuit,in nullo imputatur ſibi, ac ſi non feciſſet.j.eo.ex literis 2.& c. ſignificaſti 1.& c. dilectus. 50. diſtin. ſi duo fratres.& cap.hi qui.in prin.& c.ſæpe. ad fi. & j.eo.cap. vlt.niſi ſcandalũ graue eſſet,vel tante laboraret infamia,quòd purgatio eſſet indicenda.j.eo. ex literis 1.Si vero nõ adhibuit diligentiam quam debuit,imputatur,ei propter negligentiam quę culpæ annumerari videtur in hoc, ita ꝙ nec promouetur ad ordines ſuperiores,nec vtitur ordine iam ſuſcepto. j. eo.c. prox.& c.ad audientiã. niſi cũ eo per dñm Papam fuerit diſpenſatũ. 50.diſt.clerico iacente. & j.eo.tua nos. Si vero dabat operã illicitæ rei, ſiue adhibuit diligentiã ſiue nõ ſemper imputatur.56.diſt.clerico.& ſi quis voluntate. & j.eo. continebatur.& c.dilectus. in fi. & ar.15.q.1. c.illud.§.vt itaque.ff.de reg.iuris.culpa eſt.Si vero neceſſitate, ſub quo cõtinetur quod primo dixi de defenſione, aut neceſſitas illa fuit euitabilis, aut ineuitabilis,ſi euitabilis, imputatᷣ : ita ꝙ ad ſuperiores ordines non poteſt promoueri: ſed in ſuſceptis de miſericordia toleratur 50. diſt. de his clericis. Si fuerit ineuitabilis:ſine omni diſpenſatione põt in ordine ſuſcepto miniſtrare.50.diſt.quia te. quod intelligitur de ineuitabili neceſſitate : vt puta clericus habebat gladiũ in manu ſua ad defenſionem Paganorum, Paganus irruit in eũ,ita ꝙ clericus nullo modo potuit euitare & iſte Paganus mortuꝰ eſt cũ gladio,quẽ clericus tenebat, præter propoſitum ipſius clerici. arg. j. eo. lator. in quo poteſt intelligi.s̃.eod.cap.2. ſed ad ſuperiores non aſcendet ſine diſpẽſatione: vt dicit Io.ſed Hug. dixit contra.j. eo. lator. ſed Io. intelligit illam, lator. de diſpenſatione.

¶Idem.

¶*Homicidium caſuale imputatur ei qui dabat operam rei licitæ, ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit.*

CAP. VII.

PResbyterum †, qui quendam puerum intuitu diſciplinæ percuſſit in capite, cum poſt paucos dies expiraſſet [h], tam ab omni altaris miniſterio debes [i] perpetuo remouere, quàm ab officio ſacerdotali deponere, ſi ex ipſa percuſſione interijt, vel aliam infirmitatem [k] incurrerit, de qua noſcitur expiraſſe.

† Cap.8.e. tit.in 1.cõ. & poſt cõciliũ late. pa. 26.c.7. Et de intellectu vide Syluestrũ ĩ ſumma verbo,homicidiũ. 2.q.2. & couarruuiã in Clemẽ.ſi furioſus.ĩ 2.par. relectionis §.4.ver. ad eandẽ partem.

g ¶[*Quinquennium.*]hæc eſt amplectẽda tamquã benignior, in quã omnes conuenerint.ff.de arbi.diẽ proferre.§. ſi plures.

P*Resbyterum.*]A ſacerdotio deponitur percutiens cauſa diſciplinæ, ſi modum excedat, & mors inde ſequatur. Abbas Siculus.

CASVS.Quidã presbyter cã diſciplinæ percuſſit quendam puerum in cap.qui poſt paucos dies mortuus eſt: quæritur qđ ſit agendum de ipſo presbytero? Reſpondet Papa, ꝙ ab omni miniſterio altaris debet perpetuo remoueri,& ab officio ſacerdotali deponi,ſi ex percuſſione illa interijt, vel aliã infirmitatẽ incurrit vnde mortuus eſt. Nota ꝙ qui fines diſciplinæ excedit in culpa eſt.Itẽ qui cãm homicidij preſtat, & qui homicidium committit, æqualiter puniuntur. Itẽ arg. ꝙ ita puniri debet qui occaſionem cauſę præſtat,ſicut & qui cauſam.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium, & ſoluit.*

h ¶[*Expiraſſet.*]& ita exceſſit fines diſciplinę : vnde in culpa fuit ff.ad legẽ Aquil. præceptoris.leuis enim caſtigatio magiſtris permiſſa eſt.ff.e:ſed & ſi.§.vlt.& l.ſeq.& 23.q.5.c.1.circa fi.& j.de ſent.exc.cũ voluntate.& c.1.ar.cõtra.15.q.1.ſi quis nõ iratus.ſed ibi dicit,quantũ ad gratiã innocẽs eſt, ſed nõ quantum ad legẽ promotionis:& ita nõ cõtradicit. qa iſte quantũ ad gratiã innocẽs erit,quæ voluntatẽ requirit,nõ opus,vt ibi.

i ¶[*Debes.*]ff.ad leg.Cor.de ſica.l.4.Ber.

¶*Glo.ſeq.arg.obijcit & ſoluit,demum quærit, & ſoluit,*

k ¶[*Aliam infirmitatẽ.*]vñ mortuus fuerit.50.diſ.ſtudeat:qa occaſionẽ dedit.j.c.de cætero. Et eſt arg. ꝙ ita punit qui cãm cauſę pręſtat, ſicut & qui proximã cãm præſtat.j.e. de cætero. ar.cõtra.ff.ſi quadru.paupe.fec.dica.l.vlt.Sed illud locũ habet, cũ aliàs cõtra naturã mouet.Sed nunquid ſi poſtq̃ cõualuit,recidiuauit tenetur magiſter? ita : nã ſemper cã ſufficit.de pœn. diſt.2.ſi quis ſemel.& j. eo ad audientiã.ſaltẽ propter dubium,

¶Idem Cuſentinen. † Archiepiſcopo.

† Aliàs, Cuſẽtino. ſed videt̃ ſcribendũ Cõſentino, eſt autem Cõſẽtia vrbs apud Pliniũ in Italia.

¶Homicidium caſuale imputatur ei qui dabat operam rei illicitæ, vel ẽt licitæ ſecundum alium intellectum, ſi non adhibuit omnem diligentiam, quam debuit.

CAP. VIII.

† Cap. 9. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Late. ſub Alexã. iii. par. 26. c. 12.

Et pro intellectu vide Couarruuiam & Syluestrũ ĩ locis pręcedenti c. citatis, illum nu. 8. hunc vero q. 3.

CОntinebatur † in literis tuis, quòd cum diaconus præſentium lator, & quidam alij clerici à vineis eccleſiæ opere conſumato redirent, leuiandi laboris gratia, quendam ludum [a] imitari viatorum, baculos ſuos ſtudebant iacere in directum, & alter alterius fuſtem ferire: cuius ludi ſolet eſſe conditio, vt qui alterius baculum percuteret, quaſi victor pro equo alio vteretur. ſed præfati clerici æquitandi licentia non vtentes, ſola erant iactione † contenti. Quidam autem laicus, dum baculum eiuſdẽ [b] diaconi percuſſiſſet, incautus in eum ęquitaturus inſilijt: & ſic à falce illius diaconi, qua erat accinctus, mortale vulnus accepit, de quo poſt dies octo expirauit. ¶Ideoque mandamus, quatenus eundem diaconum † ſine licentia Romani Pontificis [c] ad ſuperiorem gradum nõ † aſcendere, vel in diaconatus officio nullo vnquam tpe miniſtrare permittas: ſed eũ diſpenſatiuè miniſtrare in ſubdiaconatus officio patiaris.

† iactatiõe

† diaconẽ, in antiquis

† Dictio, non, deeſt in antiquis codicibus, eam habẽt recẽtiores ſed videt̃ abeſſe oportere.

C *Ontinebatur.*] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Ideoque*. Abbas.

C A S V S. Cum quidam diaconus & alij quidam clerici à vineis ſuis opere completo redirent, cauſa leuiandi laboris, imitati ſunt quendam ludum viatorum, proijciẽdo baculos ſuos in directum, vt alter alterius fuſtem feriret, cuius ludi conditio talis eſt, vt ille qui percutit baculum alterius, quaſi victor pro equo vtatur alio: ſed clerici eq̃tandi licentia non vtẽtes, ſola iactione contẽti erant: Quidam laicus ſuperuenit, & percuſſit baculum diaconi prædicti: ipſe ſtatim indiſcrete dorſum ipſius diaconi inſilijt, & à falce ipſius diaconi, q̃ ad cingulum habebat, mortale vulnus accepit, de quo ĩ. octo dies expirauit: poſt hæc diaconus cũ literis arhiepĩ ſui negotium continẽtibus ad Papam acceſſit: vnde mandat Papa eidem archiepiſcopo quatenus ſi res ita ſe habuit, eundem diaconũ ſine licentia Romani Pontificis ad ſuperiorem ordinem non aſcẽdere, nec in officio diaconatus miniſtrare permittat, ſed eum diſpenſatiuè permittat in ſubdiaconatus officio miniſtrare. No. quòd clericus cum laico ludere non debet. Item qui non adhibet diligentiã quã debet, in culpa eſt.

a ¶*Ludum.*] Iſte ludus clericis non congruebat: & ideo ſi ludendo fecit, fuit in aliquantula culpa. ff. ad legem Aquil. Nam ludus.

b ¶*Eiuſdem diaconi.*] In hoc ſimiliter fuit clericus in culpa, ꝙ ludum miſcuit cum laico. arg. 2. q. 7. laicos. 22. diſt. his igitur. in prin. cũ ludus pernicioſus, non debeat eſſe impunitus. ff. de fur. in furti actione. §. cum eo.

c ¶*Romani Pontificis.*] ĩ. cap. prox. contra. ibi liberè promouetur ad ordines ſuperiores, hic non, ſine licentia Papę. Et idẽ caſus videtur. Quid ergo fines fecit eſſe diuerſos 1? Solu. hic dabat operam illicitæ rei ludendo cum laico: quòd non licet Vel ſi etiam licitum fuiſſet, non adhibuit diligentiam quam debuit: quia cum ſciret ludi conſuetudinem, non remouit falcem à ſe, vnde fuit in culpa, quare promoueri ad ſuperiores ordines non debet ſine licentia Papæ, vt hic dicit, & in c. ſeq. ludebat cum clerico, & licito ludo: & de illo cultello nõ ſperabatur aliquod mortale, & ille potius ingeſſit ſe, proijciendo alium ad terram: & ſic non fuit in culpa. ſic 12. quęſt. 4. inter cętera: in fin. ſed ille qui ipſum proiecit, fuit in culpa. arg. ff. ſi quadr. pau. fe. dica. l. 1. §. cum arietes. Io. vero intelligit ſeq. cap. ſimiliter de diſpenſatione, & cum eo diſpenſauit: ſed hic reſeruauit ſibi diſpenſationem: & non negatur quin cum eo diſpenſetur, ſed ex litera hoc non colligitur. Vel poſſet dici, quòd quadam ineuitabili etiam neceſſitate hoc contigit, quod non impedit promouendum: vt dictum eſt ſuprà eod. ſicut dignum. in penult. notu. ſed idem videtur in cap. proxim. ſed ibi ludebat cum laico, vt dictum eſt: quod non licet clericis. in cap. ſeq. cum clerico. Ber.

1 Rationẽ diuerſitatis plenè tradit Couarruuias hoc loco, eũ videto.

¶Idem Exon. Epiſcopo.

¶Homicidium caſuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa.

CAP. IX.

† Cap. 10. eo. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Lateran. par. 26. c. 14. Vide Couarruuiã et Siluestrum citatos s̃. c. 7. illũ n. 8. Syluestrũ vero. q. 4.

LAtor † pręſentium P. clericus nobis ꝓpoſuit, quòd cum quadam die caſu, cũ quodam clerico luderet [d], cõtigit quòd ille proiecit iſtum ad terram [e]: cuius cultellus, quem ad latus ſuum habebat, in alterum incidit, & fortuito caſu occubuit vulneratus. ¶Ideoque mandamus, quatenus ſi ita res ſe habuit, & alia iuſta cauſa nõ impedit, prædictum P. liberè [f] permittas ad ſacros ordines ꝓmoueri.

¶Idem abbati ſancti Benedicti de Verbia †.

† Vebeia. † Nebia.

¶Is, ex cuius opera illicita ſequitur homicidium, irregularis efficitur.

CAP. X.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. compil. & poſt conciliũ Laterã. par. 50. ca. 27.

SVſcepimus † literas tuas, ꝑ quas cognouimus, quòd cum lator præſentium in cuſtodia cuiuſdã domus cum altero fratre maneret, ingrediẽtes de nocte quidam latrones ad eos turpiter ipſos in perſonis affligere, & denudare veſtimentis proprijs pręſumpſerunt: in quos iſti reſumptis viribus inſurgentes, ligauerũt [g] illos, &

L *Ator.*] Communis diuiſio: Conſultatio, & reſponſio: Secunda: ibi, *Ideoque*. Abbas Siculus.

C A S V S. Quidam clericus P. nomine, cum quadam die caſu cum quodam clerico luderet, contigit, ꝙ ille clericus proiecit iſtum P. ad terram: cuius Petri cultellus, quem ad latus habebat incidit in illum clericum proijciẽtem, & occubuit vulneratus: vnde ille P. acceſſit ad Papã, hæc ſibi exponens: mãdat Papa ep̃o diœceſano quatenus ſi eſt ita, & alia iuſta cauſa non impediat: permittat illũ P. ad ſacros ordines liberè promoueri. Nota quòd homicidiũ caſu cõmiſſum, culpa non præcedente nõ eſt imputandum.

¶Glo. ſeq. recitetur per quęſtionem.

d ¶*Luderet.*] Licet enim qñq; ludere, ſicut Iſaac. 32. q. 4. recurrat. Luſit ẽt Ioſeph cũ fratribus ſuis. 22. q. 2. qđ aũt. & ſic ludus iſte licitus fuit, & quia cũ clerico: vt dixi in prox. cap.

e ¶*Proiecit iſtum ad terrã.*] & ſic paſſus eſt tantum, & nihil fecit illi: vnde huic nõ eſt imputandum. De hac materia dictũ eſt s̃. e. ſicut.

¶Gl. ſeq. ponit duas opiniones contrarias.

f ¶*Libere.*] de iure cõi vt dicũt quidam, quod ſatis videtur: ali dicunt liberè, per diſpenſationẽ Papæ, ſcilicet, vt dicitur s̃. cap. prox. Ber.

S *Vſcepimus.*] Homicidiũ imputatur ei, qui fuit ĩ culpa. hoc dicit. communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Verũ.* Abbas.

C A S V S. Duo monachi erãt in cuſtodia cuiuſdam domus de mandato abbatis: & dũ in cuſtodia eſſent, quidã latrones de nocte ingredientes ad eos, cœperũt illos in perſonis affligere, & veſtimentis ẽt denudare: monachi iſti reſumptis viribus ligauerunt eos, & illos retinere voluerũt quouſque capitulo nuntiarent: dum vnus illorum ad notitiam abbatis rem perferret, dimittens illos in cuſtodia fratris, & cum latrones illi ſe ſoluere niterentur, frater ille timens ne occideretur ab illis, illos occidit: Iſte qui rem ad notitiam abbatis deferebat, dubitauit quòd factum illud ſibi imputaretur: ad dominum Papam cum literis abbatis ſui acceſſit: vnde ſcribit Papa ipſi abbati dicens, quòd potius expediebat relinquere tunicam & pallium, & rerum ſuſtinere iacturam, quam pro rebus vilibus & tranſitorijs conſeruandis taliter in aliquos exardeſcere: vnde iſte abſtineat à miniſterio altaris, & vterque illorum ad arbitrium abbatis peccatum ſuum ſtudeat expiare: quia conſtat eos ex ſtudio vtriuſque eſſe interẽptos. Nota, quòd qui licitæ defenſionis fines excedit, in culpa eſt. Item pro amiſſione rerum temporalium nullus debet homicidium incurrere. Itẽ arg. ꝙ pœnitentiæ ſunt arbitrariæ. Itẽ arg. ꝙ ita punitur, qui cauſam præſtat, ſicut ipſe faciens. B.

¶Gl. ſeq. diſtinguit inter clericũ & laicũ. & ſignat contrariũ.

g ¶*Ligauerunt.*] In hoc exceſſerũt fines licitæ defenſiõis, cũ poſsẽt aliter euadere: vñ homicidiũ ſubſecutũ imputat̃ vtriq; q̃a licet clericus latronẽ capere poſſit, vt res ſuas recuperet. argu. 14. q. 6. ſi res & s̃. de depo. c. 1. iſti tñ ad hoc procedere non debuerunt: cũ res ſuas ſaluas haberent: clericus 2 vero ſua defendendo nõ dẽt armis reſiſtere; nec aliquẽ pp res, interficere. arg. 23. q. 8. c. 1. & c. conuenior. & arg. 36. diſt. ſi quis vult. Arg. contra. s̃. eo. c. 2. Laicus vero poteſt res ſuas & patriam armis tueri, & præuenire hoſtem. arg. C. vnde vi. l. 1. & 23. q. 2. Dominus ſed clericus cũ armis pugnare non debet ẽt contra Saracenos. s̃. de vo. ex multa. & 50. diſt. clericũ qui Paganũ. Ber.

2 Vide beatũ Thomã 2. 2. q. 64. art. 4. & Dominicũ Sotũ lib. 5. de iuſt. & iure q. 1. art. 4.

¶Gloßa ſequens obijcit, & ſoluit.

a ¶*Detinere.*

a ¶*Detinere.*] imo videtur quòd licitum erat occidere, cum eſſent nocturni latrones. ſuprà eod. ſi perfodiens. ſed non eſt verum: vt ff. ad l. Cor. de ſic. furem.

¶*Gloſſa ſequens reci. per obiect. & ſolu.*

b ¶*Interimeretur.*] qa tutius eſt ante tēpus occurrere, q̃ poſt cauſam vulneratam remedium quærere. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. l. vlti. in fin. & C. quando liceat vnicuique ſine iudi. ſe vin. l. 1. ſed hoc non fuit licitum ei: imo potius debuit fugere i dū ſoluere ſe nitebantur: ſicut Dominus fugit in Aegyptum. cum ab Herode ad interficiēdum quæreretur. 23. q. 3. §. j. B.

c ¶*Suſtinere iacturam.*] 23. quæſt. 3. §. 1. Et dicit Apoſtolus: Non vos defendentes, ſed date locum iræ. ea. cauſa. & q. 1. ſed magis fraudem patimini. ead. cauſa. q. ca. niſi bella.

d ¶*Arbitrium tuum.*] Et ita eſt arg. quòd pœnitentiæ arbitrariæ ſūt 26. quæſt. 7. tempora pœnitudinis. Ber.

e ¶*Vtriuſque ope.*] alter facto, iſte ope, ſcilicet ligando. ſ. eod. ſicut §. 2. Et ita eſt arg. quòd ita punitur, qui cauſam præſtat, ſicut & ipſe faciens. arg. ſ. eod. presbyterum. & j. eo. c. proxi.

D*E cætero.*] CASVS. Quidam diaconus præſtitit cauſam homicidio: quæritur vtrum poſſit ad ſacerdotium promoueri? Et Reſpōdet quòd non. Nota, q̃ qui cām dāni dat dānū dediſſe videtur.

¶*Glo. ſequens arg. & diſtinguit cauſam remotam & propinquam.*

f ¶*Cauſam dediſſe.*] Forte conſilio, præcepto vel ope: 50. diſt. ſi quis viduam. & ſ. eod. ſicut. §. 2. & §. vltim. vel ſuggeſtione: vt c. ſicut. §. qui vero. & ſ. eod. cap. proxi. in fi. Et eſt argu. quòd qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. 50. diſtinct. ſtudeat. & ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. pen. & ff. ad legem Cornel. de ſica. nihil. & j. de iniur. cap. vlt. maxime cum propinquam cauſam dedit: ſecus videtur in remota. ar. ff. loca. qui domum habebat in fin. & j. eo. tit. exhibita. Idem videtur in remota, ſi animo nocendi hoc faciat, vel minori diligentia. ſ. eod. presbyterum in fin. 2 C. ad leg. Corn. de Sica. ſi quis necandi.

†Ex hoc §. colligitur aptе non licere clericis occidere latrones p̄ rebus cōſeruādis: d̄ quo articulo vide Iaſonē in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure

1 De hoc dubio p̄ter Hēricū Boich & alios hic vide Iaſonē in l. vt vim circa finē. ff. d̄ iuſtitia & iure.

† Cap. 11. eo. tit. in 1. cōpil. De materia textus & gloſſę vide citatos ſ. e. i c. ſicut dignū. & Syluestrum in ſumma verbo. homicidiū. 2. q. 12

† Cap. 1. e. tit. in 1 cō. Et de materia p̄ alijs videto hic latiſſime Marianum Socinū, ad de couarruuiā in Clemē. ſi furioſos. ī 2. par. relectionis §. 4. & in 1. par. in initio. nu. 3.

2 Ibi nō eſt cā remota, imo propinqua & cohærens vñ idem iuris eſt. arg. ff d̄ rei vē. quæ religioſis ſecundū Hoſtieſem Io. And.

detinere [a] vſque ad notitiam capituli voluerunt: Cum autem iſte rem ad tuam audientiam perlaturus, ligatos eos in fratris ſui cuſtodia dimiſiſſet, & fures ſe ſoluere niteretur, frater illos (ne ipſe ab eis interimeretur [b]) occidit. ¶Verum quoniam expediebat † potius poſt tunicam relinquere pallium, & rerum ſuſtinere iacturam [c], quàm pro conſeruandis vilibus rebus, & tranſitorijs tā acriter in alios exardeſcere, ab ſtineat iſte humiliter ab altaris miniſterio: & vterque peccatū ſuum ad arbitrium [d] tuū ſtudeat expiare: Conſtat enim eos contra manſuetudinem eccleſiaſticā, ex vtriuſque [e] ope interemptos.

¶Idem Lucen. Epiſcopo.

¶*Dans cauſam homicidio, irregularis eſt.*

CAP. XI.

DE † cętero noueris, quòd diaconus, qui homicidio cauſam dediſſe [f] videtur, non videtur ad ſacerdotium promouendus.

¶Clemens tertius.

Homicidium caſuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, ſi non adhibuit diligentiam, quam debuit.

CAP. XII.

AD † audientiam Apoſtolatus noſtri peruenit, qđ cum quidam presbyter volens corrigere quędam de familia [g] ſua, cingulo, quo cingi ſolebat ipſum verberare tentaſſet: cōtigit, quòd cultellus de vagina quæ cingulo adherebat, elapſus, eum in dorſo aliquantulum vulnerauit: Poſtmodum verò cum ille vulneratus aliquandiu vixiſſet, & conualuiſſet à vulnere, alia † grauiori (vt dicitur) infirmitate percuſſus, viam eſt vniuerſæ carnis ingreſſus: Quia verò vtrum occaſione vulneris deceſſiſſet, dubium habetur: veſtræ diſcretioni duximus reſpondendum quòd cum in dubijs [h] ſemitam debeamus eligere tutiorē, vos conuenit iniungere presbytero memorato, vt in ſacris ordinibus non miniſtret: iniuncta tamen pœnitentia congruenti ſibi poteritis concedere, vt minoribus [i] ordinibus ſit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate obierit, poterit (ſicut erat ſolitus) diuina officia miniſtrare.

¶Innocentius iij. Epiſcopo Lingon. †

¶*Homicidium caſuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XIII.

DIlectus † filius A. capellanus propoſuit, quòd cū quadam corporis moleſtia grauaretur, vt comedendi appetitum aliquantulum excitaret, equum, quem nutriebat, aſcendit: qui cum bene non pareret habenis, ſed præter ſeſſoris arbitrium ſaltibus laſciueret, ipſe (vt eius refrænaret impetū) fręno [k] vim intulit, equumque calcaribus ſtimulauit: cumq; fracto fręno equus proprio arbitrio relictus curreret feſtinanter, quędam mulier veniens ex obliquo infantulū baiulās obuiauit: in q̃ equus irruens (procul abiecto ſeſſore) puerū prædictū oppreſſit. Ideoque mādamus, quatenus ſi eſt ita: cū idē capellanus nec volūtate [l], nec

A*D audientiam.*] Communis diuiſio: ſecunda pars: ibi, *Quia verò.* Abbas.

CASVS. Quidam presbyter volens corrigere quendam de familia ſua, corrigia, qua cingi ſolebat, ipſum verberare tentauit: contigit, quòd cultellus de vagina, quæ cingulo adhærebat, elapſus, in dorſo aliquantulum eum vulnerauit: poſtmodum cum ille vulneratus conualuiſſet à vulnere, grauiori infirmitate percuſſus, deceſſit: quęſitum fuit à Papa, quid de ipſo ſit agendum? Reſpondet Papa quia dubitatur vtrum occaſione vulneris deceſſerit, & in dubijs via ſit tutior eligēda: prędictus ſacerdos in ſacris ordinibus non miniſtret: tamen iniūcta ſibi pœnitentia competenti cōcedi poteſt eidem, vt minoribus ordinibus ſit contentus. Si verò ille ex alia infirmitate deceſſit, vt prius ſuum officium exequatur. Not. quòd qui nō adhibet diligentiā, q̃ dēt, imputatur ei licet det operam rei licitæ. Itē in dubijs viatutior eligēda eſt. Itē verbū diſpēſationis ius commune cōtinet.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. & ſol. ſecundo ſignat contrarium, & ſoluit.*

g ¶*Corrigere quędam de familia.*] quod bene licet leuiter, etiam ſi ſit clericus. j. de ſen. excom. voluntate. quia ius emendationis conceſſæ nemo tranſgredi debet. C. de emend. p̄pin. l. vnica. i fi. ſed iſte indiſcretè correxit. ar. contrā ſ. eod. lator. iſte nō adhibuit diligentiā remouendo cultellum: ille nō tenebat ad hoc: quia nec per ſe aliquid fecit, ſed ſibi factū fuit.

h ¶*In dubijs.*] Sic ſ. de ſpon. iuuenis. & j. eod. ſignificaſti 2. & cap. penult. j. de cler. excom. miniſt. illud ergo tene certum, & dimitte incertum. de pœn. diſt. 7. ſi quis poſitis. in fi. ff. de reg. iur. in ambiguis. & in re dubia certa non pōt ferri ſentētia. 11. q. 3. graue. & 30. q. vlt. §. vlt. in eo enim facto, quod finitum eſt, non eſt locus coniecturis. ff. de verb. oblig. continuus. §. cū ita. in fin. 3 vnde quandoque propter ambiguum duplicitatis imponitur pœnitentia. ſ. de his qui fi. occi. cap. vlt.

i ¶*Vt minoribus.*] diſpenſatiuè tamen. ſ. eo. continebatur. Ber.

D*ilectus.*] Cōmunis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Ideoque.* Abb.

CASVS. Quidam capellanus A nomine, dū infirmitate corporis grauaretur, vt comedendi appetitum excitaret, equum, quem nutriebat, aſcendit: ſed cum non bene pareret habenis, pręter voluntatem ſedentis cœpit ſaltibus laſciuire: capellanus (vt eius impetum refrenaret) vim intulit fræno, & equum calcaribus ſtimulauit, & fræno fracto dum curreret feſtinanter arbitrio proprio, quędam mulier infantem portans, veniens ex obliquo, obuiauit: equus in eam ruens, puerum interfecit, procul abiecto ſeſſore: Capellanus ad Papam accedens, eidē p̄dicta expoſuit: vñ mādat diœceſano ep̄o, quatenus ſi eſt ita ip̄m nō īpediat, quo minus ſuū officiū exequat̄, cū ipſe nec volūtate, nec actu homicidiū p̄petrauit, nec dabat operā illicitæ rei, adhibuit diligentiam, q̃ debuit adhibere. No. q̃ duobus modis cōmittitur homicidiū, actu, ſ. & volūtate. Item volūtas & p̄poſitū diſtinguūt maleficia. Itē nota diſtinctionē an q̃s det operam rei licitæ, vel illicitæ. Item ſi homicidium caſu committatur, & culpa non pręcedat, non imputatur.

k ¶*Fræno.*] qđ de leui frāgi nō credebat: aliàs in culpa eſſet. arg. j. c. ſignificaſti 1. & ff. ad le. Aql. idē iuris. §. 1. vel ſi p̄p īperitiā ſuā equ' taliter laſciuiſſet. Inſt. ad leg. Aql. §. īpetu quoque.

l ¶*Voluntate.*] & ideo nō imputatur: qm̄ volūtas & p̄poſitū

† Dictio, alia, deeſt in antiquioribus exēplaribus, & in veteri compilatione.

† Lugonē. † Lugdunē.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cō. Vid̄ Couarruuiam in Clemen. ſi furioſus. de homici. in 2. par. relectiōis. §. 4. ver. Tertiò ad idē conducit. & Martinum Nauarrum in Manuali cōfeſſariorū. c. 27. tit. de quinta ſpecie irregularitatis.

3 Qui promiſit Epheſi dare: ex quo ibi peruenit, et ſi duplomate ſit vſus, ſtatim obligatus eſt Ioan. And.

diſtinguunt maleficium.ff.de fur.qui iniuriæ. & j. de ſent.excom.cum voluntate. ad cor enim reſpicit Deus: vt 14.q.5.ſi quid inueniſti.& 15.q.6.cap.1. ad fin. Tan.

a ¶*Nec actu.*] qui tamen ſolus non ſufficit, vt reddat hominem irregularem, niſi adſit voluntas, vel culpa.50.diſt.hi.qui.& j.eo.c.prox.niſi ſcādalū aliud īduceret, vt ibi. in promouendo tñ ſecus eſt, quia ſolo actu redditur irregularis. 1. 15.q.1.c.vlt. De hac tñ materia dicit. s.c.ſicut.

1 Hūc articulū latius pertractāt hic Doctores, quos videto.

b ¶*Nec dedit operam illicitæ rei.*] quod ſi eſſet, imputaretur: vt plenè dictū eſt in c.ſicut.

† Meren.

† Aneten.

E*X literis.*] Primò ponitur cōſultatio Secūdò Papę īdagatio: ibi, *Nos.* Tertiò deciſio: ibi, *Ad te.* Abb.Sic.

† Cap.2.e. tit.in 3.cō. Vide citatos in c.ꝓxime præcedenti.

CASVS. Quidā preſbyter dū fœnū vellet de curru deponere, perticā, qua fœnū ligabat, proiecit in terram: & dum fœnū in terra ꝓijceret, quēdam puerū iuxta currum quidam inuenit ſemiuiuum: q modicū liuoris in frōte habebat, & nihil aliud læſionis: dubitauit ſacerdos an hoc eſſet ei imputandum: acceſſit ad Papā cū literis epi ſui: Papa quæſiuit ab eo, vtrum circa currū ſolicitè circunſpexit priuſquā perticā ꝓijceret in terrā, an eſſet aliquis circa currum: qui rñdit, ꝙ diligenter circunſpexit: ſed neminē vidit: vnde Papa ipſū ad epiſcopum ſuum remiſit, mandans, quatenus ſi eſt ita, ipſum liberè permittat exequi officium ſacerdotis, niſi contra eū graue ſcandalum ſit obortum, vel tanta laboret infamia, qđ inde debeat ſe purgare. Nota quòd qui diligentiam adhibet, quam debet, dando operam licitæ rei, ſi inde homicidium contingat, non imputatur. Item ſcandalum reddit hominem irregularem, & indicit purgationem licet veritas aliter ſe habeat: & ſic punitur quis ſine culpa.

† Vox, quidā, in pleriſque codicibus deſideratur: eſt tamē in antiquiorib⁹. & vet⁹ cōpilatio docet adeſſe oportere.

† circumſpexiſſet.

† ei

c ¶*Circunſpexiſſet.*] & ſic diligentiam adhibuit dando operā licitę rei: vnde non imputatur, vt 50.diſt.ſi duo.Ber.

d ¶*Graue ſcandalum.*] Nota ergo ꝙ ſolum ſcandalum reddit hominem irregularem, ſiue punitur innocens propter ſcandalum.s.de cleri.ægro.tua.& s.de præbend.cum teneamur.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶*Vel tanta.*] & ita aliud eſt infamia, quam ſcandalū, & plus importat graue ſcandalum, quā infamia: quia infamia tollitur per purgationem, vt hic; ſed vbi graue ſcandalum eſt, non indicitur purgatio: vt hic patet. Arg. contra. s. de cohabi.cler.& muli.tua vbi propter ſcandalū indicitur purgatio.non eſt cōtra: quia purgatio ad vtrunque refertur. Ber.

ij E*X literis.*] Diuide vt s.eo.dilectus. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachus dum deponeret de campanili campanam, quoddam lignum corruit, & quendam puerū occidit, quæritur quid iuris ſit? Reſpondet Papa: ſi monachus rem neceſſariam & vtilem agebat, & in loco per quem non crederet aliquem tranſire, vel ibi eſſe, vel aliquem illuc de cōſuetudine venire, quando lignum mouebat, bene poterit ad maiores ordines, præſertim in monaſterio promoueri. Nota, quòd homicidium caſuale nō imputatur alicui, ſi dat operam rei licitæ, & adhibet diligentiam, quam debet.

actu [a], homicidium perpetrauit, nec dedit operam illicitæ [b] rei: non impedias, quominus diuina poſſit officia celebrare.

¶Idem Meten. † Epiſcopo.

¶*Summatur vt ſupra cap.proxi.*

CAP. XIIII.

EX † literis tuæ fraternitatis accepimus, quòd cum H. presbyter fœnum vellet de curru deponere, perticā ſuperius alligatam proiecit in terram: & cum fœno inſiſteret deponendo, quidam † puerum quendam iuxtà currum reperit ſemiuiuū, in quo pręter modicum liuoris in fronte, nihil inueniri potuit læſionis. ¶Nos autem ab eodem quęſiuimus ſacerdote, ſi priuſquam iaceret perticam, circumſpexiſſet [c] ſolicitè, an eſſet aliquis circa currum: qui quòd diligenter circunſpexit †, aſſeruit: ſed quòd vidiſſet aliquē denegauit. Ad te igitur remittentes eundem: Mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, niſi contra eundem graue ſcandalum [d] ſit exortum vel tanta [e] laboret infamia, quòd deficiente accuſatore oporteat eidem † canonicam purgationem indici, ipſum libere permittas exequi officiū ſacerdotis.

¶Idem Biſuntin. Archiepiſcopo.

¶*Summatur etiam, vt ſuprà eod. dilectus.*

f ¶*Si monachus.*] ſim. j.eo. tuam.nam rem neceſſariam agebat & vtilem. j.eo. cap. vlt.

g ¶*Tranſire non crederet.*] Vel ſi credebat aliquem tranſire: vel ibi aliquem eſſe, & ante caſum clamauit, caue, caue. j.eo. c. vlt. & 50.diſt. ſi duo. & ff. ad l. Aquil. ſi putator. & Inſtit.eo. §. ſi putator. vbi ponitur tenor verborū, quę hic ſunt aliàs imputare tur. 50. diſtin. ſæpe in princip. quia non adhibuit diligētiam, quam debuit. ſuprà eod. ad audientiam.

h ¶*Præſertim.*] idest, maximè: quoniam alibi poſſet ſine diſpenſatione: quia ſibi imputari non debet: quia fortuitos caſus, qui præuideri non poſſunt, non præuidit. j.eo. c.vlt.

CAP. XV.

ij EX † literis tuæ fraternitatis accepimus, quòd quidam monachus ad deponēdam de campanili campanam ſubſeruiens: quia quoddam † lignum corruit ipſo mouente, quēdam puerum oppreſſit, & occidit. ¶Quocirca mandamus, quatenus ſi monachus [f] ipſe rem neceſſariam agebat, & vtilem, & in loco per quem aliquem tranſire [g] non crederet, vel ibidem exiſtere, vel ēt illuc de conſuetudine venire, quādo lignum mouiſſe dignoſcitur, ſatis poterit, pręſertim [h] in monaſterio, ad altiores ordines promoueri.

† Cap.3.e. tit.in 3.cō. Vide Sylueſtrū verbo, homicidiū. 2.q. 10. & Couaruuiam in Clemē. ſi furioſus. in 2.par.relectiōis. §. 4.verſ. Tertio eadem poſterior pars.

S*Ignificaſti.*] Cōmunis diuiſio: Secunda: ibi, *Ideoque.* Abbas Siculus.

† Vox, quidam, deeſt in antiquis codicibus.

CASVS. Quidam clericus cum equitaret, equus tam ſe quàm ipſum proiecit in aquam propter quod clericus equum grauiter calcaribus ſtimulauit: equus vero (cum eſſet bucca durus) præter voluntatem ſeſſoris raptus eſt in curſum, & quandam mulierem, quam obuiam habuit, interfecit clericus ad Papam acceſſit: & ipſe fecit inquiri ab ipſo, vtrū equi vitium prius ſciret: & ille aſſeruit ſe ignoraſſe: mandat Papa epiſcopo ſuo, quatenus ſi eſt ita ad cautelam iniungat ei pœnitentiam cōpetentem: qua peracta, non impediat ipſum, quo minus in ſuſcepto ordine miniſtret, & ad maiores valeat promoueri. Nota, quòd quis tenetur probare ignorantiam ſuam. Item quandoque pœna indicitur ad cautelam.

¶Idem Epiſcopo Paduano.

¶*Summatur vt ſupra eod. dilectus.*

CAP. XVI.

j SIgnificaſti † nobis, quòd cū F. cleric⁹ equitaret, equus cui inſidebat, tam ſe quàm ipſum ꝓiecit in aquā: vnde clericus ipſum grauiter calcaribus ſtimulauit: equus verò cū exiſteret bucca durus, præter voluntatem ſeſſoris raptus in curſum, quādam † mulierem, quā obuiam habuit ex improuiſo [i] pedibus interfecit. Cūque nos ab eodem clerico feciſſemus inquiri, vtrū equi vitium prius ſciuiſſet [k], illud aſſeruit ſe ignoraſſe. ¶Ideoq; mandamus, quatenus ſi ita [l] eſt, ad cautelam [m] iniungas eidem pœ-

† Cap.4.e. tit.in 3.cō. Vide citatos in cap. dilectus. s. eod. tit.

† Aliàs ita: mulierem quandā obuiā habuit, quā ex improuiſo, &c. ſed lectio, quam retinuim⁹, planior eſt.

i ¶*Improuiſo.*] & ſic non affuit occidendi voluntas.

k ¶*Prius ſciuiſſet.*] quia ſi ſciret, non fuiſſet abſque culpa, cum ſciret ſe non ſufficere ad eius retentionem. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. §. 1. cum affectare quiſque non debeat, in quo intelligit vel intelligere debet infirmitatem ſuam alijs periculoſam futuram, vt ibi dicitur. Inſtitu. eod. §. impetu quoque. verſi. ſed & ſi. & ſuprà eod. dilectus. argumen. hic enim leuiſſima culpa facit hominem irregularem 2. ſuprà eod.continebatur.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

l ¶*Si ita eſt.*] Sed qualiter conſtabit de hoc? Quia forſitan ſolus erat. ob defectum probationis per iuramētum propriū faciet fidem: quia ſolum Deum habet vltorem. C. de rebus credi.l.2.& pręcipue cum de conſcientia alicuius quæritur, ſtatur iuramento ipſius.infrà de ſenten.excom.ſi vero 2.& ſuprà de teſti.præſentiū.& s.de excep.paſtoralis.& s.qui matri.accu. poſ.cū in tua.& 31.q. 2. ſi verum eſſe. & præcipue ſi eſt bonę famæ: vt ff.de re mili.non oēs.§.à barbaris. Et ſuper hoc poterit adiungere cōpurgatores 3 ꝑ excellentiā ordinis.j. đ purga.cano.ex tuarum.quia circa maiora cautius eſt agendū. 7.q. vlt.c.vlt.& ff.de carbo edic.l.1. §.2.& 42.diſt. quieſcamus.

m ¶*Ad cautelam.*] j.eod.ſignificaſti.propter ambiguum duplicitatis.23.quæſt.5.excommunicatorum.Sicut ad cautelam quandoque aliquis abſoluitur. j.de ſenten.excom.venerabili. & s.de appel.ad pręſentiam.& s.de teſti veniens 2.in fin.

2 Secundū Ioā. Vnde dicebat Goffr. ꝙ ſi ab īſtructo & perito equitando potuiſſet hoc ꝓuideri, imputaretur ei. j. c.vlt.Io.A.

3 Non putat Hoſtienſis hoc neceſſariū niſi laboret infamia. s. c.2. & j.ti. 2. Io.And.

2 ¶*Competentem.*

a ¶*Competentem.*]Arbitrio ſuperioris.Et leuis debet eſſe,cū in culpa non fuerit.

P *Etrus.*]primò facti narratio : Secundò prouiſio.Secunda: ibi, *Quocirca.* Abbas.

nitentiā competentem [a] : qua peracta,non impedias, quo minus in ſuſceptis miniſtret ordinibus , & ad maiores valeat promoueri .

¶Idem.

¶*Non cēſetur homicida is, quo probibente, & cauſam non dante, à conſanguineis homicidium cōmittitur.*

CAP. XVII.

PEtrus † diaconus,& monachus ſancti Ioannis de Puna, ſua nobis inſinuatione mōſtrauit, quòd cū ipſum quōdā in ſeculari habitu ī eccleſia de Rigelo † beneficiū obtinentē, abbas illius eccleſiæ eodē bñficio ſpoliaſſet: cognati & amici eius irati plurimū, & cōmoti,nocte quadā in domo diaconi cōuenerunt , & cœna facta dicebant quòd vindictā volebant ſumere de abbate: Inhibiti autē expreſsè ab eodem diacono, ne abbatem occiderent, aut aliquid ſibi facerent , vnde ordinis ſui diſcrimen incurreret,& animę detrimentū:nihilominus irruerunt in eū, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto:q. poſt dies aliquot † expirauit: & infrà.¶Quocirca mandamus,quatenus ſi pręmiſſa noueris [b] veritate ſubnixa, ſæpedicto diacono,non ſolum in diaconatus officio miniſtrare,ſed etiā ad ordinem presbyteratus, aſcendere(ſi aliud canonicū nō obſtiterit) liberam cōcedas auctoritate Apoſtolica facultatē : pręſertim [c] ſi ſup hoc non fuerit reſperſus infamia: cum ei non debeat imputari , quod contra prohibitionem [d] eius expreſſam, eo cauſam, vel occaſionē [e] non dāte, auſu ſacrilego fuit ab ipſius cōſanguineis attentatum .

C A S V S. Petrus diaconus & monachus,dū olim eſſet in habitu ſeculari, quoddā bñſiciū obtinens in eccleſia de Rigelo,abbas illius eccleſiæ ipſum eodem beneficio ſpoliauit : pp qđ amici illius commoti,nocte quadā in domo diaconi cōuenerunt : & cœna facta dicebāt, ꝙ volebāt vindictam ſumere de abbate:ſed diaconus illis expreſsè īhibuit, ne abbatem occiderent: aut aliquid facerēt, vnde poſſet periculum ſui ordinis incurrere:ipſi nihilominus irruerūt in eū: & plagis impoſitis,poſt aliquot dies expirauit : monachus iſte dño Papæ rem per ordinē explicauit: vñ mandat Papa epo diœceſano quatenus ſi pręmiſſa vera ſunt: diaconus p̄dictus nō ſolū in diaconatus officio poterit miniſtrare,ſed ēt ad ſupiores ordines poterit : ꝓmoueri niſi aliud canonicū impediat : præſertim ſi ſup hoc nō fuerit infamatus: cū ſibi obeſſe nō dēat quod cōtra ꝓhibitionē ipſius expreſſam , eo cām,vel occaſionē non donante fuit ab ipſius cōſanguineis attentatum.Nota ꝙ infamia reſperſus ꝓmoueri non poteſt. Item non eſt imputandū alicui quod contra prohibitionem eius expreſsā actum eſt: alioquin dolus alterius ei obeſſet, qui culpabilis non fuiſſet . Item qui cauſam , vel occaſionē dāni dat damnum dediſſe videt̄.

† Cap.1.e. tit.in 4.cō. Vide Gondiſſaluum tract.de irregular. c. đ percuſſore.& latè Couarruuiā in Clemen. ſi furioſus.in 2. part.relectionis.§.2 verſi.nono ſubſequit̄.

† Rigulo

† aliquos

¶*Gloſſa ſequens querit .& remittit.*

b ¶*Noueris veritate.*]& qualiter poterit ei de hoc conſtare? Dic vt dixi s̄.eod.cap.proxi. 1 & ſi infamatus eſſet, ſe expurget.j̄.de purg.ca. ex tua. niſi graue ſcandalum eſſet. s̄. eod. ex literis. & s̄.cap.proxim.arg.

1 Et ibi dicit ꝙ ꝑ iuramētū Putat Hoſtiēſis hoc probari poſſe ꝑteſtes , ſi qui fuerūt prohibitioni p̄ſentes: & in defectū ēt per illos, q̄bus prohibitio facta fuit. de teſti.co. c.fin.Io.A.

c ¶*Præſertim*]id eſt,tantum,quia ſi eſſet infamatus,debet ſe purgare, vt dixi.

¶*Gloſſa ſequens reci. per quęſtio. quid ſi non prohibuiſſet.ar. pro,& contra.ſoluit.*

d ¶*Contra probibitionem.*]ſic s̄. de ſimo. ſicut 2.imo etiam ſi non prohibuiſſet : dummodo tamen non dediſſet conſilium, non tenetur. 1.q.4. quia pręſulatus. vbi eſt ſimilis caſus. Nec de voluntate debet aliquis ſe purgare.Ar. contra in præced.c. quia præſulatus.ibi,quòd abſque ſua voluntate. & j̄.cap.prox. C.de fide inſtr.l.vlt.C.de his qui ad eccle.cōfu.præſenti.circa princ.quòd videtur potius conſentire : quia ſi eo audiente , & non contradicente , & tacente talia dicebant, conſentire præſumeretur,vnde imputaretur ei. Vin.

e ¶*Cauſam , vel occaſionem.*] non intelligas iſtud ita large, ne ſit contra. 23.q.5.cum homo. & cap. de occidendis. ſed de cauſa vel occaſione propinqua.arg.s̄.eod.ad audientiam. & c. de cętero.quia in veritate propter eum fuit occiſus.Ber.

ij S *Ignificaſti nobis.*] Iſtud ca.eſt multum allegabile , & ita communiter ſolet ſummari : Quo ad legem promotionis cenſeatur irregularis & pro homicida, qui vulnerauit, licet non poſſet ſciri an vulnus fuerit lethale , ex quo vulneratus ab alijs obijt. Diuiditur : In prima ponitur conſultatio: In ſecunda reſponſio diſtinguens : ibi , Nos. Primum membrum proſequitur : ibi , *Et quidem*. Secundum : ibi , *Quod ſi*. Abbas Siculus .

¶Idem abbati ſanctæ Trinitatis de Meldemberg. † .

¶*Irregularis cēſetur, qui aliū lethaliter percuſſit,licet ab alijs fuerit extinctus:idem ſi non apparet an lethaliter,ſi etiam percuſſus ab alijs obijt & non apparet ex cuius vulnere deceſſerit:idem eſt ſi percuſſerit non lethaliter , ſi animū occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percuſſus expirauit.h.d.notabiliter. Abbas.*

CAP. XVIII.

ij SIgnificaſti † nobis,ꝙ cum quidā maleficus īgreſſus eccleſiam , Euchariſtiam cum altarium ornamentis , & libris eccleſiaſticis extra eccleſiā aſportaſſet:L.presbyter eccleſię canonicus regularis , præfatū iniquitatis filium , foſſorio arrepto percuſſit : ſed ſi ad mortem fuit ictus huiuſmodi, tu & ipſe penitus ignoratis : quem parochiani eccleſiæ videntes ornamenta eccleſiæ aſportantē, arreptis gladijs & fuſtibus, in eodē loco protinus occiderunt: & infrà.¶Nos in pręmiſſo caſu credimus diſtinguendū , vtrū conſtare poſſit , quòd præfatus ſacerdos nō inflixit † percuſſionē lethalem , de qua ſi aliorum nō fuiſſent vulnera ſubſecuta , percuſſus minime interijſſet,& ſi percuſſor volū-

C A S V S. Quidam maleficus intrauit eccleſiam,vt ornamenta altaris. & libros eccleſiaſticos, & Euchariſtiam aſportaret : Laurentius presbyter eiuſdem eccleſiæ canonicus regularis , accepto ligonę maleficum illum percuſſit,ſed ſi ad mortem fuerit ictus huiuſmodi , penitus ignorauit : parochiani illius eccleſiæ videntes illum ornamenta eccleſię aſportantem : acceptis fuſtibus & gladijs interfecerunt eundem : presbyter iſte de ſua ſalute cogitans, confeſſus eſt abbati ſuo prædicta,vnde abbas domino Papæ ſupplicauit, vt cum eo miſericorditer agere dignaretur : dominus Papa in caſu præmiſſo dicit diſtinguendum , vtrum conſtare poſſit, quòd præfatus ſacerdos non inflixit mortalem percuſſionem , de qua mortuus non fuiſſet , ſi aliorum vulnera non fuiſſent ſubſecuta : & ſi ille percuſſor voluntatem nō habuerit occidendi , nec ſtudio , conſilio vel mandato illius proceſſerūt alij contra illum : & ſi hoc ita eſt , poſt pœnitentiam ad cautelam iniunctam , in officio ſuo poterit miniſtrare religionis fauore , & ſine ſcandalo ſacerdotale officiū poteſt exercere cum regularis exiſtat : cum de his ſit ei credendum,qui non accuſatur vel denunciatur, ſed per ſeipſum conſilium appetit ſalutare : quòd ſi diſcerni non poſſit ex cuius ictu mortuus fuerit, in hoc dubio tamquam homicida debet haberi ſacerdos : & ſi homicida non ſit,à ſacerdotali debet officio abſtinere: qa in hoc caſu tutius eſt abſtinere,quam celebrare , pro eo quòd in abſtinendo nullum , in celebrando vero magnum periculum timeatur.Si vero ſacerdos prius percuſſus ab illo maleficio vt dicebatur , cum ligone illum repercuſſit in capite : licet vim vt repellere liceat : quia tamen id fieri debuit cum moderamine inculpatæ tutelæ,non ad ſumendā vindictā, ſed ad repellendā iniuriam:non videtur ſacerdos ab homicidio excuſari,tum ratione inſtrumenti, cū quo ipſe percuſſit,quod nō ſolet leuē plagā inferre,cum graue ſit : tū ratione partis , in qua fuit ille percuſſus,in qua de modico ictu mortaliter quis ſolet lædi. Nota argumē.ꝙ voluntas imputatur in homicidio.Item conſilio,mandato,ſtudio cōmittitur homicidium.Itē in pœnitentia cuilibet eſt credendū:quia non eſt veriſimile, ꝙ aliquis ſit immemor ſuæ ſalutis. Item pœnitētia iniungitur alicui ad cautelam.Item fauore religionis ſit, quod aliàs non fieret.Itē nihil cum ſcandalo eſt faciendum.Itē in dubijs via certior eſt tenenda.Item punitur quis ſine culpa . Item vim vi repellere licet,ſed cū moderamine inculpatæ tutelæ,ſcilicet cum æquali repulſione.Item vindicta non eſt ſumenda , ſed iniuria propulſanda.Item ratione inſtrumenti , cū quo quis percutitur , & ratione partis,in qua percutitur , iudicatur homicidium.

† Mald.
† Maleleō.
† Malebrō.

† Cap.1.e. tit.in 4.cō. Et de materia & intellectu hui⁹ decretalis latiſſime Couarruuias in Clemē.ſi furioſus de homici. in 2. par.relectiōis.§. 2. verſi. ſed primo hac eadē ratione.& Antonius Gomezius to. 3.variar.reſolut.c.3.đ homicidio nu. 36. ad de omnino concilium Triden.ſeſ. 14. de reforma.c.7.

† inflixit

a ¶*Habuerit.*] arg. q voluntas imputatur in homicidio, licet ex ſuo vulnere mortuus nō fuerit. arg. 1. q. 4. quia præſulatus.
b ¶*Studio.*] id eſt, ſuggeſtione, vel adhortatione, ſ. eo. ſicut. §. qui vero eadem. j. de exceſ. præla. ex literis. Ber.
c ¶*Conſilio vel mandato.*] de hoc dictum eſt ſ. eod. ſicut.

tatem non habuerit[a] occidendi, neque ipſius ſtudio[b], cōſilio, vel mandato[c] proceſſerint alij contra illū. ¶Et quidem ſi hoc ita ſe habet, (qđ forſan ex eo poſſet oſtendi, ſi certa appar uiſſet percuſſio ab eodē inflicta tam modica & tam leuis, in ea parte corporis, in qua quis de leui percuti non ſolet ad mortem, vt peritorū iudicio medicorū talis percuſſio aſſereretur non fuiſſe lethalis) cū de cæteris credendum[d] ſit ipſi, qui nō accuſatur, vel denunciatur ab aliquo, ſed per ſeipſum conſilium appetit ſalutare, poſt pœnitentiā ad cautelam iniunctā ī ſacerdotali poterit officio miniſtrare: maximè religionis accedente fauore, cum ſit canonicus regularis, & ſine omni ſcandalo poſſit ſacerdotale officiū celebrare. ¶Quòd ſi diſcerni[e] non poſſit, ex cuius ictu † pcuſſus interijt, in hoc dubio[f] tāquam homicida debet haberi ſacerdos: & ſi fortè homicida non ſit, à ſacerdotali officio abſtinere debet: cum in hoc caſu ceſſare ſit tutius, quā temere celebrare: pro eo quòd in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur: & infrà. ¶Si verò (quemadmodū perhibetur) ſacerdos iſte, prius ab illo pcuſſus ſacrilego, mox eum cū ligone in capite repercuſſit: quamuis vim vi repellere[g], omnes leges, & omnia iura permittant: quia tamē id debet fieri cum moderamine † inculpatæ tutelę[h], non ad ſumēdam vindictam, ſed ad iniuriā propulſandam: nō videtur idē ſacerdos à pœna homicidij penitus excuſari: tum ratione inſtrumenti, cum quo ipſe † percuſſit, quod cum graue ſit, non ſolet leuem plagam inferre: tū ratione partis, in qua fuit ille percuſſus, in qua de modico ictu quis lethaliter ſolet ledi.

¶Idem. †

¶*Religioſus chirurgiam exercens, ſi ex ea mors ſequitur, irregularis eſt etiam ſi ſit peritus & diligēs, & hoc fecerit cauſa pietatis: ſed cum eo poſt ſatisfactionē miſericorditer diſpēſari poteſt. h. d. vſque ad §. Ad vltimum.*

CAP. XIX.

TVa † nos duxit fraternitas conſulendos: & infrà. ¶Quęſiuiſti quid ſit de quodā monacho ſentiendum, qui credens ſe quandam mulierem à gutturis tumore curare, vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit: & cū tumor aliquantulum reſediſſet, ipſe mulieri præcepit, ne ſe vēto exponeret vllo modo, ne fortè ventus ſubintrās gutturis apertionem, ſibi cauſam mortis inferret: ſed mulier (eius mandato contempto) dum meſſes colligeret, vento ſe expoſuit incautè, & ſic per apertionem gutturis ſanguis multus effluxit, & mulier diem vltimum ſic finiuit: vtrum videlicet cum prędictus monachus ſit ſacerdos liceat ei ſacerdotale officium exercere? ¶Nos igitur fraternitati tuæ reſpondemus, quòd licet ipſe monachus multum † deliquerit alienum officium vſurpando, quod ſibi minimè congruebat[i]: ſi tamen cauſa

d ¶*Credendum ſit.*] arguquòd in iudicio animæ cuilibet eſt credendum: quia non eſt veriſimile, quòd ſit immemor ſuę ſalutis. 1. q. 7. ſancimus.

¶*Glo. ſeq. alleg. concor. ponit diuerſitatem inter legem & canonem.*

e ¶*Quòd ſi diſcerni.*] eandem diſtinctionem ponit lex. ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſed ſi plures. vnde hoc ſumptū fuit: ſed in hoc eſt diuerſitas, quòd ſi vnus primò percuſſit, & alter poſtea occiderit, primus nō tenetur niſi de vulnerato, ſecundus tenetur tamquam de occiſo. ff. eo. huic ſcripturæ. §. 1. & l. item Mela. §. Celſus. ſecus ſecundū canones hic, & 23. q. vlt. c. vlt.

f ¶*In hoc dubio.*] in dubijs enim viā debemus eligere tutiorem, vt hic dicitur, & j. de reg. iur. c. 2. & j. e. c. pe. & ſ. eo. ad audientiam. vbi de hoc.

g ¶*Vim vi repellere.*] j. de ſenten. excomm. ſi vero. 1. diſt. ius naturale. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. vim vi. ff. ad l. Aquil. ſcientiā. §. qui cū aliter.

¶*Gloſſa ſequens alleg. 4. cōcor. & literam exponit. Secundo alleg. 7. contraria. Tertiò ſoluit pro prima parte ſi tria concurrant. Quartò ponit diſtinctionem. Ala. & Ioan.*

h ¶*Moderamine inculpatæ tutelæ.*] C. vnde vi. l. 1. & j. de ſen. excō. vt fame. §. vlt. tamen ſi defendens ex propoſito, non excedat modū, non tenetur. 23. q. 3. non inferenda. & ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis §. tabernarius. nec dicitur excōicatus, qui excedendo modum non ex propoſito, repercutit clericum. arg. ſ. de reſti. ſpo. olim 1. in fi. & j. de ſen. excom. perpendimus. ar. contra q nō liceat vim vi repellere. 46. diſt. ſeditionarios. 23. q. 1. & c. 1. & q. 3. §. 1. & ſ. e. c. ſuſcepimus. & 23. q. 4. inter querelas. & C. de epiſcop. & cleri. ſi quis in hoc genus. Ad hoc dicas, q vim vi repellere licet, vt hic dicit, & in concord. primis. tamen quædam conſideranda ſunt in repulſione tali: vt incontinenti fiat, & non ex interuallo. ff. de vi & vi ar. idem eſt. §. eū igitur qui. & j. de ſent. excom. ſi vero. Item ſi cauſa defenſionis, & non vlciſcendi: vt ff. ad leg. Aquiliam, ſcientiam. §. vlti. & 23. q. 1. quid culpatur & cū moderamine inculpatæ tutelæ; tn ſi quis modū excedat, & non ex propoſito, nō tenetur, vt dictum eſt in prædictis concord. Ala. & Io. diſtinguūt, an fiat vis perſonæ, an rebus: Si perſonæ, tunc antequā ſit vis illata, repellenda eſt: & ſi aliquis vim factā repellat potius pſumi debeat, q defendendi, nō vlciſcendi cā hoc fiat, dūmodo in ipſo negotio fiat. ff. ad l. Aquil. ſi ex plagis. §. tabernarius. & hoc ſi primus pcuſſor denuo volebat pcutere: alioqn ſi nolebat ipſū repercutere, & alter percuſſit, potius dicitur eſſe vindicta, quā repulſio iniuriæ, & hoc ęquū videtur. Seruatur em moderamen. ſi illud tātum fiat, quo omiſſo violentia repelli non poſſet. Si ergo violētum interficis, ſic q periculū mortis ab eo vitare non poteris, eū ſine pœna interficis. ff. ad leg. Aquil. l. 4. C. ad l. Cor. de ſic. l. 2. & 3. arg. ſ. eo. c. 2. Si aūt vis infertur rebus, licitū eſt repellere illatam vim in continenti, & inferendam, vel quam citius ſciuerit & poterit collectis amicis. ff. de acqui. poſſ. qđ meo. §. vlt. & l. clam poſſidere. §. q ad nundinas. & ſ. de reſti. ſpo. olim Iniuriā vero iā illatam perſonæ ex interuallo repellere non licet: quia ſic eſſet vindicta: & ita intelliguntur contraria hic ſignata.

TVa nos.] Diuiditur quia duo ſunt quæſita: Secūdū: ibi, *Ad vltimū.* Et quęlibet pars pōt ſubdiuidi in cōſultationē & rńſionem, q patent in litera. Abbas.

CASVS. Quidā monachus credens ſe quādā mulierē à gutturis tumore liberare, tumorē illū apperuit, præcipiens illi mulieri, ne vēto ſe exponeret vllo modo: ne forte ſi vētus ſubintraret cām mortis inferret. ſed mulier contēpto eius mādato dum meſſes colligeret, vēto ſe expoſuit incautè: & ſic p apertionem gutturis: ſanguis mult' effluxit & ſic mulier diē clauſit extremū: quæſitū fuit, quid de iſto monacho ſit agendū? Rńdet Papa, q licet ipſe monachus multū deliquerit alienū officium vſurpando qđ ſibi non cōueniebat, ſi tn cauſa pietatis hoc fecit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, & adhibuit diligetiam, quā debuit ex eo q per culpā mulieris contra illius cōſiliū hoc ei contigit, non eſt repellendus, quin poſt ſatisfactionē cōdignā cū eo miſericorditer agi poſſit, vt valeat celebrare diuina: alioqn interdicenda eſt ei ſacerdotalis ordinis executio de rigore.

i ¶*Iuxta arbitrium.*] & ſic huiuſmodi compurgationes arbitrariæ ſunt. 2. q. 5. omnibus vobis. & ĩ. de purga. cã. ex tuarum. Sed quare compellitur iſte ad purgationem propter confeſſionem mulieris, cõtra illud. C. de adult. & ſi crimine. cum non infametur apud bonos: nam leues ſunt qui mala credunt, quę probari non poſſunt. 11. q. 3. in cunctis. Dicas, quòd iſte infamatus erat de muliere illa, aliàs non indiceretur illi purgatio propter dictum illius, quia etiam dicta paucorum non infamant. ſ. de accuſa. inquiſitionis. ad fin. Lau.

k ¶*Alioquin.*] Nota deficientem in purgatione puniri. ſ. de ſimo. de hoc & c. ĩſinuatum. & infrà de purga. cano. cum P.

I*Ntelleximus.*] Mulier petens reſtitutionem mariti, repellitur per exceptionem adulterij manifeſti: niſi & ipſe vir adulteratus fuerit, & probetur. hoc dicit. Diuiditur. Primò facti narratio: Secundò iudicis datio: ibi, *Quocirca.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam S. nomine vxorem ſuam nomine Elizabeth à ſe remouit: illa cum alio adulterium commiſit: diœceſanus epiſcopus hoc audiens eam & adulterum excommunicauit: quę tandem adultero abiurato abſolutione recepta virum ſuum ſibi reſtitui poſtulauit: ille obiecit ſibi adulterium & quòd ab eo ſponte receſſerat, & ideo reſtitutionem petere non valebat: quod mulier negans replicauit, quòd & ipſe fuerat fornicatus: ad hæc probanda teſtes fuerunt inducti, & vir teſtes induxit ad reprobandos teſtes mulieris, per quos adulterium viri probare volebat: quęſitũ fuit à Papa quid in hoc negotio ſit agendum: mandat Papa diœceſano epiſcopo, quatenus ipſum recipere compellat eandem, niſi conſtiterit mulierem prædictam adulteram eſſe, vel per euidentiam rei, vel per confeſſionem mulieris, ceſſante etiam probatione adulterij, quòd vir dicitur commiſiſſe: Si autem de fornicatione cõſtiterit mulieris, cum conſtet virum adulterium commiſiſſe, & paria delicta mutua compenſatione tollantur, nihilominus compellat eundem, vt eam recipiat, & maritali affectu pertractet: niſi teſtes mulieris per quos viri adulterium eſt probatum, fuerint reprobati: alioquin mulieri ſilentium imponatur. Nota hic quòd contra exceptionem doli datur doli replicatio. Item aliquid dicitur conſtare rei euidentia, vel confeſſione legitima. Item confeſſioni mulieri ſtatur, cum agitur ad tori ſeparationem. Item ius matrimonij in vtroque ſcilicet viro & muliere pari modo conſiſtit. Item compenſatio admittitur in criminibus, quia paria delicta, & cætera.

† Burchardus li. 6. decret. c. vltimo. et tribuit. cõcilio Pariſiẽ. c. 3. q nõ dũ inueni. refert c. 5. eo. tit. in 1. compilat. Vide Antoniũ Gomeziũ & Placiũ Rubiũ ſuper lege Tauri. 80. incip. El marido.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõcilii Late. pa 50 c. 21 et de materia plene agit Bernardin⁹ Diaz in pract. crim. can. c. 79. & Paulus Grillus tract. ð pœnis omnifariã coitus. q. 9.

1 Vide Alexãdrũ poſt Bar. in l. 1. §. fi. ff. e. & Panormitanũ in c. ex literis. ſ. de pſumptio.

2 Et infra ð pœn ois. de exceſſi. prę la. dilectus. Io. A.

1. Cor. 8. & 2. c. 6.

† Tullen. epiſcopo.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõ. Et præter Ioannem Ananiam hic, vide couarruuiã ĩ epitome li. 4. decre. par. 2. cap. 7. §. 5.

ſpontanea [a] receſſiſſet, reſtitutionem ſui propoſuit minime faciendam: quod mulier inficiãs, replicauit in ipſum, quòd fuerat fornicatus [b]: & infrà.

¶Quocirca mandamus, quatenus (niſi tibi conſtiterit, vel ꝑ euidẽtiam [c] rei, vel per cõfeſſionem [d] legitimã mulieris, quòd adulterata ſponte † fuiſſet) adulterij etiã, quod vir dicitur cõmiſiſſe, probatione ceſſante [e], ipſum recipere cõpellas eandem. Quòd ſi prædicto modo de mulieris fornicatiõe cõſtiterit, (niſi teſtes, per quos viri adulterium eſt probatum, fuerint reprobati, cum matrimonij ius in vtroque lęſum † conſiſtat, & paria delicta mutua compenſatione [f] tollãtur) nihilominus eũ cogas, vt eã recipiat, & maritali affectione ꝑtractet: alioquin [g] mulieris ſilẽtiũ imponere nõ poſtponas.

¶Idem Epiſcopo Ambianen. †

¶Non debet ſeparari matrimoniũ, quo ad torũ, propter adulteriũ, quando ambo cõiuges fuerunt adulterati.

CAP. VII.

TVa † fraternitas requiſiuit vtrum aliquo denegante vxori ſuę in adulterio deprehẽſę debitum coniugale, ſi poſtmodum ipſe cũ alia perpetret adulterium manifeſte, cogi debeat, vt eandem maritali affectione pertractet: [& infrà †].

¶Super quo tibi reſpõdemus, ꝙ cũ paria crimina cõpenſatione mutua deleantur, vir huiuſmodi fornicationis [h] obtentu, ſuæ vxoris nequit conſortium declinare.

TITVLVS XVII.

De raptoribus, & incendiarijs, & violatoribus eccleſiarum.

¶Ex concilio Melden. †

¶Ratione rapinæ ſortitur quis forũ non ſui iudicis, & ab eo poterit puniri, proprio iudice ſuffragante.

CAP. I.

DE illis autem, qui de loco ad locũ iter faciũt & ibi rapinas, & deprędationes peraguntur: Placuit, vt ab illius loci prælato excommu-

a ¶*Spontanea.*] Licet mulier de domo viri ſui ſponte recedat, ſi tamen volens redire non fuerit admiſſa, intelligitur ſpoliata. ff. de acquir. poſſeſ. clam. poſſidere. §. qui ad nundinas. Inſti. de interdi. §. quinetiam & ideo audienda eſt.

b ¶*Fornicatus.*] Et ad hoc teſtes induxit: ad quos reprobandos maritus alios induxit: vt j. ſequitur.

c ¶*Euidentiam.*] puta, quia publicè fuit fornicata, vel filium inde habet teſtem. 28. diſ. priuſquam. & s̃. de diuor. ſignificaſti. & s̃. de accuſa. euidentia. & s̃. de cohabi. cler. & mulie. c. vl. & j. c. proxi.

d ¶*Cõfeſſionem.*] factã ĩ iure: vt s̃. de coha. cle. & mulie. c. vlt. & ſpõte: quia ſi compulſa, non obeſſet. 31. q. 2. Lotharius. & ſic cõfeſſio ſola ſufficit adtori ſeparationem: vt hic, & s̃. de diuor. ex literis.

† Dictio, ſpõte, deeſt ĩ nouẽ codicibus Vaticanis & ĩ pleriſque alijs.

e ¶*Ceſſante.*] eo enim probato, dolus dolo cõpenſabitur, vt ſequitur hic: & infra. c. prox. & s̃. de diuor. ſignificaſti.

† Dictio, lęſum, deeſt in nouem exẽplarib' Vaticanis, & in multis alijs.

¶*Gl. ſeq. alleg. 5. concor. ſignat contrarium, et remittit demũ ſubdit ſex caſus, in quibus coniũx coniugi non opponit adulterium.*

† Amblen.

f ¶*Mutua compenſatione.*] ſic. ff. ſolu. mat. viro atq; vxore. ff. de cõpenſa. ſi ambo. ff. de do. ſi duo dolo malo. & s̃. de exce. cũ eccleſiaſticæ. & 32. q. 6. nihil. arg. contra ff. de doli except. apud Celſum. §. Marcellus. Qualiter contrariũ illud ſit intelligendũ, dicitur. s̃. de except. dilecti. vir enim vxori obijcere adulteriũ non poteſt, ſi ipſe eſt in ſimili delicto, vt hic patet. Itẽ ſi eã tradidit adulterandam. s̃. de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ. diſcretionẽ. Item ſi violenter fuerit oppreſſa 1. ff. ad leg. Iul. de adul. vim paſſam. Item ſi ignorãter cognita fuiſſet ab alio, quem crederet virum ſuum fraudulenter. arg. 34. q. 2. in lectũ. Item ſi credens virum abſentem mortuum eſſe alij nupſerit. 34. q. 2. cum per bellicam. Item ſi poſt adulterium reconciliauerit eam ſibi. s̃. de iureiu. quemadmodum. & 23. q. 4 ſi illic.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõ. Præter Couarruuiam præcedẽti c. citatũ, vide Domini cũ Sotũ li. 4. ſen. diſt. 36. q. vnica art. 3. & 4. ex qbus intelliges ẽt gloſſã. hic.

1 Etiã ſi oppreſſio euenerit, quia mãſit ĩ domo, cũ tñ vir mãdaſſet, vt fugeret, vt notat. ex Bartolo Ioan. And. hic.

g ¶*Alioquin.*] id eſt, ſi conſtiterit de adulterio mulieris, & non viri.

TVa fraternitas.] Adulteria coniugũ mutua cõpenſatione tolluntur. *Hoc dicit.* Vel ſic. Non põt maritus conſortiũ, vel cohabitationem vxoris declinare propter adulterium, ſi & ipſe fuit adulteratus. Secunda pars: ibi, *Super quo.* Abbas.

CASVS. Si aliquis deprehendit vxorem ſuam in adulterio, propter quod negauit ei debitum coniugale, poſtmodum cũ alia cõmiſit adulteriũ manifeſte: quæritur, vtrum vir cogi debeat eandem recipere in vxorem? Reſpondet Papa quòd cũ paria crimina mutua compenſatione deleantur, vir prætextu fornicationis huius, nequit vxoris conſortium declinare. Nota, quòd delictum ſuperueniens rei iudicatæ affert præiudiciũ. Item paria delicta mutua compenſatione delenter. Et ſic nota, quòd compenſatio admittitur in delictis, & hoc intelligũt quidam quo ad exceptionem & replicationem, aliter nunquã.

¶*Gl. ſeq. reci. per duas quæſtiones. alle. 6. iura. reci. opi. Io. contrariam, & quatuor ipſius motiua. tenet primum, & remittit.*

h ¶*Fornicationis.*] in hoc fuit dubitatio, an delictum ſuperueniens rei iudicatæ de iure vel facto afferat pręiudiciũ: Videtur ꝙ ſic, vt hic patet. Et ex hac decretali videt̃, ꝙ eoipſo ꝙ alter coniugũ fornicatur reſiquus poſſit ei debitũ denegare: quod verũ eſt ſi publicè fornicetur & ſi poſtmodũ alter publice fornicetur, alter recuperet ſeruiturẽ amiſſam ex delicto alterius: vt hic patet, & s̃. đ diuor. ex literis. & ſic paria delicta mutua cõpenſatione tolluntur, vt s̃. c. prox. Et ita ſolo facto, licet nõ ſit lata ſnĩa de adulterio. adulteriũ priuat iure petẽdi debitũ, nec alter ei tenet̃ reddere debitũ: quia vbi nulla petitio, nulla mora. ff. de verb. obli. ſi pupillus. & ſi tunc reddit debitũ, ſibi præiudicat, vt eã poſtea accuſare nõ poſſit. 32. q. 1. c. 1. 2. 3. & 4. ff. de adul. ſi vxor. §. vlt. Sed ſi ad mandatũ eccleſiæ reddat debitũ tunc nõ videtur obſtare, quin poſſit eã accuſare de adulterio. arg. s̃. de reſti. ſpolia. literas. §. pen. & licet vxori adulteræ vir debitũ reddere nõ teneat̃, expellere eã de ſua domo auctoritate ꝓpria non dẽt, ẽt ſi ſit notoriũ crimẽ eius. s̃. de diuor. porro. ar. Sed contrariũ puto, ꝙ poſſit eã repellere à ſe: qa ex quo notoriũ eſt crimẽ ſuũ priuata eſt iure qđ habebat: in viro. s̃. đ diuor. ſignificaſti. & dotẽ ſuã amiſit. s̃. de dona. inter virũ & vxo. plerunq;. Hug. dixit, ꝙ nunquã adulteriũ priuat aliquẽ iure petẽdi debitum, ſed tñ ſnĩa eccleſiæ, vñ pendẽte lite tenet̃ debitũ reddere alter alteri ar. s̃. vt lite pen. laudabilẽ. & 8. q. 4. non. 15. q. vlt. c. vl. 33. q. 2. ſeculares. qa pęna nõ eſt inferẽda niſi ꝑ iudicẽ. 33. q. 2. c. ſine. §. in hoc. ſed hoc intelligo qñ crimẽ nõ eſt notoriũ: qđ patet ꝑ cõcor. Itę vt dixi, ex hac decr. habetur, ꝙ ꝑꝑ ſuperueniẽs delictũ renaſcatur ſeruit' amiſſa, ẽt ſi ſnĩa lata ſit ꝑꝑ adulteriũ. ff. de adul. l. adulteriũ. s̃. đ iureiu. tua 2. & s̃. de diuor. ex literis. nã iniuria remiſſa renaſcitur ex delicto. 15. q. 7. c. 1. de pœni. diſt. 3. c. nihil. §. ex perſona. In quibuſdam libris eſt verbũ illud in ſequẽti. §. hac auctoritate. & ſnĩa à qua nõ eſt appellatũ, reuocatur. s̃. de frigi. & malefi. fraternitatis. j. de purg. vulg. c. 2. Io. dixit [2] ꝙ ſnĩa non tractatur ꝑꝑ delictum ſuperueniens. ar. ff. de itine. actuq; priua. nec enim: quia actio ſemel extincta amplius non renaſcitur. de conſecr. diſt. 4. quęris. ff. de ſolu. qui res. §. arcam. nec prætextu noui auxilij retractatur ſententia. s̃. de re iudi. inter monaſterium. vnde cum ſeruitus ſit ſublata, non fit iniuria alteri per fornicationem alterius. 32. q. 7. quemadmodum. ſed ſi ſententia non ſit lata, tunc renaſcitur. Et iura prædicta intelligenda ſunt, quòd iudex ex officio ſuo eos adinuicem reſtituat. Quod prius dictum eſt allegando, verius credo, ſcilicet quòd illa poſſit petere virum non obſtante ſententia: quia vir illi ſententiæ renunciauit adulterando poſt ſententiam. De hoc dictum eſt in c. ex literis. de diuor. Bernar.

† Hęc duo verba: & j. deſunt in oĩbus antiquĩoribus codicibus, & ĩ veteri cõpilatiõe vñ conſtat nihil hic cõmiſiſſe Raymũdũ.

† Conciliũ Meldenſe. c. 2. vt refert. Burchardus li. 11. decr. c. 45. & Iuo. par. 14. ca. 190. habet̃ c. 1. e. ti. in 1. cõpil. & apud Gratianũ ſiue paleã 6. q. 3. c. vl. Vidẽ citatos ſuper gloſſa.

2 Cui' fuit hæc glo. & Gof. Io. A.

DE RAPTORIBVS ET INCENDIArijs, & violatoribus eccleſiarum.

¶Quia inter cætera præcepta decalogi ſcribitur: Non occides: no mœchaberis, non furtum facies, &c. ſic poſt mœchiã ſequitur prohibitio furti, meritò ſubdit de furto: Sed qa rapina partim ſe habet ad mœchiam, cum ſcilicet rapitur mulier, partim ſe habet ad furtum, cum committitur in alijs rebus, meritò interſerit hanc rubricam de raptoribus: & quia frequenter committũtur in hoc delicto incendia, & violationes eccleſiarum, ideo de his ſubijcit in eadem rubrica. Abbas.

De hac materia, habetur. 14. q. 5. & q. 6. & 16. q. 1. in multis c. de pœni. diſt. 1. vulgaris. & 50. diſt. aut facta. de conſec. diſt. 5. diſcipulos. De crimine raptus tractatur 36. q. 1. per totũ. 26. q. 2. §. ſed concedatur. vſque ad finem quæſtionis.

DE *illis.*] Raptor ab illo epiſcopo punitur, in cuius diœceſi rapinam commiſit, & iudex domicilij ſuffragatur. Primò ponitur exceſſus: Secundò pœna: ibi, *Placuit.* Abbas Siculus.

CASVS. Contingit aliquando, quòd aliqui de vno loco ad

alium

nicẽtur [a] : nec ante ex parochia illa exeant quàm dignè, quæ perpetrarunt emendent, quorũ excõicatio proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat antequã illuc redeant vbi rapinam fecerint †, & omnia plenè emendent.

† fecerũt.

¶Eugenius tertius.

¶Manifeſtus raptor, vel eccleſiæ violator ſi reſtituit, vel de reſtituendo cauet, in vita & in morte ad pęnitẽtiam et ad ſepulturam admittitur ſi vero noluit cauere cum poſſet, & in morte nõ poteſt, clerici eius ſepulturæ intereſſe non debent: & clerici intereſſentes, vel iniungentes pęnitẽtiam contra hanc diſpoſitionem, deponuntur ab officio, & beneficio.

CAP. II.

Super † eo verò: & infrà. ¶Statuimus, vt quicunque ex his, qui violẽter ſurrexerint in rapina, ſiue in eccleſiarum violatione †, manifeſte fuerit deprehenſus: niſi prius ablata reſtituat: ſi poterit [b], vel emendandi firmam, & plenam ſecuritatem fecerit, pœnitentiæ beneficiũ ei penitus denegetur [c]. Si verò vſque ad obitum in cõtumacia ſua durauerit, & in extremis poſitus remedium pœnitentiæ humiliter poſtulauerit, ſi emendationem [d], vel emendandi ſecuritatem pręſtiterit, ei pœnitentia, & ſepultura eccleſiaſtica concedantur. ¶Qui autem in ſanitate obſtinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte ſecuritatem præſtare nequiuerit, ſolemnitas pœnitentiæ parum prodeſſe [e] videtur, ſicut credimus; ſed † de peccato contrito viaticum [f] non negetur: ita tamẽ, vt nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec eius eleemoſynam pręſumat accipere. ¶Quòd ſi qui presbyterorum, vel clericorum contra hoc in vita, vel in morte pœnitentias dare [g], aut ſepulturę [h] intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere attẽtauerint, ſeu huiuſmodi rapinæ participes inuenti fuerint: ordinis ſui dãnum irrecuperabiliter patiantur, & eccleſiaſtico beneficio careant.

† Aliàs, inuiolenter ſurrexerint in rapinam uſie ĩ eccleſiarũ violationem.

† In recentiorib⁹ ita: ſed de peccato cõtrito corde viaticũ & c. verum in oĩbus manuſcriptis habẽt vteſt impreſſum abſque voce, corde.

alium iter faciunt, & ibi rapinas & deprędationes committũt: quæſitum fuit in concilio, à quo puniri debeant: placuit concilio, vt à Prælato illius loci, in quo delinquunt, excommunicẽtur, nec antea de parochia exeant, quam ſatisfaciant, & eorum excommunicatio proprio epiſcopo intimanda eſt, ne illos recipiat, antequã redeant illuc, vbi rapinam cõmiſerunt, & omnia emendent. Nota quòd ibi crimen puniri dẽt, vbi quis deliquit. Item ratione delicti ſortitur quis forum.

¶Glo. ſeq. pro foro delicti inducit quinque iura, ponit opi. quam reprobat, & dat generalem doctrinam, à qua caſum vnum excipit, & ſubdit. op. Hug.

1 De materia huius gloſſæ per doctores ĩ c. poſtulaſti & in c. vlt. ſ̃. de foro compe. & in Aut. quã in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. vide couarruuiã in practicis qõnibus. c. 11.

a ¶*Excomunicẽtur.* 1] quia rõne delicti facti ſũt de foro illius, & ibi poſſunt conueniri. 3. q. 6. c. 1. & 6. q. 3. placuit. 2. & ſ̃. de foro compet. poſtulaſti. & cap. vlti. vbi de hoc. & C. vbi de cri. agi. opor. Auth. qua in prouincia. Dicebant quidam, ꝙ vbi quis crimen committit, ibi debet cõueniri, ſed cã terminabitur per ſuũ iudicẽ. arg. ff. de cuſto. & ex hi. re. de militibus. ſed hoc non eſt verũ, imo iudex illius loci vbi deliquit, poteſt clericum condemnare, ſnĩa tamẽ executioni mãdabitur per ep̃m propriũ. ſ̃. de foro compe. poſtulaſti. niſi velit iudici illius deferre, vel ipſum remittat ad illum condemnandum, ſicut dicitur de metropolitano, quòd poteſt abſoluere excommunicatum à ſuo epiſcopo, niſi velit ei deferre. j̃. de ſentent. excom. per tuas. Nec dicitur ferre ſententiam in alienum ſubditum, ſed in ſuum ratione criminis, vt dicunt primæ concordantiæ. & hęc ſententia bene probatur per hãc decre. quia etiam debent redire illuc, vbi delinquunt. Et eſt arg. ad hoc in Auth. vt nulli iudic. §. ſi vero quis comprehenſorum. coll. 9. qui de hoc optimè dicit, & concor. cum hac decr. Tamen ſi crimen facile fuerit, poteſt de illo cognoſcere ſuus iudex: Si vero graue fuerit crimen, remittitẽ vbi 2 deliquit. ff. de re mili. deſertorem. in princip. ab hac tamen generalitate excipitur quilibet ſuperior: qui vbicunque crimen committit, non poteſt iudicari niſi à Papa ſi agatur ad depoſitionem. Quid ſi crimen tale eſt quod non inducat depoſitionem? Dicit Hug. quòd poſſit iudicari à ſuo maiori, & non ab inferiori ſi crimen committat in ſua parochia. Sed ſi archiepiſcopus cõmittat tale crimen in parochia alterius archiepiſcopi, vel epiſcopi ſuffraganei alterius archiepiſcopi: dixit Hug. quòd poſſit tunc iudicari ab illo archiepiſcopo, vel epiſcopo. arg. ad hoc. 96. diſt. duo. vbi Ambroſius ratione criminis cõmiſſi in ſua parochia excõmunicauit Imperatorem: quod aliàs non auderet.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Late. ſub Alexãdro 3. par. 34. c. 1. Vid̃ Bernardinũ Diaz ĩ pra. crim. cano. c. 8. & 99.

2 Vbi & q̃do locũ habeat remiſſio in delictis præter couarruuiã paulo ante citatũ vide Guidonem Papæ deciſione 202. incip. in remiſſiõe. et Iulium Clarũ in pract. crim. q. 18. vbi latiſſime.

Super eo.] Quatuor ſunt partes: Secũda: ibi, *Si vero.* Tertia: ibi, *Qui autem.* Quarta: ibi, *Quòd ſi.* Prima tractat de ſatiſfactione in vita vel in morte: Secũda de ſatiſfactione in morte: Tertia de volente ſatiſfacere in morte, ſed non valente. Quarta de pęna imponenda tranſgreſſoribus. Abbas Siculus.

Casus. Statuit Eugenius Papa in hãc decretali, vt quicunq; rapinam fecerit violenter ſiue in eccleſiarum violatione manifeſte fuerit deprehenſus, pœnitẽtia ſibi denegetur, niſi prius ablata reſtituat, ſi poterit, vel ſaltem emendandi ſecuritatem præſtiterit: Si vero in contumacia ſua vſque ad obitum durauerit, & in extremis poſitus pœnitentiam poſtulauerit, ſi ſatiſfecerit, vel emendandi ſecuritatem præſtiterit, ei pœnitentia & ſepultura eccleſiaſtica concedantur: Tertio dicit, quòd qui in ſanitate obſtinata mente non pœnituerit, vel emendauerit, & in morte ſecuritatem emendandi pręſtare nequiuerit, pœnitentia parum ſibi prodeſſe videtur: Sed ſi de peccato contritus fuerit, viaticum non negetur, ita tamen quòd nullus clericorum ſepulturę ſuæ interſit, nec eius eleemoſynam quiſquam accipiat: Quartò refert ſe ad primum caſum, vt ſi aliquis clericorum contra hæc in vita vel in morte pœnitentias dare, aut ſepulturę intereſſe, vel eorum eleemoſynas accipere præſumpſerit, vel particeps huius rapinæ fuerit periculum ſui ordinis patiatur & careat eccleſiaſtico beneficio. Nota caſum in quo pœnitentia denegatur. Item non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, ſi reſtitui poſſit. Item ad terrorem clerici non debent intereſſe ſepulturæ violenti raptoris, vel violatoris eccleſiarum, nec illorum eleemoſynas accipere debent. Item clerici non debent intereſſe ſepulturæ illius, qui in mortali decedit, nec eleemoſynas illi⁹ accipere.

¶Glo. ſequens primo obijcit textui: ſecundo ipſum coadiuuat: tertio dat duas ſolutiones, & ſecundam approbat.

b ¶*Si poterit.*] Bene dixit, ſi poterit, quia inanis eſt actio, & c. ff. de dolo. nam is. & ſ̃. de reſti. ſpolia. olim. 2. & ſ̃. de ſolu. Odoardus. ſ̃. de homicid. ſicut dignum. & j̃. de vſu. cum tu. & 14. q. 6. ſi res. & impoſſibiliũ nulla eſt obligatio. ff. de reg. iur. impoſſibiliũ. & 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

c ¶*Denegetur.*] ar. contra: quia ſi aliquis pœnitentiam petat de aliquibus criminibus, & non de quibuſdam, pœnitentia tñ non eſt ei deneganda 3. j̃. de pœnit. & remiſ. quod quidam. & 26. q. 6. cognouimus, & de pœni. diſt. 3. §. vlt. arg. contra. 24. q. 2. legatur. & de pœni. diſt. 3. ſunt plures. Quidam dicunt, qđ hoc ſtatutum fuit ad terrorem, vt denegetur pœnitentia de omnibus, niſi de illo ſatiſfaciat, quia talis pœnitentia non eſt fructuoſa. Alij dicunt, quòd melius videtur, ꝙ ſuper illo crimine tantum denegabitur pœnitentia, ſed ſuper alijs imponetur: & licet non ſit fructuoſa quo ad vitam æternam, valebit ad mitius ſupplicium ſubeundum. de pœni. diſt. 3. §. vlt. c. vlt.

3 Ne hic erres vide B. Thõ. 3. pa. q. 86. art. 3. Sotũ. 4. ſẽ. diſt. 15. q. 1. art. 3.

d ¶*Emendationem.*] 14. q. 6. ſi res. 17. q. 4. ſi qs clericus. & 23. quæſtione. vlti. ſi quis membrorum. & cap. peſſimam. & de pœni. diſt. 5. falſas.

e ¶*Parum prodeſſe.*] Hoc quantum ad pœnam temporalem, quę pro peccato debetur. Duplex enim pœna 4 pro quolibet peccato debent, æterna, & temporalis: & hæc æterna ſola cordis contritione remittitur. de pœ. diſt. 1. in prin. & 26. q. 6. cognouimus. & tẽporalis, quæ exteriori ſatiſfactione remittitur, quæ ſatiſfactio ſi in hac vita non fuerit completa, in purgatorio completur. ar. 23. q. 5. quid ergo. & ita ſolemnitas pœnitẽtiæ parum prodeſt quo ad pœnam purgatorij, valebit tamen quo ad vitam æternam, ſi de peccato contritus fuerit.

4 De materia huius gloſſæ conſule theologos li. 4. ſen. diſt. 1. et ibi p̃alijs Sotum q. 1. art. 4.

f ¶*Viaticum.*] quod omnibus pœnitentibus eſt dandum. j̃. de pœni. & remiſ. quod in te. & 26. quæſt. 6. ſi quis de corpore. 50. diſt. pœnitentes.

¶Gl. ſeq. reci. poteſt per modum obiec. & remiſſionis.

g ¶*Pœnitentias dare.*] Hoc reféras ad primam partem capituli de illis, qui nec in vita nec in morte ſatiſfacere volunt, & poſſunt: iſtis deneganda eſt pœnitentia in fine, & alia eccleſiaſtica ſacramenta, cum in mortali decedant: eo ſaluo, quod dixi primo, cum petunt in vita pœnitentiam de alijs criminibus: & oblationes talium non ſunt accipiendæ, infrà de vſu. quia in omnibus. & 17. quęſtio. 4. miror. 90. diſtin. cap. 2. & 33. q. 2. latorem. Ber.

h ¶*Sepulturæ.*] Hoc referas ad vltimam partem capituli de illis, qui in mortem pœnitent, ſed ſatiſfacere non poſſunt:

iſtis

iſtis ergo denegatur ſepultura, id eſt clerici non debent intereſſe, ſed cœmeterium eis non denegatur: ad terrorem potius aliorum, vt alij cũ poſſint ſatisfaciant timore huiuſmodi pœnæ, ſed eis non nocet 1 ſic s. de tornea. c. 1. vbi de hoc. & arg. ꝙ cui cõceditur quod eſt maius nõ cõceditur quod eſt minus vt ibi dictum eſt. Ber.

1 Vide citatos in c. 1. 3. ď torneamentis.

† Ex concilio Laterã. ſub Alexãdro 3. c. 24 §. excõicationis quoque. & c. 2. e. ti. i 1. cõ. concordat proceſſus Bullæ i Cæna Domini ſingulis annis legitur.

¶ Ex concilio Lateranen. †

¶ Excõmunicari debent, qui capiunt vel ſpoliant fideles ex iuſta cauſa nauigantes. hoc dicit primò. Excommunicati ſunt ſpoliantes naufragium patientes, niſi ablata reſtituant. hoc ſecundo.

CAP. III.

Excõmunicationi ſubdantur, q. Romanos, aut alios Chriſtianos pro negotiatione vel alijs honeſtis [a] cauſis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. ¶ Illi etiã, qui Chriſtianos naufragiũ patientes, (quibus ſecũdũ regulã fidei [b], auxilio eſſe tenentur) damnata † cupiditate ſpoliant rebus ſuis: niſi ablata reddiderint, excõicationi ſe nouerint [c] ſubiacere [d].

¶ Alexander iij. Panormitano Archiepiſcopo.

¶ Ex principis delegatione poſſunt Prælati de raptu, & alijs criminibus iudicare, pœnam tamen ſanguinis infligere non poſſunt.

CAP. IIII.

In † archiepiſcopatu tuo q̃doque Sarraceni, mulieres Chriſtianas, & pueros rapiunt & eis abuti [e] præſumunt: & quoſdam ẽt interdũ occidere non verentur; cum autem exceſſus huiuſmodi rex Siciliæ tibi, & alijs epiſcopis commiſerit [f] puniendos; Cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, ꝙ tales in iuriſdictione tua exiſtentes, pecuniaria poteris [g] pœna mulctare, & etiã flagellis [h] afficere, ea moderatione adhibita ꝙ flagella in vindictam ſanguinis tranſire minime videãtur. Si vero ita fuerit grauis exceſſus, quòd mortẽ, vel detrũcationẽ membrorum habeant ſuſtinere, vindictam reſerues [i] regiæ poteſtati.

E Excõicationi.] Duæ ſunt partes, prout duo ſunt dicta: ſecunda: ibi, *Illi etiam*. Abb.

Casus. Statuit Lateranen. concilium, ꝙ illi qui ſpoliare præſumũt Romanos, vel alios nauigio vectos ꝓ negotiatione, vel aliis iuſtis cauſis excõmunicetur: Secũdò dicit, ꝙ illi, qui ſpoliant Chriſtianos naufragiũ patiẽtes (qui bus potius auxiliũ præſtare deberent) niſi ablata reſtituerint, excõicatiõi ipſo facto ſe nouerint ſubiacere. Nota ꝙ qui ſpoliant patientes naufragiũ, ſunt excõicati, cũ non ſit afflictis addenda afflictio.

† damnanda in concilio.

a ¶ *Honeſtis.*] vt 24. q. 3. ſi quis Romipetas. s. de treu. & pa. c. 2. Ber.

b ¶ *Regulam fidei.*] illa ſ. diliges proximum tuum ſicut teipſum. de pœn. diſt. 2. charitas. & 1. diſ. humanum genus & 50. diſt. ponderet.

c ¶ *Nouerint.*] & ſic qui contra hoc faciunt ſunt ipſo iure excõmunicati, & tenẽtur infra annum in quadruplũ. C. de furt. in eum. ff. de incẽ. rui. nau. l. 1. & furtum iſti committũt. ff. de acquir. rerũ do. qua ratione. §. vlt. Nec fiſcus etiam ſibi aliquid vendicet in calamitatẽ alterius. C. de naufra. l. 1. lib. 11. communiter tamen damnum nauis reſarciet. ff. de incẽ. rui. nau. l. ratis. Lau.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõ. & poſt conciliũ Late. par. 50. ca. 46. De intellectu Eymericus in Directorio inqſitor. pa. 2. q. 46. n. 12. & couarruuias li. 3. varia. reſolu. cap. 20.

d ¶ *Subiacere.*] poſt admonitionem, vel poſtquam fuerint in mora, cum poſſunt reſtituere, & non reſtituunt.

In archiepiſcopatu.] Communis diuiſio: Secunda: ibi, *Conſultationi.* quæ diſtinguit: & ſecũdum membrum proſequitur: ibi, *Si vero.* Abbas Siculus.

Casus. Rex Siciliæ cõmiſerat archiẽpo Panormitano, & alijs ẽpis exceſſus Sarracenorũ puniendos: contingebat enim aliquando, quòd Sarraceni mulieres Chriſtianas & pueros rapiebant, & eis abutebantur: & quoſdam occidere nõ verebantur: quæſiuit archiepiſcopus, qualiter huiuſmodi exceſſus puniret. Reſpondet Papa, quòd tales exiſtentes in iuriſdictione illius, pecuniaria pœna poterit punire, & etiam flagellis afficere, ita tamen quòd flagella in vindictam ſanguinis non tranſeãt. Si vero ita fuerit grauis, & enormis exceſſus, ꝙ mortẽ, vel truncationem membrorum debeant ſuſtinere, vindictam illam regi reſeruet. No. ꝙ princeps Prelatis eccleſiarũ cauſas criminales delegare poteſt, vbi pœna ſanguinis non ſequitur. Et ſic not. quod clerici pœnam ſanguinis inferre non debeant.

e ¶ *Abuti*] Propter illud vitiũ 2 ira Dei venit in filios diffidentiæ. j. de exceſ. pla. clerici. ſic 56. diſt. ſi gẽs. Anglorũ qa nõ ſic hoĩes fecit Deus, vt ſe illo vterent modo 32. q. 7. flagitia.

f ¶ *Cõmiſerit puniendos.*] Delegare põt princeps p̃latis eccleſiarum cauſas criminales vbi cauſa ſanguinis non ſequitur: vt hic. 23. q. 8. ſæpe. Iudices vero in cauſis, vbi etiam pœna ſanguinis infertur, clerici 3 inſtitui non debent. s. ne cle. vel mona. ſed nec. & cap. clericis. & cap. ſententiam.

2 Vide B. thomã: 2. 2 q. 54. ar. 11. & 12. & ibi dem plene per Caietanum.

3 Vide Bernardinum Diaz ĩ pra. crim. can. cap. 56.

g ¶ *Pecuniaria poteris.*] Cõmutando pœnã ſtatutam, quæ eſt pœna capitis. ff. ad legẽ Cor. de ſica. l. 3. §. penult. & C. de adul. cũ vir. C. de rap. virg. l. 1. & in Auth. vt nõ lux. contra na. coll. 6. Quod iudex vnã pœnã in aliam mutare poſſit, eſt ad hoc argu. ff. de his q no. infa. q̃d ergo. §. pœna. & C. e. ti. etſi ſeuerior.

h ¶ *Flagellis.*] 14. q. 6. c. 1. 12. q. 2. fraternitas. & 5. q. 5. illi qui. ita ꝙ flagella ad ſanguinem nõ procedãt. 23. q. vlt. his à quibus. & c. ſeq.

i ¶ *Reſerues.*] cum ſis delegatus. Si vero habes iuriſdictionẽ tẽporalẽ, demãdes eã alicui, cui hoc cõpetat: quod licet ſecundũ canones 23. q. 4. illud. ſed nõ ſecundũ leges, niſi qñ ꝓficiſcitur. ff. de off. proconſul. ſolent. & ff. de off. eius cui man. eſt iuris. l. 1. Omnia vero hodie cõmitti poſſunt p̃ter vltimum ſuppliciũ, aut mẽbri abſciſſionẽ. in Aut. ď coll. §. ad hoc adhibemus. col. 9. Lau.

¶ Idem Claremonten. † Epiſcopo.

† Claromõten. ſed vt plurimũ legitur, Claromon.

¶ Incendiarius eccleſiæ in morte pœnitens & abſolutus, in cœmeterio ſepelietur: & hæredes compelluntur ad ſatisfaciendum iuxtà facultates defuncti. hoc dicit.

CAP. V.

In † literis tuis cõtinebatur, quòd cum H. multis fuiſſet criminibus irretitus, qui eccleſiarum incẽdium diabolo [k] inſtigante commiſerat tandem in ægritudine cõſtitutus, accepta pœnitentia de commiſſis, per manum capellani ſui fuit à ſententia anathematis [l] abſolutus, ſed moriens eccleſiaſticam ſepulturam habere nequiuit. ¶ Quapropter, ſi ita res ſe habet: Mandamus, vt corpus eiuſdem appellatione ceſſante facias in cœmeterio ſepeliri [m]: & hæredes [n] eius moneas & compellas, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iuſtitiam irrogauerat, iuxtà facultates [o] ſuas condignè ſatisfaciant.

In literis.] Cõis diuiſio: Secunda pars: ibi *Quapropter.* Abbas.

† Cap. 6. e. tit. in 1. cõ. & poſt. cõciliũ Late. pa. 34. c. 2. Vide Bernardinum Diaz ĩ pra. crim. can. c. 96. adde Iuliũ clarũ in pra. cri. ſiue §. finali q. 68. & q. 77.

Casus. Quidã H. nomine multis criminib. fuerat irretitus, qui eccleſiarũ incẽdiũ diabolo inſtigãte cõmiſerat: vñ fuerat excõicatus tãdem in ægritudine cõſtitutus, accepta pœnitẽtia de cõmiſſis, per capellanũ ſuũ fuit ab excõicatione abſolutus, ſed eo mortuo ſepultura eccleſiaſticã habere non potuit: quæritur quid iuris ſit? Mandat Papa quaten⁹ ſi eſt ita, corpus illius in cœmeterio ſepeliantur, & hæredes eius monẽdi ſũt & compellendi, vt illis quibus ille damnũ dedit contra iuſtitiam per incendium, vel alio modo, ſecundum facultates defuncti ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeat liberari. Nota, quòd ſimplex ſacerdos in neceſſitate poteſt abſoluere à maiori excommunicatione, de qua alias abſoluere non poſſet. Item heredes tenentur ex delicto defuncti, etiam ſi ex illo delicto ad eos nihil peruenerit. Item nota hic argu. ex delicto defuncti hæredes non teneri vltra facultates, vel vires hæreditatis defuncti.

k ¶ *Diabolo inſtigante.*] 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

l ¶ *Anathematis.*] Quod bene potuit in extrema neceſſitate 4. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & 26. quæſtio. 6. presbyter inconſulto. de conſe. diſtinct. 4. ſanctum eſt. aliàs abſolui non potuiſſet, niſi à ſolo Papa. Incendiarij enim poſtquam ſunt ab eccleſia publicati, ab alio abſolui non poſſunt. infrà de ſenten. excomm. tua nos. incendiarij & effractores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, vt hic colligitur: vt infrà de ſenten. excommun. conqueſti prout ibi notari conſueuit. Bar.

4 Recte loquit gloſſa qa i articulo mortis nulla eſt caſuũ reſeruatio. cõciliũ Trid. ſeſſio 14. c. 7. de caſuum reſeruatiõe.

m ¶ *Sepeliri.*] arg. contra. s. eod. ſuper eo. ſed ibi denegatur ſepultura ad terrorem aliorum, nec poterat ſatisfacere, hic poterat 5. ſatisfacere. Bernar.

5 Et volebat. vel ibi de manifeſto, hic de occulto: vel ibi de obſtinato hic de non obſtinato. Ioã. An.

n ¶ *Hæredes.*] Hic habes quòd hæredes tenentur pro delicto defuncti. Super hoc dicas vt dixi ſuprà de ſepul. cap. vlti. quæ ponit ſimilem caſum, & idem quaſi dicitur in vtraque.

o ¶ *Iuxta facultates ſuas.*] defuncti, ſcilicet vltra vires hæreditatis non tenentur. ſi fecerint inuentarium: C. de iure delib. ſancimus. §. ſin autem. & §. ſequen.

a ¶ *Liberari.*

a ¶*Liberari.*] ar. contra. 25. diſt. qualis. Sol. à venialibus, & à temporali ſatisfactione liberatur quis in alio ſeculo, ſed à pœna æterna nunquam, vt ibi.

C*Vm cauſa.*] Diuiditur: Nã in prima parte ponitur deciſa conſultatio: In ſecunda reſponſio ibi, *Reſpondemus.* quę reſponſio tria facit: Nã primò reſpondet de rapto cũ redditione cauſę. Secundo: ibi, *Præterea.* de ingreſſu, & cauſam reddit: Tertiò de vtroque concludit: ibi, *Non ergo.* Abbas. Siculus.

¶*Gloſſa ſequens ponit caſum.*

b ¶*Cum cauſa.*] C a s v s. 1 Quidã miles volebat contrahere cũ quadam: parẽtes eam ſibi dare nolebant: tandem de conſenſu puellæ eam rapuit, & cum ea contraxit, & carnaliter eam cognouit: deinde illa monaſterium intrauit: vnde miles eã tamquam vxorem ſuã petebat: quia ſine licentia ſua monaſteriũ poſt carnalem copulam intrare non potuit: dicebat mulier, quòd non tenebatur ei tamquam viro adhærere, quia eã rapuit: & raptor cum rapta nõ poteſt contrahere: Ad hoc reſpondet Papa, quòd nõ fuit raptus 2, cum ipſa cõſenſerit. Et poſt matrimonium conſumatum religionẽ intrare nõ potuit inuito viro, licet rapta fuerit: quia ſi hoc conſtiterit, debet ei reſtitui: quia ſine ipſius cõſenſu monaſterium intrare non potuit. B. Nota, quòd vbi mulier conſentit, raptus non dicitur. Item poſt matrimonium carnali copula cõſummatũ, vir non habet poteſtatem ſui corporis, ſed mulier & econuerſo. Item cõfeſſioni alterius coniugum ſtatur in præiudicium ſpiritualis matrimonij. Item ar. quòd ſolus conſenſus ſufficit ad hoc q alter coniugum poſſit religionem intrare.

† Aliàs valeant, ſcilicet heredes, vt obſeruat hic. Ioan. And.

† Aliàs ita: M. Burgen. Epiſcopo.

1 Hic caſus put eſt reſtitutus in uetuſtis, exẽplaribꝰ reperitur.

† Cap. 4. e. tit. in 1. cõ. & poſt cõciliũ Late. ſub Alexãdro iii. par. 50. c. 24. Vide citatos in cap. ſequenti.

† cõmitti.

† reclamauerint.

1. Cor. 7.

2 Aliàs raptor.

† In pleriſque recentioribꝰ ita: poſt matrimoniũ ſine a ſeſẽu, &c. ſed in vetuſtioribꝰ codicibus legitur vt eſt impreſſum

ciant, vt ſic à peccato valeat † liberari a.

¶Lucius iij. Burgen. † Epiſcopo.

¶*Raptus non dicitur, vbi volẽs pro matrimonio adducitur: raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere poteſt: & poſt conſummationem matrimonij, alter ſine conſenſu alterius religionem ingredi non poteſt. hoc dicit, cum capitulo ſequenti.*

CAP. VI.

C*Vm* † cauſa b, quę inter E. militem, & vxorẽ eius vertitur: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd cum ibi raptus dicatur admitti c †, vbi nil ante de nuptijs agitur: iſte raptor dici non debet, cum habuerit mulieris aſſenſum, & prius eã deſponſauerit, quàm cognouerit: licet parentes reclamarent d †, à quibus eam dicitur rapuiſſe. Prętereà cum poſt matrimonium carnis cõmixtione perfectum (teſte Apoſtolo) vxor ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed maritus e, & econuerſo: ſi præceſſiſſe matrimonium, vel ex probationibus viri, vel ex mulieris confeſſione f claruerit, poſtmodum † ſine aſſenſu viri non potuit ipſa monaſterium ingredi, aut aliter continentiã profiteri. Non ergo pro eo, quòd poſt matrimonium conſummatum rapta per vim in monaſterio fuerit, viri poterit conſortium declinare, maximè ſi probari nequeat, virũ,

c ¶*Dicatur admitti.*] ſecundum leges etiam in ſponſa propria raptus committitur. C. de rapt. virgi. l. vnica. ad medium. ſed canon præiudicat: vt hic, & 27. q. 2. §. 1. & cap. lex illa. qua litercunque aliqua ſit rapta, bene poteſt contrahere cum raptore, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum infrà cap. proxim. & 36. quæſt. 2. tria. ſed raptus non eſt, vbi puella conſentit, vt hic patet.

d ¶*Reclamarent.*] Talis reclamatio non impedit matrimonium, quia ſolo conſenſu contrahitur. 27. q. 2. ſufficiat.

e ¶*Sed maritus*] ſ. de conuer. coniug. quidam intrauit. T.

¶*Glo. ſeq. reci. obijciendo de decr. ſuper eo.*

f ¶*Mulieris confeſſione*] Ergo creditur mulieris confeſſioni in præiudicium matrimonij ſpiritualis: quod non fit in carnali. ſ. de eo qui cogn. conſang. vxo. ſuæ, ſuper eo. Sed aliud eſt in matrimonio carnali, & aliud in ſpirituali: In matrimonio carnali non ſtatur confeſſioni viri, & vxoris, ſi contra matrimonium confiteantur: quia ſæpe adinuicem colluderent vt ſeparentur, vt dicit prædicta decr. ſuper eo. Sed in ſpirituali matrimonio, ſi aliqua de qua conſtat quòd fuerit primo vxor ante ingreſſum monaſterij, poſtea cõfiteatur in iudicio, quòd ante ingreſſum cognita fuerit à viro, debet ſibi reſtitui, quia eo inuito monaſterium intrare non potuit vt hic dicit: imo ſi aliter confiteretur, ſaluari non poſſet, niſi ad virum rediret: Non eſt enim credendum quòd illa ſit immemor ſuę ſalutis. 1. q. 7. ſancimus. Arg. ad hoc. ſ. de homici. ſignificaſti 2. vnde reddenda eſt viro ſuo, vbicunque confitentur vir & vxor, ad diſſolutionem matrimonij carnalis non creditur illis, niſi ſaltem adſit fama publica. 35. quæſtione. 6. ſi duo. ſed vbi confitentur ad diſſolutionem mutuæ ſeruitutis propter adulterium, bene creditur eis. ſuprà titu. proxim. cap. penult. & ſupra de diuor. ex literis. Vin.

vt mulier profiteretur continẽtiam, aſſenſiſſe g †.

¶Innocentius iij. Epiſcopo Saronen. †

¶*Rapta poteſt matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.*

CAP. VII.

A*Ccedens* † ad Apoſtolicam ſedem: & infrà. ¶Rapta puella legitimè contrahet cum raptore h, ſi prior diſſenſio tranſeat poſtmodum in conſenſum i: & quod ante diſplicuit, tandem incipiat cõplacere: dummodo ad contrahendũ legitimæ ſint perſonæ.

TITVLVS XVIII.

De furtis.

¶In Exodo. †

CAP. I.

Q*Vi* furatur hominem k, & vendiderit: cõuictus morte moriatur.

¶Ex concilio Triburien. †

¶*Furibus & latronibus in peccato obeuntibus, ſacramenta eccleſiaſtica deneganda ſunt: ſecus ſi in morte eos pœnituit.*

CAP. II.

F*Vres*, & latrones, ſi in furando, vel deprædando occiduntur, viſum eſt pro eis non eſſe orandũ l. Sed ſi cõprehẽſi, aut vulnerati, presby-

g ¶*Aſſenſiſſe.*] Argu. quòd ſolus conſenſus ſufficit ad hoc vt alter coniugum poſſit monaſterium ingredi. 27. quæſtio. 2. Agathoſa. vbi de hoc. & cap. ſi qs & 33. quæſt. 5. qui vxorẽ. De hoc dictum eſt ſatis. ſ. de conuer. coniug. in cap. vxoratus. & c. ſequenti.

A*Ccedẽs.*] C a s v s. Quærebatur, vtrũ raptor poſſit contrahere cum rapta? & reſpõdet Papa quòd ſic, ſi prior diſſenſus tranſeat poſtmodum in conſenſum, & quod prius diſplicuit, poſtea incipiat complacere: dummodo aliàs ſint legitimæ perſonæ ad contrahendum. No. quòd raptor poteſt contrahere cum rapta, dummodo conſentiat.

h ¶*Cum raptore.*] Secundum antiquos canones, & ſecundum leges non poterat raptor contrahere cum rapta. 36. q. 2. de puellis. & c. ſi autẽ 3. & c. placuit. & C. d rap. virg. l. vnica §. fin autẽ. hodie ſecus: vt hic, & 36. q. 2. denique. & c. tria. Ber.

i ¶*Conſenſum.*] ſuprà de ſpon. ad id quod. & ſuprà de deſpon. impube. de illis. arg. C. quod met. cau. l. 2. ff. de condi. ob turp. cau. ſi ob turpem.

† cõſenſiſſe.

† Latoniẽ. † Glaconiẽ † forte Gra conien. ſed vt plurimũ legitur, Latonien.

† Cap. vnico eo. ti. in 3. compil. Vide cõciliũ Chalcedonẽſe cã. 27. Vormatiẽſe. c. 77. & qͥ nouiſſime diffiniuit cõciliũ Trid. ſeſſio 24. de refor. matrimonii. c. 6. add. B. Thomã. 2. 2. q. 154. art. 7.

† Exod. c. 21. & c. 1. eo. tit. in 1. compi. Videto hic ꝑ aliis Ioannẽ Ananiã.

† Addi põt c. 31. ſed ñ eiſdẽ verbis. referũt Burchardꝰ li. 11. decr. c. 59. Iuo pa. 13. c. 45 Gratianus ſiue palea 13. q. 2. c. fures. & c. 4. eo. tit. in 1. compila.

3 Et infra de here. cũ ſecũdũ. li. 6. Io. And.

D E F V R T I S.

¶*Continuata eſt iſta rubrica ſupra in proxi. titu. dic vt ibi. Abbas Siculus.*

Q*Vi furatur.*] Caſus planus eſt. Nota hic pœnã eius qui hominem furatur, & eum vendiderit. Ber.

k ¶*Qui furatur hominem.*] ſcilicet liberum: quia ſi furatur ſeruum, hac pœna non tenetur. ff. ad leg. Flaui. de plag. l. vltim. ſed ſecundum canones hæc pœna non imponitur. ſuprà tit. proxi. in archiepiſcopatu. 33. q. 2. inter hęc. Tan.

F*Vres.*] C a s v s. Dicitur, quòd ſi fures & latrones in furando fuerint interfecti, non eſt orandũ pro illis: Sed ſi cõprehenſi aut vulnerati confeſſi fuerint, communio eis negari non debet. Nota in furto occiſos ab eccleſia non recipiendos nec pro eis orandum eſſe. Et nota, quòd non eſt orandum pro decedentibus in mortali peccato.

l ¶*Non eſſe orandum.*] quia in mortali eos deceſſiſſe conſtat 23. q. 5. placuit.

a ¶*Diacono.*

1 De materia huius gloſſæ, vide Nauarrũ pœnit. diſt.6.c. 1. nu. 72. & ſeq. Sotũ. 4. diſt. 18. q.4. art. 4.

a ¶*Diacono.*] In neceſſitate etiam laico 1 .de conſe. diſt.4. ſanctum eſt.de pœni.diſt.1.quem pœnitet. verſus fi. & diſt.6. cap.1.circa prin.

c ¶*Communionem.*] id eſt, Euchariſtiam ſimile.50.diſt.pœnitentes.& ſepultura etiã,ex quo confeſſi ſunt.13.q.vlt.c.vlt.

tero,vel diacono[a] confeſſi fuerint, communionem[b] eis non negamus.

¶Ex pœnitentiali Theodori.

¶*Committens furtum ex neceſſitate non multum vrgente, peccat, ſed non grauiter: vnde imponenda eſt ei leuis pœnitentia. hoc dicit ſecundum communem intellectum.*

CAP. III.

SI † quis propter neceſſitatẽ famis,aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, veſtem, vel pecus, pœniteat[c] hebdomadas tres:& ſi reddiderit, non cogatur ieiunare.

¶Hieronymus ſuper Parabolas †.

¶*Non indicans furem propter lucrum, quod ab eo conſequitur, reus peccati eſt.*

CAP. IIII.

QVi cũ fure partitur[d], occidit animam ſuam.] Non[e] fur ſolum †,ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius,quęrente poſſeſſore[f], non indicat[g].

¶Alexander iij.Cremoneſi.Epiſcopo.

¶*Fur occultus poteſt poſt reſtitutionem & pœnitentiam, ad ſacros ordines promoueri.*

SI quis.] Breue eſt, nec recipit congruã ſummationẽ, maxime propter varietatem intellectuum.Abbas.

Casvs. Patet. Nota quòd neceſſitas omnino non excuſat à furto, & intelligunt quidam de modica neceſſitate. ſecus de magna. ¶*Glo.ſeq.no.quòd modica, &c. quærit demũ obijciẽdo de duobus ſol.*

† Cap.5.e. tit.in 1. cõpilatione.

c ¶*Pœniteat.*] ex eo enim ꝙ pœnitentia imponitur, colligit quòd modica fuerit neceſſitas: ſi enim magna fuiſſet, non imponeretur pœnitentia.arg. contra.de cõſe.diſt. 5. diſcipulos. quia in neceſſitate omnia ſunt cõmunia. arg. 42. diſt.c. 1. & 12.q.1. c.2.23.q.7. quod autẽ. & 47. diſt. ſicut hi. debuit enim credere dominum permiſſurum. inſt.de obli.quæ ex delicto naſcuntur. §. placuit. modica pœnitentia imponitur,quia modicũ peccauit.Sed quare non excuſatur mulier à fornicatione propter neceſſitatẽ famis. ff.de ritu.nup.palam.§. non eſt.ſicut à furto? Rñdeo pp neceſſitatem res facta eſt cõis,quã furatur,ſed in fornicatione non eſt ita:imo potius debet quælibet mala pati, quàm malo conſentire:vt 32.q.5.ita ne.Item quare excuſor ab homicidio,ſi ex neceſſitate me defendendo aliquem occido, & non à fornicatione? Reſpondeo,non interficio, imo potius ipſe ſe interficit,qui me aggreditur.argu.ff.ſi quadru.pau. fe. di. l.1.§. cum arietes.& arg.ſ.de homici.c.lator.

† Prouerbiorum c. 29. & c.6. eo.tit.in 1. compilatione.

† Aliàs,tãtũmodo.

QVi cum fure.] Breue eſt,& vario modo intelligitur,& poteſt ſummari ſecundum vnum intellectum, vt in rub. & poteſt aliter ſummari : vt infrà patet ex varietate intellectuum.Abbas.

Casvs. Qui furtum cum fure partitur,occidit animã ſuã. Item non ſolum fur tenetur furti, ſed ille etiam, qui cõſcius furti non indicat domino ipſum quærenti. Not. quòd conſentientes,& agentes pari pœna puniri debent.Item quilibet tenetur furem indicare. aliàs furti tenetur.

d ¶*Partitur.*]per conſenſum etiam accipiendo vel occultãdo,tales enim tenentur de furto. Inſtit.de obli. quæ ex delic. naſ.§.ſi vero ope.

e ¶*Non fur.*] Hæc ſunt verba Hieronymi exponentis præcedentia verba Salomonis.

f ¶*Poſſeſſore.*] id eſt,domino,vel quocunque,cuius intereſt ff.de verb.ſign.interdum.

¶*Glo.ſeq.alleg.6.concor.ſignat contrarium,& ſoluit.*

g ¶*Indicat.*] Et ita habes hic,quòd quis tenetur indicare furem.ff.de recepta.l.1.& 2.C.de fur.ciuile eſt.arg.ff. de iure fiſci,ex quibuſdam.§.diuus.C.ad.l.Cor. de fal.maiorem.C. de his qui ad eccle.confu.præſenti.& §.quòd ſi in fundo.arg.cõtra.ff.de præſcr.verb.non ſolent.ff.de condi. ob tur.cau.l.4.§. vlt.vbi non peccat,qui aliquid accipit, vt indicet: ſecus vero ſecundum canones,vt hic patet: quia conſentire videtur: vnde dicit quòd vterque reus eſt.

EX *literis.*]Diuiſio.Secunda:ibi,*Mandamus.* Abbas Sicul.

Casvs.Quidam clericus B.nomine quendam calicem ſurripuit de eccleſia ibi minus caute dimiſſum, & longo tempore ipſum tenuit, ſed poſtmodum reſtituit ipſum : volebat ad ſacros ordines promoueri:quæritur quid iuris ſit? Reſpondet Papa : ſi ſponte confeſſus fuerit, & exinde eccleſiæ,cuius erat calix,ſatisfecit,nec eſt ſuper hoc infamatus,poſt peractã pœnitentiam,aut partem ipſius , dummodo aliàs idoneus ſit, ad ſacros poterit ordines promoueri. Nota mitius agendum cum ſponte confeſſo, quàm cum conuicto. Item non dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatũ, ſi reſtitui poteſt. Item infamatus de furto,nõ debet promoueri. Itẽ licet quis ſatisfaciat de furto, nihilominus eſt illi pœnitentia imponenda.Item nota,partem pœnitentiæ peractam ſufficere , vt cum criminoſo diſpẽſetur.

CAP. V.

EX † literis tuis innotuit, quòd B. calicem quẽdam in eccleſia minus cautè dimiſſum rapiens, longo tempore detinere præſumpſit:& infrà. ¶Mandamus,quatenus ſi ſpõte[h] confeſſus fuerit, & exinde eccleſiæ, cuius calix fuerat, ſatisfecerit[i], nec eſt ſuper hoc nota, vel infamia[k] manifeſta reperſus: poſt peractam[l] pœnitentiam, aut congruam partem pœnitentię[m] (dummodo aliàs idoneum ipſum eſſe cognoſcas) ad ſacros ordines nõ dubites promouere[n].

† Cap.7.e. tit.in 1. cõpilatione.

1 De materia præter doctores hic , vide Iuliũ Clarum lib. 5. ſent. §. ſacrilegiũ , & Antonium Gomeziũ Tomo. 3. varia reſolu. c.5. de furto.ver. ſecundus caſus eſt.nume.11.

h ¶*Sponte.*] Argu. ꝙ mitius agitur cum ſpõte confeſſo,quam cum cõuicto.5.diſt.presbyterum.12.q.1. non dicatis.

i ¶*Satisfecerit.*] aliter pœnitere non poteſt, dummodo poſſit ſatisfacere. 14. q. 6.c. 1.& ſ.de homici.ſicut. §.cos.& ĵ.titu.proxim. cum tu.

k ¶*Infamia.*] facti, q̃ grauat opinionẽ. ff. de obſe.à libe.præſtandis, l.2. & à promotione repellit.81.diſt. tãtis Daniel.& 33.diſt.laici. & ſupra. de accuſ. omnipotens.

l ¶*Poſt peractam.*] quia iam incipit eſſe, quod non fuit.50. diſtinc.ferrum.& c.cum exaudiero.

m ¶*Pœnitentiæ.*] ſ.de tem.ord. ex tenore.

n ¶*Promouere.*] etiam de iure communi:cum peccatum ſit occultum.ſ.de temp.ord.cap.vlt.& præcipue ſecundum illos qui dicunt, quòd peccatum occultum non reddit hominem irregularem:ſecundum alios,qui dicunt contrarium, loquitur c. iſtud de diſpenſatione.

TITVLVS XIX.

De vſuris †.

¶Alexander iij. in concilio Turoñ.

¶*Vſura eſt lucrifacere fructus rei pignoratæ:fallit in caſu hic excepto.*

CAP. I.

PLures † clericorum: & infrà. ¶Generalis concilij[o] decreuit auctoritas, vt nullus cõſtitutus in clero[p], vel

† De materia huius titu li plurima canoniſtis valde neceſſaria tradit B. Thõas 2. 2. q. 78,

† Cap.1.e. tit.in 1. cõpilatione.

Et poſt cõcilium Lateranẽ. par. 16. cap 9. De intellectu Couarruuias lib. 3.variar.reſolut.ca. 1. nu.4 & de pęna clerici vſurarij Bernardinus Dias in prac.crimi. can. c. 82.

DE VSVRIS.

¶*Quia vſuram exercens , rapinam & quodammodo furtum committit.14.q.4.ſiquis vſuram.& ſubiacet reſtitutioni,ſicut furtum committens,ſeu rapinam:vt in c.cum tu.infrà eod. ideo competenti ordine ſubmiſit de vſuris. Abbas.*

De hac materia tractatur.46.diſt. & 14.q.4. & q.5. & q. 6.per totum.46.diſt.c.penul.& vlt.88.diſt.in Palea.eijciens.

PLures.] Si creditor percipit ſortem ex fructibus pignoris,deductis expenſis,tenetur pignus reſtituere debitori, & vnum caſum excipit.hoc dicit. Diuiditur in tres partes: Nam primo , prohibet clericis vſuram generaliter , & inde nominatim certam ſpeciem:Secundo:ibi,*Quod ſi.* pœnam addit : Tertio à prædicta ſpecie vnum caſum excipit:ibi,*Niſi.*Abbas.

Casvs. 2 Quia plures clerici data pecunia poſſeſſiones recipiebant in pignus,dicentes non eſſe vſuram : ſtatuit concilium Turoñ.vt nullus conſtitutus in clero,hoc vel aliud genus vſuræ exercere præſumat:quòd ſi aliquis poſſeſſiones alicuius data pecunia recepit in pignus, ſi ſortem ſuam recepe- rit deductis expenſis,poſſeſſionem libere reſtituat debitori:ſi minus aliquid habet, eo recepto poſſeſſio ad dominum reuertatur : Si vero poſt illud ſtatutum aliquis clericus vſurarum crimen commiſerit, officij ſui periculum patiatur: niſi fuerit beneficium eccleſiæ, quod redimendum ſibi hoc modo videatur. Nota fructus pignoris computandos in ſortem. Item clericus vſurarius de rigore iuris ab officio eccleſiaſtico debet repelli.Item habes hic caſum , in quo fauore eccleſiæ fructus non computantur in ſortem.

2 Si legeris veterẽ cõpilationem, apertiſſime intelliges factũ ſpeciẽ: q̃ ex fragmento omiſſo à Raymũdo reddita eſt paulo obſcurior.

o ¶ *Generalis concilij.*] ſcilicet Turoñ. cuius eſt hoc capitulum.

p ¶*In clero.*] maximè:quia idem eſt de laicis.

vel hoc,vel aliud genus [a] vſurę exercere præſumat. Et ſi quis alicuius poſſeſſionem data pecunia ſub hac ſpecie [vel † conditione] in pignus acceperit ſi ſortem ſuam (deductis expēſis [b]) de fructibus iam perceperit: abſolutè poſſeſſionem reſtituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto, poſſeſſio liberè ad dominum reuertatur. ¶Quòd ſi poſt huiuſmodi [c] conſtitutum in clero quiſquam extiterit, qui deteſtādis vſurarum lucris inſiſtat, eccleſiaſtici officij periculum patiatur. Niſi fortè eccleſiæ beneficium [d] fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laici videatur.

† Hęc duo verba: vel cōditiōe, deſunt in oībus antiquis codicibus Gregorianis.

¶Idem Cantuarieñ Archiepiſcopo, & eius ſuffraganeis.

¶Idem in effectu dicit cum præcedenti ca. ſed addit tacitè idem eſſe in laicis: nam in præcedenti cap. tantū fuit facta mentio de clericis.

CAP. II.

QVoniam † non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiā quibuslibet alijs periculoſum eſt, vſurarum lucris intendere: Auctoritate pręſentium duximus iniungendum, vt eos, qui de poſſeſſionibus, vel arboribus [e], quas tenere in pignore noſcuntur, ſortem (deductis expenſis) receperunt: ad eadē pignora reſtituenda, ſine vſurarum exactione, eccleſiaſtica diſtrictione compellas †.

† Cap.4.e. tit.in 1. cōpilatione. Et poſt cōcilium Lateran. par. 16.c.3. Et Couarruuiam in pręcedenti c.citatū. vide Sotū de iuſti. & iure lib. 6. q.1.arti.2. & Syluestrum verbo, vſura.3.

†.compellatis.

¶Idem † in concilio Lateraň.

† Idem, ſcilicet Alexāder iij. in cōcilio Latera. c. 25. & c. 2. eod. tit. in 1.compilatione. Et pro intellectu vide Archidiaconum in cap. miror. 17. quęſtio. 4.

¶Manifeſti vſurarij ad communionem altaris & eccleſiaſticam ſepulturam, & oblationem offerendam admitti non poſſunt: & clerici contra hoc facientes, puniuntur, vt hic dicitur.

CAP. III.

QVia in omnibus ferè locis ita crimen vſurarum inualuit, vt multi [f] (alijs negotijs prætermiſſis) quaſi licitè vſuras exerceant, & qualiter vtriuſque † teſtamenti pagina condemnētur, nequaquam attendant: Ideoque cōſtituimus, vt vſurarij manifeſti †, nec ad communionem admittātur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant [g] ſepulturā: ſed nec oblationes [h] eorum quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, vel Chriſtianę tradiderit ſepulturæ: & quæ acceperit, reddere [i] compellatur, & donec ad arbitriū epiſcopi ſatisfaciat, ab officij ſui maneat executione ſuſpenſus.

† De hoc articulo plene Couarruuias. lib.3. vari. reſolu.c.1. nu. 5. eum videto, & Marquardum trac. de Iudæis. par.1.cap. 11.

† Vſurarij manifeſti qui dicant tradit Iuli⁹ Clarus lib. 5.ſent. §. vſura. verſic. ſed hic quęro. Syluester verbo, vſura 9.q.1.& Couarruuias lib. 3. variar. reſolut.c.3.

¶Idem Panormitano Archiepiſcopo.

¶Poteſt intelligi dupliciter. Primò in mutuante: Secundò in recipiente vſuras: & ſecundum primum intellectum hoc dicit: Etiam pro opere pio non licet vſuras recipere, quando per receptionem datur cauſa vſuræ committendæ. hoc dicit. Vel ſic & clarius: Non licet inducere quem ad exercendum vſuras, etiam pro pio opere: & iſta lectura colligitur ex deciſa.

CAP IIII.

SVper † eo verò; & infrà. ¶Reſpondemus, quod cum vſurarum crimē vtriuſq; teſta-

† Cap.3.e. tit.in 1. cōpil.& poſt concilium Lateranē. ſub Alexā. 3. par. 16. capit.1. Viđ Romanum conſ. 400.& pręceteris hic Ioannem Ananiam.

a ¶*Aliud genus.*] Multa enim ſunt genera vſurarum. argumen.14.quæſt.3.c.1.2. & 3.

¶*Gloſſa ſequens tractat. de expenſis deducendis, & quærit, & ſoluit.*

b ¶*Deductis expenſis.*] Deducundæ ſunt expenſæ: & quod ſupereſt eſt fructus. ff. ſol. matrim. fructus. ff. de petit. hæred. ſi à domino. §. fructus. in fin. & 12.q.2. vobis. & C. de fruc. & li. expen. l. 1. & ipſo iure per fructus perceptos liberatur pignus. C. de diſtrac. pig. l. 1. & C. de pig. act. l. 1. & 2. fruct⁹. enim ſemper computantur in ſortem. infrà cap. proxim. & c. conqueſtus. & hic expenſæ iſtæ non debent eſſe ſuperfluæ. argu. ff. de rei ven. in fundo. & illæ tā tum ſunt deducendæ, quæ in ipſam rem neceſſario factæ ſunt, & pro fructibus colligendis. C. de pig. in ſumma. Poteſt ergo rē retinere, donec deducat expēſas. Sed quid ſi reſtituit rem nōdum deductis expenſis? Petat per condictionem indebiti. ff. de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur. §. ſi dos. vel per cōtrariam actionem pignoratitiam. ff. de pig. act. ſi neceſſarias.

c ¶*Poſt huiuſmodi.*] maximè: quoniā idem erat ante. 14. quæſt.4. ſi quis oblitus. & infrà eod. cum tu.

d ¶*Beneficium.*] hoc ita poteſt intelligi, puta laicus aliquis iniuſtè detinet poſſeſſionē aliquā, quæ fuerat clerico in beneficium aſſignata: licitum eſt clerico de manu laici taliter eam redimere, vt eccleſia, vel ipſe clericus fructus taliter perceptos retineat: nec eſt vſura, cum tantū ſuum recipiat: quia ſic forte poſſeſſio ad eccleſiam reuerteretur hoc modo: quia forte aliàs non poterat recuperari. Et idem eſt, ſi eſſet feudum eccleſiæ, quia fructus eccleſiæ non computabit in ſortem. infrà eo. conqueſtus. ſed eccleſia interim ſeruitia à vaſallo recipere non debet. s̃. de feu. cap. 1. Idem intelligo de laico, quòd hoc modo ſibi licet redimere poſſeſſionem de manu iniuſti detentoris. alienam tamen poſſeſſionem taliter redimere non poſſet, quia fructus illi non ſunt ſui: vnde ſi illos retineret, vſura eſſet. Idem eſſet de clerico, ſi poſſeſſionem eccleſiæ, quæ non fuit ſibi pro beneficio aſſignata, taliter in pignus reciperet: niſi de licentia eccleſiæ hoc faceret, quaſi percipiendo eos nomine eccleſiæ. Ber.

Q*Voniam.*] C a s v s. Dicitur hic, quòd non ſolum viris eccleſiaſticis, ſed etiā laicis periculoſum eſt vſuris intendere, & ideo mandatur, quòd poſtquam de poſſeſſionibus, vel fructibus arborum, quas in pignore tenēt, receperint ſortem ſuam deductis expenſis, reſtituantur poſſeſſiones ſuis dominis. Nota quòd vſuræ reprobantur in laicis ſicut in clericis. Item fructus pignoris computari debent in ſortem, prius inde deductis expenſis.

e ¶*De poſſeſſionibus, vel arboribus.*] Sic s̃. cap. proxim. & j̃. eod. conqueſtus. & s̃. de emp. & vendi. ad noſtram. & s̃. de pigno. cum contra. C. de pig. act. l. 1. & 2. C. de pact. pig. l. 1. & vltim. & ff. de pig. act. l. ſi conuenerit.

Q*Via in omnibus.*] Iſte textus eſt multū allegabilis, & multa iura faciunt mentionem de iſto concilio Lateran. & tria facit: Primo ponit factum damnabile per conſtitutionis cauſam: Secundo tripliciter punit vſurarios manifeſtos: Tertiò punit dupliciter clericos trāſgreſſores. Secūda: ibi, *Ideoque*. Tertia: ibi, *Qui autem*. Abbas Siculus.

C a s v s. In multis locis tantum inualuit vſurarum conſuetudo, vt multi alijs negotijs p̄termiſſis, vſuras exerceant tanquam licitas: non conſiderātes qualiter crimen iſtud vtriuſque teſtamenti pagina condemnetur: & ideo ſtatuit Lateraň. concilium, vt vſurarij manifeſti ad communionem non admittantur altaris: nec Chriſtianam accipiant ſepulturā, q in hoc peccato deceſſerint: nec oblationes eorū quiſquam accipiat, qui autē acceperit: aut Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: quod acceperit, reſtituat: & ab officio ſuo ſuſpenſus maneat, donec ad arbitriū epiſcopi ſatisfaciat. Not. quòd hæc eſt pœna, q̄ primo imponi debet, de qua ſit mētio in reſcriptis contra vſurarios impetratis.

¶*Gloſſa ſequens oſtendit glo. iſtam etiam iure ciuili, &c.*

f ¶*Multi.*] propterea quia multi ſunt, nō excuſantur. 2. quæſtio 1. multi. in fin. & etiam ſi omnes homines eſſent vſurarij. ſimile 32. quæſtio. 7. flagitia. cum in veteri teſtamē to & nouo prohibitæ ſunt vſuræ. infrà capit. prox. imo ēt iure ciuili vſuræ prohibitæ ſunt: vnde nullo iure peti pn̄t: in Auth. de eccl. tit. in prin. coll. 9. licet non obſeruetur: quia ibi dicit Iuſtinianus, ſe quatuor ſynodos generales obſeruare: ſed Nicæna ſynodus eſt vna, de quatuor principalib⁹, q̄ ita obſeruari dēnt, ſicut quatuor Euāgelia. 15. diſ. ſicut. & in Nicæna ſynodo prohibenť vſuræ. 47. diſt. qm̄ multi.

g ¶*Accipiant ſepulturam.*] Idē eſt de quolibet, quē conſtat deceſſiſſe in mortali, 13. q. 2. pro obeuntibus. 23. q. 5. placuit. 21. q. 3. Cyprianus. & s̃. de ſta. reg. monachi, cum ſimilibus.

h ¶*Oblationes.*] ſic 90. diſt. oblationes. & 17. q. 4. miror. s̃. de rap. ſuper eo. ad fi. & nihilominus excōicandi ſunt, ſi nō ſatisfaciant. j̃. eod. præterea. & s̃. de iureiur. debitores. & c. ſequen.

¶*Gloſſa ſequens quærit & arg.*

i ¶*Reddere.*] Sed cui dēt reſtitui? dāti? nō videť. 17. q. 4. ſunt qui. 12. q. 2. nulli liceat. Ala. dixit quòd epiſcopo loci; ſed potius credo, ꝙ illi qui dedit, & ille poſtea reſtituat ei, à quo recepit. argum. j̃. eod. cum tu. & s̃. de homi. ſicut dignum §. eos.

S*Vper eo.*] Diuiditur: Nam primo ponitur deciſa conſultatio: Secundo reſponſio. ibi, *Reſpondemus*. & reſpōſionem probat per argumentum à maiori. Abbas Siculus.

C a-

menti pagina deteſtetur, ſuper hoc diſpenſationem [a] aliquam poſſe fieri non videmus; quia cum ſcriptura ſacra prohibeat pro alterius vita mentiri [b], multò magis prohibẽdus eſt quis, ne etiam pro redimenda vita captiui, vſurarum crimine inuoluatur.

¶Idem Salernitano Archiepiſcopo.

¶Vſurarij, qui ſunt ſoluendo, coguntur per pœnas Lateran. concilij vſuras reſtituere: etiam quas ante concilium receperunt: & facultatibus nõ extantibus, debent poſſeſſiones emptæ ex pecunia fænebri vendi, & debentibus recipere, ſatisfieri.

CAP. V.

CVm † tu manifeſtos vſurarios iuxtà decretum [c] noſtrum, quod nuper in concilio promulgatum eſt, communione altaris, & eccleſiaſtica præceperis ſepultura priuandos [d], donec [e] reddant, quod tam praue receperant: quidam eorum, ad † excuſandas [f] excuſationes in peccatis, impudenter affirmant illas duntaxat vſuras reſtituẽdas, quæ ſunt poſt interdictum noſtrum receptę: & infrà. ¶Super his fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quòd ſiue ante, ſiue poſt [g] interdictum noſtrum vſuras extorſerint, cogẽdi ſunt per pœnam [h], quam ſtatuimus in concilio, eas his, à quibus extorſerunt, vel eorum hæredibus reſtituere: vel his non ſuperſtitibus [i], pauperibus erogare: dummodo in facultatibus habeant, vnde † ipſis poſſint eas reſtituere: cũ iuxtà verbum beati Auguſtini †, Non remittatur peccatum, niſi reſtituatur [k] ablatum. ¶Illi autem, qui nõ habẽt in facultatibus [l], vnde vſuras valeant reſtituere, non debẽt vlla † pœna mulctari: cum eos nota paupertatis euidenter [m] excuſet. ¶Poſſeſſiones verò, quæ de vſuris comparatæ ſunt, debent vendi [n], & ipſarum pretia his, à quibus vſuræ ſunt extortæ, reſtitui: vt ſic non ſolum † à pœna, ſed etiam à peccato poſſint (quod per vſurarum extorſionem incurrerant) liberari.

¶Idem Genueñ. † Archiepiſcopo.

¶Vendens rem plus quàm valeat, quia ſolutionem differt, peccat: niſi dubium ſit, an tẽpore ſolutionis erit valor rei variatus: & venditor non erat venditurus tempore quo vendidit. hoc dicit, ſecundum communem intellectum.

CASVS. Quidam exercebãt vſuras, vt inde captiui redimerentur: quæritur an liceat? Reſpondet Papa, quòd cum vſurarum crimen vtroque teſtamento condẽnetur, ſuper hoc non eſt aliqua diſpenſatio adhibenda: quia etiam dicit ſcriptura: pro alterius vita mentiri non licet, multo magis prohibẽdus eſt aliquis, ne vſurarũ crimen exerceat pro redimenda vita captiui. Nota circa crimen vſurarũ diſpenſari nõ poſſe. Item prætextu pietatis non eſt impietas committẽda. Item non debet quis mentiri pro vita alterius ſaluanda. Item argumen. quòd vſura eſt maius peccatũ, quàm mendacium.

¶Gloßa ſequens arguit & remittit.

a *¶Diſpenſationem.*] Argumen. quòd prætextu boni, malum fieri non debet. 1. quæſt. 1. non eſt putanda. 33. quæſt. 5. ſi dicat. & 14. q. 5. cap. 1. 2. & 3. &c. neque. Arg. contra. 28. quæſt. 1. non oportet. Dic vt plenè dictum eſt s̃. ne cle. vel mona. non magno. in magna notula.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Lateran. ſub Alex. iij. par. 16. cap. 5. Vide B. Thomã. 2. 2. q. 78. arti. 3. & Sotum lib. 7. de iuſti. & iure. q. 1. art. 4.

b *¶Mentiri.*] 22. q. 2. ne quis arbitretur. vbi de hoc.

C*Vm tu.*] Diuiditur: nam in prima ponitur conſultatio tres articulos continens, quorum duo ſunt deciſi: Secundò ordinatè ad illos reſpondet: ibi, *Super his*. Abbas.

† Sumũtur hæc ex pſal. 140.

CASVS. Archiepiſcopus Salernitanus ſecundum prædictum concilium. ſuprà eod. quoniam, præcepit vſurarios manifeſtos communione altaris & eccleſiaſtica ſepultura priuandos, donec reſtituant vſuras: quidam ad excuſandas excuſationes in peccatis, dicebant, illas vſuras tantum reſtituendas, quæ poſt prædictum cõcilium ſunt receptæ: Alij dicebant, quòd non habebant vnde reſtituere poſſint vſuras: Alij dicebant, quòd de pecunia vſuraria poſſeſſiones fuerant comparatæ, quas dederant filijs & parentibus ſuis: vnde pecuniam illam reſtituere non poterant: quæſiuit archiepiſcopus, quid ſuper his ſit agendum? Reſpondet Papa ad primã, quòd ſiue ante ſiue poſt concilium prædictum vſuræ ſint extortæ, cogendi ſunt per pœnam illius concilij ad eas reſtituendas his, à quibus extortæ fuerunt, vel eorum hæredibus: vel ſi nõ extant aliqui hæredes, pauperibus dentur, dummodo habeãt in facultatibus vnde reddere poſſint: qa vt dicit Auguſtinus: Non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: illi vero, qui non habent, vnde reddere poſſint, non debent illa pœna puniri, quia paupertas eos excuſat: Poſſeſſiones autem de vſuris comparatæ, debent vẽdi, & pretia inde recepta reſtitui his, à quibus extortæ ſunt vſuræ: vt ſic à peccato, & à pœna prædicta poſſint liberari. Nota, conſtitutionem extendi ad præterita. Item nõ dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatũ. Item paupertas excuſat. Item res emptæ de vſuris, ſuccedunt loco pecuniæ de vſuris receptæ. Item quamdiu inuenitur cuius eſt res reſtituenda, vel eius hæredes, non debet dari pauperibus.

c *¶Decretum.*] ſupra eo. quia in omnibus.

d *¶Priuandos.*] Et ita canon ille, Quia in omnibus. non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Ber.

e *¶Donec.*] Ergo quam cito reſtituunt, ſunt ipſo iure reſtituti communioni. arg. 81. diſt. ſi qui ſunt. tamẽ poſt ſatisfactionem relaxandum eſt interdictum.

f *¶Ad excuſandas.*] Hæc verba ſunt. 16. q. 1. prædicator.

g *¶Siue poſt.*] argum. quòd conſtitutio retrotrahitur, & hoc ideo dicit, quia crimen iſtud ante illam conſtitutionem prohibitum erat vtroque teſtamento. s̃. c. proxi. hoc enim diuinũ fuit præceptum. 14. q. 4. quoniam multi. Quando conſtitutio retrotrahatur, dictum fuit. s̃. de conſti. cap. vlt.

¶Gloſſa ſequens cum ſe. formant & ſoluunt duas quæſtiones.

h *¶Per pœnam.*] ſtatutam s̃. eo. quia. & etiam per excommunicationem infrà eod. præterea. Sed quare fit mentio in omnibus cõmiſſionibus de pœna illius canonis, qa. & non de excommunicatione? Reſpõdeo, quia ab illa ſemper incipiendum eſt, tãquam a minori, & poſtea infligenda eſt maior, ſi hoc meruit poteruitas contumacis. s̃. vt lite non conteſt. cap. quoniam. in fin.

† Aliàs cęteris omiſſis ita: vnde poſſint reſtituere.

i *¶Non ſuperſtitibus.*] Sed pone quòd ille, cui debet reſtitui vſura, longe ſit abſens: nunquid tenetur vſurarius mittere ad eum vſuras? Tenetur quidem, ſed ſumptibus illius abſentis. argu. ff. de ope. li. operæ enim. Si autem ſumptns itineris rei ſummam excedant, det pauperibus. argum. huius cap. 2. q. 6. anteriorum. Et hoc intellige ſi vſurarius nouit, vbi habitet: qa ſi ignoret, non tenet inquirẽdo vagari. arg. ff. de ope. lib. ꝙ niſi. in fi. & quouſque fieri põt reſtitutio illi q̃ ſoluit, nunquam illa pecunia debet dari pauperib⁹. s̃. de homici. ſicut dignum. §. eos. & s̃. de iureiu. eam te.

† Auguſtinus epiſtola 54. ad Macedonianum refert Iuo par. 13. c. 4. & part. 15. c. 25.

† Aliàs: illa pęna ĩ pleriſque antiquis.

† Aliàs ita. non ſolum à pœna illam.

† Ianuen.

k *¶Reſtituatur.*] 14. quæſtion. 6. capitu. 1.

¶Glo. iſta cum ſeq. recitari poßunt per tres quæſtiones

l *¶In facultatibus.*] & licet amiſerit vſuras, nihilominus tamen tenentur propter moram, quæ illis nocere debet: vnde omnia refundere debent, ſi aliàs facere poſſunt. argum. ff. de vi, & vi arma. l. 1. §. rectiſſime. & ff. de leg. 1. cum res legata. ſed ſi nihil habent, liberantur ex toto, vt hic. Si tamẽ ad pinguiorem fortunam peruenerint, tenentur vt prius. ſuprà de ſol. Odoardus. & ff. de ceſ. bo. ſi debitoris, argumen. 26. quæſtion. 6. ſi quis de corpore. & cap. de his vero. & inſolidum: nec habetur ratio ne egeat: licet aliàs dicat lex, quòd qui bonis cedit, non conuenitur poſtea, niſi inquantum facere poteſt. ff. de ceſ. bo. is qui. Ala.

m *¶Euidenter.*] ſi enim credatur habere, verberibus veritas eruatur. 5. quæſtio. 5. illi qui. 13. quæſtion. 6. capitu. 1. vel iuret ſe non habere vnde reddat: quod potius videtur: quia non debet vlla pœna puniri, vt hic dicit, quia inanis eſt actio, &c. ff. de dolo, nam is. & ſuprà de reſtitu. ſpolia. olim.

n *¶Debent vendi.*] Ex hoc videtur, quòd ad quemcunque perueniat res empta de pecunia vſuraria, tenetur illam reſtituere: licet enim res emptæ ex tali pecunia peruenerant ad filios, vel conſanguineos vſurariorum, nihilominus venduntur: vt hic dicit: quia res illa ſuccedit loco alterius pecuniæ. ff. de lega. 2. Imperator. in fin. & ff. de lega. 3. fideicommiſſa. §. ſi rem ſuam. & ſuprà vt lite pen. eccleſia. vbi de hoc. quod verum eſt, vbi ex cauſa lucratiua res peruenit ad ipſum. Si vero ex alia cauſa, puta quia emit ignoranter, ſecus eſſet forte. Et ſpeciale eſt hoc in re empta ex pecunia fœnebri: aliàs regulare eſt quòd in re empta ex pecunia tua, non nomine tuo, nihil iuris habes. C. de rei ven. ſi ea pecunia. & C. de proba. ad probationem. ff. de fur. qui vas. in fin. alium caſum habes. C. de rei vendi. ſi vt proponis. tertium C. arbi. tute. l. 3. & ſuprà de pecu. cle. inquirendum. Ala.

IN *ciuitate.*] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi. *Licet.* Abbas Siculus.

C A S V S. Quidam mercatores emunt piper, cinamomum, ſeu aliàs merces. quæ tempore venditionis non valent vltra quinque libras, & promittunt ſe ſoluturos in termino conſtituto ſex libras: quærebatur vtrum talis contractus eſſet vſurarius? Reſpondet Papa licet talis contractus ex forma vſurarius non poſſit iudicari, tamen venditores nihilominus peccatum incurrunt, niſi dubium eſſet merces illas plus vel min' valituras tempore ſolutionis faciendę:& iõ qui ſic contrahunt, melius facerent, & bene ſibi conſulerent, ſi a tali contractu abſtinerent, quia hominum cogitationes Deo occultari non poſſunt. Not. aliquem excuſari à peccato vſuræ propter dubium.

† Cap. 8. e. tit. in 1. cõpilatione. Et poſt cõciliũ Lateranen. par. 16. cap. 2. De ratiõe hui' decretalis vide pleniſſime per Caietanũ apud B. Thomã. 2. 2. q. 73. ad 7. argumẽtum. & per Syluestrũ verbo vſura 2. q. 2. & Sotũ citatum j. eo. in c. nauiganti.

¶ *Glo. ſeq. reci. per modum obiec. de eo quod licet cõtrahentibus, &c. ſecundo obijcit, & ſoluit in fine.*

a ¶ *Comparant.*] non decepti in iuſto pretio, ſed ſciẽter plus emerunt propter dilationem ſolutionis: ſi enim decepti eſſent, quia darent vltra pretium iuſtum, non haberet ſpeciem vſuræ: quia licet contrahentibus ſeſe adinuicẽ decipere 1 .ff. de mino. in cauſæ. §. in pretio. vſq; ad dimidiũ iuſti pretij. ſ. de emp. & ven. cum dilecti. & c. penul. C. de reſcin. ven. l. 2. Ala.

† Cap. 9. e. tit. in 1. cõpilatione. Et poſt cõcilium Lateran. par. 20. ca. 2. §. præterea. Et quatenus punit clericos & laicos, vidẽ Bernardinũ Diaz ĩ pract. cri. can. c. 82. & Felynũ in c. cũ ſit generale. ſupra, dẽ foro compe. & Alexandrum in l. ſi non ſortem. ff. de condict. in deb.

b ¶ *Non valent.*] imo videtur ꝙ tñ valeat: res enim tantum valet quantum vendi poteſt. ff. ad Treb. l. 1. §. ſi hæres. & ff. ad l. Fal. quærebatur. & ff. de fur. ſi quis vxori. §. vlt. & ff. de dona. cau. mor. l. mortis cauſa. §. vlt. & ff. ad l. Rhod. de iac. l. 2. §. portio. pretia enim rerum non ex affectu ſingulorum, ſed cõmuniter æſtimantur. ff. ad l. Fal. pretia. arg. contra. ff. man. cum ſeruus. ſed hic non fuit emptio facta æſtimatione cõmuni. Ber.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

c ¶ *Ex tali forma.*] Sim. ſ. de pig. illo vos. & ita forma contractus inſpici debet, ad hoc vt vſurarius cenſeatur: quia omne eſſe eſt ex forma: ſed non eſt ſemper verum in caſu iſto: vt j. dicitur. Ber.

d ¶ *Vſurarum.*] arg. contra. ſ. eo. conſuluit. ibi ſoluitur. Ber.

e ¶ *Venditores.*] Iſti venditores propter dubium excuſantur à peccato aliàs non vendituri. j. eo. c. vlt. in fin. vnde propter dubium excuſantur à peccato vſurarum: & expone, peccatũ, ſ. vſurarum. j. eo. c. vlt. & ſecundum illam intellige iſtam: licet enim ex forma non ſit contractus vſurarius, poteſt tamen fieri in fraudẽ vſurarum: vnde æquè tenetur. arg. ſ. de pig. illo vos. & quodcunq; nomen imponas, vſura eſt. 14. q. 3. c. 1. & 2.

1 Hoc lege ciuili ꝑmittit, ſed lege diuina non licet cęterũ de hoc dicto vide plene per B. Thomã 2. 2. q. 77. artic. 1. ad primũ argumẽtum & Dominicũ Sotũ li. 6. de Iu. & iure. q. 3. art. 1. ad 1. ar.

f ¶ *Niſi dubium.*] j. eo. c. vlt. vbi de hoc. in tali dubio potius eſſet abſtinendum: quia q̃nque dicunt aliqui ſe dubitare, vbi non eſt dubitandum, & econuerſo: & tutior via eſt eligenda. j. de cler. excom. mi. illud. vnde dicit: ſaluti ſuę bene conſulerent, &c. quia periculum eſt in his. Ber.

g ¶ *Occultari.*] quia ſecretorum Deus cognitor eſt. 32. diſt. erubeſcant. & 2. q. 5. conſuluiſti. quem non latet peccati, qualitas, neque peccantis affectus. 24. q. 3. Deus quando. Tan.

PRæterea.] Duæ ſuut partes. ſecunda: ibi, *Si laici.* Abb. Sic.

C A S V S. Mandat Papa cuidam epõ, quatenus omnibus parochianis ſuis vſuras recipere interdicat: quod ſi facere contẽpſerint, ſi clerici fuerint, illos ab officio & beneficio ſuſpendat: Si laici, eos excommunicet vſq; ad debitã ſatisfactionẽ. Not. qualiter puniri debent vſurarij, tam clerici quam laici.

h ¶ *Interdicas.*] 14. q. 3. & q. 4. per totũ. & 47. diſt. qm̃ multi.

¶ *Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

CAP. VI.

IN † ciuitate tua dicis ſæpè cõtingere, quòd quidam piper, ſeu cinamomum, ſeu aliàs merces comparant [a], quæ tunc vltra quinque libras non valent [b], & promittunt ſe illis, à quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos: Licet autem contractus huiuſmodi ex tali forma [c] non poſſit cenſeri nomine vſurarum [d], nihilominus tamen venditores [e], peccatum incurrunt: niſi dubium [f], ſit merces illas plus minusvé ſolutionis tempore valituras: Et ideo ciues tui ſaluti ſuæ bene conſulerẽt, ſi à tali contractu ceſſarent, cũ cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari [g].

¶ Idem.

¶ *Vſurarius monitus non deſiſtens, ſi clericus eſt, ab officio & beneficio ſuſpenditur: ſi laicus, excõmunicatur.*

CAP. VII.

PRæterea † parochianis tuis vſuras recipere interdicas [h]. Quid ſi parere contempſerint, ſi clerici ſint, eos ab officio beneficioque ſuſpendas [i]: Si laici, vſque ad dignam ſatisfactionem ipſos vinculo excõmunicationis [k] aſtringas.

¶ Idem Abbati, & fratribus ſancti Laurentij.

¶ *Fructus rei pignoratæ cõputari debent in ſortem, & excipit vnum caſum.*

CAP. VIII.

COnqueſtus † eſt nobis C. clericus: & infrà. ¶ Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi terram ipſam titulo pignoris detinetis, & de fructibus eius ſortem recepiſtis [l]: prędictam terram clerico memorato reddatis: Niſi terra ipſa de feudo [m] ſit monaſterij veſtri.

¶ Idem Epiſcopo Placentino.

¶ *Hæres vſurarij filius, vel extraneus, vſuras extortas per defunctũ reſtituere compellitur.*

CAP. IX.

TVa † nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſit de vſurariorum filijs obſeruandum, qui eis in crimine vſurarum defunctis ſuccedunt: aut

i ¶ *Suſpendas.*] Talis enim repellitur ab obtento: vt hic dicit. & 14. q. 4. ſi quis oblitus. & c. quoniam multi. & repellitur ab obtinendo multo fortius. j. de exceſ. præla. inter dilectos. Sed nunquid epiſcopus poteſt cum tali diſpenſare? Dico ꝙ ſic, poſt ſatisfactionem & pœnitentiam, quia hoc non prohibetur: & hoc probatur per hanc decre. In antiqua dicebatur, ꝙ ad præſentiam Papę tales mittantur: vnde collige, ꝙ epi cum talibus miſericorditer agere poſſunt. De hac materia traditur. ſ. de iudic. at ſi clerici.

k ¶ *Excommunicationis.*] primo inflicta pęna illius cõſtitutionis. ſ. eo. quia in omnibus.

COnqueſtus.] Primò ponit deciſam quęſtionem: Secundò prouiſionem: ibi, *Diſcretioni.* Tertiò exceptionẽ: ibi, *Niſi.* Abb. Sic.

† Cap. 10. eo. titu. in 1. compil. Iam de intellectu huius decretalis vide latè ꝑ Couarruuiam libr. 3. variar. reſolut. c. 1. nume. 4.

C A S V S. Idem dicitur hic quod dictũ eſt. ſ. e. cap. 1. fructus. n. pignoris ſemper computãdi ſunt in ſortem: niſi terra fuerit de feudo monaſterij. Nota ꝙ fructus pignoris computari debent in ſortem. Item nota hic caſum, vbi fructus non cõputantur in ſortem.

† Cap. 11. eod. tit. in 1. compilatione. Et de materia text' & gloſſæ vide pleniſſime ꝑ Couarruuiam libr. 3. varia. reſolut. cap. 3. & ꝑ Syluestrum in sũma verbo, vſura 6.

l ¶ *Sortem recepiſtis.*] deductis etiam expenſis, vt ſ. c. 1. & 2. vbi de hoc.

m ¶ *De feudo.*] in iſto 2 caſu fructus non computnatur in ſortem: interim tñ non debent ſeruitium recipere à vaſallo: nec eſt vſura. ſic ſ. de feudis. c. 1. in quo caſu poteſt etiam intelligi ſ. eod. c. 1. ſed ibi illud exponitur. dic vt ibi. Habes ergo vnum caſum, in quo nõ committitur vſura vltra ſortem recipiendo: vt ſ. eo. cap. 1. & hoc fauore eccleſiæ. Item & in alio. j. e. ſalubriter. aliàs etiam poſſet attentari, quod vſuræ poſſunt peti etiam ſecundũ canones, vt cum vendo tibi prædium, & trado, & percipis fructus, nec ſoluis mihi pretiũ ad terminum. argu. C. de vſur. l. 2. quia hmõi vſuræ non quaſi vſuræ, ſed quaſi intereſſe petuntur. arg. 14. q. 4. quoniam multi. ibi, ad quæſtũ, & c. ſi quis oblitus. ibi, aliqua incrementa. & ff. pro ſo. ſocium qui. damna vero & intereſſe ſecundum canones peti poſſunt. 12. q. 2. ſi quis de clericis. & ſ. de fo. compe. dilecti. & ſ. de fideiuſ. peruenit. & c. conſtitutis. & arg. ff. de eo quod cer. lo. l. 2. §. vlt. & maximè in contractibus bonæ fidei, vbi vſuræ veniunt ex mora. ff. de vſuris. mora. §. in bonæ. & ff. de peri. & commo. rei ven. l. vlt. & C. de act. emp. & vend. fructus. quia nõ dicitur vſura, ſed potius intereſſe: quia non dicitur recipere vltra ſortem. Et quod dicit, quicquid ſorti accedit, vſura eſt: illud poteſt intelligi in mutuo, vel vbi aliquid excogitatur in fraudem vſurarum. Illud nota, ꝙ duo ſunt contractus, qui de ſui natura volunt eſſe gratuiti: vt mutuum & cõmodatum: mutuum. n. niſi ſit gratuitũ, ſtatim vſura eſt: vnde illud, Mutuũ dãtes, nihil inde ſperãtes. j. e. conſuluit. Itẽ cõmodatũ ſi non ſit gratuitũ & pecunia recipiatᷣ pro re cõmodata, deſinit eſſe cõmodatũ: & in locationẽ trãſire videtᷣ, non tñ eſt vſura. Itẽ ſi vendo tibi fundũ iuſto ꝑtio, ea lege, vt q̃ncũque tibi ſoluero pretiũ qđ mihi das, fundus ad me reuertatur. C. de pact. inter emp. & vend. l. 2. in caſu iſto lucratᷣ fructus: aliàs ſi modicũ eſſet pretiũ, præſumitur cõtractus in fraudẽ vſurarum. ſ. de empt. & ven. ad noſtrã. & præcipue ſi emptor conſueuit exercere vſuras. ſ. de pign. illo vos. Itẽ vbi pecunia datᷣ ad põpã, poſſum inde recipere mercedẽ, qa nõ eſt mutuũ, ſed potius cõmodatũ, ſiue locatio. ff. cõmo. ſed mihi. §. nõ põt. & l. ſeq. Itẽ vbi aliquid apponitᷣ noĩe pœnę dũ tñ nõ in fraudẽ vſurarũ 12. q. 2. fraternitas. tñ in oĩbus ꝑdictis caſib. nõ dicuntᷣ vſuræ: ſed potius intereſſe videtᷣ. Laur.

2 In hac gloſſa contineñt multi articuli de quibus dubitatur, an ſint vſurarij nec ne, & ob id nequis facile labatur, præter canoniſtas hic cõſulat theologos. B. Thomam, & ibi Caietanũ 2. 2. q. 78. ꝑ totũ. Sotũ lib. 6. de iuſtitia & iure q. 1. 2. & ſeq. Nauarrum in Manuali confeſſariorum, c. 17. Syluestrũ & sũmiſtas verbo, vſura.

TVa nos.] Cõis diuiſio. ſcđa pars: ibi, *Tuæ igitur.* Abb. Sicu.

C A S V S. Quæſitum fuit à Papa, quid ſit obſeruandũ de filijs

filijs vſurariorum, qui eis ſuccedunt in crimine vſurarũ, aut etiam de extraneis hæredibus, ad quos bona illorum perueniunt? Reſpondet Papa, quòd filij eadem diſtrictione cogendi ſunt vſuras reſtituere, qua parentes eorum cogerentur, ſi viuerent: & idem eſt faciendum de hæredibus extraneis. Not. quòd res tranſit ad ſucceſſorem cum ſuo onere, vel cauſa.

¶*Gloßa ſequens quærit. alleg. ad negatiuam vnam legem, & ad affirmatiuam tres, & ſol.*

a ¶[*Cogendi.*] Tenentur filij pro parentibus pro hæreditaria portione & illi ad quos bona vſurariorum peruenerunt: vt hic dicitur, & ff. de regu. iur. ex qua perſona. Sed pone, quòd alter hæredũ efficiatur non ſoluendo ante reſtitutionem vſurarum: nunquid aliter conuenitur inſolidum non videtur. ff. de fideiuſ. inter eos. §. cũ inter. argum. contra. ff. commoda. ſed mihi. §. hæres. & ff. de fideiuſ. tu. l. ſi fideiuſſores. Satis poteſt dici, ꝙ inſolidum conueniri poſſunt, quia omnia bona defuncti erant illi obligata. argu. s. eod. cum tu. & præcipuè cũ ſuccedit in crimen: hæredis enim ſuccedentis in vitium, par fortuna habenda eſt. C. de fru. & lit. expen. l. 2. & etiã hęredis ignorantia, defuncti vitium non excludit. ff. de diuer. & tẽpo. præſcrip. cum hæres. Si ergo hæres ſuccedat in bonis defuncti, ſiue hæres idem crimen committat, ſiue non: ſemper tenetur reſtituere vſuras, quas defunctus extorſit, inquantum ſe extendit illius hæreditas, vt hic patet. & econuerſo hæres poteſt repetere vſuras extortas à patre. j. eo. Michael. Vin.

C*onſuluit.*] In prima ponitur conſultatio tria cõtinens: In ſecunda ſimul ad omnia reſpondet: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

C ASVS. Tres quæſtiones hic formantur: Prima eſt talis: Aliquis mutuat pecuniam ſine aliquo pacto, vel conuentione, eo tamen animo, vt aliquid vltra ſortem recipiat, aliàs nõ mutuaret, ſi nihil crederet habere vltra ſortem: quæritur, an talis ſaltem in iudicio animæ vſurarius ſit cenſendus: Secunda quæſtio eſt: Aliquis mutuauit pecuniam ad certum terminum: termino adueniente creditor non vult dare parabolam iuramenti, donec aliquod emolumentum percipiat: non tamen aliquid petit, vel exigit à debitore, quæritur, vtrum iſte eodem crimine cum primo inuoluatur. Tertia quæſtio eſt: aliquis negotiator vendit merces ſuas longe maiori pretio, vt alio tempore pretium perſoluatur, quàm ſi ei incontinenti pretium perſolueretur: quæritur de iſto, an pœna ſimili debeat condemnari: ad hoc reſpondet Papa, quòd ex Euangelio Lucæ colligitur, quid in his caſibus ſit tenendum: in quo dicitur 1 Mutuum dantes, nihil inde ſperantes: homines iſti pro intentione lucri quam habent, cum omnis vſura & ſuperabundantia prohibeatur in lege iudicandi ſunt male agere: & ideo in animarum iudicio efficaciter ſunt inducendi. vt taliter accepta reſtituãt. Nota quòd quicquid recipitur vltra ſortem: licet ex forma contractus non ſit vſurarius quo ad eccleſiam iudicandus, propter intentionem tamen, quo

† Dictio ſui, deeſt in antiquoribus codicibus.

† Cap. 12. e. tit. in 1. cõpilatio. Vide Couarruuiam in regula, peccatum. de reg. iu. lib. 6. in 2. par. relectionis, in initio ver. ex hoc itẽ. adde citatos in cap. vlti. ſupra de ſimonia.

† De hoc articulo vide plenè Sotũ li. 6. de iuſti. & iure. q. 4. artic. 1. & Syluestrũ verbo, vſura. 2. q. 1.

† Prolixi, in antiquis codicibꝰ.

1 Lucæ. 6.

de extraneis, ad quos bona vſurariorum aſſertis deuoluta? Tuæ igitur quæſtioni literis præſentibus reſpondemus, ꝙ filij ad reſtituendas vſuras, ea ſunt diſtrictione cogendi [a], qua parentes ſui † ſi viuerent, cogerentur. Id ipſum etiam cõtra hæredes extraneos credimus exercendum.

¶Vrbanus tertius.

¶*Mutuans ea mente, vt vltra ſortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud reſtituendum, ſi ex hoc aliquid conſecutus eſt: Idẽ in non dante parabolam iuramenti, niſi aliquid inde recipiat: Et idem in vendente rem plus quàm valeat, quia differt ſolutionem.*

CAP. X.

Conſuluit † nos tua deuotio, an ille in iudicio animarum quaſi vſurarius debeat iudicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credit, vt licet omni conuentione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat: Et vtrum eodẽ reatu criminis inuoluatur, qui (vt vulgò dicitur) non aliter parabolam iuramenti concedit [b], donec, quamuis ſine exactione, emolumentum aliquod inde percipiat: Et an † negotiator pœna conſimili debeat condemnari, qui merces ſuas longe maiori pretio diſtrahit, ſi ad ſolutionẽ faciendam prolixioris † temporis dilatio prorogetur, quã ſi ei incontinenti pretium perſoluatur. ¶Verum quia quid in his caſibus tenendum ſit, ex Euangelio Lucæ manifeſtè cognoſcitur, in quo dicitur: Date mutuum, nihil inde ſperãtes [c]: huiuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis † vſura, & ſuperabundãtia prohibeatur in lege [d]) iudicandi ſunt malè agere [e]: & ad ea quæ taliter ſunt accepta reſtituẽda, in animarum iudicio efficaciter inducendi.

¶Innocentius tertius Prælatis in regno Franciæ conſtitutis.

¶*Manifeſtus vſurarius appellãs ad ſubterfugiendum reſtitutionem, audiendus non eſt.*

CAP. XI.

Qvàm † pernicioſum: & infrà. Mandamus, quatenus manifeſtos vſurarios (maximè quos vſuris publicè renũtiaſſe conſtiterit) cum aliquis eos conuenerit de vſuris, nullius permittatis appellationis ſubterfugio ſe tueri [f].

¶Idem Marbon. Archiepiſcopo.

¶*Per ſubtractionem communionis Chriſtianorum, & per principes ſeculares cogendi ſunt Iudæi ad vſuras reſtituendas.*

CAP. XII.

Poſt † miſerabilem: & infrà. ¶Iudæos, ad remittendas Chriſtianis vſuras, per principes [g], & Poteſtates compelli præcipimus ſeculares.

ad Deum tanquam vſurarius punietur niſi reſtituerit, & ſic aliquis nõ eſt vſurarius quo ad eccleſiam, ſed quo ad Deum.

b ¶[*Concedit.*] ff. quod met. cau. l. vltim. §. ſi fœnerator.

c ¶[*Sperantes.*] ſupple 1 cauſa mutui, in ſpe lucri principaliter poſita. ſecũdario tamen aliquid ſperare nõ puto malũ, vt & ipſe ſeruiat illi. argument. 61. diſtinct. quid proderit. & 59. diſtinct. ſi officia. nec etiam recipere ex tali ſpe, argumen. 1. quæſtion. 2. quam pio. imo naturaliter debitor eſt illi obligatus ad antidora. ff. de pet. hęre. ſed ſi lege. §. conſuluit. & ſuprà de teſt. cum in, officijs. Ala.

d ¶[*In lege.*] 14. quæſtio. 3. cap. 2. & 3. Ber.

¶ *Gloß. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶[*Malè agere.*] argumen. contra ſuprà eodem, in ciuitate. illud intelligitur quantum ad iudicium eccleſiæ: & poteſt excuſari illud, propter dubium iſtud de iudicio animæ, vt hic patet: & ita non eſt cõtra. ibi quo ad formam contractus vſurarij non dicuntur: ſed iſti propter intentionem quam habuerunt, iudicandi ſunt in iudicio animæ male agere: & inducendi ſunt, ſed non compellendi, vt ſic recepta reſtituant. nec tanquam vſurarij puniẽdi ſunt, ſed reuera quo ad Deũ vſurarij videntur, quia reſtituere tenentur ſic accepta. Et hic habes manifeſte, quòd intentio facit hominem vſurarium: intellige cum effectu. ſic & expectatio. 14. q. 3. cap. 1. & q. 4. ſi quis clericus. Ber.

Q*vam.*] Communis diuiſio. Secunda: ibi, *Mandamus.* Abbas Siculus.

C ASVS. Aliqui ſunt manifeſti vſurarij: quorum quidam publice renuntiauerunt vſuris: cum iſti vſurarij manifeſte cõueniebantur ſuper vſuris, appellabant: quæritur, an appellationibus eorum ſit defferendum: mandat Papa prælatis, quatenus manifeſtos vſurarios, & præcipuè illos, quos cõſtiterit publicè renuntiaſſe vſuris, cum aliquis eos conuenerit, non permittant appellationis beneficio ſe tueri. Not. quòd nõ tenet appellatio, vt in crimine quis remaneat.

f ¶[*Se tueri.*] Idem eſt in quolibet crimine manifeſto. s. de ap. cum ſit Romana. aliàs ſi iniuſtè grauaretur, non eſt appellatio deneganda. ſic multotiens cõdemnaretur iniuſtè qui foret abſoluendus. s. de excep. cum inter. & ita intellige de his, qui appellant exiſtendo in crimine, & hoc conſtat: quia non exprimit iuſtam cauſam appellandi: alias non audiretur ante ſententiam appellans. s. de appel. vt debitus honor.

P*oſt.*] Ponit duplicem prouiſionem contra Iudæos vſurarios: Secunda: ibi, *Et donec.* Abbas.

CASVS. Quærebatur qualiter Iudæi cõpellẽdi ſunt ad vſuras reſtituendas, vel remittẽdas: ꝑcipit Papa Iudæos cõpelli ad remittẽdas vſuras Chriſtianis ꝑ principes, & ptãtes ſeculares: & donec eis remiſerint, vel reſtituerint, ab vniuerſis fidelibus in mercimonijs, & alijs iubet Papa ꝑ excõicationẽ oẽm cõionẽ denegari. Nota Iudæos indirectè compellẽdos ad vſuras remittendas. Item eccleſia iudicat de his, qui foris ſunt.

g ¶[*Principes.*] quorum legibus 2 in tẽporalibus ſubijciuntur Iudæi. 8. diſt. quo iure. & C. de iudæ. Iudęi. 1. quia ſi ad nos

1 De intellectu huiꝰ gloſſæ vid Couarruuiam libr. 1. varia. reſolu. c. 20. nu. 4. adde Caietanũ apud B. Thomã. 2. 2. q. 78. artic. 1. ad 4. argumẽtũ.

† Verba ſunt Ezechielis ca. 18. vide B. Hieronymũ ea exponentem ibi, & apud Iuonẽ par. 13. ca. 18. & apud Gratianũ. 14. q. 3. ca. putant.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpilatione. Et vt ſcias quis dicatur vſurarius manifeſtus, vid citatos in ca. quia in omnibꝰ, ſupra eo. tit.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõpilatione. Extat integra in regiſtro Innocentij iij. lib. 3. epiſtola incipiẽte poſt miſerabile. De materia vide extrauagantem Pauli. iij. incip. Cupientes Iudæos. & Marquardum tract. de Iudæis par. 1. cap. 11.

2 De hoc articulo vide late ꝑ Marquardum tract. de Iudæis. par. 2. c. 1.

veniunt,proteguntur.ſ.de Iudæ.ſicut. & C. de Iudæ. nullus. pari ratione alios contra eos protegamus.arg.ſ.de mutu.peti. per totum.maxime in his, in quibus legem ſuam offendunt. ſ.eo.conſuluit.& 14.q.4.quoniam.& c.vlt.Vin.

a ¶*Communionem.*] Sic j.eod.quanto.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit, & remittit.*

b ¶*Denegari.*] Nõ eſt dubium quin pœna 1 corporali puniãt Iudæi per eccleſiam, & etiam pecuniaria. 28. quæſt.1.ſæpe.in fi. 17. quæſt.4. conſtituit. ita tamen quòd vſque ad vindictã ſanguinis nõ procedatur. ſ. eod. de rap. in archiepiſcopatu.Sed contra, quia nihil ad nos de his q̃ foris ſunt.2. quæſtion.1. multi. & ſ.de diuor. gaudemus. Sol. quod dicit ibi, nihil ad nos, &c. illud intelligit inquantũ Deum offendunt: ſed inquantum hominem offendunt, ſecus eſt. Vel poteſt intelligi illud de directa coertione, quã in eos non exercemus: ſecus de indirecta: vt hic, & ſ. de deci. c. de terris. cum etiam propter delictum efficiantur de foro noſtro.ſ. de iudi. nouit.& ſ.de for. compe.cum ſit generale.& 6.quæſtion. 3. placuit. & ſuprà de rap. capitulo primo, & de hoc dictum eſt.ſuprà de Iudæ. ita quorundam. Ber.

1 Quibus pœnis poſſint Iudæi per eccleſiam coerceri,tradit Zanchinus trac.de hæret.ca. 36. & ibi late Capegius.

† Cap.3.e. tit.in 3. cõpilatione. De materia huius decretalis præter doctores hic, vid. late p Sylueſtrũ verbo, vſura 6. adde Couarruuiam citatum in ca. tua nos. ſupra eo. & B.Thomã 2.2.q. 78. art.3.

Et donec eis remiſerint, ab vniuerſis Chriſti fidelibus, tam in mercimonijs, quàm in alijs, per excommunicationis ſententiam, eis iubemus communionem [a] omnimodam denegari [b].

¶Idem Mutineñ. Epiſcopo.

¶*Non obſtante iuramento de nõ repetendis vſuris, per debitorem præſtito, poteſt iudex ex officio ſuo vſurarium ad reſtituendas vſuras compellere.*

CAP. XIII.

TVas † dudum recepimus quæſtiones,quòd quidam vſurarij,eos, quibus dant pecuniam ad vſuram, præſtare faciunt iuramentũ, quòd vſuras non repetant:& ſuper his quas ſoluerint,nullã moueant quæſtionem.Nos igitur reſpondemus, vt vſurarios ipſos monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticã, appellatione remota compellas, ante vſurarũ ſolutionem ab earum exactione deſiſtere [c]: vel reſtituere [d] ipſas, poſtquam fuerint perſolutæ: ne de dolo, & fraude contingat eos commodum reportare.

TVas.] Vſurarius qui fecit debitorem iurare de ſoluendis vel de non repetendis vſuris, eccleſiaſtica cenſura compellitur ab exactione deſiſtere,& exactas reſtituere.h.d.Communis diuiſio.ſecunda: ibi.Nos.Abb.Sicu.

CASVS. Quidam vſurarij faciunt iurare illos, quibus mutuant pecuniam,quòd vſuras non repetant ab eis, & ſuper ſolutis nullam moueant quæſtionem:quæſitũ fuit à Papa quid ſuper hoc ſit agendum? Reſpondet Papa epiſcopo diœceſano,vt vſurarios ipſos,monitione præmiſſa eccleſiaſtica cenſura compellat, ante ſolutionem vſurarum deſiſtere ab earum exactione,vel reſtituere ipſas poſtquam fuerint perſolutæ: ne de dolo ſuo videantur commodum reportare. Not.hanc decretalem contra vſurarios,per quam poſſunt compelli, vt relaxent debitoribus iuramentum præſtitum pro vſuris ſoluendis, vel repetendis ſolutis. Item de dolo & fraude non debet quis commodum reportare.

¶*Gloſſa ſequens poſſet reci. per duas q. & obiect.ad ſolutionẽ ſecundæ.*

c ¶*Deſiſtere.*] Relaxato prius ſacramento. ſuprà de iureiur. ex adminiſtrationis. & hanc relaxationem poteſt petere, qui iurauit,cum huic petitioni non renuntiauerit.vt ſuprà de renun.cum inter P.& ſuprà quod met.caut.ad audientiam.imo etſi iurauit non petere abſolutionem, poteſt illud denuntiare.ſuprà de iureiu.quemadmodum.Et licet ob priuatum cõmodum denuntiet,non tamen repellitur ab ea, quia proderit vſurario cum pœnituerit:argumen.8.quæſtion.1. ſunt in eccleſia. Ber.

d ¶*Vel reſtituere.*] Sic ſ.de iureiuran.debitores.& ſ.de emp. & vendi.ad noſtram.

QVia.] Præmiſſa cauſa ſtatuti ponit ipſum ſtatutum:ibi,*Statuimus*.Abbas.

CASVS.Quia fruſtra legis auxilium implorat,qui committit in legem, ſtatuit Papa, vt ſi aliquis vſurarius literas impetrauit ſuper reſtituendis ſibi vſuris, vel fructibus computandis in ſortem, auctoritate illarum literarum nullatenus audiatur,niſi prius reſtituerit vſuras,quas ab alijs noſcitur extorſiſſe.Not.regulam,Fruſtra auxilium legis inuocat,qui committit in legem.Item vſurarius repetens vſuras non auditur, niſi prius receptas reſtituat: & ſic not. quòd qui morbo conſimili laborat,contra alium non eſt audiendus.Item obiectu criminis ciuilis actio retardatur.

¶Idem.

¶*Non auditur vſurarius repetens vſuras,niſi prius reſtituat.extortas.*

CAP. XIIII.

QVia † fruſtrà legis auxilium inuocat, qui committit in legem [e]:Statuimus,vt ſi quis vſurarius à nobis literas impetrauerit, ſuper reſtituẽdis vſuris, vel † fructibus computãdis in ſortem, niſi prius ipſe reſtituerit [f] vſuras, quas ab alijs noſcitur recepiſſe, auctoritate literarum ipſarum nullatenus audiatur.

¶Idem Altiſſiodoreñ. Epiſcopo.

¶*Conuictus de vſuraria prauitate per famam, & alia argumenta, poteſt maniſeſtari vſurarius, & tamquam manifeſtus vſurarius compeſci ſecundum diſpoſitionem Lateran. concilij.*

CAP. XV.

CVm † in diœceſi tua ſint quamplurimi vſurarij, de quib9 minimè dubitatur, quin ſint vſurarij manifeſti: contra quos propter timorem po-

e ¶*In legem.* 2] eandem ſcilicet. ff. quod met.cau.iſti quidem.& ſ.de appellat. an ſit.& c. conſtitutis. & C. de iur. delib. ſcimus. §. ſi vero poſtquam.Argu. contra.ſ.de appel. dilectis filijs. vbi decanus qui non detulit appellationi,auditur appellans in eodem negotio: & idem videtur ſi in alium delinquat. ff. de ri. nup. filio patroni.§.1. vbi patronus q̃ contra vnam legẽ venit, beneficiũ alterius amiſit.ff.de mino.l.auxilium.in fi.vbi minor delinquens beneficiũ reſtitutionis amittit. Vin.& Io.reliquerunt hoc diſputationi, vtrũ delinquens contra legem vnam, aliarũ perdat beneficium. Ego non credo quòd propterea perdat beneficium alterius, quia ſic pnniret in eo, in quo non deliquit: ſufficit ergo quòd amittat legis beneficium, quam contempſit: vt dicunt primæ concor. & illa lex, auxilium.loquitur in crimine, vbi nõ reſtituitur minor: nec illa, filio patroni. obſtare videtur.

2 Per hãc regulã, q̃ non ſit dignus legis auxilio, is qui facit contra legẽ, vide quid dicat Federicus d Senis cõſil. 89. refert Abbas in c.1. ſupra d iureiurãdo.

† Cap.4.e. tit.in 3. cõpilatione. Et de intellectu vide Romanũ ſingu.340. incip.c.qa fruſtra. & Marſilium ſingu.609. inc.aduertas ad vnum.

† Cap.5.e. tit.in 3. cõpilatione. Et qui dicantur vſurarij manifeſti tradunt late citati in c. quia ĩ omnibus.ſ.e. adde omnino Aretinũ in §. ex maleficijs. Inſtitu d actio.

¶*Gloſſa ſequens quærit & ſoluit duos caſus excipiendo:ſecundo: quærit. ponit opin. Ioan. & Tan.& ſol. in fi. elicit argum. quod ſtatim determinat.*

f ¶*Reſtituerit.*] Nunquid ſufficit cautio de reſtituendo? Reſpondeo quòd non argumen.ſ.de re iudi.cum aliquibus.ff.de pig.act. quod ſi non ſoluerit. niſi forte magna cauſa interuenerit.argumen.ff.de re iudi.l.4.§.ait prætor. puta ſi non ſit ſoluendo:tunc ſufficit præſtare cautionem, quòd ipſe reſtituet: & audiri debet,vt poſtea alij reſtituat.ar.ſ.de reſtit.ſpol.olim 2.& ſ.de ſolut.Odoardus.& ff. de ceſ.bo.l.ſi debitoris.vel ſi ille cui debetnr conſentiat, quia ſatisfactum intelligitur.ff. de pig.act.ſi rem.§.omnis.argum.ſuprà de re iudi. quod ad conſultationem. Item quid ſi nullus agit contra iſtum pro vſuris? Dixit Io.& Tan. quòd facta denuntiatione in publico ſi nullus apparet,qui petit,debet iſte audiri per literas: ſicut facit qui rem inuenit alienam,ad euadendum pœnam furti,denuntiet publice,vt cuius eſt res veniat. ff. de fur. falſus.§.qui alienum.Hoc non credo ſufficere: non enim excuſatur vſurarius ſi nullus repetat ab eo,vel ſi denuntiet: imo etiam tenetur vſuram reſtituere ſaltem pauperibus,ſi nullus apparet cui reſtituat:aliter non liberatur à peccato,vt ſ.eod.cum tu.vnde cum non ſit adhuc emendatus, ſi in crimine perſeueret retinendo alienum, non eſt audiendns. & hoc patet per literam iſtam.quia niſi reſtituerit,vel adhuc reſtituat cum effectu, ergo beneficium legis habere non debet, cum adhuc contra illã in crimine perſeueret:vnde poteſt ei dici, eijce primo trabem de oculo tuo,quam feſtucam de oculo fratris tui.1.quæſtio.1.multi.& 3.q.7.c.infames.§.porro.in fi.& ita iudex non procedat per literas tales, niſi poſtquam conſtiterit, q̃ plene purgatus fuerit: & hoc intellige cũ eſt manifeſtus vſurarius, aliàs iudex non denegaret ei audiẽtiam:& ſic iudex ex officio ſuo põt eum repellere exemplo Domini.3.q.7. qui ſine.c.poſtulatus.& ſ.de excep.exceptionem.& j.c.prox.& ſ.eo.quam pernicioſum. argu. idem erit,ſi non ſit manifeſtus vſurarius, & reus excipiat quòd non debet audiri, cum eodem reatu criminis inuoluatur, probatione recepta non auditur niſi reſtituat,

reſtituat, vt dixi. Item quid ſi aliquis contendat in iure cum ipſo impetrante, & appelletur ante cauſam, nunquid expedietur ante cauſam appellationis? argu.eſt hic quòd ſic,ex eo quod dicit: niſi prius reſtituerit, &c. ſi vſurarius impetrator appellet,non audirem illum interim per literas illas.Item habes hic, ꝙ literæ, quæ ab initio non valent, poſtea cõualeſcunt. ſ̃. de fo.compet. verum. licet. & ex tenore. & hoc verum eſt quando ab initio non ſunt nullæ ipſo iure.Ber.

tentum [a],qui tuentur eoſdem, nullus accuſator apparet, nec ijdem ſunt per ſententiam cõdemnati: Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, quòd licet contra eos non appareat accuſator: ſi tamen alijs argumentis illos conſtiterit eſſe vſurarios manifeſtos [b], in eos pœnã in Laterañ. † concilio cõtra vſurarios editã, liberè poteris [c] excercere.

¶ Idem.

¶ Maritus recipiens pignus pro dote promiſſa,non tenetur fructus in ſortem computare. hoc dicit, & eſt caſus ſingularis: & alibi nõ probatur.

CAP. XVI.

SAlubriter †:& infrà. ¶ Sanè generum ad fructus poſſeſſionum, quæ ſibi à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in ſortem [d], non credimus compellendum: Cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera [e] matrimonij ſupportanda.

¶ Idem Epiſcopo Bonoñ.

¶ Repetens vſuras non auditur, niſi reſtituat extortas per ſe, vel per alium,à quocumque cauſam habeat.

CAP. XVII.

MIchael † laicus ſuam nobis querimoniam deſtinauit, quòd M. & quidam alij Bonoñ. ciues multa extorſerunt ab eo,& à patre ſuo, cuius hæres extitit [f], nomine vſurarum: & infrà. ¶ Attentius prouiſurus, ne auctoritate noſtra in negotio procedas eodẽ: niſi dictus conquerens reſtituerit, vel adhuc [g] reſtituat,ſi quas aliquando ipſe, vel pater [h] eius extorſit vſuras.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ Etiam Iudæi compellendi ſunt ad reſtituendas vſuras extortas à Chriſtianis,& ad ſoluendas decimas,vel oblationes,de eorum poſſeſſionibus.

CVm in.] Manifeſti vſurarij, etiam nullo accuſante, poſſunt compelli per pœnam Laterañ. concilij. hoc dicit. vel aliter, & ſic vt in rubrica nota, ſecundum verum intellectum. c. nam primũ ſummarium Ioã.And. parum habet dubij. Secunda pars:ibi.*Fraternitati*.Abbas.

† In Lateraneñ.concilio ſub Alexãdro iij.cap.25. quod refertur ĩ c. qa in omnibus. ſupra eo. tit.

CASVS. In diœceſi Altiſſiodoreñ. plures erant vſurarij manifeſti, ſed propter timorẽ potentum, qui defendunt eoſdem, nullus accuſator contra eos apparet, nec ſunt per ſententiam condemnati: quæſitum fuit quid de illis ſit agẽdum? Reſpondet Papa epiſcopo diœceſano, quòd quãuis contra eos non appareat accuſator,tamen ſi alijs argumentis conſtiterit illos eſſe vſurarios manifeſtos,pœnam Laterañ.concilij contra illos poterit exercere. Not. quòd iudex ex officio ſuo poteſt procedere contra criminoſos manifeſtos,quamuis non accuſentur.

† Cap. 1.e. tit.in 4. cõpilatio. Et de materia & intellectu huius decretalis vide late Couarruuiam. & citatos ibi per eũ lib. 3. variar. reſolut. c. 1.nu. 3.

a ¶ *Potentum.*] vnde excommunicari poſſent,ſi preſtent impedimentum volentibus agere contra illos.ſ̃.de offic.delega. cap.1.& 11.quæſt. 3.iniuſtum.

¶ Gloſſa ſequens obijcit per locnm à diuiſione,& dupliciter reſpondet.

b ¶ *Manifeſtos.*] Si intelligas manifeſtos 1, i. notorios,nõ eſt opus alijs argumentis. ſuprà de accuſat.euidentia ſ̃. de iureiu.ad noſtram. & 2.q.1. de manifeſta. Si autem loquitur de manifeſtis non notorijs, ſecundum hoc euidens probatio requiritur ſecundum iuris ordinem. 11.quæſt.3. eorum. in fin. Ad hoc poſſet dici,quòd illud notorium non habet facti perſeuerantiam, vnde aliqua requiruntur argumenta. Vel dic ꝙ ſolemnis fama docet ipſos eſſe vſurarios. & ideo per famam & alia argumenta puniuntur, quia ſola fama non ſufficit ad condemnationem.arg.35.quæſt.6.ſi duo & 3.q.3.§. item ſæpe fit.& ſ̃.de iureiur.ex literis.

1 Manifeſtus vſurarius ex q̃bus cõuincat̃ præter Aretinum initio hui⁹ cap.citatũ vide Alexandrũ cõſil. 172. in 1.par.Fulgoſiũ conſil.138. in ci. viſis. & Abbatem cõſil.81.in cip.ex themate.in 2. volum.

c ¶ *Poteris.*] Ex officio tuo,vt dixi ſ̃.eo.c.proxim.licet nullus appareat accuſator.

S*Alubriter.*]Maritus fructus rei dotalis,vel oblatæ pro dote non tenetur in ſortem computare.hoc dicit.Primò ponit dictum: Secundò eius cauſam aſſignat: ibi, *Cum frequenter*.Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis accepit aliquam in vxorem certa dote ſibi à ſocero conſtituta: ſed quia ſocer ille pecuniam tunc temporis non dedit,cum genero ſponſam daret, tradidit ei quaſdam poſſeſſiones pro dote,quas dedit ſibi in pignus, quouſq; dos ei fuerit perſoluta: quæritur vtrũ fructus percepti de iſtis poſſeſſionibus pignori obligatis, debeãt computari in ſortẽ: & reſpondet Papa, quòd non:cum frequenter fructus dotis non ſufficiant ad onera matrimonij ſupportanda. Not.hic caſum,in quo fructus non computantur in ſortem.

d ¶ *In ſortem.*] hic eſt caſus, in quo fructus non computantur in ſortem. alios habes notatos ſ̃.eo.conqueſtus.

¶ Glo.ſequens tractat de fructibus dotalibus, quando cedant marito, & quando non: ſecundo tractat de periculo euictionis, vel deteriorationis rei dotalis, ad quem ſpectat.

e ¶.*Onera.*] hoc ideo dicit, quia fructus dotis cedunt lucro marito propter onera matrimonij. C. de iur. dot. pro oneribus. ad hoc autem vt maritus lucretur fructus rei dotalis, requiritur vt ſuſtineat onera matrimonij.ff.de doli.excep.l. pater.in prin.Item oportet quòd poſſeſſio rei dotalis tradita ſit. ff. ſolu. matr. de diuiſione. fructus vero p̃cepti ante matrimonium reſtituuntur mulieri, nec cedunt lucro marito. ff. de vſur. videamus.§.ante penult. ſimiliter fructus & fœtus pecudum dotaliũ lucratur maritus.ff. de iur.dot.plerunque.§.ſi ſerui. Idem eſt in fundo certifodino, vel argentifodino.ff.ſol.ma. diuortio.§.ſi vir in fundo. ſecus tamen eſt in fœtu ancillarum dotalium 2, qui non cedit lucro ipſi marito. ff.de iur. do. l. plerunque.§.ſi ſerui. Item ſecus eſt in lapifodinis, vbi lapis non renaſcitur, & in arboribus nõ cædendis 3 .ff.ſol.ma. diuortio.§. ſi fundum. & duob. §§. ſeq. Item fallit hic illa regula, Cuius eſt emolumentum, eius dicitur eſſe periculum.licet, enim ad illos ſpectet emolumentum, rei dotalis, non tamen rei periculum,vel euictionis,vel deteriorationis. ff. de iur.dot.plerunque.in princip. & §. 1. & C.eod.titu.l.1.tamen cum diſtinctione,an res datæ in dotẽ ſint æſtimatæ, vel non, vt ibi diſtinguitur:ſed hoc eſt verum,niſi res dotalis conſiſtat in numero,pondere,vel menſura: nam periculum talium ſpectat ad virum.ff.de iure do.res in dotem.Io.

† Cap.2.e. tit.in 4.cõ pilatione. Præter doctores hic vide citatos in c.qa fruſtra. ſupra eo. & Syluestrũ verbo. vſura. 6. vbi pleniſſime adde Couarruuiam citatum ſuper gloſſa.

† Idem ſcilicet Innocẽtius iij. in cõcilio generali Laterañ.c. 67. & c.3. e. tit. in 4. cõpilatio. Et de materia vide citatos. in c.poſt miſerabilem. ſupra e.tit. & p̃cipue Marquardum.

M*Ichael.*]Primo ponit partis querelam: Secundò clauſulam,quam ſtylus curiæ apponit in literis, quæ impetrantur ad recuperandas vſuras. Abbas.

CASVS. Michael laicus conqueſtus fuit domino Papæ, ꝙ M.& quidam alij ciues Bonoñ.multa extorſerunt ab ipſo, & à patre ſuo.cuius hæres extitit per vſurariam prauitatem : vnde mandat Papa epiſcopo Bonoñ.vt in cauſa procedat,ſecundum quòd de iure fuerit procedendum: prouideat tamen attentius,ne in negotio procedat eadem auctoritate illarum literarum,niſi dictus Michael reſtituerit, vel adhuc reſtituat,ſi quas ipſe aliquãdo, vel pater eius extorſit vſuras. Nota quòd fruſtra legis auxilium inuocat,qui committit in legem.Item qui morbo conſimili laborat, contra alium non eſt audiendus.Item ex qua perſona quis lucrum capit, de eius facto tenetur.Item filius tenetur ex facto patris.

2 Et ſit ratio quæ habet. ff. de vſur.in pecudũ.in fi. ibi dicitur abſurdũ videri, hominẽ ĩ fructu eſſe: cum oẽs fruct⁹ rerum natura hominum gratiã comparauerit vide Tulliũ li.1.de offic.

f ¶ *Extitit.*] aliàs nõ teneretur,niſi eſſet hæres.ſ̃.eo.tua nos.

g ¶ *Adhuc.*] hoc expoſitum eſt.ſ̃.eo.quia fruſtra.

¶ Gloſſa ſeq.primò not.quòd filius ex facto patris conuenit & conuenitur. ſecundò quærit & ſoluit. tertiò quærit & fortificat.alleg.ad negatiuam. contra quam allegationem inducit decre. tua.& ſol.arg.ad affirmatiuam,& hanc partem tenet, licet vacillando. quartò iterum quærit. arg. affirmatiuè.ſed contrarium ſoluit.

h ¶ *Pater.*] Hic habes ꝙ filius tenet̃ ex delicto patris.ſic ſ̃.e. tua nos.& agit ex facto patris,vt hic patet. & ſic repetitio vſurarũ dat̃ hæredi & cõtra hæredẽ,vt hic patet:cũ.n. iſte agat ex pſona patris,ipſum tenet̃ defendere.ff.de reg.iur.ex qua pſona.& ff.de procu.ſeruorũ quoq;.§.pe.aliàs denegat̃ ei actio:vt ibi dicitur. Sed pone ꝙ iſte non agat ex perſona patris, nunquid obeſt ei ſi excipiatur contra ipſum, quòd pater vel auus receperunt vſuras? Videtur ꝙ ſic,quia vſuræ repetũtur ab hærede.& à quocunque etiam extraneo.ſ̃.eod.tua.imo hæres tenetur ex delicto defuncti, & ſi nihil peruenerit ad ipſum, ſecundũ canonem.ſ̃. de rap.in literis. & ſ̃. de ſepul.c.vlt. vbi de hoc.& 16.q.6.ſi epm. in fin. 12. q. 2. eps qui filios.ergo ſi agi

3 Cædendis aliàs cæduis hoc intendit ſi eſſet ſylua cædua, arbores bene eſſent in fructu. Ioan.And.

poteſt, multo fortius excipi.& hoc concedit Io. quia hæres non conuenitur hic ex maleficio, ſed potius ex quaſi 1 contractu ratione indebiti ſoluti. Inſti.de obli.quæ ex quaſi contractu.§.item is cui quis per errorem.& quòd poſſit ſic excipi de facto patris eo agente, ſatis probatur per hāc literam. Sed ſi non feciſſet iſte mentionem in literis de patre, nunquid eo agente ex facto ſuo poteſt excipi contra ipſum, quòd pater fuerit vſurarius nec reſtituerit vſuras? Videtur quòd non: quia per tales literas non poteſt agere de facto patris: ergo nec excipi poteſt contra ipſum, aliàs iniquū videtur.argu.contra.s̃.eod.tua. ſed illa loquitur in ordinario: imo alia ratione videtur, ꝙ poſſit excipi: quia in vitium ſucceſſit patri: vt s̃.eo. tua. & ſic culpam alienam fecit ſuam, retinendo ſcienter alienum: ergo antequam alium impetat, debet eſſe illo crimine purgatus: vt dictum eſt s̃.eo. quia fruſtra. Satis videtur ꝙ non poſſit excipi.arg.huius c.ex querimonia & cōmiſſione. nunquā enim clauſula illa ponitur in literis, niſi quando de patre ſit mentio in literis, ſicut hic factū fuit: ſed ita videtur quòd poſſit excipi: tenetur enim reſtituere vſuras, quas pater extorſit, cum ei ſuccedat in bonis: quod potius credo. Sed nunquid repelli poteſt ab agēdo qui nomine alieno repetit vſuras? Videtur quòd ſic: argum.45.diſtinc. ſicut non ſuo. ſed hoc nō videtur, quia nihil in ſuam vtilitatem verſum eſt: nec ſecundùm iſtum ageretur ad vſuras repetendas: Imo contra illum, qui habuit illam vtilitatem.

1 Hæc opinio gloſſæ cōis eſt, vt teſtať Couarruuias libr. 3. variar. reſolut. cap. 3. ver. Tertio inquirēdū eſt. vbi latè agit. de materia huius decretalis, & gloſſæ.

† inoleſcit in codice Barbatiæ, ideſt, creſcit.

† Hodie Iudæi nō poſſunt habere bona ī mobilia ꝑ extrauagātem Pauli iiij. & Pij. V. Pontif. Max. quæ citātur in cap. multorum, ſuprà de Iudæis.

CAP. XVIII.

QVanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarum, tanto grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit †, ita quòd breui tempore Chriſtianorum exhauriunt facultates. ¶Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne à Iudæis immaniter aggrauentur, ſynodali decreto ſtatuimus, vt ſi decætero quocunque prætextu, Iudæi à chiſtianis graues, immoderatasvé [a] vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. Vnde Chriſtiani (ſi opus fuerit) per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compellantur, ab eorum commercijs [b] abſtinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius à tanto grauamine ſtudeant cohibere Iudæos. ¶Hac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos, ad ſatisfaciendum eccleſijs, pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus, & poſſeſſionibus † alijs percipere conſueuerāt, antequam ad Iudæos quocunque titulo deueniſſent [c]: vt ſic eccleſiæ cōſeruentur indemnes.

QVanto.] Iudæi, qui extorquent graues vſuras à Chriſtianis, vel de poſſeſſionibus decimas, vel oblationes ſolitas percipi per eccleſias, eis non ſoluunt, priuantur Chriſtianorū communione. hoc dicit. Vel ſic, vt in rubro. Duo ſunt dicta: Secundum: ibi, *Hac eadem*. primum dictum facit tria: Primò ponit cauſam ſtatuti: Secundò ſtatutum: ibi, *Volentes*. Tertiò prouidet contra grauamen ſuſpicatum: ibi. *Principibus*. Abbas Siculus.

CASVS. Quanto amplius Chriſtiani compeſcūtur ab exactione vſurarum, tanto grauius Iudæi ſuper his Chriſtianos infeſtant, grauiores & immoderatas extorquendo ab eis vſuras: vnde ſtatuit cōcilium generale, vt decætero ſi Iudæi quacunque occaſione graues & immoderatas à Chriſtianis vſuras extorſerint, Chriſtianorum eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint: & ſi opus fuerit, Chriſtiani per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ab eorum commercijs abſtinere. Præcipit inſuper conciliū Principibus, vt propter hoc nō ſint Chriſtianis infeſti, ſed Iudęos compeſcant à tanto grauamine. in fine. dicit, ꝙ eadem pœna compellantur Iudæi ad ſatisfaciendum eccleſijs, pro decimis & oblationibus, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerunt, antequam ad Iudæos perueniſſent: vt ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes. Nota Iudæos compeſcendos ab exactione vſurarum indirectè, & vt ſatisfaciant eccleſijs de domibus & poſſeſſionibus, pro decimis & oblationibus ſibi debitis. Et ſic nota, quòd Iudæi tenētur ſoluere decimas tam perſonales quàm prędiales. Item res tranſit cum onere ſuo.

a ¶*Immoderatasve.*] Ergo moderatas videtur permittere, à contrario ſenſu. 25. diſtin. qualis. ff. de iudi. cum prætor. quod non eſt verum. s̃.eo. poſt miſerabilem. & ita ceſſat hic arg. à cōtrario ſenſu. C. de epiſc. & cle. conuenticulam. & graues vſuræ dicuntur, quæ excedūt legitimum modum lege ſtatutum 2. C. de vſur. cos.

2 Vel fuit hoc dictū, quia qualibet vſura cēſetur immoderata & grauis, ſecundum Hoſtienſem Ioā. And.

b ¶*Commercijs.*] ſic s̃.eod. poſt miſerabilē.

c ¶*Deueniſſēt.*] & ita res tranſit cū ſuo onere. s̃.de deci. cū non ſit. & ſuprà de pigno. ex literis. & 16. q. 1. ſi quis laicus. ff. de pign. actio. ſi conuenerit. §. ſi fundus. Ber.

¶Gregorius nonus fratri R.

¶*Vſurarius eſt, qui à debitore recipit aliquid vltra ſortem, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculum. hoc dicit primò: Non eſt vſurarius emptor rei minus iuſto pretio, ſi tunc veriſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis plus vel minus ſit res valitura. hoc dicit ſecundò. Propter dubium excuſaturis, qui ex eo, quòd differt ſolutionem pretij, vendit rem plus quàm valeat, ſi non erat eam aliàs venditurus. hoc dicit tertiò.*

CAP. XIX.

NAuiganti †, vel eunti ad nundinas, certā mutuans pecuniæ quantitatem, pro eo, quòd ſuſcipit in ſe periculū [d], recepturus aliquid vltrà ſortē, vſurarius eſt cenſendus. ¶Ille quoque, qui dat decem ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini, vel olei menſuræ reddantur: quæ licet tunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veriſimiliter dubitatur [e]: non debet ex hoc vſurarius reputari. ¶Ratione huius dubij etiam excuſatur, qui

NAuiganti.] Tria dicta hic continētur: Secundum: ibi, *Ille quoque*.. Tertium: ibi, *Ratione huius*. Abbas.

CASVS. Aliquis mutuauit certam pecuniæ quantitatem alicui nauiganti vltra mare, vel eunti ad nundinas: & pro eo quòd creditor recipit in ſe periculū pecuniæ, recipit aliqd vltra ſortem: quæritur vtrum vſurarius ſit cēſendus? Et reſpondet Papa, quòd ſic. Secundo ponit aliam quæſtionem: Ecce aliquis dat decem ſolidos, vt alio tempore recipiat totidem menſuras vini, olei, vel frumenti, quæ tunc plus valent: quęritur, vtrum iſte ſit vſurarius cēſendus: reſpondet Papa. ſi dubiū ſit vtrum plus, vel minus ſint valituræ tempore ſolutionis, nō debet propter hoc vſurarius reputari: & ita ꝓpter dubiū excuſatur. Tertio ponitur alia quæſtio. Ecce aliquis vendit pannos, granum, vinū, vel alias merces, vt amplius recipiat termino cōſtituto, quàm valeant tempore venditionis: quæritur, vtrum iſte vſurarius ſit cenſendus? Rn̄det Papa, ꝙ iſte etiam ratione dubij excuſatur ab vſura, dummodo merces ſuas tempore cōtractus non fuerat venditurus. Not. quòd mutuans pecuniam mercatori, vt aliquid vltra ſortem recipiat, pro vſurario habetur: licet periculum pecuniæ in ſe ſuſcipiat: Et ſic nota, quòd non admittitur compenſatio in vſuris. Item non ſolum abſtinēdum eſt à malo: imo à ſpecie mali. Item dubia in meliorem partem ſunt interpretanda. Item ratione dubij excuſatur quis ab vſura. Item non quodcunque dubium excuſat ab vſura, ſed quando probabiliter dubitari poteſt.

† Vide citatos in c. in ciuitate. ſuprà eo. tit. & Dominicū Sotū li. 6. de iuſtit. & iure. q. 4 art. 2. vbi plene expendit intellectū huius decretalis. adde Angelum Clauaſium in ſumma verbo. vſura. 1. num. 38. ver. vtrum mutuās pecuniam. & S. Antoninū 3. par. ti. 1. ca. 7. §. 11.

¶*Glo.ſeq.recitetur per obiectionem, & ſolutionem.*

d ¶*Periculum.*] quia iſte recipiebat in ſe periculum, videbatur quòd quaſi quadam compēſatione licite aliquid vltra ſortem recipere poſſet: quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, cū ſua facta fuiſſet: ſed nihilominus eſt vſurarius, cum excedat naturam mutui: vt dictum eſt s̃.eo. cōqueſtus? quia ſi nullum periculum ſequutum fuit, & aliquid vltra ſortem recepit, illud fuit vſura: quia cū ſit hincinde mutuum, nihil inde ſperare debet, iuxta illud: date mutuum, nihil inde ſperantes. s̃.eo. conſuluit. 14. q. 3. per totum. & nulla compenſatio, ſiue diſpēſatio admitti debet vt vſura exigatur s̃.eo. ſuper eo. ergo ſiue recipiat in ſe periculum, ſiue non, nihil vltra ſortem recipere debet.

¶*Glo.ſeq. in principio & fine argu. quòd propter dubium aliquid excuſatur, & permittitur. in medio argu. dubia in melius interpretanda, allegat contrarium, & ſoluit.*

e ¶*Veriſimiliter dubitatur.*] Ergo ſi certum eſſet, quòd tempore ſolutionis plus valerent, vſurarius eſt cenſendus. ſuprà eodem, in ciuitate. argumen. infrà capitu. proxim. & ita propter

pter dubium excuſatur: quia tam emptor quam venditor æqualiter commodum & incommodum ex dilatione expectat.& eſt ſi.C.de ſolu.l.penul. Item argum. eſt hic, ꝙ dubia in meliorem [1] partem interpretari debent. infrà de reg.iur. cap.2.quia promptiores debemus eſſe ad abſoluendum, quã ad condemnandum. ſ. de proba. ex literis. ff. de actionib. & oblig.l. Arrianus. Sed contra videtur, quòd potius in tali dubio abſtinendum eſſet à talibus cõtractibus propter periculum.argumen. infrà de cleri.excommu. mino. illud. Quandoque enim aliqui fingunt ſe dubitare,vbi dubitatio non eſt: tamen relinquendi ſunt in talibus conſcientiæ ſuæ. Item argumen. quòd ratione dubij aliquid permittitur, qđ aliàs non licet.13. quæſt.2. non æſtimemus. ff. de ven. inſpi.l.1.§.1. ff. de iudic.ſi quis ex aliena.C. de vſur.ſi ea lege.& ratione huius dubij excuſat̃,vt in §. ſequenti.

1 De articulo vide plene per B. Thomã 2. 2. q. 60. art. 4.

† In quodã veteri manuſcripto ita: De falſarijs & crimine falſi.

† Hæc non ſunt Auguſtini, ſed Iſidori lib. 3. de ſummo bono cap. 59. refert Burchard' li. 16. ca. 12. decreti. & habetur c. 2. eo. tit. in 1. compilatio. Vide Felinum in c. ſicut. ſuprà de re iudi. & Simancũ catho. inſt. tit. 64 de teſtib'.

a ¶ *Tempore non fuerat venditurus.*] aliàs non excuſatur: quia ſi tunc fuerat vẽditurus pro minori,& ex certa ſcientia plus recipiat alio termino, vſura eſt, & ſic intellige ſuprà eod. in ciuitate. vt ibi etiam dixi.

DE CRIMINE FALSI.

pannos,granum, vinum, oleũ, vel alias merces vendit,vt amplius, quam tunc valeant in certo termino recipiat pro eiſdem: ſi tamen ea tempore contractus non fuerat [a] vẽditurus.

TITVLVS XX.

De † crimine falſi.

¶ Auguſtinus †.

¶ *Teſtis falſidicus tres lædit, Deum, iudicem, & partem: & falſus eſt non ſolum qui mẽdacium dicit, ſed etiam qui veritatem occultat.*

CAP. I.

Falſidic' teſtis tribus pſonis ẽ obnoxi' [b]: primum Deo, cuius præſentiam contemnit; deinde iudici [c], quem mentiendo fallit: poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit [d]. ¶ Vterque reus [e] eſt, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat.

¶ Lucius tertius Vigorieñ. † Epiſcopo.

† Virgorñ.

¶ *Sententia lata per falſas literas, non debet executioni mandari.*

CAP II.

SVper † eo, quòd ſentẽtiam auctoritate literarum falſarum [f] latam noluiſti executioni [g] mandare, tuam prudẽtiam commendamus: Mandantes, vt quotiens aliqua ſcripta ſub nomine noſtro deſtinata, redarguẽda videris falſitatis, nullam eis adhibeas fidẽ: & quod per ipſas mandatum fuerit, nõ obſerues [h]: ſed eum, qui præſentauerit, retineri facias diligenter.

† Cap. 4. ti. de re iudicata in 2. compilatione, qđ etiam hic admonet. Io. And.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Clericus falſans ſigillum principis, deponitur. Item ei character imprimitur, & in exilium mittitur.*

CAP. III.

AD † audientiam noſtram te ſignificante peruenit, quòd cum quoſdam clericos,

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilatio. Vide Iuliũ Clarum in §. falſum. ver. ſunt etiã alij caſus. & in pract. cri. quæſt. 36. & Guidonem Papæ deciſione. 455.

¶ *Quia inter cætera præcepta legis diuinę continetur, Non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, & ſuprà viſum eſt de furto, & vſura, quæ eſt ſpecies furti: ideo annectit de crimine falſi.*

De hac materia habetur in decret. in cap. in memoriam. 19. diſt. & 11. q. 2. quiſquis. 4. q. 3. qui falſo. Abb. Sicul.

FAlſidicus.] Duæ ſunt partes: ſecunda: ibi, *Vterq;*. Abbas.

CASVS. Teſtis qui falſum teſtimonium dicit, tribus perſonis obnoxius eſt Deo, cuius præſentiam contemnit: iudici, quem fallit: & illi contra quẽ falſum teſtimonium dicit. Item ille reus eſt, qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: primus non vult prodeſſe, ſecundus vero nocere deſiderat. Not. quòd teſtis falſus tribus perſonis obnoxius eſt, ſcilicet Deo, iudici, & proximo: & in tribus debet puniri. Item qui veritatem celat, peccat: & ideo teſtis cõpellitur ferre teſtimonium.

b ¶ *Obnoxius.*] ideſt, obligatus.

¶ *Glo. ſeq. ponit duplicem modum puniendi falſum teſtem, & quòd ſententia ad eius dictum lata retractatur: nec fit eius executio: & duplicem ponit opinionem de ipſius nullitate.*

c ¶ *Iudici.*] qui [2] eum extraordinarie punire poteſt cauſa durante. C. de teſtib. nullum. ſed cauſa finita poteſt accuſari lege Cornelia de falſis. ff. ad l. Cor. de fal. l. 1. & etiam l. Cornelia de ſic. ff. ad l. Cor. de ſica. l. 1. 1. reſpon. & §. 1. Punit̃ enim falſus teſtis, & ſi conatus non habuit effectum: ſententia tamẽ per falſum teſtimonium dicta, vel inſtrumenta falſa retractari debet falſitate reperta vſque ad 20. annos. ſuprà de except. cum venerabilis. nec eſt mandanda executioni, ſi hoc obijciatur. j. cap. proxim. vbi de hoc. & nulla eſt, ſecundum quoſdam quia ex ea nõ datur exceptio. ff. de exceptioni. qui agnitis. dominus Azo dicebat quòd eſt aliqua: ſed non datur ex ea exceptio cum effectu. ff. de re iudi. diuus. quouſque enim conſtet de falſitate, habetur interim pro ſententia ſ. de fide inſtrum. accepimus. vbi de hoc.

2 De materia huius gloſſæ præter doctores hic vide to Zanchinũ tracta. de hæret. c. 14.

¶ *Glo. ſeq. triplicis culpæ triplicem ponit pœnam.*

d ¶ *Lædit.*] Quia in tribus offendit, triplex pœna ei debetur. Primo quia Deum offendit, ſeptennis pœnitentia ſibi iniungitur pro periurio. 6. quæſtio. 1. quicunque. quia iudicem deluſit, infamabitur. 12. quæſtio. 5. quiſquis conuictus. & verberibus caſtigabitur. 5. quæſtion. 5. illi qui. vel extraordinarie punietur, vt dictũ eſt in proxima notula: & quia proximum lædit, iuxta modum læſionis punietur. argum. 3. quæſtio. 9. nihilominus. licet ibi non loquatur de tali pœna.

e ¶ *Reus.*] De hoc habes 11. quæſt. 3. quiſquis.

SVper.] Primò commendat eũ cui ſcribit de præterito: Secũdò inſtruit eum de futuro: ibi, *Mandantes*. Abbas.

CASVS. Quædã ſententia lata fuit auctoritate falſarum literarum: ille pro quo lata fuit ſententia, impetrauit executionẽ faciendam per epiſcopũ Vigorieñ. ille citatis partibus, vt ſententiã executioni mandaret; oppoſitum fuit, quòd cũ ſententia illa lata eſſet auctoritate falſarum literarum, non debebat executioni mandari, cum nulla eſſet: epiſcopus literis illis viſis, noluit eam executioni mandare, cum eſſẽt falſæ; conſuluit Papã, & ipſe commendat ipſum, quòd noluerit ſententiam illam latam per falſas literas mandare executioni, præcipiens ei, vt quotiens aliqua ſcripta ſub nomine Papæ deſtinata, redarguenda viderit falſitatis, nullam eis fidem exhibeat, nec obſeruet, qđ per ipſas mandatur, ſed eum, qui præſentauerit illas, faciat detineri. Not. quòd falſæ literæ non conferunt iuriſdictionem: & ideo nullo tempore conualeſcit, quod per eas iudicatum eſt. Item iudex non debet ſententiam mandare executioni, vbi videt eã nullam, ſecus ſi eſſet iuſta. Item falſarius debet detineri.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguit duplicem falſitatem.*

f ¶ *Falſarum.*] Hic dicebat Lau. quòd ſine temporis præfinitione ſemper retractanda eſt ſententia de falſo: quia ipſo iure nulla eſt [3]: quia defectus eſt in iuriſdictione: quia falſæ literæ nullam atribuunt iuriſdictionem; ſed vbi alias ageretur de falſo, retractatur vſque ad 20. ann. vt dixi ſuprà capitu. proxim.

3 Adde qđ not. Cy. in l. 1. C. ſi ex fal. inſtru. idem in l. querelam. in 4. oppo. C. de fal.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

g ¶ *Executioni.*] Et ita patet, quòd executor ſubſiſtere debet, vel ſuſtinere, ſi obijciatur, quòd ſententia lata ſit per falſas literas. ſic ff. de iudicijs. ſi prætor. Argumen. contra: de offic. delega. cap. paſtoralis. & ibi ſoluitur hoc: vbi plenè habes quando fieri debeat executio, vel quando non. ſuprà, de re iudi. de cætero.

h ¶ *Non obſerues.*] Et ſi per errorem per talem ſententiam ſolutum eſt, poteſt reuocari. C. ſi ex falſis inſtrumen. l. 1. & 2. & ff. de exceptio. l. qui agnitis [4]. Bern.

4 Melius l. quæ eſt vlti. vbi dicitur ꝙ executio rei iudicatæ ſuſpendit̃, & ſolutũ per talem ſentẽtiam repetitur. Io. And.

AD audientiam.] Communis diuiſio: Secunda ibi, *Fraternitati*.

CASVS. Quidam clerici falſauerant ſigillum regis Franciæ: epiſcopus quidã poſuit eos in carcere, & ſignificauit hoc domino Papæ, & quæſiuit qualiter eſſent puniendi. Reſpondet Papa quòd nec membrum eis auferri faciat, nec pœnam infligi corporalem, per quã mortis periculum incurrere poſſint: ſed eis à ſuis ordinibus degradatis, in ſignũ maleficij aliquem characterẽ imprimi faciat, per quod inter alios homines co-

nes cognoſcantur, & prouinciam eos abiurare compellat. Not. quòd ſigilla regum ſunt authentica. Item eccleſia pœnam ſanguinis non infert. Item aliter puniuntur falſarij clerici literarum domini Papæ, quàm ſigillorum regum: ſed illud eſt ſpeciale in literis Domini Papæ.

tio in diem lata non ligat, niſi poſt diem elapſum. Item falſarius literarum domini Papæ, non poteſt ab alio, quàm à domino Papa abſolui, niſi in articulo mortis. Item in caſu iſto qui excommunicat, non poteſt abſoluere, & hoc eſt, quia Papa hoc prohibuit, & ſi fiat, non tenet abſolutio, quia & hoc præcipit.

a ¶*Mortis.*] Hãc pœnam eccleſia non imponit. 23. queſt. vltim. his à quibus. & c. ſæpe. & ꝟ. ne cleri. vel mona. ſentẽtiã ſanguinis.

¶*Gloſ. ſeq. cum ſeq. ſignat duo contraria, & ſoluit.*

b ¶*Degradatis.*] ſic ꝟ. de iudi. cum non ab homine. Sed contra videtur infrà eodem, ad falſariorum. vbi traditur ſeculari poteſtati puniendus: ſed illud ſpeciale eſt in falſarijs literarum domini Papæ 1, vt ſtatim tradã tur ſeculari poteſtati.

c ¶*Characterem.*] argumen. contra ſupra de rap. in archiepiſcopatu. & ſupra, ne clerici. vel mona. ſententiã. Sol. character iſte non ita profunde debet infligi vt ſanguinẽ eiiciat: ſed cutis ſuperficies deformetur in ſignum maleficij, & hoc propter odium criminis: quia facies hominis ad inſtar cæleſtis pulchritudinis facta, fœdari non debet. C. de pœnis. ſi quis in metallum. ſed illa pœna aliàs infligi non debet à iudice eccleſiaſtico: quia periculum imminet in ipſa infligenda: & huiuſmodi aduſtio clericis eſt prohibita. ſupra, ne cleri. vel monachi. ſententiam.

1 Add qua pœna puniatur falſificãs priuatam ſcripturã. not. in l. penul. C. de fal. Bart. in l. ſi quis. ff. ad legẽ Cornel. de fal.

† Cap. 1. ti. de falſarijs in 3. compilatione.

† eorum

qui falſauerant ſigillum regis Francorum, carcerali cuſtodiæ mancipaueris: & infrà. ¶Fraternitati tuæ taliter reſpondemus, vt eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem, per quam periculum poſſint mortis [a] incurrere: ſed eis à ſuis ordinibus degradatis [b], in ſignum maleficij characterem [c] aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoſcantur: prouinciam ipſam eos abiurare compellens, abire permittas.

¶Innocentius tertius.

¶*Exiſtens in curia literas Apoſtolicas non recipiat, niſi de manibus Papæ, vel officialium ab ipſo deputatorum: perſonæ tamen ſolemnes per nuntios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrafaciens ſi laicus eſt, excommunicationi ſubiacet, ſi clericus, ab officio & beneficio deponitur. hoc dicit vſque ad §. adijcientes.*

CAP. IIII.

Dura † ſæpè mandata: & infrà. ¶Statuimus, & ſub excõmunicationis pęna, & ſuſpenſionis ordinis, & beneficij diſtrictius inhibemus, ne quis apud ſedem Apoſtolicam literas noſtras niſi à nobis, vel de manibus illorum † recipiat, qui de mãdato noſtro ad illud ſunt officium deputati. Si verò perſona tantæ auctoritatis extiterit, vt ipſum deceat per nuntium [d] literas noſtras recipere: nuntium ad cancellariam noſtrã, vel ad noſipſos mittat idoneum [e], per quem literas Apoſtolicas iuxtà formam præſcriptam recipiat. Si quis autem in hac parte mandati noſtri tranſgreſſor extiterit, ſi laicus fuerit, excommunicationi ſubiaceat [f]: ſi clericus, officij & beneficij ſuſpenſione damnetur: & infrà.

¶*Per excommunicationis pęnã prouidet contra non reſignantes, nec deſtruentes literas falſas infra viginti dies: & abſolutio Papæ reſeruatur, & contra factum non tenet. hoc dicit. Abbas.*

¶Adijcientes ſtatuimus, vt generalem excommunicationis ſententiam promulgetis, quã per ſingulas parochias faciatis frequentius innouari [g]: quòd ſi quis falſas literas ſe habere cognoſcit, infra viginti dies [h] literas illas aut deſtruat [i], aut reſignet [k], ſi pœnam excommunicationis voluerit euadere [l]: quam (niſi forſan in mortis articulo [m]) ſine ſpeciali mandato noſtro, à quoquam nolumus relaxari [n]: nec etiam ſi præſumpta fuerit cõtra hoc abſolutio, quicquam habeat firmitatis.

d ¶*Per nuntium.*] ſpecialiter cum mandato ad hoc deſtinatum. ꝟ. de reſcr. nonnulli. Io.

¶*Gloſ. ſeq. arguit, & remittit.*

e ¶*Idoneum.*] Argumen. quòd non valent literæ per excommunicatũ 2 impetratæ. aliàs enim per quamcunque perſonam, etiam ſi per ſeruum impetrentur, valent. C. de preci. impe. offe. vniuerſis, quod forte poſſet intelligi, cum princeps ex certa ſcientia ei conceſſit literas. argumen. ff. de bo. poſſ. ſeruus. inſtrumentum enim ſuſpectum eſt ex perſona. argumen. ſuprà de reſcrip. ad audientiam. ff. de eden. ſi quis. ſimiliter non valet reſcriptum ab hæretico 3 impetratũ. C. de ſumma trin. Io.

f ¶*Subiaceat.*] Ex hoc videtur, quòd qui contra facit, ſit ipſo iure excommunicatus: ſed nõ credo quòd ſit excommunicatus ipſo iure: quia nec ſeruatur hoc, imo indifferenter videmus, quòd quilibet per nuntium literas impetrat, & hoc Papa ſcit, & tolerat, nec aliquem repellit, niſi eſſet excõmunicatus: ſed hoc intelligitur: cum literæ de manibus domini Papæ, vel bullatoris tantum ſunt recipiendæ, quia aliàs falſæ ſunt. infra, cap. proxim. & ille qui literas recipit, eſt excommunicatus, vt hic dicit.

2 Vide Panormita-- num in c. ſignifica-- uerunt ſupra de excep. & Speculat. ti. de actore.

3 Quoniã hæreticus caret omni legum auxilio. l. Manichæos C. de hæret.

Dura.] Prima pars punit non recipientes literas de manibus Papæ, vel officialium. Secunda punit non deſtruẽtes literas falſas: ibi; *Adijcientes.* Abb. Sicul.

Casus. Quia clerici & alij recipiebant literas in curia à quibuſcunque, propter quod falſitatis periculũ imminebat, ſtatuit Innocentius, & ſub pœna excommunicationis & ſuſpenſionis ordinis & beneficij diſtrictius inhibet, ne aliquis apud ſedem Apoſtolicam literas Papæ recipiat, niſi de manibus domini Papæ, vel de manibus illorum, qui ad hoc officiũ de mandato Papæ ſunt deputati: Si vero perſona tantæ fuerit auctoritatis, vt ipſum deceat per nũtiũ literas recipere, nũtiũ ad cãcellariũ, vel ad Papã mittat idoneũ, per quẽ literas recipiat iuxta modũ prædictũ. Si vero aliquis huius mãdati tranſgreſſor extiterit, ſi laicus fuerit, excõmunicationi ſubiaceat, ſi clericus, officij & beneficij ſui ſuſpenſione damnetur. Statuit etiam, vt Prælati eccleſiarum generalem ferant ſententiam, quam per ſingulas parochias frequentius faciant innouari: quod ſi quis falſas literas ſe habere cognoſcat, infra viginti dies illas deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam illam voluerit euadere: quam ſententiam nullus relaxare præſumat ſine ſpeciali mandato domini Papæ, niſi in mortis articulo, & ſi abſolutio contra hoc præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem. Not. quòd literæ Apoſtolicæ de manu Papæ, vel illius qui ad hoc officium per Papam deputatus eſt, debent recipi: aliàs præſumptio eſt contra eas. Item qui contra hoc fecerit, ſi laicus eſt, excommunicationi ſubiaceat: ſi clericus, debet officio & beneficio damnari. Item argumen. quòd literæ per excommunicatum impetratæ non valent. Item qui habet falſas literas, infra viginti dies illas deſtruat, aliàs cum ſententia ſuper hoc lata eſt, erit excommunicatus. Item excõmunica-

g ¶*Innouari.*] vt ſupra, de iudic. ita quorundam. in fin. vbi de hoc.

h ¶*Dies.*] in quibus deliberet ſuper literis. ſic 3. quæſtio. 3. cap. induciæ. §. offeratur. & ꝟ. de cleri. excom. miniſtr. illud. & ff. ex qui. cau. maio. l. ab hoſtibus. §. vltim.

i ¶*Deſtruat.*] ſim. 5. q. 1. quidam. & l. ſi quis famoſum. C. de famo. lib.

k ¶*Reſignet.*] tali qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe. arg. 22. quæſtio. 5. hoc videtur.

¶*Gloſ. ſeq. duas quæſtiones format, & ſol.*

l ¶*Euadere.*] ſi ſuper hoc lata eſt per diœceſanũ, vt hic præcipitur: tamen aliam ſententiam domini Papæ, ſiue canonis incurrit. infra eo. ad falſariorum. Quid ſi aliquis ſimplex vtitur literis talibus ignoranter? nõ excuſatur: quia per alios debet hoc inquirere. argum. 37. diſtin. §. vltimo. Quid ſi falſitas fuit ita latens, quòd non potuit videri etiam a perito? Reſpondeo, quòd ſi fecerit diligentiam, quam potuit, per ſe & per alios, non credo ipſum teneri, alioquin non excuſatur. argum. ſupra, de homi. cap. Ioannes. & c. vlt. & in alijs pluribus cap. & 50. diſt. ſi duo. Ber.

m ¶*Mortis articulo.*] Caſus iſte ſemper excipitur. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ꝟ. de ſententia excommu. à nobis & ſupra de offic. ordi. paſtoralis.

n ¶*Relaxari.*] Argu. ex quo Papa ſibi aliquid ſpecialiter reſeruat, alijs denegat facultatem diſponendi aliquid ſuper illo: ſed vbi abſolutionem non reſeruat, alijs intelligitur eſſe conceſſum. ꝟ. de ſententia excommunicatio. nuper.

Licet.

Licet.] CASVS. In decretali præſenti diſtinguit Papa ſeptem ſpecies falſitatis, per quas literæ Apoſtolicæ cognoſci debent vtrum ſint falſæ, quas quilibet diligens, qui per literas Apoſtolicas conuenitur, debet aduertere diligẽter, quas per ſingulos §§. videas per teipſum. In §. Eos etiam. dicit Papa quòd illi non ſunt immunes à crimine falſitatis, qui literas Apoſtolicas recipiũt cõtra tenorem conſtitutionis proximè prædictæ. Item quidam ſunt qui accedunt ad bullã, & falſas literas proijciunt, vt de vera bulla cum alijs ſigillentur. Sed iſtæ duæ ſpecies falſitatis non poſſunt de facili comprehendi, niſi vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ, vel in qualitate chartæ falſitas cognoſcatur. In alijs autem diligens indagator conſideret, vel in coniunctione filorũ, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtuſione, ſi bulla nõ ſit æqualis. Nota diligenter hanc decre. & inuenies in ea multos modos falſitatis literarum domini Papæ, qui qualiter deprehendantur, ſatis patet in litera.

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõpilatione. De materia ſimili vid. Archidiaconum & Turrecrematam in c. in memoriã 19. diſt. adde oĩno Rebuffum in praxi benefic. titul. de his quę opponi cõtra bullam poſſint, vbi de materia huius cap.

† ex vera bulla.

¶Gloſſa. ſequens vltra nouem ſpecies falſitatis, quas ponit textus, ponit 7.

a ¶Falſitatis.] Circa huiuſmodi vitium falſitatis nota, quòd præter hos modos, qui hic exprimuntur, ſunt alij caſus falſitatis: Ex dicto 1 enim, vel tacito dicuntur literæ falſæ. s. de reſcrip. ſuper literis. & in tali falſo diſtinguitur prout ibi dicitur, & pro tali falſo non punitur, niſi quia nõ habet commodum literarum. Et eſt argumen. ad idem. ff. de fal. ſi quis obrepſerit. Item charta dicitur falſa ſcripto, vt cum ſcriptum eſt in ea, omnes canonicos fuiſſe præſentes, qui non fuerũt omnes præſentes: & talis vt falſarius punitur, vt ſuprà de his quæ fi. à præla. ſi. conſen. cap. quanto. & ab officio & beneficio talis ſuſpenditur. ſuprà de teſti. tam literis. Item dicitur charta falſa ſi appareat raſa, vel mutata in loco ſuſpecto. infrà de priuil. cum olim. & ſuprà de fid. inſtrum. inter dilectos. & ſuprà de reli. domib. cum venerabilis. imo & qui literas iudicum tali modo falſat, puniri debet in beneficio ſuo. ſuprà de reſcript. olim. de hac raſura dicitur infrà eod. §. quinta. Item præſumitur falſum reſcriptum, licet forſitan non ſit, ita quòd per ipſum non procedatur, ſi habet in ſe vitium latinitatis, ſupra de reſcrip. ad audientiam. Item ſi inſtrumentum ſuſpectum inducitur, & ei non imponitur fides, dicitur falſum, C. de proba. iubemus 2. Item dicuntur literæ falſæ, ſi epiſcopus appellatur filius. Vel ſi Papa vni loquitur in plurali. infrà eod. capit. proxim. Item reſcriptum dicitur falſum, ſi eſt impetratum ſine mandato. ſupra de reſcrip. nonnulli. Item alios nouẽ modos falſitatis habes hic expreſſos. Et quicunque tali modo, vel alio quocunque literas domini Papæ falſauerit 3, vel vſus fuerit illis ſcienter, excommunicatus eſt, vt infrà eod. ad falſariorum. & debet tradi curiæ ſeculari conuictus, & degradatus: vt ibi dicitur. In alijs autem falſitatibus prædictis, licet puniri debeant, non ſunt ipſo iure excommunicati, nec curiæ ſeculari tradendi, niſi forte epiſcopus diœceſanus generalem tulerit excommunicationem, ſicut Bonon. fecit, qui excommunicauit omnes, illos, qui falſum inſtrumentum fecerunt, vel fieri fecerunt: vel qui teſtimonium falſum tulerit, vel procurauerit fieri * : vel qui ignem appoſuerit.

* alias, ferri.

1 In codice Barbatiæ hoc gloſſæ dictum legitur ita: Ex dicto eĩ vel tacito, vel facto dicũtur literæ falſæ, &c. illa autẽ verba: vel tacito rectè hẽnt vt conſtat ex d. c. ſup literis. de reſcri. hic citato.

2 Illa lex dicit, productentem vt falſariũ detinendum. Ioan And.

3 Vide citatos infra in d. ca. ad falſariorũ.

¶Idem Archiepiſcopo & canonicis Mediolanenſibus.

¶Ponit nouem modos falſandi literas Papales.

CAP V.

Licet † ad regimen: & infrà. ¶Vt autem varietates falſitatis [a] circa noſtras literas deprehendere valeatis, eas vobis præſentibus literis duximus exprimendas.

Prima ſpecies falſitatis hæc eſt, vt falſa bulla falſis literis apponatur [b].

Secunda, vt filum de † vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immiſſum, falſis literis inſeratur.

Tertia, vt filum ab ea parte, in qua charta plicatur inciſum, cum vera bulla falſis literis immittatur, ſub eadem plicatura cum filo ſimilis canapis reſtauratum.

Quarta, cum à ſuperiori parte bullæ, altera pars fili ſub plũbo reſcinditur, & per idem filũ literis falſis inſerta, reducitur infrà plumbum.

Quinta, cum literis bullatis & redditis, in eis aliquid per raſuram tenuem [c] immutatur.

Sexta, cum ſcriptura literarum, quibus fuerat appoſita vera bulla, cum aqua vel vino vniuerſaliter abolita, ſeu deleta, eadem charta cum calce, & alijs iuxtà conſuetum artificiũ dealbata de nouo reſcribitur.

Septima, cũ chartę, cui fuerat appoſita verà bulla, totaliter abolitæ vel abraſæ, alia ſubtiliſſima charta eiuſdem quantitatis ſcripta cum tenaciſſimo glutino coniungitur. ¶Eos etiam à crimine falſitatis non reputamus immunes, qui contra conſtitutionem noſtram, ſcienter literas non de noſtra, vel bullatoris noſtri manu recipiunt. ¶Illos quoque, qui accedentes ad bullam, falſas literas cautè proijciunt, vt de vera bulla cum alijs ſigillentur. Sed hæ duæ ſpecies falſitatis non poſſunt facile comprehẽdi: niſi vel in modo dictaminis, vel in forma ſcripturæ [d], vel qualitate chartæ [e] falſitas cognoſcatur. ¶In cęteris autem diligẽs indagator falſitatẽ poterit intueri, vel in adiunctione filorũ, vel in collatione bullæ, vel motione, vel obtuſione, præſertim ſi bulla non ſit æqualis, ſed alicubi magis tumida, & alibi magis depreſſa.

ADDITIO. Modi falſitatis bullarum Apoſtolicarum comprehenduntur his verſibus:

Forma, ſtylus, filum, membrana, litera, ſigillum.
Hæc ſex falſata dant ſcripta valere puſillũ.

b ¶Apponatur.] Apponens ſecundum leges aqua & igne interdicitur. ff. ad le. Cornel. de fal. l. vltima. 4

4 Loquitur in illo, qui vtitur falſo reſcripto vel falſa cõſtitutione, nullo auctore habito. Io. And.

¶Gloſſa ſequens tractat de raſura duplici, ſcilicet literarum Apoſtolicarum, & aliorum inſtrumentorum, & vtriuſque dicti ſoluit vnum contrarium.

c ¶Tenuem.] Quicunque radit, vel immutat reſcriptum domini Papæ ſibi aſſignatũ, excommunicatus eſt, & falſarius, vt dixi in proxima notula. & in hoc nullam diſtinctionem adhibeo, licet ſit argumen. contra. ſuprà de fid. inſtrumen. literis. quia intelligo illã raſuram factam per illum qui literas ipſas ſcripſit, & non per illum qui vtebatur illis. Si vero literæ clauſæ eſſent, non nocet raſura in quocunque loco fuerit: quia non eſt prę ſumptio contra impetrantem 5. In alijs autem literis, vel inſtrumentis poteſt diſtingui, vtrum ſint raſuræ in loco ſuſpecto, vt tunc obſit. ſupra de religi. domi. cum venerabilis. vel non ſuſpecto, vbi nulla vis eſt, & tunc non obeſt, argumen. illius decre. ſupra de fid. inſtrumen. ex literis. & capit. cum venerabilis. & hoc intelligitur quando raſura eſt in loco ſuſpecto. & ſic non contradicit, infrà eodem capitu. vltim. quæ intelligitur quando raſura non eſt in loco etiam ſuſpecto, & modica eſt raſura, ſcilicet paucarum literarum.

† Antinacen.
† Antibareñ.

5 Argum. ad hoc in l. comparationes. C. de fi. inſtr. & in l. ſi vnus. C. de teſta.

¶Idem Attinaceñ. † Epiſcopo.

¶Falſæ ſunt literæ Papales, in quibus epiſcopus vocatus filius, vel inferior frater, vel vni ſcribitur in plurali.

CAP. VI.

Qvàm † graui pœnæ ſubiaceat: & infrà. ¶Nos verò literas, quæ tibi ſub noſtro nomine præſentatæ fuerunt, diligentius intuentes, in eis tam in continentia, quàm

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpilatione. Et quatenus hic tractant Doctores de ſtylo Romanæ curiæ vide latè per Felynum in ca. 2. ſupra de reſcri. adde Romanũ con ſil. 376. in cip. quæſtio eſt.

d ¶In forma ſcripturæ.] Quia per comparationem literarum probatur falſitas. C. de fid. inſtrumen. l. comparationes, & ex ſtylo dictandi fit comparatio, vt hic dicit. in alijs autem literis non attenditur talis comparatio.

¶Glo. ſeq. ponit quandam expertam doctrinam.

e ¶Chartæ.] & in hoc eſt alia comparatio notanda, ſcilicet quòd raſura chartæ quantuncunque ſit ſubtiliter raſa, ſiue inciſa, ſi aliter diſcerni non poſſit, eleuari debet ad ſolem, & interponi debet inter ſolem & oculos. & ſtatim apparebit raſura.

Qvam graui.] Primò ponit admirationem. Secundò: ibi. Cum ſcire. in tribus, quæ ſunt de ſtylo curiæ informat, & primò reducit ad propoſitum. Tertiò: ibi, Propter quod. generaliter concludit. Abbas.

CASVS. Quidam epiſcopus coram legato Apoſtolicæ ſedis ſuper quibuſdam criminibus accuſatus, renuntiauit epiſcopatui: poſtmodum ad Apoſtolicam ſedem accedens, quaſdam literas ſub nomine Apoſtolicæ ſedis ad archiepiſcopum ſuum Attinacenſem reportauit, in quibus continebatur, quòd

quòd ipſum reſtitueret ad eccleſiam ſuam, altero ſubſtituto inde remoto: quod & fecit. Rex illius loci, non credens literas illas à ſede Apoſtolica emanaſſe, præcepit literas illas & ipſum impetrantem ad ſedem Apoſt. præſentari: dominus Papa viſis literis, quæ ipſi archiepiſcopo fuerant præſentatæ, reſcribit eidem, dicens, quòd in eis tam in cõtinentia, quam in dictamine falſitatem inuenit, & ĩ hoc fuit admiratus, quòd literas illas à ſede Apoſtolica credidit emanaſſe, cũ ipſe ſcire debeat conſuetudinem Apoſtolicæ ſedis talem eſſe, vt Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, fratres appellet, cæteros omnes dilectos filios in ſuis literis nominãdo: & quando vni perſonę ſcribit, nunquam ei loquitur in plurali, vos, vel veſter appellãdo; ſed in literis præſentatis huic, dilectus filius vocabatur: vnde mandat quatenus literas Apoſtolicas taliter ſtudeat intueri tam in filo, bulla, charta, quã ſtylo, quòd veras pro falſis, & falſas pro veris nullo modo admittat. Not. ꝙ Papa omnes epiſcopos, & ſuperiores, fratres appellat, inferiores autẽ omnes dilectos filios: & ſi aliter appellentur, literæ ſunt falſæ. Item vni non loquitur iu plurali, cuiuſcunque dignitatis ſit. Item falſitas præcipue deprehenditur in bulla, filo, charta: & ſtylo.

†Vide quæ notata sũt in c. Raynaldus. ſupra de teſta. verſ. dilectus f. n. O. vbi inuenies qualiter appellet Cardinales, quorũ hic non meminit.

†In multis exemplaribus ita: dilecto in Chriſto filio, vocabaris. Hæc clauſula inſolita pręſumptionem facit falſitatis Alexãder cõſi. 46. in 3. volu. & Felynus in c. cũm 2. d̃ teſtibus.

† Dictio literis, deeſt in antiqs codicib⁹.

in dictamine[a], deprehẽdimus falſitatẽ: ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales literas à nobis credideras emanaſſe: Cum ſcire debeas Apoſtolicam ſedem conſuetudinem in ſuis literis hanc tenere, vt Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, fratres†: cæteros autẽ Reges, Principes, vel alios cuiuſcunque ordinis, filios in noſtris literis appellemus. Et cũ vni tantum perſonæ noſtræ literæ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali[b], vt vos, ſiue veſter, & his ſimilia in ipſis literis apponamus. In falſis autem literis tibi præſentatis in ſalutatione, dilectus† in Chriſto filius vocabaris: cum in literis, quas aliquando tibi tranſmiſimus, te videre potueris à nobis fratrem venerabilem appellatum. Propter quod ſic literas Apoſtolicas ſtudeas intueri tã in bulla[c], filo, & charta, quàm in ſtylo, quòd veras pro falſis, vel falſas pro veris literis† modo aliquo non admittas.

¶ Idem.

¶*Qui per ſe, vel per alios literas Papæ falſant, excommunicati ſunt cum ſuis fautoribus: & clerici officijs & beneficijs priuati ſunt, & degradandi, & tradendi curiæ, ſeculari per quam laicus legitimè punitur: Qui verò falſis literis vtitur, ſi clericus eſt, officio & beneficio priuatur: ſi laicus, excommunicatus eſt. hoc dicit.*

CAP. VII.

AD† falſariorum confundẽdam malitiam: & infrà. ¶De communi fratrum noſtrorum conſilio duximus ſtatuendum, vt qui literis noſtris vti voluerint, eas primò diligenter examinent[d]: quoniam ſi falſis literis ſe vſos dixerint[e] ignoranter, eorum ſera pœnitentia euitare nequibit pœnas inferius adnotatas. Nos enim omnes falſarios[f] literarum noſtrarum, qui per ſe, vel alios vitium falſitatis exercent, cum fautoribus, & defenſoribus ſuis, anathematis vinculo decernimus innodatos: ſtatuentes, vt clerici, qui falſarij fuerint deprehenſi[g], omnibus officijs, & beneficijs eccleſiaſticis perpetuò ſint priuati: ita quòd qui per ſe falſitatis vitiũ exercuerint, poſtquam per eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati, ſeculari Poteſtati tradantur[h], ſecundum conſtitutiones legitimas[i] puniendi, per quam & laici, qui fuerint de falſitate conuicti legitimè puniantur. ¶Qui verò ſub no-

† Cap. 4. e. titu. de falſarijs, in 3. compilat. Concordat proceſſus Bullæ ĩ cæna Dñi S. D. D. Gregorij xiij. §. 6. vbi hoc decretum roboratur & extẽditur vide Bernardinum Diaz in pract. cri. cano. cap. 108. adde Rebuffum in praxi beneſ. in declaratione nouæ proiſiõis. adde Matthæum de Afflictis deciſ. 40.

a ¶*Dictamine.*] ſuprà, c. proxi. in fine. B.

¶*Gloſſa ſequens recitari poteſt per contrarium.*

b ¶*In plurali.*] In his ergo poteſt deprehendi falſitas, & de facili, quia facile eſt videre qualiter appellet epiſcopum, vel inferiores, & cui loquitur in plurali. ſecundum antiqua tempora hoc non ſeruabatur: Gregorius enim loquebatur vni in plurali, & de ſe quandoque ſingulariter, quandoque pluraliter. ſupra, de præſcriptio. nihil. 23. diſtinct. communis filius. & 99. diſtin. ecce. ſed hoc faciebat ex magna humilitate, & tunc erat talis conſuetudo, ſed illa immutata eſt. Alij epiſcopi appellant ſuos ſubditos fratres, vel ſocios. 8. quæſtio. 2. quid autem, & 10. quæſtion. 3. cauendum. & infra de exceſſibus prælato. cap. 1.

c ¶*Tam in bulla.*] vt s̃. cap. proxim.

AD *falſariorum.*] Primò punit falſantes literas Papę per ſe, vel per alium: Secundò punit vtentes literis falſis: ibi, *Qui verò.* Abbas.

CASVS. Ad confuſionem falſariorum ſtatuit Innoc. iij. de conſilio fratrum ſuorum, vt qui literis Apoſtolicis vti voluerint, eas prius diligenter examinent, quia ſi falſis literis vti ſe dixerint ignoranter, pœnas euitare non poterunt inferius poſitas: ipſe enim excõmunicationi ſuppoſuit omnes falſarios literarum Apoſtolicæ ſedis, qui per ſe, vel per alios vitium falſitatis exercent, cũ omnibus fautoribus & defenſoribus ſuis, ſtatuens vt clerici, qui falſarij deprehenſi fuerint, omnibus beneficijs & officijs perpetuo ſint priuati, ita quòd qui per ſe vitiũ falſitatis exercuerint, à ſuis officijs degradati, ſeculari Poteſtati tradantur ſecundum leges puniendi, & ſi laici fuerint, per eaſdem leges puniãtur legitime: illi verò qui ſub nomine Papæ falſis literis per alios impetratis vtũtur, ſi clerici fuerint, officijs & beneficijs ſpolientur: ſi laici fuerint, tandiu maneant excommunicati, donec ſatisfaciant competẽter, ita videlicet quòd & in clericis & in laicis malitia grauius puniatur quàm negligentia: & idem obſeruandum eſt de his, qui falſas literas impetrant. Not. quòd omnes falſarij literarum Apoſtolicæ ſedis cum fautoribus & defenſoribus ſuis ipſo facto ſunt excommunicati. Item clerici degradati propter hoc vitium puniendi ſunt ſecundum leges. Et not. hic vnum caſum, in quo clericus ſtatim poſt degradationem traditur curiæ ſeculari. Item vbi clericus deponitur, vel ſpoliatur officio, & beneficio pro aliquo delicto, laicus pro conſimili poteſt excommunicari. Item malitia grauius punienda eſt quàm negligentia.

d ¶*Examinẽt.*] Quod ſi non fecerint, in dolo eſſe videntur: ſine dolo enim falſum non committitur. C. ad l. Cor. de fal. nec exemplum. & affectatores ignorantiæ dici poſſunt de clau. deſpon. cum inhibitio 1. vnde talis ignorãtia craſſa, & ſupina poteſt dici. infrà de cle. excommu. mi. Apoſtolicæ.

e ¶*Dixerint.*] Poteſt ſuppleri, quòd nõ probauerint, quia q ignorantiam allegat, eam probare tenetur, ſupra de elect. innotuit. maxime cum hoc inquirere teneantur auctoritate huius conſtitutionis: aliàs ſi probaret ſe diligentiam, quam potuit & debuit, adhibuiſſe, non eſſet ei imputandum vt dixi ſuprà eodem, dura. quia iuſta ignorantia excuſat eum: quia non videtur teneri niſi poſtquam ſcit hoc, ſuprà eodem, dura. & infrà eodem capitu. proxim. Ex quo enim inquiſiuit à peritioribus, non eſt ei imputandum, 26. diſtinct. §. vltim. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. 1. in fin. fecit enim quod potuit. 48. diſtinct. quid ad nos. & 44. diſt. Epheſijs. & diuinare nõ tenebatur. ſic j̃. de exceſ. præ. inter dilectos. vbi excuſatur ignorantia.

1 Et infrà de tempo. ord. eos q. libr. 6. Ioã. And.

f ¶*Falſarios.*] de quibus habuiſti s̃. in c. proxim. vt ibi dixi. omnes tam principales, quàm fautores ſunt ipſo iure excommunicati, vt hic patet.

g ¶*Deprehenſi.*] & criminaliter conuicti. ibi enim, vt dicit lex, indagatio fiet acerrima, vbi pœna eſt grauiſſima. C. ad legem Cor. de fal. l. maiorem. & vbi ciuiliter agitur, mitius eſt agendum. C. eod. l. penult.

h ¶*Tradantur.*] Qualiter tradi 2 debeant, habes infra de verborum ſignificatio. nouimus. in tribus enim caſibus traditur aliquis ſtatim poſt degradationem curiæ ſeculari, vt hic, & eſt vnus, vt dixi ſupra, de hæreticis, ad abolendam. 11. quęſtio. 1. ſi quis ſacerdotum.

2 Vide Iulium Clarũ in prac. crimi. ſeu. §. fin. q. 36. verſi. ſcias aũt cũ aliquot ſeq. Couarruuiã in practicis qõ. cap. 32. & Bernardinum Diaz in pract. crim. cano. c. 132. & c. 133.

i ¶*Legitimas.*] Pœna enim falſi in libero homine eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, in ſeruo vltimum ſupplicium. ſic diſtinguit lex. ff. ad l. Cornel. de fal. l. 1. §. vltimo, & C. eodem titulo, vbi falſi. & ibi vltimo ſupplicio punitur crimen falſi. Et hoc eſt verum de his, qui falſant reſcriptum principis, de quibus hic intelligitur: qui vero falſant literas aliorum, aliter puniuntur, ſed leuius, ſupra eodem, ad audientiam, & hæc pœna imponitur illis, qui per ſe, vel per alios vitium falſitatis exercent, vt patet per iſtam literam, vbi loquitur de his, qui literis falſis ab alijs impetratis vtuntur.

a ¶Sub

a ¶*Sub nomine noſtro.*] id eſt, qui literis falſis vtuntur per alios impetratis ſub nomine noſtro: iſti minus puniuntur, quàm illi, qui per ſe hoc faciunt, vel per alios, vt patet per hãc literam & ſuperiorem. C. ad l. Cor. de fal. maiorem.

b ¶*In iſtis.*] de quibus hic dicitur, qui vtuntur literis per alios impetratis.

c ¶*In illis.*] ſcilicet qui per ſe hoc procurant, de quibus præmiſit. vel dic, in iſtis, id eſt, laicis: in illis, id eſt, clericis.

d ¶*Negligẽtia.*] Hęc tamen quandoque dolo comparatur, cum ſ. diſſoluta eſt, craſſa & ſupina. ff. manda. ſi fideiuſſor.

mine noſtro [a] falſis literis vtuntur, ſi clerici fuerint officijs & beneficijs eccleſiaſticis ſpoliẽtur: ſi laici, tandiu maneant excommunicationi ſubiecti donec ſatisfaciant competenter: ita tamẽ, vt in iſtis [b] & in illis [c], malitia grauius, quàm negligẽtia [d] puniatur: Quod & de his qui falſas literas impetrant, ſtatuimus obſeruandum.

Accedens.] Primò ponit deciſam conqueſtionem: Secundò prouiſionem: ibi, *Fraternitati.* Abbas.

Casvs. Quidam impetrauit literas contra aduerſarium ſuum, de ſimplici iuſtitia, in quibus literis falſitas fuit deprehenſa: Impetrator hoc intelligẽs, amplius noluit vti eis: ꝑpter quod diœceſanus epiſcopus ipſum ab officio & beneficio ſuſpendit: Vnde acceſſit ad dominum Papam rem ſibi exponens. mãdat Papa epiſcopo, ſi literæ Apoſtolicæ in quibus falſitas fuit deprehenſa, formam habeãt de ſimplici iuſtitia, officium & beneficium illi reſtituat, & ipſum ſuper hoc vlterius non moleſtet: quia non eſt præſumendum ꝙ pro talibus literis, quæ de facili habentur, quis committat vitium falſitatis, & ille non fuit vſus illis, poſtquam eas falſas eſſe cognouit. Not. quòd in his quæ de iure competunt alicui, & quæ de facili habentur, non eſt præſumendum falſum committi. & not. quòd circa modica non pręſumitur dolus committi. Item qui abiurat malum, quamcitò ſcit malum, nõ debet dici culpabilis.

† Cap. 1. e. tit. in 4. cõpilatione. Vide omnino proceſsũ bullæ in cœna Domini in præcedenti cap. citatum, antequã deciſione hui⁹ decretalis facilè vtaris.

¶ Idem.

¶*Non præſumitur quis falſare literas de ſimplici iuſtitia, nec punitur ſi hoc comperto deſtiterit illis vti.*

CAP VIII.

Accedens †: & infrà. ¶Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi literæ Apoſtolicæ, in quibus falſitas fuerit deprehenſa, de ſimplici iuſtitia forma habeant (cum præſumi nõ debeat [e], quòd pro talibus literis, quæ poſſunt facilè obtineri, fraudem quis commiſerit falſitatis) nec literis vſus [f] eſt, poſtquàm eas falſas eſſe cognouit, tu ei officium beneficiumque reſtituens, ipſum ſuper hoc vlterius non moleſtes.

¶*Gloſſa ſequens not. quòd literæ. & c. quærit & ſoluit. ſignat contrarium.*

e ¶*Præſumi non debeat.*] Not. quòd non præſumuntur literæ falſæ, quæ ſunt de ſimplici iuſtitia, & quæ de facili poſſunt haberi, ſicut non præſumitur quòd in re modica 1 doloſè agatur. ff. de dolo. ſi oleum. §. vlt. cum l. ſequenti. vnde ſi quis ſuggeſſit falſum in literis, quæ ſunt de ſimplici iuſtitia, non ſtatim præſumendæ ſunt falſæ, niſi probetur quòd ex certa ſcientia falſum ſuggeſſit: quia qui dicit quòd falſum ex certa ſcientia ſuggeſſit, dolum allegat, ſed dolus ex perſpicuis indicijs probari debet. C. de dolo, dolum. ſi tamen alter vult probare ignorantiam, auditur. Sed qualiter eam probabit? Dico quòd per iuramentum. infrà de ſenten. excommu. ſi vero 2. & 34. quæſtio. 2. in lectum. Sed pone quòd falſum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuit. præſumitur primo contra ipſum, quia non præſumitur quis ignorare factũ propriæ rei. C. de reſcin. ven. quiſquis. quod verum eſt. ſed illam præſumptionem elidit hæc præſumptio: quia non præſumitur dolum commiſiſſe circa literas, quæ de facili habentur, vt hic dicitur, & ſic vna præſumptio elidit aliam circa idem factum. ff. de in integ. reſtitut. diuus. ſupra de præſumptioni. literas. arg. contra. ſ. de electionib. cum inter. R.

1 Vid Corſetũ in tractã de minimis & Iaſonẽ in l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogantur.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

f ¶*Vſus eſt.*] Sim. infrà de exceſ. præla. inter. argumen. contra. ſuprà cap. proxim. vbi non excuſatur qui vſus eſt falſis literis ignoranter. Sed illud intelligendum eſt de his quæ non ſunt de ſimplici iuſtitia, quæ nõ poſſunt haberi de facili, vnde illa præſumptio eos condemnat; hic excuſatur à contraria præſumptione, quia in literis de ſimplici iuſtitia non eſt præſumptio contra impetrantẽ: vnde per ignorantiã excuſatur, ſi ſtatim deſiſtat, quando ſcit eas falſas. Ioan.

Ex conſcientia.] Primò diffinit obiectum dubium: Secũdò obijciẽte puniri mandat: ibi, *Verum.* Abbas Siculus.

¶ Idem.

¶*Propter paucarum literarum raſuram in loco non ſuſpecto, reſcriptum non probatur falſum.*

Casvs. Quidam impetrauit literas contra aduerſarium ſuum ſuper quadam eccleſia: aduerſarius ille in iudicium euocatus poſtulauit ſibi fieri copiam reſcripti, quo viſo cœpit illas literas arguere de vitio falſitatis, obligando ſe ſub periculo cauſæ ſuæ, ad probandum quòd literæ falſæ eſſent: iudex literas illas miſit ad dñm Papã, vt per eum ſciret veritatẽ huius falſitatis: Papa literas illas diligenter inſpiciens nullum ſignum falſitatis, vel ſuſpicionis in eis inuenit, niſi raſuras paucarum literarum, quæ ſapientis animum in dubitationem inducere non debuerunt: vnde mãdat Papa quatenus ſi conſtiterit prædictum R. ſe obligaſſe ſub ꝑiculo cauſæ ſuæ, quòd literas illas falſas eſſe probaret, ſibi ſuper dicta eccleſia ſilentium imponat: quia quilibet liberã habet poteſtatem ad renunciandum iuri ſuo. No. ꝙ raſura paucarum literarum nõ reddit falſum reſcriptum, niſi eſſet in loco ſuſpecto, prout hic intelligitur. Et ſic not. ꝙ modica ſuſpicio non vitiat reſcriptũ. Item modica ſuſpicio non debet animum ſapientis immutare. Itẽ aliquis poteſt ſe obligare ſub periculo beneficij ſui. Item licitum eſt vnicuique renuntiare iuri ſuo.

CAP. IX.

Ex † conſcientia: & infrà. ¶Verum literas ipſas, quæ redargutæ fuerant falſitatis diligentius intuentes, nullum in eis falſitatis ſignum, vel ſuſpicionis inuenimus, niſi paucarum literarum raſuras [g], quæ nequaquam ſapientis [h] animum in dubitationem vertere debuerunt: Vnde ſi vobis conſtiterit prædictum R. obligaſſe ſe ſub periculo cauſæ [i], quòd literas illas falſas eſſe probaret (cum quilibet ad renuntiandum [k] iuri ſuo liberam habeat facultatem) ipſi R. ſuper dicta eccleſia ſilentium imponatis [l].

† Cap. 2. e. tit. in 4. cõpilatio. Vide Matthæum de Afflictis deciſiõe 404. & li. 3. Rubrica. 39. ti. de falſarijs ſuper conſtituit. Neapol. adde doctores in l. fi. C. de edicto diui Hadri. tollen.

TITVLVS XXI.

De ſortilegijs †.

¶Ex pœnitentiali Theodori †.

¶*Sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contra facientibus pœna imponitur.*

† Aliàs ſortilegis, nõ male. & de materia huius tituli tractat⁹ extat Pauli Grillandi. add Alfonſũ Caſtrum li. 1. c. 13. de iuſta hæreti. punitio.

† Sic etiã Burchardus li. 11. decret. ca. 26. & Iuo par. 11. c. 52. iterum Burchardus lib. 19. c. 5. tit. de arte magica. & c. 1. eod. tit. in 1. compilatione.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & remittit.*

g ¶*Raſuras.*] Non in narratione facti, quia ex hoc nulla ſuſpicio eſſet. ſ. de fide inſtr. ex literis. nec per talem raſuram facta fuit ambiguitas in nomine. ſ. de fide inſtru. inter dilectos. Contra habes ꝙ raſura inducit ſuſpicionem. ſupra de relig. domib. cum venerabilis. & j. de priui. cum olim. 2. & ſ. eo. licet §. quinta. vbi de hac materia.

h ¶*Sapientis.*] Modica ſuſpicio nõ debet ſapientis animum immutare. ſ. de ſimo. & ſi quæſtiones. & 1. q. 1. iudices. Ioan.

i ¶*Cauſæ.*] Quod fieri poteſt. ſ. de elect. cum dilecti. vbi de hoc. in fine. & ſub pœna ordinis & beneficij poteſt ſe aliquis obligare. 1. quæſtio. 8. quotiens. & de conſecra. diſtin. 2. ego Berengarius. Ber.

k ¶*Renuntiandum.*] Supra, de regu. ad Apoſtolicam. & ſuprà de foro compe. dilecti. & c. ſi diligenti. & C. de pact. ſi quis in conſcribendo. & de epiſc. & cleri. ſi quis in conſcribendo.

l ¶*Imponatis.*] Sed nunquid propterea eſt eccleſia illa aduerſario aſſignanda? Reſpondeo, non, niſi probet primò ſe habere ius in illa 2. ſ. de reſcript. olim, in fine.

2 Hæc Bernardi ſententia non placet hic Hoſtienſi. ſed vide Ioan. And. qui ambos verum dicere putat, diuerſis tamen modis.

DE SORTILEGIIS.

¶*Quia ſortilegia continent in ſe falſitatem, meritò de his ſubijcitur.*

De hac materia gloſa eſt optima 26. quæſtio. 2. in ſumma. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur 26. quæſtio. 1. & quæſtio. 2. & quæſt. 3. & quæſt. 4. & quæſt. 5. & quæſtio. 6. non licet iniquas. vſque in finem q.

In tali-

IN *tabulis.*] Primò ponit prohibitionem. Secundò ponit pœnam tranſgreſſoribus: ibi, *Quia autem.* Abbas.

CASVS. In cap. iſto dicitur, quòd furta nõ ſunt requirenda ſorte in tabulis, vel codicibus, aut alijs: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obſeruare præſumat: & qui contra fecerit, xl. dies pœniteat. Nota hic pœnam illorum, q ſortem & diuinationes exercent.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

a ¶*Sorte.*] Sic electio per ſortem 1 non eſt facienda. infrà eodem, cap. vltim. Arg. contra. 26. quæſtion. 2. ſors. & cap. hi qui. quia licet ſors in ſui natura non ſit mala, tamen prohibetur, ne propter aſſiduitatem labantur in idololatriam. ſicut eſt in iuramento. 22. quæſtion. 1. conſidera. & hoc cap. hi qui loquitur de cõparatiua permiſſione. ibi, potius permittuntur ſortes, quàm ad dæmonia cõſulenda cõcurrant: ſic propter diuinationes futuras ſortes prohibentur, vt hic patet, & 26. quæſtio. 2. illud. & quæſtion. 5. cap. ſortes. & cap. peruenit. quandoque tamen permittitur per ſortẽ aliquid fieri, vt dicitur infrà eod. cap. vltim.

1 De materia huius gloſſæ vidẽ B. Thomã 2. 2. q. 95. arti. 8. ex quo intelliges quando & quibus ſortibus vti liceat.

† Aliàs Granden.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilatio. & poſt concilium Lateran. ſub Alexãdro iij par. 50. cap. 6. De pęna ſortilegorum ſacerdotium vide concilium Lateranen. ſub Leone x. ſeſſio. 9. & Bernardinum Diaz in pract. crimi. cano. c. 100.

CAP. I.

IN tabulis, vel codicibus, aut alijs, ſorte [a] furta non ſunt requirenda: nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus quis obſeruare præſumat: Qui autem contra fecerit, quadraginta dies [b] pœniteat.

¶ Alexander tertius Grandeñ. † Patriarchæ.

¶*Presbyter, qui per inſpectionem aſtrolabij furta requirit, ad tempus ſuſpẽditur ab altaris miniſterio. ita communiter ſummatur: ſed in veritate hæc ſummatio non eſt indiſtinctè vera, quia acrius poteſt puniri.*

CAP. II.

EX † tuarum tenore literarum accepimus, quòd V. presbyter cum quodam infami, ad priuatum locum acceſſit, non ea intentione vt vocaret dæmonium, ſed vt inſpectione aſtrolabij furtum cuiuſdam eccleſiæ poſſet recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, & ſimplicitate [c] ſe feciſſe proponat: id tamen grauiſſimũ fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit: & infrà. ¶Mandamus, quatenus talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam † imponas, quod per annum & amplius, ſi tibi viſum [d] fuerit, eum ab altaris miniſterio præcipias abſtinere: & extunc liberum [e] ſit ei exercere officium ſacerdotis.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium.*

b ¶*Quadraginta dies.* Si laicus fuerit, communione eccleſiæ priuetur: ſi vero clericus, officio & beneficio poteſt priuari. 26. quæſtio. 5. non oportet. & duobus cap. ſeq. Et argumen. contra. j. cap. proxim. arg. contra j. eod. cap. vltim. vbi non puniuntur.

EX *tuarum.*] Primò ponitur conſultatio: ſecundò reſpõſio: ibi, *Verum.* Abbas.

CASVS. Quidam presbyter V. nomine acceſſit cum quodam infami ad locum priuatum, non illa intentione vt dęmonium inuocaret, ſed vt poſſet inuenire furtum cuiuſdam eccleſiæ per inſpectionem aſtrolabij: Patriarcha Grandeñ. ſignificauit hoc Domino Papæ: vnde ipſe ſcribit eidem dicẽs, quòd licet ex bono zelo & ſimplicitate presbyter ille hoc ſe feciſſe proponat, tamen non modicam maculam peccati contraxit: quare mandat, quatenus per annum & amplius, ſi ei viſum fuerit, eum ab altaris miniſterio præcipiat abſtinere: & ex tunc officium ſuum poterit exercere. Not. quòd ſimplicitati parcendum eſt. Item nota hic pœnam illorum, qui huiuſmodi inſpectiones, vel diuinationes exercent.

c ¶*Simplicitate.*] quia bono zelo hoc fecit, aliquantulum excuſatur. argumen. ſuprà de apoſta. cap. 2. & quia per ſimplicitatem hoc fecit, dignus fuit miſericordia: nam ſimplicitati parcendum eſt. ſuprà de rer. permuta. cap. cum vniuerſorum. vbi de hoc 2. Ber.

d ¶*Si tibi viſum.*] Et ita tempus pœnitentiæ arbitrariũ eſt. 26. quæſtio. 7. tempora pœnitudinis. ſed minorem pœnitentiam anno non poſſet imponere, ex quo Papa ſibi annum prę fixit, ſed ſuprà eſt ad arbitrium epiſcopi.

2 Concor. tex. in l. 1. ff. de dol. & in l. inter. cum vulg. ff. de excu. tuto.

e ¶*Liberum.*] Hoc intellige dictum ex diſpenſatione: nam de iure communi debuit remanere priuatus, & epiſcopus de iure contra illum proceſſit. 26. quæſt. 5. non oportet. & cap. ſiquis epiſcopus. & cap. aliquanti. ſed quia bono zelo per ſimplicitatem deliquit, Papa mandat ipſum reſtitui, & epiſcopus authoritate ſua cum iſto potuit ſi voluiſſet, diſpenſare, cum in caſu iſto ei hoc non ſit prohibitum, & diſpenſet etiam in maioribus. 50. diſtin. presbyteros. & ſuprà de iudi. at ſi clerici. vbi de hoc. Ber.

¶Honorius tertius capitulo Lucañ †.

¶*Non ſolum electio per ſortes fieri non debet, ſed etiam electiones compromiſſariorum per ſortes aſſumi nõ debent.*

† Lucen.

CAP. III.

ECcleſia † veſtra epiſcopo deſtituta, vos conuenientes in vnum, vt de futuri tractaretis electione põtificis, vnum elegiſtis ex vobis per ſortem: qui tres auctoritate veſtra elegit, per quos vice omnium Lucañ. prouideretur eccleſiæ de paſtore: quorum duo tertium, magiſtrum R. ſcilicet elegerunt: quod expreſsè licebat eiſdem, ſecundum traditam à vobis oĩbus poteſtatẽ [f]. Procuratoribus igitur veſtris ſuper his, in noſtra præſentia conſtitutis. Nos tali examina-

ECcleſia.] In prima ponitur electio: In ſecunda electionis proſecutio, examinatio, & reprehenſio: In tertia, gratioſa confirmatio, & ſortis prohibitio. Secunda: ibi, *Procuratoribus.* Tertia: ibi, *Electionẽ.* Abbas.

† pœnam, habent vetuſtiores codices, & pleriq; manuſcripti.

CASVS. Vacãte Lucana eccleſia canonici conuenientes in vnũ, de futuri paſtoris electione tractaturi, vnũ elegerunt ex ſe per ſortem, qui vice capituli tres eligeret electores, per quos vice omniũ prouideretur eccleſiæ de paſtore: quibus ab ipſo electis, duo ex illis tertium ex ſe magiſtrum R. elegerunt: qã ſub hac forma eis data fuerat eligendi poteſtas, vt vel ex ſe, vel alijs eligere poſſent. electionem iſtã per nuntios ſuos præſentauerunt domino Papæ, petentes eam confirmari: dominus Papa examinato tali proceſſu, dignum multa reprehenſione inuenit, pro eo ꝙ ſors in talibus interuenit: electionẽ celebratam de prædicto magiſtro ad gratiã confirmationis admiſit, fortis vſum in electionibus perpetua cõdemnans prohibitione. Nota, quòd cum ſub hac forma dat̃ aliquibus eligendi poteſtas, vt vel ex ſe, vel ex alijs eligere poſſint, tunc poſſunt eligere vnũ de ſe aliàs non, vt hic colligitur. Item ad quem pertinet confirmatio, ad ipſum pertinet examinatio proceſſus & perſonæ. Item ſortes in electione prohibitæ ſunt.

† De materia huius decretalis vide Felynum in c. capitulũ, ſuprà d̃ reſcript. & B. Thomã 2. 2. q. 95. artic. 8. & ibi Caietanum, ex quo intelliges cur ſortes repellant̃ in electionibus ſpiritualibus.

¶*Gloſſ. ſeq. alleg. concor. ponit opin. quam reprobat per locum à diuiſione, & per ſimile, & per decret. Cumana, & reſpondet rationi contrariæ.*

f ¶*Poteſtatem.*] Sim. habes ſuprà de elect. cũ in iure. dicunt tamen, quidam, quòd idem eſſet ſi aliqua forma non fuiſſet expreſſa, ꝙ poſſent vnum de ſe eligere, vt dicitur in c. cùm in iure. quod non credo, quia vbi ſimpliciter datur poteſtas eligendi tribus, nulla forma adiecta, ita habent poteſtatem eligendi omnes, ꝙ vnus vel duo ſine tertio eligere non poſſunt: vnde ſi duo eligant tertium, non valet qđ faciunt, quia hanc poteſtatem non habent: ſi ille eligat ſe cum alijs, non valet: quia nemo ſeipſum eligere poteſt. ſuprà de inſtit. cum ad noſtram, quia alius debet eſſe electus, & alij eligentes, vt ibi dicitur, ſicut eſt inter baptizantem & baptizatum. ſuprà de bapt. debitum. & ſuprà de iure patro. per noſtras. 24. quæſt. 1. didicimus. & ff de tu. & cur. da. ab his. l. prætor: & ff. de teſt. tu. ex ſententia. ff. ad Trebe. ille à quo. §. tempeſtiuum. quia duplici officio fungi non poteſt, vt ibidem dicitur; ſicut ſi tres iudices, vel arbitri ſint dati ſimpliciter ſine illa clauſula, ꝙ ſi non omnes, &c. duo ſine tertio procedere non poſſunt, quia poteſtas iudicandi ita data eſt omnibus, quòd duo ſine tertio, vel alter ſine altero procedere non poteſt. ſ. de offic. deleg. c. vno delegatorum. c. cauſam matrimonij. De hoc etiam dixi in c. cum in iure. Sed cum datur aliquibus poteſtas eligendi de ſe, vel alijs, ſi volunt aliquem eligere de ſe, tunc poteſtas eligendi remanet penes illos tãtum, & eis ſolis data intelligitur, ſicut quando committitur cauſa cum illa clauſula, quòd ſi nõ omnes, &c. ſed ſi ſimpliciter datur aliquibus poteſtas eligendi, tunc non poſſunt aliquem eligere de ſe, ſicut eſt in iudicibus,

bus, vt dictum eſt, & perſona electa nullo modo debet computari inter eligentes, vt probatur ſ. de elect. Cumana. & ideo dicit hic, quòd eis licebat ſecundum traditam, &c. Et hoc argumen. non valet. Capitulum poteſt eligere vnum de ſe: ſed iſti quib. data eſt ſimpliciter eligendi poteſtas, funguntur vice capituli. ergo poſſunt eligere vnum de ſe. Capitulum enim eligit iure communi, ſiue ordinario, ſed iſti non eligunt iure communi, ſed poteſtate ſibi conceſſa per capitulum. Ber.

to [a] proceſſu, licet nota non careat, quinimo multa reprehenſione ſit dignum, quòd ſors in talibus interuenit: & infrà. ¶ Electionem celebratam de ipſo, ad gratiam [b] confirmationis admittimus: ſortis vſum in electionibus [c] perpetua prohibitione damnantes.

a ¶*Examinato.*] & meritò: ad quem enim pertinet confirmatio, & examinatio proceſſus & perſonæ. ſuprà de elect. nihil eſt, & c. cum nobis. & c. venerabilem. & ſupra de transla. capit. vltim. & ſupra de hære. c. cum ex iniuncto in fin.

TITVLVS XXII.

De colluſione detegenda †.

¶Gregorius † vniuerſis epiſcopis de Corin.

¶*Accuſatore deſiſtente ab accuſatione poteſt iudex ex officio ſuo inquirere ſuper crimine illato.*

b ¶*Ad gratiã.*] Hoc ideo dicit, qa de iure debuit caſſari, ſed ipsũ de gratia confirmauit.

¶*Gloſſa ſequens not. à contrario. & illud coadiuuat, ſecundo obijcit, & ſoluit.*

c ¶*In electionibus.*] Per hoc quod dicit, in electionib. videtur, quòd in alijs [1] vſum ſortis non reprobet. argumen. 25. diſtinct. qualis, & ff. de iudic. cum prætor. ff. de teſti. ex eo. & 15. quæſtio. 3. de crimine. pręterea in multis caſibus vſum ſortis admittimus. ff. de iudic. ſed cum ambo. ff. fam. ercisc. ſi qui ſunt. C. communia de le. ſi duobus. circa prin. Sed quare prohibetur vſus talis in electionibus? nonne Matthias ſorte electus fuit. 31. diſtinct. cleros. in prin. & ſors non eſt aliquid mali. 26. quæſtion. 2. ſors? Dicas quòd licet Matthias & Ioannes ſorte electi fuiſſent, non tamen eorum exemplo eligendus eſt aliquis per ſortem, vt 26. quæſtion. 2. non ſtatim. & cap. non exemplo. quia illud factum fuit diuina inſpiratione. ſic. 14. quæſtion. 5. dixit. Quod autẽ dicitur, ſors non eſt aliquid mali, verum eſt conſiderata in ſe, ſed ex cauſa prohibetur, vt dixi ſuprà eod. capitu. 1. & præterea hic non fuit ſeruata forma cõcilij. ſuprà de elect. quia propter. vt videtur. propter diſſenſiones vero & lites dirimendas ſors admittitur circa iudicia, vt dicunt prædictæ leges, in quo caſu poteſt intelligi cap. illud, ſors. ſed in electionibus licet ibi ſit diſcordia, non licet per iura prædicta. Ber.

† De collusionib' vnus vetus Gregorianus. & in cęteris manuſcriptis. De colluſiõe, abſq; voce, detegenda.

†Gregori' lib. 2. regiſtri indict. 11. epiſtola 38. cap. 77. apud Ioannem Diaconũ lib. 4. c. 32. de vita B. Gregorij. refertur poſt concilium Lateranen. ſub Alexan. 3. par. 48. c. 1. & c. 1. e. tit. in 1. cõpilatione.

1 Vt plenè intelligas hanc gloſſam, præter Henricũ Boich. Ioan. Ananiam. & alios doctores hic vide omnino B. Thomam, & Caietanũ initio cap. citatos.

2 Cõcor. gl. i l. poſt. contractũ & ibi Bar. ff. de don. habes ſimile. ti. huic C. eod.

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

¶*Quia in colluſione ineſt falſitas, ideo ſubijcitur hęc rubrica de colluſione.*

De hac materia rubricæ reſpectu quo colludens præuaricatur, habetur 2. quæſt. 3. §. fin. facit text. in cap. 2. in fin. de procu. lib. 6. & in cle. conſtitutionem. §. ſanè. de elect. Et colluſio eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, vt voluit. glo. in c. 3. infra eo. in ver. colluſione. & vide glo. 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum. Et dicitur colludens falſum committere, quia aliud agit, & aliud ſimulat [2].

De hac materia habetur 9. q. 3. cap. 1. in rubri. de pœnis. verſicu. quæ ſit pęna colluſionis, & ſupra in rubrica de accuſatio.

S*Cripta.*] Si accuſator ab accuſatione deſiſtat, debet iudex inquirere an per colluſionem hoc fecit ita ſummatur communiter. Primò ponit factum. Secũdò decidit quæſtionem circa factum: ibi, *Quia.* Abbas Siculus.

Casvs. Quidam accuſauerunt Hadrianum epiſcopum: tamen accuſatores eum H. in amicitiam conuenerunt, deſiſtendo ab accuſatione, ſignificatum fuit hoc domino Papæ, quòd per colluſionem deſiſteret ab accuſatione: vnde ſcribit Papa epiſcopis de Corin. ſuper hoc dicens, quòd qualitas facinoris nuntiati ipſum inducit, vt talia diſſimulare non debeat, cum gratiam inter ſe feciſſe dicantur: vnde mandat hoc diligenter inquiri, ne forte huiuſmodi concordia non ex charitate, ſed ex præmio ſit comparata. Not. quòd qualitas facti conſideranda eſt. Item non licet recedere ab accuſatione ex præmio.

d ¶*Quod hi.*] Argum. quòd plures accuſatores poſſunt admitti contra vnum ſuper eodem crimine. ſuprà de accu. licet. & 2. quæſtio. 1. in primis. & plures procuratores admittuntur. ſuprà de teſti. inſuper. hic enim admiſſi fuerunt plures accuſatores. & in cap. in primis. quod fieri non debet: imo iudex debet eligere magis idoneum. ff. de accu. ſi plures.

CAP. I.

SCripta fraternitatis veſtræ relegentes, agnouimus quod hi [d], qui contra Hadrianum epiſcopum aliqua dixerãt, modo cũ eodẽ in amicitiã conueniſſent: & infrà. ¶Quia verò nuntiati facinoris qualitas [e] nos vehemẽter impellit, vt ea, quę audiuimus, diſſimulare [f] nullatenus debeamus: præſertim cũ accuſatores, & accuſatũ inter ſe feciſſe gratiam [g] indicaueritis: hoc

¶*Gloßa ſequens not. modum præponderandum facto.*

e ¶*Qualitas.*] De amicitia lætatur, & non de modo illo, quo in amicitiã conuenerũt, & ideo præcipit inquiri de colluſione: vnde dixit Io. quidam ſapiẽs phantaſma: Deus non eſt remunerator nominum, ſed aduerbiorũ. hoc eſt dicere, non remunerat Deus bonũ quod fit, ſed quod bene fit: vnde non remunerat Iudæos qui crucifixerunt [3] Chriſtum, licet mors Chriſti bona fuerit: quia propter hoc de pœnis inferni nos redemit, & ideo non remunerauit eos, quia non bene fecerunt: Deus enim cor interrogat, & non manum. 24. quæſt. 5. ſiquid inueniſti. nec conſiderat quæ fiunt. ſed quo animo fiunt. 15. quæſtio. 7. cap. 1. in fin.

3 Vide B. Thomam, part. 3. q. 47. art. 6. & ibi Caietanum.

f ¶*Diſſimulare.*] j. cap. proxi. & cap. pe. & vlt. per hoc enim conſentire videtur. argum. 44. diſt. Epheſijs, in fin. & 83. diſt. error. & ſ. de hære. cap. 2.

¶*Glo. ſeq. diſtinguit & proſequitur dupliciter modum recedendi à lite in triplici genere cauſarum.*

g ¶*Gratiam.*] Argumen. quòd non liceat recedere à lite. vnde not. quòd tria ſunt genera cauſarum, ſ. ciuilis, criminalis, & ſpiritualis. Dupliciter enim poteſt quis à lite recedere: p gratiam, & per transactionem. In cauſa ciuili quandoque poteſt quis à lite recedere per gratiam: & per transactionem ſine aliqua pœna, vel nota: niſi in actione famoſa [4], in qua non licet tranſigere ſine iudicis authoritate, aliàs notatur infamia. ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pactus. In cauſa vero criminali ante inchoatam litem licitum eſt deſiſtere per gratiam. ff. ad Turpil. mulier. & l. quæſitum. poſt inchoatam litem non licet ſine iudicis authoritate, & ſine conſenſu rei, ſi fuit ſuppoſitus tormento. C. de abo. l. 3. vel ſi ex hoc remaneret infamatus, vt argum. 5. quæſtio. 1. quidam. Et ſi deſtiterit, incidit in Turpillia. ſi publicum crimẽ intendit. C. ad Turpil. l. 1. & fideiuſſor punitur in quantitate promiſſa, & accuſator notatur infamia. & extraordinariè pro motu iudicis punitur. ff. eod. l. 2. ff. de cuſto. & exhi. reo. l. 4. & ff. de pręua. l. 3. in fin. & l. ſi is. ſi vero priuatum [5], extraordinariè punitur. ff. ad Turpillia. ſiquis repetere. in fin. Pro motu iudicis ſecundum canones omne crimẽ quaſi publicum cẽſetur, vnde per transactionem ſeu gratiam à lite recedere non licet. argumen. hic, & infrà capit. proxim. & capit. vltim. Quòd ſi fecerint inter ſe gratiam vel aliquam colluſionẽ, iterum inquiretur de crimine, vt hic patet, & infrà capit. proxim. & vlti. iudex tamen ſi in crimine illo poſſet diſpenſare, præſtare poteſt authoritatem, ſi voluerint inter ſe gratiam facere. argumen. 5. quæſtio. 2. ſi primates. & 15. diſtin. cap. 1. & cap. ſtudendum. In cauſa ſpirituali bene licet à cauſa recedere per gratiam, per transactionem vero non, vt proprie intelligas transactionem. ſ. de re. permu. capit. vltim. ſuprà de tráſa. ſuper eo. In cauſa vero criminali, vel matrimoniali neque per transactionem, neque per gratiam ſeu compoſitionẽ licet diſcedere. ſ. de transac. c. vlt. Ergo ſi aliqui gratiã faciant inter ſe indebito modo, iudicis eſt inquirere, vt hic patet per totum. C. de generali abo. indulgentia. & l. 2. vbi autem ex iuſta cauſa vult diſcedere, iudex debet indulgere abolitionem. 2. quæſt. 3. ſi quem pœnituerit. & §. præuaricator. C. de aboli. l. 1. & 2. In cauſa mixta, puta cum agitur ad tori ſeparationẽ, poteſt quando vult, diſcedere. argu. ſ. de diuor. ex literis. quia non ſolum ſepties, ſed etiam ſeptuageſies, &c. [6] ſ. de iureiur. quemadmodum. Ala.

4 Sup hoc vide quod not. 3. q. 7. §. tria. ad fi in gl. fama. Ioan. And.

5 De publicis & priuatis vide in Spe. de accu. §. 2. in prin. Io. And.

6 De hoc per Io. 2. q. 3. §. vlt. in gloſſa, ſcias, vbi etiam notatur in qbus liceat trãſigere, & in qbus nõ, de quo vide p Innocẽtium infra. c. pximo. Ioã. And.

a ¶*Chari-*

a ¶*Charitate.*] Si enim ex charitate hoc fecerunt accuſatores, poſſent tolerari, ſed ex præmio non: vt hic dicit. & infrà capitu. proxi.

CRimina.] Caſus de ſe patet. No. ꝙ crimina ſemel audita, indiſcuſſa remanere non debent: quia crimina vndecunque claruerint, punienda ſunt.

b ¶*Gregorius.*] Gregorius iſte ſecundus fuit, vel tertius forte: & loquitur de primo.

c ¶*Præteribat.*] quia vndecunq; crimina claruerint, punienda ſunt. 24. q. 3. ecce. & ī. c. proxi. & 86. diſt. ſiquid. & 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum.

AVdiuimus.] Beneficio ſuo priuatur, qui per colluſionem illud conſtituit cenſuale. hoc dicit. Primo refert colluſionem: Secūdò illum priuari mandat: ibi, *Vnde.* Abb.

CASVS. Quidam clerici ſuper beneficijs, quæ poſſident, ſe permittunt, & ſuſtinent ab alijs moleſtari, & poſtmodum, vt quæſtioni cedant, & illi quiete poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſoluunt illis, q eos moleſtabant de ipſis beneficijs, annuam penſionem, vt poſt mortem illorum ſibi ſuccedant in beneficijs illis, ſuper quibus facta eſt colluſio: peruenit hoc ad notitiam Domini Papæ, vnde mandat diœceſano epiſcopo, quatenus ſi conſtiterit ei clericos ſuæ iuriſdictionis per colluſionem fraudem huiuſmodi commiſiſſe, eos beneficijs illis, ſuper quibus colluſum eſt, non differat ſpoliare, cū ſatis eſſet indignū, ſi fraus, & dolus, quæ in aliorum præiudicium nituntur committere, in eorum incommodū non redundent. No. quòd prælatus poteſt eccleſiam conſtituere penſionariam. Item fraus, & dolus non debent alicui prodeſſe.

†Ca. 2. eo. tit. in 1. cōpila. verba autē huius capit. ſunt Ioan. Diaconi in vita B. Gregorij li. 4. c. 32. quare illud, idem non poteſt ad Gregoriū referri, & hinc obſeruatio gloſſæ 1. hic.

†Ca. 3. eo. tit. in 1. cōpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan. iij. par. 28. ca. 12.

†Hic locus in vulgatis libris legit ita: & ijdē clerici, qui beneficia quietè poſſident. &c. ſed ex omnibus manuſcriptis reſtitutum eſt vt eſt impreſsū.

neceſſe eſt ſubtilius perſcrutari: ne fortè non ex charitate [a], ſed ex præmio, eorum ſit concordia comparata.

¶ Idem.

¶*Deſiſtente accuſatore, & accuſato iudex proſequitur.*

CAP. II.

CRimina † ſemel audita, Gregorius [b] indiſcuſſa nullo modo præteribat [c]: etiā ſi accuſatus cum accuſatore in gratiam redijſſet.

¶ Alexander tertius Noruiceń. Epiſcopo.

¶*Colludens in cauſa beneficiali, priuari debet beneficio.*

CAP. III.

AVdiuimus † vſque adeo clericorum malitiā excreuiſſe, vt interdum inter ſe colluſione [d] facta ſuper beneficijs, quæ poſſident, ſe ſuſtineant ab alijs moleſtari, & poſteà, vt quæſtioni cedatur, & ijdem † clerici beneficia quietè poſſideant, quaſi nomine tranſactionis ſoluunt alijs de beneficijs annuam penſionē, [e] vt poſt mortem eorum in beneficijs illis, ſuper quibus eſt colluſio facta, ius ſibi valeant vendicare. Vnde tibi mandamus, quatenus ſi quos clericos tuæ iuriſdictionis, per colluſionem huiuſmodi fraudem legitimè tibi conſtiterit commiſiſſe, eos beneficijs, ſuper quibus colluſum fuerit, non differas perpetuò ſpoliare [f]: quia ſatis eſſet indignum, ſi fraus, & dolus, quæ in præiudicium tui iuris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum, & iacturam.

d ¶ *Colluſione.*] Colluſio eſt inter actorem, & reum latens, & fraudulenta conuentio. Colludium enim non debet remanere impunitum. 2. q. 3. ſi quem pęnituerit.

e ¶*Penſionem.*] Hæc penſio conſtitui non poteſt ſine auctoritate epiſcopi: vnde vitam eius qui ſoluit non excedat. etiā ſi per colluſionem facta non fuerit, ſ̄. de tranſac, decætero. & eſt ſimile ſ̄. de pac. cum clerici. B.

¶*Glo. ſeq. recitetur per q. rationis.*

f ¶ *Spoliare.*] Per talem colluſionem præiudicium fit huic epō, quia ſic præcluditur via ſuper ordinatione eccleſiæ ſuæ, vt hic dicitur: vnde non tenet eo abſente facta: ēt ſi ſnīa lata fuiſſet. ff. de re iudi. de vnoquoque. & ff. de collu. cum non iuſto. & l. vlt. vnde merito ſpoliandi ſunt illis eccleſijs pp dolū & fraudem taliter perpetratam: dolus tñ talis impunitus remanere non debet, ne malitia ſit illis lucroſa. ff. de do. l. 1. in prin. & l. ne ex dolo. nec eſt æquum quemquam ſuum dolum releuare. ff. pro ſocio, verum. §. tp̄s. & ff. de reg. iu. non fraudātur. in fi. 16. q. 1. legi. & ex eo ꝙ deliquerunt, non debent eſſe melioris conditionis. ff. de do. inter vi. & vxo. l. 3. §. 2. & ff. de furt. itaque fullo. §. ſed nemo. ff. quod vi aut clam. l. ſeruus.

IN tantum.] Iterū contra illum inquiritur de crimine, q per colluſionē fuit abſolutus. h. d. Diuiditur, nā primò ponit commiſſam inquiſitionem, relatā colluſionem, & ipſius exitum: Secundò ponit bimembrem commiſſionem. Secunda: ibi, *Diſcretioni.* Abb.

CASVS. Archieṗs Acherontinus ſuper ſimonia, & alijs criminibus intantū fuerat diffamatus, ꝙ ſine ſcandalo, & periculo nō poterat amplius diſſimulari: vñ Papa multorum clamoribus excitatus, horum inquiſitionem commiſit, ſed pp tergiuerſationes ipſi' & calliditates cū ipſis inquiſitoribus & examinatoribus (vt dicebaṫ) colluſionem fecerat, & teſtes duxerat corrūpendos, ita ꝙ non ſolū prædicti exceſſus remanſerunt hactenus incorrecti, verumetiam peiora prioribus committere non expauit: vñ mādat Papa quibuſdam, quatenus ſi de hmōi colluſione ac corruptione conſtiterit, ex integro ſuper p̄miſſis exceſſibus, & alijs inquirant, q́ viderint inquirēda: alioquin ſuper nouis tm̄ inquirant. Not. ꝙ non licet alicui corrumpere iudices, vel inquiſitores, vel teſtes: vñ puniri dēt ex colluſione, & iterum inquiri. Item crimina ſemel dimiſſa, iterum puniri non debent.

† Bararen.

† Achorontin.

† Acherontium,

† Pro intellectu huius decretalis vide archidiaconum Præpoſitū & Turrecrematā in c. ſi quem pęnituerit 1. q. 3.

¶ Gregorius nonus Bareń. † Archiepiſcopo, & fratri Ioſeph monacho Floreń.

¶ *Abſolutio de criminibus illatis per colluſionem facta, non impedit facultatem iterum accuſandi, et inquirendi de illis criminibus.*

CAP. IIII.

IN tantum clamor, qui aſcēdit contra Acherontinum† archiepiſcopum inualeſcit, quòd diſſimulare [g] ipſum vlterius ſine ſcandalo [h] non valemus, nec ſine periculo [i] tolerare: & infrà. ¶Licet† autem ſedes Apoſtolica frequentibus clamoribus excitata, inquiſitionem quorundam exceſſuum ſuorum duxerit committendam: propter tergiuerſationes [k] tñ ipſius (vt dicitur) eodē cū inquiſitoribus & examinatorib. colludēte [l]: necnō corruptis teſtibus, & inquiſitoribus, ac examinatoribus ſupradictis: non ſolum prædicti exceſſus remanſerunt hactenus incorrecti, verumetiam peiora prioribus committere non expauit: & infrà. ¶Diſcretioni veſtrę mandamus, quatenus ſi de huiuſmodi colluſione, ac corruptione conſtiterit, ex integro ſuper præmiſſis &

g ¶*Diſſimulare.*] ſic ſ̄. eo. c. 1.

h ¶*Scandalo.*] Tūc verè dēt prælatus inquirere de exceſſibus ſubditorum, cū per famā, quæ ſcandalū generat, ad ipſum peruenerit. ſ̄. de accu. qualiter. & 86. diſt. ſi quid.

i ¶*Periculo.*] quātum ad exemplum: qa quod agitur à prælatis, facile trahitur à ſubditis in exemplum. ſ̄. de voto, magnæ. & 11. q. 3. præcipuè, vel quo ad dilapidationem, ſi in hoc laborat. Bernardus.

k ¶*Tergiuerſationes.*] Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere, vt 2. q. 3. cap. ſi quem. §. notandum. vnde poteſt exponi tergiuerſationes, id eſt, verſutias, ſiue calliditates, de quibus induxit inquiſitores, vt deſiſterent ab inquiſitione.

¶*Glo. ſeq. tractat de pœna collu. dicens, quòd ſicut calumnioſi extra ordinem, &c.*

l ¶*Colludente.*] De colludio puniri debet pœna legibus conſtituta. 2. q. 3. ſi quem pœnituerit. & nihilominus inquiretur iterum de criminibus illis, vt hic dicit, & ſ̄. eo. c. 1. Oēs enim calumnioſi pro qualitate commiſſi criminis extra ordinem puniuntur. ff. ad Turpi. l. & in priuatis. vt ſi priuatum ſit crimen, officio iudicis culpa eius coercetur. ff. eo. ſi quis. §. vlt. ff. de præua. l. 2. Si vero publicum, infamis efficitur. ff. eo. ſi is qui. §. vlt. ff. de præua. l. 2. Ad ſimilitudinem iſtorum videṫ ꝙ iſte eſſet puniendus, licet non dicatur præuaricator, ſeu calūniator propriè, quia non licet taliter corrumpere iudicē, aut ēt teſtes. ſ̄. c. proxi. ſi de hoc conſtiterit, tā ille quam examinatores, ſiue inquiſitores, & teſtes puniri poſſent officio iudicis extraor-

extraordinaria pęna: tñ non dicit ꝙ puniatur, ſed iterum inquiratur de his,& alijs,vt in fine puniatur.Ber.

a ¶*Nouis.*] Benè dicit,ſuper nouis,quia de delicto vnius hominis ſæpius quæri non debet.ff.naut. cau.ſta. licet. in fine. & ſupra,de accu.de his.& c.licet.quia crimina ſemel dimiſſa,iterum in vltionem venire non patimur. 23. q. 4.ſi illic,& de pęn. diſt. 4.diuina clementia. & 3.q.1.§.prohibentur,& §.ab alio delatum.

alijs,alioquin ſuper nouis[a] dũtaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

TITVLVS XXIII.

De delictis puerorum †.

¶Gregorius †.

¶*Impuberes præter vitiũ carnis delinquere poſſunt, puniuntur tamen mitius quàm adulti.*

CAP. I.

PVeris grãdiuſculis[b] peccatum nolunt attribuere quidam, niſi ab annis xiiij. cum pubeſcere[c] cœperint: Quod meritò crederemus, ſi nulla eſſent peccata, niſi quæ membris genitalibus admittũtur. Quis verò audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non eſſe[d] peccata? At his plena eſt puerilis ætas: quamuis in eis non ita[e] vt in maioribus punienda videantur.

¶Alexander tertius Hermoñ. Epiſcopo.

¶*Puer non debet ita ſeuerè puniri ſicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.*

CAP. II.

REferente † nobis H. intelleximus, quòd cum filius eius decennis, cum alijs pueris ſagittaret, quidam nepos eiuſdem H. ſagitta percuſſus, interijt: quod idem filius eius cum inter alios luderet, fortuito caſu dicitur peregiſſe: propter quod abbas Sancti Remigij à præfato H. ſecundum cõſuetudinem illius terræ, centum ſolidos inſtantius requirebat[f]: & infrà. ¶Vnde † quoniam in pueris relinqui ſolet inultum[g], quod in alijs prouectioris ætatis humanæ leges dicunt ſeuerius corrigendum: mandamus, quatenus ſi conſtiterit, filium prædicti H. infrà decimumquartum[h] ætatis ſuæ annum, eundem exceſſum commiſiſſe, memoratum abbatem moneas, & compellas, vt ab eodem H. prædictos centum ſolidos, propter † illam conſuetudinem non exigat, nec ab ipſo pro temporali pæna requirat.

TITVLVS XXIIII.

De clerico venatore †.

¶Ex concilio Aurelianenſi. †

¶*Clerico prohibetur venatio, & contra facienti pæna imponitur. hoc dicit cum ſequenti.*

DE DELICTIS PVERORVM.

† Vide citatos in c. 2. infra eo.

† In pleriſque vulgatis ita Gregorius nonnus in manuſcriptis vt plurimũ vt eſt impſſũ in veteri compilatione cap. 1. eod. tit. Auguſtino tribuit verum vñ ſit ſumptũ, nondũ eſt inuentum.

¶*Suprà viſum eſt de quibuſdam delictis verũ quia dubitatur, an in talibus puerilis ætas ſimplicetur, meritò annectitur hæc rubrica.*

De hac materia habetur. 15. q. 1. per totum. & 4. q. 3. cap. 1. & 22. quæſt. 6. capit. paruuli. cum duobus capitulis ſequentibus.

PVeris.] Primò ponit dictum, qđ ſecundo reprobat: ibi, *Quod meritò.* Abbas.

CASVS. Quidam nolebãt pueris etiam grãdiuſculis peccatum attribuere, niſi poſt xiiij. annos, cum incipiunt pubeſcere: Dicit Gregorius, iſtud meritò crederemus, ſi non eſſent alia peccata, niſi quæ mẽbris genitalibus cõmittuntur: ſed furta, mẽdacia, periuria ſunt peccata,& puerilis ætas plena eſt his, verumtamen non ita punienda ſunt in his, vt in maioribus puniuntur. Nota ꝙ pueri doli capaces peccare poſſunt in multis,& puniri debent: ſed non intantum ſicut maiores,& ita peierare poſſunt. Item omne delictum cadit in puerum, præter delictũ carnis. Item ratione ætatis mitius agitur.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilatio. De materia huius decretalis pter doctores hic vid plene per Andream Tiraquellum tract. de pœnis temperan. aut remitten. cã 7. & Angelũ trac. de malef. verbo, ſcienter.

b ¶*Grandiuſculis.*] id eſt, doli capacibus, videlicet vij. ann. tales enim,& mẽtiri,& verum dicere,& confiteri,& negare poſſunt, vt dicit Augu. in epiſtola ad Renatum epiſcopum, vt habetur in gloſ. Aug. ſuper c. de conſe. diſt. 4. paruuli.

ADDITIO. Legitur in dialogo Gregorij de puero quinq; annorum, qui iurans, & deteſtans, & blaſphemans, à diabolo raptus fuit; ſecundum Hoſt. Io. And.

c ¶*Pubeſcere.*] Ante enim pubertatem, quæ in anno xiiij. ſolet euenire, non præſumitur de quoquam, niſi etiam malitia ſuppleat ætatem. ſ. de deſpon. impub. de illis. & c. vlt.

d ¶*Non eſſe peccata.*] Quaſi diceret, nullus: cum iuramentum pupipilli valeat. ff. de lib. cau. l. vlt. ergo poteſt peierare. Item poteſt cõmittere furtũ, cũ eſt doli capax. ff. de fur. impuberem. Argu. contra. ff. de iureiur. qui iuraſſe. Sed ibi non fuit doli capax. Tenentur ergo tales pueri ex delictis. C. ſi aduer. delict. l. 1. & C. de pœ. impunitas. Arg. contra. de conſec. diſt. 4. eos. & C. de fal. mo. l. 1. & ff. de ædil. edi. cũ autem. §. excipitur. Sed hoc intellige cum non ſint doli capaces, vel quo ad minorem pęnam. Lau.

e ¶*Non ita.*] Sic ergo ratione ętatis mitius agitur. ff. de minor. auxilium. §. etiam & l. ſi ex cauſa iudicati. Item not. ꝙ omne delictum cadit in puerum, poſtquam eſt doli capax, præter delictum carnis. ff. ad Sill. l. 1. §. impubes. & l. excipiuntur. Ar. contra. j. cap. proxi. ſed ibi ſoluitur.

REferente.] impubes percutiens alium, non debet puniri pęna pecuniaria ſecundum conſuetudinem terræ, nec ob hoc quid poteſt exigi à patre. hoc dicit. Vel ſic, Pater ex delicto filij impuberis non tenetur. Primo ponitur appellantis quærela. Secundo iudicis datio: ibi. *Vnde.* Abbas.

CASVS. Quidam puer x. anno. dum cum alijs pueris ſagittaret, quendam alium puerum fortuito caſu ſagitta percuſſit, & mortuus fuit: propter quod abbas Sancti Remigij à patre ipſius pueri centum ſolidos requirebat ſecundum conſuetudinẽ terræ illius, vnde dictus H. pater pueri appellauit ad Papam: ſuper hoc ſcribit Papa Hermoñ. epiſcopo. dicens; quia pueri nõ ita puniuntur ſecundũ leges, ſicut illi qui ſunt maioris ętatis, mandat, quatenus ſi conſtiterit filiũ prædicti H. ĵ. xiiij. an. eundẽ exceſſum cõmiſiſſe, prædictum abbatem moneat, & compellat, vt ab eodem H. prædictos centum ſolidos propter aliquã cõſuetudinem nõ exigat, nec requirat pro temporali pœna. Nota ꝙ ætas excuſat à tãto, ſed non à toto. Item pro delicto filij minoris xiiij. anno. pęna pecuniaria pater puniri non debet.

† Aliàs verum quoniam &c.

f ¶*Requirebat.*] Vnde dictus H. ad ſedem Apoſtolicã appellauit.

¶*Glo. ſeq. recit. per obiect. duplicem, ſcilicet ad tex. & ad caſum prima ſoluitur per expoſitionem literæ. ſecunda dupliciter.*

† Aliàs ita: propter vllam, &c.

g ¶*Inultum.*] 15. q. 1. illud. ſed illud intellige de eo, qui nõ eſt doli capax. vnde, expone, inultum, id eſt, nõ perfectè vltum, vt ſ. c. proxi. ff. de min. auxilium. §. 1. & l. ſi ex cauſa. §. 2. & C. de. pæn. impunitas, C. ſi aduer. delict. l. 1. & 2. & ff. de damn. infect. l. dãni. §. ſi pupillus. & 21. q. 5. ſi quis cuiuslibet. verumtñ non punitur. Sed vnde hoc, ꝙ non punitur propter talẽ exceſſum? Non dicit quòd non punitur ſecundum iura, maximè cum daret operam licitæ rei, & eſſet x. ann. ſed dicit quòd propter illam conſuetudinem pecuniam illam pro temporali pœna non exigat, ſi erat infra xiiij. annos: cum ille puer nihil habeat, & pater pro filio non eſt conueniẽdus. C. ne fil. pro pa. l. 1. nec dominus pro ſeruo. ff. de pec. licet, 1 §. ex furtiua. maximè ratione ætatis, & quia delictum extra venit, non ex animo, licet in culpa fuerit, & ideo noxam non commiſit: vnde habet in integrum reſtitutionem, & ſi voluerit. C. ſi aduer. delict. l. 1. & pater eius nominẽ petere poſſet, ſi pecuniaria pęna eſſet ſibi impoſita. ff. de mino. pater pro filio. 1. reſponſo. Irregularis tamen fuit effectus, & pęna ſpirituali debet puniri, ſiue canonica. & ex eo quòd dicit, pro temporali pęna: mitius tamen agitur cum eo propter ætatem. ſ. capitulo proxim.

† Vide cõcilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reformat. c. 12. §. veſtitu inſup & Bernardinũ Diaz in pra. cri. cano. c. 61.

¶*Gloſſa ſequens duo ar. ſignat contrarium, & remittit.*

h ¶*Infra decimũ quartũ ætatis ſuę ann.*] ex hoc videtur, ꝙ ſi fuiſſet ſ. xiiij. ann. ꝙ Abbas illam pęnam poſſet exigere, forte quia habebat ibi temporalem iuriſdictionem. Et poteſt ſumi arg. ex hoc, ꝙ ab epiſcopo habente regalia à principe, pro regalibus illis appellandum ſit ad dominum Papã, & non ad principem; quod verum eſt, niſi conſuetudo, aut priuilegium cõtrarium inducat. j. de ap. Romana. §. debet [in 6.] Vel forte abbas hoc habuit ex conſuetudine iam præſcripta, vt pro homicidio pęnam pecuniariam exigat. Arg. contra, j. de pęnis licet. ſed illud ibi etiam ſoluitur.

† Eſt in cõcilio Agaten. ca. 55. & in concil. Epaunenſi c. 3. referunt Burchard' lib. 1. decr. c. 213. & Iuo par. 6. c. 288. vbi tribuũt cõcilio Meldẽſi. refert iterũ Iuo par. 5 cap. 366. & pa. 15. c. 30. & Gratianus ſiue palea diſ. 34. c. 2. & c. 1. eod. tit. in 1. cõpi. 1 Alias incipit ſi ſeruus. & ibi dicitur, ꝙ ex furto facto per ſeruum cõtra dominum agitur inquantũ factus eſt locupletior. I. And.

DE CLERICO VENATORE,

¶*Suprà viſum eſt de quibuſdam delictis tam clericorũ quàm laicorum nunc ſubmittit de quibuſdam delictis clericorum tantum, ſcilicet de clerico venatore.*

De hac materia habetur. 86. diſt. in c. qui venatoribus. cum quinque. cap. ſeq. etiam 24. diſt. c. 1. in principio. Abbas.

EPiſcopum.] In prima ponitur prohibitio: In ſecunda pœna: ibi, *Quod ſi quis*. Abbas Siculus.

C A S V S. Dicitur in capitulo iſto, ꝙ epiſcopus, presbyter, & diaconus aues ad venandum, aut canes habere nõ debent: quòd ſi aliquis eorum in hac voluptate ſæpe inuentus fuerit, epiſcopus tribus menſibus à communione, presbyter duobus, diaconus ab omni officio ſuſpendatur. Nota, ꝙ clericis auium & canũ venationes cauſa voluptatis prohibentur. Et ſic eſt argu. ꝙ hæc eadẽ cauſa neceſſitatis exercere poſſunt. Item nota hic pœnam clericorum qui venationes exercent.

CAP. I.

EPiſcopum, presbyterum, aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiuſmodi ad venandum habere non licet [a]. Quòd ſi quis taliũ perſonarum in hac voluptate [b] ſæpius detentus fuerit: ſi epiſcopus eſt tribus menſibus à communione: ſi presbyter, duobus: ſi diaconus, ab omni officio [c] ſuſpendatur.

¶Ex eodem †.

† Scilicet cõcilio Aurelian. ſed habet in ſynodo Francica ſub Zacharia. refert Burchard⁹ lib. 2. ca. 214. Iuo par. 6. ca. 289. & par. 13. ca. 29. & cap. 2. eo. tit. in 1. compil.

¶*Summatum eſt ſupra cap. proximo.*

CAP. II.

OMnibus ſeruis [d] Dei venationes, & ſyluaticas vagationes † cum canibus, & accipitres, aut falcones habere interdicimus.

† Aliàs, fatigatiões.

TITVLVS XXV.

De clerico percuſſore.

¶Ex concilio Agatheñ. †

†Addi poteſt c. 3. vt refert Burchard⁹ lib. 2. decre. c. 290. & Iuo par. 6. cap. 235. ſed in eo cõcilio nõdum repertũ eſt.

¶*Clericus ſæpè alium percutiens, & monitus non deſiſtẽs, deponendus eſt.*

a ¶*Non licet.*] ſ̃. ne cleri. vel mo. c. 1. 34. diſtinct. quorundam. 86. diſt. an putatis. & ſ̃. de cenſi. cum Apoſtolus. & ĩ. c. proxi.

¶*Glo. ſeq. arg. à contrario, & illud concedit, ſi tria concurrant: demũ diſtinguit quadruplicẽ venationem. & quartam: ſcilicet quæ fit ad aues, vel beſtias, ſubdiſtinguit in clamoſam, & quietam.*

b ¶*Voluptate.*] Ergo videtur quòd cauſa neceſſitatis, vel recreationis licitum ſit: ꝙ poſſet concedi alijs clericis, excepto epiſcopo, cui omnino non licet. 34. diſ. c. 1. dummodo clamoſam venationem euitent. 86. diſt. an putatis, & non ſæpius, vt hic dicit, ne in conſuetudinem perducatur. Quædam enim venatio dicitur oppreſſiua hominum, & hæc omnino illicita eſt 6. diſt. cap. non eſt peccatum. §. his itaque. Et eſt adulatoria, quæ fit per verba, & hæc eſt illicita. 86. diſt. qui venatoribus. & 46. diſt. ſunt nonnulli. Et 6. q. 1. ſunt plurimi. Et eſt arenaria, quæ fit in arena, & mala. 3. q. 6. c. infamis. §. tria. Saltuoſa & clamoſa licita eſt laicis, de qua dicitur in cap. an putatis. ſed clericis omnino non licet talis venatio. ſed quieta, vt dictum eſt, cauſa neceſſitatis, vel recreationis. Epiſcopo, presbytero, diacono, & ſubdiacono, qui cum diacono eodem gaudet priuilegio, vt ſ̃. de ſer. non ord. miramur. ex toto prohibetur: quia de illis fit hic tantum prohibitio.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

c ¶*Officio.*] Plus punitur hic minor, quàm maior, quòd eſt contra illud. 40. diſt. homo Chriſtianus. & 19. diſt. nulli. Solu. plus punitur hic epiſcopus & presbyter, quàm diaconus: maior enim reputatur in epiſcopo iſta pęna vel presbytero, quàm ſuſpẽſio ab omni officio in diacono, propter maius ſcãdalum: & magis imputatur illa pœna epiſcopo, vel presbytero, quam ſuſpenſio à beneficio in diacono, vel ſubdiacono; ex perſona enim conſideratur iniuria.. Inſtit. de iniur. §. atrox. ſic & pœna ex perſona iudicatur parua, vel magna. Ber.

OMnibus ſeruis.] C A S V S. In hoc cap. prohibetur omnibus clericis venationes & ſyluaticas vagationes cum canibus exercere, & accipitres, & falcones interdicuntur eiſdem. Nota quòd omnes venationes cum canibus & auibus clericis prohibentur.

d ¶*Omnibus ſeruis.*] ideſt, clericis, qui ſpecialiter dicuntur ſerui Dei, qui in ſortem domini ad eius obſequium ſpecialiter ſunt aſſumpti. ſ̃. de præben. cum ſecundum Apoſtolum. & 21. diſt. cleros. & clericos.

DE CLERICO PERCVSSORE.

¶*Continuata eſt in præce. tit.*

De hac materia habetur. 45. diſt. & 1. quæſt. vlti. ſiquis omnem. & 86. diſt. in §. pe. & c. non liceat. Ab.

SI quis.] C A S V S. Si aliquis in ſacro gradu percuſſor extiterit, corripiatur; & ſi ſe non emendauerit, deponatur. Nota quòd clerici percuſſores eſſe non debent.

CAP. I.

SI quis in aliquo gradu ſacro percuſſor extiterit [e], corripiatur à crimine: & ſi non emẽdauerit [f], deponatur.

¶Gregorius † Tarentiñ. Epiſcopo.

†Gregori⁹ lib. 1. regiſtri epiſto. c. 44. c. 83. indict. 11. refert Burchard⁹ lib. 1. decret. c. 195. & Iuo par. 5. c. 310. & c. 2. eod. tit. in 3. cõpil.

¶*Duobus menſibus à Miſſarum adminiſtratione ſuſpenditur epiſcopus, qui crudeliter aliquẽ fuſtigari facit.*

CAP. II.

PRæterea, quoniam mulierem propter delictũ ſuum contra ordinem ſacerdotij cædi crudeliter [g] fuſtibus deputaſti: Quam licet exinde (cum poſt octo [h] menſes deceſſerit) minimè arbitramur fuiſſe defunctam: Tamen quia ad ordinẽ tuum noluſti habere reſpectũ duobus [i] te mẽſibus ab adminiſtratione Miſſarum ſtatuimus abſtinere.

¶Alexan. iij. Luceñ. Epiſcopo.

¶*Non punitur clericus vt homicida, ſi fuit ipſe in conflictu pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliqui mortui ſint, & ipſe lapides proiecit, ex quo nullum ipſe pcuſſit.*

CAP. III.

PRæſentium † lator in quodã conflictu aſſerit ſe fuiſ-

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilatio. & poſt cõcil. Lateran. par. 26. ca. 11.

e ¶*Percuſſor extiterit.*] Tales enim percuſſores eſſe non debent. 45. diſ. c. 1. & cap. epiſcopum. vbi iſti in ſacro ordine conſtituti percuſſores eſſe prohibentur. & quaſi per totum. & 86. diſt. non licet. & in Authent. de ſan. epiſ. §. ſed neq; coll. 9. quam habes C. de epiſ. & cler. Authen. ſed neque.

¶*Glo. ſeq. arg. à contrario ſpecialiter, & generaliter. ſecundò declarat textum.*

f ¶*Si non emendauerit.*] ergo ſi emendauerit, non deponitur. ſic 35. diſt. ca. 1. & eſt arg. ꝙ non quodlibet mortale ſemel commiſſum ſufficit ad damnationem. arg. ea. diſt. c. 1. & vlt. & intelligo de eo, qui in vſu habuit percutere in ludo noxio, qui non caret culpa. ff. ad leg. Aquil. nam ludus. alioquin crimen percuſſionis ſemel cõmiſſum non ſufficit ad depoſitionem, vt hic patet: ita tamen quòd ex tali percuſſione non procedatur ad enormen læſionem, quia ſic deponeretur. 55. diſt. ſi Euangelica. & infra capit. proxim. argu.

PRæterea.] Summatur ſic: Non poteſt epiſcopus grauẽ verberum pęnam imponere. Et primò ponit epiſcopi ſæuitiam: Secundò ibi, *Quam licet*. excuſat illum à morte. Tertiò illum punit: ibi, *Tamen quia*. Abbas Siculus.

C A S V S. Epiſcopus Tarentinus fecit cædi fuſtibus quandã mulierem, contra ordinem ſacerdotij, quæ poſt viij. menſes deceſſit, ſed non propter illam percuſſionem: peruenit hoc ad notitiam Papæ, vnde ipſe præcipit illum duobus menſibus ab adminiſtratione Miſſarum abſtinere, quia ad ordinem ſuũ noluit habere reſpectum. Not ꝙ epiſcopus non debet eſſe pcuſſor nec per ſe, nec per alium indebito modo.

g ¶*Crudeliter.*] quod facere non debuit, ſed moderatè. arg. ſ̃. de rapt. in archiepiſcopatu. & 45. diſt. cum beatus. & ff. ad l. Aquil. præceptoris. & ĩ. de ſen. excom. cum voluntate. & 23. q. 5. c. 1. verſus fi. Ber.

h ¶*Poſt octo menſes.*] Ex temporis prolixitate præſumitur, quòd non ex illa percuſſione defuncta ſit: & econuerſo ex tẽporis breuitate contrarium præſumitur. 50. diſt. ſi qua fœmina. ſi enim occaſionem mortis dediſſet in perpetuum deberet abſtinere. ſ̃. de homi. decætero. & 50. diſt. ſtudeat. Et hic eſt ar. contra Bar. qui dixit in c. ſtudeat. illum presbyterum non teneri de occiſo, ſed de vulnerato, ſi caſu interijt, & caſus ex percuſſione proceſſit. ff. ad legem Aquil. qui occidit. §. vlt. Ber.

i ¶*Duobus.*] ſ̃. tit. prox. c. 1. ſi enim pcuteret, vt per hoc timeri vellet, ab officio ſuo debet repelli. 45. diſt. epiſcopum. Ber.

PRæſentium.] Duobus annis à Miſſarum celebratione ſuſpenditur presbyter, qui aſſociat repellentes violentiam in conflictu, vbi aliqui mortui ſunt, & lapides proiecit, licet nullum percuſſerit. hoc dicit iuxta literam. Primò narrat factum: Secundò: ibi, *Quem nos*. temporaliter punit: Tertiò poſt tempus admittit: ibi, *Mandamus*. Abbas.

C A S V S. Quidam presbyter fuit in quodam conflictu pro parte illorum, qui violentiam repellebant in quo conflictu lapides proiecit, ſed aliquem non percuſſit: aliqui occiſi fuerunt illic per alios: dubitauit ſacerdos, an eſſet ei imputandum: acceſſit ad Papam: ipſe intellecta eius confeſſione præcipit illum abſtinere à celebratione Miſſarum per biennium, ita

nium,ita

nium, ita quòd ſi aliud nõ impediat, ex tunc ſuum officium exequatur. No. quòd in dubijs tutior via eligenda eſt. Item clerici conflictibus intereſſe non debent: vnde punitur ad cautelam, & ſic eſt arg. ꝙ aliquis punitur ex alterius culpa.

a ¶ *Repellebant.*] ideo rei licitæ operam dediſſe videtur quia licitum eſt ſe defendere. infrà. de ſenten. excommun. ex tenore. & violentiam repellere. 23. quæſt. 5. fortitudo. & capit. ſi quis. & capit. non inferenda. ſed vlciſci nõ licet. 46. diſtin. ſeditionarios. De hoc dixi ſuprà. de homi. ſignificaſti. 1

1 Vide citatos in d. c. ſignificaſti. ſ. de homic. vnde hæc plenius intelliges.

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶ *Proiecit.*] Vnde dubium videri poterat, an fuiſſet in culpa, vel non. Contra. argu. 23. quæſtio. vltim. cap. vlt. 50. diſtinctio. ſiquis viduam. & ſupra de cler. pu. in duel. capitu. vltim. ſed iſte aliquem non percuſſit, vt ſupra dicit, & hoc conſtabat. Intellige aliàs ſi dubium eſſet, repelleretur, vt dicunt contraria prædicta. argu. ad hoc. ff. de teſta. tu. duo ſunt. & ff. de manu. teſta. cum ex pluribus. 24. diſtinctio. quando. & cap. nullus. & 2. quæſtio. 5. omnibus. B.

† In codice Barbatiæ vt eſt ĩ pſſum. in alio veteri ita: ad ſuã officij executionẽ admittas Cõtius. & alij ita: ad ſuã efficit executionem eum admittas.

† Capit. 1. tit. de clerico pcuſſore in 2. compilat.

c ¶ *Abſtinere.*] ad cautelam ſaltem, & vt clerici tales conflictus euitent. 2 & eſt argu. quòd aliquis punitur ex alterius facto, vel culpa.

2 De hoc videto latiꝰ hic Hoſtienſẽ. Io. And. & alios.

ſe, pro parte tamen illorum, qui violentiam repellebant[a]: in quo lapides ipſe proiecit[b], ſed aliquem nõ percuſſit: Quẽ nos (quia per alios illic aliqui dicuntur occiſi) à celebratione Miſſarum per bienniũ præcipimus abſtinere[c]. Mandamus itaque, vt ſi alia non impedierint, decurſo huiuſmodi temporis ſpatio, ad ſui † eum officij executionem admittas.

¶ Celeſtinus tertius.

¶ *Clericus qui fuit in conflictu vbi aliqui fuerunt occiſi ſine eius facto, vel conſilio, de iure communi promoueri poteſt. hoc. dicit ſecundum intellectum qui plus placet Panor.*

CAP. IIII.

Continentia † literarum: & infrà. ¶ Cum P. acolythus cum quibuſdam ad reſiſtendum[d] prædonibus arma ſumpſiſſet, in cõflictu illo, tres fuerunt ab alijs vulnerati ad mortem: ita tamen, quòd illa homicidia neque facto[e] eius, neque conſilio perpetrata fuerunt: & infrà. ¶ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cum prædictum acolythum ad frugem melioris vitæ tranſiuiſſe dicatis, poterit ipſe ad ſubdiaconatus[f] ordinem promoueri, & altaris miniſterium exercere.

Continentia.] Hoc cap. legitur duobus modis ſicut. cap. præcedens, Vno modo, quòd diſpenſatiue iſte poſſit promoueri: Alio modo, quòd de iure communi: & ſecundum hunc intellectum, qui mihi plus placet, hoc dicit, vt in rubrica. Communis diuiſio: Secunda: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

Casvs. Quidam acolythus, P. nomine arma ſumpſit ad reſiſtendum prædonibus, & in illo conflictu tres fuerunt vulnerati ad mortem, tamen homicidia illa neque facto, neque conſilio eius perpetrata fuerunt: tandem acolythus ille ad religionem tranſiuit: volebat promoueri ad ſacros ordines: quæſitum fuit à Papa an poſſet? Reſpondet quòd cum ad frugem melioris vitæ tranſiuerit, poterit ad ſubdiaconatus ordinẽ promoueri, & altaris miniſterium exercere. Nota ꝙ non debent clerici intereſſe talibus conflictionibus: vñ iſte punitus fuit, licet culpabilis non fuerit, ſed ad cautelã potius.

d ¶ *Ad reſiſtendum.*] quod licet. ſ̃. eod. cap. prox. vbi de hoc cum ſuis concordantijs.

e ¶ *Neque facto.*] Sic 50. diſt. ſi quis viduam. & ſ̃. de cle. pug. in duel. cap. vlt.

¶ *Glo. ſequens reci. per quæſt. rationis.*

f ¶ *Ad ſubdiaconatus.*] & non vltra. licet ergo diſpenſetur cum iſto in ſubdiaconatu, non tamen poterit promoueri ad ſuperiores ordines: Iſte enim fuit in culpa aſſumendo arma, quod ei non licuit. 16. quæſt. 3. porro. & 23. quæſt. vltim. cap. quicunque nam lachrymæ & orationes ſunt arma clericorum. 23. quæſt. 8. conuenior etiam contra hoſtes. ſuprà. de voto. ex multa. vnde punitur, quia ſine diſpenſatione non promouetur, etiam fauore religionis cum eo facilius diſpenſatur. ſ̃. de apoſta. c. 2.

DE MALEDICIS.

¶ *Quia alia percuſſio fit puta manu, alia lingua, cum maledici & detractores quodammodo percutiant, vt ſupra viſum eſt de percutientibus manu meritò ſubdit de percutientibus lingua. Abbas.*

De hac materia habetur. 46. diſtinct. & 24. quæſt. 3. per totum. 25. diſt. §. aliàs ea demũ. in fi. & infra. in rub. de pę. verſ. qualiter maledico.

TITVLVS XXVI.

De maledicis †.

¶ Clemens tertius.

¶ *Maledicens Papæ puniendus eſt, vt alij deinceps deterreantur, & ipſe arceatur.*

CAP. I.

Innotuit † nobis: & ĩfrà. ¶ Quia nobis ꝑ literas retuliſti, quòd I. clericus multis coram aſtãtibus, verba quędam in depreſſionem[g] officij & beneficij noſtri protulit, ipſum à temeritate[h] ſua compeſcas: Vt pœna illius, alijs terrorem[i] incutiat: ne decętero cõtra Romanam eccleſiam in talia verba prorumpant.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Hic ponitur pœna blaſphemantis Deum, vel aliquem ſanctum, & maximè virginem glorioſiſſimam.*

CAP. II.

Statuimus †, vt ſi quis cõtra Deum, vel aliquem ſancto-

Innotuit.] Primò ponit culpã: Secũdò illam puniri mandat: Tertiò ponit cauſam: Secunda: ibi, *Ipſum.* Tertia: ibi, *Vt pœna.* Abbas Sicul.

Casvs. Quidam clericus in præſentia multorum quædam verba protulit in cõtemptũ, & depreſſionem officij & beneficij domini Papæ: hoc ſignificatũ fuit ei: & mandat cuidam, vt illum clericum à ſua temeritate compeſcat, ſic ꝙ pœna illius ſit alijs in terrorẽ, ne de cætero cõtra Romanam eccleſiam in verba talia prorumpant. Nota ꝙ principi ſuo, ſeu prælato ſuo nemo maledicere dẽt. Item pęna vnius dẽt eſſe metꝰ multorũ.

† In Codice Barbatiæ & in altero manu ſcripto Vaticanæ ita: De clerico maledico.

† Cap. vnico. tit. de clerico maledico in 2. compil. Et Pręter doctores hic, vide Baldum & alios in l. 1. C. ſiqs ĩperato. maledixer. & Bernardinũ Diaz ĩ prac. crim. can. c. 60.

g ¶ *In depreſſionem.*] & malè: quia principi nemo maledicere debet. 23. q. 1. paratus. & non ſolum principi detrahi non debet, imo nec fratribus. 6. q. 1. ſũma. & detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar. 23. q. 4. minimum. & c. qui peccat. & de pę. diſt. 1. homicidiorum. argu. ĵ. de exceſſ. præla. quàm ſit graue.

† De materia huiꝰ decretalis vide Bernardinũ Diaz in practic. crim. can. c. 103. Albertinum tract. de agnoſ. aſſert. q. 27. & Couarruuiam in c. quamuis pactũ. de pact̃s. in 1. par. relectio. § 7.

¶ *Gloſſa ſequens obijcit, & dupliciter ſol. reſpondens ad contraria.*

h ¶ *A temeritate.*]. i. pertinacia. 11. q. 1. ſiquis ſacerdotũ. Ar. contra. quod. n. ex temeritate, ſiue calore iracũdiæ ſit, veniã meretur. 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandũ. & §. ſi quis iratus. C. de iureiuran. l. 2. Et dicit Imperator, ſi quis putauerit noſtra nomina laceſſenda, ſi hoc ex leuitate, contemnendum eſt; ſi ab inſania, miſeratione dignum, ſi ab iniuria, remittendum. C. ſi quis impera. maledi. l. vnica. & 23. q. 4. inter querelas. & C. de epiſc. & cle. ſiquis in hoc. Quare ergo mandat Papa ꝙ compeſcat, contra iura ꝑdicta? Sed Papa non mandat hic puniri propriã iniuriam ratione perſonę, ſed quatenus contingit Romanam eccleſiam, quam etiam iniuriam remittere non poſſet. 63. diſt. Salonitanæ. in quo caſu loquitur 23. q. 4. Guiliſarius. & cap. ſi is qui. Vel poteſt dici, ꝙ aliquis bene poteſt punire iniuriã ſibi factam à ſubdito ſuo, maxime cum nullum habeat ſuperiorẽ, vt hic, & arg. 45. diſ. & qui emendat. & prædicta iura loquũtur de benignitate, ſeu de manſuetudine, quia nullus tenetur remittere iniuriã ſine ſatisfactione, niſi velit, ſed rancorẽ ſic: de pœn. diſt. 5. c. vlt. & 23. q. 4: ſi illic. 90. diſ. ſi quis cõtriſtatus.

i ¶ *Terrorem.*] Sic enim pęna vnius debet eſſe metus alterius. 2. q. 7. quapropter. & ſ̃. de Iudæ. ad liberandam. vbi de hoc, & ſ̃. de calum. cap. 2.

Statuimus.] Primò ponit pęnam eccleſiaſtici iudicis: Secundò ſecularis: ibi, *Per temporalem.* Abbas.

Casvs. Statuitur in capitulo iſto, qualiter puniri debeant, qui publicè blaſphæmiã dicere præſumpſerint contra Deũ, & aliquẽ Sanctorũ eius, & præcipuè contra beatã Virginẽ: & per epiſcopum ſuum pęna iſta eſt imponenda, prout inferius adnotatur. Si verò aliquis pęnam iſtam recipere noluerit, eccleſiæ ſibi interdicatur ingreſſus: & in obitu careat eccleſiaſtica ſepultura. Item ſi blaſphemus diues fuerit. per temporalẽ Po-

teſtatem mulctetur pœna quadraginta ſolidorum, alioquin. xxx. ſiue xx. & ſi ad hoc non ſufficit, v. ſolidorum vſualis monetæ pęna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus & ſi Poteſtas hoc non fecerit: per epiſcopum compellatur, & hoc ſtatutum ponatur inter alia ſtatuta communitatum. No. ꝙ cõtra Deum & alios Sanctos, & pcipue beatam Virginem in blaſphemiã nemo prorũpere debet, aliàs punitur prout hic dicitur. Item argu. ꝙ pęnæ poſſunt commutari. Item arguitur, ꝙ vna iuriſdictio iuuatur per aliam. Item vbi Iudex ſeculares negligit facere iuſtitiam, per epiſcopum debet ad hoc compelli.

rum ſuorum, & maximè beatã Virginem, linguam in blaſphemiam [a] publice relaxare præſumpſerit, per epiſcopum ſuũ pęnæ ſubdatur inferius adnotatę videlicet, vt ſeptem diebus Dominicis, præ foribus eccleſiæ in manifeſto, dum aguntur Miſſarum ſolemnia, blaſphemus exiſtens, vltimo illorũ die Dominico, palliũ & calciamẽta non habeat ligatus corrigia circa collum: ſeptemque† præcedẽtibus ſextis ferijs in pane ieiunet & aqua, eccleſiam nullatenus ingreſſurus [b]: Quolibet quoq; prędictorum dierũ tres ſi poterit alioquin duos reficiat pauperes, ſiue vnũ: Etſi nec ad hoc eius ſuppetant facultates [c], id in pęnam aliam commutetur [d], cui etiam, ſi renuerit recipere, ac peragere pęnitentiam ſupradictam, eccleſię interdicatur ingreſſus: & in obitu eccleſiaſtica careat ſepultura. ¶Per tẽporalẽ prætereà Poteſtatem [e], coactione (ſi neceſſe fuerit) epiſcopi diœceſani adhibita contra [f] eum: blaſphemus, ſi diues fuerit, quadraginta ſolidorũ, alioquin triginta ſiue viginti: & ſi ad id nõ ſufficiat, quinq; ſolidorũ vſualis monetæ [g] pœna mulctetur: nullam in hoc miſericordiam habiturus: quod etiam inter alia communicatum ſtatuta ponatur.

† Aliàs ita: ſeptemq; præcedẽtibus ſex ferijs, vel ſubſequentibus in pane, &c.

¶Glo. ſeq. aggrauat blaſphemiam per text. cano. & per rationem, ſubdens pœnam legis & canonis.

a ¶*Blaſphemiã.*] Qui blaſphemiam dicit in Deum, ſiue in Spiritũ ſanctum, neque in hoc ſeculo, neque in futuro remittetur 1 ei. 25. diſt. qualis. ſupple niſi pęnituerit. & longe grauius eſt æternam maieſtatem quàm temporalem lędere maieſtatem. s. de hær. vergentis. Sed qui contra tẽporalem maieſtatem delinquit, punitur. s. e. c. proximo. & 6. q. 1. ca. quæro. §. rerum. C. ad le. Iul. maie. l. ſi quis cũ militibus. ergo multo fortius iſti puniẽdi ſũt & grauius, quia maiora delicta maioribus pęnis ſunt punienda, & in delicto æquali decet proximas eſſe pęnas. in Authẽt. vt fra. fil. col. 9. verſus fi. & quia hoc eſt grauius quam in c. ꝓx. punitur grauius: quia grauius cõmiſſum intelligitur. 24. q. 1. non afferamus, in fi. & ſecundum leges vltimo ſupplicio punitur, in Auth. vt non lux. con. na. coll. 6. §. 1. ſed ſecundum canones olim laicus excommunicabatur, clericus deponebatur. 22. q. 1. ſi quis per capillum.

1 Hoc dictum qualiter ſit intelligẽdũ. pleniſſime docet B. Thomas 2. 2. q. 14. ar. 3. & Dominicus Sotus libr. 4. ſent. diſt. 15. q. 1. arti. 1.

b ¶*Ingreſſurus.*] quia qui peccat in Deum, peccat in eius eccleſiam, & econuerſo, vnde priuatur eius 2 ingreſſu, ſic 12. q. 2. de viro. & 17. q. 4. frater. nec debet eis pęna remitti, qui in Deum peccant. 63. diſt. Salonitanæ. & 23. q. 3. ſi is. qui.

c ¶*Facultates.*] ſic s. de voto, cap. ſecundo.

d ¶*Commutetur.*] Arg. de cõmutatione pęnæ. 82. diſt. presbyter. & 22. q. 4. innocens. De hoc dixi s. de vo. c. 1. Ber.

e ¶*Poteſtatem.*] Argu. ꝙ vna iuriſdictio per aliam iuuatur. 10. diſt. qm idem. & 96. diſt. cum ad verum. & 17. diſt. nec licuit. s. de offi. ordi. quoniam in plerisque. in fine.

f ¶*Contra eum.*] id eſt, Poteſtatem. & ita habes hic, ꝙ ſi iudex ſecularis negligit facere iuſtitiam, poteſt compelli per eccleſiam. 23. q. 5. adminiſtratores. & 96. diſt. cum ad verum.

g ¶*Vſualis monetæ.*] Idem eſſet ſi hoc non fuiſſet adiectum, vt de moneta, 3 quæ in vſu habetur ſoluatur ſecundum conſuetudinem loci. ff. de leg. 1. ſi ſeruus. §. ſi numerus. & ff. de leg. 3. l. nummis. & ff. de fun. inſtr. cum de lanionis. §. aſinam. in fi. Ber.

2 Adde ad hoc quod no. Bar. in l. itẽ apud Labeonẽ. §. ait ꝑtor ff. de iniur. Ange. in l. quotiẽs. §. tradẽ. ff. de hære. inſti.

3 De materia hui⁹ nl. vide doctores i l. Paulus. ff. de ſolution.

DE CLERICO EXCOMMV. &c.

¶Suprà viſum eſt de varijs delictis, propter quæ interdum clerici ſuſpenduntur, & interdum deponuntur, & interdum excommunicantur: ſed quia quandoque clerici depoſiti excommunicati, vel ſuſpenſi celebrant, & ingerunt ſe diuinis, ſicut prius, & poſſet dubitari de pęna eis inferenda ex hoc nouo delicto ideo &c.

De hac materia habetur. 11. *quæſt.* 3. *placuit, & in c. pen.* 50. *diſt. accedens. Abbas.*

TITVLVS XXVII.

De clerico excommunicato, depoſito †, vel interdicto miniſtrante.

¶ Ex canone Apoſtolorum †.

¶ Clericus depoſitus celebrans excommunicatur.

CAP. I.

SI quis epiſcopus, presbyter, vel diaconus [h] depoſitus iuſtè [i] pro certis criminibus, auſus fuerit attractare miniſterium ſibi dudum cõmiſſum, hic ab eccleſia [k] abſcindatur.

SI quis. CASVS. Statutum eſt in canone Apoſtolorum, ꝙ ſi quis eps, presbyter, diaconus iuſtè depoſitus fuerit pro certis criminibus, & poſteà auſus fuerit attractare miniſteriũ ſibi ante depoſitionem cõmiſſum, ab eccleſia abſcindatur. No. ꝙ depoſitus diuinũ miniſteriũ vlterius attractare non dẽt, aliàs punitur, vt hic dicitur.

¶Gloſſa ſequens recit. per quæſtionem.

h ¶*Diaconus.*] idẽ eſt de omnibus alijs. j. ca. prox. & 11. q. 3. eps.

i ¶*Iuſtè.*] idem eſſet ſi iniuſtè, niſi prius reſtitutus fuiſſet. 11. q. 3. eps. dũmodo ſnia non ſit lata cõtra ordinẽ iuris: quia tunc nulla eſt ſententia. 2. q. 6. cap. ei qui. §. diffinitiua. s. vt li. non conte. accedens 1.

¶Gloſſa. ſeq. ſignat contrarium.

k ¶*Ab eccleſia.*] Arg. cõtra. 2. q. 5. qua de cauſa ſed ibi diſpenſatum fuit, 63. diſtinct. Salonitanæ.

SI *quis.*] In prima ponit pęnam: In ſecunda aggrauat: ibi, *Quod ſi.* Abbas.

† Dictio. depoſito, deeſt in aliquot antiquis.

† Addi poteſt. c. 28. ex Theodoro Balſamone. refertur c. 1. eo. ti. in 2. compila.

¶ Ex concilio Antiochẽ.

¶ Degradatus, vel ſuſpenſus celebrans, & monitus non deſiſtens excommunicatur: & ſi nec ſic deſiſtat, per ſecularem Poteſtatem ad requiſitionem eccleſiæ exilio damnatur.

CAP. II.

SI † quis presbyter, aut alius clericus fuerit degradatus [l], aut ab officio pro certis criminibus ſuſpenſus: & ipſe per cõtemptum & ſuperbiã aliquid de miniſterio ſibi interdicto agere præſũpſerit [m], & poſteà ab epiſcopo ſuo correptus, in cœpta præſumptione perdurauerit, modis omnibus excõmunicetur: & quicũq; cum eo cõicauerit, ſimiliter ſe ſciat eẽ

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpilatio.

CASVS. Statutũ fuit in cõcilio Antiocheno ꝙ ſi presbyter, aut alius clericus degradatus fuerit, aut ab officio ꝓ certis criminibus ſuſpenſus, & ipſe poſtmodum per contemptum & per ſuperbiam aliquid de miniſterio ſibi prohibito agere præſumpſerit, ſi ab epiſcopo ſuo admonitus non deſtiterit, excommunicetur, & qui ei participauerint, erunt excommunicati: & ſimiliter qui participauerint clericis vel laicis vel fœminis excommunicatis, ex communicati ſunt. Si verò aliquis iſta contempſerit, & epiſcopus illum corrigere non poterit, inuocetur auxilium regis, & exilio damnetur. Not. ꝙ clericus depoſitus, vel ſuſpenſus ab epiſcopo ſuo miniſterium diuinum agere non debet. Item qui per eccleſiam non corrigitur, per ſecularem Poteſtatem ad requiſitionem epiſcopi corrigatur.

l ¶*Degradatus.*] à ſuo epiſcopo, adiunctis ſibi alijs 4 ſex epiſcopis in degradatione presbyteri. 15. q. 7. felix. & c. ſi autẽ. Sed pone degradatum celebrare, nunquid conficit? Videtur ꝙ ſic: quia ordinem non amiſit. 20. q. 3. eos qui 1. q. 1. quod quidam. & de conſe. diſt. 4. oſtenditur. 22. q. 7. licite. Argu. contra. 50. diſt. accedens. 11. q. 3. eps. 81. diſ. dictum 23. q. vlt. clerici. 54. diſt. c. 2. R. dixit ꝙ talis non 5 conficit: potuit enim eccleſia ei auferre illam poteſtatem, quam contulit; quamuis nõ poſſit character auferri: ſicut nec inſignia militi. Lau. Ala. & T. dicunt (& melius) ꝙ bene conficit depoſitus, ſicut hæreticus. ar. 1. q. 1. neque. & ca. quod quidam. nec Papa potuit auferre illam virtutem: & hoc verum credo: vnde talis excommunicatur, vt j. dicitur, quia facit rem ſibi prohibitam.

m ¶*Præſumpſerit.*] quaſi in officio ſuo vt prius: qđ nõ licet. 11. q. 3. ſi quis eps in concilio. & 28. diſt. presbyterum. In modum enim priuati ſuffragij poteſt dicere horas 6 ſuas, quod etiam poteſt laicus. arg. bo. j. de pęni. & remiſſio. quod in te.

4 Vide cõcil. Tridẽ. ſeſſ. 13. de reformat. c. 4. incip. Cũ vero.

5 Hic ẽ error, & ſnia quã ſequit paulo poſt Bernard⁹, eſt vera & catholica, quã ſequũtur Theologi vno cõſenſu li. 4. ſen. diſt. 13. & B. Thomas 3. par. q. 82. art. 8.

6 De hoc articulo vide citatos in ca. illud j. eod. ſup gloſſa in verbo, officia.

a ¶ *Excom-*

a ¶*Excommunicatum.*] ipſo iure. 11.q.3.cum excommunicato.& intellige de minori.

b ¶*Obſeruandum eſt.*] vt talibus nullus communicet. aliàs ſimiliter ſunt excommunicati minori excõmunicatione. 11. q.3.excommunicatos.& niſi deſtiterint,ſunt excõicandi. j. de ſent.excõ. quod in dubijs.§.2.& j.eod. ſi celebrat.in fi.

c ¶*Regis iudicio.*]Vbi enim eccleſia per ſe ꝑficere non poteſt, inuocandũ eſt auxilium ſeculare,vt hic dicit, & ſ. de off.ord.c.1.& c.quoniã in plerisq;. in fine. & 17.diſ.nec licuit.11. q.1.petimus. & ita vtraque poteſtas per alterã iuuari debet.ſ.tit.prox. c.2. vbi de hoc. & poteſt per eccleſiam compelli,vt ibi dicitur.

excõmunicatum [a]. ¶Similiter de clericis, laicis, vel fœminis excommunicatis obſeruandum [b] eſt. Quòd ſi aliquis iſta omnia contempſerit, & epiſcopus minime emendare potuerit, regis iudicio [c] ad requiſitionem eccleſiæ, exilio damnetur.

¶Alexander iij.Londoñ.Epiſcopo.

¶*Interdictus & excommunicatus celebrans, monitus non deſiſtens, deponitur.*

CAP. III.

CLerici † autem, ſi qui à ſuis,aut etiam de mandato Romani pontificis ab alienis epiſcopis interdicti,vel excommunicati, ante abſolutionem diuina officia celebrauerint:niſi moniti [d] ſine dilatione redierint,perpetuæ depoſitionis ſententiam,pro auſu tãtæ temeritatis incurrant.

† Cap.3.e.tit.in 1.cõpilatio. & poſt concilium Lateran.ſub Alexandro.iij.par.16.cap.10.

CLerici autem ſi. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliqui clerici ab epiſcopis ſuis, aut etiam de mandato Papæ ab alienis epis ĩterdicti vel excõicati fuerint, & ante abſolutionem diuina officia celebrauerint,niſi moniti incontinenti redierint,perpetuo pro auſu tantæ præſumptionis deponantur.Nota ꝙ monitio ſẽper dẽt ꝓcedere vindictam. Itẽ nota hic pœnã illorũ,qui excõicati, vel interdicti celebrãt; ſcilicet, perpetuam depoſitionem.

¶Idem Toletano Archiepiſcopo.

¶*Excommunicati, vel interdicti celebrantes deponi debent: niſi propter multitudinem mitigetur pena.*

¶*Glo.ſeq. tria facit argu.à contrario, & contra id obijcit, & ſoluit. Secundò quærit,argu.ad affirmatiuam, ſoluit negatiuè. Tertiò iterum quærit ponit opinionem Hug. cui obijcit decre. epiſcopus. & reſpondet.*

d ¶*Moniti.*] Ergo videtur,ꝙ ſi emendare ſe volunt,non deponentur;ſed hoc intellige dictum diſpenſatiue, & ita non cõtradicit j.cap.proxi.& alia.cap.ſeq. & ſic patet, quòd quicunque celebrat excommunicatus,vel ab officio ſuſpenſus,priuari debet de iure officio & beneficio,& deponi etiam.Sed nunquid epiſcopus poteſt cum talibus diſpenſare, ſiue legatus de latere domini Papæ miſſus? arg. ꝙ legatus poſſit. quia vicem gerit delegantis: & abſoluit excommunicatos, quorum abſolutio ſedi Apoſtolicæ reſeruatur.ſ.de offi.leg.quod translationem.& j.de ſen.excom. quamuis.& c.ad eminentiam. dicas ergo,ꝙ nec epiſcopus, nec etiam ſynodus in hoc diſpenſare poteſt.11.q.3.ſi quis epiſcopus damnatur.& cap.ſeq.arg.infra,de eo qui fur.ord.re.c.1.& 2.q.5.qua de cauſa. 1 nec etiam legatus:licet poſſit abſoluere excõicatum; & ſic ſolus Papa hic diſpenſat. Et hoc hodie expreſſum eſt in duabus decreta. Inno.iiij. ſ.de ſen.& re iudi.cum æterni.& j.de ſen.excom.cum medicinalis. [lib. 6.] Sed poteſt quæri, vtrum idem ſit in depoſito, vt ſolus Papa ipſum reſtituat? Hug. dicit, ꝙ ſolus Papa hoc poteſt:& probatur 7.q.1. ſi quis presbyter. tamen cum diſtinctione, ſi epiſcopus ipſum depoſuit tantũ cũ alijs epis à ſacerdotio,poteſt eum recipere in inferioribus ordinibus; & ſic de alijs ordinibus.arg.15.q.8.qui admiſit.&c.ſi quis presbyter.Si vero depoſitus eſt ab omnibus ordinibus, ſolus Papa ipſum reſtituit.Sed contra ar.habes 11.q.3. epiſcopus. ibi dicitur ꝙ ſi in ſecũda ſynodo innocens inueniatur, nõ poteſt eſſe quod fuerat,niſi gradus amiſſos recipiat de manu epõrũ. Sed illud intelligitur, cum iniuſtè depoſitus fuit, puta, per falſos teſtes,vel falſa inſtrumẽta, vñ dicit ibi,ſi innocẽs inueniat.Sed vbi iuſtè pro crimine depoſitus eſt, ſolus Papa tales reſtituit.

1 Illud ca. & c.quanto videtur facere cõtra: qa ibi diſpenſat ĩferior: ſed illud fit auctoritate Papæ. Ioã. And.

LAtores.] In prima ponitur narratio, & deciſa ſupplicatio: In ſecunda: ibi, *Fraternitati tuæ.* diſtinguens commiſſio. Secundum membrum: ibi: *Si vero,*

CASVS. Quidam presbyteri accedentes ad Papam, intimauerunt ei, quòd tam ipſi quam multi alij poſtquam interdicti & excommunicati fuerunt, diuina officia celebrarunt: vnde mandat Papa archiepiſcopo Toletano,ꝙ ſi quadraginta ſolũmodo,vel pauciores in hoc deliquerunt, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponat. Si vero multitudinem magnã in hoc peccaſſe conſtiterit, illos deponat, qui cauſam delicti dederunt: alios,qui non tantum deliquerunt, ab officio ſuſpendat ad tempus, & omnibus ſecundum quod ſibi viſum fuerit, pœnitẽtiam iniungat. Nota vltra quadraginta multitudinem appellari. Itẽ qui excõmunicati, vel interdicti celebrãt, ſũt deponendi. Item vbi maior eſt culpa, maior debet exerceri vindicta. Item multitudini parcendum eſt. Vnde verſus.

Ob populum multum crimen ꝑtranſit inultũ.

Item pœnitentia eſt arbitraria.

CAP. IIII.

LAtores † præſentium nobis intimarunt, quòd tam ipſi, quàm multi alij,poſtquàm interdicti, vel excommunicati fuerunt, diuina præſumpſerunt officia celebrare: & infrà. ¶Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi quadraginta ſolũmodo, vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas [e]. Si vero multitudinem [f] magnam in hoc peccaſſe cognoueris,eos quos magis [g] cauſam delicti eſſe conſtiterit, perpetua depoſitione cõdemnes: & alios, qui non tantum deliquerint, ab officio [h] ad tempus ſuſpendas: & omnibus pœnitentiam, ſecundum diſcretionem [i] tibi à Deo datam iniungas.

† Cap.4.e.tit.in 1.cõpilatione. & poſt cõciliũ Lateran.pa.50.c.51. Vide Bernardinum Diaz ĩ practi.cri.cano.c.28.

¶ Innocentius iij. Herbipolen. capitulo.

¶*Si habens notitiam excommunicationis per ſolam famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo poſſit miſericorditer diſpenſari. hoc dicit, & eſt caſus notabilis.*

e ¶*Deponas.*] Ecce pœna illorum, qui excommunicati, ſuſpenſi, vel interdicti diuina officia celebrant, vt dictum eſt ſ. cap.proxi.

f ¶*Multitudinem.*] Hic ergo non parcitur multitudini. 2 Argu. contra 50.diſtin.vt cõſtitueretur: & 44. diſtinc.commeſſationes, 9.quæſtio.1.ordinationes. & ſ. de temp. or. capit. 2. vbi de hoc. & 23.quæſtio.4. non poteſt, & cap. ipſa pietas. 1.quæſtio. 7. quotiens. ſed iſta contraria locũ habent, vbi ſcandalum timetur, & multorum ſtrages iacet, ſi ſeruetur rigor: aliàs ſi non contemnatur diſciplina eccleſiæ in populis,ſed vt patienter ſuſtineat, tunc ferienda eſt multitudo. 23. quæſtio. 3. non poteſt. in fi. & de pœni. diſtinc. 6.in fin. Item habes hic quòd vltra 40. dicuntur multi. ſic ſuprà. de teſti. cum cauſam. Et ſecundum has decre. interpretamur illam ſ.de reſcrip. ſedes. & ff.de teſti. l.1. in fi. Aliquando etiam duo dicuntur multi, Inſt.de iur. perſona. in fi. argu. Aliquando etiam xxiij. milia pauci dicuntur. 45. diſtinct. diſciplina, 23.quæſtio.4. quod autem. Multa igitur & pauca in reſpectu. dicuntur.

2 De materia huius gloſſæ late hic ꝑ alijs Henricus Boich, quem video.

g ¶*Magis.*] Hi enim magis peccant, & ideo magis puniendi ſunt, 86.diſtinctio. tanta.& 24.q.3. qui aliorum. & in quo maior eſt culpa, maior debet exerceri vindicta. ſ.de hære. excommunicamus. §. credentes. vbi de hoc plures inuenies concordantias.

¶*Glo.ſeq. tres quæſtiones format, & illas ſol. & contra vlt. ſol.arguit.*

h ¶*Ab officio.*] & etiam à beneficio, quia vbi vnum propter alterum, vtrobique tantum vnum. 86. diſtinct. eos. Quid ſi epiſcopus dicat,ſuſpendo te à beneficio, nunquid poteſt celebrare? Ita quidem, ſi ſuſpendit ipſum tantum à beneficio. Item poterit ne beneficium acquirere? ita quia non intelligitur illum à beneficio ſuſpendiſſe, niſi quo ad ſe, niſi ſpecialiter feratur ſententia, vel remoueatur ab officio: tunc enim beneficium ſequela eſt & ideo remouetur ab illo,vt ſ.de appellatio.paſtoralis.arg.prædicti capituli. eos.& capituli præcedentis,niſi ſpecialiter ei conſeruaretur.28.diſt. ca.præsbyterũ. & 50. diſt.c.ſtudeat.& c.accedens. Quid ſi epiſcopus ita dicat,ſuſpendo te ab officio vel beneficio: nunquid debeo abſtinere ab vtroque? Ita credo, ſaltem propter dubium. arg.j. eod.c.proxi.C.de verb.ſig.cum quidam. & de conſe.diſt. 2. in calice.arg.ff.de reb.dub.ſi is qui ducenta. §. cum ita arg. quòd à neutro ſuſpenſus eſt,propter dubium.ff.de teſta.tu.duo ſunt. & ff.de manumiſ.teſt.cum ex pluribus.

i ¶*Secundum diſcretionem.*] Et ita pœnitentia arbitraria eſt. 26. quæſt.7. tempora pœnitudinis. & fit hæc diſpenſatio auctoritate domini Papę,quia per ſe non poſſet,vt dictum eſt in proximo capitulo.

I*llud dominus*.] Excommunicatus celebrans deponendus eſt, niſi cum eo miſericorditer diſpenſetur. hoc dicit. ſed ſecundum hoc nihil affert iſtud capit. de nouo. Diuiditur, nam in prima ponit Hildeſemeñ. epiſcopi tranſitum: In ſecunda: ibi, *Vnde*. ponit mandatum delegato factum, & eius executionem: In tertia: ibi, *Ipſe*. comparitionem epiſcopi & recognitionem, & excuſationem: In quarta: ibi, *Licet*. excuſatio impugnatur. In quinta: ibi, *Cum eo*. pœnæ remiſſionem. Abbas Siculus.

†Cap.1.e. tit.in 3. cō pilati. alia pars huius decretalis eſt in c. illud. Domi nus ſ. de maiorit.& obedient.

† In veteri compilat. legitur, archiepiſco po, ſed in Gregorianis epiſco po, habeť.

C a s v s. Epiſcopus Hildeſemeñ. non petita, nec obtenta licentia domini Papæ, eccleſia Hildeſemeñ. relicta, Herbipoleñ. eccleſiam auctoritate propria occupauit: propter quod Papa mandat epiſcopo Magdeburgeñ. vt cum factum illud notorium eſſet in partibus illis, niſi infra xx. dies ab adminiſtratione Herbipoleñ. eccleſiæ ceſſaret, ipſum excommunicatum publicè nuntiaret, quod idem epiſcopus non diſtulit adimplere: ipſe verò nihilominus diuina poſtmodum officia celebrauit, & fecit ſibi ab alijs celebrari, & ſe ingreſſit celebrationi diuinorum: ipſe verò poſtmodum in præſentia domini Papæ conſtitutus, ſuum recognoſcens errorem, miſericordiam, & non iudicium poſtulauit: tamen in ſuam excuſationem propoſuit, quòd cum Magdeburgeñ. epiſcopus non eſſet ordinarius iudex eius non credebat quòd monitione non præmiſſa, auctoritate delegata poſſet procedere contra ipſum: vnde cum nec ante factum, nec poſt, literas ab eo monitorias accepiſſet, peccare non credebat, ſi diuina officia celebraret: maximè cum ſibi non conſtaret, niſi per famam de ſententia contra eum lata: dominus Papa, his auditis ſcribit capitulo Herbipoleñ. dicens ꝙ licet in hoc nō videatur omnino culpabilis extitiſſe, quia tamen in dubijs via tutior eſt eligenda, quamuis dubitaret de ſententia contra ipſum lata, debuit potius abſtinere, quàm ſacramenta eccleſiaſtica detractare: Illud vero quod allegabat, quòd ſub ſpe veniæ poſtquam nouerat ſe excommunicatum à Papa, ſibi fecit diuina officia celebrari, & aliorum communioni ſe ingeſſit, ipſum non excuſat, ſed potius contra eum facit, cum ſub ſpe veniæ nullus debeat delinquere; & grauius eſt excommunicato non vitare alios quàm ab alijs non vitari: quia excommunicatus poteſt vitare alios, ſed non poteſt ab alijs vitari. Papa tamen facit ei gratiam: quia non imponit ei pœnam, quàm canon illis imponit, qui poſt excommunicationem præſumunt celebrare diuina, vel celebrationi ſe ingerunt diuinorum. Nota quòd epiſcopus ſine licentia Papæ eccleſiam dimittere non poteſt. Item qui dubitat de ſententia contra eum lata, cum per famam hoc intelligit, potius abſtineat quàm celebret: quia illud eſt tutius. Item ſub ſpe pœnitentiæ nullus peccare poteſt, vel debet: quia poſſet contingere, quòd tempus non habeat etiam ad confitendum. Item ſicut excommunicatos, vitare debemus, ſic excommunicati non excommunicatos vitare debent, aliàs peccant. Item poſt excommunicationem nullus debet celebrare, vel celebrationi ſe ingerere diuinorum, aliàs debet deponi.

C A P. V.

ILlud † Dominus in beato Petro; & infrà [a] ¶Venerabilis frarer noſter quondam Hildeſemeñ. epiſcopus licentia non ſolum non obtenta, ſed nec etiam poſtulata, eccleſia Hildeſemeñ. relicta, Herbipoleñ. eccleſiam occupauit: & infrà: ¶ Vnde Magdeburgeñ. epiſcopo † dedimus in mandatis, vt (cum factum ipſum non poſſet in partibus illis non eſſe notorium [b]) niſi dictus epiſcopus infra viginti dies [c] ab Herbipoleñ. eccleſiæ adminiſtratione ceſſaret, eum excommunicatum publicè nunciaret: qđ idem Magdeburgeñ. ſtuduit adimplere: & infrà. ¶Ipſe verò epiſcopus in noſtra poſtmodū præſentia conſtitutus & ſi ſuū recognoſceret, & confiteretur exceſſum, & non iudicium, ſed miſericordiam [d] poſtularet, hoc tamen inter alia in ſua excuſatione propoſuit, ꝙ cum dictus Magdeburgeñ. non eſſet ordinarius iudex eius, non crediderat, ꝙ monitione non præmiſſa, auctoritate delegata poſſet procedere contra ipſum, aut ſententiam in eum aliquā promulgare. Vnde cum nec ante factum monitorias, nec poſt literas ab eo aliquas accepiſſet, peccare non credidit, ſi diuina officia [e] quantuncunq; ſolemniter celebrauit: præſertim cum ei non niſi per famam, de ſententia contra eū prolata conſtaret: & infrà. ¶Licet autem in hoc [f] non videatur omnino culpabilis extitiſſe: quia tamen in dubijs [g] via eſt tutior eligenda, etſi de lata in eum ſententia dubitaret: debuerat tamen potius ſe abſtinere, quàm ſacramenta eccleſiaſtica pertractare. ¶Illud autē quod ſub ſpe veniæ [h] diuina ſibi fecit (poſtquàm ſe à nobis excommunicatum nouerat) celebrari, & communioni fidelium ſe ingeſſit, potius contra eū facere credimus, quàm pro eo: cum ſub fiducia pœnitentiæ non debuerit deliquiſſe: & excommunicato non vitare multò magis †, quàm non vitari [i] periculoſum exiſtat. nō vitare ſiquidem, cum in eo ſit, excommunicatus ſine delicto non poteſt: ſed cum ex alijs pēdeat, ſine ſuo delicto poterit non vitari: & infrà. ¶ Cum eo miſericordiam facientes, pœnam †, quam canon [k] infligit his, qui poſt excommunicationē diuina præſumpſerint officia celebrare: vel ſe celebrationi ingeſſerint diuinorum, ei non duximus infligendam.

¶Idem Biſuntiñ. Archiepiſcopo.

¶*Excommunicatus celebrans, à beneficio deponitur.*

a ¶*Et infra*.] De iſto epiſcopo habes ſ. de transla. quanto. & capit. licet. & ſ. de maiori, & obed. illud.

¶*Glo.ſeq.recit.per modum obiectionis, & ſolu.*

b ¶ *Non eſſe notorium*.] Hoc erat tale factū, quod exhibebat ſe oculis omnium: vnde non poterat non eſſe notorium, ſi tranſiuit ad eccleſiam illam: 1 ſed vtrum licite poterat, vel illicite, hoc non erat notorium, ſaltem quo ad alios: quia potuit eſſe quòd habuit licentiam tranſeundi à Domino Papa per literas ſuas. argu. 76. diſtin. dilectionis. vnde in meliorem partem debemus hoc interpretari. infrà. de regu. iur. cap. 2. quia Papa potuit de hoc obliuiſci: quia ipſum quandoque fallit obliuio. 23. diſtinctio. præterea. & omnium habere memoriam, potius eſt diuinitatis q̃ humanitatis. C. de vete. iu. enuclean. l.2. §. ſi quid contrarium eſt verum, quia ex quo Papa hoc diffitetur, ei incumbit probatio, quòd de ipſius licentia tranſiſſet. 100. diſtinctio. contra morem. 93. diſtin. illud.

1 Arg.l.hę redes palā. ff.de teſta. & Authēt. qui ſemel. C.quomo. & quando iudex.

†Vide Martinum Nauarrum in Manuali ď horis can. c.21.verſ. 14. inter ambos.

c ¶*Viginti dies*.] ſic. ſuprà. de crimin. fal. dura.

d ¶ *Miſericordiam*.] Sic ſuprà. de transla. inter corporalia, verſus finem.

† in quodā Vaticano ita: pœnā. quā canones minantur his, & cap.

e ¶ *Officia*.] In hoc deliquit, quia nec excommunicatus, nec ſuſpenſus publicè, vel priuatim celebrare debet, nec ſacramenta alij dare. 28. diſtinctio. presbyterum. ſed alia officia, præter Miſſam, poteſt 2 occultè dicere non officiando, ſed quaſi priuata perſona. j. de pœn. & remiſ. quod in te. & 11. quæſtio. 3. ſi quis epiſcopus damnatur. & c. ſeq. Io.

2 Similis gloſſa ſupra eo. tit. in ca.2. de hoc articulo an excōmunicatus teneat dicere horas canonicas vide Hoſt. in ſumma tit. de ſen. excom. circa finē. §. cōſueuit & illud quæri. & Couarruuiam in c. alma mater. de ſent. excō. lib. 6. par. 1. §. 3. vbi concludūt teneri.

¶*Glo.ſequens ſignat contrarium, & reſpondet.*

f ¶*In hoc*.] ſ. quia non conſtabat ei, niſi p famā de illa excōicatione, ſed fama per ſe non probat. 4. q. 3. c. ſi. ver. itē. ſæpe. Ar. cōtra. ſ. de conſan. & affi. ſup eo. vbi ad ſolā famā matrimoniū cōtrahēdū impeditur, ergo iſte pp famā debuit abſtinere. j. de ſen. excō. cum deſideres. §. 1. ſed nō intātū culpabilis fuit, quātū ſi hoc ꝓ certo ſciuiſſet, & ideo dicit: licet in hoc nō videať oīno culpabilis extitiſſe. ſed dicta paucorū ad hoc nō ſufficerent, qa nō faciūt famā. ſ. de accuſa. inquiſitionis. nec tenebať credere, licet diceret ei ab aliquibus. 11. q. 3. non ſolū. & c. in cunctis. & 23. q. 4. quā magnū. & ff. qđ cū fal. tuto. l. 2. & 3. niſi fama ſuper hoc perueniſſet ad eum prout ſequitur. Argu. contra. ff. de admin. tut. quidam decedens. §. ex quo. & C. de rei vend. ſi fundum. & ſ. de reſcrip. cum contingat.

g ¶*In dubijs*.] ſic ſ. de ſpō. iuuenis. & de homi. ſignifi. 2. & c. pe. & c. ad audiētiā. vbi de hoc. & ar. 23. q. 1. qd culpať. in fine.

h ¶*Veniæ*.] Sub ſpe veniæ nullus dēt peccare. de conſecra. diſtin. 4. quando quis. Arg. contra. j. de ſent. excommu ſi vero.

i ¶*Vitari*.] In hoc quaſi patiť: in alio. ſ. in nō vitare, agit: quod eſt in ei⁹ ptāte: & iō in vno peccat, in altero nō peccat, qñdoq; tñ non multum differunt agere & pati poſſe. 16. q. 1. ſi cupis.

k ¶*Canon*.] 11. q. 3. ſi qs ēps dānatur. & c. ſeq. & j. c. prox. ſ. e. latores. hanc miſericordiā ſolus Papa pōt facere. j. eod. clerici.

Frater-

FRaternitati.] Primò deciſa conſultatio: Secundò reſponſio: ibi, *Presbyteros*. Abbas.

CASVS. Archiepiſcopus Biſuntiñ. excommunicauit quoſdam præſbyteros, & clericos pro ſuis exceſſibus, qui nihilominus excommunicati celebrarunt diuina: quæſiuit archiepiſcopus à Papa, vtrum poſſet eos à ſuis beneficijs ſpoliare? Reſpondet Papa, ꝙ ſi canonice ſunt excommunicationis ſẽtentia innodati, & poſtea præſumpſerunt celebrare diuina poterit eos omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliare. Nota, qualiter puniuntur, qui celebrant excõmunicati: quia omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliantur.

a ¶*Spoliare.*] imo poſſet eos perpetuo deponere. ſ̃. eo. latòres. diſpẽſare tamen cum eis nõ poteſt, vt dictũ eſt ſ̃. eodem. clerici. Ber.

POſtulaſtis.] Primò ponitur deciſa conſultatio: Secundò reſponſio: ibi, *Conſultationi*. Quæ ſubdiuidit, vt patet in textu, & per §. Abbas.

CASVS. Quidam clerici erant excommunicati, tempore ſuæ excõicationis eccleſiaſtica beneficia ſunt adepti: quæritur vtrum ea poſſint retinere? Reſpõdet Papa, ꝙ cum excommunicatis communicari nõ debeat, excõmunicatis clericis beneficia conferri non poſſunt, nec poſſunt illa retinere, niſi cum eis fuerit diſpenſatum, cum ipſa canonicè non fuerint conſecuti: & illi, qui ſcienter talibus illa beneficia contulerunt, tandiu debent à collatione beneficiorum ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur: vt in eo puniantur, in quo delinquere præſumpſerunt. Secundò ponitur alia queſtio: Clerici quidã, & monachi, & moniales celebrarũt in locis ſuppoſitis interdicto tempore ipſius interdicti, & adhuc celebrare diuina nõ ceſſant, pp qđ ẽt ſunt excõicationis ſnĩa innodati: q̃rĩt qualiter iſti ſunt pnniẽdi? Rñdet Papa ꝙ clerici, qui talia p̃ſumpſerũt, ſunt eccleſiaſticis beneficijs ſpoliãdi, monachi, & moniales in arctiorib⁹ monaſterijs ſunt ad agendam pœnitentiam detrudendi. Nota quòd excommunicatis beneficia conferri non poſſunt, & ſi conferrantur, non poſſunt ea retinere, niſi cum eis diſpenſetur. Item conferentes excommunicatis beneficia puniuntur in collationibus beneficiorum: vnde puniuntur in quo peccauerunt. Item in locis interdictis non eſt celebrãdum, aliter facientes puniuntur, vt hic dicitur: quia clerici beneficijs ſuis ſunt ſpoliandi, monachi & moniales in arctioribus monaſterijs ſunt detrudendi.

CAP. VI.

FRaternitati † tuæ: & infrà. ¶Presbyteros autem, & alios clericos, qui pro ſuis exceſſibus à te, nexibus anathematis canonicè innodati, præſumpſerunt, vel præſumunt officia celebrare diuina, rationabiliter poteris omnibus beneficijs eccleſiaſticis ſpoliare[a].

¶Idem Decano, & priori Colonieñ.

¶*Collatio beneficij excommunicato facta non tenet: & ſcienter talibus conferens, à beneficiorum collatione ſuſpenditur.*

CAP. VII.

POſtulaſtis † per ſedẽ Apnſtolicam edoceri: & infrà. ¶Conſultationi veſtræ reſpondemus, quòd cum excommunicatis communicari non debeat[b], clericis excõmunicationis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt: nec illi valent ea licitè retinere[c] niſi forſitan cũ eis fuerit miſericorditer diſpẽſatum[d]: cum ea non fuerint canonicè[e] conſecuti. ¶Illi verò qui ſcienter illa beneficia talibus contulerunt, tandiu debent à beneficiorum collatione[f] ſuſpendi, donec ſuper hoc veniam conſequi mereantur[g]: vt puniantur in hoc, in quo delinquere præſumpſerunt.

¶*Celebrans in loco interdicto, ſi eſt clericus ſecularis, beneficijs priuatur: ſi monachus, in arctius monaſterium detruditur. h.d.*

¶Quæſiuiſtis † prętereà qualiter puniri debeant clerici, monachi, vel moniales eccleſiarum conuentualium, qui poſt latam interdicti ſententiam in locis ſuppoſitis interdicto, præſumpſerũt hactenus, & adhuc etiam non verentur diuina officia celebrare[h], quamuis propter hoc ſint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breuiter reſpondemus, quod clerici, qui talia præſumpſerunt, ſunt eccleſiaſticis beneficijs ſpoliandi[i]: monachi verò, vel moniales, in arctioribus[k] monaſterijs ad peragendam pœnitentiam detrudẽdi.

¶Idem Decano, & ſubdiacono † Pictauen. & magiſtro P. canonico Petragoricen.

¶*Vallet collatio beneficij ei facta, qui prius fuit excommunicatus, ſed abſolutus tempore collationis.*

CAP. VIII.

PRopoſuit † coram nobis magiſter P. clericus epiſcopi Tuſculañ. quòd G. ſanctæ Mariæ in porticu diacono Cardinali in partibus illis Apoſtolicæ ſedis legationis fungente officio, quidam de Lemouiceñ. ei humiliter ſupplicarũt, vt eorum eccleſiam, quæ debito fraudabatur clericorum ſeruitio, ordinaret: pro ſe ac magiſtro eodem preces ſpecialiter porrigentes. Ipſe verò Lemouiceñ. ciuitatem ingreſſus, canonicos monuit, vt illos reciperent in ſocios, & in fratres: maximè cum præbendæ quinque, vel quatuor, ab vltima ipſius eccleſiæ ordinatione vacaſſent: quibus, poſt petitas & conceſſas deliberationis inducias, non curantibus reſpondere, de † præbenda Lemouiceñ. Cardinalis prædictus, eoſdem clericos inueſtiuit: & infrà. Cum autem dictus magiſter, & Lemouiceñ. pœnitentiarius in noſtra fuiſſent præſentia cõſtituti, & acta iudicij inſpici fecerimus diligenter, per † pœnitẽtiarij teſtes intelleximus, quòd Lemouiceñ. epiſcopus pluribus annis, antequam idẽ magiſter inueſtitus fuerit, clericos, & burgenſes † caſtri Lemouiceñ. & eundem P. nominatim (quem eorum dicebant conſiliarium & fautorem) vinculo excõmunicationis aſtrinxit. Per teſtes verò magiſtri P. probabatur, quòd & ſi dictus epiſcopus in burgenſes & eorum fautores tam clericos, quàm laicos Lemouiceñ. excommunicationis ſententiam protuliſſet, eos tamen per tres annos abſoluit, antequàm dictus magiſter fuerit inueſtitus: & infrà. ¶Et quòd idem epiſcopus dicto magiſtro cõmunicauit poſtea in eccleſia, & in menſa: & infrà. ¶Quia verò ſæpè dictum magiſtrum inueſtituræ ſuæ tem-

b *Non debeat.*] 11. q. 3. cap. cum excommunicato.

c ¶*Retinere.*] Imo ſi prius alia beneficia habebant, eis ſunt priuandi. 1 ſ̃. de æta. & quali. ordi. cum bonæ.

d ¶*Diſpenſatum.*] Nõ dicit à quo: ergo videtur relicta poteſtas diſpenſandi epiſcopis. ar. ĩ. de ſent. exco. nuper. Dic vt ſ̃. eo. clerici.

¶*Gloſſa ſeq. reci. per q. quis diſpenſet, ſol. & remittit.*

e ¶*Canonicè.*] ſi non ſunt illa canonicè conſecuti, perdere debent illa. ſic ſ̃. de æta. & quali. cum bonæ cum eſsẽt excommunicati, indigni erãt & inhabiles ad aliqua beneficia percipienda, quia tales nec eligere, nec eligi poſſunt. ſ̃. de elect. cũ inter R. & ſ̃. de cõſue. cũ dilectus, nec ĩpetrare literas. ſ̃. de reſc. dilectus. 1

f ¶*A collatione.*] vt puniaĩ in quo deliq̃t. ſ̃. de tẽp. or. ex literis: imo & à pceptiõe ꝓprij beneficij ſuſpẽdaĩ: qa ſciẽter ĩdigno bñficiũ cõtulit. ſ̃. de elect. nihil ẽ B.

g ¶*Mereantur.*] per ſuum ſuperiorem.

h ¶*Celebrare.*] propter quod ſuſpẽſi ſunt, & irregulares, vt not. ĩ. de exceſ. præla. c. vlt. vnde poſſent deponi. ſ̃. e. latores.

i ¶*Spoliandi.*] nec audiĩ ſi dicat, ꝙ ſit iniuſtè excõicatus, ar. ſ̃. e. illud ſicut ẽt non audiĩ, cui opus nouum nuntiatur, nec obtemperat. ff. de no. oper. nuntia. l. 1. §. in operis.

k ¶*Arctioribus.*] ſ̃. de ſimo. de regularibus. & c. quoniam ſimoniaca.

PRopoſuit.] Primò narrat rem, & collationes vtriuſque partis: Secunda diffinit: ibi, *Quia*. Abbas.

CASVS. Eps Tuſculanus erat legat⁹ in partibus Lemouiceñ. qdã de Lemouiceñ. ſupplicarũt legato ꝓ ſe, & magiſtro P. vt eiſdẽ in Lemouiceñ. eccleſia ꝓuideret, & eos faceret recipi ĩ canonicos & ĩ fratres: & p̃cipue cũ quĩq; vel quatuor præbendæ ab vltima ordinatione ipſius eccleſiæ vacarent ibidem: legatus ciuitatem Lemouiceñ. ingreſſus, canonicos monuit diligenter, vt illos in

† Cap. 2. e. tit. in 3. cõpilatione. Vide Berardinum Diaz ĩ practi. crim. can. c. 28.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpilatio. Vide Couarruiã in c. alma mater de ſen. excom. li. 6. in priori parte rele. §. 7. adde Ioannẽ de Imola & alios in ca. poſt elect. ſupra de conceſſio. præben.

† De materia huius §. vide quæ ſancita sũt in c. is qui. §. is vero. & in c. vlt. de ſent. ex communi. lib. 6.

† ſubdecano.

1 Vide hic Panormitanuũ vt intelligas dictum hui⁹ gloſſæ, qđ videtur nimis ſeuerum.

† Cap. vnico. eo. tit. in 4. cõpilatione. Vide citatos in cap. proxime prędeden.

† Aliàs. de præbẽdis.

† Ex incorruptis exẽplarib⁹ repoſitum ẽ vt eſt impreſſum.

† Per burgenſes caſtri Lemouicen. intellige, ciues Lemouicenſis ciuitatis: qs dicaĩ burgenſis tradiĩ Boeti⁹ deciſione. 160.

ſocios reciperent & in fratres ad prædictas præbendas vacantes: quòd cum poſt petitas inducias facere non curaſſent, legatus de prædictis præbendis inueſtiuit eoſdem: poſtmodum vero pœnitentiarius Lemouiceñ. contra prædictum magiſtrum P. literas impetrauit ad quoſdam iudices delegatos, coram quibus petijt inſtitutionem factam de ipſo caſſari, & ipſum remoueri ab eccleſia Lemouiceñ. pro eo quòd tempore ſuę inſtitutionis erat excommunicatus per epiſcopum Lemouiceñ. pluribus annis ante ſuam inueſtituram: ſuper hoc teſtes ab vtraque parte producti fuerunt: iudices cauſam inſtructam remiſerunt ad Apoſt. ſedem; partibus in præſentia Papæ conſtitutis, ex parte prędicti magiſtri quędam propoſita fuerunt: Papa vero auditis, quæ partes proponere voluerunt, acta iudicum fecit inſpici diligenter, & inuenit eſſe probatum per teſtes pœnitentiarij, ꝙ epiſcopus Lemouiceñ. prædictum magiſtrũ P. & quoſdam alios excommunicauerat pluribus annis, ante inueſtituram dicti magiſtri: Per teſtes vero magiſtri P. probabatur, ꝙ epiſcopus p̄dictum magiſtrum, & alios clericos, & etiam laicos per tres annos abſoluit, antequam dictus magiſter fuerat inueſtitus: & ꝙ epiſcopus dicto magiſtro communicauit poſtea in eccleſia & in menſa; Sed quia pœnitentiarius non probauit dictum magiſtrum tempore inueſtituræ ſuæ excommunicatum extitiſſe ab epiſcopo ſuo, ſicut obtulerat ſe probaturum, cum ex parte ipſius magiſtri fuerit facta fides de abſolutione & communione epiſcopi, dominus Papa quod de prædicto magiſtro per legatum prædictum factum eſt, per diffinitiuam ſententiã approbauit. Nota, quod qui fuit publice excommunicatus, adhuc præſumitur excõmunicatus, niſi probetur abſolutus. Vnde not. ꝙ qui abſoluitur, literas ſuæ abſolutionis obtineat ad cautelam futurorum, vt hic patet. Item dum quis eſt excommunicatus, nullum beneficium eccleſiaſticũ obtinere poteſt. Item cui epiſcopus communicat, præſumitur non excõicatus: tñ præſumptio talis non ſufficit, nec propterea eſt abſolutus.

† Hic titulus ex plurimis manuſcriptis reſtitutus eſt vulgati diſſentiũt aliàs ita: Gregorius ix. I. & A. canonicis Pragen.

pore [a], à præfato epiſcopo extitiſſe excommunicatum, dictus pœnitentiarius (ſicut obtulerat) non probauit: cum ex aduerſo de abſolutione [b], & communione [c] dicti epiſcopi fuerit facta fides: Quod per dictum legatum de memorato magiſtro factum eſt, per diffinitiuam ſententiam duximus approbandum.

¶ Gregorius nonus † I. & I. canonicis Prageñ.

¶ *Suſpenſus, vel excommunicatus ignoranter celebrando, nulla indiget diſpenſatione reſpectu irregularitatis, aliàs ſecus.*

CAP. IX.

Apoſtolicæ [d] ſedis: & infrà. ¶ Verum quia tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis diuina vos reddit ignorantia probabilis [e] † excuſatos. Cæterum ſi forte ignorantia craſſa, & ſupina, aut erronea fuerit, propter quod diſpenſationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate Apoſtolica indulgemus [f].

¶ Idem.

¶ *Excõmunicatus minori celebrãs, non eſt irregularis, ſed peccat: & poteſt eligere, & ea quæ ſunt iuriſdictionis exercere, licet non eligi: & ſi confert ſacramenta. licet peccet, tamen collatio tenet, & ſuum habet effectum.*

CAP. X.

SI † celebrat minori excommunicatione ligatus, licet

Casus. Duo canonici Pragenſis eccleſiæ, pro eccleſiæ Pragenſis ordinatione acceſſerũt ad Apoſtolicam ſedem: obiectũ fuit eis, ꝙ erant ſuſpenſi, vt ſic repellerent̄: ipſi volebant probare ſententias illas nullas eſſe, & eis ignorantibus latas fuiſſe. Papa relaxauit illas ſententias ad cautelam, ne ordinatio eccleſiæ differretur. Sed quia tẽpore ſuſpẽſionis ignari celebrarunt diuina, eos probabilis excuſat ignorantia: Si verò craſſa & ſupina, aut erronea ignorantia fuerit, propter quod indigent diſpenſatione, Papa diſpenſabit cum eis. Nota ꝙ ſi ſuſpenſus ignoranter diuina celebrat, non incurrit irregularitatem: niſi ignorantia craſſa fuerit, & ſupina.

d ¶ *Apoſtolicæ.*] hęc decret. pars eſt illius s̄. de except. Apoſtolicæ.

† Pro intellectu. textus & gloſſæ de multiplici ignorantia cuius meminit vide B. Thomã 1.2.q. 76. & quod libeto 1. ar. 19. quæ late repetit Syluelter verbo, ignorãtia. adde Couarruuiam in c. alma mater. in priori parte relectio §. 7. & §. 10.

¶ *Gloſſa ſeq. præmittit duos effectus probabilis ignorantiæ, & remittit ſecundò tractat. an abſens & ignorans excõmunicari poſſit, & quid de his, quæ interim agit. argu. allegat, pro & cõtra. ſoluit. demum format tres quæſtiones, & illas ſoluit, & tertiam diſtinguendo.*

¶ *Glo. ſeq. notat. tempus inueſtituræ, &c. inducit duo ſimilia.*

a ¶ *Tempore.*] Tempus ergo inueſtituræ conſiderari debet, vtrum tunc fuerit excommunicatus, vel non s̄. eod. cap. proxi. & s̄. de æta. & quali. cum bonæ. ſicut in impetratione reſcripti tempus datæ conſiderandum eſt, an tunc fuerit excommunicatus. s̄. de reſcrip. dilectus 1. qa ſi poſtea excõicetur, nõ perditur reſcriptum, ſed ſuſpenditur quandiu abſoluatur: ſic intelligitur s̄. de offi. deleg. prudẽtiam. §. ſexta. ſic & tempus electionis conſideratur, an tunc ſit idoneus. ſuprà. de elect. c. dudum. 1. vbi habes ſimiliter, ꝙ initium ſpectandum eſt.

¶ *lo. ſequens recit. per quæſtionem, an communio probet abſolutionem. ſolu. alleg. contrarium.*

b ¶ *De abſolutione.*] & ſic probauit ille pœnitentiarius, ꝙ magiſter P. fuit excommuuicatus, & ipſe P. probauit poſtea, quòd fuit abſolutus ante ſuã inſtitutionem; & ita intelligitur hic, ꝙ quia fuit excommunicatus, præſumitur ꝙ adhuc ſit excommunicatus, niſi probauerit ſe abſolutum, prout ipſe P. fecit. 1 Et ita quicunque abſoluitur, ſaltem ad cautelam, ſemper obtineat literas abſolutionis, & ita cum aliquis dicit aliquem excommunicatum, & ille dicit ſe non eſſe excommunicatum, vtriuſque teſtes ſunt admittendi in tali dubio. argum. j̄. de ſen. excom. per tua. & ſupra, de teſtibus, cum tu. & ſupra de officio dele. cum contingat. ſic s̄. de præſcri. illud. & c. auditis.

1 Arg. ad hoc in l. ſi ue poſſidetis. cum cõcor. C. de proba.

c ¶ *Communione.*] hæc non fuit ſufficiens ratio ad probandũ abſolutionem. j̄. de ſent. excommunicationis, cum deſideres: ſed eſt præſumptio quædam. 11. q. 3. quibus epiſcopi. 93. diſt. ſi inimicus. arg. j̄. de ſent. excommunicationis. in præſentia. 2 & j̄. de priuilegijs. cum olim.

2 De hoc eo. tit. ſi aliquando, & expeditur per cle. e. titu. ſi ſummus Pontifex. Ioan. Añd.

A*Poſtolicè.*] Qui probabiliter ignorat ſe ſuſpenſum, & celebrat, non efficitur irregularis: ſecus ſi non probabiliter: hoc dicit. Secunda pars: ibi, *Cæterum.* Ab.

e ¶ *Probabilis.*] Sic ergo probabilis ignorantia tantum excuſat, & non craſſa & ſupina, vt hic patet. ſic s̄. de cog. ſpi. ſi vir. vnde dicit Apoſtolus: Miſericordiam merui, quia ignorans feci. 8. diſt. conſuetudo. & inducit diſpenſationem s̄. de ord. ab epi. qui renun. c. 1. & 2. vbi de hoc. & 1. q. 1. ſi qui à ſimoniacis. ſed hic non eſt aliqua diſpenſatio neceſſaria, quia neſciebant ſe ſuſpenſos, vnde non peccauerunt. Item habes hic, ꝙ abſens & ignorans poteſt excommunicari, & ſuſpendi, vt 2. q. 1. de manifeſta. & ſupra, de appel. cũ ſit Romana. in fi. & quãdiu ignorat ſe excommunicatum, non peccat celebrando, vt hic patet. Idem ergo erit ſi literas obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio: poſſet etiam interim eligi ab ipſis, qui hoc ignorant, & ſic in iſto caſu ſuſpenditur effectus excommunicationis, vt quamuis ſit excommunicatus, non tamen obeſt. argu. opti. de conſe. diſ. 4. c. 2. & Inſti. de excep. §. præterea. & arg. s̄. de app. dilectis filijs. vbi ſuſpenditur: interdictum. ſic & ſententia abſolutionis ſuſpenditur. 2. q. 5. quanto. arg. contra. s̄. de appelat. paſtoralis. vbi excommunicatio ſtatim trahit ſecum executionem. & ff. ſi cer. pe. eius qui. vbi dicit: ſtatus ſui ignarus. Credo ꝙ quicquid facit antequam ſciat ſe excommunicatum, non imputetur ei, tamen poſtquã nouerit ſe excõicatũ dẽt abſtinere: aliàs non audietur per tales literas, niſi poſt abſolutiõnẽ. Non credo ꝙ electio de ipſo facta teneat, licet ignoret ſe excõicatũ, vel ſuſpenſum. Itẽ quid ſi talis moriatur antequã ſciat? Liber erit quo ad Deũ, & excõicator dẽt eũ abſoluere poſt mortẽ. Itẽ nũquid ille qui ſciẽs 3 illũ excõicatũ participat illi excõicatus erit? Credo ꝙ ſic. Itẽ qd ſi abſens excõicatur per epiſtolam, qñ dicemus illum excõicatũ vtrum quando ſcribitur, vel qñ recipit epiſtolam? Poteſt hic diſtingui, vt ſi excõmunicator voluit ꝙ ſtatim eſſet excommunicatus, tunc ſtatim erit excommunicatus, ſed non obeſt ei donec ſciat, vt dictum eſt. arg. 4. q. 5. c. 1. vbi dicit, ex quo literas accepiſſe conſtiterit. & ff. man. ſi mandaſſem. aliàs tunc demum erit excommunicatus cum receperit literas. Sic diſtinguit lex in ſeruo manumiſſo per literas. ff. de acqui. poſ. qui abſenti. & l. ſi quis vi. §. 1. & ideo non imputatur ſententia ignoranti: quia nulla ſententia ligat efficaciter niſi poſtquam ſcitur. 2. q. 6. biduum. nec aliqua conſtitutio. 82. diſt. propoſuiſti. & ff. de decre. ab. or. fac. l. vlt. Et ſic excommunicatio non ſemper trahit ſecum ſuam executionem, & ſi proferatur ſub conditione. s̄. de app. præterea 2. & hæc vera ſunt, cum probabilis eſt ignorantia; ſecus ſi craſſa, & ſupina. ar. s̄. eo. illud. ibi enim craſſa videbatur ignorantia, cum per famam ſciret ſe excommunicatum.

† De materia huius decretalis q̃ valde frequens eſt præter doctores hic, vide Couarruuiam in c. alma mater. de ſent. excõ. lib. 6. in priori parte relectio. §. 6. & 8. Theologos lib. 4. ſen. diſtin. 18. & ſeq. & ſummiſtas verbo, excõicatio.

3 In hoc articulo teneas quod ſtatutũ eſt in cõcilio Lateranẽ. ſub Leone. x. ſeſſi. 11. paulo poſt principiũ in bulla incipien. primitiuã. §. ſtatuimus inſup. Adde Felinũ in c. Rodulphus. de reſcriptis. & Martinum Nauarrum in Manua. confeſſariorũ cap. 27. titu. de excom. mĩno. excõ.

f ¶ *Indulgemus.*] In quo caſu nullus alius poteſt indulgere, vt dixi. s̄. eod. clerici.

S*I celebrat.*] Hęc decretalis quo ad materiã ſuã eſt celebrior & famoſior qualibet alia, nã infinita iura ſũt loquẽtia de excõiatione maiori, q̃ infert̄ ab hoĩe, vt in c. ſi quẽ. de ſẽ. excõ. ſed de mino-

de minori q infert à iure, vt in c.nuper.de ſen.excõ. ſunt iura pauciſſima:& aperte nõ prouidentia ſicut hoc c. Et põt ſic diuidi: Primò tractat de validitate geſtorũ circa ſpiritualia per excommunicatum excõmunicatione minori: Secundo: ibi, *Si tamen.* tractat de his quæ geruntur ad commodum eius paſſiuè: Tertiò tractat de geſtis ab eo actiuè in alio ſacramento: ibi, *Peccat autem.* Vltimò quãdam limitationem ſubmittit: ibi. *Dummodo.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliquis participauit excommunicato in locutione, vel oratione, & ſic incidit in minorem excommunicationem: conſueuit dubitari de tali, vtrum ſi celebret tempore talis excommunicationis, eſſet irregularis? Reſpondet Papa, ꝙ licet grauiter peccet celebrando. non tamen eſt irregularis, & eligere poteſt, & alia quæ iuriſdictionis exiſtunt, exercere: tamen ſi talis ſcienter electus fuerit, talis electio eſt reprobanda, pro eo, quod eligitur ad ſuſceptionem eorum, à quorum perceptione priuatus eſt per ſanctos patres.

grauiter peccet [a], nullius tamẽ notam irregularitatis [b] incurrit: nec eligere [c] prohibetur, vel ea, quæ iuriſdictionis [d] ſibi competunt exercere: Si tamen ſcienter [e] talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda: pro eo quòd ad ſuſceptionem eorum eligitur, à quorũ pceptione à ſanctis Patribus [f] eſt priuatus [g]. ¶Peccat autem conferendo eccleſiaſtica ſacramenta: ſed ab eo collata, virtutis non carent [h] effectu: cum non videatur à collatione, ſed participatione ſacramẽtorum (quæ in ſola conſiſtit perceptione) remotus. Dummodo [i] non in contemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ, videlicet contra prohibitionem ſuperioris, communioni excommunica-

¶PECCAT AVTEM CONFERENDO. Dixit ſupra ꝙ talis excommunicatus peccat celebrando, vnde poterat forte aliquis dubitare, vtrum ſacramenta ab eo collata habeant effectum: dicit Papa, ꝙ ſacramenta illa non carent effectu, licet ille peccet conferendo, & redditur ratio, cum ille non videatur remotus à collatione ſacramentorum, ſed à participatione, quæ conſiſtit in ſola perceptione: & hæc vera ſunt, dũmodo non ingerat ſe pertinaciter communioni excommunicatorum in contemptum eccleſiæ contra prohibitionem ſui ſuperioris: quod ſi poſt admonitionem legitimam fecerit, debet excõmunicari, & ſic poſtea celebrando ſacramenta ab eo collata virtutis carebunt effectu, & priuatus erit & electione, & iuriſdictione. Nota, ꝙ ligatus minori excommunicatione, irregularitatem non incurrit. & poteſt eligere, & alia facere, quæ ſibi competunt ratione iuriſdictionis, eligi tamen non poteſt.

a ¶*Peccet.*] De hoc autem punitur ad arbitrium ſui prælati, cum certa pœna hic non ſtatuatur. arg. ſ̃. de offi.deleg. de cauſis. §.fin.& 26.q.7.tempora.

b ¶*Irregularitatis.*] quia propterea non impediretur ab aliqua promotione eo abſoluto: ſecus ſi maiori ſententia ſit ligatus: tunc debet deponi, niſi cum eo fuerit diſpenſatum. ſ̃. eod.latores, poſtulaſtis.& quaſi per totum. Hic ergo determinatur, quod olim dubitabatur, ſcilicet vtrum talis irregularitatem contraheret.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium. ſol.ex ſolutione refert rationem, cui reſponſioni opponit, & ſoluit.*

c ¶*Nec eligere prohibetur.*] Sed cõtra. ſ̃.de elect. cum inter R.& ſ̃.de conſue.cum dilectus. vbi dicitur ꝙ ſuſpenſus nec eligere, nec eligi poteſt. ſ̃.de cõceſ.præben.quia diuerſitatem. hic vero dicitur, ꝙ talis ſuſpenſus eligere poteſt, ſed non eligi: ſed illa, & omnia conſimilia, vt ſ̃.eo.c.2. intelliguntur de ſuſpenſis ab homine: illi enim eligere non poſſunt, & irregularitatem incurrunt diuina officia præſumendo. ſ̃.eo.latores. ſ̃. de æta. & qualita.cum bonæ. hic vero loquitur de excommunicatis ſiue ſuſpenſis à canone propter ſolam participationem: quia ſecundum canones, qui participat cum excommunicatis, excommunicatus eſt, ſiue ſuſpenſus à ſacramẽtis eccleſiæ. quæ ſuſpenſio ſiue excommunicatio appellatur minor excommunicatio, vt 3.q.4.Engeltrudam. Sed eadem pœna eſt in ſuſpenſo ab homine & à canone, aliàs quàm per participationem: quia vtroq; caſu priuatus eſt communione ſacramentorum, & diuinis officijs. ſ̃.de re iudi.cum æterni.& j̃.de ſent.excom.cum medicinalis. [lib.6.] & qui ſuſpenſus celebrat, eſt irregularis: vt ibi dicitur. Quæ eſt ergo ratio, ꝙ in vno eligere poſſunt: in altero non? Poteſt dici, ꝙ ideo, quia plus contempſit qui fecit contra legem animatam, quam qui fecit contra legem mortuam: quia contemnendo iudicis præceptum, quod eſt factum legis auctoritate, & ipſam legem offendit, & ideo plus punitur: & ideo dicitur ꝙ mitius agitur cum lege, quam cum miniſtro legis. arg. ff.de arbi.l.Celſus.& vox viua magis timenda eſt quàm vox mortua, & ei potius credi debet. in Authen.de inſtru.cau. & fi.§.ſi vero aliquid.colla.6 & ita in caſu huiuſmodi capituli non eſt irregularis qui celebrat: ſuſpenſus autem ab homine & canone ſi celebrat, eſt irregularis in conſti.Innocen.iiij. ſ̃.de ſent.& re iud.cum æterni.& j̃.de ſen.excom. cum medicinalis [lib.6.] Sed quæ eſt ratio, ꝙ ſuſpenſi per participationem excommunicatorum, poſſunt eligere, alij ſuſpenſi non poſſunt? Ratio eſt, quia ſuſpenſi per participationem non ſunt ſuſpenſi vel interdicti à diuinis officijs, ſed priuati ſunt communione ſacramentorum per canones, & etiam propter peccatum, ſicut & alij in mortali 1 cõſtituti non ſunt excluſi ab electione. ſ̃. de elec. illa.& ideo poſſunt eligere: Nec ſunt irregulares ſi celebrant, vt hic dicitur. Et eadẽ ratione debent poſſe eligi, cum non ſint ſuſpenſi à diuinis: ratio redditur in litera, vbi dicitur, eius electio eſt irritanda, pro eo, ꝙ eligitur ad ſuſceptionẽ eorum, ſcilicet ſacramentorum, à quibus eſt priuatus à ſanctis patribus: quicunq; enim eligitur, ea ſuſcipere tenetur, & quilibet fidelis. j̃.de pœn.& remi.omnis vtriuſque. & quia illis priuatus eſt, non poteſt eligi ad ea, etiam ſi pœnitentiam egiſſet de peccato, niſi prius abſoluatur ab illa ſuſpenſione, quæ inflicta eſt per canones. 11.q.3. excommunicatus. & c.cum excommunicato. quod non eſt de alijs criminoſis, qui per pœnitentiam reſtituti ſunt ad perceptionem ſacramentorum, à quorum perceptione priuati erant propter peccatum. Bern.

1 Forte putat.gl.Inn. Hoſt. ponẽdo hęc verba in ſuis primis gl. cõicantem excõmunicato peccare mortaliter.de hoc dixi quod me.cau.ſacriſ.in vlti. q. Io.And.

d ¶*Iuriſdictionis.*] Minor ergo excommunicatio non repellit à iudicio ab agendo, ſed ab illis tantum prohibet, quæ pertinent ad officium: Idem dico in ſuſpenſo ab homine, niſi ſit ſuſpenſus tam ab officio quam à iuriſdictione: quia tunc priuatus eſt ſpirituali & tẽporali iuriſdictione. ſic. ſ̃.de elect.tranſmiſſum. vbi electus, & confirmatus poteſt facere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, & non ordinis. Ber.

¶*Gloſſa ſequens quærit. & arguit, & ſoluit. ſecundo quærit & arguit.*

e ¶*Scienter.*] Sed quid ſi electores eligant aliquem excommunicatum minori excommunicatione, quem ipſi ignorant excõmunicatum: nunquid valet electio? arg. eſt ꝙ ſic, ex eo ꝙ dicit, ſcienter: ſed non credo: quia ignorantia eorum non facit eum habilem. ſ̃. de elec. innotuit. & cauſa prohibitionis hic ſignata, nihilominus remanet: vnde ſupple maxime: vel potius quod dicit, ſcienter, referas ad ipſum excõmunicatum minori excommunicatione: puta quia ſcienter participauit excommunicatis. Sed nunquid priuati ſunt iure eligendi, qui talem ſcienter eligunt? arg. quòd ſic. ſ̃. de elect. cum in cunctis. & c.ſcriptum.in fin.

f ¶*Sanctis Patribus.*] 11.q.3.excommunicatos.& c.cum excommunicato.3.q.3.Engeltrudam.

g ¶*Priuatus.*] Hæc eſt cauſa prohibitionis, quia cum ſit priuatus ſacramentis, ad ea eligi non poteſt 2: & eſt ſimilis illi, qui non eſt capax, qui non poteſt ex teſtamento aliquid percipere. arg. ff.de probationi. qui teſtamentum. & ff.de iure fiſci, non intelligitur. §.ſi quis palam.& l.ita fidei. hoc enim eſſet circunuenire legem: vt ibi dicitur, & ſic eſt arg. ꝙ ſi aliquis prohibetur vna via, non eſt admittẽdus ad id alia via. ſ̃.de procur. tuæ. cum ſuis concordantijs.

2 Vñ nec ad dignitatẽ, nec ad ſimplicem clericatũ eligi poterit.

h ¶*Non carent.*] benedicit, quia ſacramẽta à quocunque, licet criminoſo recipienda 3 ſunt, & valent. 15.q.vlt.c.vlt. dum tamen toleretur. 28.diſtin.conſulendum.& ſ̃.de coha.cleri.& mulierum.c.veſtra. quia licet ſit ſuſpenſus à perceptione ſacramentorum, non tamen quo ad collationem: vt hic dicit: quia licet ſit ſuſpenſus quo ad ſe, nõ tñ quo ad alios. arg. ſ̃.de coha. cle.& mulier.c.fin. quia excommunicati etiam conferunt ordines. ſ̃.de ord.ab epiſcopo qui renun. epiſ.c.2. licet non conferant executionem. ſed iſti participant conferunt executionẽ: & ideo dicit, virtutis non carent effectu: quicunque enim habent executionem, eam conferre poſſunt. & ſic eſt arg. quòd excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam. Ber.

3 Hoc dictum intellige prout docét Theologi. lib. 4 ſen. diſt. 13. & B. Thomas. 3 part.q. 82. arti. 9.

¶*Glo. ſeq. ponit tres lecturas illius verſi. dummodo.*

i ¶*Dummodo non incontemptum.*] Hæc determinatio, dummodo, reſpicit quod dicit: non videtur amotus à collatione, &c. quaſi dicat, ſi ex contemptu, & contra prohibitionem ſuperioris ingerit ſe communioni excõmunicatorum, hoc ipſo intelligitur remotus à collatione ſacramentorum propter ſuã pertinaciam & contemptum. arg. ſ̃.eo.c.2.& ita ex propria culpa incipit eſſe ſuſpenſus; ſicut qui non eſt excommunicatus, ex contemptu eſt excommunicatus. 11.q.3.cap. non ſolum.§. cum ergo. in fin. & 24.q.3.notandum. in fin. & ſ̃. de ſentent. excom.

excom.per tuas.& eſt ar.bo.ad hoc.j.de exceſ. præla.c.vlti. de illo excõmunicato,qui violauit interdictum, hoc ipſo ſuſpenſus fuit,& ideo alios excommunicare,vel ſuſpendere non potuit,vt ibi dicitur; vnde tamquam ſuſpenſus, conferendo eccleſiaſtica ſacramenta non confert effectum virtutis ſacramentorum, ſcilicet executionem ordinis, quę eſt effectus ordinis: licet conferat characterem, ſi in forma eccleſiæ cõferatur: præterquã in baptiſmo, 1 qa à quo cunque detur in forma eccleſiæ, proficit ad ſalutem, quo ad omnem ſuum effectũ.ſ.de ſum. trin.c.1.ad fi.quia illud eſt ſacramentum neceſſitatis, quod non contingit in alijs ſacramentis.ſ.de conſue.quanto. & ita propter contemptum ſuperioris debet excommunicari, vt hic dicitur. Quidam hoc intelligunt, cum ſuperior in præcepto facto participantibus excommunicato hoc interdicit: ſuſpẽdẽdo 2 eos ſi contra fecerint. ſed de hoc nemo dubitat. Vel poſſet dici, ꝙ tunc primo remotus eſt à collatione, cum fuerit excõmunicatus propter contemptum, & ſic planum eſt.

a ¶*Pertinaciter.*] quaſi ex cõtemptu & ſtudioſè participat: vnde propter hoc eſt anathemate puniendus, ſic.j.de ſenten. excom.quod in dubijs.

1 De hoc articulo vide plene p B. Thomã. 3. part. q. 67.art.3.4. & 5.

† In ſeptẽ manuſcriptis ita: De non ordinato miniſtrante.

† Honorius

† Cap.1.e. tit.in 1. cõpilat. Vide Bernardinũ Diaz in pract. cri. cano.c.11.

† Legien. † Liugen.

† Capit. 2. eo.tit.in 1. compil. & poſt concilium Late. ſub Alexã. iij.part.50. c.62.

torum pertinaciter [a] ſe ingeſſerit: in quo caſu eſt anathemate feriendus.

TITVLVS XXVIII.

De clerico † non ordinato miniſtrante.

Hormiſda † Papa.

¶*Clericus miniſtrans in pertinentibus ad ordinem, quem non habet, deponendus eſt, & amplius non ordinandus.*

CAP. I.

SI † quis baptizauerit [b], aut aliquod diuinum officium exercuerit non ordinatus, propter temeritatem abijciatur de eccleſia, & nunquam ordinetur.

¶Vrbanus iij. Leg'onẽſ. † Epiſcopo.

¶*Diaconus Miſſam celebrans, ad ſacerdotium non promouetur: & à diaconatu ſuſpenditur ad tempus: ſed in beneficio poterit ad tempus diſpenſari.*

CAP. II.

EX † literis tuæ fraternitatis innotuit nobis, quòd I. diaconus, cum non impoſuiſſes ei manum [c], Miſſarũ celebrationem vſurpare pręſumpſit [d]: & infrà. ¶Cõſultationi tuę reſpondemus, quòd ad ſacerdotis officium non poterit promoueri [e]: à diaconatu quoque, biennio, vel triennio pro tua maneat prouiſione ſuſpenſus. De beneficio [f] autem miſericorditer agatur cum eo: ne ſuſtentatione priuatus, ad ſeculi negotia [g] reuertatur. Vt autem ſecurius ei poſſis hanc miſericordiam [h] facere, de agenda pœnitentia diligẽtem † circa eum curã non deſinas exhibere. Salubrius [i] autem ſibi abſque dubio prouidebit, ſi ad regularem vitam ſe duxerit transferendum.

DE CLERICO NON ORDINATO, &c.

¶*Suprà viſum eſt de ordinatis celebrantibus poſt officium interdictum: nunc meritò ſubnectitur de non ordinatis miniſtrantibus ordine non collato. Abbas.*

SI *quis baptizauerit.*] CASVS. Statuit Hormiſda Papa, ꝙ ſi aliquis non ordinatus ita præſumptuoſus fuerit, vt nulla neceſſitate inſtante, tamquam eſſet ordinatus, baptizauerit, aut aliquod diuinum officium exercuerit: propter ſuam præſumptionem abijciatur ab eccleſia, & nunquam ordinetur. Nota quòd in neceſſitate quilibet baptizare poteſt. Item nota hic pœnam non ordinati miniſtrantis.

b ¶*Si quis baptizauerit.*] intellige ac ſi eſſet ordinatus, & ei liceret ex officio: tunc punitur prout hic dicitur: ſecus ſi in neceſſitate: quia tunc licitum eſt cuilibet.30. q. 1. ad limina. & 93.diſt.diaconos.etiam ab hæretico poteſt recipi baptiſmus tpe neceſſitatis.de conſec.diſt.4.à quodam. dũmodo in forma eccleſiæ.24.q.1.ſi quę forte.& ſ.de ſum.tri.c.1.§. ſacramentũ.

2 Iſtud nõ liceret hodie inferioribus à Papa.niſi ſeruata forma decreta.de ſen.exc.ſtatuimus. & c.conſtitutioné. lib. 6. & eo. li. & eod. tit ſtatutũ.lib. 6. Io.And.

EX *literis.*] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abb.

CASVS. Quidam diaconus I.nomine, antequã eſſet in presbyterum ordinatus, Miſſarum ſolemnia vſurpare præſumpſit: quæritur, quid iuris ſit de illo? Reſpondet Papa, ꝙ ad officiũ ſacerdotis non poterit promoueri, ſed à diaconatus biennio vel triennio, ſecundum ꝙ diœceſano viſum fuerit, ſuſpenſus maneat: de beneficio autem poterit cũ eo miſericorditer agi, ne ſuſtentatione priuatus ad ſeculi negotia in cleri opprobriũ reuertatur: ſed vt cum eo ſecurius diſpenſetur, ſibi condigna pœnitentia imponatur: ſalubrius tamen faceret, ſi ad vitam regularem ſe transferret. Nota hic pœnam illorum, qui celebrant non ordinati. puniuntur enim in eo, in quo peccauerunt. Item pœnæ ſunt arbitrariæ.

c ¶*Manum.*] de qua tu habes ſ.de ſacra. non iteran.c.presbyter.vbi de hoc,& 23.diſtin.presbyter cum.quæ ſi omiſſa fuerit, non eſt ordo reiterandus; ſed ſtatuto tempore etiam ſupplendum,vt dicitur in decre.prædicta, presbyter; ſed hic nec ordinem, nec manus impoſitionem recepit, prout ſequit, vbi dicit, ad ſacerdotis officium,&c.

¶*Glo.ſeq.reci. per q.an conficeret.*

d ¶*Vſurpare præſumpſit.*] bene dicit, vſurpare: quia non confecit, cum virtutem illã non haberet: quia ſolus ille conficit, qui ritè fuerit ordinatus.ſ.de ſum.tri. c.1.§.vna. argu. ad hoc 68.diſt.presbyteri.& 1. q.7. Daibertum.& ſ.de iure patro.quid autem. in fi. & de conſe.diſt.1. c.1.in fi.ſecus in depoſito. vt ſ.c.proxi.& c. ſi quis dictum eſt.

e ¶*Promoueri.*] ſine diſpenſatione,& ſic punitur in eo, in quo deliquit: vt ſ. de immun. eccl.c.vlt.cum ſuis concor.& ff.de fur.l. q vas. §.qui furem. Ber.

f ¶*De beneficio.*] ſic 50.diſt.ſtudeat.28. diſt. presbyterum.

g ¶*Negotia.*] qa hoc redundaret in opprobrium clericorũ, cum ipſe clericaliter viuere teneatur, ſicut depoſitus.81.diſtin.dictum.& arg.93.diſt.diaconi.ibi: mendicat infelix,&c.& ne cogatur in cleri opprobrium mendicare. ſ. de renun. ad ſupplicationem,&c.

¶*Gloſ. ſeq. quærit & ſoluit.*

h ¶*Miſericordiam.*] vt ipſe poſſit ad diaconatum redire poſt tempus ſtatutum, & ad beneficium ſi digne pœnituerit. Sed nunquid epiſcopus poſſet diſpenſare cum eo, vt ſaltem ad ſacerdotium promoueretur poſt pœnitentiã? Non credo: quia Papa hoc ei prohibere videtur hic. Sed dic ꝙ poteſt, quia Papa hoc expreſſè non prohibet.

i ¶*Salubrius.*] vt ſ.de ſimo.Matthæus.in fi.

† diligenter.

TITVLVS XXIX.

De clerico per ſaltum promoto.

¶Innocentius tertius Bonõ. † Epiſc.

¶*Qui ignoranter per ſaltum de ſubdiacono fit presbyter, poſt pœnitentiam in diaconum ordinatur, & poſtea poteſt ſecum in ſacerdotio diſpenſari.*

CAP. I.

TVæ † literæ continebant, quòd (ſicut ex relatione quorundã receperas) P. presbyter diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit ad ſa-

† Plomuceñ. † Olomicen. † Lemouicen. † Colonieñ.

† Cap.vnico. eo. tit. in 3.comp. Pręter doctores hic. vide Bernardinum Diaz ĩ pra. cri. canon. cap. 20. B. Thomã in qõ. additis ad 3.par.q. 39.ar.2.

DE CLERICO PER SALTVM PROMOTO.

¶*Quia interdum non ordinati miniſtrant, interdum præpoſterè, & per ſaltum promouentur, meritò de his ſubdit.*
De hac materia plenè habetur.52.diſtin.c.ſolicitudo. & ibi optima glo. Abbas.

TV*æ.*] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quidam ſubdiaconus P.nomine, diaconatus ordine prætermiſſo, ſe fecit in presbyterum ordinari: poſtmodum confeſſus fuit in ſecreto epiſcopo ſuo, ſe neſcire ſi res taliter ſe haberet: ſed ex quo boni viri hoc aſſerebant, inter quos fuerat conuerſatus, credebat aſſertioni eorum: cum tũc temporis quo inferiores ordines ſuſceperat conſtitutus eſſet infra annos diſcretionis: quæſiuit epiſcopus à Papa, quid eſſet de eo agendum: vnde mandat ei, quatenus condignam pœnitentiam pro huiuſmodi negligentia ei imponat: qua peracta, ipſum in diaconum ordinare procuret: quia non intelligitur iteratum, quod neſcitur eſſe factum: & ita de miſericordia permittat eum miniſtrare in ordine ſacerdotis. No. ꝙ non debet quis miniſtrare in maiori ordine, niſi habeat inferiores. Item non dicitur iteratum, qđ neſcitur eſſe factum.

a ¶*Neſcire.*]

a ¶[*Neſcire.*] & ſic craſſa,& ſupina fuit ignorantia.

¶*Glo.ſeq.ponit differentiam matrimonij carnalis ad ordinem: Secundò quærit an impubes ordinatus, & c.arg.quòd non, ſoluit contrarium vacillando.*

b ¶[*Diſcretionis.*] Infrà annos diſcretionis bene recipit quis ſacros ordines, licet cõferri non debeant 1: & qui ordinauerit, puniri debet, & ordinato interdicenda eſt executio vſque ad ætatem legitimã.ſ.de temp.ordin. vel nõ eſt compos ſui. licet ſecus ſit in matrimonio carnali,niſi malitia ſuppleat ætatem.ſ. de deſpon.impu. de illis. & c.vlt.& ſic nõ eſt ſemper ſimilitudo inter carnale matrimonium & ſpirituale. Sed nunquid iſti aliter ordinati tenentur continere, cum venerint ad legitimã ætatem? Arg. quòd non: quia continentia res eſt voti,& nõ præcepti.27.q. 1. integritas, non credo quòd poſſit contrahere, maxime ſi dicatur quòd ordo habeat votũ continentiæ annexum: ſic ergo compellitur continere: & ita facit ordo,quod votum facere non poſſet: quia in tali ætate non tenet votum. ſ. de reg. ad noſtram. & c. ſignificatũ. cum ſuis ſimilibus.Sed æquius videtur quod contrahere poſſit, ſi cõtradicat ante xiiij. annum. Sed quod prius dixi,verum eſt, quia ſtatim antequam ordinaretur debuit contradicere, & nullo modo conſentire: & ſi ſimpliciter coactus ordinatus fuiſſet, non recepiſſet characterem, ſuprà de baptiſ.maiores.§. vltim. verſus finem.

1 Ideo cõferri nõ debent, quia canonũ decreta certũ tp̃s conſtituunt. c.generalẽ. de æta. & qualit. in Clemen.cõcil. Tridẽt.ſeſ. 23. de reform.c.12.

† Quid ſit ordinẽ furtiue ſuſcipere, p̃ter Panormitanũ & alios hic tradit Hoſtien.in ſumma eo. tit. & Bernardinus Diaz ĩ pra, crim.cano. c. 21.

† Lincon.
† Liuoniẽ.

cerdotij ordinem promoueri: Ipſe tibi quoque ſecretò confeſſus eſt,ſe pro certo neſcire [a], ſi res taliter ſe haberet: ſed ex quo boni viri hoc aſſerebant, inter quos fuerat conuerſatus, credebat aſſertioni eorum: eo quòd tempore, quo ordines inferiores ſuſceperat, infrà annos diſcretionis [b] fuerat conſtitutus: & infrà. ¶Mãdamus, quatenus condignam pœnitentiam,pro huiuſmodi negligentia [c] iniungas eidem: qua peracta (quia non intelligitur iteratum [d], quod factum eſſe neſcitur) ipſum in diaconum ordinare procures: & ſic de miſericordia eundem miniſtrare [e] permittas in ordine ſacerdotis.

TITVLVS XXX.

De eo qui furtiuè † ordinem ſuſcepit.

¶Alex tertius Lingonieñ.† Epiſcopo.

¶ *Qui furtiuè recipit ordinem, ſi contra hoc facientes lata erat excommunicatio, ſine diſpenſatione Papæ, in ſic ſuſcepto miniſtrare, vel ad ſuperiorem aſcendere non poteſt: ſed ſi excommunicatio lata non erat,epiſcopus & abbas poterunt diſpenſare.h.d.cum duobus ſequentibus.*

c ¶[*Pro huiuſmodi negligentia.*] quæ craſſa eſt, & ſupina: & ideo ipſum non excuſat.ſ.de ord. ab epiſcopo qui renun.epiſ. c.1.& ſ.de cler.excom.miniſt.c.penult. Bern.

d ¶[*Iteratum.*] De conſe.diſt.1.eccleſiæ.& c.ſolemnitates, & de conſe.diſt.4.placuit.

¶*Glo.ſeq.quærit, ponit opi. Hug.demum opinio. Vinc. quam approbat. ſecundò quærit & ſoluit.*

e ¶[*De miſericordia miniſtrare.*] In caſu iſto epiſcopus ſuo iure diſpẽſare poteſt,vt ſatis colligitur ex hac litera.ſic 52.diſt. ſolicitudo.& ſ.de ſacra.non iteran.paſtoralis.Sed quid ſi nullũ minorẽ ordinem habuit, & promoueatur ad ſacerdotium, vel ad alium ordinem ſacrum, nunquid recipit ordinem? Hug.† dixit quod non: quia ſi laicus ordinetur in ſacrum ordinem, nihil recipit.argum.40.diſt.ſicut. vbi dicitur, ſicut viri & mulieris coniunctio vnum facit corpus,ita clericatus & ſacerdotium vnum faciunt ordinem,ſed ſi aliquem de minori habeat, recipit ſacrum. Vincen.dicit contra, quòd bene recipit quis ſacrum ordinem, etiam ſi nullum habeat de minoribus, præter epiſcopalem, quem nemo recipere poteſt,niſi ſit ſaltem ſacerdos.arg.j.de exceſ.prela.ex literis.ibi: cum igitur pontificale officium ſine altaris, &c.& iſtud verius videtur. Sed quid ſi ordinatur in epiſcopum,prætermiſſo diaconatu,vel ſubdiacõnatu? Ep̃s eſt,dum tamen fuerit ſacerdos: ſed illum ordinem quem non habuit,alijs conferre non potuit.arg.1.q.1. gratia. & c.ventum.& q.7. Daibertum.de conſe.diſt.4.quomodo.

†Aliàs Lauren.

DE EO QVI FVRTIVE ORDINEM SVSCEPIT.

¶*Interdum etiam reperiuntur aliqui, non ſolum qui per ſaltum, vt ſuprà ſed qui furtiuè ordines recipiunt,id eſt,qui ſine ordinatione & licentia ſuperioris, & ſine examinatione, quia ingerunt ſe cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore,vnde meritò de his ſubdit.*

Ad hanc materiam faciunt c.Salonitanæ.63.diſt. & quæſt.2. Lugdun. Abbas.

CAP. I.

VEniens † ad nos P. nobis expoſuit,ſe furtiuè [f] diaconatus ordinẽ ſuſcepiſſe. Vnde fraternitati tuæ reſpondemus,quòd ſi non fuit à te,vel ab aliquo archidiaconorum [g], vel Prælatorũ tuorum, ſub anathematis interminatione prohibitus: tuipſe in promotione ipſius,ad ſacerdotale officium, condigna ſatisfactione impoſita (niſi alia impediant) pro arbitrio tuo diſpenſes [h]. Si verò interminatio [i] anathematis ſup̃ hoc facta eſt, moneas eum,vt in † aliquo monaſterio, ſeu canonica, habitũ ſuſcipiat regularẽ: cui, ex quo in habitu illo aliquanto tẽpore fuerit laudabiliter conuerſatus, poteris miſericorditer [k] p̃uidere: alioquin nulla ratione concedimus eum ad ſacerdotalem ordinem promoueri.

† Cap.vnico eod. tit. in 1. cõpil. & poſt cõcil.Latera. ſub Alexã. iij.part.26. c. 9.

† In pleriſque manuſcriptis ita vt ĩ aliquo monaſterio ſeu canonica. in altero ita: vt ĩ aliquo monaſterio,ſeu canonica regulari habitũ ſuſcipiat regularem.

VEniẽs.] Prima pars narrat factum. Secunda: ibi, *Vnde.* ponitur reſpõſio diſtinguẽs: & ſecũda ſubdiuiditur: Tertia: ibi,*Si verò.*Ab. CASVS.Clericus quidam P.nomine, acceſſit ad Papam exponens eidem ſe furtiue diaconatus ordinem ſuſcepiſſe: vnde mandat Papa epiſcopo diœceſano,ꝙ ſi non fuit ab ipſo, vel ab aliquo archidiaconorum ſuorũ, vel prælatorum ſub interminatione anathematis prohibitus, condigna pœnitentia ſibi impoſita, p̃moueat ipſum ad officium ſacerdotis diſpẽſatiuè pro arbitrio ſuo, niſi alia impediant: Si verò excõicatio ſuper hoc facta fuit, ipſum moneat, vt in aliquo monaſterio ſeu canonia,habitũ ſuſcipiat regularem: & poſtquam fuerit ibi aliquo tẽpore laudabiliter conuerſatus, poterit cum illo miſericorditer prouidere: alioquin nulla ratione Papa permittit eum ad ſacerdotium promoueri.Not.ꝙ archidiaconi, & alij Prælati poſſunt excommunicare. item cum eo, qui poſt excommunicationem furtiuè ordinatur, non poteſt epiſcopus diſpenſare, aliàs poteſt: quia excommunicatus diuinum præſumitur officium exercere.Item arg.quòd ingreſſus religionis non tollit irregularitatem.

f ¶[*Furtiuè.*] Furtiuè promouetur, qui citra cõſcientiam ſui epiſcopi,& ſine examinatione promouetur.64.diſt.extra conſcientiam.& 24.diſt. quando.

g ¶[*Archidiaconorum.*] arg. ꝙ archidiaconus poteſt excommunicare, & quòd habet iuriſdictionem.ſ.de offi.ord.cum ab eccleſiarum, vbi de hoc.

¶*Glo.ſeq.arg.ad id,approbat,& remittit, ponit lecturam Inn.*

h ¶[*Diſpenſes.*] hic eſt optimum arg.quòd epiſcopi non poſſunt diſpẽſare cum illis,qui excommunicati diuinum officium exercere præſumunt.& j.eod.c.vlt.vbi dicitur idem, quòd eo ipſo, quòd dicit, tu ipſe pro tuo arbitrio diſpenſes, ſi excommunicatio lata non fuerit,intelligitur prohibere cum lata fuerit, quia ſic excommunicatus recipit ordinem. arg.25. diſtin. qualis.quod eſt verum.j.de cle.excom.mi. clerici. Papa Inno. iiij. tamen dicit, quòd iſte non erat excõmunicatus, & tamen propter interminationem excommunicationis ſolus Papa hic diſpenſat.

¶*Glo.ſeq.arg. & reprobat.*

i ¶[*Si verrò interminatio.*] Arg.ꝙ ſi iudex dicat,præcipio ſub interminatione anathematis, ꝙ contra faciens ſit excõicatus. ſic ſ.de loca.c.1.quod non eſt verum.Expone ergo verba illa, & intellige,vt dixi ſ.de ſimo.ſicut tuis.& intranſitiuè intellige iſta verba,interminatio anathematis, ideſt, interminatio, quæ fuit anathema ſub conditione facta, vt exponitur in decre. ſicut.& ita nulla contrarietas vel dubitatio eſt.

¶*Glo.ſeq.exponit, arguit, & remittit.*

k ¶[*Poteris miſericorditer.*] non tuo iure, ſed de auctoritate Papæ,vt ſequitur: alioquin nulla ratione concedimus.& j.eo. c.vlt.Item eſt hic arg.ꝙ ingreſſus religionis non tollit irregularitatem.j.eo.c.vlt. De hoc dixi ſ.de apoſt.c.2.

Cum H.]

CVm H.] Primò narrat factum, cui ſecundò reſpondendo diſtinguit: ibi, *Quia vero.* Abbas.

CASVS. Quidam H.nomine acceſſit ad epiſcopum tempore ordinationis, & iuxta conſuetudinem patriæ contulit ei quatuor minores ordines, quibus non contentus, furtiuè præter conſcientiam epiſcopi, ordinem ſubdiaconatus accepit: poſtmodum videns ꝙ malè fecerat, ad Papam acceſſit, rem ſibi exponens: quia ipſe multum exceſſit, mandat diœceſano epiſcopo, vt eum in minoribus ordinibus miniſtrare permittat. Si verò domum religionis intrare voluerit, ſi aliàs dignus fuerit, abbas ſuus, ſi voluerit, in alijs ordinib. cũ eo poterit diſpenſare. No. ꝙ oẽs minores ordines vna die poſſunt conferri. Item eodem die nõ debet quis accipere minores ordines, cum ordine ſacro. Item fauore religionis fit, quod aliàs non fieret. Item cum tali ſi religionem intrauerit, poteſt abbas diſpenſare.

† Aliàs, Clemens iij.

† Capit. 1. eo.tit.in 2. compilat. Vide citatos ſupra ĩ ipſo titulo.

† Vide conciliũ Trid. ſeſſ. 13. de refor.c.11. vbi minores ordines pertẽporũ interualla coferendos admonet.

¶ Celeſtinus † tertius.

¶ *Summatum eſt ſuprà, cap. proxi.*

CAP. II.

CVm † H. lator præſentiũ, ſicut nobis ſua queſtione monſtrauit, ad tuam, ordinationis cauſa, præſentiam acceſſiſſet, iuxtà conſuetudinem patriæ ſibi quatuor † minores [a] ordines contuliſti: quibus nõ cõtentus, ſubdiaconatum etiã temerario auſu recepit. Quia verò idem clericus in hoc facto multum exceſſit: Mandamus, quatenus eum in minoribus dumtaxat ordinibus celebrare permittas [b]. Si verò domum religionis intrauerit, & vita & mores eius exegerint, abbas (ſi voluerit [c]) in alijs poterit ordinibus diſpenſare:

a ¶ *Minores.*] Hic ergo habes expreſſum, ꝙ omnes minores ordines vna 1 die conferri poſſunt. argu. ad hoc. s̃. de temp. ordi. c. 1. vbi indiffinitè loquitur de hoc.

b ¶ *Permittas.*] Hãc 2 permiſſionem intellige ſecundum tenorẽ. s̃. eo. c. prox. & j̃. c. ꝓxi. ſi excõmunicatio lata fuit, vel non fuit, quia tunc non poteſt, aliàs ſuo iure poterit diſpenſare.

c ¶ *Si voluerit.*] j̃. de ſent. excom. cum illorum, tamen ſi excõmunicatus ex certa ſcientia ordinem recepiſſet, non poſſet, vt ibi dicit.

† Cap. 2. e. tit. in 2. cõpilatione. Vide allegata in ꝑcedẽtibus capitulis hoc eo. tit. & oĩno cõciliũ Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 12. & 13. & 14.

† Hodie vide concil. Trid. citatũ in textu.

2 Hæc gloſſula in antiqs codicibus ita habet: Hanc permiſſionem intellige ſecundum tenorem s̃. cap. proxi. & j̃. c. proxi. ſi excõicatio lata fuit: alias ſuo iure poterit.

¶ Idem

¶ *Summatum eſt ſupra, cap. 1.*

CAP. III.

INnotuit † nobis, quòd G. clericus, & alij duo de diœceſi tua ad G. quondam Seguntiñ. epiſcopum, vt ordines ab eo reciperent, acceſſerunt. Cumque ab eodem epiſcopo ſub excommunicationis ſententia fuiſſet inhibitum, ne quis ſe ad duos ordines [d] ſuſcipiẽdos ingereret: prędicti clerici nihilominus ſubdiaconatus, & diaconatus ordinẽ clandeſtinè ſuſceperunt: & infrà. ¶ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd † ordinati in ſuſceptis ordinibus de iuris rigore miniſtrare non debent [e]. Veruntamen ſi ad religionem aliquam voluerint ſe transferre, & peracta pœnitentia pro arbitrio tuo eis iniuncta, ibidem laudabiliter fuerint conuerſati, proceſſu temporis † cũ eis poteris de noſtra licentia [f] diſpenſare, vt poſtmodum ſuſceptorum ordinum executione lætentur.

INnotuit.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

CASVS. Quidam clericus G.nomine, & duo alij cum literis epiſcopi ſui acceſſerunt ad epiſcopum Seguntiñ. vt ordines reciperent ab eodem: epiſcopus dum accederet ad ordinationẽ, excõmunicauit quemcunq; qui ſe ad duos ſacros ordines ingereret: prædicti clerici nihilominus ſubdiaconatus & diaconatus ordines ſuſceperunt furtiuè: quæritur quid iuris ſit de illis? reſpondet Papa, ꝙ illi de iuris rigore nõ debent in ſuſceptis ordinibus miniſtrare: ſed ſi ad religionem voluerint ſe transferre, peracta pœnitentia, ſi laudabiliter ibi fuerint conuerſati, diœceſanus illorum de licentia Papæ, cum eis poterit diſpenſare, vt in ſuſceptis ordinibus miniſtrent. Not. ꝙ nullus duos ſacros ordines eodem die recipere debet. Item fauore religionis facilius cum aliquo diſpenſatur. Item qui poſt excommunicationẽ latam, ne aliquis recipiat ſimul duos ſacros ordines, eodem die hos ſuſceperit, eṗs cum illo diſpenſare non poteſt, tanquam cum eo qui excõmunicatus diuina præſumpſit. Item arg. ꝙ ingreſſus religionis non tollit irregularitatem.

d ¶ *Ordines.*] ſcilicet ſacros, qui ſimul eodem die conferri non debent. s̃. de tempo. ordin. literas. & cap. dilectus. ad duos vero minores, vel etiam quatuor poteſt aliquis promoueri. s̃. c. proxi. ſed idem eſſet de minoribus, ſi prohibitio excommunicationis facta fuiſſet de minoribus licet poſſit conferre minores: quia ſi non vult aliquem promouere ad duos minores, vel plures, non compellitur. imo de iure interſtitia etiam temporum ſeruanda ſunt. 77. diſtin. in ſingulis.

e ¶ *Miniſtrare non debent.*] imo de rigore ſunt deponendi. j̃. de ſent. excom. cum illorum. quia contra ſententiam excommunicationis recipiunt ordines. arg. s̃. de cleri. excommunicato miniſt. latores.

¶ *Glo. ſeq ſoluit quæſtionem, & arg.*

f ¶ *De noſtra licentia.*] ſic s̃. eo. c. 1. ſed ad ſacerdotium per hanc licentiam non poterit diſpẽſare, cum de ſuſceptis ordinibus hoc dicat. Et eſt argu. ꝙ ingreſſus religionis nõ tollit irregularitatem. s̃. eo. c. 1. & 1. q. 7. ſi quis omnẽ.

† Vnus vetus ita: ꝙ ſic ordinati, &c. ſed illud, ſic, alteri⁹ manu additũ erat.

† temporũ.

DE EXCESSIBVS PRÆLATORUM, &c.

¶ *Suprà viſum eſt de varijs exceſſibus ſubditorum: ſed ne Prælati ſubditorum ſuperbirẽt, ſubijcit de eorum exceſſibus. Vel aliter & melius: Suprà viſum eſt generaliter de varijs exceſſibus, tam Prælatorum, quam ſubditorũ, nunc ſubijcit rubricam ſpecialem de Prælatorum exceſſibus. Abb.*

De hac materia habetur. 86. diſtin. per totum. 2. q. 1. per totum.

† In codice Barbatiæ ita: De exceſſibus ꝑlatorum in ſubditos, & ſubditorũ in præfatos alias cęteris demptis ita. De exceſſibus ꝑlatorum.

TITVLVS XXXI.

De exceſſibus † Prælatorum, & ſubditorum.

¶ Alexander tertius.

¶ *Monet Prælatos abſtinere à grauaminibus ſubditorum, & aliqua enumerat: & geminatam pœnam imponit contrafacientibus.*

CAP. I.

PEruenit † ad audientiam noſtram: & infrà. ¶ Cum autem ꝑsbyteros quaſi filios, & fratres, benigna, ac fraterna debeatis charitate [g] fouere: Mandamus, quatenus in eos tallias, & exactiones [h] indebitas exercere nullatenus præſumatis [i]: nec decætero irrationabiliter grauetis, vel inhoneſtè tractetis eoſdem: aut ſine iudicio capituli [k] ſuſpen-

† Cap. 1. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concil. Lateraſi. ſub Alexan. iij. part. 2. c. 7.

PEruenit.] Duæ ſunt partes Secũda: ibi. *Scituri.* Abb.

CASVS. Epiſcopi ꝑſbyteros, & alios clericos, quaſi filios & fratres fraterna debẽt charitate tractare: ſed ipſi cõtrarium faciebant, & niſi ad voluntatẽ ſuam eis pecuniã ſoluerent, diuinum officiũ interdicebant eiſdem: vnde mãdat Papa epiſcopis, quatenus in eos tallias & exactiones indebitas exercere non præſumant, nec decætero illos grauent indebitè, vel tractent inhoneſtè, & ſine conſenſu capituli ſui ipſos ſuſpẽdere, vel eorum eccleſias interdicere non præſumant, neq; duas eccleſias, quarum vna ſufficiat, eos habere permittant, nec aliquos excommunicent ſine ordine iudiciario: ſciturі ꝙ ſi contra fecerint, Papa eos taliter puniet ꝙ timore pœnæ ſuæ, alij à ſimilibus abſtinebunt. Not. ꝙ epiſcopi ſubditos aggarauare indebitè non debent. Item ſine conſilio capituli non debent ſuſpendere clericos, vel eccleſias interdicere, nec excõmunicare ſine ordine iudiciario: Et ſic not. ꝙ ordo iudicarius ſeruari debet in ſententia excommunicationis, ſiue ſuſpenſionis. Item pœna vnius debet alijs timorem inferre.

g ¶ *Charitate.*] 16. q. 1. prædicator. s̃. de cenſib. cum Apoſtolus. 18. q. 2. hoc tantum. 93. diſt. dictum.

h ¶ *Tallias & exactiones.*] Sic s̃. de immu. eccle. aduerſus.

i ¶ *Præſumatis.*] Debent enim ſeruare manus ſuas innoxias Deo, & legi, & principi, nullumque pertingere lucrũ, in Auth. de mand. prin. §. 1. colla. 3. & C. de ſuperindic. l. vnica. lib. 10. ff. de dam. infec. l. ex damni. 1. reſpon. & in Authen. de colla. §. & hoc quoque. coll. 9. niſi ex magna & graui cauſa. 16. q. 1. generaliter, §. nouellarum. & s̃. de cenſi. cum Apoſtolus.

k ¶ *Capituli.*] Sic s̃. de his quæ fiunt à maio. par. c. quæſiuit. & ita epiſcopus ſententiam excommunicationis, ſiue ſuſpenſionis ſine capituli conſenſu ferre non debet. arg. 15. q. 7. epiſcopus nullius. cum hæc pœna maior ſit in eccleſia. 24. q. 3. corripiantur.

piantur. ideo merito requirit conſenſum capituli.

a ¶*Neque duas eccleſias.*] quarũ vna non dependeat ex altera. ſ. de æta. & quali. eam te. vel niſi ſint ita pauperes, ꝙ propriũ nequeant ſuſtentare rectorem, vt ibidem. & 10. q. 3. vnio.

Additio. Vel vnam habeat intitulatam, aliam cõmendatam. 21. q. 1. qui plures.

b ¶*Sine ordine iudiciario.*] Et ita habes hic, ꝙ ordo iudiciarius ſeruari dẽt in ſententia excommunicationis, ſiue ſuſpenſionis, vt 2. q. 1. Deus omnipotẽs. & ſ. de appel. reprehenſibilis. & ſeruatur & attenditur ordo iſte, ſi legitima admonitio fiat: vel ſi non fiat, per vnũ menſem ingreſſum eccleſiæ ſibi nouerit interdictum. ĩ. de ſenten. excom. ſacro. & c. cum medicinalis [in 6.] lata tamen tenet. 11. q. 3. ſi epiſcopus forte.

c ¶*Puniemus.*] extraordinariè. in Auth. de ſanct. epiſc. §. omnibus autem 1.

d ¶*Cæteri à ſimilibus.*] Sic ſ. de male. c. 1. & ſ. de Iudæ. ad liberãdam. & ſ. de offi. ord. irrefragabili. & 2. q. 7. quapropter. Ber.

dere, vel eorum eccleſias interdicto ſubijcere attentetis: neque duas † eccleſias [a], quarum vnam ſufficere videbitis, permittatis illos tenere: nec aliquem excommunicare † ſine ordine iudiciario [b] præſumatis. Sciturі pro certo, quòd ſi huiuſmodi rumores de vobis iterũ ad aures noſtras peruenerint, pro tantis exceſſibus vos taliter puniemus [c], quod timore pœnæ veſtræ, cæteri [d] à ſimilibus abſtinebunt †.

¶Idem Cantuarien. Archiepiſcopo.

¶*Non poteſt epiſcopus ſine cauſa, eccleſiam alteri ſubiectam, ab illius ſubiectione, & obſequio liberare.*

CAP. II.

AD † hæc, quoniam epiſcopus plures eccleſias à cõſuetudine, & obſequio archidiaconorum liberas cõſtituit, & immunes, per quod redditus diminuit [e] eorũdem: Mandamus, quatenus factum epiſcopi ſuper hoc corrigas & emẽdes: & ita prouideas, quòd præfatis archidiaconis conſuetudines [f], quas presbyteri in eccleſijs ſuorum archidiaconatuum debent, plenariè conſeruentur: & illis debitã reuerentiam exhibeant, & honorem.

¶Idem Exonien. Epiſcopo.

¶*Habens ſubiectionem, ſeu collationem beneficij, illud pro ſuo vſu retinere non poteſt, ſeu ſibi conferre.*

CAP. III.

AD † aures noſtras peruenit, quòd quidam archidiaconi tui ſe in eccleſias, quæ in ſuis archidiaconatibus vacant auctoritate propria intrudere [g] † non verentur: & infrà. ¶Mãdamus, quatenus eos, qui tali modo eccleſias occupant, vel occupatas detinent, ad eas dimittendas cenſura eccleſiaſtica compellas: & eaſdẽ eccleſias de perſonis idoneis ordinans [h], præfatos archidiaconos pro tanta præſumptione, debita cures animaduerſione, punire [i].

¶Idem † in concilio Lateranen.

¶*Contra naturam incontinentes, ſi ſunt clerici, deponuntur, & in monaſterio detruduntur: ſi laici, excommunicantur.*

CAP. IIII.

CLerici: & infrà. Quicunque illa incontinentia, quæ contra naturam [k] eſt (propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ [l], & quinque [m] ciuitates igne conſumpſit) deprehenſi fuerint laborare: ſi clerici fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendam pœnitentiam in monaſterijs detrudantur: ſi laici, excommunicationi ſubdantur [n], & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.

A*D hæc.*] Epiſcopi eccleſias archidiaconis ſubiectas, ab eis liberare non poſſunt. hoc dicit. Secũda pars: ibi, Mandamus. Abbas.

Casus. Quidã epiſcopus ſuffraganeus Cãtuarien. archiepiſcopi plures eccleſias conſtituit immunes à conſuetudine, & obſequio archidiaconorum, ꝓpter quod redditus eorum diminuit: peruenit hoc ad Papam, vnde mandat archiepiſcopo prædicto, quatenus præfatum epiſcopum ſuper hoc corrigat & emendet: & ita prouideat, ꝙ archidiaconis ſua iura ſeruentur illæſa in eorum eccleſijs: & presbyteri illis debitam exhibeãt reuerentiam, & honorem. Not. ꝙ epiſcopi iura archidiaconorum, & etiam aliorum Prælatorum diminuere non poſſunt, nec eorum iuriſdictionem eis auferre.

e ¶*Diminuit.*] & malè: quia non debent epiſcopi ius ſuũ alicui diminuere citra eius conſenſum. C. de iur. reipub. l. 1. lib. 11. & C. de eman. l. nec auus. & ſ. de eccl. ædi. ad audientiã 2. & C. de omni agro deſerto. quicunq;. in fi. lib. 11. Et eſt arg. ꝙ epiſcopus in alterius præiudicium non poteſt dare priuilegium. arg. 9. q. 3. conqueſtus. & c. per principalẽ. & c. nunc vero. Lau. Sed quid ſi mortuus ſit archidiaconus? nunquid epiſcopus cũ capitulo poteſt præiudicare futuro archidiacono in aliquibus obſequijs, liberando clericos, vel ſubtrahendo iuri archidiaconatus? Vinceñ. dixit ꝙ ſic. arg. ad hoc. 12. q. 3. c. vlt. quod parum facit. & 16. q. 1. præcipimus. §. ſicut duo. & c. ſtatuimus. & de conſe. diſt. 1. omnes. & ĩ. eo. ſicut. & arg. ſ. de conſti. cum acceſſiſſent. vbi ex toto ſuppreſſa fuit dignitas. Argu. cõtra ſ. ne ſe. vac. per totum. & ſ. de conſtit. c. penul. & c. cum acceſſiſſent, vbi de hoc. quod verius videtur.

Additio. Hodie tamen hæc quæſtio eſt de archid. determinata per decreta, Inno. iiij. de rebus eccle. alie. dudum.

¶*Glo. ſeq. arg. alleg. contra, & ibi remittit ſecundo ar. & remittit. tertiò literam exponit.*

f ¶*Conſuetudines.*] Arg. ꝙ iuriſdictio archidiaconi potius ex conſuetudine quam ex iure iuuatur. ſ. de elect. dudum. 2. §. tandem. arg. ſ. de of. arch. c. vlt. arg. contra ĩ. eod. cum ſatis. vbi de hoc. Item arg. ꝙ ſeruitium ex conſuetudine præſtitum peti poteſt 2. 11. diſt. catholica. & 18. q. 2. ſeruitium. de hoc plenè dicitur ſ. de conſuetud. c. vlt. & ſ. de cenſib. peruenit. & intellige quod hic dicit, de conſuetudine præſcripta.

A*D aures.*] Archidiaconi eccleſias ſibi ſubiectas ad ſuum vſum retinere non poſſunt. h. d. Prima pars narrat factũ: Secunda prouidet: ibi, *Mandamus*. Abbas.

Casus. Quidam archidiaconi Exoñ. epiſcopi in eccleſias, quę in ſuis arhidiaconatibus vacabant, ſe auctoritate propria intrudere non verebantur, & eas ſuis vſibus deputabãt, cum perſonas deberent inſtituere in eiſdem: peruenit hoc ad Papam, vnde mandat epiſcopo Exonieñ. quatenus illos, qui tali modo eccleſias occupant, vel detinent occupatas, eccleſiaſtica cẽſura compellat, vt eas dimittant, & eas ordinet de perſonis idoneis: præfatos verò archidiaconos pro tanta pſumptione puniat animaduerſione condigna. Nota ꝙ non debet aliquis ſibi retinere, qđ alij neceſſe habet dare. Item nemo debet ſeipſum ingerere ad id qđ debetur.

g ¶*Intrudere.*] vt ad opus ſuũ illas retineãt: quod facere non poſſunt. ſed ſi cauſa cuſtodiæ hoc facerent, hoc liceret. 63. diſt. ſi in plebibus. & ſ. de appel. bonæ. & ſi etiã ad eos pertineat inſtitutio, non ſibi debent retinere, ſed alios inſtituere, vt inter dantem & recipientem ſit differentia. ſ. de inſtit. cap. vltim. nec credat quòd ipſe poſſit omnibus ſufficere, ſuprà de offic. archipresbyteri. cap. vltim.

h ¶*Ordinans.*] ad eorum præſentationem, niſi aliter ſe habeat conſuetudo.

i ¶*Punire.*] aliqua extraordinaria pœna.

C*Lerici.*] Diuiditur, quia duo ſunt dicta. Secundum. ibi, *Si laici*. Abbas Siculus.

Casus. Quia clerici & laici laborant illo vitio Sodomitarum, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, & quinq; ciuitates igne conſumpſit: ſtatuit Lateraneñ. concilium, vt quicunque in illo vitio deprehenſi fuerint, deijciantur à clero, vel ad agendum pœnitentiam in monaſterijs detrudantur: ſi laici fuerint, excommunicentur, & à cœtu fidelium excludantur. Nota, quòd clerici laborantes vitio Sodomitico, à clero eijci debent, vel in monaſterijs detrudi. Item laici laborantes eodem vitio, excõicari debent, & à cõſortio fidelium excludi.

k ¶*Naturam.*] 32. q. 2. flagitia. & C. de adul. cum vir.

l ¶*Diffidentiæ.*] id eſt, de quorum ſalute diffidendum eſt. Ala.

m ¶*Quinque.*] ſ. Sodomam 3, & Gommorrã, Seboim, Segor, & Eleale: quarum duæ perierunt ex vicinitate, tres ex proprio delicto. de pœnit. diſt. 1. ſed & continuo. hic loquitur de ciuitatibus ibi numeratis.

n ¶*Subdantur.*] & capite puniri 4 debent, ſecundum leges in Auth. vt non luxu. contra natu. circa fi. coll. 6.

S*Anè.*] Si à priuilegiatis aliquid petitur contra tenorem priuilegij, licitè denegatur. hoc dicit. Abbas.

Casus. Statuitur in capitulo iſto, ꝙ epiſcopi aliquid ab abbatibus pręter debitam obedientiam contra libertatem huic ordini conceſſam, non exigant: Si autem amplius exigerint, liberum ſi abbatibus huius ordinis, auctoritate Apoſtolica denegare

negare

† Vide omnino concilium Trid. ſeſ. 7. de refor. c. 2. 3. 4. & 5. & ſeſſ. 24. de refor. c. 17.

† Vide concilium Late. ſub Innoc. iij. c. 47. & concilium Tridẽ. ſeſſ. 25. de reform. c. 3.

† Vide l. 2. in prin. C. ad legem Iul. repet. & Inſti. de exce. §. hodie autem in fi.

† Cap. 2. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Later. par. 24. c. 4.

1 Iniuſtè priuãs ſubditũ cõione, ꝑ ſuum ſuperiorẽ quantũ ſibi iuſtum viſum fuerit. cõione priuabit. Ioã. And.

2 Adde ad hoc quod not. Bal. in l. 2. C. de ſerui. & a qua.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpil. & poſt cõcil. Lat. ſub Alexã. iij. par. 24. c. 3.

† Intruſus qs & quot modis dicatur, tradit Felyn. in c. in noſtra. ſ. de reſcri. & Dominicus in c. propter 19. diſt.

† Idem. ſ. Alex. iij. in cõcilio Lateran. c. 11. & c. 12. tit. de cohabi. cler. & mulier. in 1. cõpilat. Vide extrauagã tẽ Pij. V. incip. cũ primũ & aliã incip. Horrendum illud. quibus clerici huius criminis rei decernuntur tradi curiæ ſeculari.

3 De hac re vide in Geneſi ca. 19. & ibi doctores.

4 Vide Matthæum de Afflictis in conſtitut. Neapoli, libro 3. Rubrica. 42. de adulterijs, Iulium Clarũ lib. 5 ſentẽt. §. Sodomia. & Bernardinũ Diaz in pra. cri. cano. c. 80.

negare quod petitur. No. quòd abbates debent epiſcopis obedientiam. Item non licet epiſcopis aliquid petere contra libertatem à domino Papa alicui conceſſam; alioquin licitè denegatur quod petitur.

¶*Glo. ſeq. exponit de qua libertate, & de qua obedientia intelligatur litera.*

a ¶*Obedientiam.*] Et ſic non loquitur capitulum illud de exemptis: Omnis enim iuriſdictio tam in monaſterijs, quàm in alijs pertinet ad epiſcopũ, niſi exempti ſint. 9. q. 4. c. 2. & 93. diſt. nulla. & in epiſcopòrum poteſtate abbates eſſe debent. 18. q. 2. abbates. loquitur ergo hic non de libertate exemptionis plenè, ſed de alia libertate conceſſa iſti ordini, ꝙ nihil ab eis exigatur, præter debitam obedientiam, & intelligo in iſta debita obediẽtia, ꝙ epiſcopus poſſit illos viſitare & corrigere corrigenda, & cõfirmationẽ abbatis habere, ſed nullum temporale debet percipere, vt hic videtur, licet nõ plenè conſtet de libertate conceſſa, ſed obſeruabitur prout continetur in libertatis priuilegio iſtis conceſſo.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpil. Abbatum nõnulla priuilegia quãdo ceſſent vide in concilio Trid. ſeſſ. 23. de refor. c. 8. c. 10. & ſeſ. 24. de reform.

† Cap. 1. ti. de iureiur. in 2. cõpil. & poſt cõcilium Lateraň. ſub Alexan. iij. part. 39. c. 2.

b ¶*Denegare.*] Auctoritate huius canonis. arg. 10. q. 3. quia cognouimus. ſic j̃. c. 2. & excõicatio contra hoc lata nõ tenet, vt ibi dicĩ, & j̃. eo. ad quorundam.

¶Idem.

¶*Subditus non tenetur parere ſuperiori aliquid exigenti, vel præcipienti contra tenorem ſui priuilegij.*

CAP. V.

SAnè † ſi epiſcopi aliquid ab Abbatibus, prçter debitam obedientiam[a] contra libertatem ordinis à prædeceſſoribus noſtris, & à nobis indultã, exigunt, liberum ſit Abbatibus auctoritate Apoſtolica quod petitur, denegare[b].

¶Idem Noruiceñ. Epiſcopo.

¶*Vicarius eccleſiæ vſurpans ſibi ipſius eccleſiæ perſonatum contra præſtitum iuramentum, ad officij ſui executionem admitti non debet.*

CAP. VI.

ILlud † etiam de vicarijs, qui perſonis fide, & ſacramento obligati ſunt, duximus ſtatuendum: Quòd ſi perſonatum ſibi falſo[c] aſſumentes, contra perſonas ſe erexerint, & ſuper hoc in iure confeſſi fuerint, vel conuicti[d], decætero in eodem[e] epiſcopatu ad officij ſui executionem nullatenus admittantur.

¶Clemens tertius.

¶*Excommunicatio lata contra ſubditum, quia non paret contra priuilegium ſibi à ſuperiore conceſſum, non tenet.*

ILlud.] Ponit pœnam vicariorum, qui ad vendicandas prçlaturas ſe erigunt contra Prælatos. hoc dicit. Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui ſunt conſtituti vicarij in eccleſijs auctoritate epiſcoporum, qui obligati ſunt perſonis eccleſiarum fide & ſacramento: vicarij iſti ſe in ſuperbiã erigentes, falſo aſſumebant ſibi nomen perſonatus contra fidem & iuramentũ: Statuit Alexander Papa, ꝙ ſi ſuper hoc in iure cõfeſſi fuerint, vel conuicti, decætero in eodem epiſcopatu ad executionem ſui officij nullatenus admittantur. Not. ꝙ confeſſus in iure, pro conuicto habetur. Item confeſſio in iure & conuictio æquiparantur. Item qui contra fidem, & iuramentum venit, tanquam falſarius & periurus debet expelli de toto epiſcopatu.

c ¶*Falſo.*] & ita etiam quaſi falſarij & periuri puniri poſſunt, qui contra iuramentum veniunt: vnde tamquam indigni priuandi ſunt. s̃. de iureiur. querelam. & perſonis vilibus, & indignis beneficia ſunt deneganda, & ſubtrahenda. j̃. eo. inter.

d ¶*Confeſſi fuerint, vel conuicti.*] aliàs puniri nõ debent 1. 2. q. 1. nos in quemquam. & c. iudex. & s̃. de maio. & obe. inter quatuor. & s̃. de conſti. eccleſia.

1 Adde ꝙ durius puniuntur cõuicti, quàm cõfeſſi. no. in l. 2. C. quo. appel. non recip.

e ¶*Eodem epiſcopatu.*] ſic. j̃. de priuile. tuarum.

CVm ad.] Sententia excommunicationis lata contra ſubditum denegantem procurationem exactam vltra numerum concilij Lateraneñ. non tenet. hoc dicit. Vel generalius ſic, vt in rubro. Secunda pars: ibi: *Ideoque*. Abb. Sicul.

CASVS. Statutum fuit in Lateraň. concilio, ꝙ Prælati eccleſiarum cum viſitant eccleſias ſuas, certum numerum equorum & perſonarum debent habere, ſed quidam Prælati hoc non ſeruant. vnde quidam Prælati quorundam eccleſiarum, petierunt à domino Papa ſibi ſuper hoc prouideri: vnde Papa auctoritate Apoſtolica indulget iſtis, vt ſi eccleſiarum Prælati numerum euectionis & perſonarum in Lateraneñ. concilio conſtitutum exceſſerint cum eorum eccleſias viſitauerint, liberum ſit eis auctoritate Apoſtolica denegare, ſi procurationem pro pluribus poſtulauerint, & ſi Prælati propter hoc in eccleſias illorum clericorum, vel clericos, aliquam ſententiam promulgauerint, Papa decreuit ipſam non valere. Not. quòd ſententia lata contra priuilegium, vel indulgentiam Papæ ab aliquo inferiori, non tenet: vnde videtur per hanc literam, ꝙ hoc omnibus ſit conceſſum.

f ¶*Concilio.*] s̃. de cenſi. cum Apoſtolus.

g ¶*Auctoritate Apoſtolica.*] ſpeciali. idem tñ poſſent iure communi, vt videtur, ſicut ſigna rebus meis impreſſa propria auctoritate deponã. C. vt nemo pri. tit. præ. ſuis vel alie. impo. l. 1. & 2. & melius. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. Trebatius. & §. item quæſitũ. & 10. q. 3. quia cognouimus. & s̃. eod. ſane. & quod epiſcopus iniuſtè abſtulit, in quadruplum reſtituat. 18. diſt. quoniam. in fin. arg. C. ad l. Iul. repe. l. 1. & in Authen. vt litigan. in exord. lit. iu. §. & hoc quoque. coll. 9.

CAP. VII.

CVm † ad quorundam: & infrà. ¶Ideoq; diſcretioni veſtræ Apoſtolica auctoritate concedimus, vt ſi eccleſiarum Prælati numerũ euectionis, & perſonarum in Lateraneñ. † concilio[f] conſtitutum, cum eccleſias viſitant, excedere fortè præſumpſerint, & pro illis procurationẽ exegerint, liberum ſit vobis auctoritate[g] Apoſtolica denegare: Et ſi ꝓpter hoc in eccleſias veſtras, vel clericos aliquam ſententiam promulgauerint, ipſam decernimus non tenere[h].

† Cap. 3. e. titul. in 2. compil. Et de materia huius c. vide omnino citatos in c. cũ ex officij. s̃. de præſcrip.

† Lateraň. concil. ſub Alex. iij. c. 4. adde cõcil. Latera. ſub Innoc. iij. c. 33. & oĩno conciliũ Trid. ſeſſ. 24. de refor. c. 3.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium. ſol. opi. ponit quam reprobat.*

h ¶*Non tenere.*] Arg. contra 11. q. 3. c. 1. & 2. & ff. de nou. ope. nun. l. 1. in prin. Sol. quod hic dicitur, verum eſt, quia ſententia talis nõ tenet auctoritate priuilegij iſtis cõceſſi ſuper hoc, & in hoc exempti ſunt à iuriſdictione epiſcoporum: vnde ſententia lata contra priuilegium Papæ, nulla eſt, tãquã à nõ ſuo iudice lata: & temerarium eſt & indignum ſua auctoritate præſumere, quod alicui ſpecialiter eſt conceſſum. j̃. de priui. ſanè. & ita inquantũ iſti exempti ſunt, ſeruanda ſunt ſua priuilegia. j̃. tit. 2. cum capella. & ſic intellige. s̃. eo. ſanè. Aliàs verò ſi priuilegium tale nõ haberent, & eps prædictum numerũ excederet, vel aliàs vltra tenorẽ concilij eos grauaret, licitè poſſunt denegare de iure. 10. q. 3. quia cognouimus. & auctoritate concilij Lateraneñ. cum Apoſtolus. tamen ſi excommunicaret eoſdem, tunc teneret excommunicatio, licet ipſe male faceret. & ipſi poſſent agere contra epiſcopum ad intereſſe: quia iniuſtè illos excommunicauit. j̃. de ſent. excom. ſacro. Alij 2 dicunt, ꝙ hoc eſt ius commune, ſed hoc non credo.

†Fauentin. habet vet. cõpilatio.

¶Celeſtinus tertius Fauſtino † Epiſc.

¶*Prçlatus inferior citra epiſcopum, non poteſt ſuam eccleſiam, vel ſibi ſubiectam alteri vnire ſine epiſcopi conſenſu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente. hoc dicit. Et eſt caſus multum allegabilis.*

CAP. VIII.

SIcut † vnire epiſcopatus, atque poteſtati ſubijcere alienæ, ad ſummum Põtificem

† Capit. 4. eo. tit. in 2. compilat. Et de materia vnionis vide nouiſſime ſancita in concilio Tridẽt. ſeſ. 7. de refor. c. 6. & 7. & ſeſſio. 14. de refor. c. 9. & ſeſſ. 21. de refor. c. 5. & pleniſſime ſeſſ. 24. de refor. c. 13. & c. 15.

SIcut.] Abbas ſubiectus epiſcopo, monaſterium ſuum alteri ſubijcere, vel vnire non poteſt, ſine conſenſu diœceſani, etiam ſi cũ cõſenſu metropolitani. hoc dicit. Diuiditur. Nam primò ponit quandam conſuetudinem: Secundò narrat factum, quod infirmari mandat: ibi, *Cum itaque*. Tertiò ſol. obſtaculum: ibi, *Non obſtante*. Abb. Sicul.

2 Scilicet Goffr. hic & in ſumma titu. de ſent. excõ. ad finẽ, & alij quos refert hic Ioan. And. quorũ ſententiam videtur amplecti.

CASVS. Prior Grandeñ. monaſterium ſuum, quod eſt in diœceſi Fauſtini epiſcopi ſubiecit, ſiue vniuit monaſterio de Accato ſine aſſenſu diœceſani epiſcopi prædicti, de cuius auctoritate id fieri debuiſſet, aſſenſu tamen archiepiſcopi interueniente: epiſcopus ſignificauit hoc domino Papæ petens, vt ſibi liceat reuocare, quod eo inconſulto factum fuit: Reſpondet ei Papa, vt liceat ei reuocare quod ille Prior Grandeñ. fecit eo inconſulto, non obſtante aſſenſu, vel confirmatione archiepiſcopi, quam interpoſuiſſe proponitur. quia archiepiſcopus in diœceſi ſui ſuffraganei ſine ipſius aſſenſu, nihil diſponere poteſt contra canonicas ſanctiones, Papa id decernit irritandum: & ꝙ epiſcopus id in irritum reuocare poſſit, primò illud oſtẽdit: ſicut enim ad Papam pertinet vnire epiſcopatus, & alienæ poteſtati ſubijcere, ita ad epiſcopum pertinet vnio, & ſubiectio eccleſiarum ſuç diœceſis. No. ꝙ vnio epiſcopatuum ad ſolum Papam pertinet. Item ordinatio eccleſiarum, vnio & ſubiectio earum ad epiſcopum pertinent in ſua diœceſi. Itẽ omnia monaſteria, niſi ſint exempta, ſpectant ad epiſcopum loci. Item archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei ſui nihil habet

bet diſponere, ſine aſſenſu ipſius. Item arg. ꝙ archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius totius prouinciæ ſuæ.

¶*Gloß. ſeq. numerat 11. ſpecialia de reſeruatis Papæ, & illa proſequitur, & quatuor verſus ponit.*

1 Valde vtilis & elegans eſt hæc gloſſa cui habes aliā ſimilē in c. quod translationē. verbo: reſeruata. ſ. de offic. legati.

a ¶*Pertinere.*] Not. ꝙ quædam 1 ſibi intantum ſedes Apoſtolica reſeruauit, quæ ab alijs impunè præſumi nō poſſunt. 17. diſt. huic. Solus Papa reſtituit depoſitos epiſcopos. 2. q. 6. ideo. Et deponit eoſdem. 3. q. 6. accuſatus. quamuis. dudū. & ſ. de trāsla. inter corporalia. Diuidit epiſcopatum in duos. 16. q. 1. ꝓcipimus. §. ſicut. Vnit duos in vnum, vt hic, & 16. q. 1. & temporis qualitas. Eximit epiſcopos, & abbates. 16. q. 1. frater noſter. Probat ſcripta aliorum & concilia. ſ. de ſum. trin. c. 2. in fin. & 16. diſt. ſancta Romana. & 17. diſt. regula. & 2. q. 6. ideo Articulos fidei ſoluit. 24. q. 1. quotiens. quoniam vetus. Et cum dubitatur de aliquo articulo. ſ. de hære. cum Chriſtus. Synodum facit generalem, vt 17. diſt. c. 1. 2. & 3. Transfert ſedem epiſcopalem de loco ad locum. 7. q. 1. & temporis qualitas. Mutat epiſcopos, 7. qō. 1. mutationes. & ſ. de trāſla. per totum. Appellat nullus ab ipſo. 9. q. 3. cuncta.

Vnde verſus.

Reſtituit Papa ſolus deponit & ipſe:
Diuidit ac vnit, eximit, atque probat
Articulos ſoluit, ſynodumque facit generalem:
Transfert & mutat, appellat nullus ab ipſo.

pertinere[a] dignoſcitur: ita epiſcopi eſt eccleſiarum ſuæ diœceſis vnio, & ſubiectio earundem. Cum itaque Prior Grandeñ. monaſterium ſuum, quod eſt in tua diœceſi[b], & de tuo debet ordinari conſenſu, monaſterio de Accato † (tuo aſſenſu minimè requiſito[c]) ſubiecerit, ſiue vnierit: qnod fecit te inconſulto, tibi liceat auctoritate[d] noſtra (ſicut iuſtū fuerit) infirmare: Non obſtante aſſenſu, vel cōfirmatione, quā Metropolitanus interpoſuiſſe proponitur: cum in diœceſi ſui ſuffraganei abſq; ipſius aſſenſu, non debeat aliquid contra conſtitutiones canonicas attentare[e]. Nos quoque id decernimus irritandum.

† Atrerato. † Aterato.

¶Innocentius tertius archipresbytero ſancti Andreæ de Pall. †

† Pallis. † Pollian.

¶*Suſpendi debet clericus, qui de ſuo crimine publicè gloriatur.*

CAP. IX.

QVàm † ſit graue crimen in clericis cum malè fecerint gloriari, nullus ſanæ mētis ignorat. Accepimus ſanè, quòd cum R. Deſerieñ. P. filiā ſuam cuidam I. nomine tradiderit in vxorem, P. diaconus non erubuit publicè confiteri[f] †, ſe mulierē prædictā carnaliter cognouiſſe: vnde factum eſt, quòd vir ad propria eam remitteret, cui fuerat matrimonialiter copulata. Ideoq; mandamus, quatenus ſi tibi cōſtiterit de præmiſſis, appellatione ceſſante præfatum clericum ab officio, & beneficio ſuſpendere nō poſtponas: compellens virum, vt vxorē ſuam recipiat, eiq; (ſicut iuſtum eſt) officium[g] exhibeat maritale.

† Capit. 2. eod. tit. in 3. compila Et de materia vide Bernardinū Diaz in prac. crim. cano. c. 3. adde Abbatē in c. olim ex literis. ſ. de reſcrip.

† profiteri.

¶Idem Epiſcopo Hiponeñ † & abbati de Tileto viſitatoribus Lombardiæ.

† Ypore. & abbati de Tileco.

¶*Clericus auctoritatem, vel conſilium directè vel indirectè homicidio præſtans, irregularis efficitur.*

CAP. X.

EX † literis veſtris accepimus, quòd cum ad Albiganenſem eccleſiam, vnà cum Piſano archiepiſcopo, tūc epiſcopo Vercelleñ. acceſſiſſetis, viſitationis officium impleturi: Albiganeñ. epiſcopus inter cætera, quæ propoſita fuerant contra ipſum, ore proprio eſt confeſſus, quòd cum quidam in villa quadam ad eius † iuriſdictionem ſpectante infamaretur de furto, & idem illud inficiaretur omnino, offe-

† Capit. 3. eo. tit. in 3. cōpil. præter citatos paulopoſt, vide notata in c. fin. ne cle. vel monachi. libro 6.

† illius.

b ¶*In tua diœceſi.*] Vnde ipſo iure ad curam ipſius pertinet & poteſtatem. ſ. de reſcrip. cum non liceat. & 18. q. 2. abbates. c. ſeq. & c. 1. & ſ. de reli. do. de xenodochijs. niſi ſint exempta. 16. q. 2. c. 1. vbi priuilegium exemptionis oſtenditur. 100. diſt. contra morem.

c ¶*Minimè requiſito.*] quod fieri non debet in alienationibus. 17. q. 4. in venditionibus. 12. q. 2. abbatibus.

¶*Glo. ſeq. reci. per quæſt. an ſuo iure poſſet epiſcopus reuocare, & diſtinguit.*

d ¶*Auctoritate noſtra.*] Nam auctoritate ſua facere nō poſſet, vt videtur, maximè ſi aliud monaſterium ſit ſubiectum alij: qa non poſſet eſſe iudex in cauſa ſua. C. ne qs in cauſa ſua ius ſi. di. l. vnica. ſi autem vtrumque eſſet de ſua iuriſdictione, ſatis credo ꝙ ſua auctoritate hoc facere poſſet. arg. huius c. quia vt hic dicit, ſine ſuo conſenſu fieri non debuit.

e ¶*Attentare.*] Arg. ex hoc, ꝙ archiepiſcopus non eſt iudex ordinarius totius prouincię: archiepiſcopus enim omniū epiſcoporum ſuæ diœceſis eſt ordinarius, ſed non ſubditorum. ſ. de offi. ord. paſtoralis. niſi in caſibus ibi notatis. aliàs enim niſi in caſibus illis nihil poteſt diſponere in diœceſi ſuffraganei, vt dicunt conſtitutiones, de quibus hic fit mentio. 9. q. 3. c. 1. & 2. & cap. archiepiſcopus. & duobus capitulis ſequentibus, & j. de officio ordinarij. Romana [in lib. 6.] Ber.

QVàm ſit.] Clericus qui de crimine publicè gloriatur propter quod ſcandalum ſequutum eſt, ab officio & beneficio ſuſpenditur. hoc dicit. & per hoc cōe ſummarium nimis reſtringitur ſenſus literæ: quia videtur expoſcere ſcandalum, qđ videtur contra prin. c. Secunda pars: ibi, *Ideoque*. Ab. Sicu.

CASVS. Quidam diaconus P. nomine, publicè cōfitebatur, ſe carnaliter cognouiſſe vxorem cuiuſdam ſui conuicini ſiue parochiani, propter quod ille vir vxorem ſuam remiſit ad propria: Significatum fuit hoc domino Papę: vnde mandat cuidam archipresbytero, quatenus ſi conſtiterit de præmiſſis, prę-fatum clericum appellatione ceſſante ab officio & beneficio ſuſpendat: & virum illum cōpellat, vt vxorem ſuam recipiat, & maritali affectu pertractet eandem. Not. ꝙ confeſſio in ſcandalū alterius extra ius facta, clerico præiudicat. Item nemo de improbitate ſua debet cō modum habere.

¶*Gloſſ. ſeq. arg. allegat contrarium & ſoluit, & de duobus remittit.*

f ¶*Publicè confiteri.*] ar. ꝙ cōfeſſio extra ius facta præiudicat: quia non refert. vndecunq; crimina clauerint, vt puniant. vt 23. q. 3. ecce crimina 2. ſi. ff. de admi. tu. pater. §. vlti. aliàs eſt §. ſub illa l. quidā decedens. §. vlti. qualitercunq; enim innotuerit tutori, ꝙ ſit tutor, ſtatim periculū ad ipſum pertinet, vt ibi dicitur. ſi. 22. q. 5. hoc videtur. Sed contra. ſ. de iudi. at ſi clerici. & nemo ſine accuſatore damnari debet. 23. q. 4. ſi quis poteſtatem. & ff. de mune. & ho. reſcripto. §. ſiquis quod verum eſt, vnde iſte non deponitur, ſed ſuſpēditur, & ex illa cōfeſſione nō punitur niſi occaſionaliter, ſed ꝓpter ſcandalum & infamiam ortam inter mulierem & virū: qui propter hoc eā expulit, ſuſpenditur; aliàs nō fuiſſet ſuſpēſus propter talem confeſſionem. Qñ qs puniri poſſit ſine accuſatore, notatur ſ. vt eccleſiaſtica benefi. ſine diminu. conferan. vt noſtrū. & de confeſſionibus in alijs caſibus. no. ſ. de confeſ. c. vlt.

2 Vide circa hoc c. quod not. de ord. cogni. c. 2. ad fi. pen. glo. & de l. ſeq. vide quod not. de reſcri. cū contingat in 1. glo. cū ſuis remiſ. de c. hoc vī vide de qđ ibi not. in glo. 2. Io. And.

g ¶*Officium.*] id eſt, debitum carnale, & alia conſueta. Bern.

EX *literis.*] Epiſcopus, cuius auctoritate homicidium commiſſum eſt, à miniſterio altaris, & officio pontificali, & epatus adminiſtratione deponitur. h. d. Vel ſic: Eps præſtans cauſam directe vel indirecte homicidio cōmittendo, eo commiſſo priuari debet officio pontificali & ſacerdotali, & ab adminiſtratione epiſcopatus remoueri. Prima pars narrat factum: Secunda diffiniendo committit: ibi, *Nos autem*. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam viſitatores in Lōbardia acceſſerunt ad eccleſiam Albiganeñ. vt in ea viſitationis officium exercerent: eps Albiganeñ. inter cætera, quę propoſita fuerunt contra ipſum, cōfeſſus fuit, ꝙ cum quidam in villa quadam, quæ ad eius iuriſdictionē ſpectabāt, infamaretur de furto, & ipſe fur illud negaret, obtulit purgationem ferri candentis: & ſi deficeret, ſuſpenderetur: eps quæſiuit à iudice deputato ab ipſo ad maleficia punienda, quid ſibi ſuper hoc videretur? iudex reſpondit vt fieret ſicut fur dixerat: tandem ferrum candens in ipſius præſentia eſt allatum, quod cū fur ille accepiſſet, combuſtus eſt: iudex pauefactus, conſuluit epm, quid ſibi ſuper hoc eſſet agendum: & ipſe reſpondet ꝙ ſi fur euaderet, malum eſſet: & ſic eps & iudex villam illam exeuntes in eorum præſentia ille fur eſt ſuſpenſus: tñ epiſcopus ipſe dicebat in eius excuſationē, ſe talibus verbis vſum fuiſſe: Auditis quatenus eſt clamor populi? omnes dicūt, malum eſt, ſi ſic euaſerit impunitus: His auditis & redactis inſcriptis, inquiſitores ipſum epiſcopū cum literis ſuis confeſſionem prædictam cōtinentibus, remiſerunt ad Papam: ſed ipſe nihil ſuper his propoſuit, coram Papa, nec literas inquiſitorum oſtendit: ipſe tñ dicebat literas illas Papæ præſentaſſe: imo ſtatim cum alter de prędictis inquiſitoribus ad Apoſtolicam ſedem acceſſit, qui rem per ordinem dño Papæ expoſuit, idem epiſcopus de curia receſſit, & perquiſitus

non

non potuit inueniri: dominus Papa his auditis per dictum inquiſitorem, & per literas inquiſitorum: quia idem epiſcopus non ſolum in iudicio ferri candentis, verumetiā in ſuſpendio multum exceſſit, cum his non tantum auctoritatem præſtitit, ſed etiam præſentiam ſuā exhibuit corporalem, ipſum reputauit indignum miniſterio altaris: & quia pontificale officiū ſine miniſterio altaris exerceri non poteſt, mandat dictis inquiſitoribus, quatenus moneant eundē, vt epiſcopatui cedat: alioquin ipſum remoueant ab eccleſia Albiganeñ. & eidem eccleſiæ faciant de perſona idonea prouideri. Not. hic arg. ꝙ ſufficit abſentē requiri, licet peremptorium ad eius notitiam nō peruenerit. Itē clerici vel epiſcopi iudicium ferri candentis indicere, nec recipere talem purgationem debent. Itē nec intereſſe debent, nec auctoritatē præſtare debēt ſpecialiter, vt pœna corporalis infligatur: quod ſi fecerint, hic eſt pœna expreſſa in prȩlatos. Itē officiū epiſcopale ſine altaris miniſterio exerceri non poteſt. Et ſic eſt hic arg. ꝙ non poteſt eſſe epiſcopus, niſi primo fuerit ſacerdos. Item in locū epiſcopi depoſiti, vel irregularis facti ex culpa ſua, alius ſubſtitui debet.

† Examinatio per ferrū candēs, & feruentē aquā illicita eſt, de qua re elegans decretū extat in c. cōſuluiſti. 2. q. 4. vide B. Thomā 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. arg.

† Epſ habens tpalē iuriſdictionem cōmittere poteſt cauſarū criminaliū cognitionem alijs abſq; irregularitate, dicēs eis vt iuſtitiæ debitū exequant. c. vltim. ne cleri. vel monachi. lib. 6.

rens, quòd candentis [a] ferri iudicio ſe purgaret, & vt ſuſpendio puniretur, ſi deficeret in eodem: dictus epiſcopus requiſiuit à iudice, quid ſuper hoc videretur eidem: & cum iudex reſpondiſſet, vt fieret ſicut fur ipſe dixerat: ferrū candens † in ipſius præſentia epiſcopi eſt allatum: quod cū accepiſſet fur ille, combuſtus eſt: vnde iudex pauefactus, quid ſibi ſuper hoc videretur conſuluit [b] epiſcopum memoratū. Qui reſpondit, quòd ſi fur ſic euaderet, malum eſſet: quamquā affirmet ſe verbis [c] talibus vſum fuiſſe: Auditis quātus eſt clamor populi? oēs dicunt, malum eſt, ſi ſic euaſerit impunitus †. & ſic epiſcopus, & iudex villam ipſam cū multitudine ſunt egreſſi: in quorum prȩſentia prædictus fur eſt ſuſpenſus: propter quod ipſum cum literis veſtris ad ſedem Apoſtolicam deſtinaſtis: ſed idem nihil ſuper his propoſuit coram nobis nec literas veſtras vidimus, licet idem ſe nobis illas aſſerat præſentaſſe. quinimo † cum dictus archiepiſcopus ad ſedem Apoſtolicam acceſſit, qui nobis huiuſmodi rei ſeriem plenariè indicauit, idem epiſcopus à noſtra diſceſſit [d] præſentia, & perquiſitus [e] non potuit inueniri. ¶ Nos aūt q̄a idem epiſcopus nō ſolum in iudicio candentis † ferri, verumetiā in furis ſuſpendio grauiter noſcitur deliquiſſe [f]: cum his non tantum auctoritatem prȩſtiterit, verūetiam prȩſentiam exhibuerit corporalem [g], ipſum indignum altaris miniſterio [h] reputamus. Cū igitur pontificale officium ſine altaris miniſterio non valeat adimpleri: Mandamus, quatenus vt epiſcopatui cedat, [i] moneatis eundem: alioquin ipſum ab Albiganeñ. eccleſia amouētes, faciatis eidem per electionē canonicam de perſona idonea prouideri.

† Aliàs ita: quinimo ſtatim cum, &c.

† Cur iudicium ferri cādētis ſit illicitū, tradit luculenter B. Thomas 2. 2. q. 95. ar. 8. ad 3. arg.

¶Idem Archiepiſcopo, & Maioris monaſterij & ſancti Iuliani abbatibus Turoneñ.

¶Collatio beneficij facta indigno occulta caſſari debet: & conferens ſecundo ante caſſationem primæ collationis, priuari debet ea vice poteſtate conferendi.

CAP. XI.

INter † dilectos filios. B. & P. canonicos Pictaueñ. ſuper ſuccentoria Pictaueñ. eccleſiæ quæſtione ſuborta, vtroq; aſſerente ſuccentoriā ipſam, ſe per Pictaueñ. cantorem, ad quem

† Capit. 4. eo. tit. in 3. compil. Vide Hoſtienſem in ſumma titu. de exceſſib. ꝓlat. §. clericus vero. vbi plenè de ludo, adde Bernardinum Diaz ī pra. cri. canon. c. 64. & citatos ibi ꝑ eum.

a ¶*Candētis.*] Hæc purgatio prohibita eſt ſ. ne cler. vel mona. ſnīam. & j. de pur. vulg. per totū. vnde hoc ſolo, ꝙ ī hoc cōſenſit, fuit puniēdus.

¶Glo. ſeq. reci. per q. an epiſcopi, vel clerici principibus in criminalibus conſulere poſſint.

b ¶*Conſuluit.*] Non ꝓhibetur hic quin epiſcopi poſſint dare conſilium principibus in criminibus. 23. q. vlt. peſſimam. in fin. nam clericus poteſt dare 1 conſilium ita in genere dicendo: Fures taliter puniendi ſunt. arg. 5. q. 6. delatori. dum tamē potius opera conſulentis, quàm ſuggerentis fungatur. vt ff. de quæſtio. l. 1. §. qui quæſtionem. Item licitè poſſunt clerici querelam iudicibus deferre de furibus ciuiliter. arg. 23. q. 5. non vos. & ſ. de homi. poſtulaſti. & licet aliquis reſpōdeat de facto furis extra iudicium, licet ille fur puniatur, non imputatur illi. ſ. de homi. tua. hic enim exceſſit fines conſilij, dicendo: malum eſt, ſi fur ſic euadat, & præſens fuit in ſuſpendio.

1 De hoc articulo vide doctores in c. clericis. ſ. ne cleri, ciuel monachi. Felinū in c. ſicut dignum. ſ. de homici. & Nicolaum Plouiū tracta. de irregularitate. 39. regula. vbi late.

c ¶*Verbis talibus.*] quæ ſequuntur: auditis, &c.

d ¶*A noſtra diſceſſit.*] vnde perinde eſt ac ſi non veniſſet. ſ. de iud. c. 1. & 11. q. 3. certum eſt. aut etiam ſi latitaret poſt columnas. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. illud ſciendum. & ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. §. 1.

¶Glo. ſeq. not. quòd ſufficit abſentem requiri, licet, &c. alleg. in contrarium, & ſoluit.

e ¶*Perquiſitus.*] Not. ꝙ ſufficit abſentē requiri, licet peremptorium ad eius notitiam non peruenerit. ſ. de dol. & contu. cauſam quæ. c. vlt. & ſ. de cleri. non reſi. ex tuæ. C. de iud. properandum. §. & ſi quidem. ff. de euict. ſi vero. & l. ſi dictum. §. præſente. & ff. locati. item quæritur. §. exercitu. Arg. contra. ſ. vt lit. non conteſt. quoniam 2. & ff. quæ ſent. ſine app. reſcin. l. 1. §. cum ex eo. non enim ſtatim contumax videtur, qui vocē præconis nō exaudit. ff. de in integ. reſti. l. penul. quæ incipit, diuus. & C. quomodo, & quando iud. ea quæ 2. & 3. q. 9. caueant. ſed certe ibi non tenuit ſentētia. quia ibi reus non fuit citatus: hic enim citatus venit ad præceptum inquiſitorum, & contumaciter receſſit, & adhuc Papa mandat vt moneatur. Ber.

2 Vide de re iudic. cū Berthold' in 4. gloſſ. Ioan. And.

f ¶*Noſcitur deliquiſſe.*] relatione iudicum, quibus creditur. 18. diſt. de concilijs. donec probetur contrarium. ſ. de teſti. cum à nobis. Bern.

g ¶*Corporalem.*] Vnde incidit in illam cōſtitutionem, ſuprà ne cler. vel mona. ſententiam. & auctoritatem ꝓſtando, & præſentiam: vnde merito deponi debuit: q̄a fuit homicida. ſ. de homi. ſignificaſti. 2. & ſ. de cle. pug. in duello. c. 2. 50. diſt. ſiquis viduam. quia non refert an facto, vel conſilio, ſeu auctoritate fiat homicidium, vt ibi dicitur.

h ¶*Miniſterio.*] Arg. ꝙ non poteſt quis eſſe epiſcopus niſi primo fuerit ſacerdos. De hoc dixi ſ. de cleri. per ſaltū promo. c. vnico.

i ¶*Cedat.*] cū propter culpam ſuam factus ſit irregularis: aliàs enim ſi eſſet impotens, daretur ei coadiutor 3 7. q. 1. quāuis ſit triſte. Vin.

3 Et per quem, dic vt j. de cle. ægro. cap. vno. lib. 6.

INter.] Ab obtinēda dignitate repellit̄ vſurarius & publicus aleator. h. d. Diuiditur: Nā primò narrat deciſē factum: Secundò diffinit: ibi, *Nos igitur.* q̄ ſubdiuiditur: Nam prima diffinit de P. Secunda de B. Tertia de cantore. Secunda: ibi, *Præterea.* Tertia: ibi, *Quia verò.* Abbas Siculus.

CASVS. Vacāte ſuccentoria Pictaueñ. cantor ipſius eccleſiæ, ad quē pertinet collatio ſuccentoriæ, eam cōtulit P. canonico Pictaueñ. poſtmodum dicta collatione non caſſata, eandem ſuccentoriam contulit B. canonico Pictaueñ. vnde orta quȩſtione inter eos, cauſa cōmiſſa fuit ſuper ipſa ſuccētoria quibuſdam iudicibus delegatis, corā quibus petit vtraq; pars electionē de ſe factam confirmari, & alterius caſſari: lite conteſtata, & teſtibus hinc inde receptis, cauſa delata eſt ad dominum Papam: præterea iudices quaſdam literas conceſſerunt partibus, in quibus quædam clauſula vltimo in literis illis fuit appoſita: proponebatur contra dictum B. ꝙ illa non fuerat appoſita de conſcientia iudicum, & ſic falſauerat literas illas, & quòd vſus fuerat literis ſic falſatis: ſuper hoc depoſuerunt iudices, qui literas illas cōceſſerant: dominus Papa atteſtationibus vtriuſq; partis inſpectis, inuenit eſſe probatum, dictum P. publicum aleatorē eſſe, ac manifeſtum vſurarium, qui 11. pro 12. mutuauit in ludo: Ipſe vero in ſui excuſationem allegabat conſuetudinem Gallicorum, qua clerici mutuant ſic frequēter, & ludunt: Sed Papa illam conſuetudinem penitus reprobauit, cum in illis ſit magis punienda offenſa, per quos delinquendi auctoritas vſurpatur: vnde quod circa dictū P. de ſuccentoria ipſa factum eſt propter indignitatem, & vtilitatem ipſius, decreuit dñs Papa irritandum: cum perſonis vilibus, & indignis portæ dignitatum patere non debeant. Præterea contra pſatum B. fuit probatum, ꝙ de conſcientia iudicum vltima clauſula non fuerat inſerta in literis, eorundem, ſicut per ipſorū depoſitiones conſtitit euidenter: propter quod pars altera proponebat, ꝙ prædictus B. vſus fuerat literis ſic falſatis, & ideo tanquam falſarius debeat repelli: Papa tamen conſiderauit, quòd licet conſtaret, quòd dicta clauſula, in literis illis fuiſſet appoſita præter conſcientiam iudicum, tamen fides facta non fuit, ꝙ dictus B. illam clauſulam appoſuerit, vel procurauerit vt ab alio poneretur, vel etiam quòd ſcienter vſus fuerit literis ſic falſatis: vnde Papa ab huiuſmodi falſitatis obiectu dictum B. abſoluit, præcipue, cum poſtquam hoc ſibi obiectum fuit, eis vti noluit:

luit: Sed quia per depoſitiones duorum teſtium conſtitit, ꝙ conceſſio facta P. prædicto, præceſſit conceſſionem factam poſtmodum B. Papa decreuit ipſam irritam & inanem. Et qa cantor ita inconſtanter ſe habuit in hoc facto, vt prima donatione non caſſata, ſecundam facere attentauit, vt puniatur in quo peccauit, dominus Papa priuat ipſum poteſtate conferendi hac vice ſuccentoriam ipſam: Mādans iudicibus, quatenus eādem, auctoritate Apoſtolica, perſonæ idoneę aſſignare procurent. Not. quòd aleator publicus & vſurarius publicus, repellitur à dignitate obtinenda, nō obſtante conſuetudine aliqua. Item praua conſuetudo potius dicenda eſt corruptela, quam conſuetudo. Itē nemo auctoritate, vel conſuetudine debet vſurpare delinquendi licentiam: quia propter hoc magis punitur. Itē vilibus perſonis & indignis dignitates non ſunt concedendę. Item argumen. quòd ſuccentoria eſt dignitas. Item iudices poſſunt ferre teſtimonium de his, quæ corā eis acta ſunt, & per eos. Item non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: & ſic dubia probatio non nocet. Itē non punitur qui falſis literis non vtitur, poſtquā ſibi opponitur. Item duo teſtes ſufficiunt. Item prima electione non caſſata, attentari non debet ſecunda, cū fiat de re non vacante, & ita nulla, vt hic. Itē punitur elector, qui prima ſua electione nō caſſata, ſecundam attētat. Item puniri debet quis in eo, in quo peccauit.

† Vide citatos in cap. quoniā in omnib. ſupra de vſuris, ex quibus intelliges quis ſit manifeſtus vſurarius. adde Bernardinum Diaz ī practi. cri. cano. c. 82.

† Vide l. omnes iudices. cum gl. 1. C. de decu. li. 10. cū ibi not. & in Auth. habita. C. ne fi. pro pat.

cius donatio pertinebat, canonicè aſſecutū: & infrà. ¶ Nos igitur atteſtationibus vtriuſque partis inſpectis, inuenimus eſſe probatum, eundem P. publicum aleatorem [a] eſſe, ac vſurarium † manifeſtum, vtpote, qui vndecim [b] denarios pro duodecim mutuauerat in ludo; vnde licet ad palliandū tantæ præſumptionis exceſſum propoſuerit, quòd hoc fecerat iuxtà conſuetudinē Gallicorum clericorum, qua ferè vniuerſi clerici mutuant ſic frequenter, & ludunt: Nos tamen, qui ex officij noſtri debito peſtes huiuſmodi extirpare proponimus: atque ludos voluptuoſos [c] (occaſione quorum ſub quadam curialitatis imagine, ad diſſolutionis materiam deuenitur [d]) penitus improbamus, excuſationem prædictam, quæ per prauam conſuetudinem (quæ corruptela dicenda eſt †) palliatur, friuolam reputantes: cum in illis magis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas [e] excuſationes in culpis delinquendi auctoritas [f] vſurpatur: quod circa eundem P. de ſuccentoria factum eſſe dignoſcitur, propter indignitatem, & vtilitatem ipſius duximus irritandum: cum perſonis vilibus & indignis portæ dignitatis [g] patere nō debeant, iuxtà legitimas ſanctiones [h].

¶ Præterea contra præfatum B. fuit manifeſtè [per † teſtes] probatum, quòd de conſcientia iudicum vltima clauſula inſerta non fuerat in literis eorundem, ſicut in ipſorum depoſitionibus [i] exprimitur euidenter: & infrà. ¶ Vnde pars altera proponebat, quòd cum prædictus B. ſciēter vſus fuerit literis ſic falſatis, debebat tanquam falſarius omnino repelli. Verum nos attendentes, quòd & ſi conſtaret, quòd dicta clauſula literis illis fuiſſet appoſita præter conſcientiam iudicum prædictorum †, quia tamen fides nobis facta non fuit, quòd dictus B. illam clauſulam appoſuerit, vel procurauerit [k], vt ab alio poneretur: vel etiam, quòd ſcienter vſus fuerit literis ſic falſatis: ab huiuſmodi falſitatis obiectu eundem duximus abſoluendum, maximè cum poſtquam ſibi hoc obiectum fuit, prætermiſerit vti eis: & infrà. ¶ Cum igitur per depoſitiones duorum teſtium nobis conſtiterit †, quod conceſſio P. facta præceſſerit, quamquam propter indignitatem eiuſdē meruerit reprobari, conceſſionem poſtmodum [l] B. factam irritam [m] decernimus, & inanem. ¶ Quia verò cantor adeo inconſtanter ſe habuit in hoc facto, vt prima donatione non reprobata, ſecundam facere attentauerit: & dignum ſit, vt in eo quis

† Hæ duæ voces, per teſtes, deſunt in antiquis exemplarib. abſunt etiā à veteri cōpilatione. & omnib. Vaticanis.

† Vox, prædictorum, deeſt in antiquiorib' codicibus adeſt iā in magis recētibus.

† Vide l. vbi numerus. cū concor. C. de teſti.

a ¶ *Aleatorem.*] quod hodie prohibetur. s. de vi. & hon. cle. clerici. tamen videtur quòd propter hoc non debet priuari iure ſuo, ſi vellet ſe corrigere. 35. diſtin. c. 1. idem videtur de vſura. 47. diſt. c. 1. ſed aliud eſt in obtento, aliud in obtinendo. propter vſuram indiſtincte repellitur ab obtinendo. 47. diſ. de Petro. & hic. ſed in obtento beneficio poteſt epiſcopus facere gratiam, ſi ſe libenter corrigat: de iure tamē poteſt deponi. 14. q. 4. ſiquis oblitus. & c. quoniam multi. B.

b ¶ *Vndecim denarios pro duodecim.*] hæc vſura cētesimam 1 excedit, quoniā illa in anno ſorti adæquatur. C. de vſuris. cos. ff. de condit. inde. ſi nō ſortem. hęc vſura vna die poſſet excedere ſortem.

1 Vſura cētesima quæ dicat, tradit Alciatus lib. 3. diſpunctionū c. 1. & antiquos nō ſolum dixiſſe vſuras centeſimas, ſed ēt centeſimū quę ſtū, docet Budæus in l. nihil intereſt. ff. de euictio.

c ¶ *Voluptuoſos.*] cōuiuij tamen cauſa ludere licet. ff. de aleato. quod in conuiuio.

d ¶ *Deuenitur.*] Eſt ergo ludus noxius cum affectu in culpa. ff. ad leg. Aquil. nam ludus.

e ¶ *Excuſandas.*] hæc verba poſita ſunt 16. q. 1. prædicator. & s. de conſuetudine, quanto.

f ¶ *Auctoritas vſurpatur.*] Qui peccatum ſuum defendit auctoritate, ſeu conſuetudine, magis peccat, & ideo magis puniri debet. 33. quæſtio. 4. nemo. & hic. de pœni. diſtinc. 6. cap. 1. in fi. B.

g ¶ *Dignitatis.*] Arg. ꝙ ſuccentoria eſt dignitas.

h ¶ *Sanctiones.*] C. de dig. neque famoſis. lib. 12. C. de infa. l. vnica, lib. 10. ſim. s. de iureiu. querelam.

i ¶ *Depoſitionibus.*] vt ſuprà * de elect. cum dilectus. Nota ergo quòd iudex de eo quòd fit coram eo, poteſt in teſtem duci.

¶ *Glo. ſeq. alleg. ſimile. ſignat contrarium, & ſoluit.*

k ¶ *Vel procurauerit.*] ſim. s. de reſti. ſpo. cum ad ſedem. licet enim iſte obtinuerit literas, & vſus fuerit eis, non tamen præſumitur, quòd eas falſauerit, ſicut nec ibi pſumitur vi deieciſſe, licet ipſe poſſideret, & aduerſarij probaſſent ſe expulſos: dol' enim non ex præſumptionibus, ſed ex perſpicuis indicijs probari debet. C. de dolo, dolum. vnde qui dolum allegat, dolum probare tenetur. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. Sed contra argumen. habes ſuprà de crim. fal. ad falſariorum. vbi dicitur, quòd poſtquam literis falſis vſus fuerit, non poterit prætendere excuſationem, & hic vſus eſt falſis literis, nec tamen in hoc punitur. Solu. illud ſpeciale eſt in literis domini Papæ, quæ prius diligenter examinandæ ſunt, nec pœna illa ad literas aliorum prælatorum extenditur; 2 imo & aliud ſpeciale eſt in illis, quod non in alijs, quia ibi traditur curiæ ſeculari ſtatim, ſed alij non traduntur.

2 Secūdum Io. & Vin. Io. And.

¶ *Glo. ſeq. quærit, arg. pro, ſoluit. contrarium.*

l ¶ *Poſtmodum.*] vnde non valuit, prima non caſſata. ſic ſup. de conceſ. præbend. poſt electionem. in fi. Sed quid ſi prima nulla fuiſſet ipſo iure, puta, quia perſona fuit indigna & ſcienter electa, nūquid valuiſſet ſecūda? Videtur quòd ſic. s. de elect. bonæ 1. & s. de appel. conſtitutis. & s. de iurepat. illud. & c. cum laici. Sed contrarium eſt verum, ꝙ non valet ſecunda: quia ipſo iure priuatus fuit eligendi poteſtate, illa vice: vnde ſecunda non valet. s. de elect. cum in cunctis. & c. cum Vintonien. & c. ſcriptum. in fin. s. de ſup. neg. præla. licet. & c. vlti. Sed cap. illa, illud. & c. cum laici. contradicere videntur: quia ibi ab eadem perſona facta fuit prima conceſſio & ſecunda, & tamen tenuit ſecunda: Sed illa conceſſio prima facta fuit de re non vacante: quare nulla: præterea laicis variare licet, ſed non clericis: ſed hic non fuit priuatus ipſo iure: quia non fuit notorium, primam non tenuiſſe: & ideo priuatur per ſentētiam: quia forte ignorauit ipſum talem fuiſſe, & non licuit ei variare. Ber.

¶ *Gl. ſeq. no. quò l ſecunda ſit nulla, ſignat contrarium, dat ſolutionem incertam. ſecundò ſignat aliud contrarium, & ſoluit.*

m ¶ *Irritam.*] Ergo fuit hęc ſecunda electio irrita ipſo iure, vt videtur per hanc literam. quod eſt verum: quia prima nō caſſata, ſecunda non potuit, nec debuit attentari, etiāſi prima ipſo iure nulla fuiſſet, vt dictum eſt in proxi. notula. quia functus erat officio ſuo eligēdo illum P. & ſic ſuccentoria nō vacabat. Vnde iſte B. electus fuit ad dignitatē nō vacantē: quare nulla fuit electio. ar. contra. ff. de verb. obl. ſi dari ſtipuler. ibi: pendente prima ſtipulatione, quæ elidi poterat tenet ſecunda ſtipulatio. ſed valde ſunt iſta diſſimilia. Item ſignatur contrarium huic verbo irritam. ſup. de elect. deſideramus. &

ꝛ.auditis. & ibi vtraque caſſatur. hic verò diuerſus eſt caſus. ibi factæ fuerunt electiones à diuerſis partibus, hic ab vna & eadem perſona, quæ variare non potuit, vt dictum eſt.

a ¶*Puniatur in quo.*]ſic s̄.de temp.ordi.literas.& s̄. de iurepatr.paſtoralis.& s̄.de cleri.excom.mini.poſtulaſtis.

b ¶*Hac vice.*] tātum. s̄.de elec. cum in cunctis. & c. cum Vintoñ. vnde ſi iſtorū electio, quibus ſcribitur, non haberet effectū, ſtatim poſſet iſte eligere. Ber.

A*Ccedentibus.*]Abbates de matrimonijs cognoſcere,& publicas pœnitentias iniūgere,& literas indulgētiarum concedere non poſſunt, niſi eis competat de iure ſpeciali.h.d. Primò ponit ep̄orum querelam, cui ſecundò prouidet,ibi: *Volentes.* Abbas.

† Idem ſcilicet Innocentius tertius in concilio generali Later. c.60.& ca. vnic.eo.ti. in 4.cōpil.

C a s v s. Ep̄i in concilio generali conſtituti conqueſti ſunt de abbatibus, ꝙ ipſi ſuis terminis non contenti, manus extendunt ad ea, quæ ad ep̄os pertinere noſcuntur, videlicet cognoſcendo de cauſis matrimonialibus, iniūgendo pœnitentias publicas, concedendo literas indulgentiarum, & ſimilia præſumēdo: pp quæ auctoritas ep̄alis vileſcit interdum apud multos: volens cōcilium ep̄orum dignitati, & abbatum ſaluti in his prouidere, prohibuit, ne decætero aliquis abbatum ad talia ſe extendat, ſi propriū periculū voluerit euitare: niſi forte aliquis ipſorum ſp̄ali conceſſione, vel alia legitima cā ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri. No.ꝙ iſta quæ hic prohibent̄ abbatibus, de iure cōi pertinent ad epiſcopos. Item abbates iſta præſcribere poſſunt.

† Vide concil. Triden. ſeſſio. 24. de ſacramento matrimonij cano. 12.

† De articulo ad quē ſpectet cōcedere indulgētias, vide B. Thomā in quæſtionibus. additis ad 3. pa.q.26. per totū: et Sotum lib. 4.ſen. diſt. 21. q.1.ar. 4.

puniatur, in quo [a] viſus eſt deliquiſſe: in hoc eius duximus varietatis inconſtantiam puniendam, vt concedendi ſuccentoriam ipſam hac vice [b] nullam habeat facultatē: præſentium vobis auctoritate mādantes, concedimus, quatenus eandem, auctoritate noſtra ſuffulti, perſonæ idoneæ aſſignetis.

¶ Idem † in concilio generali.

¶*Cognoſcere de cauſa matrimoniali, item pœnitentias publicas & indulgentias concedere, ſpectat ad dignitatem epiſcopalem: Vnde inferior Prælatus de his ſe intromittere non debet, niſi ei competat de iure ſpeciali.*

CAP. XII.

ACcedentibus ad nos de diuerſis mūdi partibus epiſcoporum querelis, intelleximus graues, & grandes quorundam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus non contenti [c], manus ad ea, quæ ſunt epiſcopalis dignitatis [d], extendunt: de cauſis matrimonialibus † cognoſcendo: iniungendo publicas pœnitentias [e]: cōcedendo † etiam indulgentiarum literas, & ſimilia præſumendo: vnde contingit interdum, quòd vileſcit epiſcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his, & epiſcoporum dignitati, & abbatum prouidere ſaluti: Præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum euitare: niſi forſan quiſquam eorum ſpeciali conceſſione, vel alia legitima [f] cauſa, ſuper huiuſmodi valeat ſe tueri.

¶Honorius iij. P tituli ſanctæ Pudentianæ † presbytero cardinali vicario noſtro.

¶*Ad reuelandum peccatorem, ſiue peccatum in pœnitentia confeſſum, ſacerdos compelli non poteſt.*

CAP. XIII.

DIlectus filius Ioānes presbyter expoſuit cōquerendo, † quòd rectores fraternitatis vrbis ipſum ad reuelandum fures, & quod ſuper quodam furto ſibi tamquàm ſacerdoti fuerat reuelatum, vel ad ſatisfaciendum exinde damnum paſſo, arctare nitentes, in eum (niſi alterum præmiſſorum efficeret) tulerunt ſententiam interdicti. Quia igitur pernicioſum eſſet prædictum presbyterum ſibi taliter credita reuelare [g], ac cogi ad id quod non rapuit [h], exoluendum. Diſcretioni tuæ mandamus, quatenus præfatos rectores coram te conueniens, iniungas eiſdem, vt à memorati presbyteri grauamine penitus conquieſcant.

¶Idem Præpoſito R.& I. archidiacono Sueſſioneñ.

¶ *Priuati homines regulariter nequeunt conſtituere collegium, & habere ſigna collegij, niſi eis aliter concedatur.*

c ¶*Suis finibus non contenti.*]Cum quilibet ſuis finibus cōtentus eſſe debeat, nec terminos patrum tranſgredi debeat. s̄. de ſepul.c.1.& 9.q.2.c.1.& c. ſeq. Ad idem æquè poſſunt induci.13.q.1.c.1.& s̄.de ſta.mona.recolentes.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

d ¶*Epiſcopalis dignitatis.*]quæ enumerātur 67. diſt. quamuis corepiſcopis.& c.corepi.& ſic videtur per hanc conſtitutionem, ꝙ cognitio cārum matrimonialium ad ep̄m de iure cōi ſpectat.arg.35.q.6.multorum.arg.contra s̄. de conſan. & affi.ex literis. Dicas ꝙ alij prælati, qui cognoſcunt de cauſis matrimonialibus, ſiue ſint abbates, ſiue alij, faciunt ex cōſuetudine præſcripta, ſiue ſpeciali conceſſione, ſecundum ꝙ hic in fine dicit.arg.s̄.de præſcriptio.auditis. aliàs de iure cōi ad ſolum ep̄m hoc ſpectat, vt hic patet,& 50.diſt.in capite. & s̄. de offi.ordi.c.1.Ber.

1 Hoc verū de illa ſolēni, de qua loquit̄ canon allegatus in gloſſa.Io.And.

e ¶*Publicas pœnitentias.*]Hoc ad ſolum epiſcopum pertinet. 1 50.diſt.in cap.

f ¶*Legitima.*]puta conſuetudo præſcripta, quæ dat iuriſdictionem.s̄.de offi.archi.c.vlt.& s̄.de præſcri.auditis. s̄. de fo. compe.cum contingat.s̄.de offi.ordi.irrefragabili. 2

2 Adde q̄ dicat̄ conſuetudo pſcripta: & qualiter pbetur. no. Barto. in l. hoc iure.§. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti.

D*Ilectus.*]Primò ponitur querela presbyteri, cui ſecundò prouidet expreſſa cauſa: ibi, *Quia igitur.* Abb. Sicu.

C a s v s. Quidā fecerant quoddam furtū, qui (vt dicebāt) confeſſi fuerant ſuper furto Ioanni presbytero in pœnitētiali iudicio: rectores fraternitatis vrbis compellebant dictum presbyterū Ioannem ad reuelandum fures, & id quod ſuper furto ſibi fuerat reuelatum, vel ad ſatisfaciendū exinde damno paſſo,& niſi alterū pdictorum faceret, tulerunt in ipſum ſnīam interdicti: pp qđ dictus ſacerdos cōqueſtus eſt dño Papæ: quia pnicioſum eſſet dictū presbyterū reuelare taliter ſibi credita, & cogi ad ſoluendum id qđ non rapuit: mandat Papa Cardinali S. Pudētianæ presbytero vicario ſuo, quatenus præfatos rectores corā ſe conueniens, iniungat eiſdem, vt à grauamine pſbyteri memorati ſup hoc penitus conquieſcant. Nota ꝙ ſacerdos compelli non debet, vt reuelet ſibi in pœnitētia credita. Item nō debet quis puniri in eo, in quo nō peccauit.

† Pro præd entianæ, Pudētianæ repoſitum eſt, vt ſup. in c. 35. de electione.

¶*Gl. ſeq. probat dupliciter hunc cogi non potuiſſe, ſignat contrariū, & remittit, in ſecūdo querit, arg. ſoluit dupliciter legendo.*

† Vide paulo poſt citatos ſuper gloſſa, & notata.ī c. omnis. inf. de pœn. & remiſſio.

g ¶*Reuelare.*]Ad hoc cogi non poterat: quia ſecundum leges nemo pōt compelli ad furem indicandum.ff. de præſcri.ver. ſolēnt.& ff. de condi.ob tur.cau.idem §. ſi tibi. arg. contra. s̄. de furt.qui cū fure. ſed ibi ſoluitur. Sed alia rōne non debuit cōpelli: quia 3 qui peccatorē in pœnitentia confeſſum publicat, per muudum compellit̄ peregrinari, vt dicit decret. de pœ.diſt.6. ſacerdos. hodie vero deponi debet,& in monaſterium detrudi. infra de pœni. & remiſ. omnis. Sed nunquid ille ſacerdos fuit ſuſpenſus: quia nō faciebat alterum quod præcipiebatur? Videtur quòd ſic. 11.quæſtione 4. ſententia. ſed non videtur duplici de cā: quia ipſe non ſciebat furtum illud vt homo, & de tali poteſt intelligi contrarium ſignatum s̄. de furt.qui cum fure. ſed vt Deus. s̄.de offic. ordi. ſi ſacerdos. & in hoc maior erat ipſis rectoribus.arg.93. diſ.c.vlt.& 94.diſt.c.1.quia Dei legatione fungitur: ergo ipſum interdicere vel excommunicare non poterant. s̄.de maio. & obe.cum inferior & 21.diſt. inferior. Item quia iſta ſententia continebat intolerabilem errorem, vnde non tenuit. infra de ſent.excomm.per tuas. vnde Papa non dicit quòd abſoluatur, ſed quòd illi deſiſtant à grauamine, quod de facto inferebant: & quia iniquum erat, vt teneat̄ reddere qđ non rapuit,& ita quantum ad vtranque partē diſiunctæ non valuit interdictū, vel quia ſub conditione tulerunt interdictum,& ipſe ſacerdos pendente conditione conqueſtus fuit Papæ, perinde fuit ac ſi appellaſſet, vñ ſuſpenſum fuit interdictum. s̄. de app.dilectis 2. & Papa mādat ipſum vlterius non moleſtari: ſic excōicatio ſub conditione ſuſpenditur per appellationem. s̄.de app.præterea 2. B.

3 Vera ratio, cur ſacerdos nō poſſit nec debeat cōpelli ad reuelandum, qđ in confeſſione ſacramētali audiuit, illa eſt, quā tradunt Theologi: quoniā ſigillum ſecreti eſt de iure diuino: vide p alijs Sotū lib. 4.ſent. diſt. 18. q. 4.art. 5. & 6.

h ¶*Quod non rapuit.*] Niſi illud à raptore ſcienter ſuſcepiſſet: tunc.n.compelleret̄: quia tenetur illud reſtituere, cum ſuccedat in vitium. s̄.de reſti.ſpo. ſæpe.& s̄.de iudi. quia V. & ff. de iureiu.ſi duo.§.idem Iulianus. & ff.de condi.fur.l.2.& l.ex cauſa furtiua.& C.de fur.l.2.& l.ciuile eſt.Ber.

Dilecta.

Dilecta.] Non poſſunt ſubditi ſingulares in præiudicium prælati erigere ſigna collegij. h. d. prima pars ponit querelam: Secunda dat iudices: ibi, *Diſcretioni*. Abb.

Casus. Presbyteri & clerici Iotreñ. eccleſiæ Meldeñ. diœceſis cum non conſueuerint habere ſigillum, nec ſint vnum corpus, ita ꝙ capitulum appellaretur, nihilominus contra voluntatẽ abbatiſſæ Iotreñ. eccleſiæ (quæ eſt ipſorum caput & patrona) proprium ſigillum habere contendunt: vnde abbatiſſa ſignificauit hoc dño Papæ, mãdat Papa quibuſdam, quatenus ſi eis conſtiterit ita eſſe, dictis presbyteris & clericis auctoritate domini Papæ præcipiant expreſſe, ne præſumant vel de nouo fabricare ſigillũ, vel vti eo, ſi forte nouiter fuerit fabricatum. Nota, ꝙ qui non ſunt vnum corpus, nec faciunt vnum collegium, non debent habere commune ſigillum.

† Vide Hoſtieñ in ſumma tit. de exceſſi. pla. §. ſubditi vero. & de materia ſigilli cõſule Specu. tit. de citatione. §. ſ. Caſſanũ in conſuetu. ducatus Burgundię in concluſione operis. & Guidonẽ Papę deciſ. 481.

† appellentur.

CAP. XIIII.

Dilecta † in Chriſto filia abbatiſſa Iotreñ. nobis inſinuare curauit, quòd cum presbyteri & clerici Iotreñ. eccleſiæ Meldeñ. diœceſis, non conſueuerint proprium habere ſigillum, nec ſint vnũ corpus [a], ita quod capitulum appellaretur †: nihilominus contra voluntatem ipſius (quę ipſorum caput eſt, & patrona) ſigillum habere contendunt: & infrà. ¶ Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit ita eſſe, dictis presbyteris & clericis auctoritate noſtra inhibeatis [b] expreſſè, ne præſumant, vel de nouo fabricare ſigillum, vel vti eo, ſi fortè nouiter † fuerit fabricatum.

† nouum

¶*Gl. ſeq. tractat quinque modos quibus dicitur corpus, ponens differẽtiã inter corpus. &c.*

a ¶*Nec ſint vnum corpus*.] Not. quòd qui non ſunt de vno collegio, vel etiam de vna ſocietate, non dicuntur vnum corpus, vt hic patet: quia clerici iſti erant clerici Iotrenſis eccleſiæ deſeruientes ibidem, qui non dicuntur facere collegium, ſed ſunt ibi beneficiati, licet omnes ſubeſſent abbatiſſæ. vnde non ſunt vnum collegium, ſiue vnum corpus, nec poſſunt cõſtituere vnum procuratorem ſiue actorem pro aliqua cauſa. ff. quod cuiuſque vniuer. l. 1. §. 1. illi ergo ſoli faciunt vnũ corpus, qui ſunt in vno collegio, vel ſocietate, vt l. prædicta. Vnde not. quòd corpus multis modis dicitur: omnes enim fideles poſſunt appellari vnum corpus, ſiue vna eccleſia per fidem & charitatem, ſiue perfectionem gratiæ. ſ. de ſum. trin. cap. 2. cuius caput eſt Chriſtus. 3. q. 4. Engeltrudam. ita ꝙ alter alterius onera portet. 50. diſtin. ponderet. Item collegium ſiue vniuerſitas dicitur vnum corpus, cuius Prælatus dicitur caput. ſ. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. cap. nouit. & tale corpus poteſt habere ſigillum. ſ. de appel. ſignificauit. & 73. diſt. in nomine. in fi. & actorem & arcam communem, vt ff. quod cuiuſque vniuer. l. 1. ſed cum iſti clerici taliter nõ fuerint vnum corpus, ſigillum commune habere non debebant, vt hic patet. Item vnum dicitur corpus, quod vno clauditur ſpiritu, vt homo, lignum, animal: Aliud dicitur corpus, quod habet partes integrales, ſeu cohærentes. vt domus: Aliud quod habet partes diſtantes, vt grex, populus, collegiũ. ff. de vſucap. l. rerum mixtura. Si enim petiſti in iudicio corpus, quod habet partes integrales, vt domum, & ſuccubuiſti, ſi poſtea petas aliquid de domo, puta cœmenta, vel lignum, puta cum fuerit diſſolutum à domo, non obſtat exceptio rei iudi. ff. de excep. rei iud. ſi quis cũ totum. §. itẽ ſi quis fundũ. Si verò petas totũ corpus quod hẽt partes diſtãtes puta gregẽ & ſuccubuiſti, ſi poſtea petas aliquod caput de grege, qđ fuit ibi, obſtat except. ſi verò non erat ibi, non obſtat. ff. de excep. rei iudic. ſi cum argentum. §. 1. Item epiſcopus cum capitulo ſuo facit vnum corpus, cuius ipſe eſt caput, ſed cũ clero ciuitatis vel diœceſis non dicitur facere vnum corpus. ſ. de teſta. requiſiſti. §. ſecus. & j. de verb. ſig. cum clericis. Sic abbatiſſa iſta cum clericis eccleſiæ Iotrenſis, licet ipſa ſit caput, non facit vnum corpus.

¶*Glo. ſeq. obijcit & ſoluit.*

b ¶*Inhibeatis*.] Sed quare prohibetur iſtis habere ſigillum, cum quilibet poſſit habere ſigillum? Ratio quare, iam reddita eſt ſuperius: quia cum iſti non eſſent vnum corpus, volebant facere ſigillum commune, tanquam eſſent vnum corpus ſiue collegium, & per hoc videtur fieri præiudicium abbatiſſæ cui ſuberant: quaſi ꝙ per ſe forte expedirent negotia, quæ ſub ipſa, vel auctoritate ipſius tractari debebant: Quia & hoc permiſſo aliud attentarent in præiudicium monaſterij: ſed ſi quilibet rector per ſe, vel cum collegio ſuo vellet habere ſigillum, non prohiberetur.

Grauem.] Primò deciſe narrat factum, quod ſub triplici disiunctiua puniri mandat: ibi, *Diſcretioni*. Abb.

Casus. Archidiaconus Ambiañ. veniens contra fidem præſtitam, & debitam reuerentiam ſemel, & ſecundò epiſcopũ proprium ſuum dominum eſſe denegauit: Item in foro ſeculari depoſuit cõtra eum ſuper rebus ſpiritualibus quæſtionem: Item cauſam & conſilium ꝓbuit fratri ipſius archidiaconi, & complicibus ſuis aduerſarijs epi, & inuaſoribus epi & ſociorum eius, & ita contra fidelitatem in tribus peccauit. Eps Ambiañ. grauẽ de ipſo archidiacono coram Papa depoſuit quæſtionem: vnde mandat Papa quibuſdã, quatenus, ſi conſtiterit ipſum archidiaconum ſemel & ſecundo contra fidem & reuerentiam præſtitam, epiſcopum prædictum dominum ſuum denegaſſe, vel in foro ſeculari contra ipſum ſuper rebus ſpiritualibus quęſtionem depoſuiſſe, vel cauſam & conſilium prębuiſſe aduerſarijs epiſcopi contra ipſum, eundem archidiaconum tamquam putridum membrum (ne ſana inficiat) ab Ambiañ. eccleſia perpetuò abſcindant, & beneficia ſua per eos, ad quos donatio pertinet perſonis idoneis faciant aſſignari. No. qualiter punitur clericus, qui negat Prælatum ſuum dñm ſuum eſſe. Item qui trahit ipſum in foro ſeculari pro re ſpirituali, vel qui facit contra fidelitatem, perdere debet feudum. Item vbi plura narrantur, quorum alterum per ſe ſufficit ad priuationem beneficij, alterum probari ſufficit. Item membrum putridum abſcindi debet, ne ſana membra inficiat. Itẽ clericus qui negat epiſcopum dominum ſuũ eſſe, vel ipſum trahit ad iudicium ſeculare, vel dat cõſilium aduerſarijs ſuis contra ipſum per ſententiam perdit beneficia ſua, non ipſo iure ſicut fecit archidiaconus iſte.

¶Idem † ſancti Auberti archidiacono abbati de Annona, & Præpoſito Cameraceñ.

† Aliàs ita, idẽ abbati S. Alberti archidiacono de Annona & prępoſito Cameraceñ.

¶ *Qui contra iuramentum negat Prælatum dominum ſuum, vel corã iudice ſeculari de ipſo conqueritur, vel ipſum inuadit, deponi debet.*

CAP. XV.

Grauem † & dolore nõ vacuam: & infrà. ¶Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit archidiaconum [c] ſemel, & ſecundò, contra fidem homagij [d] præſtiti, ac debitam reuerentiam, epm ſuum eſſe dominũ negaſſe [e] †: vel in foro ſeculari depoſuiſſe [f] contra eum, ſuper rebus ſpiritualibus quæſtionem: aut tam inuaſoribus epi & ſociorum eius, quàm fratri eius, vel † complicibus ſuis cauſam, vel concilium [g] præ-

† Vide Hoſ. ſuperiori c. citatũ, & Contiũ q addit hic omiſſa à Raymũdo vnde planius hęc intelligetur.

† denegaſſe.

† Aliàs ita: cum cõplicibus, &c.

c ¶*Archidiaconum*.] Ambianeñ. ſcilicet.

¶*Glo. ſeq. recitari poteſt ſignando, & ſoluendo contrarium de regula vltima, &c.*

d ¶*Homagij*.] Homagium hic appellant fidelitatem & obedientiam, quam ratione archidiaconatus præſtitit epiſcopo, quod licet 23. diſtinctio. quamquam. ſupra de iureiurando nullus. aliàs non licet exigere homagium. infra de regulis iuris indignum. & ſupra de ſimo. ex diligenti. & ſic iſte archidiaconus fidelitatem & debitam reuerentiam violauit multipliciter prout ſequitur, merito ergo punitus fuit.

e ¶ *Negaſſe*.] ipſo facto veniendo contra fidelitatem & debitam obedientiam, dando conſilium inuaſori epiſcopi, & fratri eiuſdem archidiaconi contra ipſum epiſcopum, qui traxit ipſum ad iudicem ſecularem: & ibi forte publice ipſum dominum ſuum eſſe negauit, & ita ſemel & ſecundo venit contra fidem, vnde puniri debuit.

f ¶*In foro ſeculari depoſuiſſe*.] Argumen. eſt hic manifeſtum, quòd ſola conuentio ſufficiat ad hoc vt cadat à iure ſuo, licet non fuerit litem conteſtatus. De hoc dictum eſt ſupra de foro competenti ſi diligenti. ſed forte hoc eſt, quia deliquit contra dominum ſuum, vnde fortius puniri debet. argumen. ff. de re milita. omne delictum. primo reſpon. §. 1. quia omnis contumacia aduerſus præſidem, capite punienda eſt, vt ibi dicitur: vnde ille ab omni officio & beneficio priuatur.

g ¶*Cauſam vel conſilium*.] Si dedit conſilium contra dominum ſuum, cui fidelitatem ſuam debet ſeruare, venit contra fidem promiſſam, & iuramentum fidelitatis. ſuprà de iureiurando, ego N. & capitulo querelam. vnde indignus eſt beneficio quod habet ab eo. 22. quæſtione vlti. de forma. & ideo priuari debet beneficio. argument. 96. diſtinctione, ſi Impe-

buiſſe: ipſum tamquam membrum putridum[a] ab Ambianeñ. eccleſia perpetuò abſcindatis[b], beneficia ſua facientes perſonis idoneis, per illos, ad quos donatio, pertinet, aſſignari.

¶ Gregorius ix. vniuerſis eccleſiarum Prælatis.

¶ Ponit xv. grauamina illata religioſis, à quibus pręcipit Pręlatos abſtinere.

CAP. XVI.

j NImis† iniqua[c]: & infrà. ¶ Cum religioſi viri abnegantes ſalubriter ſemetipſos, elegerint in paupertate, Chriſto pauperi ad placitum famulari, tamquã nihil habentes, & omnia poſſidentes: non deſunt plerique tam eccleſiarum Prælati, quàm alij, qui cæca cupiditate ſeducti propriæ auiditati ſubtrahi reputantes quicquid prædictis fidelium pietas elargitur, quietem ipſorum multipliciter inquietant†: Volunt namque contra regulam à ſede Apoſtolica approbatam, & ſui ordinis inſtituta, ipſis inuitis eorum confeſſiones audire, ac eis iniungere pœnitentias, & Euchariſtiam exhibere: nec volunt, vt corpus Chriſti in eorum oratorijs reſeruetur; & fratres ipſorũ defunctos, apud eccleſias ſuas compellunt ſepeliri, & eorum exequias celebrari: & ſi quis decedentium fratrum alibi, quam in ſuis eccleſijs eligat† ſepulturam, funus primò ad eccleſias ſuas deferri cogunt, vt oblatio ſuis vſibus cedat. Nec ſuſtinentes eos habere campanam† vel cęmeterium benedictum, certis tantum temporibus permittunt ipſos celebrare diuina. Volunt quoque in domibus eorum† certum numerum fratrum, ſacerdotum, clericorũ, & laicorum, nec non cereorũ, lampadarum, & ornamentorum, pro voluntate ſua taxare, ac reſiduum cereorum quãdo nouiter apponuntur, exigunt ab eiſdem. Nec permittunt, q† noui ſacerdotes eorum alibi, quàm in eccleſijs ſuis celebrent primas Miſſas: eos nihilominus compellentes, vt in quotidianis Miſſis, quas in ſuis locis & altaribus celebrant, oblationes ad opus eorum recipiant, & reſeruent: quicquid etiam eis, dum celebrant Miſſarum ſolemnia, intra domorum ſuarum ambitum pia fidelium deuotione donatur[d], ab ipſis extorquere oblationis nomine contendentes: q͞d eiſdem tam in ornamentis[e] altaris, quàm in libris Eccleſiaſticis abſolutè confertur, vēdicant perperã iuri ſuo. Quocirca mandamus quatenus vniuerſi, & ſinguli à prænotatis grauaminibus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab huiuſmodi arctius compeſcendo.

¶ Idē vniuerſis eccleſiarum Pręlatis.

¶ Ponit xij. grauamina Prædicatorum, & Minorum, à quibus præcipit Prælatos abſtinere.

CAP. XVII.

ij NImis † praua: & infrà. ¶ Cum quidam viri religioſi, vt puta, fratres Prędicatores, & Minores (quorum ordinē & regulam ſedes Apoſtolica noſcitur approbaſſe) in arctiſſima† paupertate Chriſto pauperi famulentur: plerique prælati, & alij eos ad ſynodos[f] ſuas cogunt accedere, ac ſuis cōſtitutionibus ſubiacere: nec his contenti, capitula & ſcrutinia in locis fratrum pro his corrigendis facturos ſe comminantor, fidelitatem iuramēto[g] firmatam, ab eorum miniſtris, & cuſtodibus exigentes: eis quoque vt tam extra ciuitates, quàm intra cum eis proceſſionaliter† veniant, ex leui cauſa mãdantes excommunicationis ſentētiam fulminant in benefactores ipſorum, & id ipſum fratribus cōminantes, eos de locis, in quibus Domino famulantur, ſatagunt amouere, niſi eis obediant in omnibus ſupradictis. Ad hoc † ne fratres ad honorabiliores † ciuitates & villas, vbi religioſè ac honeſtè valeant cōmorari, à populis deuotè vocati accedere audeant inhibentes: tam in accedentes fratres, q̃ in receptatores† eorum pręſumunt excōmunicationis ſniam promulgare. Ab eis ēt de hortorũ fructibus[h] decimas, necnō de

Imperator. & ſ. de poſtu. c. vlt. Sic enim iſte ingratus fuit contra epiſcopum ſuum, à quo beneficium habuit, quare ipſo priuari debuit. ſ. de donat. propter eius ingratitudinem. C. de reuo. don. l. vlt. Ber.

a ¶ *Membrum putridum.*] Ergo abijciendum eſt ab ouili, ne inficiat ſanas oues. ſup. de ſta. mo. ea quæ. 1. reſpon. in fi. & 45. diſtinc. ſed illud. & 24. q. 3. reſecandæ. Ex tribus cauſis archidiacon⁹ iſte reddidit ſe indignum: Primò q̃a negauit epiſcopum dominum ſuũ eſſe. Secundò quia traxit illum ad iudicium ſeculare: Tertiò quia dedit cauſam, ſiue concilium contra dominũ ſuum, & ſic venit contra fidelitatem.

b ¶ *Abſcindatis.*] Et ita per ſententiam perdit beneficia, non ipſo iure, ſic qui trahit aliũ in vetitum examen, perdit cauſam per ſententiam, non ipſo iure, ꝑut no. ſup. de foro compet. ſi diligenti. in glo. ſed nunquid. B.

j NImis.] Duæ ſunt partes: Prima narrat grauamina: in ſecũda: ibi, *Quocirca*: mandat abſtinere. Abb.

Casus. In capitulo iſto reprehenditur auaritia ſiue auiditas Prælatorum, quã exercent contra viros religioſos, qui dimiſerunt omnia propter Deum: & enumerantur multa, vt in ipſa litera continentur: In fine mandat dominus Papa quatenus vniuerſi & ſinguli Prælati à prædictis grauaminib. deſiſtant, ſubditos ſuos ab huiuſmodi arctius compeſcendo. No. hanc decr. contra auaritiam & cupiditatem Prælatorum.

c ¶ *Nimis iniqua.*] In capite iſto reprehenditur auaritia ſiue auiditas prælatorum, quam exercent contra viros religioſos, qui omnia renũtiauerũt propter Deum, in pluribus, vt in litera patet.

d ¶ *Donatur.*] Hoc nullo modo debet Prælati eccleſiarũ ſibi vſurpare, quod pia deuotione fidelium confertur religioſis in vita. ſupra de ſepult. de his. & ſup. de ſtatu monacho. cap. 1. & hoc ſolum debent ibi habere, quod canones permittunt. 18. q. 2. hoc tantum. quàm ſit luminoſo.

e ¶ *In ornamentis.*] De his enim relictis & alijs quæ ad diuinum cultũ pertinent, nihil percipere debent, 1 quamuis de alijs rebus relictis in teſtamento poſſunt percipere ſuam partem. ſup. de teſta. c. vlti. & ideo ab his præcipuè & ab alijs grauaminibus debent humiliter abſtinere, cum omnia dimiſerint propter Deum, & elegerint in paupertate Domino deſeruire. infra capitu. proximo, in princip.

ij NImis.] Duæ ſunt partes vt in præcedenti. Secunda: ibi, *Quocirca*. Abb.

Casus. Quidam viri religioſi, ſcilicet fratres Prædicatores & Minores, quorum ordinem & regulam ſedes Apoſtolica noſcitur approbaſſe, in arctiſſima paupertate Chriſto pauperi famulari elegerũt: ſed Prelati eccleſiarum & alij, in multis articulis aggrauare nituntur eoſdem: & enumerantur in litera: vnde mandat Papa vniuerſis Prelatis eccleſiarum, quatenus vniuerſi & ſinguli à prædictis grauaminibus omnino deſiſtãt, & ſubditos ſuos compeſcant arctius ab huiuſmodi. Nota q͞ fratres Prædicatores & Minores ad ſynodum ire nō debent. Item iuramentum fidelitatis epiſcopis facere non debent. Item de fructibus hortorum ſuorũ decimas ſoluere non tenentur: exempti enim ſunt ab omnibus ꝑnotatis grauaminibus.

f ¶ *Ad ſynodos.*] Omnes enim religioſi, qui populum non habent, ad ſynodum ire non tenentur. arg. ī. de priuile. ex ore. in fi. & 18. q. 2. §. vlt. & 18. diſt. in illa palea. epiſcopus. quę conciliũ Turoneñ. eſt. De hoc dictum eſt ſup. de offi. ord. c. dilectus.

g ¶ *Fidelitatem iuramento.*] Ab alijs enim miniſtris, ſiue rectorib. eccleſiarũ, quibus animarum cura commiſſa eſt, hoc requiritur. 23. diſt. quamquam. & ſ. de iureiu. nullus. ab hmõi fratres Prædicatores, & Minores ſunt exempti. Et illud videtur intelligi de perpetuis rectoribus, ſed iſti non ſunt perpetui, imo quaſi annuatim mutantur.

h ¶ *De hortorum fructibus.*] De his. n. nullas religioſi decimas ſoluere tenent. ſ. de deci. ex parte. & leproſi ēt licet non ſint profeſſi, de hortis decimas non ſoluunt. ſ. de eccl. ædi. cum dicat Apoſtolus, de hortis ergo, & de domibus decimas nulli religioſi ſoluere debent.

a ¶ De

† Circa perſonas regulares ſeu religioſas, & in quibus tenentur epiſcopis, alijsque prælatis obedire, multa ſtatuit concil. Tridēt. ſeſſio. 25. tit. de regularibus, & monialib⁹.

† inquietes

† eligit.

† Vide Albericum in Dictionario verbo. campanis. & Oldrad. conſi. 227.

† eorundē.

† vt.

1 Hodie ſecus in Prædicatorib' & Minoritibus, per decretalē Bonifa. ſuper cathedrã. innouatam per cōcilium Vien. de ſepult. dudũ. Io. And.

† De cogēdis ſynodis, & qui ſint vocandi, vide ſancita demũ in concilio Tri. ſeſſio. 24. de refor. c. 2. & de materia vide Iacobatiũ trac. de cōcilio lib. 2. ar. 2. adde c. q͞d ſup his. cũ ibi notatis ſup. de maio. et obe.

† altiſſima

† Hodie quicunque regulares ēt monachi ad publicas proceſſiones vocati, accedere cōpelluntur: his tantum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuo viuunt, ita concil. Triden. ſeſſio. 25. titu. de regularib. c. 13.

† Ad hęc.

† honorabiles.

† receptores.

a ¶*De Iudęorum domibus.*] Iudæi.n.de domibus & alijs poſſeſſionibus.ſi quas colant,decimas ſoluant. ſ. de deci. de terris.& ſ.de vſur.quanto.

b ¶*A pręnotatis.*] in omnibus enim ſupradictis Prædicatores,& Minores fratres exempti ſunt, nec poſſunt compelli ad aliqua ſupradicta facienda.

habitaculis fratrum (ſicut de Iudæorum domibus [a]) contendunt redditus extorquere: aſſerendo,quòd niſi fratres morarentur ibidem, ab alijs habitatoribus prouentus aliqui ſoluerentur: & vt ipſos ſuæ ſubdant totaliter ditioni, eiſdem miniſtros & cuſtodes volunt præficere pro ſuæ arbitrio voluntatis. Quocirca mãdamus, qnatenus vniuerſi & ſinguli à pręnotatis [b] grauaminibus deſiſtatis, ſubditos veſtros ab huiuſmodi arctius cõpeſcendo.

¶ Idem Archiepiſcopo Bracareñ. †

¶*Non ſeruans interdictum,ſuſpenſus eſt ab officio & beneficio,& omni iuriſdictione. hoc dicit ſecundum. vnum intellectum.*

CAP. XVIII.

TAnta eſt clauis Petri: & infrà. ¶ Ad confuſionẽ P. epiſcopi quondam Colubriñ.non poteſt in memoriam non venire quantum in nos, & eccleſiam Romanam [c] deliquerit,deſpexerit Petri claues [d], & eccleſiaſticam læſerit poteſtatem: cum non ſolum interdicti ſententiã, quã ſeruauerat ab initio, temerè violauit, verumetiam induxit alios,imo compulit non ſeruare [e]: & quos inducere monitis, & flectere minis ac terroribus,ad violandam interdicti ſententiam nulla potuit ratione,poſt atroces iniurias, amiſſionem bonorum, ſpoliationem parentum, dignitatibus, præbendis, & beneficijs ſpolians, coegit miſerabiliter exulare: ea ſuis in hac parte fautoribus, non abſque præſumptione temeraria conferendo: quæ omnia idem epiſcopus in noſtra, & † fratrum noſtrorum præſentia publicè recognouit. ¶ Licet autem memoratus epiſcopus in manibus noſtris ſpontanea ceſſerit voluntate: nolentes tamẽ, vt hi,qui huiuſmodi ſententiã interdicti non ſunt veriti temeritate propria violare, ac recipere dignitates, præbendas, ac beneficia aliorum, qui abſque culpa & ſine cauſa rationabili eis fuerant ſpoliati, ſeueritatem effugiant canonicæ vltionis: ne facti peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exemplum [f]: auctoritate Dei omnipotentis, omnem inſtitutionem, deſtitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum ac dignitatum præſumptas per eundem epiſcopum, & excommunicationis,ſeu interdicti ſententias,in quoſcunque hac occaſione prolatas ab eo, poſt interdicti violationem eiuſdem, decernimus irritas & inanes.[g] ¶ Quia verò vbi magis exceditur, ibi eſt ſeuerius vindi-

TAnta eſt.] Violans interdictum,iuriſdictione & clauium poteſtate ſe priuat. h. d. Primò ponit & aggrauat culpas epiſcopi: Secũdo:ibi, *Licet autem.* recitat ceſſionẽ ipſius, & culpas aliorum fautorum, & irritos decernit actus poſt interdicti ſñiam violatã. Tertiò:ibi, *Quia vero.* punit fautores,qui beneficia receperunt, & q interdictum violarunt,& qui illud ſeruantes oppreſſerunt, & eos citari mandant ad curiã. Abbas Sicu.

† Bracarenſis & Colubriẽſis ſeu Colibrienſis epãtus ſunt vetuſtiſſimi in Portugallia, de quibus videto Ioannem Vaſæum in annalibus Hiſpaniæ. c. 20. Et de materia textus & gloſſę vide Couarruuiam ca. alma mater.de ſen. excõ li.6. in 2. parte relectionis §. 1. & 2.

CASVS. Dominus Papa propter quoſdam exceſſus quorundã,cõmiſſos in quoſdam canonicos, & prælatos,& clericos, & res presbyterorum,regnum Portugalliæ ſuppoſuit interdicto. P. eps Colubrieñ. ab initio cępit ſeruare interdictũ, tãdem mutato conſilio violauit temerè interdictum, delinquẽdo in dominum Papam, qui tulerat ipſum,& in eccleſiam Romanam, cõtemnẽdo Petri claues, & lædendo eccleſiaſticam poteſtatẽ, & alios induxit, imo compulit nõ ſeruare interdictũ, & quos ad hoc inducere non potuit,poſt multas iniurias, ſpoliauit eos dignitatibus, præbẽdis,& beneficijs ſuis, & eos coegit exulare, interdicendo & excommunicando eoſdem, & conferendo prædicta fautoribus ſuis: quæ omnia idem eps in præſentia Papæ & fratrum ipſius publicè recognouit, renuncians epiſcopatui in manibus domini Papæ,ſpontanea voluntate: & licet ille renuntiauerit,volens tamen dominus Papa vt illi,q ſententiã interdicti violauerant,& receperant beneficia aliorum,qui ſine cã rationabili non debuerant ſpoliari,non effugiant impuniti,ne facti peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exemplum:decreuit irritas & inanes omnem inſtitutionẽ, deſtitutionem,collationem beneficiorum & dignitatum,prę ſumptas per dictum epm: & excommunicationis & interdicti ſñias in quoſcũque prolatas ab eo hac occaſione poſt violationem interdicti: Et quia vbi magis exceditur,grauius eſt vindicandum, mandat Papa archiepo Bracareñ. quatenus omnes illos, quos eps intruſit in beneficia & dignitates aliorum,non ſolum à beneficijs ipſis, verumetiam ab alijs,ſi qua obtinent, debeat remouere, tam præſumptores prædictos, quam omnes alios qui violauerunt damnabiliter interdictũ ab officio & beneficio ſuſpendendo? & illos, quos conſtiterit manus temerarias extendiſſe in perſonas & res prædictorum canonicorum,prælatorum,& clericorum,ad præſentiam Papæ venire compellat, pro meritis recepturos, inuocato ad hoc ſi opus fuerit brachio ſeculari. Nota q qui violat interdictum,in duo videtur delinquere, ſ.in principem, & eccleſiam:quia lædit eccleſiaſticam ptãtem, & contemnit claues Petri.Item poſt talem violationem & contemptum ſententia lata ab ipſo violatore & inſtitutio & deſtitutio irrita eſt. Item violatores interdicti ab officio & beneficio ſunt ſuſpẽdendi.Itẽ q grauius excedit grauius eſt puniendus: quia vbi maior eſt culpa, maior dẽt exerceri vindicta.Itẽ qui violentas manus mittit in clericũ,ad ſedẽ Apoſtolicam ire cõpellitur.Item vbi eccleſia p ſe non ſufficit, inuocare debet auxilium brachij ſecularis. Ber.

c ¶*In nos & eccleſiam Romanam.*] Vnde magis puniendus fuit qui deliquit in principem, & ſine reſtitutione dãnandus. 21.diſt.in tantum.imo culpam & offenſam, quam in Deũ & Romanam eccleſiã cõmiſit,remittere non poſſet.23.q.4. ſi is qui. & 63.diſ. Solonitanæ.

† Aliàs itaq; & in fratrũ &c.

d ¶ *Petri claues.*] de quibus habes 21. diſt. in nouo.vnde habet poteſtatem ligandi & ſoluendi.24.q.1.quodcũque. Iſte enim contempſit Petri claues violãdo ſententiam interdicti tam per ſe, quam p alios,quos ad hoc compulit, & tunc ſuſpẽſus fuit violando interdictum: vt dicitur. infra. Ber.

e ¶ *Compulit non ſeruare.*] Propter hoc nõ excuſantur,cum p nulla pœna temporali debuerant interdicti ſententiam violare. 32. q. 5. ita ne. licet culpam eorum attenuet. 1 ſupra quod metus cauſa ſacris.arg.

1 Dicebat Gof q cõpellẽs peccauit grauius quàm compulſus 86.diſ.tanta.24.q. 3. qui aliorũ 11.q.3.qui reſiſtit. Io. And.

f ¶*In exemplum.*] Vt per hoc etiam fiat cæteris interdictio delinquendi,2.q. 7. quapropter.ſup. eo. c.1.& ſ.de Iudæ. ad liberandam. in fin.quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi.23.q.4.eſt iniuſta.Ber.

¶*Gloſſa.ſequens notat violantem interdictum non poſſe beneficia conferre,vel excommunicare: ponit opi. Ioan.cui opponit, & pro illa alleg.contrarium decre.ſi celebrat.cui reſpon.Secundo ponit ſecundam cauſam nullitatis ex parte recipientis collationem,ponens etiam quorundam lecturam,cui reſiſtit. Tertiò ponit tertiam cauſam ex parte deſtitutorum. Quartò proſequitur primum dictum,interſerens an interdicto loco,homines loci ſint interdicti.*

g ¶*Irritas & inanes.*] Nota,quòd qui non ſeruat ſententiam interdicti,beneficia vel dignitates conferre non poteſt tamquam ſuſpenſus.ſ.de conceſ.pręben.quia diuerſitatem.& hic patet manifeſte.Item nec talis poteſt aliquem excommunicare,cum quantum ad ſacramenta eccleſiæ excommunicatus reputetur: quia ex eo q dicit,irritas,patet q inſtitutiones & excommunicationis ſententiæ nullę fuerunt.24.q.1.audiuimus.tamen Ioan.dicit.ibi,quòd ſuſpenſus tantum ab officio poteſt excommunicare: ſed hoc non videtur, quia cum ipſe ſit officio priuatus,alium priuare non poteſt, vt hic videtur: ſi ſententia talis tenuiſſet, illos abſoluiſſet, vt in ſententijs excommunicationis fieri conſueuit: ſed hic ſententias illas decernit irritas,& inanes. Ar.contra.ſ.de cle.excom.mi.ſi celebrat.ſed hic longe magis exceſsit,q ibi:& eſt diuerſus caſus ibi loquit de ſuſpenſione canonis p participationẽ,hic de ſuſpenſione hominis.Item collatio pdictorũ nulla fuit,qa illi, quib. collatio facta fuit,non ſeruauerũt interdictũ, nec excõicatis conferri pñt multo fortius.ſ.de cle.excõ. mini. poſtula-

ſtis.§.2.& ſup.de æta.& qualita. cum bonæ. Quidam dicunt, quòd hic plus fuit proceſſum, ſcilicet, qu òd executores qui poſuerunt interdictum, excommunicauerunt violatores interdicti:& ſic recte dicit, irritas & inanes: ſed ex litera huius decre.non colligitur hoc, ſic etiam excommunicati fuerunt violatores interdicti.s̄. de cle.excom. mi.poſtulaſtis.§.2. de inſtitutionibus & deſtitutionib. nulla dubitatio eſt, qa ſine culpa & abſque ordine iuris fuerunt deſtituti,& ita ſi nulla fuit deſtitutio, nulla fuit inſtitutio.3.q.6. hæc qppe.& s̄.de accu.ad petitionem. & j̄. de purga. cano.c. pe. & ita dubitatio tantum remanet circa ſententias excommunicationis & interdicti,& de illis idē credo, vt dictū eſt. ex eo enim quòd tantum exceſſit,vt patet in princ. decret. ſuſpenſus fuit à iuriſdictione. contemnendo enim claues eccleſiæ, amiſit poteſtatē clauium, ſicut qui non eſt ligatus, ex contemptu ligatur. 11.q.3.c. ſi is qui.§. cū ergo. & 24. q.3.notandum. in fi.lo cus enim 1 interdicitur propter homines,& ita homines ſunt interdicti & ſuſpenſi, & non locus:quia cum locus ſit res inanimata, nec ſuſpendi nec interdici poteſt, & ita cū dicitur:interdico locum talem.hoc eſt dicere: interdico homines illius loci,& celebrantes ibidem: & ita celebrantes in loco interdicto,interdicti ſunt & ſuſpēſi & irregulares: & ita nec eligere nec eligi, nec etiam poſtulari poſſunt.ſup. de poſtu.c. 1.& s̄.de elect.cum inter R.& s̄. de conſuetu. cum dilectus.s̄.de cler.excom.mi. Apoſtolicæ.& ſic iſte epiſcopus quę violauit interdictum quod ab initio cœperat obſeruare, ſuſpenſus fuit & irregularis: vnde poſtea in alios ſententias excommunicationis, ſeu interdicti aut ſuſpenſionis ferre non potuit,& ſolus Papa cum talibus diſpenſare poteſt. s̄. de re iud.cum æterni.& j̄.de ſen.excom.cum medicinalis. [lib.6.] arg. contra. ſcilicet quòd non ſit irregularis, vel ſuſpenſus.s̄. de cle.excom.mi.poſtulaſtis §.vlt.& hic vbi dicit: ſuſpendas omnes,&c. ſed iſtud ad factum refertur, cum etiam iā eſſent ſuſpenſi violando interdictum: ſed qui communicat aut etiā celebrat excommunicatus, non eſt ſuſpenſus proprie, niſi à perceptione ſacramentorum, aut irregularis: licet aliàs ſit puniendus,dummodo non in contemptum & contra prohibitiones ſuperioris.s̄. de cle.excom. mi. ſi celebrat. cū hoc in iure non inueniatur ſtatutum: 2 & ideo non debet extendi hęc pœna. Ber.

† Aliàs intruſerit, & quis dicat itruſus tradunt citatl in c.ad aures.ſup.eo. tit.

† violarant

† Hæc duo verba: auctoritate Apoſtolica. deſunt in aliquot manuſcriptis, & in impreſſis paulo vetuſtioribus.

†Vox, ſententiā, deeſt in antiquis exēplarib.

1 Quod ſequitur fuit additio à tpe Innocentij vt hic obſeruat.Io.An. Iam hęc opinio gloſſæ cōiter reprobat̄, vt docet Couarruuias in c.alma mater. de ſen. excō.lib.6.in 2. pa. relectio. §. 1. nu. 8.

2 Aliàs prohibitum.

candum [a]: Mandamus, quatenus omnibus, quos prędictus epiſcopus in ſupradicta beneficia, præbendas,& dignitates intruſit †, non ſolum à beneficijs ipſis,prębendis & dignitatibus,verumetiam ab alijs beneficijs(ſi qua obtinent) & eccleſijs prorſus amotis [b], tam præſumptores eoſdem, quàm omnes alios qui præfatum interdictum damnabiliter violarunt†,ſuſpendas [auctoritate† Apoſtolica] ab officio & beneficio.¶Illos quoque, quos in perſona & res prædictorū canonicorum,Prælatorum,& clericorum manus temerarias conſtiterit extendiſſe, ad noſtram venire compellas præſentiam, pro meritis ſententiam†recepturos,inuocato ad hoc,ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis [c].

TITVLVS XXXII.

De noui operis nunciatione.

¶Lucius iij. Paduano Epiſcopo.

a ¶*Seuerius vindicandum.*] quia vbi maior eſt culpa,maior exerceri debet vindicta.ſup.de hære.excommunicamus.§.credentes.vbi inuenies concordantias plures.de hoc ſi. s̄. de ęta. & quali.cum bonæ.

b ¶*Amotis.*]Hæc eſt pœna illorum, qui non ſeruant interdictum.ſuprà de cle. excommunic.mini. poſtulaſtis. §. quæſiuiſtis.

c ¶*Brachij ſecularis.*]vt ſup.de offic.ordin.cap.1.& c. quoniam in pleriſque.in fi.& ſup. de iudic.cum non ab homine. vbi enim eccleſia amplius facere non poteſt, implorare debet auxilium ſeculare,& compellere, & econuerſo. ſuprà de maledi.c.2.argum.

DE NOVI OPERIS NVNTIATIONE.

¶ *Suprà viſum eſt de exceſſibus Prælatorum in genere, nunc reſtat videre in ſpecie de exceſſu,qui fit in ędificando. Abbas.*

INtelleximus.] Aedificium poſt nuntiationem noui operis demoliri debet expenſis conſtruentis. hoc dicit.In prima conſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Quia vero.* Abbas.

CASVS. Clerici de Rodigio cœperunt ædificare quandam capellam in præiudicium eccleſiæ baptiſmalis de Coſta pertinentis ad Priorē ſancti Cypriani de Venetijs: ex parte eccleſiæ baptiſmalis denuntiatum fuit nouum opus clericis de Rodigio, ne in præiudicium ipſius eccleſiæ illam capellam ædificarent: Ipſi ſpreta denuntiatione proceſſerunt in opere: vnde ſuper hoc ad petitionem Prioris ſancti Cypriani de Venetijs commiſſa fuit cauſa Paduano epiſcopo: Epiſcopus quia de noui operis nuntiatione in canonibus non reperitur, quæſiuit à Papa qualiter ſuper hoc eſſet procedendum: qa vero ſicut leges non dedignantur ſacros canones imitari, ita & ſacri canones principū conſtitutionibus adiuuantur, mandat Papa eidem epiſcopo, quatenus diligenter conſideret, quòd ſi poſt denuntiationē noui operis ſiue iure, ſiue iniuria aliquid cōſtruatur, ſecundum leges debet demoliri,& ſecundum canones nulla eccleſia in præiudicium alterius eſt conſtruenda:vnde negotium ipſum tam ſecundum leges, quàm ſecuudum canones non differat terminare. Nota quòd leges non dedignantur canones imitari, & econuerſo canones legibus adiuuantur. Item poſt denuntiationem noui operis nihil eſt faciendum, aliàs totum debet deſtrui. Item nulla eccleſia in præiudiciū alterius eſt conſtruenda. Item in cauſis eccleſiaſticis ſecundum leges poteſt iudicari.

¶*Etiam eccleſia ædificata poſt nuntiationem noui operis, deſtruenda eſt expenſis conſtruentis. hoc dicit cum ſequenti.*

CAP. I.

INtelleximus † ex literis tuis, quòd, cum cauſa, quæ vertitur inter Priorem ſancti Cypriani, & clericos de Rodigio ſuper capella, quæ in prębiudicium baptiſmalis eccleſię de Coſta, ab eiſdē clericis eſt conſtructa, fraternitati tuæ delegata fuiſſet:& infrà. ¶ Quia† verò ſicut leges non dedignantur [d] ſacros canones imitari, ita & ſacrorum ſtatuta canonum, principum conſtitutionibus adiuuātur [e]: Fraternitati tuę mandamus, quatenus diligenter conſiderans,quòd poſt denunciationem noui operis, ſiue iure, ſiue iniuria [f] aliquid conſtruatur, legalibus debet conſtitutionibus demoliri: & quia

†Ca. 3.tit. de eccleſijs ędifică. in 2. cōpil. Et doctores hic, vide Hoſt.in ſumma eo. tit.vbi pleniſſime. ad de repetentes in Rub. & l.1.ff.de noui oper. nunc.

† Aliàs ita: quia vero ſacrę leges non dedignant̄,&c.

d ¶*Non dedignantur.*]In Auth. vt cleri. apud proprios epiſcopos.ad fi.colla.6.& in Auth.de ec.tit.in prin.colla.9.& 2. q.3.c.Enthemium.§.hinc colligitur.

e ¶*Adiuuantur.*]Et ita in cauſa eccleſiaſtica leges poſſumus allegare,vt etiam ſi canones deficiant, poſſit iudicari ſecundum leges.10.diſt.lege.& c.ſi in adiutorium.23.q.2.2.hiſtoria.54.diſt.ex antiquis.ar.contra. 33. q. 2. inter hæc.3 2.q. 4. nemo. 3 Dicas quòd legibus vtendum eſt in eccleſiaſticis cauſis,niſi canonibus contradicant:quia tunc non. 10. diſt.c. 1.& hic in fi.dicitur.& facit ad hoc.C.de no.co. compo. hæc quæ. ibi, prærterquam ſi iuris diuiſione aliqua adiuuentur.s̄. de mal.c.2.vbi de hoc.

f ¶*Siue iure, ſiue iniuria.*]Hoc ſumptum eſt. ff.de noui ope. nuntia.l.prætor.§.ait prætor. & l.2.& eſt ſimile in excommunicatione, quæ tenet ſemper,ſiue iuſta,ſiue iniuſta. 11. quæſtio.3.c.1.tanta eſt enim vis denuntiationis, vt ſi aliquid fiat poſt denuntiationem ante remiſſionē vel ſatiſdationem de opere demoliendo etiam ſi ius habeat ædificandi, in totum debet demoliri.l.prædic.prætor.§.1.& hic.& inf.cap.proxi.& hæc denuntiatio facienda eſt in re præſenti,& in ipſo opere, & non tantum domino,ſed illis qui ibi ſunt.ff.eod. de pupillo.§.nuntiare.de hoc dicitur.inf.cap. proximo. & hoc ideo, quia nuntiatio iſta in rem eſt,& non in perſonā.ff. eo. operis noui nuntiatio.vnde cuicunque fiat, tenet,ff.eo.cuilibet.alibi facta quam in re,non tenet.ff.eod.de pupillo.§.ſi quis forte.quod pōt intelligi 4 ꝙ non tenebit quo ad hoc, vt non teneatur demoliri opus factū.cum ius habeat ædificandi, qđ fieret ſi eſſet factum in re,vt hic dicit.Et no.ꝙ tot debent eſſe denūtiationes & tot remiſſiones,quot ſunt loca in quibus ædificatur.ff.eo.ti. de pupillo.& §.ſi in plurib. Lau.

3 Adde an ius canonicum vel ciuile præualeat, no.in Auth. caſſa.per Cy. C.de ſacroſan. eccle. gl.no.Inſtitu. de nup. in gl. 1.

4 Secundū Hoſtien.de hoc plene in ſum. eo. tit.§.cui ſi. at.& §. pe. & vlt.& vide in Spe. eo.tit. l. 1. in fi.

a ¶ In

nulla eccleſia in pręiudiciũ [a] eſt alterius cõſtruenda†, negotiũ ipſum ſecũdum legum, & canonum ſtatuta non differas terminare.

†conſtituẽda.

¶Innocentius iij. Cantuar. Archiepõ.

¶*Summatur vt ſupra, cap. prox.*

CAP. II.

CVm† ex iniuncto: & infrà. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædificatum eſt in eccleſia de Lamech, poſt noui operis nuntiationem, expenſis [b] tuis facias penitus demoliri, eo non obſtante, ſi etiam abſens extiteris: cum cautum [c] ſit legitima ſanctione, vt ſi is, cui opus nouum fuerat† nuntiatum[d], ante remiſſionem[e] † ædificauerit, deinde agere cœperit ius ſibi eſſe ita ædificatũ habere, ſibi debeat actio denegari: reducens prorſus in irritum, quicquid de inſtituendis ibi canonicis, & alijs ad ipſam eccleſiam pertinentibus, à te vel prædeceſſore tuo cognoſcitur ordinatum, eorum redditibus ad ſtatum priſtinum reuocatis: qnos ab obligatione præſtiti iuramenti, pro eo quòd ibidem inſtituti fuerũt, auctoritate noſtra, per te denuntiari præcipimus abſolutos; cum enim amodo non teneat principale [f], quicquid ex eo, vel ob id ſecutum eſt, ſub præmiſſa diſtrictione decernimus irritandum: & infrà. ¶ Super eo quoque non ſufficimus admirari, quòd cum viri religioſi monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiſerunt pro Chriſto, tot laboribus & periculis perſonas & res non dubitauerunt† frequenter exponere (quod nõ [g] feciſſent, niſi cognoſcerent præmiſſa reſpicere in graue Cantua rieñ. eccleſiæ detrimẽtum) tu ſaltẽ pro vitãdo tã gra

†Cap. vnico. titu.de no. operis nunc. in 3. cõpil. Conſule Hoſt. in pręcedẽti c.citatũ.

†fuerit.

†De hac remiſſione, q̃ & tacitè, & expreſſè fieri poteſt, vide Hoſtien.in ſumma.tit. de no.ope. nun. §.qualiter tollatur.

† dubitauerint

a ¶*In præiudicium.*] Hæc eſt alia cauſa demoliendi ędificium. in pręiudicium. n. eccleſiæ parochialis alia fieri non dẽt. 16.q.1. eccleſiæ. &c. quicunque. & ſ.de eccl. ædi. ad audientiam 1. niſi iuſta cauſa ſubſit, vt ibi dicitur: & tũc id fieri debet auctoritate epiſcopi.

CVm ex.] Primò mãdat opus demoliri, & irritat quicquid ex illo ſecutum fuit: Secundò reprehendit archiepm, qui non curauit ſcandalum ſubditorum: ibi, *Super eo.* Tertiò orat eum, vt pareat: ibi, *Finis.* Abbas. Et nota quòd c. dilecti 2. ſ. de appel. loquitur de eodem facto.

CASVS. Archieps Cãtuarieñ. cœpit ædificare quandam capellam de Lamech, in loco pertinente ad eccleſiam Cantuarieñ. monachi Cantuarieñ. eccleſiæ denuntiauerunt ei nouum opus, ipſe archieps ſpreta denuntiatione ædificauit eccleſiam, & canonicos inſtituit in eadem, redditus aſſignando eiſdem, recepit ẽt iuramenta fidelitatis ab ipſis: vnde monachi Cantuarieñ. eccleſiæ domino Papæ grauiter ſunt conqueſti: Mandat Papa Cantuarieñ. archiepõ, quatenus quicquid ædificatum eſt in eccleſia de Lamech poſt noui operis nunciationẽ ſuis expenſis faciat penitus demoliri, eo non obſtante ſi abſens fuerit, cum in lege ſit cautum, vt ſi ille cui opus nouum fuerit nuntiatum, ædificauerit ante remiſſionem, & poſtmodũ agere cœperit ius ſibi eſſe ita ædificatum habere, debet ſibi actio denegari, & in irritum reducat quicquid de inſtituendis canonicis ibidem, & alijs ad ipſam eccleſiam pertinentibus ordinatum eſt ab ipſo, vel ab eius anteceſſore, & canonicos ab obligatione præſtiti iuramenti denuntiet abſolutos auctoritate Papæ, quia ex quo principale non tenet, quicquid ex eo, vel ob id ſecutum eſt, debet irritari.

¶SVPER EO QVOQVE. In §. iſto dicit Papa, quòd multum miratur, q̃ monachi Cantuarieñ. cũ omnia dimiſerint propter Deũ, tot laborib. & periculis perſonas & res non dubitauerunt frequenter exponere: quod nullo modo feciſſent niſi cognoſcerent præmiſſa in præiudicium Cantuarieñ. eccleſiæ redundare: archiepiſcopus pro vitando ſcandalo ipſorum ab huiuſmodi iniurijs non ceſſauit, cum ſcriptura dicat, quòd illa quæ ſine mortali peccato omitti non poſſunt, non ſunt pro ſcandalo vitando dimittenda, nec illa debent pro ſcandalo vitando committi, quæ ſine peccato mortali committi non poſſunt, tamen ab illis quæ ſine mortali peccato committi poſſunt & dimitti, pro vitando ſcandalo ceſſandum eſt, & eis ẽt inſiſtendũ eſt, vnde Apoſtolus: Si ſcandalizatur frater, non comedam carnes in æternum: & Dñs in Euangelio contra eos, qui ſcandali præſtant materiã: Væ, inquit, homini illi per quem ſcandalum venit. & licet ſcandalum maiorum ſit vitandum, vitandum eſt ẽt & minorum. In fine dicit, q̃ contradictioni ſuæ taliter finem imponat, q̃ contradictio p̃terita per virtutẽ obedientiæ valeat expiari. No. q̃ quicquid factum eſt poſt denuntiationem noui operis, expenſis eius cui denuntiatũ eſt, demoliri debet: nec debet aliquis audiri, ſi dicat ius ſibi eſſe. Itẽ deſtructo principali, & acceſſoria deſtructa ſunt. Item argu. pro religioſis, q̃ ſemper præſumuntur iuſtam cãm habere. Item arg. q̃ pro vitando ſcandalo quandoque detrahendum eſt ſeueritati. Item propter ſcandalum peccatum mortale committi non debet. Item ſcandalum minorum vitandum eſt, ſicut maiorum.

¶*Glo.ſeq.obijcit & ſoluit, & de ſummatione ipſius, & duarum quæ ſequnntur proxi.dixi.ſupra cap.* 1.

b ¶*Expenſis.*] Sed quare ſuis expenſis dẽt deſtruere, cum nõ fuit ei denuntiatum nouum opus? quia abſens fuit, vt hic ſequitur in litera: imo ſufficit q̃ præſtet patientiam, vt monachi deſtruant. ar. ff. de alie. iu. mu. cauſa fa. l. 3. §. item ſi. & hæres in pœnam non ſuccedit: vnde ſufficit patientiam pręſtare. ff. eo. l. pe. 1 Sed dic q̃ denũtiatio fuit facta prædeceſſori, vnde tenetur iſte ſicut ille, cũ ei ſucceſſerit in vitium. ſ. de iudi. quia V. & ſ. de reſti. ſpo. ſæpe. & hoc edictum datur hæredi & in hæredem, cum in vitium ſuccedit, & etiam poſt annum. ff. eo. l. prætor. in fi. ſ. de teſti. ſignificauerunt. & ſic ſuis expenſis debet demoliri. ſ. c. proxi. & C. eod. l. vnica. ſi vero ædificatũ ſit dño inuito, tũc ſufficit præſtare patientiã: Vel ſi ſeruus ſine iuſſu dñi hoc fecit. ff. quod vi aut clam. ſi alius. 1. reſponſo. & l. denique. §. vlti.

1 Illud verũ niſi hæres ratum habeat ędificium cœptum. vel niſi ædificet. ff. eo. l. prætor. §. hoc interdictum. & l. fi. ſecundum Hoſt. Io. And.

c ¶*Cautum ſit.*] ff. eod. l. 1. §. in operis. denegatur huic actio: quia fecit contra denuntiationem ante remiſſionem.

d ¶*Nuntiatum.*] Denuntiatio noui operis ad ea tantum pertinet quæ ſolo coniuncta ſunt, vel in ſolo fiunt, non ad alia. ff. eodem, l. prima §. hoc autem edictum. opus autem nouum facit, qui ædificando, vel detrahendo priſtinam operis faciem immutat. ff. eo. l. 1. §. opus nouum. non autem ſi quis reficit antiquũ. ff. eo. l. 1. §. ſi quis ædificium. & ſ. de Iudæis. conſuluit. Illud præterea ſcias, q̃ qui denuntiat nouum opus, primò iurare debet, q̃ non calumniæ cauſa denuntiat. ff. eo. de pupillo. §. qui opus. & hoc iuramentum auctore prætore exigitur antequam iuret, vt ibi dicit. Et qui ſimplici verbo nuntiat, hoc ipſo conſtituit ipſum qui ædificat, poſſeſſorem, ſecus ſi per iactum lapilli. ff. eo. l. 1. §. in operis. & l. de pupillo. §. meminiſſe. Et ideo melius eſt hoc facere per lapillum. & hæc denuntiatio locum habet ſiue fiat ipſi domino, ſiue procuratori, ſeruo vel puero, vel ipſi fabro, qui ædificat, ff. eo. de pupillo. §. nuntiare. dum tamen in præſenti re, vt ibi dicitur, vt dixi. ſ. c. proxi. Competit autem denuntiatio non tantum dño, ſed etiam emphyteutæ, & creditori. ff. eo. in ꝓuinciali. §. vlt. & §. ſi ego. & l. creditori. Et ſi ædificetur in publico, quilibet ciuis admittitur ad denuntiandum, vt l. prædicta, in prouinciali. §. vlti. Item competit vſufructuario, ſed non contra dominum, ita tamen q̃ vſusfructus non ſit deterior. ff. de remiſ. l. 1. §. 2. Itẽ ſeruus nuntiare non poteſt, ſed ei poteſt denuntiari. ff. eo. de pupillo. §. 1. niſi nomine alterius nuntiet. ff. quod vi aut clam l. 3. Item ſi antequam ædificatum eſſet, aliquis ageret cum vicino, ne altius tolleret ædes, nec res defendatur, hoc facere debet prætor, vt ille præſtet cautionem non prius ædificare, quàm vltrò agat ius ſibi eſſe. ff. eo. ſi prius.

e ¶*Remiſſionem.*] Remiſſio qñque fit expreſsè. 2 ff. eo. nõ ſolum. §. ſciendum. & tacitè, ſ. morte, vt ea. l. §. morte. Si aũt qui denuntiauit, non vult remittere denuntiationẽ, cautione etiam ſibi oblata, debet peragere cauſam, ſi poteſt, vſque ad tres menſes, & alter tenetur expectare non obſtante cautione oblata; ſi non cõpleuerit cauſam vſque ad tres menſes iuſta cauſa impediente, caueat poſtea de opere demoliendo, & ædificet. C. eod. l. de operis. quidam non habent ibi hanc rubricam, ſed eſt in titu. de ædi. pri. & ſic intellige. ȷ̃. eo. c. vlt. & c. proxi. qui enim ſtatim vult docere de iure ſuo, non tenetur recipere cautionem, vt ibi, niſi poſt tres menſes, vt ibi dictum eſt.

2 Hãc gloſſulã apertius intelliges, ſi legas Hoſt. citatum ſuper textu.

f ¶*Non teneat principale.*] Deſtructa. n. re, deſtruuntur priuilegia. ar. ȷ̃. de verbo. ſig. abbate. in fi. & 16. q. 7. & hęc diximus. & ſ. de fi. inſtr. inter dilectos. §. cum igitur. C. de legi. nõ dubium. ff. de colle. illicitis. l. 3. & 18. q. 2. in nullo. ff. de re. iu. nihil dolo. in fi. ff. de fideiuſ. fideiuſſor obligari.

g ¶*Non feciſſent.*] Nota arg. ꝓ monachis, quòd ſemper p̃ſu-

muntur iuſtam litem mouere, cum ipſi ſua dimiſerint propter Deum. ſuprà titu. proxi. nimis iniqua. in princ. vnde non eſt præſumendum ꝙ appetant aliena. arg. 12.q.1. expedit. in fi. & eſt ſimile. 9.q.2. Lugduneñ.

a ¶*Pro vitando ſcandalo dimittenda.*] No. ꝙ pro aliquo ſcandalo 1 vitando non dẽt quis mortale peccatum committere: quia vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. j. de reg. iu. qui ſcandalizauerit. & illud: Sinite illos, quia cæci ſunt. 11.q.3. inter verba. s̃. de his quæ vi metusve cau. c. ſacris. & 32.q.5. ita ne. & 1.q.7. & ſi illa. Aliàs ſi aliqua poſſint fieri vel omitti ſine mortali, detrahendum eſt iuri, vt hic dicit. & ſic poſſunt intelligi illa iura 50. diſt. vt conſtitueret. & omnia consimilia, prout hic ſequitur in litera.

1 Pro intellectu huius gloſſę vide B. Tho. 2. 2.q.43. ar. 7.

† debeas.

† ſint.

† Vide B. Thomã 2. 2.q. 43 per totam quæſtioné, ex quo intelliges plenè hunc locũ.

ui ſcandalo proximorum, ab huiuſmodi etiam tibi prohibitis non ceſſaſti: cum ſacræ ſcripturæ teſtimonio debueras† didiciſſe, quòd licet opera illa, quę ſine mortali peccato omitti non poſſunt, non ſunt† pro vitando ſcandalo† dimittenda [a], nec ea debeant pro ſcandalo vitando committi, quæ ſine mortali peccato committi non poſſunt: ab his tamen, quæ ſine mortali peccato committi poſſunt pariter & dimitti, ſit pro ſcandalo tollendo [b] ceſſandum, & eis etiã pro vitando ſcandalo inſiſtendum: vnde Apoſtolus. Si ſcandalizatur frater non comedã carnes in æternum. Et Dominus in Euangelio contra eos, qui ſcandali præſtant materiam: Væ (inquit) homini illi, per quem ſcandalum venit; & cætera. ¶ Et licet maiorum [c] ſcandalum ſit vitandum, eſt etiam ſcandalum puſillorum, iuxtà teſtimonium veritatis: Qui ſcandalizauerit (inquit) vnum de puſillis iſtis, qui in me credunt; & cætera. Finis ergo his taliter à te imponatur, quòd præteritæ contradictionis rebellio, per virtutem ſequentis obedientiæ valeat expiari.

b ¶*Pro ſcandalo tollendo.*] Propter quod detrahendum eſt quandoque ſeueritati. 50. diſtin. vt conſtitueretur. & ius relaxatur ꝓpter ſcandalum, ſiue multitudinem. s̃. de temp. ordi. ca. 2. vbi de hoc. & propter ſcandalum ẽt matrimonium impeditur. ſup. de ſpon. cum in tua. & s̃. de cog. ſpi. ſuper eo. s̃. de cle. con. cum olim.

1. Cor. 8.

Matth. 18.

Matth. 18.

c ¶*Licet maiorum.*] id eſt, diuitum & potentum, qui ſociam habẽt multitudinem. 23.q.4. non poteſt. Ber.

¶Honorius tertius.

¶ *In optione eſt nuntiantis nouum opus, an intra tres menſes de præiudicio ſuo debeat oſtendere, & interim ceßetur ab opere: an vero recepta cautione de opere demoliendo, ſtatim ędificari permittat. hoc dicit cum ſeq.*

S*Ignificantibus.*] In prima narrat factũ appellationis remedio relatum: In ſecũda dat iudicem: ibi, *Ideoque.* Abb.

CASVS. Quidam ciuis Pariſieñ. N. nomine cœpit ædificare in platea ſanctæ Oportunæ Pariſieñ. in præiudicium ipſius eccleſiæ: canonici ipſius eccleſiæ denuntiauerunt ei nouum opus, deponẽtes de ipſo ſuper hoc coram officiali Pariſieñ. Archidiaconi quæſtionem, & offerentes ſe probaturos incontinenti plateam illam ad ſuã eccleſiam pertinere, & illum in ſuum præiudicium ædificare: Vnde petebant illum prohiberi ne ædificaret, non obſtante quòd dictus N. offerebat cautionem de opere demoliendo, ſi appareret ipſum N. ius ædificandi non habere: officialis interloquendo decreuit, probationes canonicorũ admittendas & ab opere interim quieſcendum: à qua interlocutoria idem N. ad Senoneñ. curiam appellauit: officialis curiæ Senoneñ. interlocutoriam illam caſſauit, decernens prædictum N. procedere in opere conſtruendo, præſtita prius cautione de ipſo demoliendo, ſi ius non habuerit, non admiſſis probationibus clericorum: prædicti canonici ad ſedem Apoſto. appellauerunt: Mandat Papa, quatenus ſi eſt ita, quicquid factum eſt poſt huiuſmodi appellationem, in ſtatum priſtinũ reuocetur, & poſt, &c. Nota. quòd quicquid factum eſt poſt denuntiationem noui operis, debet demoliri non obſtante cautione oblata de opere demoliendo, ſi ius non haberet.

d ¶ *Incontinenti.*] maximè, quia idem eſt ſi vſque ad tres menſes. j. c. proxi. & C. eo. l. vnica. vt plenè dictum eſt in cap. proxi. ſed multo fortius 2 ſi hoc incontinenti probare volebant: quia reſtitutio etiam differtur, ſi incontinenti offerantur probationes. s̃. de reſtit. ſpol. literas. & ff. vt in poſſ. leg. ſi is à quo. in prin. & ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. ſim. ſup. de ordin. cog. cum dilectus.

2 Præſumitũ enim de iure illius q non quęrit diffugia. ſupra de præſum. nullus Io. And.

CAP. III.

SIgnificantibus† canonicis, ſanctæ Oportunæ, innotuit nobis, quòd cum ſuper eo, quòd N. ciuis Pariſieñ. in quadam platea eccleſiæ ſuæ, eis prohibentibus in ſuum ędificabat præiudicium & grauamen, depoſuerunt coram officiali Pariſieñ. archidiaconi quæſtionem: eis offerentibus incontinenti [d] probare pręiudicium, & plateam ad ſuam eccleſiam pertinere: ac petentibus, vt non obſtante quòd dictus N. cautionem de demoliendo opere offerebat, ædificium prohiberi. Et quia idem officialis interloquendo decreuit [e] probationes eorum admittendas eſſe, ac ab opere interim quieſcendum, idem N. ad Senoñ. eccleſiam † prouocauit [f]. Sed cum Senoñ. officialis eadem interlocutoria reuocata decreuerit, ad opus ſub cautione de demoliẽdo ipſo† non admiſſis eorum probationibus procedendũ, prædicti canonici noſtram audientiam appellarunt: & infrà. ¶ Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, reuocato in irritum quicquid poſt appellationem huiuſmodi inueneritis attentatum; & cæterà.

†Vide plenè per doctores in l. 1. ff. de no. ope. nunc. adde Hoſt. citatum in præcedentibus cap.

e ¶*Interloquendo decreuit.*] & bene, qa non obſtante cautione illa oblata, tenebatur expectare vſque ad tres mẽſes aduerſarios volentes ꝓbare de iure ſuo. j. c. proxi. & C. eod. l. vnica. prout dictum eſt in c. proxi. quæ determinatur per hanc decre. & ſequentem.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

f ¶ *Ad Senon. eccleſiam prouocauit.*] Hic omiſſo 3 epiſcopo appellatum eſt ad metropolitanum. & ideo. cõtra. ſup. de appel. dilecti 2. vbi hæc materia plenè expeditur.

3 Appellabatur n. de officiali archidiaconi qui de ſpãli iure cognoſcebat hanc cãm. Io. And.

†Aliàs, curiam, idq; in recẽtioribus, nam vetuſti codices, eccleſiam habent.

†Aliàs, opere.

¶ Gregorius nonus.

¶*Summatum eſt ſupra c. proximo.*

CAP. IIII.

IS, cui opus nouũ te nuntiaſſe† proponis, non obſtante [g]

† denũtiaſſe.

I*S cui.*] CASVS. Quidã denuntiauit nouum opus alicui, qui in ſuum præiudicium ædificare volebat: ille volebat præſtare cautionem de opere deſtruendo, denuntians nolebat cautionem illam recipere, imo volebat probare præiudiciũ ſuum, vel ſaltem vſque ad tres menſes: quęſiuit iſte denuntians an deberet audiri? Reſpõdet ei Papa dicens, ꝙ ille, cui ipſe nouũ opus denuntiauit, tenetur ipſum expectare vſque ad tres menſes volentem probare præiudicium ſui iuris, non obſtante cautione, quę offertur ab ipſo de opere deſtruendo, ſi nõ iure ædificatũ appareat. No. hic & in præcedenti capitulo, quòd non prodeſt offerre cautionem de opere deſtruẽdo, ſi aduerſarius eam recipere noluerit. Item nuntians nouum opus expectari debet ab aduerſario per tres menſes ipſo volente probare præiudicium ſui iuris, non obſtante cautione de opere demoliendo.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit, ponit opi. quam reprobat.*

g ¶*Non obſtante.*] Sed contra videt̃, quia ſi ille cui nouum opus denuntiatur, ſatiſdederit de opere demoliendo, ſi apparuerit eum iniuſtè ædificaſſe, vel per eum nõ ſteterit, quo minus ſatiſdederit, licitè poteſt ædificare. ff. eod. non ſolum. §. ſi cum poſſem. & §. ſciendum. & l. prætor. §. 1. & §. hoc interdictum. & §. deinde. & l. ſtipulatio. aliàs incipit, de noui operis. §. 1. ſed hæc intelligenda ſunt ſecundum ea quæ hic, & in capitu. proxi. dicuntur. & C. de ædific. priua. l. vlti. 4 & ſi ſtatim vult probare præiudicium ſuum, vel vſque ad tres menſes, auditur, non obſtante cautione, quæ ſibi offertur, vt hic dicitur: aliàs recepta cautione ædificat, vel ſtatim, vel poſt tres menſes. & ſic intelliguntur contraria, & ita eſt in optione denũtiantis, an velit ſtatim docere de iure ſuo, vel vſq; ad tres mẽſes, an ſtatim recipere cautionẽ de opere demoliẽdo, & poſtea ꝓcedat in opere. Alij 5 dñt, ꝙ eſt in ptãte illius q ædificat, dare ſtatim cautionẽ, vel expectare, vt incõtinẽti, vel vſq; ad tres mẽſes ꝓbet. Sed cõtrariũ verum eſt, vt hic patet.

4 Aliàs ſubtit. de noui ope. nunc.

5 Vt Io. & Hugolin'.

a ¶*Trium*

cautione, quæ offertur ab ipſo de opere deſtruendo, ſi non iure ædificatum exiſtat, tenetur te per trium [a] mẽſium ſpatium expectare, iuris tui pręiudicium probare volentem.

a ¶ *Trium menſium.*] Hoc ſumptum eſt de illa l. C. de ædi. pri. l. vlt. Ber.

TITVLVS XXXIII.

De priuilegijs, & exceſſibus priuilegiatorum.

DE PRIVILEGIIS, &c.

¶ *Suprà viſum eſt de exceſſibus Prælatorum, ſed quia quandoque delinquunt ſubditi excedendo terminos priuilegiorum ſuorum, & dubitari poſſet de intellectu priuilegiorũ, ideo hic de priuilegijs, & exceſſibus eorum poſuit.*

De hac materia tractatur. 25. q. 2. per totũ. facit quod habetur 3. diſt. priuilegia. 9. q. 3. c. epiſcopo. §. ſola. vſque ad fi. 11. q. 3. c. priuilegium. 12. q. 2. c. qui & diuinis & humanis. & repetitur in Sexto & Clem. Abbas.

¶ Leo Papa. †

† Leo Papa primus epiſtola, 85. in cip. cum in ordinationibus. c. 2. refert Burchardus li. 1. decre. c. 32. & Iuo. par. 5. cap. 143.

¶ *Epiſcopalis dignitas non debet tribui, niſi locis inſignibus, & populoſis.*

CAP. I.

EPiſcopalia gubernacula, non niſi maioribus [b] populis, & frequẽtioribus ciuitatibus præſidere oportet: ne honor, cui debent excellẽtiora committi, ſui numeroſitate vileſcat [c].

EPiſcopalia.] maiores ciuitates dũtaxat priuilegio ẽpatus ſunt honorandæ. Abbas Siculus.

CASVS. Epiſcopi nõ niſi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus præſidere debent, ne honor epiſcopalis ꝓpterea vileſcat. Nota, quòd ne vileſcat dignitas epiſcopi, non in minoribus vilis, ſed in ciuitatibus reſidere debet.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶ *Maioribus.*] 30. diſt. epiſcopi. vbi idem dicit. arg. contra. 93. diſt. legimus. ibi, ſi auctoritas quæritur. colum. 2. poſt medium cap. in Auth. de referendarijs. §. 1. & 2. colla. 2. Sed hoc intellige quantum ad vulgi opinionem: quia vbicunque eſt, nomen epiſcopi habet, vt in c. legimus. & ſic referas ad factum quod hic dicit.

c ¶ *Vileſcat.*] Simile eſt quòd ſponſa non eſt ſtatim tradenda, ne ſponſus habeat eam minus charam. 27. quæſt. 2. inſtitutum. Bernar.

¶ Gregorius † P. ſubdiacono.

† Gregorius primus li. 2. epiſtola. 5. c. 44. regiſtri ĩdict. 11. & c. 2. eo. tit. in 1. compil.

¶ *Non obſtante priuilegio fori, poteſt laicus eccleſiæ malefactor per eccleſiam puniri.*

CAP. II.

SIcut in iudicijs laicorum priuilegia turbare nolumus, ita eis præiudicantibus [d] nobis moderata volumus auctoritate reſiſtere. Violentos itaque laicos coercere [e], non contra legem eſt agere, ſed legi facere † ſubſidium.

† Ferre ſubſidium, in regiſtro.

SIcut.] CASVS. Dicit Gregorius, quòd ſicut ipſe non vult in iudicijs turbare priuilegia laicorum, ita non vult quòd ipſi laici debeant ſibi præiudicium aliquod inferre: qđ ſi fecerint auctoritate Apoſtolica vult eis reſiſtere: & ipſos laicos violentos coercere, non eſt contra legem agere, ſed legi facere ſubſidium. Nota quòd eccleſia non vult ius alterius ſibi arrogare, quia diſtincta debet eſſe iuriſdictio. Item violentos coercere non eſt contra legem agere, ſed legi ſubſidium facere.

¶ *Glo. ſeq. arguit & remittit.*

d ¶ *Præiudicantibus.*] id eſt, præiudicium facere volentibus eccleſiæ: quia etiam ſi peteretur auxilium eorum, non propter hoc præiudicaretur eccleſiæ. ſup. de offic. ordin. c. 1. Et ſic eſt argum. quòd eccleſia non vult ius alterius ſibi arrogare. 1 quia iuriſdictio diſtincta eſſe debet. ſic ſuprà de iudic. nouit. vbi de hoc. & ſup. qui fil. ſint legi. cauſam quæ 2. vbi de hoc.

1 Item ꝙ ius ſuum vult, & dẽt defendere ſup. de ſup. negli. prælа. licet. infra de immu. eccle. quoniã. lib. 6. Io. And.

e ¶ *Coercere.*] Si aliquid de iure eccleſiæ ſibi vſurpare præſumpſerint, ſuprà de immu. eccle. non minus. & cap. aduerſus. ſuprà de foro compe. cum ſit generale. & qui malos coercet, miniſter Domini eſt. 23. quæſtio. 5. qui malos. & miniſterium præbet legi. vt ca. cauſa & quæſtio. capitu. homicidas. & hic. Ad hoc enim facta ſunt iura, vt mali puniantur. vt 4. diſtinctio. factæ ſunt. per leges enim nemo bene facere cogitur, 2 ſed malè agere prohibetur. 23. quæſtione quinta, ad idem B.

2 Fallit in caſu. l. cœlicolatum. C. de Iudę. & l. hac lege. C. de pact. cõuẽ.

CVm.] Ioan. Andr. diuidit totam decretalem in tres partes: nam in prima ponit exordium, & querelam epiſcoporum deciſam, in ſecunda parte prouidet, in tertia prorogat, & pœnam imponit. Secunda: ibi, *Eccleſias.* Tertia: ibi, *Quod autem.* Et ſecunda principalis ſubdiuiditur in quinque, quæ omnia patent ex ſummario, & intellectu. Et iſta diuiſio eſt bona. Abbas Sicu.

¶ Alexander iij. in concilio Lateraꝰ.

¶ *Religioſi etiam exempti eccleſias & decimas non debent à laicis recipere ſine conſenſu diœceſanorum. h. d. vſque ad §. excommunicatos.*

CAP. III.

CVm † & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus, nuſquam † hoc melius exequimur, quàm ſi nutrire ea, quæ recta ſunt, & corrigere quæ profectum virtutis † impediunt, commiſſa nobis auctoritate curemus. Fratrum autem & coepiſcoporum noſtrorum conqueſtione comperimus, quòd fratres

† In concilio Lateꝛã. ſub Alexã. iij. c. 9. & c. 3. eo. tit. in 1. compil.

† nunquam

† veritatis, in cocilio.

CASVS. Fratres Tẽpli & Hoſpitalis excedebant in pluribus cõtra epiſcopalem auctoritatem, qui etiam ſcandalum faciebant, & inducebant periculũ animarum: propter quæ epiſcopi in Lateranen. concilio de ipſis grauiter ſunt conqueſti: Super his primò dicit Papa: cum & plantare ſacram religionẽ, & plantatã fouere modis omnibus debeamus, nuſquam illud melius exequimur, quàm ſi ea nutrire quæ recta ſunt, & corrigere quæ profectũ virtutis impediũt, commiſſa nobis auctoritate curemus: Demũ deſcendit ad articulos, in quibus prædicti fratres excedebant: recipiebant enim eccleſias & decimas de manibus laicorum, ſine conſenſu epiſcoporum: prohibet Papa prædictis fratribus & alijs quibuſcunque religioſis, ne decætero prædicta recipiant ſine conſenſu epiſcoporum, dimiſſis illis, quas contra tenorem iſtum aliquo tempore receperunt. Item excommunicatos, & nominatim interdictos ab epiſcopis recipiebant ad diuina: præcipit concilium tam his, quàm alijs religioſis, prædictos euitandos iuxta ſententias epiſcoporum. Item in eccleſijs ſuis, quæ ad eos pleno iure non pertinent, presbyteros inſtituendos in eis cum vacauerint epiſcopis repræſentent, vt de cura plebis epiſcopis reſpondeant, & ipſis fratribus de rebus temporalibus rationem exhibeant, & inſtitutos, inconſultis epiſcopis non audeant remouere. Item ſi Templarij vel Hoſpitalarij de eccleſiam venerint interdictam, ſemel in anno ad eccleſiaſticum officium admittantur, excluſis excommunicatis & interdictis: nec tunc ibi ſepeliantur corpora defunctorum. Item de confratribus prædictis ſtatuit concilium, vt ſi omnino ſe non reddiderint fratribus ipſis, ſed in proprietatibus ſuis remanſerint, propter hoc ab epiſcoporum ſuorum ſententia & iuriſdictione nullatenus eximantur, ſed poteſtatem ſuam in eos ſicut in alios parochianos ſuos exerceant cum delinquunt. Quod autem dictum eſt de prędictis fratribus, idem præcipit ab alijs omnibus obſeruandum. Si enim contra hoc inſtitutum venerint, eccleſiæ in quibus iſta præſumpſerint, ſubiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur. Nota quòd eccleſiæ, vel decimæ de manu laici ſine conſenſu epiſcoporum recipi non debent. Item conſtitutio extenditur ad præterita. Item excommunicati & interdicti obtentu alicuius priuilegij ad diuina recipi non debent. Itẽ inſtitutio & deſtitutio presbyterorum ad epiſcopum pertinet, niſi eccleſiæ vtroque iure, id eſt, quo ad ſpiritualia & temporalia ad religioſos pertineant. Item Templarij & Hoſpitalarij ſemel in anno in eccleſijs interdictis celebrare poſſunt. Item qui in fraternitate priuilegiatorum recipiuntur, ſi in proprijs: poſſeſſionibus remanſerint, propter hoc à ſubiectione diœceſani epiſcopi non eximuntur. Item quod de Templarijs, & Hoſpitalarijs hic dicitur, ad alios omnes religioſos extenditur. Item per abuſum, ſiue delictum perditur priuilegium. Et ſic nota, quòd priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

a ¶ *Exce-*

a ¶*Excedentes.*] Vnde illa perdere debent. 11. q. 3. priuilegium.74.diſt.vbi.

b ¶*Eccleſias igitur & decimas.*] Sic 16.q.7.decimas. 4. & ſ.de iure pat. quod autem.de conſenſu epiſcoporum poſſunt eccleſias recipere.ſ.de iurepa.cura. 1 decimas quas habent laici in feudum,& non alias poſſunt recipere de conſenſu eporum. ſ.de his quæ fi.à præla. cum Apoſtolica. in fi. decimas tamen de laboribus ſuis non ſoluūt.ſ. de deci.ex parte.

¶*Gl.ſeq.recit.per contrarium.*

c ¶*Aliquo tempore.*] niſi præſcriptione muniti fuerint, vel poſtea cōſenſum epiſcopi habuerint. ſ. de iurepatr. cura.

d ¶*Excommunicatos.*] quos vitare tenentur, non obſtante aliquo priuilegio.j.de ſenten. excom.nulli.& de iure communi quilibet tenetur.11.q. 3. excommunicatos. quod ius p priuilegium non tollitur,vt in decret.prædicta.nulli.

¶*Glo.ſeq.reci.per quæſtionem.*

e ¶*Nominatim interdictos.*] Nominatim aliquis dicitur interdictus, ſiue excommunicatus, quando proprio noīe expreſſo 2 interdicitur, vel alijs circunſtātijs. Inſtituta, de exhæredat. liberorum. §. nominatim 3 B.

¶*Glo.ſeq. exponit, & arg.à contrario. Secundò quærit & ſoluit.*

f ¶*Pleno iure.*] id eſt, vtroque iure quo ad ſpiritualia & temporalia.j. eo. quoniam. ſed à contrario videtur, q ſi vtroq; iure pertineat ad illos, quòd epiſcopus nihil poſsit attentare in illos: quod verum eſt: & ita inſtitutio & deſtitutio quo ad temporalia & ſpiritualia ad ipſos pertinet. 16.q.2. c.1.& j. eo. quoniam. & ſic eccleſiæ iſtæ eodē gaudēt priuilegio, quo & iſti priuilegiati: aliàs vero ſi pleno iure ad eos non pertineant, ſeruabit quod hic dicit. Sed cū pleno iure iſtæ eccleſiæ pertinent ad iſtos religioſos ex priuilegio Papæ: quis deponet presbyteros ? Poteſt dici q illi primò vocabunt epiſcopum diœceſanum,& per eum adiunctis ſibi alijs epiſcopis depoſitio fiat, ſicut faciūt in alijs ſacramentis.& hoc collige ſecundum tenorem priuilegiorum, vt ſi primò debent recipere ſacramenta ab epiſcopo diœceſano, ſecundum quod in priuilegio ponitur, vel etiam à quocunque,& ſecundum hoc vocabunt iſti priuilegiati quoſcunque epiſcopos voluerint: aliàs poſſunt priuari officio & beneficio per abbates iuſta cauſa interueniente; ſed deponere non poſſunt cum ad officium abbatum hoc non pertineat. Ber.

g ¶*Semel in anno.*] De hoc habes.j.eo. vt priuilegia. §.illud.

Templi† & Hoſpitalis, & alij religioſi indulta ſibi ab Apoſtolica ſede priuilegia excedentes [a], contra epiſcopalem auctoritatē multa præſumunt, quæ & ſcandalum faciunt, & graue pariunt periculum animarum: & infrà. ¶ Eccleſias igitur & decimas [b] de manu laicorum, ſine conſenſu epiſcoporum, tam illos, quam etiam quoſcunque alios religioſos recipere prohibemus, dimiſſis quaſcunque contra tenorem iſtum aliquo tempore [c] receperunt.

¶Excommunicati & interdicti omnino non debent admitti ad diuina, etiam per religioſos exemptos. hoc dicit vſque ad §. in eccleſijs. Abbas Siculus.

¶ Excommunicatos [d] † quoque, & nominatim [e] interdictos, tam ab illis, quàm ab alijs omnibꝰ iuxta epiſcoporū ſententiam ſtatuimus euitandos.

¶Religioſi etiam exempti in eccleſiis non pertinentibus ad eos pleno iure, non inſtituunt, nec deſtituunt inconſultis epiſcopis: ſed rationem non exigunt in temporalibus ab inſtitutis. h.d. vſque ad §. quòd ſi.

¶In eccleſijs verò ſuis, quæ ad eos pleno iure [f] non pertinent, inſtituendos presbyteros epiſcopis repræſentent, vt eis de plebis cura reſpōdeant. Ipſis verò pro rebus temporalibus rationem adhibeant competentem. Inſtitutos etiā inconſultis epiſcopis non audeant remouere.

¶Hoſpitalarij & Templarij ſemel in anno celebrant in eccleſia poſita in loco interdicto: ibi tamen non ſepeliuntur corpora mortuorum. h. d. vſque ad §. de confratribus. Abbas.

¶Quòd ſi Templarij, vel Hoſpitalarij ad eccleſiam venerint interdictam, non niſi ſemel in anno [g] ad eccleſiaſticū officium admittantur: nec tūc ibi ſepeliantur corpora defunctorum [h].

¶Confratres exemptorum ſeu ipſorum oblati, qui in totum non ſe trāſtulerunt, iudicari poſſunt ab ordinarijs locorum. hoc dicit, vſque ad ſi. Abb. Sicu.

¶De confratribus† hoc conſtituimus: vt ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint ſed in proprietatibus ſuis omnimodo duxerint remanendum, propter hoc ab epiſcoporum ſuorum ſententia nullatenus [i] eximantur: ſed poteſtatem ſuam in eos ſicut in alios parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis fuerint exceſſibus corrigēdi. ¶ Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, ab alijs quoque religioſis †, qui præſumptione ſua epiſcoporum percipiunt iura, & contra canonicas eorum ſententias, & tenorem priuilegiorum [k] noſtrorum venire præſumunt, præcipimus obſeruari. Si enim contra inſtitutum hoc venerint, & eccleſiæ in quibus iſta præſumpſerint, ſubiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur.

¶Idem Archiepiſcopis [& † Epiſcopis,] ad quos literæ iſtæ peruenerint.

¶Suis priuilegijs priuandus eſt, qui alienis derogat.

CAP. IIII.

Dilecti† filij fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani tranſmiſſa nobis conqueſtione monſtrarunt, quòd vos eis de malefactoribus ſuis iuſtitiam facere non vultis [l], priuilegia ipſorum recipere contemnentes [m]: & infrà. ¶ Pro certo ſciatis, quod nos conceſſa vobis priuilegia decurtabimus [n], cum eccleſiæ Romanę

ADDITIO. Hodie an & quando poſſit celebrari in eccleſia ſua in loco interdicto, vide bonum textum in c. fi.de ſen. excom.in vj.in fi.& quod ibi not.Abbas.

h ¶*Defunctorum.*] Niſi * fuerint fratres eorum: quia tunc poſſunt illi ſepeliri in eccleſia interdicta, dummodo illi fratres nō ſint excommunicati, vel nominatim interdicti: vt j. eod. vt priuilegia.

i ¶*Nullatenus eximantur.*] Sic j.eo. tuarum.& c.pe.& hoc ideo quia per confraternitatem talē non ſunt conuerſi illorum, nec oblati, ſed aliquam remiſſionem conſequuntur. j.eo. vt priuilegia. vnde dixit. omnino non reddiderint.& ita remanent de iuriſdictione epiſcoporum: aliàs p tribus vel quatuor denarijs poſſet quis eximi à iuriſdictione ſui epiſcopi, quod eſſet iniquum. j.eo. vt priuilegia. §. hoc autem.

k ¶*Tenorem priuilegiorum.*] Sic j.eod.porro.in fi. & ideo non debent habere fructum illorum, ex quo ea non ſeruant. j.eo.tuarum.& c.petiſtis.& c. 11. q. 3. priuilegium. & ita per abuſum, ſiue per delictum perditur priuilegium quare ſubiacebunt propter hoc interdicto epiſcoporum: vt in fine ſequitur. ſim.ſup.de hære. ad abolendam.in ſi. vbi de hoc.

Dilecti.] In prima ponit querelam: In ſecunda. ibi, *Pro certo.* prouidet. Abbas.

CASVS. Fratres Hoſpitalis Hieroſolymitani conqueſti fuerunt domino Papæ, quòd archiepiſcopi & epiſcopi eis de ſuis malefactoribus iuſtitiam facere nolunt priuilegia ipſorū non recipientes: vnde Papa ſcribit Prælatis prædictis, quòd ipſi p certo ſciant, quòd ipſe priuilegia ipſorum Prælatorū decurtabit, cum ipſi obuiare non timeant ſcriptis authēticis Romanę eccleſię. Not.argu.contra iudices, qui iuſtitiam querentib. non exhibent, & partium probationes non attendunt. Itē not. quòd ei iuſtitia non eſt ſeruāda, qui alijs iuſtitiam denegat exhibere.

l ¶*Non vultis.*] Vnde poſſunt conueniri, quia iuſtitiam facere nolunt.23.q.2.Dominus.& in Auth. vt diffe. iu. §.pe. & vlt.coll.8.& 23.q.5. adminiſtratores. & ſic iudex. facit litē ſuam propter dolum ſuum, & etiam propter alias culpas, vt ff.de iudi.filiusfamilias.

m ¶*Contemnentes.*] arg.contra iudices, qui probationes diligenter non attendunt.arg.30.q.5.iudicantem.

n ¶*Decurtabimus.*] Non enim ſunt ei ſua iura ſeruanda, qui ius alienum violare non metuit.73.diſt.vbi.& 25.q.2. ſic decet.&

1 Et de dona. paſtoralis. Io. An.

†De Templarijs & Hoſpitalarijs vide Caſſaneū in catalogo gloriæ mūdi par. 4.conſideratiōe. 64. & 65. & par.9. conſideratione. 4.

† Vide Calixtum Papam 1. epiſtola. 2. ad epos Galliæ referūt Burchard' li.11.decr. cap. 38.& Iuo par.14. c.102.

2 Vt no. ſupra de cle. excom. mini. propoſuit.Io.An.

3 Ad idem de ſen. excom cōſtitutione. in lib. 6. vide qđ dixi ſupra de pb. in Laterā. in prin.Io. And.

†Preter Panormitanū & alios hic vide Marianum Sozinū & alios in c. 2.ſupra de foro cōpe. & gloſſam & Geminianum in c.quiſquis. 7.q.4.

†Vide concil. Tridē. ſeſſio.6,de refor. c. 3. & ſeſſio. 25. titu. de regularib. ca. 14. vbi habes, qđ epi corrigāt religioſos, & puniant.

† Hæ duæ voces, & epis, deſunt in aliq ot & vetuſtis & recentiorib. codicibus.

†Ca.4. eo. tit. in 1.cōpil. & poſt concil.Lateran. par. 44.c.6.

cet. & de mu.pe. c.1.& 2. & arg.95.diſt. eſto ſubiectus.& q̃d quiſque iuris in alterum ſtatuit vti debet eo.ſ̃. de conſt. cum omnes.& eccleſiaſticus ordo confunditur, ſi cuilibet ius ſuũ non ſeruatur.11.q.1. peruenit. Inſpiciantur ergo priuilegia iſtorum,& ſecundum quod ibi continetur, ita obſeruetur.j̃. eo.porro. & ita tanquã contemptores & negligentes punientur. Ber.

AD hæc.] Etiam priuilegiati, qui ſepeliunt mortuos excommunicatos,eos extumulare tenẽtur. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Hoſpitalarij defunctos in excõicatione ſepeliebãt in cœmiterijs eccleſiarũ: mãdat Papa Cantuarieñ. archiepiſcopo, quatenus præcipiat ipſis Hoſpitalarijs, vt corpora illorum defunctorum in excommunicatione, extra cœmiteria eijciant, quòd ſi non fecerint, archiepiſcopus illud exequi non omittat. Not.ꝙ corpora defunctorum in excommunicatione,non ſunt in cœmiterijs ſepelienda.

†Ca. 6. eo. tit. in 1.cõpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan.iij. par.31.c.5.

¶Glo.ſeq. reci.per quæſtionem.

a ¶Sepelierint.] ita cõmunicando eis in morte, inciderunt in excõmunicationẽ, quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo: 23.q.2.c.1. 2.& 3.& ſup. de ſepul.ſacris.

¶Glo.ſeq. excipit duos caſus.

b ¶Eijciant.] ſi potuerint diſcerni oſſa eorũ ab oſſibus fideliũ: aliàs non.ſ̃. de ſepult. ſacris. & niſi forte tales fuerint,qui petierunt abſolui, & per eos non ſteterit, quo minus fuerint abſoluti.& qui a poſt mortem ſunt abſoluendi.j̃. de ſen.excom.à nobis 2. & factum ſuum iſti emẽdare tenent̃. ſim.55. diſt. pœnitentes. alioquin archiepiſcopus hoc faciet in eorum opprobrium. Ala.

†Ca.9. eo. tit. in 1.cõpil. & poſt concil. Lateran. ſub Alexan.iij. par.38.c.4. Vide gloſſam in ca. vlt.17.q.4.

ſcriptis authenticis obuiare minimè timeatis.

¶ Idem Cantuarieñ. Archiepiſcopo.

¶ Etiam priuilegiati non poſſunt admittere excommunicatos ad ſepulturam: & ſi admiſerint, debent inde eos eijcere: & ſi non fecerint, epiſcopus ſupplebit.

CAP. V.

AD†hæc:& infrà. ¶ Mandamus, quatenus Hoſpitalarijs præcipias,vt ſi quos in excommunicatione defunctos in cœmiterijs eccleſiarũ ſepelierint [a], eos extra cœmiteria eijciant [b]: quod ſi facere noluerint,tu hoc de his, quos in excommunicatione defunctos eſſe cõſtiterit, exequaris.

¶ Idem Abbati, & monachis ſancti Andreæ Ciſtercieñ. ordinis.

¶ Contra priuilegium eccleſiæ præſcribitur ſpatio triginta annorum: hodie verò quadraginta, vt infra, eo. accedentibus.

CAP. VI.

SI† de terra, quam habetis in parochia canonicorũ de Plautio, per triginta annos [c] eis decimas perſoluiſtis, eas ſibi decætero integrè perſoluatis. Licet enim priuilegiorum Romanæ eccleſiæ beneficio fratribus Ciſtercieñ. ordinis † indultũ fuerit, quòd de laboribus ſuis nullas decimas perſoluere debeant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore [d] vobis detrahere voluiſtis: cum liberum ſit vnicuique ſuo iuri renuntiare [e]: eoque modo non poteſtis vos in hac parte tueri.

¶ Idem Ambiañ. † Epiſcopo.

¶ De priuilegijs non eſt iudicãdum, niſi eorum tenore inſpecto, & ſecundum continentiam eorum ab omnibus ſubditis ſunt ſeruanda.

CAP. VII.

POrro†quamuis [f] Templarij,& Hoſpitalarij multa ſint libertatis prærogatiua donati†,non dubitamus, quin aliam libertatem [g] habeant in locis,in quibus antequam perueniſſent ad eos, fuerant habitatores: quod totum ex inſpectione [h] priuilegiorum ſuorũ† plenius aduertere potes: & ſecundum quod inueneris, ita obſerues. Sic enim eos volumus priuilegiorum ſuorũ ſeruare† tenorem [i], quòd eorum metas tranſgredi minimè videantur.

¶ Idem I. Apoſtolicæ ſedis legato.

¶ Per ſolutionem cenſus, quæ fit Romanæ eccleſiæ, non probatur exemptio à iuriſdictione epiſcoporum.

SI de terra.] CASVS. Monachi ſancti Andreæ ordinis Ciſtercieñ. habent priuilegium de non dandis decimis de laboribus ſuis: monachi iſti habent terras in parochia canonicorum de Plauto, de quibus decimas perſoluerunt per xxx. annos dictis canonicis, nunc citati nolunt ſoluere decimas dictis canonicis: vnde mandat Papa monachis illis, quatenus ſi de terra illa, quam habent in parochia illorum canonicorum,per xxx.annos decimas perſoluerunt eiſdem eas decætero integrè ſibi ſoluant: quia licet eis ſit conceſſum vt de laboribus ſuis decimas non perſoluant, de priuilegio tamen indulto tanto tempore detrahere voluerunt: vnde non poſſunt per priuilegium ſe in hac parte tueri,cum liberũ ſit vnicuique iuri ſuo renuntiare. Not.quòd qui non vtitur priuilegio ſibi conceſſo legitimo tempore, amittit illud. Item triginta annorum ſpatium beneficia priuilegij excludit. Item liberum eſt cuilibet iuri ſuo renuntiare.

¶ *Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & remittit.*

c ¶ *Triginta annos.*] ar.contra.ſ̃.de præſcr.de quarta.16.q.3. cap.placuit.§.quas actiones.& eſt expreſſum.j̃. eodem, accedentibus. vbi tantum xl. annorum ſpatio perditur priuilegium,vbi de hoc.

¶ *Glo.ſeq.fortificat textum.*

d ¶ *Tanto tempore.*] ſic patet,quòd priuilegium perdit̃, niſi quis vtatur eo.j̃.eo.accedentibus. ſic etiam leges per deſuetudinem abrogantur.ff.de legi.de quibus.multo fortius priuilegium. 1 quia res de facili ad ſuam naturam reuertitur. ff.de pact.ſi vnus.§.quòd ſi non totum. ſed propter hæc quantum ad alios non perditur.

1 Quod facilius perditur. quã ius cõe. C. ad Velle. antiqua. ſecundũ Philip. Io.An.

¶ *Glo.ſeq.alle.5.concor.ſignat contrarium, & remittit.*

e ¶ *Renuntiare.*] ſic j̃.eo.accedentibus.& ſ̃.de reg.ad Apoſtolicam. & ca. ſtatuimus. & 7.q.1. quam periculoſum & remittẽtibus actiones ſuas, non eſt vlterius regreſſ' ad eas. ff.de ædil.edic. l.quæritur.§.ſi venditor.ar.cõtra.ſup.de fo.compe. ſi diligenti. vbi plenè de hoc tractatur.

†Dictio, ordinis, deeſt in antiquis omnibus codicibus.

POrrò.] Priuilegiorũ tenor inſpiciendus eſt,& ſeruandus. hoc dicit. Et poteſt exemplari tex.per c.nuper.ſ̃. de decimis. Abbas.

† Albien. †Abian.

CASVS. Templarij & Hoſpitalarij multa prærogatiua libertatis ſunt muniti: veruntamen aliam libertatem habere videntur in locis illis in quibus fuerant habitatores antequam ad eos perueniſſent, quam in alijs ſuis poſſeſſionibus: & ſi habuerunt eandem vel aliam, hoc ex inſpectione priuilegiorum ſuorum valet cognoſci: & ſecundum quod inuenitur in priuilegijs, ita eſt obſeruãdum. In fine dicit Papa ſic: volumus eos tenorem ſuorum priuilegiorum ſeruare, & fines eorũ non tranſgrediantur. No.ꝙ priuilegia ſeruãda ſunt ſecundum ꝙ continet̃ in eis: Et ſic eſt ar.ꝙ priuilegia ſtricti iuris ſũt. Item ar. ꝙ nulli priuilegiato credendũ eſt, niſi priuilegium ſuum inſpiciendum concedat. Item à forma verborum non eſt recedendum. Item fines priuilegij nemo excedere debet, & ſic eſt arg. ꝙ fines mandati diligenter ſunt obſeruandi.

†C. 10. eo. tit. in 1.cõpilat.

†dotati.

† Dictio ſuorũ, deeſt in recẽtiorib. impreſſis, ſed eam habẽt veteres codices.

†conſeruare.

f ¶ *Quamuis.*] id eſt, quia in antiqua erat, quoniam, & melius. ſimile quamuis ſ̃.de iureiu.quemadmodum. ibi, quamuis interdum, &c. vel quamuis, id eſt, cum, ſed propriè non videtur ſtare poſſe.

g ¶ *Libertatem.*] ſupple, quam in alijs, imo habent eandem in his quam in alijs poſſeſſionibus: hoc tamen deprehenditur ex eorum priuilegio: vt infra dicit.& ita res ad eos deuoluta cenſetur eodem priuilegio cum alijs.ff.de vſuris,cũ quidam.§.ſi debitores. 2 & ff.de iure fiſci.fiſcus.

¶ *Glo.ſeq.elicit quatuor notanda.*

h ¶ *Ex inſpectione.*] & ita inſpicienda ſunt priuilegia, ad hoc vt ſciatur quid contineatur in eis.j̃.eo.recepimus.& ſ̃.de fide inſtrum.accepimus.& in Auth.de mand.principum.§. ſi quis autem. colla.3. Et eſt arg. ꝙ iudex debet facere copiam reſcripti partibus ad inſpiciendum, nec ſufficit ſola recitatio reſcripti: quia falſitas poſſit ibi eſſe, quæ ex ſola lectione deprehendi non poſſet. Et ex eo quod dicit, ita obſerues: nota non eſſe recedendum à forma verborum. ſ̃. de decim. ad audientiam. & ſuprà de translatio. inter corporalia. & ff. de legatis tertio.non aliter. 3 Item argum. fines mandati diligenter ſeruandos.ſup.de reſcrip.cum dilecta. Item argum. nulli eſſe credendum, qui dicit ſe habere priuilegium. niſi illud oſtendat.ſup.de offic.delega.cum in iure.argum.& ad hoc 42. diſtinc.quieſcamus.& 100.diſtinc.contra morem. & j̃. eo.cum capella.Ber.

2 Debitor priuati,qui minores q̃ ſemiſſes p̃ſtabat vſuras, factus debitor fiſci, ſoluit ſemiſſes. Io.And.

3 Vide de ver ſig.propterea. in glo.2. Ioã. And.

i ¶ *Tenorem.*] ſic.ſup.eod.cum & plantare.in fi.& inf.eo.petiſtis. & ita priuilegium in ſua forma tantum ſeruari debet,

& non

& non vltra extendi: aliàs priuilegium non defendetur in alijs. Bernar.

RECEPIMUS.] Solutio cenſus non probat quem exemptum, niſi ex alio deprehendatur, vt quia ſoluitur ad indicium perceptæ libertatis. hoc dicit: Primò ponitur conſultatio: Secundò reſpõſio: ibi, *Cæterum*. Abb. Sicu.

CASUS. Quidam legatus Apoſtolicæ ſedis inuenit plures eccleſias in ſua legatione cẽſuales: dubitauit vtrũ hoc ipſo eſſent exemptæ à iuriſdictione epiſcoporum: quæſiuit à Papa quid iuris ſit ſup hoc: & ipſe reſpondet commendans in hoc diligẽtiam ſuam, dicens, ꝙ ſicut non omnes illi, q ſpecialiter exiſtunt de iure beati Petri Apoſtolicæ ſedi annuatim cenſum exoluunt: ita non omnes cenſuales ſubtrahuntur à iuriſdictione epiſcoporũ: veruntamen inſpicienda ſunt priuilegia eccleſiarum, & ſi fuerit deprehenſum in eis, ꝙ eccleſia quæ ſoluit cenſum, ſpecialiter beati Petri iuris extitit, & ad indicium perceptæ libertatis annuatim cẽſus ſoluatur, eccleſia illa libera eſt & exempta. Si verò ad indicium pceptæ protectionis cenſus pſoluitur, propterea à iuriſdictione epiſcopi nõ eſt ſubtracta. No. quòd per hanc decretalẽ dẽt & poteſt cognoſci ex inſpectione priuilegiorũ, an ſit eccleſia exempta, vel non: quia ſi dicatur in priuilegijs, ꝙ datur cenſus in ſignum libertatis, tunc eſt exẽpta eccleſia: Si autẽ datur in ſignũ protectionis, non eſt exempta. Item priuilegia inſpiciẽda ſunt cum de eorum tenore dubitatur. Item exemptio in proteſtatione parum, vel nihil commoditatis affert.

†Ca.1. eo. tit. in 2. cõpilat. Vide citatos ſuper vltima gloſſa.

†Aliàs, iudicium, in aliquot antiquis.

†Aliàs, iudicium, in eiſdem antiquis.

†De materia Bald. in l. non tantum. §. non oia. ff. de excuſ. tut. Anch. cõſ. 109. incip. prima facie. Ange. conſi. 72. inci qñ dictum priui legiũ. Dec. conſ. 48. & Gemi. in c. ne aliquis. de priuile. lib. 6.

1 Vide Angelum in l. 1. C. de excu. mun. li. 10. & Bar. in j. conſtitutione di geſtorum.

CAP. VIII.

RECEPIMUS† literas, quas de eccleſijs cẽſualibus direxiſti. Cæterum diligentiã tuam volumus non latere, ꝙ ſicut non omnes, qui ſpecialiter beati Petri iuris exiſtunt, annuatim Apoſtolicæ ſedi cẽſum exoluunt, ita nõ omnes [a] cenſuales ab epiſcoporũ ſubiectione habentur immunes. ¶ Inſpicienda [b] ſunt ergo eccleſiarum priuilegia, & ipſorum tenor eſt diligentius attẽdendus, vt ſi fuerit deprehenſum, quòd eccleſia, quæ cenſum ſoluit, ſpecialiter beati Petri iuris exiſtat, & ad indicium† perceptæ libertatis [c] cẽſus annuus conferatur, nõ immeritò poterit ſpeciali prærogatiua gaudere. Si verò ad indicium † perceptæ protectionis [d] cenſus perſoluitur, non ex hoc iuri diœceſani epiſcopi aliquid videtur eſſe ſubtractum.

¶ Idem.

¶ *Priuilegium vni conceſſum, non poteſt ad alium extendi, propter idẽtitatem rationis. hoc dicit, & ſolet quotidie allegari.*

CAP. IX.

SANE†: & infrà. ¶ Temerarium [e] eſt, & indignum, aliquem ſibi ſua auctoritate præſumere, quod Romana eccleſia alicui, certa ratione [f] inſpecta ſingularibus [g] voluit beneficijs indulgere.

a ¶ *Omnes.*] ſicut Templarij, & Hoſpitalarij, & Ciſtercienſ. qui cenſum non ſoluunt Romanæ eccleſiæ, ſicut credo.

b ¶ *Inſpicienda.*] De hoc dictum eſt ſ. c. proxi.

c ¶ *Perceptæ libertatis.*] Vbicunque inueneris hęc verba, in priuilegijs, ſtatim intelligas illos eſſe in toto exemptos à iuriſdictione epiſcoporum, vt hic patet.

¶ *Gloſ. ſeq. dat ſimile, quærit, & ſoluit.*

d ¶ *Ad indicium perceptæ protectionis.*] Licet Papa recipiat aliquos ſub ſua protectione, 1 non ſunt propterea ſubtracti à iuriſdictione epiſcoporum. j. eo. ex parte 2. & ſic per cõfirmationem in forma communi, non præiudicatur epo loci. ſ. de confir. vti. c. vlt. & quaſi per totum. ar. ſ. de maiorita. & obedien. per tuas. Ar. contra. ſup. de cleri. peregri. c. vlti. Quid ergo valet talis protectio? certe parum, ſicut parum valet confirmatio in forma communi, tamen aliqua reuerentia plus debetur illis, quàm alijs. arg. decre. prædi. per tuas. & forte citius Papa mouetur pro eis, cum iniuſtè grauatur, ad literas concedendas.

SANE.] Priuilegium non extenditur ad perſonas in eo nõ expreſſas. hoc dicit.

CASUS. Nullus debet auctoritate ſua ſibi præſumere, qđ alij certa ratione inſpecta, à Romana eccleſia ſingulari priuilegio eſt conceſſum. No. quòd nullus debet propria auctoritate aliquid ſibi præſumere. Item priuilegium nõ debet concedi niſi certa ratione inſpecta. Item ſpeciale non debet trahi ad generale.

¶ *Gloſ. ſeq. alleg. 7. concor. ſignat contrarium, & ſoluit.*

¶ Celeſtinus iij. Abulen. Epiſcopo.

¶ *In oratorijs priuatis campanæ publicæ teneri non poſſunt, etiam per religioſos. h. d. & tene menti hunc textum, quia quotidie allegatur, & eſt in vſu.*

CAP. X.

PATENTIBUS † literis certificari deſideras, vtrum Tẽplarijs, Hoſpitalarijs, & alijs oratoria in domibus ſuis habentibus liceat campanas in eis ponere, publicèque pulſare: Reſpondemus autem conſultationi tuæ, quòd nõ licet [h] eis hoc agere: quin † potius [i] per te, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, coercendi ſunt, vt ita ſint ſuo iure contenti, quòd iuſtitiam non impediant [k] aliorum.

¶ Innocentius tertius Archiepiſcopo Lugdunenſ.

¶ *In tota prouincia exhortationis officio priuantur Hoſpitalarij, qui mittunt pro eleemoſynis cruce falſo ſignato, & ſi miſſi ſunt laici, excommunicantur, ſi ſunt clerici ab officio & beneficio ſuſpenduntur: & eadem ſuſpenſione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta eccleſia celebrant: & ſuſpenſi per epiſcopos exemptos abſolui non poſſunt, & fratres priuilegiatorum, qui ad eos ſe omnino non transferunt, priuilegiati non ſunt.*

CAP. XI.

TVARUM † nos tenor edocuit literarum, quòd fratres hoſpitalis ſancti Ioannis, laicos & illiteratos mittunt

e ¶ *Temerarium.*] Hoc ideo dicit, quia quæ p priuilegium conceduntur, non debent trahi ab alijs auctoritate propria in exemplũ, vt hic & 16. q. 1. hinc etiam. quia priuilegia cõmunem legem nõ faciunt 16. q. 2. non exemplo. ſ. de conceſ. præb. conſtitutus. in fin. ff. de conſti. prin. l. 1. C. de legi. l. leges. in fi. & 7. q. 1. petiſti. arg. 100. diſt. contra morem. Argu. contra, quia quod vni perſonæ conceditur, cæteris denegari nõ debet. 5. diſt. ad eius vero. & 4. diſtinc. denique. non ſunt cõtra, quia loquũtur de cõi iure: quod enim de iure cõi conceditur, omnibus conceſſum intelligitur. ſecus de iure ſpeciali, in quo caſu loquunt primæ concordantiæ.

f ¶ *Certa ratione.*] No. ꝙ priuilegium nõ eſt dandum niſi certa ratione inſpecta. 2 vt 7. q. 1. petiſti. & non ſubito, ſed cum magna deliberatione. 23. diſt. communis filius. & 16. q. 1. in parochiæ.

g ¶ *Singularibus beneficijs.*] i. priuilegijs, quę ſingularia ſunt, & priuata à lege cõmuni. 3. diſt. priuilegia. Ber.

PATENTIBUS.] Duæ ſunt partes, cõſultatio & reſponſio: Secunda: ibi, *Reſpondemus*. Abb.

CASUS. Hoſpitalarij, & Tẽplarij, & alij cũ hñt oratoria in domibus ſuis, qſiuit eps Abulen. vtrũ liceat prædictis ponere ibi campanas, & publicè pulſare? & reſpondet Papa, ꝙ non licet eis hoc agere, imo compellendi ſunt, vt ita iure ſuo ſint contenti, ꝙ iuſtitiam non impediant aliorum. No. ꝙ in oratorijs Templariorum & aliorum, non licet habere campanam. Item arg. ꝙ exempti ſi excedant metas priuilegiorum ſuorum, ſiue publice delinquãt, ꝙ poſſunt ab epis coerceri. Item priuilegium ſic eſt intelligendum & ſeruandum, vt non lædat vel impediat iuſtitiam aliorum.

h ¶ *Non licet.*] nec etiam Miſſas ibi celebrare. de conſecra. diſt. 1. vnicunque. & c. clericos. & c. ſi quis.

¶ *Gloſ. ſeq. arg. & remittit.*

i ¶ *Potius per te.*] ar. ꝙ excẽpti ſi excedant metas priuilegiorũ, ſiue publicè deliquerint, ꝙ poſſint ab epis coerceri. 3 ar. j. eo. c. proxi. vbi de hoc. arg. opt. ſ. de ſtatu regu. c. recolentes.

k ¶ *Non impediant.*] arg. ꝙ Papa ſic indulget priuilegium, vt non lædat, ſiue impediat iuſtitiam aliorum. ff. ne quid in loc. publi. l. 2. §. ſi quis à principe. & ſ. de vſu pal. ex tuarum. 9. q. 3. ſi quis vero non obediat. 22. q. 2. primum. & ff. de condi. indebi. nam hoc. & ſ. de conſuetu. cum olim. & ſ. de eccl. ædi. ad audientiam 2.

TVARUM nos.] In prima ponitur querela & conſultatio: in ſecunda reſponſio: ibi, *Verum*, & in prima ponunt quatuor exceſſus iſtorum Hoſpitalariorum. Abb.

†Ca. 2. eo. tit. in 2. cõpil. de materia & intellectu vide Albe. in Dictionario, verbo campanis ver. audiui quòd magna.

†Aliàs ita: quinimo potius per te, &c.

2 Facit ad hoc quod not. Bar. in l. 1. C. de colli. li. 10.

†Ca. 1. eo. tit. in 3. cõpila. Et de fratrib. Hoſpitalis ſancti Ioannis vide citatos in c. cũ & plantare. ſup. eo. tit.

3 Dicit Inno. & Abbas ꝙ hoc ideo, quia licet perſonæ ſint exẽptæ, ipſorũ oratoria vel eccleſiæ non. vide ſup. eo. recepim[9]. ſuper 1. gl. Io. And.

CASUS.

C a s v s. Fratres hoſpitalis ſancti Ioannis cum pro eleemoſynis colligendis mittere debeant clericos, & fratres de ordine ſuo cruce ſignatos, ipſi mittunt laicos & illiteratos, qui in ſuperbiam elati in multis excedere præſumunt: In quadam eccleſia baptiſmali ſibi ab archiepiſcopo Lugdunẽ. conceſſa, quidam eorum percuſſit vicarium ſacerdotem, ipſam eccleſiã ſanguinis effuſione fœdando, propter quod archiepiſcopus prohibuit ibi celebrari diuina, donec fuerit reconciliata: ipſi nihilominus ibi diuina officia celebrauerunt: Item quoſdam presbyteros ab epiſcopis ſuis ab officio ſuſpenſos, ijdem quamuis laici ſint, reſtituunt ad diuina officia exequenda: Item quoſdam laicos, qui cũ vxoribus ſuis in domibus proprijs commorãtur, pro eo ꝙ ſibi ſoluũt aliquid annuatim, ita eximere cõtendũt, vt alijs ſecundum legẽ terræ de ſibi obiectis reſpondere non teneãtur: Conſultus Papa reſpondet, cum priuilegium mereatur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, mandat archiepõ Lugdũ. quatenus ſi aliquos clericos aut laicos inuenerit miſſos à prædictis fratribus pro eleemoſynis colligendis falſo cruce ſignatos, interdicat illis, qui eos miſerunt, officium prædicationis in tota prouincia ſua: & miſſos, ſi laici fuerint, excommunicationis mucrone percellat. Si clerici, ab officio & beneficio ſuſpẽdat, non obſtante aliquo priuilegio, vel appellatione. Illos verò, qui poſt interdictũ ſuũ in eccleſia prædicta celebrauerunt diuina, eadem pœna ſuſpenſionis inuoluat, & in eadẽ diuina officia celebrari non permittat, donec fuerit reconciliata: persbyteros ab epis ſuis ſuſpenſos, & per fratres illos ad officia, ſua temere reſtitutos, in eandem ſententiam reducat. Alios vero? quos propter præmiſſam cauſam ad rñdendum alijs ſecundum legem terræ aſſerũt non teneri, cõpellat alijs rñdere, non obſtante appellatione. No. ꝙ priuilegium meretur amittere, qui abutitur ipſo. Itẽ illi, q mittuntur ad colligẽdas eleemoſynas à fratribus hoſpitalis ſancti Ioannis, debent eſſe de ipſis fratribus cruce ſignati verè & nõ falſo: alioquin repelluntur cum pœna hic ſtatuta. Item argu. ꝙ licet aliquis portet habitum regularem, non obligatur, dummodo conſtet ꝙ animo obligandi hoc nõ facit: Et ſic eſt hic arg. ꝙ habitus nõ facit monachũ. Itẽ priuilegiũ nõ excuſat in delictis. Itẽ appellatio non tuetˢ aliquem in delicto. Item ar. quòd ordinarius poſsit punire exemptos, cum publicè delinquũt. Itẽ in eccleſia ſanguinis effuſione polluta celebrari non debet, donec reconcilietur. Item abſolutio, vel reſtitutio facta ab illo, qui non habet ius abſoluendi, vel reſtituendi, non valet. Item priuilegio conuerſorum gaudere non debet, qui non ſunt conuerſi.

† Aliàs ita: ipſi ibi in ea, &c.

† Dictio, diuina, deeſt ī antiquioribus exẽplaribus.

pro eleemoſynis colligendis: & infrà. ¶ Cum in quadam eccleſia baptiſmali eis à ꝑdeceſſore tuo collata [a], quidam eorum percutiens vicarium ſacerdotem, ipſam eccleſiam ſanguinis effuſione fœdaſſet, vſque ad reconciliationem [b] diuina ibidem interdixiſti officia celebrari: ſed nihilominus ipſi † in ea diuina officia celebrarunt. Alios verò presbyteros ab officio ſuſpenſos per epiſcopos ſuos ijdem cũ ſint loci, ad diuina † officia reſtituunt exequenda. Quoſdam præterea. qui cum vxoribus ſuis in domibus proprijs commorantur, eo quòd eis de ſuis aliquid conferunt annuatim, ita emancipare [c] contendunt, vt aliquibus ſecundum legem terræ de ſibi obiectis reſpondere minimè teneantur. ¶ Verum, quia priuilegium meretur amittere [d], qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate: fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi quos clericos, aut laicos à dictis fratribus pro colligendis eleemoſynis cruce falſò ſignatos [e] inueneris, his, à quibus ipſos miſſos eſſe conſtiterit, per totam prouinciam tuam † exhortationis [f] officiũ interdicas: miſſos, ſi laici fuerint, excommunicationis mucrone percellas: ſi clerici, ab officio beneficioque [g] ſuſpendas: nullo prorſus priuilegij [h] beneficio, vel appellationis remedio præualente. ¶ Eos

a ¶ *Collata.*] non pleno iure, vt infra patet.

¶ *Glo. ſeq. exponit, obijcit, & ſoluit.*

b ¶ *Ad reconciliationem.*] per aquã benedictam cum vino & cinere, & per ſimplicem ſacerdotem. ſup. de conſe. eccle. vel alta. propoſuiſti. &c, aqua. Sed nonne ex priuilegio ſaltem ſemel in anno poſſent ibi celebrare ante recõciliationem: vt ſup. eod. cum & plantare. §. quod ſi. & j̃. eod. vt priuilegia? Dicas quòd priuilegium non extenditur ad hunc caſum quamdiu fuerit ſic execrata: vt inf. eod. cap. ibi, donec reconciliata fuerit, &c. & quia hoc eſt interdictum iuris, & non hominis, qui celebrat in tali eccleſia, non eſt ſuſpenſus, nec irregularis. 1 hic tamen eccleſia fuit interdicta à iure, & ab homine, & ſic diuerſa eſt hæc pena, arg. s̃. de cler. excom. mi. ſi celebrat. & c. poſtulaſtis. §. quæſiuiſti. B.

1 De hoc articulo vide c. is qui. de ſen. excom. lib. 6. vbi hoc diffinitur.

c ¶ *Emancipare.*] id eſt, liberare de poteſtate epiſcoporum. 2

2 Rectè dicit gl. quia emãcipare proprie eſt à patris poteſtate liberare.

d ¶ *Amittere.*] 11. q. 3. priuilegium.

¶ *Gl. ſeq. no. ſign. contrarium, & ſoluit. Iterum ſoluit obiect. de tribus iuribus. vlt. dicit hic ſoluit quæſtionem.*

e ¶ *Signatos.*] per hoc patet, quòd licet portet aliquis habitum regularem, non obligatur, dummodo conſtet, ꝙ nõ animo obligandi hoc faciat, vt iſti faciebant: quia in tali caſu habitus non facit monachum, s̃. de reg. porrectum. arg. contra. s̃. eo. titu. ſtatuimus. Sed illud verum eſt, cũ conſtat quòd animo vouendi habitum recepit ꝓfeſſorũ. Nec obſtat 27. diſt. quod interrogaſti. & ſup. de regula. vidua. 20. q. 1. quẽ progenitores. quia illa intelligebantur olim quando ab initio factũ erat ambiguum. Et per hoc videtur ſolui quæſtio de eo qui ſimulando ſe monacham, corrupit monialem, quia non eſt cõpellendus 3 ad monachatum, aliàs tamen puniendus eſt exilio, etiam ſi iocosè ſchemate monachæ vſus eſt, in Auth. de ſancti. epiſc. §. vlt. colla. 9. Lau.

† Suam legiť in vulgatis libris ex antiqs tuam repoſitum eſt.

3 De hoc articulo ꝑter Panormitanũ & alios hic, vide Archidiaconũ in c. quod interrogaſti 27. diſt. vbi plenè. adde Sp. ti. d̃ ſtat. mona. hæc gloſſa corruptè legitur in vulgatis, reſtituta eſt ex manuſcriptis codicibus.

f ¶ *Exhortationis.*] id eſt, prædicationis.

g ¶ *Ab officio beneficioque.*] Puniunť enim iſti tamquam falſarij. s̃. de crim. fal. cap. 2. laici enim excommunicantur. eo. tit. ad falſariorum.

¶ *Glo. ſeq. alleg. quòd ordinarij puniant exemptos delinquentes. Secundò alleg. contrarium. Tertiò ponit opi. Vinc. & Tanc. cui ſignat contrarium, & ſoluit. Quartò ponit aliam opi. Quintò opi. Io. diſt. vlti. ſoluit per ius nouum.*

h ¶ *Priuilegij beneficio.*] ſic ergo videtur ꝙ ordinarius poſſit punire exemptos, cum publicè delinquunt: quia hic priuantur officio & beneficio nuntij iſtorum, & ipſis interdicitur officium exhortationis ab ordinario. & s̃. de hære. ad abolendam. in fi. Sed ibi dicitur tamquam à ſede Apoſtolica delegatus. vnde non videtur ꝙ iure ſuo, & ratione delicti ſortitur quis forum. 6. q. 3. placuit. & s̃. eo. cum & plantare. in fi. & s̃. c. proxi. & ratione delicti perditur priuilegium, vt hic dicitur, & 11. q. 3. priuilegium. Item reatus omnem honorem excludit. C. vbi ſena. vel clariſſimi. l. 1. & qua in prouincia quis deliquerit, illic iuri ſubiaceat, omni priuilegio ceſſante. C. vbi de crimi. agi oporteat. Authent. qua in prouin. nec enim prætextu priuilegij flagitiorum creſcit auctoritas. C. de priuile. ſchola. l. 2. lib. 12. & remiſsio peccatorum non dat licentiam delinquẽdi. 1. q. 7. exigunt. de pœn. diſt. 3. ſanè. Et dicit Imperator: non permittas delinquentes aliquibus priuilegijs vti. in Auth. de man. prin. §. quod ſi delinquentes. colla. 3. Sed contra videtur, quòd non poſsit illos punire. 16. q. 1. frater noſter. & s̃. de ſupplenda negli. præla. ſicut nobis. & j̃. eo. cum capella. ſi enim tales poſſent puniri vt alij, inutile eſſet eorum priuilegium. Item proconſul non poteſt ſe intromittere de cauſis fiſcalibus, qui eſt maior omnibus poſt principem. ff. de offi. proconſ. ſi in aliquam. §. 2. aliàs eſt lex. & incipit, nec quicquam. Vinc. dixit quòd ordinarius non poteſt interdicere eorum eccleſias, quando totam terram ſubijcit generali interdicto. Sed contra hoc eſt s̃. de conſuet. cum inter vos. & j̃. de verb. ſigni. cum in partibus. Sed verius dicas, ꝙ licet non poſſit interdicere illorum eccleſias, ipſi tamẽ de iure cõi tenẽtur ſeruare interdictum generale, vt dicunt iura duo proxima, aliàs poſſet illos punire. s̃. c. proxi. cum publicè delinquunt. Item pro leuibus & minimis cauſis nõ poſſunt epiſcopi ſe intromittere, nec excommunicare eos, vel ſi aliquis illorum eſſet infamatus, non poteſt compelli vt ſe purget. Nam Papa nihil aliud eis conceſsit, niſi quòd eos filios ſuos fecit; 4 ſed in alijs cũ publicè delinquũt, nõ abſtulit eis iuriſdictionem, aliàs nihil aliud eſſet niſi dare materiam delinquẽdi. Et ꝙ poſsint puniri quãdo publicè delinquunt, hic patet, & s̃. c. proxi. & hoc idem dixit Tan. Alij dicunt, ꝙ nullo modo poteſt eos punire, & Papa ſibi hoc reſeruauit, & hoc volunt ſic probare: Papa bene ſcit, quòd Templarij & Hoſpilalarij, & alij exempti ſemper ſunt in aliena parochia, & ſcit quòd delinquunt, & dicit quòd non puniantur, vt per iura patet in contrarium allegata; & quia ſi aliqui dicuntur curiales, puniuntur vbi inueniuntur, niſi ſint in armata militia: quia

4 Non eſt verũ: quia ꝑ hoc non eſſent exẽpti, ſed priuilegiati. inf. eod. ſi Papa. §. ſimiliter. & de ver. ſig. veniens. 1. reſpon. lib. 6. Io. And.

tunc

verò, quos in prædicta eccleſia, lege tibi diœceſana ſubiecta, poſt interdictum tuum diuina celebrare † cognoueris, eadem pęna ſuſpenſionis [a] inuoluens, in ea, donec reconciliata fuerit, officia non permittas celebrari diuina: preſbyteros etiam ſuſpenſos ab epiſcopis ſuis, & † per prædictos fratres ad officia ſua temerè reſtitutos, in eãdem ſententiam ſuſpenſionis reducas [b]. ¶ Illos verò, quos ad reſpondendum alijs ſecundum legem terræ, pro pręmiſſa cauſa aſſerunt non teneri, nolumus excuſari [c], quin eos ad reſpondendum, ſublato appellationis impedimẽto compellas.

¶ Idem Abbati, & conuentui ſancti Petri Eugubiñ.

¶ Contenta in inſtrumento perdito probari poſſunt per teſtes, qui illud perlegerunt, ſi deponunt de tenore, & ꝙ erat ſine vitio. h. d. Et non eſt alibi caſus ita clarus.

CAP. XII.

j CVm † olim eſſemus apud Peruſium conſtituti, & tu fili Abbas priuilegium Lucij [d] Papæ nobis pręſentans poſtulaueris innouari, propter contradictionem Eugubini epiſcopi aſſerentis hoc in ſuum præiudicium redundare, non fuit effectui mãcipatũ: † & infrà. ¶ Te igitur & præfati epiſcopi procuratoribus in noſtra præſentia conſtitutis. B. † baſilicæ duodecim Apoſtolorũ presbytero Cardinali dedimus in mandatis, vt ſuper amiſſione, ac tenore priuilegiorum † teſtes reciperet, quos duceres producendos: qui fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones decem teſtium iuratorum, quorum depoſitionibus publicatis, dicti procuratores ad producendos teſtes, per quos inductos à parte aduerſa repellerent, inducias poſtularunt: quas ſub eo tenore illis duximus concedendas, vt apud ſedem Apoſtolicam probarent, quæ vellent, vbi onus [e] probationis pars altera ſubijſſet: & infrà. † ¶ Nos verò tam per depoſitiones teſtium, quam aſſertiones quorundam fratrum [f] noſtrorum liquidò cognoſcẽtes, talem dicti priuilegij fuiſſe tenorem: quòd videlicet cœnobium veſtrum nullo mediante ad Romanam eccleſiam pertineret: & quòd non liceret alicui epiſcopo, eidem monaſterio, & eius eccleſijs excommunicationem indicere, vt fratres illic Domino ſeruientes ab omnium poteſtate liberi, Romanæ eccleſiæ libertatis gratia potirẽtur: & quòd nulla in eis mentio diœceſani [g] epiſcopi habebatur: illud etiam attendentes, quòd cum tu fili Abbas tempore Celeſtini † prædeceſ. noſtri ad ipſius præſentiam acceſſiſſes, ipſe inſpectis eccleſiæ tuæ priuilegijs, te (licet excommunicatus ab Eugubiñ. epiſcopo dicereris) tamquam non ligatum [h] admiſit ad oſculum, (quod pręſumitur non feciſſe,

tunc conueniuntur ſub magiſtro militum, niſi habeant priuilegium imperiale. C. vbi quis de curiali vel cohortali, aliave condi. conuen. l. 2. & illuſtres non puniuntur, niſi ſub iudicibus à principe ſpecialiter deputatis. C. vbi ſena. vel clariſſimi. l. 2. circa medium. Ioan. diſtinxit 1 ita, ſi priuilegiatus delinquit circa rem non exẽptam, vt in contractu vel maleficio occidendo hominem, vel adulterando, tale delictum poteſt punire eṗs loci: quia ſi perſona ſit exẽpta, res tñ in quam deliquit, non eſt exẽpta: & ita quaſi ratione rei, in quã deliquit, ſortit̃ ꝗs forum, & c. ſ̃. de fo. cõpen. c. vlti. ſi vero delinquit circa rem exemptam, puta male gerendo ſe in officio ſuo, vel alienando res eccleſiæ, tunc à ſolo Papa punitur: quia in his exemptus eſt: vbi. n. factum eorum præiudiciũ affert non exemptis, ibi bene punit epiſcopus eos: ſecus ſi non tãgit, & hoc probatur ſatis. j̃. eo. cum capella. Si vero aliquod ſpãlius in priuilegijs ſuis inuenit̃, illud ſeruetur. ſ̃. eo. porro. Innocentius Papa ſtatuit, ꝙ exempti ſubſint ordinarijs rõne delicti ſiue cõtractus, aut rõne rei, de qua contra ipſos qõ mouetur, & coram eis pñt conueniri, ſed ſi delictum commiſſum ſit in loco exẽpto ſiue contractus initus, aut res litigioſa ſit in loco exempto, tunc non poſſunt conueniri corã ordinarijs, 2 vt dicitur in quadam conſtitutione Inno. quarti, eo. tit. volẽtes. [lib. 6.]

a ¶ *Pœna ſuſpenſionis.*] ſ. officij & beneficij, & poteſt hoc referri ad factum, cum de iure ſint ſuſpenſi, violando temerè interdictũ, prout notatur ſ̃. de exceſſibus præla. c. vlt. in magna no. ſed ſi ſcienter celebrarent poſt interdictum iuris, debent ſuſpendi, & tunc propriè dicitur ſuſpendi. Ber.

b ¶ *Reducas.*] i. oſtendas illos ab eis non fuiſſe abſolutos, hoc eſt, ſicut de facto fuerunt abſoluti, ita de facto reducas illos in eandem ſententiam.

c ¶ *Nolumus excuſari.*] ſic. ſup. eo. cum & plantare. §. pen. & ſ̃. eo. c. penul.

CVm olim.] Priuilegium deperditũ, docto de ꝑditione & eius tenore ꝑ teſtes, innouat̃. h. d. Vel aliter, & ſic: Priuilegiũ perditũ de cuius veritate, & tenore, & perditione conſtat ꝑ teſtes, põt innouari. h. d. & eſt caſus not. In prima parte ponit̃ proceſſus narratio: In ſecũda definitio: ibi, *Nos*. Abb. CASVS. Abbas monaſterij Eugubiñ. olim priuilegiũ Lucij pñtauit dño Papæ, petẽs illud innouari, & eṗs Eugubinus contradixit, aſſerens hoc in eius præiudicium redundare, ꝑꝑ quod priuilegium non extitit innouatum: tpe procedẽte abbas iterum conſtitutus coram Papa procuratoribus eṗi pñtibus allegans ſe prædictum priuilegium Lucij Papæ amiſiſſe, petijt vt dñs Papa faceret repeti teſtes ſuper amiſſione ipſius priuilegij & tenore: dñs Papa commiſit hoc Cardinali xij. Apoſtolorum, qui fideliter redegit in ſcriptis depoſitiones x. teſtium iuratorum: eis publicatis, procuratores eṗi petierunt inducias ad reprobandos teſtes abbatis: Papa illas eis conceſſit, vt apud ſedem Apoſtolicam probarent quæ vellent, vbi pars altera ſuos teſtes produxerat. poſt hæc dominus Papa manifeſte cognoſcens, tam per depoſitiones teſtium, quam aſſertionem quorundã Cardinalium tenorem dicti priuilegij talem fuiſſe, ꝙ cœnobium illud nullo mediante ad Romanam eccleſiam pertinebat, & ꝙ non liceret alicui epiſcopo contra monaſteriũ illud, & eius capellas excommunicationes proferre, cum ſoli Romano Pontifici ſit ſubiectum, & ꝙ nulla in eo diœceſani eṗi mentio habeatur: & præterea Abbas tpe Celeſtini ad præſentiam eius accedens, ipſe inſpectis priuilegijs ipſius Abbatis ipſum (licet excommunicatus diceretur ab epiſcopo Eugubino) tã quam non ligatum admiſit ad oſculum pacis, quod non feciſſet niſi eſſet exemptus: iſtis omnibus conſideratis dominus Papa decreuit priuilegium illud Lucij Papæ, quod ſine reprehenſione bullæ, chartæ, vel literæ apparebat, qñ fuit ei oſtenſum, illius fuiſſe tenoris cuius dicitur eſſe ꝑ depoſitiones teſtium, & Cardinalium aſſertionem. Not. ꝙ innouatio priuilegij fieri non debet, ſi contradictio ſequatur, licet per illã innouationẽ nihil noui iuris acquiratur. Itẽ amiſſio priuilegij põt probari & tenor ipſius. Item æqualitas in iudicijs ſeruãda eſt, vt vtraque pars in eodem loco ſuas offerat probationes. Item poſt publicatas atteſtationes teſtes pñt induci ad reprobationem teſtiũ inductorum. Item ſi Prælatus excommunicatum recipit ad oſculum, per hoc præſumitur ꝙ non eſt excommunicatus. Item ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. Item inſtrumentum in tribus pręcipuè reprehenditur, in bulla, charta, & litera.

d ¶ *Lucij.*] quod poſteà fuit amiſſum, vt infra ſequitur.

e ¶ *Onus.*] ideo enim iſti apud ſedem Apoſtolicam teſtes ſuos producere debent, quia pars altera ſuos ẽt ibi produxit, vt ſic hincinde ſeruetur æqualitas.

¶ *Glo. ſeq. recit. per quæſtionem & ſolutionem.*

f ¶ *Fratrum.*] Iſtis non creditur tamquam teſtibus, cum iurati non fuerint: quia inducti non fuerunt in teſtes, ſed quia ipſi viderant priuilegium, credit eis Papa tamquam fratribus ſuis & honeſtis viris. ſed non probationem, ſed præſumptionem inducunt, & coadiuuant teſtes inductos.

¶ *Glo. ſeq. in fi. arg. & remittit.*

g ¶ *Diœceſani.*] & ideo nullum ius reſeruauit ipſi eṗo in monaſterio illo, ex quo verba plenæ exemptionis continebantur in priuilegio illo, vt ſ̃. patet. & arg. ſ̃. eo. recepimus.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.*

h ¶ *Non ligatum.*] cum non eſſet iudex ſuus. ſup. de conſue. ad noſtram. & 2. q. 1. in primis. & ſic ipſo facto denuntiauit ipſum

1 Hic & 6. q. 3. c. vlti. & Gof. hic & Vinc. in ſecũdo ap pa. & Phi. Io. And.

† celebraſſe.

† Aliàs ita: & ꝑdictos fratres & c. cæterũ ex veteribus exẽplarib. lectio impreſſa repoſita eſt, & reſcripti ſeries oſtẽdit ita legi oportere.

† Ca. 2. eo. tit. in 3. cõpilat. Vide Bal. in l. fi. C. de edẽ. Bar. tract. de teſte. Spe. tit. de legato. §. ſupereſt. nu. 17. ad de docto. in l. vlt. C. de edic. diui Hadria. tol.

† Aliàs: effectu mandatum.

† aliàs P.

2 Hoſt. remittit ad ſummã eo. tit. §. fi. Io. And.

† aliàs, priuilegij.

† Sub hoc infra, paucula hæc continent̃, videlicet. Cæterum quoniã infra datum terminũ, & receptũ in ꝑducendis teſtibus defecerunt nos iã. & c.

† In pleriſque manuſcriptis ita: C. Papa ꝑ. n. ideſt, Celeſtini Papæ prædeceſſoris noſtri.

ipſum non ligatum,& ſic ſententia à non ſuo iudice lata, ſeruari non debet.ſup.de iudi.at ſi clerici.arg. contra.inf.de ſenten.excommu.cum deſideres.§.1.& c. vlti. & c. ſi aliquando. vbi de hoc.

¶*Gloſſ. ſeq. not. quòd volens probare, & c. ſoluit contrarium de l.ſi de poſſeſſione, & ponit dictum l. vlti. de ſi.inſtrum. in princi. & medio poſt prin. quærit de legato an poſſit, &c. ſoluit, quęrit de legato quomodo probetur perditio, & ſoluit. vltim. argumen.ad quæſtio. de legato.*

niſi monaſterium veſtrum cognouiſſet ad Romanam eccleſiam ſpecialiter pertinere.) Decernimus priuilegium illud Lucij Papæ, quod ſine reprehenſione [a] bullæ, chartæ, vel literæ apparebat, quando fuit nobis oſtenſum, illius fuiſſe tenoris, cuius per depoſitiones teſtium, & aſſertiones fratrum noſtrorum noſcitur extitiſſe.

¶Idem Cathalañ.† electo & abbatiſſis trium Fontium.

¶*Innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, ſed antiquum conſeruat.h.d.quò ad titulum.*

CAP. XIII.

Ex†parte Abbatiſſæ, ac ſororum Iotreñ. eccleſiæ extitit intimatum quòd Meldeñ. epiſcopus commiſſionis occaſione cuiuſdam [per literas]† ad iudices delegatos obtentæ, (in qua nulla mentio [b] habebatur de ipſarum priuilegijs, quæ illas & earum eccleſias, clerum, & populum Iotreñ. ad Apoſtolicam ſedem nullo mediante ſpectare declarant, quorum ipſe non erat ignarus [c]) eas incepit grauiter moleſtare, obedientiam ab ipſis, ac à clero, & populo Iotreñ. ſubiectionem omnimodam requirēdo: & infrà. ¶Verum cum iudices ipſas valde grauarent, ad appellationis beneficium conuolarunt: & infrà. ¶ Sed iudices appellationi non deferentes, nec fragilitati ſexus compatiẽtes earum, in Abbatiſſam excommunicationis, & in clerum, & in populum Iotreñ. interdicti ſententias protulerunt. Sanè cum nuntij Iotreñ. eccleſiæ prædicta, & alia in noſtra præſentia retuliſſent, priuilegiū nobis Apoſtolicum oſtenderunt, per quod eccleſiam Iotreñ. conſtabat ad Romanam eccleſiam ſpecialiter [d] pertinere. ¶ Nos autem eoſdem nuntios propter appellationem prædictam diutius detinentes: quia tandem nullus apparuit idoneus reſponſalis, qui partem defenſaret† aduerſam, priuilegium Apoſtolicæ ſedis eccleſiæ Iotreñ. conceſſum duximus innouandum [e]: ita tamen, vt per innouationem ipſius, eidem eccleſiæ nō plus iuris accreſcat, quam per priuilegia prædeceſſorum noſtrorum obtinuit: cum per hoc non nouum ei concedere, ſed antiquum [f] ius conſeruare velimus†.

¶Idem Colubrieñ. †Epiſcopo.

¶*Eccleſia vtens duplici priuilegio exemptionis, licet ſuccumbat ex vno, poteſt nihilominus ex alio ſe iuuare, & obtinere, nec tenetur exēptus promittere obedientiam diœceſano: vigore tamen exemptionis non poteſt ſine licentia diœceſani eccleſiam conſtruere in loco non exempto: & ſi exemptus de facto in loco non exempto conſtruit eccleſiam, cedit iuri epiſcopi.*

CAP. XIIII.

ij Cvm †olim propter quæſtiones, quas aduerſus

omnium ſanctorum priuilegium ſuper decimis epiſcopalibus retinendis, ſic forte dicendo: Remittimus monaſterio omnium ſanctorum decimas poſſeſſionum ipſius monaſterij pertinentes ad archiepiſcopatum, archiepiſcopus Londonen. ſucceſſor concedentis priuilegium, quæſiuit, vtrum monachi prædicti priuilegiũ illud extendere valeant ad poſſeſſiones acquiſitas tẽpore priuilegij, & poſtmodum acquirendas? Reſpondet Papa, quòd ſi remiſſio decimarum illarum facta fuit ſecũdum canones, prædeceſſor illius indefinite remittendo decimas epiſcopales monaſterio, cum nihil exceperit, & potuerit excepiſſe, intellexiſſe videtur non ſolum de decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed etiam futuri: quia in beneficijs pleniſſima debet interpretatio adhiberi, & vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. Nota quòd conceſſio ſimpliciter, & indefinite facta reſpicit ẽt tempora futura, & generaliter intelligitur: Et ſic eſt hic arg. quòd indefinita æquipollet vniuerſali. Item qui nihil excepit, & potuit, totum ius ſuum intelligitur alienaſſe. Item in bñficijs pleniſſima debet fieri interpretatio. Item vna res non debet diuerſo iure cenſeri. Item arg. quod priuilegium extenditur ad futurum.

† De indefinita locutiõe ſeu ꝑpoſitione, an & qñ ęquipolleat vniuerſali præter doctores hic. vide plenè per Couarruuiam li. 3. varia. reſolut. c. 13.

† Idem ſcilicet Innocentius iij. in cõcilio generali Lateran. c. 5. & c. 6. e. tit. in 4. cõ.

Omnium ſanctorum, priuilegium prædeceſſoris tui ſuper epiſcopalibus [a] decimis retinendis indultum, extendere valeant ad poſſeſſiones acquiſitas, & poſtmodum acquirendas? ¶Super quo tale damus reſponſum, quòd ſi decimarũ illarum remiſſio facta extitit ſecundum canonicas [b] ſanctiones, prædeceſſor tuus indefinitè [c] † decimas epiſcopales monaſterio remittendo (cum nihil exceperit [d], & potuerit excepiſſe: ac in beneficijs [e] pleniſſima ſit interpretatio adhibenda: nec debeat vna eadẽque ſubſtantia diuerſo iure cẽſeri) intellexiſſe videtur non ſolum de decimis poſſeſſionũ illius temporis, ſed futuri [f].

a ¶*Epiſcopalibus.*] de quibus loquuntur canones. 12. q. 2. vobis. & cap. conceſſo.

b ¶*Secundum canonicas ſanctiones.*] puta, de conſenſu capituli. 12. q. 2. vobis. ſine exceptione. & ſupra, de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap. cum nos. nec in enorme detrimentũ facta fuerit, quia p hoc poſſet reuocari. s. de dona. Apoſtolicę.

c ¶*Indefinitè.*] Arg. quòd indefinita, æquipollet vniuerſali. 19. diſt. ſi Romanorum.

d ¶*Nihil exceperit.*] ſic s. de iure patron. ex literis.

e ¶*Beneficijs.*] Simi. s. de don. paſtoralis. & c. cum dilectus in fi. & j. de verbo. ſigni. olim. ff. de conſtit. prin. l. vltima.

¶*Gloſſa ſequens arg. in brocar. alleg. 4. iura in contrarium alleg. 6. & ſol.*

f ¶*Sed futuri.*] Arg. ꝙ in priuilegijs verbũ generale, & indefinitè prolatum ad futurum extenditur. 12. q. 2. cognouimus. & s. de deci. ex parte. & C. quæ res pig. obl. poſſ. l. vlti. ff. de ſerui. vrb. præd. ſi ſeruus 1. Arg. contra. s. de cen. quanto. & s. de deci. cum in tua. & s. eod. cum capella. ff. de contrahen. emp. in lege. & l. Rutilia Polla. ff. de dam. infec. damni. §. ſi is qui. Sed ideo contra dantem fit interpretatio, ne excogitata fraude ſuæ obuiet libertati. 16. q. 2. c. 1. C. de don. ſi quis argentum. §. vlt. ſecus vbi certa verba ponuntur, in eo caſu non extenditur ad alia: ſed ita ſeruandum eſt priuilegium, quatenus tenor priuilegij ſe extendit. s. eo. porro. & c. recepimus. ſed vbi verbum generale, ponitur, ad omnia appellatiua extenditur: ſic ſuprà de deci. ex multiplici. Si autem ęque poteſt retorqueri ad ius commune ſicut ad priuilegium, potius videtur interpretatio facienda ſecundum ius quam ſecundum priuilegium. ſuprà de conſue. cum dilectus. & vt nemini ſit oneroſa, arg. s. de teſti. cum tu, & vt non ſit captioſa. ff. de regul. iur. quotiens. & cõtra illum potius interpretatio debet fieri qui potuit legem apertius dicere. ff. de pact. veteribus. & ff. de contrahen. emptio. Labeo. & vt fiat ſecundum communem modum loquendi. s. de ſpon. ex literis. nam conſuetudo interpretatur vocem. infrà de verbo. ſigni. abbate. & ſemper in tutiorem partẽ fit interpretatio. s. de ſpon. iuuenis. j. de reg. iur. cad. 2. ſi enim neutra eſſet tutior, in benigniorem. 9. diſt. cap. vlti. ff. de reb. dub. cum in teſtamento. Ioan.

† Si cautũ ſit, ne luminibus officiatur, ẽt đ futuris intelligitur. Ioan. And.

¶ Idem † in concilio generali.

¶*Ponit concilium ordinem quatuor parochialium ſedium, vſque ibi: Seruata. vbi ponit tria priuilegia ipſarum. Primum quia dant pallium. Secundum ibi: Dominicæ, quia ante ſe crucem deferri faciunt, præterquam in caſibus hic exceptis. Tertium ibi: in omnibus, quia ad ipſos appellatur, & in hoc proteſtatur ibi: ſaluis.*

CAP. XXIII.

ANtiqua † Patriarchaliũ ſedium priuilegia renouantes [g], ſancta vniuerſali ſynodo approbante ſancimus, vt poſt Romanam Eccleſiam (quæ diſponente Domino, ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, vtpote mater vniuerſorũ Chriſti fidelium, & magiſtra) Conſtantinopolitana primum, Alexãdrina [h] ſecũdũ, Antiochena tertiũ, Hieroſolymitana quartum locum obtineant: Seruata cuilibet propria dignitate: ita quòd poſtquam antiſtites earum à Romano Pontifice receperint pallium (quod eſt plenitudinis † officij pontificalis inſigne) præſtito ſibi fidelitatis & obedientiæ [i] iuramento, licenter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur: reci-

A ¶*Ntiqua.*] Huius cap. diuiſio clarè patet in ſummario. Abbas.

Casus. Concilium generale renouat priuilegia quatuor patriarchalium ſedium, ſtatuendo, vt poſt Romanam eccleſiã quæ inter alias obtinet principatum, Cõſtantinopolitana primum locum obtineat, Alexandrina ſecũdum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum: ſeruata cuilibet propria dignitate, ita quòd poſtquam Pręlati illarum à Romano pontifice pallium acceperint, præſtito ſibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, & ipſi poſtmodum pallium ſuis ſuffraganeis largiãtur, recipientes pro ſe obedientiam canonicam, & pro Romana eccleſia ſponſionem obediẽtiæ ab eiſdem. Secundò dicit, quòd ante ſe faciant crucem vbique deferri, niſi in vrbe Romana, & vbicunque ſummus Pontifex præſens fuerit, aut ẽt legatus vtens inſignijs Apoſtolicę dignitatis. Vltimò dicit, quòd in omnibus ꝓuincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cum neceſſe fuerit. appelletur: ſaluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis quibus eſt ab omnibus deferendum. Nota ꝙ dominus Papa eſt iudex ordinarius ſingulorum. Item pallium eſt ſignum plenitudinis poteſtatis paſtoralis officij. Item ſuffraganei tenentur præſtare iuramẽtum obedientiæ, & reuerentiæ Patriarchæ. Item minor iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente maiori. Item ad Patriarcham poteſt appellari omiſſis medijs, & hoc intellige de his, qui ſunt eius iuriſdictioni ſubiecti. Item omiſſis omnibus medijs poteſt appellari ad Papam.

† De patriarcharũ ꝓrogatiua, dignitate, & numero vide plenè per Barth. Caſſaneũ ĩ catal. gloriæ mundi par. 4. cõſi. der. 9. add Nicolaum Boeriũ in tract. de auctorit. magni cõſilij. num. 30. & ſeq. verſ. ſecundum locum.

† Vide ca. cum ſis ſupra de auctori. & vſu pallij.

g ¶*Renouantes.*] 22. diſt. renouantes.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per contrarium de decr. cognoſcentes, &c. ſoluit, quòd illud regulare, caſualiter fallit, & ponit, & exponit verſus, per quos ſex caſus comprehendit.*

h ¶*Alexandrina ſecundum.*] ſcilicet poſt Conſtantinopolitanam, & Conſtantinopolitana primum, ſcilicet poſt Romanam. olim vero Alexandrina fuit prima poſt Romanam: vt 22. diſtin. renouantes. & ſic priuata fuit iure ſuo ſine culpa, quod eſſe non debet regulariter. ſuprà de conſti. cognoſcentes. & s. de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ. diſcretionem. & c. vlt. & 16. q. vlti. inuentum. & 56. diſtin. ſatis peruerſum. hoc tamen non fit ſine cauſa. s. vt lite non conteſt. quoniam. §. 2. quod fit pluribus modis. Vnde verſus.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & ſcelus, ordo,
Perſonas ſpoliant, & loca iure ſuo.

Vnde propter paupertatem vniuntur 2 duæ eccleſiæ, vt vnus ſit ſacerdos vtriuſque. 10. quæſt. 3. vnico. cum vtraque conſueuit ſuum habere proprium. Propter odium, vt 70. diſtin. neminem. 16. q. 7. decernimus. Propter vitium, vt s. de cle. ægro. tua. Propter fauorem, vt hic, & 22. diſtin. renouantes. Et propter vim ſeu fauorem conſecrationis. 14. q. 6. comperimus. Quandoque etiam fauore religionis. s. de eccleſ. ædifi. ad audientiam. Propter ſcelus etiam puniuntur illi, qui non peccauerunt. 25. q. 2. ita nos. Propter ordinem priuatur dominus ſeruo ſuo. 54. diſt. ex antiquis. & c. frequens. Quandoque propter defectum ſacramenti. 34. diſt. ſi cuius. & c. lector.

2 De hoc articulo vi de cõciliũ Trid. citatũ in c. ſicut vnire. s. de exceſſibus præla. & late ibidẽ ꝓ doctores.

i ¶*Fidelitatis, & obedientiæ.*] Sic ergo Patriarchæ, & illi q nullo medio ſubſunt domino Papę, iurant ei fidelitatem & obedientiam, vt hic dicitur, & ſuprà. de iureiuran. ego N. ſic & ſuffraganei ſuo metropolitano obedientiam, & reuerentiam præſtare debent, ſecundum quod iſti præſtant Papæ. s. de ma. & obe. cap. dilecti.

pientes pro ſe profeſſionē [a] canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab eiſdem. ¶Dominicæ † verò Crucis vexillum ante ſe faciant vbique deferri: niſi in vrbe [b] Romana, & vbicunque ſummus Pontifex præſens extiterit: aut eius legatus vtens inſignijs Apoſtolicæ dignitatis. ¶In omnibus autem prouincijs eorundem iuriſdictioni ſubiectis, ad eos cum neceſſe fuerit, prouocetur: Saluis appellationibus ad ſedem Apoſtolicam interpoſitis: quibus eſt ab omnibus [c] humiliter deferendum.

¶Idem † in eodem.

¶Priuilegium religioſis conceſſum, vt poſſint ſepelire confratres ſuos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licet maneant in ſeculo, obtulerunt ſe tamen ordini mutato habitu ſeculari: vel de illis, qui bona ſua eis dederunt vſufructu retento. hoc primò. Priuilegiū religioſis conceſſum, quo eis venientibus ad locum interdictum ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, vt celebrētur in eis diuina, intelligitur, quòd vna tantum ſola eccleſia aperiatur in loco. hoc ſecundo.

CAP. XXIIII.

VT priuilegia, quæ quibuſdam religioſis Romana conceſſit Eccleſia, permaneāt inconcuſſa, quædam in eiſdem duximus declaranda, ne minus ſanè intellecta [d] pertrahātur ad abuſum, propter quē poſſint meritò reuocari: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. ¶Sanè quibuſdam regularibus Apoſtolica ſedes indulſit, vt his, qui fraternitatem eorum aſſumpſerint, ſi forſan eccleſię, ad quas pertinent à diuinis officijs fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, ſepultura eccleſiaſtica nō negetur [e], niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti: Suos quoque confratres, quos eccleſiarū Prælati apud eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri, niſi excōmunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſeculo eorum ordini ſunt oblati †, mutato [f] habitu ſeculari: vel eis, qui bona ſua dederant inter viuos, retento ſibi (quādiu in hoc ſeculo vixerint) vſufructu: qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium, vel aliorum non interdictas eccleſias, in quibus elegerint ſepulturam: ne ſi de quibuslibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectum, pro duobus [g], aut tribus denarijs annuatim ſibi collatis, diſſoluatur pariter & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina: certam tamen & ipſi remiſſionem obtineant ab Apoſtolica ſibi ſede cōceſſam. ¶Illud etiam, quod huiuſmodi regularibus eſt indultum, vt ſi qui fratrum ſuorum, qui ab eis miſſi fuerunt ad recipiendas fraternitates, ſiue collectas, in quamlibet ciuitatem, caſtellum, vel vicum aduenerint, ſi forte locus ille à diuinis officijs ſit interdictus, in eorum iucundo aduētu ſemel in anno [h] aperiantur eccleſiæ,

a ¶*Profeſſionem.*] id eſt, obedientiam, & reuerentiam. ſuprà de ſimo. ne Dei eccleſia. ad quam non tenentur exempti epiſcopo diœceſano, cum illud ſit contrarium libertati. ſuprà eod. cum olim. 2. in fi. Ber.

¶*Glo. ſeq. arguit & ſignat contrarium.*

b ¶*Niſi in vrbe.*] Argu. quòd minor non poteſt exercere iuriſdictionem præſente maiore. 21. diſt. denique. & 93. diſtin. presbyter. ff. de offic. proconſ. l. vltim. 1 & ſuprà de offic. lega. volentes. Argu. contra. 95. diſtinct. ecce. & 11. quæſtio. 1. peruenit. C. de dona. in hac ſacratiſſima.

† Vide clement. vlti. tit. de priuileg.

1 Proconſul portam Romæ ingreſſus deponit imperium. Ioā. And.

c ¶*Ab omnibus.*] hoc eſt priuilegium Apoſtolicæ ſedis, vt omiſſis omnibus poſſit appellari ad ipſum: vt hic innuitur. & 2. quæſtio. 6. Romanam. Sic etiā intelligitur quod dicit imperator, quòd habet ſimilia priuilegia cū Romana eccleſia 2. in Authen. de eccleſ. ti. in princip. colla. 9. & 65. diſtinct. mos antiquus.

† Idem, ſcilicet Innocentius iij. in eodē cōcilio Late. c. 57. & c. 7. eo. tit. in 4. compil.

2 Tamē tali priuilegio nō vtit imperator. ff. de app. imperatores. Io. An.

VT *priuilegia.*] Diuiditur vt in rubro Secunda pars: ibi, *Illud.* Abbas.

CASVS. Romana eccleſia quibuſdam regularibus conceſſit quædam priuilegia, ſed qa ipſi fines priuilegiorū ſuorum excedebant, ea minus bene intelligentes, Papa ea in concilio generali declarat qualiter ſint intelligenda, ne illa pertrahant ad abuſum: quia priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Secundò ponit verba priuilegiorum. Cōceſſum eſt ab eccleſia Romana quibuſdam regularibus, ſcilicet Templarijs, & Hoſpitalarijs, vt his, qui fraternitatem eorum aſſumpſerint, non negetur eccleſiaſtica ſepultura, niſi ſint excōmunicati, vel nominatim interdicti: Si forte eccleſię ad quas pertinent, fuerint interdictæ; ipſos quoque confratres quos eccleſiarum Prælati apud eccleſias ſuas non permiſerint ſepeliri ipſi ad eccleſias ſuas deferant tumulandos, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti: Declarat hic Papa de quibus confratribus ſit intelligendum: ſcilicet de illis, qui adhuc morantur in ſeculo, & eorum ordini ſunt oblati mutato habitu ſeculari, vel de his, qui ſua bona eis dederant inter viuos, retento ſibi quandiu vixerint vſufructu: iſti quidem ſepeliantur apud eccleſias ipſorum regularium, vel apud eccleſias aliorum non interdictas, ſi ibi elegerint ſepeliri: Si enim de quibuslibet confratribus ipſorum fraternitatem aſſumentibus intelligeretur, pro duobus aut tribus denarijs annuatim ſibi collatis, nimium vileſceret eccleſiaſtica diſciplina, tamen & ipſi certam obtinent remiſſionem ab Apoſtolica ſede conceſſam. Vltimò ponit alium articulum, in quo excedebant fines priuilegiorum ſuorum: continetur. n. in priuilegio ipſorum, vt ſi qui fratrum ipſorum, pro colligendis eleemoſynis ad aliquam ciuitatem, caſtellum, vel vicum aduenerint, ſi forte locus ille à diuinis fuerit interdictus, in eorū aduentu ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, vt excluſis excommunicatis, & interdictis, diuina ibi officia celebrentur: Verba illa, aperiantur eccleſię ſemel in anno, ſic debent intelligi, vt vna tantum eccleſia eiuſdem loci ſemel in anno aperiatur: quia licet dictum ſit pluraliter, aperiantur eccleſiæ, non tamē de qualibet eccleſia eiuſdem loci intelligendum eſt: ne ſi hoc modo intelligeretur, nimium vilipendi contingeret ſententiam interdicti: qui vero contra iſtas declarationes quicquam ſibi vſurpare præſumpſerint, graui ſubiaceant vltioni. Nota quòd priuilegiū meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Item aliquis habet habitum monachalem, non tamen eſt monachus. Item vileſcere non debet eccleſiaſtica diſciplina. Item pluralis locutio exponitur de vno.

† Oblati, q dicanī tradit copioſe couarruuias in c. alma mater. de ſen. excom. lib. 6. in 2. par. relection. §. 1. circa finem.

d ¶*Intellecta.*] Qui malitioſè priuilegium principis interpretatur, infamis efficitur. C. de legi. & conſti. l. 2.

e ¶*Non negetur.*] Ex hoc loco patet, quòd tempore interdicti denegatur eccleſiaſtica ſepultura, ex quo per priuilegium iſtis conceditur. ſuprà eodem cum & plātare. §. quòd ſi 3. Bernar.

3 Idem ar. ex decre. d pęnit. & remiſ. quod in te. vbi d hoc. 13. gl. & patet in concilio Viennenſi. de ſepulturis. eos qui Ioan. And.

f ¶*Mutato habitu ſeculari.*] Ita quòd habitus illos diſtinguat ab habitu ſeculari, licet ex toto non habeant habitum monachalem arg. 33. quęſtio. 5. quod Deo pari. & talis largo modo eccleſiaſtica perſona cenſetur. 28. quæſtione. 1. vt lex. & 12. q. 1. duo.

¶*Gloſſa ſequens quærit, arguit, & ſoluit.*

g ¶*Pro duobus.*] Quid ſi medietatem bonorū darent, nunquid dicēdi ſunt fratres? non, niſi maiorem partem. arg. ff. de contrah. emp. in modicis. quod non credo, etiam ſi darent totum, dum tamen non ſe reddāt: quia res, & non perſona, ſunt acceſſorię. Ber.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per quæſtionem, an relaxetur interdictum, &c. & ponit duas opiniones. Secundò quærit, argu. pro, ſoluit contrarium. Tertiò quærit, arg. pro, & remittit.*

h ¶*Semel in anno.*] Sic patet, quòd in eccleſia interdicta celebratur, & canonicè: quia tunc de ſpeciali priuilegio relaxatum eſt interdictum, non ſublatum: vnde idem interdictum manet, non nouum creatur. arg. ff. de preca. ſed ſi manente. & 24. quæſtione. 1. Achatius. & 12. diſtinct. præceptis. Sed videtur potius vt dicit Vincent. quòd interdictum non relaxetur 4, ſed in eccleſia interdicta celebretur de licentia Papæ. ſuprà eodem petiſtis. in fin. nec tunc committitur contra interdictum. Sic aliquis poteſt prædicare, & loqui excommunicatis, de his quę pertinent ad correctionem eorum, nec incidit in excommunicationem, infrà de ſententia. excommunicationis. capitu. reſponſo. & capit. cum voluntate. in princip. & ſemel tantum in anno hoc eis licet, & non pluries, vt hic patet. Sed ſi

4 De hoc articulo pter tradita hic per doctores, vidē nota. in c. ad hæc quoniam. ſupra de appellat.

centum

centum annos ſtetiſſent, quòd non veniſſent ad eccleſiam iſtã quæ ſæpe fuit interdicta, nunquid præſcribitur contra illos? Videtur quòd ſic. ſupra eodem, accedentibus, vbi iſti Templarij perdunt iſtud priuilegium, quia non ſunt vſi iſto ſpatio xl. ann. arg. ff. de nundi. l. 1. Sed contra 1 credo in caſu iſto, quia non nocet eis. Sed nũquid de auctoritate epiſcopi poſſet aliquis celebrare in eccleſia interdicta ab epiſcopo. Videtur quòd ſic, eadem ratiõe. De hoc dixi ſupra, de appellat. ad hæc.

1 Hinc notat Panormitan⁹ nõ currere ꝓſcriptionẽ contra priuilegiũ de quo vide oldradum conſi. 172.

¶ *Glo. ſeq. not. quòd non ſemper plura. & ca. ſignat contrarium, & remittit.*

a ¶ *Pluraliter.*] No. ꝙ pluralis lucutio nõ ſemper infert ſuas ſingularitates 2. ſic 1. diſt. omnes leges. ſic ſ. de app. ſignificauit. ſ. de præbẽ. cum iamdudum. ſic. 2. q. 1. in primis. ibi alij accuſatores. ff. de condi. & demonſtrationib. falſa. §. ſi quis legauerit. & ff. de ſtatu homi. ſumma. Arg. contra. ſ. de reſcri. olim. De hoc plura argumẽta inuenies ſ. de reſcrip. cap. ſecundo.

2 Quando pluralitas reſoluat in ſingularitates, vide Iaſonẽ in l. quãnis in fi. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. Gallus. §. qd ſi is. ff. de liber. & poſthu.

Q*Vod nonnullis.*] Diuiditur, qa primò ponit priuilegium: Secundò ponit exceptionem: ibi, *Niſi.* Tertiò denuntiationem: ibi: *Verum.* & hoc cap. nihil hodie habet.

† Innocentius iii. ĩ cõcilio Late. c. 58. & c. 8. eo. tit. in 4. compil.

Casvs. Quibuſdam regularibus conceſſum eſt, vt cũ cõe terræ fuerit interdictum, diuina poſſint officia celebrare ianuis clauſis, & voce ſuppreſſa, & nõ pulſatis cãpanis, excluſis excoicatis, & interdictis, ĩ fauorẽ pontificalis officij cõciliũ extẽdit hoc ad epos, niſi eis expreſſe fuerit inhibitũ: verũtamen hoc illis conceditur, qui cãm aliquam non præſtiterint interdicto, nec aliquam fraudem ingeſſerint, cum tale compẽdium ad iniquum diſpendium trahi non debeat. Nota, quòd occaſio iuris ad iniquum diſpendium trahi non debet.

† De materia hui⁹ c. vide c. alma mater. de ſen. excõ. li. 6. ad de Nauarrũ ĩ Manuali. c. 27. tit. de interdicto, & Syluest. in sũma verbo: interdictũ. 5.

vt excluſis excommunicatis, diuina ibi officia celebrentur: Sic intelligi volumus, quòd in eadem ciuitate, aut caſtro, aut villa vna tantum eccleſia eiuſdẽ ordinis, fratribus ſemel (vt dictum eſt) aperiatur in anno: Quia licet pluraliter [a] dictum ſit, quòd in eorum iucundo aduentu eccleſiæ aperiantur non tamen ad eccleſias eiuſdem loci diuiſim, ſed prædictorum locorum cõiunctim ſano referendum eſt intellectu: ne ſi hoc modo ſingulas eiuſdẽ loci viſitarent eccleſias, nimiũ vilipendi contingeret, ſententiam interdicti. Qui verò contra declarationes ꝑdictas quicquam ſibi vſurpare præſumpſerint, graui ſubiaceant vltioni.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Tempore generalis interdicti, epiſcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiles interdicti, clam celebrare poſſunt: & hodie iſtud non eſt priuilegium epiſcoporum, ſed ius commune, vt in c. fi. de ſen. excom. in 6. & ibi plenè habetur, an & quando, & qualiter poſſit celebrari tempore interdicti.*

CAP. XXV.

QVod † nonnullis eſt religioſis indultum, in fauorem pontificalis officij ad epiſcopos extendentes: concedimus, vt cum commune [b] terræ interdictum fuerit, excõmunicatis, & ĩterdictis excluſis, poſſint quandoque [c] ianuis clauſis, ſuppreſſa voce, & non pulſatis campanis, diuina celebrare officia: Niſi & hoc ipſum eis expreſsè fuerit interdictum.

¶ Verum hoc illis cõcedimus, qui cauſam [d] aliquam non præſtiterint interdicto, nec quicquam [doli † vel] fraudis ingeſſerint, tale compendium ad iniquum [e] diſpendium pertrahentes.

† Hęc duo verba: doli vel, deſunt ĩ antiquioribus codicibus Gregorianis & in oĩbus Vaticanis. ſunt tamẽ in cõcilio, & in recẽtiorib⁹ exẽplaribus.

¶ Honorius tertius Archiepiſcopis, & epiſcopis, in quorum diœce. monaſteria & Prioratus Cluniacen. monaſterio ſubiecta conſiſtunt.

¶ *Priuilegia non ſunt violanda etiã indirectè. hoc dicit generaliter.*

CAP. XXVI.

QVanto amplius: & infrà. ¶ Sanè dilecti filij abbas, & cõuentus Cluniacen. † grauem nobis quęrimoniam obtulerunt, quòd quidam veſtrum, & veſtrorum officiales, cum in eos, & ſui ordinis monachos non poſſint excõmunicationis & interdicti proferre ſentẽtias eo quòd ſuper hoc Apoſtolicę ſedis priuilegijs ſunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquunt in furnis eorum quicquid vendendo, ſeu emendo, aut aliàs eis communicant, ſentẽtias proferunt memoratas: & ſic Apoſtolicorum priuilegiorũ non vim & poteſtatem, ſed ſola verba [f] † ſeruantes, dicti ordinis monachi

† De ordine Cluniacẽ. eius origine & antiquitate, vide Caſſaneũ in catalogo gloriæ mundi par. 4. cõſideratione 31. & 55. addẽ Oldradũ conſi. 204. & Bellameram.

b ¶ *Commune terræ interdictum.*] Interpretationem huius verbi habes. j. de verb. ſig. cum in partibus.

¶ *Gloſſa ſequens in princ. & fi. dupliciter exp. illud, quandoque in medio quæſt. & ſol.*

c ¶ *Quandoque.*] Per hoc videtur quòd ſæpius poſſint quàm ſemel in anno, vt ſit priuilegium epiſcoporum maius quã priuilegiũ præcedentis cap. ſed diuerſa ſunt priuilegia epiſcoporum & illorũ: hoc enim intelligitur de eccleſijs ſibi ſubiectis; ſed præcedens in eccleſia vna tantum ſemel in anno celebrare poſſunt. & expone, quandoque, ideſt, quandocũque. Vel dic, quòd cũ illud priuilegiũ generale ſit in parochia alterius epi poterit eps celebrare ſicut in ſua, ſi alius eps hoc permiſerit. Sed nunquid canonici poſſunt intereſſe cum epo? non: ita ꝙ celebrent principaliter cum ipſo more ſolito, licet interſint vt audiant, ſicut alij extranei, qui nõ ſunt interdicti: cũ ipſi canonici nõ habeãt priuilegiũ, ne per hoc vileſcat rigor. ſ. c. ꝓx. vel poteſt exponi. quandoque, id eſt, non ſemper quia ſi ex tali celebratione oriretur ſcandalum, non deberent ſemper celebrare, ſed aliquando ita quòd non eſſet ſcandalum.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. & ponit op. quam reprobat.*

d ¶ *Cauſam.*] per hoc dicunt quidam, quod illi qui non deliquerunt, nec aliquam cauſam dederunt, vt poneretur interdictum, licet forte in loco interdicto intereſſe non debeant diuinis cum illis, qui priuilegiũ habent, tamen extra terrã illam bene poſſunt audire diuina, & percipere ſacramẽta. Credo ꝙ nõ debeant admitti ad aliqua officia vel ſacramẽta, vt ipſi per hoc citius inducant ad ſatisfaciendũ, & vt ſnĩa magis timeatur quia qui ſuſpenſus vel inrerdictus eſt in vna eccleſia, in oĩbus eſt ĩterdictus vel ſuſpẽſus. hoc expreſſe dicit in tex. & ĩ gl. 4. q. 5. q ſiquis. & ar. bonũ ad hoc j. de pœn. & remiſ. ꝙ ĩ te vbi de hoc no. ĩ fi. B.

e ¶ *Iniquum.*] No. occaſionẽ iuris ad iniquũ diſpendiũ trahi non debere. C. de vſucap. pro empto. eum qui. ſic de transla. inter corporalia. à contrario ſenſu. & 45. diſt. licet. 2.

Q*Vanto.*] Priuilegiati, qui excõicari nõ pñt ab ordinarijs, nõ dẽnt excõicari ẽt ĩdirectè. h. d. ſpetialiter. In prima ponit q̃ſtio: In ſecunda prouiſio: ibi, *Nolentes.* Ab.

Casvs. Abbas & cõuentus ordinis Cluniacen. ſunt exẽpti: vñ cũ epi & archiepi in quorũ diœce. cõmorantur, eos excõicare, vel interdicere nõ poſſint, ĩ eos, qui molũt in molendinis eorũ, vel coquũt panẽ in furnis ipſorũ: & qui vendẽdo vel emendo, aut aliàs eis cõicant excõicatiõis & interdicti ſnĩas proferũt, & ſic nõ vim & poteſtatẽ priuilegiorũ Apoſtolicæ ſedis, ſed ſola verba ſeruãtes, monachos dicti ordinis quodammodo excõicant, dũ eis alios cõicare non ſinunt: & ſic quantum ad hoc Iudæorũ iudicio iudicantur: & qui cõicant illis maiorẽ excõicationem incurrunt, q̃ qui excõicatis participant, propter quod monachi Cluniacen. de prædictis Prȩlatis grauiter Domino Papæ ſunt conqueſti: vnde mandat vniuerſis & ſingulis prædictorum, quatenus ſententias in fraudem priuilegiorum Apoſtolicæ ſedis decætero non ferant: quia ſi ſuper hoc ad ipſum querela peruenerit, promulgatores talium ſententiam ſeueritate debita caſtigabit. Nota quòd non tantum verba, ſed vim & poteſtatem priuilegiornm, legis, & canonis, ſeruare debemus. Item fraus legi, vel canoni fieri non debet: quia nihilominus incidit in legem.

† Pro intellectu hui⁹ textus vidẽ tradita per Bartolum & alios recẽtiores in l. nõ dubiũ C. de legibus. vbi declarant qd ſit facere cõtra legẽ & facere ĩ fraudẽ legis, & cõmittere in legem.

¶ *Gloſſa ſeq. alleg. multa iura, quòd mens præponderet verbis, exponit literam. & arg. contra ciuitates, &c. & fi. ipſius, & glo. vlt. reci. per q.*

f ¶ *Sola verba.*] Et malè certè: quia conſideranda eſt mens potius quam verba: nam verba deſeruiunt intentioni, & non econuerſo. j. de verb. ſign. intelligentia. & 1. q. 1. Marchion. & ff. de legi. & ſenatuſcon. ſcire leges. & potior eſt mens quam verbum docentis. ff. de ſepul. leg. l. Labeo. in fi. & argu. ff. de fun. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam. in fin. Et in teſtamento conſideratur potius mens teſtantis quam verba. ff. de leg. 1. l. penult. Et in contractibus potius inſpicitur voluntas quam verba C. quę res pig. obl. non poſ. l. penul. & vlt. & non tãtum verba edicti ſeruanda ſunt, imo ſententia potius. ff. de leg. & ſena. cõtra. legẽ. Hic nõ ſeruabãt vim & poteſtatẽ verborũ, vt videtur quia indirecte videbantur excõicari, ex quo ſubtrahebatur cõio aliorum. ſic Iudæi excõicantur. ſ. de vſu. poſt miſerabilem. &c. quanto. & ſ. de Iudæ. Iudæi. & c. ad hæc. & c. ſi Iudæos. in fine. & ſic indirecte faciebant contra priuilegia

Papæ: vnde præcipitur, quòd decætero hoc non faciant: vbi autem res dubia eſſet, potius ſeruanda ſunt verba edicti. ff. de exerci.l.1.§.ſi is qui. Et eſt decre. iſta contra ciuitates, quæ quãdoque conſimilia faciunt contra eccleſiaſticas perſonas: & ſic violant eccleſiaſticam libertatem. & tales ſententiæ non valebant, nec timendæ erant, ſed quo ad factum tantum refertur, quia cõtra priuilegia Papę. ſ. de exceſ. Præla. cum ad quorundam.

chos quodammodo [a] excommunicant, dum eis alios communicare non ſinunt. Ex quo illud etiam euenit inconueniens, vt ipſi monachi quantum ad hoc iudicentur iudicio Iudęorum [b], & qui eis cõmunicant in prædictis, maiorem excommunicationem [c] incurrant, quàm etiam excommunicatis excommunicando fuerint incurſuri.

¶Nolentes igitur hæc crebris ad nos clamoribus iam perlata vlterius ſub diſſimulatione trãſire, vobis vniuerſis & ſingulis mandamus, quatenus huiuſmodi ſententias in fraudem [d] priuilegiorum noſtrorum decætero non feratis, quia ſi ſuper hoc ad nos denuo clamor aſcenderit, non poterimus cõniuentibus oculis pertranſire, quin promulgatores taliũ ſententiarum ſeueritate debita caſtigemus.

¶Idem V. quondam Anglorum reginæ illuſtri.

¶Qui in habitu & tonſura & cæteris, vt laici conuerſantur, deprehenſi in maleficijs ſe pro clericis non defendunt. Ita communiter ſummatur.

a ¶*Quodãmodo.*] quaſi diceret non verè excõmunicabant illos, ſed ſubtrahebant alios ab eorum communione, & ideo excõmunicati videbantur, quia excõicatio 1 eſt à fraterna ſocietate ſeparatio. 3. q. 4. Engeltrudam. & ſic quodammodo excõicabant eos. Ber.

1 Vide B. Thomã in quęſtio. additis ad 3. par. q. 21. art. 1. vbi agit de excõicatiõis diffinitiõe.

b ¶*Iudicio Iudæorũ.*] In hoc videntur iudicari Iudæorum iudicio, quia cum eccleſia excõmunicare Iudęos 2 nõ poſſit, qa nihil ad nos de his qui foris ſunt. 2.q.1.multi. quandoq; excõicantur Chriſtiani cõicantes eis, vt ſ. dictũ eſt: ita iſti cum nõ poſſent iſtos excommunicare, ꝓpter priuilegiũ, excommunicabant cõmunicantes eis.

2 Vide Zãchinũ trac. de hęret. c. 36. & Marquardum trac. de Iudęis par. 2. cap. 5.

c ¶*Maiorem excommunicationem.*] Qui enim participat excommunicatis, excommunicatus eſt minori excõmunicatione. 11. q. 3. cum excommunicato. & ſ. de excep. à nobis. Sed iſti qui participant iſtis monachis in prædictis erant excõmunicati excommunicatione maiori. & ita maiorem excommunicationem incurrebant, quàm aliàs participando ex communicatis.

¶Gloſſa ſequens fortificat tex. & ponit quatuor modos fraudandi legem.

d ¶*In fraudem.*] Et ſic patet, quòd ſi non poſſunt illos excõmunicare, nihil facere debent, per quod ad idem redeãt: quia ſi denegatur eis vna via denegata intelligit & alia. ſ. de proc. tuę. Sic ergo iſti in fraudem priuilegiorum non ſunt excommunicandi. ſicut nec in fraudem canonis aliquid faciendum eſt. ſ. de conceſ. præben. conſtitutus. nec in fraudem legis. ff. ad Maced. l.4.§. is autem. Vnde nota, quòd quatuor 3 modis fit fraus legi, ſiue canoni: De perſona ad perſonam: vt ſi vxor velit donare viro, vel econuerſo, cum non poſſit. ſ. de dona. inter vir. & vxo. c. vlt. & ſupponit aliam perſonam cui donat, non valet donatio. ff. de don. inter vir. & vxo. hæc ratio. §. non tãtum. 46. diſt. ſicut non ſuo. De re ad rem: prohibitum eſt ne filiofamilias pecunia mutuetur, ſi tamen aliquid in fraudem factum fuerit, puta, dediſti frumentũ, vel aliud conſimile, qđ venderet, vt pecuniam haberet, fraus fit legi. ff. ad ſenatuſcon. Macedo. ſed Iulianus. §. mutui. aliàs incipit, Item ſi filius. & l. 4.§. & in vſura. 14. q. 3. plerique. & 1. q. 1. ſunt nonnulli. De cõtractu ad cõtractũ: puta vxor nõ põt donare viro, vt dictũ eſt, vult ei vendere, vt ſic hoc modo poſſit donare: nõ valet. ff. de dona. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa. ſic 16. q. 3. ſi ſacerdotes. Item de cõtractu ad contractũ, alio tamen modo quàm ſuprà, vt cum mulier pro alio fideiubere non poſſit, principalẽ ſe facit debitricem: hoc non valet: quia fecit in fraudem legis. ff. ad ſenatuſcon. Velle. quamuis. §. ſi cum eſſem. Et ſic patet. ꝙ qui fecit in fraudem legis, contra ipſam legem videtur facere. ff. de legi. cõtra legẽ, & l. ſeq. vñ tales ſẽtẽtiæ in veritate nõ tenebãt, vt hic patet: qa Papa nõ mãdauit eos abſolui. Ber.

3 Quot modis fiat fraus legi. pręter gloſſam & doctores hic, vide Baldũ in l. non dubiũ. C. de legibus. & late per Ancharanũ in repetitione c. canonũ ſtatuta ſupra de conſtit.

E *Xparte.*] Iſtud cap. habet varios intellectus, & põt ſic ſummari: Sola aſſumptio vel reaſſumptio tonſuræ poſt delictum commiſſum, non facit delinquẽtem haberi pro clerico. vel ſic: Si poſt clericatum aſſumptum immiſcuit ſe clericus enormitatibus, & diu in illis perſeuerauerit dimiſſis habitu & tonſura, & in delicto deprehenditur, non poterit ſe defendere pro clerico, quo minus puniatur per ſecularẽ iudicem. & iſte intellectus eſt aliquãtulũ periculoſus, ſed põt ꝓcedere ſecundũ vnã opinionẽ, de qua in c. perpendimus. de ſen. ex com. Diuiditur. In prima enim parte ponitur querela. In ſecũda prouiſio. Secũda: ibi, *Nec igitur.* Abbas.

CAP. XXVII.

EX † parte tua fuit propoſitum, quòd nonnulli literati, quos nec habitus, nec tõſura clericos profitetur, in terra tuę iuriſdictioni ſubiecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus foris factis [e] †, vt iuriſdictionem tuam eludãt & debitam pro delictis vltionem euadant, aſſumunt, ſeu etiam reſumunt tonſuram abiectam, ſeu habitum clericalẽ, licet ante pro laicis ab omnibus haberentur. ¶Ne igitur tonſura, vel habitu ſic reſumpto, malitia foueatur: ſi tuam iuriſdictionem exerceas in huiuſmodi deliquentes, qui ſine tonſura & habitu in delicto [f] fuerint deprehenſi, æquanimiter duximus tolerandum: cum malitijs [g] hominum indulgeri non debeat, ſed potius obuiari.

† De materia huius c. vide late ꝑ Couarruuiã in practicis quæſtionibus. c. 31.

† De voce foriſfactis, eiuſq; ſignificatione ꝑter gloſsã hic vid notata ĩ c. ad audientiã. de præſcriptio.

CASVS. In diſtrictu reginæ Anglorum erãt quidã literati, quos nec habitus nec tõſura clericos oſtendit: ſed cũ ipſi deprehenduntur in aliquibus maleficijs, vt iuriſdictionẽ reginę deludant, & pœnã debitã pro delictis euadant, reſumunt tonſuram abiectã, & habitũ clericalẽ, qui antea pro laicis ab omnib. habebantur: Regina ſignificauit hoc domino Papæ: Rñdet ei Papa, ꝙ ſi ſuam iuriſdictionẽ in huiuſmodi delinquentes exercuerit, qui ſine tonſura & habitu in delictis fuerint deprehenſi, æquanimiter ſuſtinebit: cũ malitijs hominũ nõ ſit indulgendum, nec tonſura nec habitu ſic reſumpto, ipſorum malitia foueri debeat. Nota quòd qui tõſura & habitu dimiſſis ĩ delictis deprehenduntur, amittunt priuilegium clericale, & poſſunt puniri ſine pœna excõmunicationis. Item malitijs hominum nõ eſt indulgendum, ſed potius obuiandum.

¶Idem.

¶Pariſijs, & in locis vicinis, ius ciuile legi non debet.

CAP. XXVIII.

SVper † ſpecula: & infrà. ¶Sanè licet ſancta Eccle-

† Reliquæ partes hui⁹ decretalis ſ. de magiſtris, & ne clerici vel monachi, c. ſuper ſpecula.

e ¶*Foris factis.*] id eſt maleficijs. ſimile verbum habes ſ. de præſcrip. ad audientiam.

¶Glo. ſeq. ſignat contraria: quia delictum, vel ſecularis habitus non tollit priuilegium. ſoluit.

f ¶*In delicto fuerint deprehenſi.*] Sed videtur contra, ꝙ licet clerici in delictis fuerint deprehenſi, non tamen capi vel detineri poſſunt ſine licentia Prælatorũ ſuorũ, nec puniri pręter pœnam excõicationis. ĩ. de ſent. excom. vt famæ. Item contra videtur ĩ. de ſen. excom. ſi vero. & c. in audientia. vbi clericus habet priuilegium, & ſi ſeculariter viuat. ſ. de vi. & hone. cle. c. vlt. Dicas, ꝙ non contradicunt illa, quia loquuntur in eo caſu cum certũ erat illos eſſe clericos, vnde ſemper retinent priuilegium, niſi poſt trinam admonitionẽ fuerint incorrigibiles: vt dicit illa decre. in audientia. hic autem loquitur de his, qui per omnia tãquam laici in omnibus & ab omnibus habebant vt hic dicitur, & malitioſè aſſumebant tonſurã: vel ſi aliquando fuerant clerici, non conſtabat, & ſic ipſo facto priuilegio renuntiauerant clericali: ſic ſ. de cle. coniug. c. penult. vnde hic nulla poterat fieri admonitio: ideoque de fraude, vel de malitia ſua commodum reportare non debent, nec incurrunt excõicationem, qui tales puniunt, vt hic patet: quia in delictis deprehendebantur, vnde hoc ipſo amittebant priuilegiũ. ĩ. de ſen. excom. cũ non ab homine. & c. perpendimus 4. Cõtrariã intelliguntur quando contempto habitu incedunt vt laici, nec deprehenduntur in delictis.

4 Secundũ illam decr. põt hoc intelligi ſecũdum Phil. & Io. And.

g ¶*Malitijs.*] Sic ff. de rei. ven. in fundo. ſ. de reſcrip. plerũq;. & c. ſedes. & ſ. qui matri. accu. poſſ. ſignificante. Ber.

S *Vper ſpecula.*] Primo ponit prohibitionis rationem: Secundò prohibitionem: Tertiò pœnam contrafacientibus. Secunda: ibi, *Firmiter.* Tertia: ibi, *Et qui.* Abbas.

CASVS. Quamuis eccleſia ſecularium legum non reſpuat famulatum, quæ imitantur veſtigia ęquitatis: tamen quia in Francia,

Francia,& in multis prouincijs, laici nō vtuntur legibus Romanorum Imperatorum, & raro eccleſiaſticæ occurrunt cauſæ, quæ non poſſint per canones expediri: vt plenius ſacræ paginæ inſiſtatur, firmiter prohibet dominus Papa, ne Pariſius, vel in ciuitatibus, ſeu alijs locis vicinis, aliquis docere vel audire ius ciuile præſumat: & qui contra fecerit, à cauſarum patrocinijs interim excludatur, & per epiſcopū loci excōmunicetur. Nota, ꝙ eccleſia approbat leges, & eis vtitur. Itē magis eſt inſiſtendum ſacræ paginæ, quā alijs ſcientijs. Item. arg. ꝙ ratione vicinitatis ſentit quis commodum, vel incommodum.

† Quaten⁹ gloſſa & doctores hic quærūt an oēs ſub ſint Imperatori, vid late ꝑ Caſſaneum in catalogo gloriæ mūdi pa. 5. cōſider. 28. et Couarruuiā in regula peccatū par. 2. §. 5.

a ¶*Non reſpuat famulatum.*] ſ. de no. op. nun. c. 1. & 10. diſt. lege Imperatorum. & c. ſi in adiutorium.

b ¶*Non vtuntur.*] cū tamen ab omnibus debeant obſeruari. C. de legib. leges. & l. leges ſacratiſſimæ. & licet ab omnibus de facto nō ſeruentur: quia nō ſubſunt Imperatori: de iure tamen debent ſub eſſe, & pręcipue iſti, quibus prohibentur. 11. q. 1. volumus. & dominus totius mundi eſt. ff. ad legē. Rho. deprecatio. & 7. q. 1. in apibus.

† Quæ loca dicātur vicina, præter notata hic, vide gloſſam cū ibi notatis in c. felicis de pœnis. lib. 6. adde Alexandrū conſi. 22. lib. 4.

¶*Gl. ſeq. notat quòd ratione vicinitatis, &c. ſignat contrarium.*

† Baion.

c ¶*Locis vicinis.*] & ita rōe vicinitatis ſentit quis commodū, vel incōmodū. de pœni. diſtin. 1. ſed & continuo. & 44. diſt. §. 1. & ff. de contra. emp. quod ſępe §. vlt. & 17. q. 4. ſi quis cōtumax. ar. contra qa lupanaria non infamāt caſtitatem. 32. q. 5. tolerabilius. Ber.

† Doctores in c. fi. ſ. de fide inſtru. & in c. Albericus. & in c. ſignificauit de teſtib.

Q*Via intentionis.*] Casvs. Dominus Papa innouauerat priuilegium cuiuſdam monaſterij cōſtituti in diœceſi Baiocen. ep̄s Baiocē. dubitauit, vtrū per talem innouationem iuri ep̄ali ſit derogatum: quęſiuit à dn̄o Papa, an ei pręiudicaret? Reſpondet ei Papa, ꝙ innouatio ius nouū non confert, nec tollit vetus: vnde vult eum eſſe in eo ſtatu, in quo erat tempore innouationis impetratæ: ſed per hoc non intendit Papa iuri aliàs competenti eidem monaſterio præiudicium generari. Nota, quòd innouatio priuilegij nihil noui iuris tribuit, nec ius vetus tollit. Item Papa non intēdit per literas ſuas alicui præiudicium generare.

† Gloſſa & doctores ī ca. qm̄. de priuile. li. 6. et Sylue. in ſumma. verbo: altare. q. 6.

¶*Glo. ſequens ponit duo ſimilia, & cauſam quæ per confirmationem accreſcit.*

d ¶*Nouum.*] Sic patet quòd innouatio priuilegij nihil noui confert. ſic, ſ. de confir. vti. vel inuti. cū dilecta. & ſ. eo. ex parte abbatiſſæ. 12. diſt. præceptis. ſic 24. q. 1. Achatius. ſic per protectionem non diminuitur ius. ep̄i. ſ. eo. ex parte tua. ſic & cōfirmatio in forma cōi obtenta. ſ. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. Quandoque tamen per confirmationem aliquid iuris accreſcit, quia tranſactio quæ erat perſonalis, per confirmationem fit realis, & perpetua: vt ſ. de tranſact. veniens. & c. 1.

I*N his.*] Primò ponit exordium, & facti narrationem: Secundò prouidet, & rationem reddit: ibi, *Cum autem.*

ſia legū ſeculariū non reſpuat famulatū [a], quæ ęquitatis & iuſtitiæ veſtigia imitantur: quia tamen in Francia, & nonnullis prouincijs, laici Romanorum Imperatorum legibus nō vtuntur [b] †, & occurrunt rarò eccleſiaſticæ cauſę tales, quæ non poſſint ſtatutis canonicis expediri: vt plenius ſacræ paginę inſiſtatur: & infrà. ¶Firmiter interdicimus, & diſtrictius inhibemus, ne Pariſius, vel in ciuitatibus, ſeu alijs locis vicinis [c] † quiſquam docere, vel audire ius ciuile præſumat: Et qui contra fecerit, non ſolum à cauſarum patrocinijs interim excludatur, verumetiam per epiſcopum loci excommunicationis vinculo innodetur.

¶Idem Epiſcopo Baiocen. †

¶*Innouatio priuilegij ius nouum nō inducit, ſed vetus conſeruat.*

CAP. XXIX.

QVia intentionis noſtræ: & infrà. ¶Cum innouatio †, nec ius nouum [d] conferat, nec etiam tollat vetus: te in eo ſtatu eſſe volumus, in quo tempore impetratæ innouationis dignoſceris extitiſſe. Cæterum nullum per hoc intendimus iuri aliàs eidem monaſterio competenti, præiudicium generari.

¶Idem.

¶*Priuilegiati vt vbique poſſint cū altari viatico celebrare, hoc poſſunt ſine licentia Prælatorum.*

CAP. XXX.

IN his †, quę ad cultum [e] diuinum facere dignoſcūtur, non maligna, ſed benigna eſſet potius interpretatio facienda. ¶Vnde mirari cōpellimur, quòd cum fratribus Pręđicatoribus, & Minoribus duximus indulgendum, vt vbicunque fuerint, ſine parochialis iuris præiudicio [f], cum altari valeant viatico celebrare: quidam nimis ſtrictè [g] interpretando indulgentiam noſtram, nituntur aſſerere, quòd per eā prædicti fratres præter Pręlatorum aſſenſum facere hoc non poſſint: propter quod eos celebrare iuxtà indulgētiam Apoſtolicam non permittuntur. ¶Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, ſine qua id Prælatis annuentibus liceret eiſdem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatiōe huiuſmodi reprobata, dum tamen ab alijs, quæ iure parochiali proueniunt, prorſus abſtineant, datam eis ſic licentiam celebrandi, auctoritate noſtra non differas publicare [h]: ita quòd dicti fratres aliquam ex indulgentia [i] noſtra videantur in hoc gratiam conſecuti.

¶Gregorius nonus maioris eccleſiæ & Chriſtianitatis Decano, & archidiac. Lincon.

¶*Priuilegium de decimis noualium non ſoluendis, non comprehendit decimas tempore priuilegij impetrati poſſeſſas ab alijs: niſi de poſſeſſione alterius in priuilegio fiat mentio.*

CAP. XXXI.

DVdum inter Priorem & conuentum de Butele † ex parte vna, & Prioriſſam &

† Aliàs de Buten.

Casvs. Fratres Prædicatores & Minores impetrauerunt indulgentiam à domino Papa, vt vbicunque fuerint cum altari viatico valeāt celebrare ſine pręiudicio iuris parochialis, quidam Prælati nimis ſtricte illam indulgentiam interpretantes dicebant, quod per illam indulgentiam pręđicti fratres præter aſſenſum Prælatorum hoc facere nō poſſunt: vnde non permittunt eos celebrare ſecundū illam indulgētiam: Cū autem ſine indulgentia fratres prædicti poſſint de Prælatorum licētia celebrare, nihil eis cōferret: Mandat dominus Papa cuidā epiſcopo, quatenus interpretatione huiuſmodi reprobata dūmodo abſtineāt ab iniurijs aliorum, datam licentiam pręđictis fratribus debeat publicare: ita ꝙ dicti fratres ex indulgētia ipſa aliquam videātur gratiam conſecuti. Not. ꝙ ea quę cultum diuinum reſpiciunt, benignè ſunt interpretanda. Itē beneficiū principis latæ eſt interpretandum. Item indulgētia, ſiue priuilegiū, ſine alterius iniuria concedi debet. Item indulgētia ſiue priuilegium ſic debet intelligi, vt aliquid conferat: aliàs deluſorium eſſet.

e ¶*Ad cultum diuinum.*] De his, quæ ad cultum diuinum relinquuntur in teſtamēto, ipſius fauore nō detrahitur quarta 1. ſ. de teſta. cap. vlti.

1 Epiſcopalis vel parochialis: vt ibi. Io. An.

f ¶*Sine præiudicio.*] & ita in pręiudicium alterius non datur priuilegiū graue. ſic ſ. de vſu pal. ex tuarum. ſ. de. ec. ædifi. ad audiētiam 2. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. ſi quis à principe. & ff. de admi. tut. impuberi 2. & C. de eman. libe. nec auus. & C. de p̄ci. imper. offer. quoties. & j. c. proximo.

g ¶*Nimis ſtrictè.*] qđ eſſe nō debet: quia principis priuilegium latiſſimè interpretandum eſt. j. de ver. ſig. olim. & ff. de conſti. prin. l. vlt. & 2. q. 3. c. ſi quē. §. notandum. in fi. nec nimis largè interpretari debet. ſ. eo. vt priuilegia, ibi, aperiantur eccleſiæ. & illud verbum non ita large accipitur, vt ibi dicitur.

2 Priuilegiū quo miles teſtari pōt quomodo vult reſpici bona nō tutelas filiorū. quia illæ fiunt iure patriæ poteſtatis, nō pręmio militari; & priuilegia militū ad alienā iniuriā porrigi nō oportet Ioān. And.

h ¶*Publicare.*] vt nullus poſſit ſe per ignorantiam excuſare. ſ. de poſtu. c. 1. & 16. diſt. quod dicitis. & 12. q. 2. qui & humanis ff. de inſti. ſed & ſi. §. proſcribere.

i ¶*Ex indulgentia.*] Indulgentia enim ſemper debet aliquid conferre: vt hic patet. & C. de theſau. l. 1. lib. 10. & ff. ad municip. l. 1. & ff. de lega. 1. ſi quando. & ff. de vſu, & habi. diuus. & potius laborandum eſt, vt res valeat, quam vt pereat. ſ. de fide inſtr. inter dilectos. & j. de verb. ſig. abbate. ff. de reb. dub. quotiens 2. & ff. de act. & obli. quotiens. & ff. de reg. iur. in contrahenda, aliàs deluſoria eſſet indulgentia principis. Ber.

D*Vdum.*] In prima ponitur facti narratio: In ſecunda deciſio: ibi, *De conſilio.* Abbas.

Casvs. Inter Priorem & cōuentum de Butele ex parte vna, & Prioriſſam & moniales de Campeſſe ex parte alia, coram iudicibus quæſtio ſuper decimis noualium vertebatur: Lite

pendente

pendente coram iudicibus, moniales impetrauerunt indulgentiam ſuper decimis noualium non ſoluendis, nullam de lite mota in indulgentia mentionem facientem, per quam indulgentiam volebant repellere Priorem, & conuentum à lite, dubitabant iudices, quid iuris eſſet: Papa de conſilio fratrum ſuorum decreuit iuri prædictorum fratrum per indulgentiam illam non facientem mentionem de lite mota, nullum præiudicium generari ſuper decimis noualium non ſoluendis, quas poſſidebant tempore indulgentiæ à parte altera impetratæ. Nota quòd literæ ſiue indulgentia ſuper re litigioſa impetratę de lite mota non facientes mentionem, non valent, nec impediunt proceſſum iudicis: quia tacita veritate ſunt obtentę. Et ſic nota, quòd Papa concedendo alicui indulgentiam, ſeu priuilegium, non intẽdit alium lædere.

† Nouale ager eſt nunc primũ præciſus.c. innouate. infra de verb.ſigni. & ibi late doctores.

¶*Gloſſa ſequens reddit rationem literæ, & ar. à contrario.*

a ¶*In quarum erant poſſeſſione tempore illo.*] Si enim poſſidebãt decimas illas iure ſuo tamquam ſibi debitas. priuilegium ſuper his obtentum, ſiue indulgentia non valet, quæ abſorbet ius alterius. C. de precibus Imperatori offerẽdis.quoties 1 quia contra ius eſt, C.eod.tit.reſcripta.25.quæſt.2. reſcripta. ac ſi lite pendente fuiſſent impetrata: quare non valent. ſic ſuprà de teſtibus, cauſam quæ. in Authent. ne in medio litis fiant ſacræ formæ, aut ſacrę iuſſio.§. ſi vero. collatione. 8.& ſuprà vt lite pendente.capit.vltim. ſic priuilegium obtentum tacita compoſitione non valet. ſuprà de decimis, ex multiplici, ſed ſuper illis, de quibus nondum fuerant in poſſeſſione, valebant, à contrario ſenſu, vt ſic aliquem fructum habeant ex talibus indulgentijs, aliàs inutiles eſſent: vt ſuprà cap. proximo.

† Hinc nota, quòd q pleno iure non ſunt oblati, nõ gaudẽt priuilegio illorum in quorum ſocietate ſũt recepti.

1 Vide in c.cũ.ſtatim alle.ſuper gl.Ioã. And.

b ¶*Non facientes.*] Vnde per ſurreptionem obtentę fuerunt. & talem videlicet, quæ ſi expreſſa fuiſſet, eas non habuiſſent, & maxime ſi læderetur Prior & conuentus. ſuprà de reſcrip.ſuper literis. infrà de verb. ſig. quid per nouale. & ita indulgentia non valet tacita veritate: ſicut nec reſcriptum: vt in cap. ſuper literis. ſic & priuilegium non valet, niſi faciat mentionem alterius priuilegij.ſuprà de præſcrip.veniens. Et ſic patet, quòd Papa concedendo indulgentiam, ſeu priuilegium, non intendit alium lędere: vt ſuprà cap. proxim. vbi de hoc inuenies concordantias.

moniales de Campeſſe ex alia: ſuper decimis lite mota: & infrà.

¶De conſilio fratrum noſtrorum decernimus, iuri prædictorum Prioris & conuentus ſuper decimis noualium †, in quarum erant poſſeſſione tempore illo [a], quo indulgentiæ Apoſtolicę impetratę fuerunt à parte altera de decimis noualium non ſoluendis, non debere per eas non facientes [b] de hoc aliquam mentionem, præiudicium generari.

¶Idem.

¶*Confratres priuilegiatorum, niſi ſe ad eos in totum traſtulerint, ad epiſcopalia iura tenentur.*

CAP. XXXII.

QVidam † (ſicut aſſeris) in priuilegiatorum fraternitate recepti, nolunt tibi de iuribus epiſcopalibus reſpondere: Verum quandiu huiuſmodi fratres moram [c] in domibus ſuis fecerint, eos compellere poteris ad dicta iura tibi integrè perſoluenda [d].

QVidam.] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Verum.* Abbas.

Casvs. Quidam priuilegiati, vt Templarij,& hoſpitalarij, quoſdam receperunt in fraternitatem ipſorum, propter quod nolunt diœceſano epiſcopo de iuribus epiſcopalibus reſpondere: dicit Papa, quòd quamdiu fratres iſti moram faciunt in domibus ſuis, diœceſanus eos compellat ad iura ſibi integraliter perſoluenda. Nota quòd non ſufficit receptio priuilegiatorum ad euitanda cura epiſcopalia, niſi recepti ad priuilegiatos tranſeant.

¶*Gloſſa ſequens inducit tria ſimilia, ad primum, & vltimum inducit contrarium.*

c ¶*Moram.*] Et ita non ſufficit ſola receptio, niſi ſequatur tranſlatio plena. ſic 21. queſtione. 2. ſiquis iam tranſlatus. Sicut non dicitur quis eſſe de numero militum, priuſquam ſit inter eos numeratus.ff.de milit.teſt.ex eo tempore. Et ſola ratio poſſeſſionis non eſt idonea ad munera iniungenda. ff. ad munici. libertus. §. ſola. ſic & miles commeatu accepto ſi remaneat in domo ſua, non habet priuilegium.ff. ex qui.cau. maio.l.miles.Ar.contra.ff. de bon. poſſ. ex teſt. mili. l. vnica. in fin.vbi dicitur, quòd priuilegium militis habet, qui nondum peruenit ad milites.

d ¶*Perſoluenda.*] Sic ſuprà eodem. cum & plantare. §. penult. ſic ſuprà eodem. ex parte. & s̃. de maio. & obe. per tuas.

¶Idem Arelaten. capitulo.

¶*Quo ad priuilegium retentionis decimæ, ſemel nouale ſemper eſt nouale.*

CAP. XXXIII.

COnſultationi veſtrę breuiter reſpondemus, q̄ terra, de qua non extat [e] memoria, quòd aliquando culta fuiſſet, redacta per religioſos viros nouiter ad culturam perpetuò [f] debet quo ad immunitatem de non ſoluendis decimis noualium † iure cenſeri: Cum aliàs nonnunquam contingeret indulgentiam [g] de noualibus plus eis diſpendij, quàm vtilitatis afferre.

† Aliàs, nõualis, vt hic agnoſcit Hoſtiẽſis.

TITVLVS XXXIIII.

De purgatione canonica.

¶Ex concilio Triburien.

¶*Infamatus fide dignus per iuramentum ſe purgat: aliàs ſecus, & cenſetur non idoneus enormiter peccans.*

COnſultationi.] Primò ponit dictum. Secundò rationem. Secunda: ibi, *Cum aliàs.* Abbas.

Casvs. Aliqua terra de nouo redacta eſt ad culturam per aliquos religioſos de noualibus decimas non ſoluentes, de qua non extat memoria, quòd culta fuiſſet: dubitatur an perpetuo illa dici debeat noualis, quo ad decimas non ſoluẽdas? Reſpondet Papa, quòd perpetuo terra illa debeat cenſeri nouallis, quo ad immunitatem de decimis non ſoluendis, aliàs contingere poſſet aliquando indulgentiam de noualibus plus eis diſpendij, quam vtilitatis afferre. Nota, quòd ſemel eſt nouale, ſemper erit nouale quo ad immunitatem de decimis non ſoluendis. Ec ſic nota hic arg. quòd principium conſiderandum eſt. Item arg. quòd ex quo res ſemel eſt priuilegiata, ſemper erit priuilegiata, quia priuilegia perpetua ſunt.

e ¶*Non extat memoria.*] infrà. de verbo. ſigni. quid per nouale.

¶*Gloſſa ſequens aperit dubitationem, & elicit duo argumenta.*

f ¶*Perpetuo debet.*] Sic ergo patet, quòd ex quo fuit ſemel nouale, ſemper erit nouale, quantum ad hoc, quòd decimæ non ſoluantur de tali terra. Hæc videbatur forte dubitatio, ſi poſt longa tempora, quæ ſufficerent ad præſcriptionem canonicam, debet talis terra dici nouale, vt poſtea cẽſeretur iure communi cum alijs, vt decimę poſtea ſoluerentur. quod hic determinatur. Et eſt arg. quòd principium conſiderandũ eſt.ſuprà de cenſi.ſcientes.s̃.de elec.dudum. in quibus de hoc. Item arg. quòd ex quo res eſt ſemel priuilegiata, ſemper erit priuilegiata: Priuilegia enim perpetua ſunt. 25.quæſt.2.cap. 1.& 2.niſi perdantur: quia illi, quibus conceſſa ſunt eis non vtuntur 2. s̃.eo.accedentibus.& cap.ſi de terra.

2 Vel abutunt s̃. eo. tuarũ.idẽ in alijs caſibus not.de deci. ſuggeſtã in 1. gl. Io. An.

g ¶*Indulgentiam.*] Iſti enim habebant priuilegium de non dandis decimis nouallium, vnde dubitabant, vtrum lapſu temporis redirent illa noualia ad ius commune cum alijs terris: quod ſi eſſet, contingere poſſet, quòd plus diſpendij conſequerentur ex illo nouali, quam vtilitatis: puta per magnas expenſas, quas facerent in reducendo terram illam inutilem ad culturam.

DE PVRGATIONE CANONICA.

¶*Suprà viſum eſt de varijs delictis tam Prælatorum, quam ſubditorum, verum quia infamati ex delictis, qui conuinci non poſſunt, debent compelli ad ſe purgandum, ideo ſubijcitur iſta rubrica.*

De hac materia tractatur. 2.quæſt.5.per totum, & 15.q.5 De ſecunda parte tractatur. 2.quæſtio.5. conſuluiſti. §. hoc autem vſque ad fi.quæſtionis.

Nobilis.

NObilis.] Duæ ſunt partes:Secunda: ibi, *Si autem.* Abbas Siculus.

Casvs. Statuit concilium Triburien. q ſi nobilis homo, vel etiam ingenuus accuſatus fuerit in ſynodo,& crimen negauerit, deficiente accuſatore, cum xii. homin ibus ingenuis ſe expurget, ſi de hoc fuit infamatus. Secundò dicit, q ſi ante fuit deprehenſus aut in furto, aut in periurio, aut falſo teſtimonio, vlterius ad iuſiurandũ non admittatur,ſed ei ſicut qui ingenuus non eſt purgatio indicatur. Nota, q deprehenſus in furto, periurio,aut falſo teſtimonio, ad iurandum vlterius nõ admittitur. Et ſic eſt arg.quòd præſumitur contra aliquẽ ex antecedenti vita. Itẽ arg. quòd propter crimen perditur nomen dignitatis.

† Referunt Burchard⁹ lib. 16.decre.c.19.et Gratianus ſiue palea. 2.q.4.c.15. & habet c.1.ti.de purgatiõe vulgari, in 1. compilat.

CAP. I.

NObilis † homo, vel ingenuus [a], ſi in ſynodo accuſatus crimen negauerit, ſi fidelem [b] eum eſſe ſciuerit [c], cũ duodecim [d] ingenuis ſe expurget [e]. Si autem antea deprehẽſus fuerit in furto [f], aut periurio [g], aut falſo teſtimonio, nõ admittatur ad iuſiurandũ: ſed ei(ſicut qui ingenuus [h] nõ eſt) purgatio indicatur.

¶Ex concilio Agathen. †

† In concilijs impreſſis ex ſuo ne additur hoc decretũ cõcilio agathenſi.

¶Infamatus tertiò monitus ſe non corrigens, vſque ad purgationem ab officio ſuſpenditur.

CAP. II.

SI quis presbyter negligẽs [i] vitæ ſuæ, prauis exemplis mala de ſe ſuſpicari permiſerit & populus ab epiſcopo iuramento [k], ſeu banno Chriſtianitatis [l] aſtrictus infamiã eius patefecerit, certique accuſatores criminis eius defuerint: admoneatur [m] † primò ſeorſum ab epiſcopo: deinde ſub duobus vel tribus teſtibus; & ſi nõ emẽdauerit [n], epiſcopus eum publica increpatione admoneat. Si verò nec ſic ſe correxerit, ab officio ſuſpẽdatur [o] vſque ad condignam ſatisfactionem : ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur.

† Obſerua hic ordinẽ fraternæ correctionis,de quo plenè B. thomas 2.2.q.33.art.3.4.5.& ſeq.

† Cap. 70. in cõcilijs impreſſis. non c.2.vt aiunt Burchard⁹ lib. 8. dcere.c. 50.

a ¶*Ingenuus.*] Ingenuus eſt, qui ſtatim vt naſcitur liber eſt. Inſt. de inge.in prin.& dicitur hic ingenuus, qui aliàs non eſt nobilis, vt differat ſic ab eo qd dicit,nobilis.

b ¶*Fidelem.*]id eſt fidedignum,qui de facili non peieraret.

c ¶*Sciuerit.*] ipſa ſynodus,vel aliàs extra ſynodum iudex.

d ¶*Duodecim.*] Hoc intellige, ſi viſum fuerit iudici quòd tot habeat, quia numerus cõpurgatorũ arbitrarius eſt. argu. infrà eod. ex tuarum. & 2. quæſt. 5. omnibus.

e ¶*Expurget*] Intellige de eo, qui infamatus eſt.

f ¶*In furto*]Qui enim condemnatus eſt, vel pactus de furto, infamis eſt.ff.de his qui not.infam.furti.§.pactus. & l.1.quare vlterius ad iuramentum non admittitur.

g ¶*Periurio.*]Periurus non admittitur amplius ad iurandũ, vt 6.q.1.quicunque.& 22.q.5. paruuli. quia præſumitur contra ipſum ex antecedẽti vita.arg.2.q. 1.in primis.ad fi.ff.de accu.ſi cui.& ff.de re mili.non omnes. §. à barbaris. Idem eſt de eo qui falſum tulit teſtimonium,qui periurus eſt, & in tribus peccat,ſupra de crimi.fal.cap.1.

h ¶*Ingenuus non eſt.*]Arg. quòd propter crimen perditur nomen dignitatis, ſicut per monachatum amittit 1 quis nobilitatem.27. q. 2. ſcripſit. vnde priuilegio ingenui gaudere non debet, qui ingenui mores abijcit.ĵ.de ſen. excom. in audientia.& ſupra,de vi.& hone.cle.c.vlt.& ſ.de cle.coniu. c. penult. & ſ.de apoſta.cap.1.& ſuprà ne cle. vel mona. capit. 2. expurgabit ergo ſe quaſi ſeruus, ſiue libertinus ad arbitrium iudicis: & aliter quàm ingenuus.

1 Hunc articulũ late diſputat Andreas tiraquellus. trac.de nobilitate c.26. adde Romanum ſingulari. 37. incip. vtrũ nobilis p ĩgreſſum.

SI *quis.*]Suſpectus qui tertio monitus ſe non corrigit, cum poſſit,ab officio ſuſpenditur.Abb.

Casvs. Statuit concilium Agathen. vt ſi presbyter fuerit infamatus negligens famam ſuam,epiſcopus populum iuramento ſeu banno Chriſtianitatis aſtringat,vt eius infamiam patefaciat: qua patefacta ſi accuſator defuerit, epiſcopus illum ſeorſum admoneat: & ſi non correxerit, adhibeat duos vel tres: & ſi ſe non emendauerit,epiſcopus eum publice admoneat: & ſi ſic non curauerit ſe corrigere, ab officio ſuſpendatur vſque ad debitam ſatisfactionem, ne populus in eo ſcandalum patiatur.Nota ordinem per iſtam decretalem, qualiter Prælatus procedere debeat contra ſubditum infamatum, antequam eum ab officio ſuſpendat.

i ¶*Negligens.*]Qui negligit famam,crudelis eſt.12.q.1.nolo.& 11.q.3.non ſunt.

k ¶*Iuramento.*]35.q. 6. epiſcopus in ſynodo. & ſ. de teſtib. cogen.præterea.

l ¶*Chriſtianitatis.*]id eſt, ſub pœna fidei ſuæ.

¶Ex concilio Melden. †

† Concilio Meldenſi. c.68. nõ c. 5. prout referunt Burchardus li. 9. decre.c. 32.

¶Etiam regulares purgãt ſe delicto ſecundum regulam canonicam.

CAP. III.

MOniales ſi libidinibus ĩſeruire accuſent,& manifeſtè detegi non valuerint [p], erga regulam [q], ſuæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur.

¶Ex eodem. †

¶Si delictum eſt probabile, non indicitur purgatio: aliàs ſecus.h.d.quò ad titulum.

CAP. IIII.

SI quis de gradu eccleſiaſtico raptoribus alienarũ ſpõſarum ſe cõſenſorem [r], vel interuentorem manifeſtè prodiderit [ſ], à proprio gradu repellatur:Et ſi veriſimilibus [t] exinde ſuſpicionibus fuerit propulſatus,canonicè ſe expurget.

¶Innocentius Papa † aquilegien. Patriarchæ,& Mantuan.Epiſcopo.

† Aliàs Innocentius Papa. iij.

¶Infamatus, contra quem crimen probari non poteſt, debet ſe purgare iuramento de veritate: compurgatores verò de credulitate.

CAP. V.

QVotiens †, Tridentinus epiſcopus de ſimonia impetitus ſit, vos latere non cre-

† Cap.4.e. tit.in 1.cõ. refert Gratianus ſiue palea. 2.q. 4. cap.quotiens.

m ¶*Admoneatur.*] 2. q.1.ſi peccauerit.

n ¶*Emendauerit.*]negligẽtiã ſcilicet,reddẽs ſe operibus bonorum actuũ,vt ſic ſuſpicionẽ prauam depellat. Lau.

o ¶*Suſpendatur.*]Hic eſt ordo qualiter procedat contra infamatũ: nõ enim incipiendũ eſt à ſuſpẽſione, ſed ordo capituli eſt inſpiciendus.arg.2.q.1. nomẽ.& 74. diſt. honoratus. & 23.q.4.forte. hic ordo ſeruandus eſt, vt plenè dicitur.ĵ.eo.inter.Ber.

MOniales.] Põt ſic ſũmari ſecũdum intellectũ gl. Purgatio indicenda eſt regularibus ſecundũ tenorẽ regulę.h.d.Nã regulares iudicant nõ ſolũ ſecundũ regulã, ſed et ſecundũ canones: vt in c. ſi. de ſta.re.Abbas.

Casvs. Si moniales accuſentur libidinibus ĩſeruire,vel et denunciẽtur,ceſſante accuſatore ſecundũ regulã ſuã ſe expurgent. No.q monialis ſuſpecta de inceſtu, tenetur ſe purgare.

p ¶*Valuerint.*] per teſtes, vel p aſpectũ corporis.27.q.j.nec aliqua

q ¶*Erga regulam.*]i.ſecũdũ tenorẽ regulę.B.

SI *quis de gradu.*]Casvs. Si aliquis clericus cõuictus fuerit in iudicio, vel cõfeſſus ſe conſenſiſſe raptoribus alienarũ ſponſarũ, vel mediatorẽ eſſe à proprio gradu repellatur.Et ſi de hoc veriſimiliter infamatus fuerit canonicè ſe expurget.Nõ.q confeſſus in iure pro conuicto habetur. Itẽ cõſentiens & agens pari pœna puniuntur.Quod verum eſt de cõſenſu cooperationis.Itẽ pœna raptoris alienæ ſpõſæ,eſt depoſitio.Item veriſimilis ſuſpicio inducit purgationem.

r ¶*Conſenſorem.*]Qui enim conſentit,quandoque vt faciens punitur.ĵ.de ſen.excom.quantæ.& 17.q.4. omnes eccleſię. & 86.diſt.facientis. & qui crimina quæ corrigere poteſt nõ corrigit,ipſe committit.23.q.8.præterea.

ſ ¶*Prodiderit.*]in iudicio timore probationis: alias ſi occulte confiteretur ſacerdoti, non repelleretur, dummodo eſſet occultum.ſ.de ſimo. ex tuæ.

¶Gloſſa ſequens tractat de triplici ſuſpicione.

t ¶*Veriſimilibus.*]Suſpitio temeraria ſemper repellitur. 2.q. 1.primo & 6.q.1. oues. Veriſimilis 2 inducit purgationem, vt hic. Violenta ſufficit ad ſententiam,32.q.1.dixit dominus.

2 De multiplici ſuſpicione, vid Ioannẽ Mileſi in pra. crim tract. de præſumptiõe. add Alciatum trac.d pręſumptionibus.

Additio. Vnde verſus:

Tu ſuſpenderis ſi cauſa probabilis extet.
Si violenta,tenet:ſed non temeraria tanget.

QVotiens.]Diuiditur. Nam primò narrat factum : ſecundò purgationem indicit:ibi, *Communi.* Tertiò ponit purgationis formam:ibi,*Porrò.*Abbas.

Casvs. Epiſcopus Tridentinus accuſatus fuit q per ſimoniam eccleſiam beati Petri dederat P.presbytero : ſed accuſatores hoc ſecundũ formã canonicã probare nõ potuerũt:quæſiuit patriarcha Aquilegien.quid eſſet agendũ? Rñdet Papa,vt tertia manu ſui ordinis, & quarta abbatũ,& religioſorũ ſacerdotũ,de illa ſimonia ſe expurget:& ſi de hoc eſt infamatus,tenor purgationis talis dẽt eſſe: Iurabit epiſcopus ſuper ſancta

Dei

dimus: ſed accuſatores [a] ſcriptum afferentes, teſtes ſecundum formam canonicam producere nequiuerunt: ſcilicet, quòd eccleſiā ſancti Petri preſbytero P. dederit pro quatuor modijs frumenti: & infrà. ¶Cōmuni fratrum noſtrorum conſilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis [b], & quarta abbatū & religioſorum [c] ſacerdotum, de ſupradicta ſimonia debeat ſe purgare. ¶Porrò purgatiōis tenor erit huiuſmodi: Epiſcopus iurabit primum ſuper ſancta Dei Euangelia, quòd pro eccleſia ſancti Petri presbytero P. danda, nec ipſe per ſe, nec per ſubmiſſam [d] perſonam, nec aliquis pro eo, ſe ſciente pretiū recepit: deinde compurgatores ſuper ſancta Dei Euāgelia iurabūt, quòd ipſi credūt [e], eum verum iuraſſe.

Alexander tertius.

¶Epiſcopus parochianum ſuum infamatum compellit ad ſe purgandū: niſi ab eo legitimè appellauerit.

CAP. VI.

NOs † inter alios: & infrà. ¶Quia nos tua fraternitas conſulere voluit, vtrū epiſcopus parochianū ſuū ad purgationem cogere poſſit: Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, accuſatore, & teſtibus deficiētibus [f], ad purgationem eſt per ipſum epiſcopum compellēdus: niſi fortè ſuper ipſo ad ſuperiorem

Dei Euangelia, ꝙ pro eccleſia ſancti Petri danda presbytero P. nec per ſe, nec per aliam ſubmiſſam perſonam, nec aliquis pro eo ſe ſciente, pretiū recepit: Cōpurgatores iurabunt, ꝙ credunt eum verum iuraſſe. No. ꝙ ceſſante accuſatore, ſi accuſatus remanet infamatus, debet ſe purgare. Itē per homines ſui ordinis dēt quis ſe purgare. Itē arbitrarius eſt numerus compurgatorū. Item compurgatores illius opinionis eſſe debent, quod nō ſit veriſimile eos velle peierare. Itē nota hic formam purgationis faciēdam: Purgandus iurabit ſe non feciſſe quod obijcitur ei, nec per ſe, nec per aliū: Compurgatores vero iurabunt ſe credere illum dicere verū. Item nota, quod non licet mihi per aliū quod per me nō licet.

¶Glo. ſeq. reci. ſignando contra. de l. ſi plures. & dupliciter ſoluitur.

a ¶*Accuſatores.* Et ſic videt̄ ꝙ plures poſſunt ſimul accuſare de eodē crimine 1. ſ̄. de collu. c. 1. & 2. q. 1. in primis. ſed hoc ita cōtingit de facto: ſed iudex debet eligere magis idoneū. ff. de accu. ſi plures. Vel intellige, accuſatores, i. delatores, vel denuntiatores. ſ̄. đ accu. cū oporteat. & hoc ſatis videt̄, quia ſi fuiſſent accuſatores, ſi nō probauerint puniri debent pœna talionis 2, ad quam ſe inſcribere debuerūt. ſ̄. de ſimo. licet Helv. aliter nō admittitur accuſator, vt ibi tamen denunciās ſi non probat, puniri debet extraordinaria pœna ad arbitriū iudicis. ſ̄. de cal. c. 2. B.

b ¶*Sui ordinis.*] ſ. epiſcoporū. & ita eſt ar. ꝙ epiſcopalis dignitas ſit ordo. 21. diſtin. cleros. 89. diſt. ad hoc.

c ¶*Religioſurū.*] Nota, ꝙ compurgatores debent eſſe bonæ opinionis, ita ꝙ non ſit veriſimile eos velle peierare, & ab eccleſia tolerentur. j̄. eo. cum P. & c. conſtitutus. & qui eius conuerſationem agnoſcant. j̄. eo. c. inter.

d ¶*Submiſſam.*] Nō enim licet mihi per alium, quod per me non licet. 1. q. 7. ſancimus. ff. de adm. rer. ad ci. perti. l. 2. in prin. & ff. ad ſenatuſcon. Maced. filium habeo. & qui per aliū facit, per ſeipſum facere videtur. j̄. de ſen. excom. mulieres. & ff. de admi. tu. ita tamen. §. geſſiſſe.

e ¶*Credunt eum verum.*] Sic j̄. eo. cap. vlt. in fi. & ſ̄. de teſtib. quotiens. aliàs enim ſubirent anceps periurium, ſi præciſe iurarent de alieno facto. ff. de in lit. iur. videamus. ff. rer. amot. l. Marcellus. §. qui rerum. Qualiter iurare debeant qui purgantur. dicitur j̄. eo. c. vlt. in fi.

NOs.] Communis diuiſio: Secunda pars: ibi, *Conſultationi.* Abbas.

CASVS. Aliquis parochianus epiſcopi infamatus eſt de aliquo crimine eccleſiaſtico: quæritur vtrum epiſcopus deficiētibus accuſatoribus & teſtibus, poſſit illum cōpellere ad purgationem præſtandam? R̄ndet Papa, ꝙ ſi de aliquo crimine publica laborat infamia, deficientibus prædictis perſonis ep̄s poteſt ipſum compellere ad purgationem, niſi ad ſuperiorem duxerit appellandū: & ſi appellauerit, eius parebit iudicio, ad quem appellauit. Nota quòd epiſcopus parochianum ſuum

1 Sed nunqd ecōtra vn⁹ plures accuſare poſſit not. 81. diſt. Maximianus. & plenius 2. q. 1. prohibētur. & in Spec. de acc. ī prin. Ioan. And.

† Cap. 4. ti. đ officio et poteſ. plati & iudic. ordi. in 1. cō. & c. 7. e. ti. de purg. canō. in 1. cō.

2 An hodie locum habeat pœna talionis q̄ſtio eſt, de qua plene petrus duēnas regula 27. inci. accuſans aliquē, & Couarru. li. 2. varia. reſo. cap. 9.

iudicem duxerit appellādum. Sanè ſi appellauerit [g], eius parebit iudicio, ad cuius examen cauſam voluerit per appellationem transferre.

¶Idem Gaietanen. † electo.

¶Compurgatores debent eſſe honeſti & notum habere eum, quem purgant, nec debent à iudice, vel ab alio impediri: & deficiens in purgatione punitur vt conuictus.

CAP. VII.

CVm † P. Māconella preſbyter & infrà. ¶Purgatores illius honeſtatis, & opinionis [h] eſſe volumus, quòd veriſimile ſit eos nolle amore, vel odie, ſeu obtentu pecuniæ deierare. Vt aūt idonei appareant, neceſſe eſt, vt eius, quem purgare debent, vitam, & conuerſationem agnoſcant. ¶Deficiētem verò purgatiōe, omni officio, & beneficio eccleſiaſtico priuare [i] procures: Præcauens quòd ſi qui purgādo in ſua voluerint purgatiōe aſſiſtere, nullā eis maleuolentiam [k], vel indignationē oſtendas: nec eos impedias, vel ab alijs, quantū in te eſt, impediri permittas.

¶Lucius tertius.

¶Abſolutio facta ſecundum purgationem vulgarem non tenet: & ea non obſtante, poteſt indici de nouo purgatio, & admittitur accuſatio.

CAP. VIII.

EX † tuarū intelleximus cōtinentia literarum, quòd cum H. presbyterum (quia infamabatur de homicidio) à ſa-

infamatum poteſt compellere ad purgationem. Item à tali cōpulſione appellatur iuſta de cauſa.

¶Glo. ſeq. addit caſum, quærit, ſoluit, ſolutioni alle. contrariū.

f ¶*Deficientibus.*] Vel etiam nullis apparētibus: ex quo em̄ infamatus eſt apud bonos & graues, & ſi nullus appareat accuſator, compellēdus eſt ad purgationē. 2. q. 5. ſi mala. & j̄. eo. inter. Sed nunquid ep̄s poteſt de quolibet 3 crimine cōtra parochianū ſuū taliter procedere? Non credo, & hoc intelligo in criminibus, quę ſpecialiter pertinent ad eccleſiā, puta de hæreſi. ſic ſ̄. de hære. excōicamus. §. adijcimus. vel đ adulterio, ſi conſanguineus teneat conſanguineam. & vxorē alterius vel niſi habeat iuriſdictionē temporalē: aliàs nō videtur ꝙ de quolibet crimine hoc poſſit ar. cōtra ſ̄. đ iud. nouit.

g ¶*Apellauerit.*] Dū tn̄ iuſtā habeat cām appellandi, puta, quia excedit modū ep̄s in purgatione: vel aliàs cum grauat. ſ̄. de off. ord. irrefragabili. &c. licet. aliàs non admittit̄ appellatio, & præcipue in huōi crimine, vel infamia. ſ̄. de app. cū ſit Romana. ī ſi. & c. vt debit⁹.

CVm. P.] Secunda pars: ibi, *Vt autem.* Tertia: ibi, *Deficiētem.* Quarta: ibi, *Præcauens.* Et eſt pars c. cum P. ſ̄. de accuſā. Abbas.

CASVS. Presbyter P. Manconella infamatus erat de ſimonia: ꝓ qua fuit ſibi īdicta purgatio: quęrebatur, quales teſtes debeat habere ad ipſum compurgādum? Reſpondet Papa ꝙ cōpurgatores illi debent eſſe talis honeſtatis & opinionis, ꝙ non ſit veriſimile eos odio vel amore. aut obtētu pecunię velle deierare, & neceſſe eſt, vt vitam & conuerſationem eius agnoſcant, quē purgare debent. In fine dicit, quod qui deficit in purgatione, ab officio, & beneficio eſt priuandus Dicit etiam. quòd qui recipit purgationem, nullam maleuolentiam vel indignationē compurgatoribus oſtendere debet, nec impediat eos, nec ab alijs impediri permittat. Nota, quòd compurgatores debent eſſe bonę famæ, & opinionis, & vitam & conuerſationem cōpurgandi agnoſcere debent. Item qui deficit in purgatione, punitur tamquam præſumptiuè conuictus. Item deficientis in purgatiōe, eſt depoſitio ab officio, & beneficio. Item iudex nullam maleuolentiam, vel indignationem oſtendere debet. Item compurgatores non ſunt impediendi.

h ¶*Opinionis.*] ſic ſ̄. eo. quotiens. & j̄. eod. conſtitutus. & qui vitam eius pręteritam, & modernam agnoſcant. j̄. eo. inter.

i ¶*Priuare.*] Qui deficit in probatione, pro conuicto habetur, & punitur 4 tamquam probatum ſit crimē. ſic ſ̄. de ſimo. de hoc. & c. inſinuatum. & j̄. eo. inter.

k ¶*Maleuolentiam.*] Ar. 95. diſt. eſto ſubiectus. 86. diſt. quando. & ff. de offi. præſi. obſeruandum.

EX tuarum.] Communis diuiſio. Secunda pars: ibi, *Quia vero.* Abbas.

CASVS. Quidam presbyter H. nomine infamabatur de homicidio, propter quod epiſcopus ſuus ab officio ſacerdotali

cum

† Aliàs Caiet. ſed forſan veri⁹ ſi legat̄ Caiacē. vt poſt cōciliū Late. ſub Alēxā. iij. par. 50. c. 14. eſt aūt hodie parua vrbs hui⁹ nominis in Cāpania.

† Ca. 12. ti. de accu. in 1. cōp. pars huius đ accu. cū. P. & adfinē illi⁹ cōtinuatur hæc pars.

3 De quæſtione not. à gloſſa, ꝓ aliis agit hic latiſſimè Henrich⁹. Boich.

† Cap. 5. e. tit. in 1. cōpilatione. & poſt cōcil. Later. ſub Alex. iij. par. 50. c. 50. Vide Bernardinum Diaz in pract. crimin. canō. c. 140.

4 Conſiderato modo agendi. de accu. accedens. ſecūdum Goff. Ioan. And.

eum ſuſpendit: ipſe quaſdā literas exhibuit anteceſſoris ipſius epi,in quibus continebatur, ꝙ iudicio aquę frigidæ ſuam innocentiā purgauiſſet, & eps ipſum abſoluiſſet: quęſitū fuit à Papa vtrū talis purgatio ſufficiat:quia vero peregrina iudicia ſunt inhibita, dicit Papa quòd prędicta purgatio inſufficiens fuit: vnde mādat Papa epo, quatenus ſi accuſatores idonei non apparuerint, cū ſeptima manu aut quinta ſui ordinis debeat ſe purgare qua pſtita ſuſpenſionē ſine difficultate relaxet & eū boni teſtimonij annuntians,ab infamia homicidij abſoluat.

† Vide B. Thomā 2. 2. q.95.ar. 8. ad 3.argumētum & Iuonem par. 10. c. 15.

No.ꝙ ſentētia quę nulla eſt,non abſoluit aliquē nec condemnat,& iterum ſententiandum eſt.Itē huiuſmodi purgatio,ſcilicet aquæ frigidæ vel feruentis,inhibita eſt, & ideo pro nō præſtita debet haberi.

a ¶*Suſpendiſſes.*]Propter enormitatem delicti ſuſpenditur ſtatim quis ab officio & beneficio.j.eo.inter. vbi de hoc dicitur.

† Dictio virum, deeſt in vetuſtioribus codicibus.

b ¶*Purgauiße.*] Hæc purgatio eſt inhibita, ſiue ferri candentis,vel duelli 1. qa tales Deū tētare videntur.j.tit.p xi.p totū.& 2.q.5. Mēnā. & clerici tales purgationes bñdicere non debēt.s.ne cler.vel mona.ſententiam. & ideo hic pro non præſtita habetur.

1 Vel panis et caſei Ioan.And.

† Cap.6.e. tit.in 1.cō. & poſt cōciliū Late. par.8.c.21.

c ¶*Peregrina.*] ideſt, extranea, & reprobata. aliter acccipitur iudicium peregrinum pro iudicio non ſui iudicis. 3. quęſtio. 6. peregrina. & cap. ſeq.

cerdotali officio ſuſpēdiſſes [a], prædeceſſoris tui literas tulit in medium, quibus apparuit eum iudicio aquæ frigidæ ſuā innocētiā purgauiſſe [b], & epiſcopum ſuis eum literis abſoluiſſe. ¶Quia verò peregrina [c] iudicia ſunt inhibita †, purgationem,quam præſtitit, ſufficere non putantes [d]: Mandamus quatenus ſi accuſatores idonei non apparuerint,vt cum ſeptima, aut quinta manu ſui ordinis (ſicut expedire cognoueris) per purgationē canonicā innocentiā ſuam oſtendat, ſibi iniungas: quā cum pręſtiterit, ſuſpenſionem ſine difficultate relaxes, & eū teſtimonij boni virum † annuntiās [e], ab infamia homicidij,nullius contradictione vel appellatione obſtante abſoluas [f].

¶Idem vintonien.Epiſcopo.

¶*Sufficit quòd compurgator ſit toleratus ab eccleſia bonæ famæ, nec de crimine ſuſpectus condemnatus.*

CAP. IX.

COnſtitutus † in pręſentia noſtra P. diaconus: & j. ¶Pręterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quòd purgationem oblatā recipere noluiſti, niſi prius commēdaſſes [g] nomina ſingulorū,

¶*Gloßa ſequens not.vnum ad quod inducit ſimile, & arg.duo.*

d ¶*Non putantes.*]Idem eſſet ſi corā iudice non ſuo ſe purgaſſet.j.eo.c.pe. in fi. Vnde nota reprobatā purgationem non facere fidem.ſi.ff.de pig. actio. eleganter. §. qui reprobos. & C.ne de ſta.defun.ſi pater tuus.& qui iurat aliter quam debeat ex integro eſt iurandum.ff.de iureiur.non erit.§.diuus. Et eſt hic arg.ꝙ ſi aliquis vocetur ad extraordinariū iudicē, per hoc quod fit ibi,non interrumpitur pręſcriptio.vt l.prædicta,ſi pater.Item arg.ꝙ ſententia,quę nulla eſt non liberat aliquem.

e ¶*Annuntians.*]ſim.2.q.5.habet hoc.& de conſecra. diſt.2. ego Berengarius. ad finem.

¶*Gloßa ſequens quęrit, & duas opiniones ponit, contra vltimam alle.contrarium.& ſoluit.*

f ¶*Abſoluas.*]quantum in te eſt:quia infamiam facti omnino remouere,ſolius Dei eſt.arg.ff.de obſe.à lib. & li.præſt.l.2. Sed nunquid poſt compurgationē poteſt accuſari 2? Dicunt quidam ꝙ ſi accuſatore præſente ſe purgauit, nō accuſabit eū poſtea,ſicut in abſolutione,ſeu abolitione,niſi in caſu.ff.de p̄uari.l.3.& ff.de accu.ſi cui.ſecus ſi nō accuſatus purgetur, niſi publice dictum eſſet ꝙ quicunq; vellet ipſum accuſare exiret infra certum terminum.2.q.1.multi.Lau. dixit, ꝙ poſt talem purgationē de eodē crimine accuſari non poteſt:quia iuſiurādum maiorē auctoritatē hēt,quam res iudicata. ff. de iureiu.l.2.Idem.n.per iuſiurandum cōſequimur quod per ſnīam. ff. de iureiu.ſed & ſi.§.ſi cum de hæreditate. quoniā prætor iuſiurandum tuetur.ff.eod.l.3.§. 1. & publica actio ſcilicet popularis, conſumitur per iuſiurandum, niſi per colluſionem ſit actum ff.e.eum qui.§.in popularibus. ſolum.n.Deum habet vltorem C.de iureiuran.l.2.& pœnam à Deo expectat. C. de arbi.Authen.decernit.Arg.contra.ff.de iure. ſi duo patroni. in fi. ſed ibi conſtabat de periurio.

2 De hoc articulo vide gloſsā in c. Mennam & Archidiaconū in cap. habet hoc ꝓpriū 2.q.5.

COnſtitutus.]In prima ponitur facti narratio,& reprehenſio:In ſecunda prouiſio:ibi, *Sanè.* Abbas.

CASVS Quidā diaconus P.noīe infamatus erat đ aliquo crimine,eps indixit ei purgationē:obtulit purgatores,ſiue cōpurgatores epo:ipſe cœpit eos ita diligēter examinare, ac ſi eſſet ordinationē facturus, nolēs eos recipere,vñ p̄dictus diaconus acceſſit ad Dñm Papā ſibi exponēs p̄dicta:ſcribit Papa epo dicēs, ꝙ multū miratꝰ ꝙ purgationē oblatā recipere noluit, niſi prius cōmendaſſet,i.ꝓbaſſet noīa ſingulorum vtinā ſic diſcuteret ordinādos: Satis.n.ſufficit ī huiuſmodi purgationibus, ſi purgatores ſint bonę famæ in ſuis ordinibus miniſtrātes, & ab eccleſia tolerati,nec ſint in iudicio đ crimine cōdēnati, vñ ſunt admittēdi.No.ꝙ ſufficit ſi compurgatores ſint bonę famæ, & nō codēnati de crimine,nec ſunt examinandi ita diſtrictè ſicut alij teſtes.

† Quot cōditiones requirantur in compurgatoribus vide Repertorium inquiſitorū verbo: purgatio.§.nota quod in compurgatoribus.

g ¶*Cōmendaſſes.*] i.probaſſes & examinaſſes pſonas,& famam ipſorū. arg.1.q.1.multi.

¶*Gl.ſe.alle.6.cōcor.vnū cōtrariū,& vnū ſimile.*

h ¶*Inquireres.*]Nimia examinatio,vel indagatio quandoq; vitāda eſt ff.đ noua.doli mali.ī fi. ff.māda.ſi fideiuſſor.§.ſi cū debitor.ff.qui. mod. pig.vel hypo.ſol. ſicut ī re corporali.§.ſi debitori.34.diſt. fraternitatis. & s.de dolo.c. 1. & 45. diſt.ſunt nanque.Argu. contra. ad leg.Aquil.ita vulneratus. in fin. Item ſimilis inquiſitio reprobatur. ſuprà de iud.cum deputati.

† Cap.1.e. tit. in 1.cōpilatione.

qui dictum P.purgare volebāt & de nationibus,& cæteris circunſtantijs prius inquireres [h] diligēter, tamquam eſſes ordinationes facturus, vtinā ſic diſcuteres ordinandos [i]. ¶Sanè in purgationibus faciēdis cum ſatis ſit illis, qui pro purgando exibent iuramentum, ſecundum propriam cōſcientiam & opinionem iurare, quòd purgādus à crimine ſit immunis [k]: vel quòd bonum exhibuit iuramētum [l]: ſi purgatores † ab eccleſia tolerētur [m], & ſint bonæ famæ in ſuis ordinibus miniſtrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati [n], procul dubio ſunt abſq; vllius indagine admittendi.

¶Innocentius iij Senon.Archiepo.

¶*Propter magnitudinem criminis infamatus ſuſpendi poteſt,nedum ab officio: ſed etiam à beneficio, donec ſe purgauerit.hoc primò. Et augetur propter hoc numerus compurgatorū. hoc ſecundò.Ex cauſa interdum poſt purgationem præſtitam ſuſpenditur quis ad tēpus.hoc tertiò.Et deficiens in purgatione punitur vt conuictus. hoc quarto.*

CAP. X.

INter † ſollicitudines noſtras illa dēt eſſe præcipua,vt capiamus vulpeculas: & infrà. ¶Licet ergo eccleſiaſtica cōſti

i ¶*Ordinādos.*]Ergo ordinādi ita ſubtiliter ſūt examinādi,& inquirēdū eſt de natiōe, in qua nati ſūt.ſ.an ſint đ illa diœceſi s.de cler. peregri.c. vlti. Et de natione.ſ.an legitimè nati.s.de fil.presbyte.c.1.An ſint bonæ famę, quia in nullo debet eorū opinio vacillare.33.diſt.laici.Et an ſint criminoſi. 24.diſ.c.vl.

k ¶*Immunis.*]ideſt, quòd illa crimina, de quibus infamatus fuit,non commiſit,ſicut credunt. ſic debet ſuppleri, aliàs hæc forma reprobari videtur.j.eod.c.vlt.

l ¶*Iuramentum.*]ſicut credunt aliàs temere iurarent.

m ¶*Tolerentur.*]Et ꝙ ſint bonę famę,vt hic dicit.j.c.prox.& s.eo.cum P.Sed crimen ei obijci non poteſt,poſtquam ab eccleſia toleratur,vt à purgatione repellatur: ſecus eſt in illis teſtibus,qui ad teſtimonium inducuntur.s.de teſti.teſtimonium cum ſuis concordantijs.

¶*Gloßa ſequens quærit, & ſoluit.*

n ¶*Condemnati.*]Ex quo.n.condemnati ſunt de crimine, & factum eſt crimen,notorium,non tolerantur.s. de coha. cle.& mu.c.vlt.vnde tamquā criminoſi à iuramento repellendi ſunt vt s.de teſti.teſtimonium. Quid ſi in modū exceptionis crimē fuerit probatum compurgatoribus,nūquid poſſunt repelli eo prætextu,ſi ex eo infamati erāt,ſiue eorum opinio grauata eſt? Repellātur,vt in decre.prædicta,teſtimonium in fin. quia debent eſſe bonæ opinionis, vt hic dicitur.

INter.]Diuiditur in quatuor partes, vt patet in ſummario: Secunda pars:ibi, *Attendentes.* Tertia ibi, *Purgatione:* Quarta ibi, *Quòd ſi.* Abbas.

CASVS.Decanus Senonē.erat grauiter infamatus de hęreſi, ex eo quod cum hæreticis nimiam familiaritatem habebat in quadam villa: propter quod archiepiſcopus Senon.ſuſpendit ipſum ab officio,& beneficio:& quamuis contra ipſum nullus

apparuerit

apparuerit accuſator,tñ ex officio ſuo fama publica deferente voluit de hoc inquirere veritatem: teſtes ſuper hoc cōtra ipsū Decanū recepit: poſtmodū,Decanū ipſum cū atteſtationibus miſit ad dñm Papā: Ipſe vero intellecto negotio & viſis atteſtationibus, ſcribit archiepō dicens: Quamuis conſtitutio eccleſiaſtica doceat tales ab officio tantum vſq; ad purgationē canonicā ſuſpendendos, q̄a tñ ipsū à bñficio pp enormitatē criminis ſuſpendit,nō vult improbare: nec ēt illud improbat, ꝙ teſtes ex officio ſuo cōtra ipm Decano recepit, licet nullus comparuerit accuſator: Papa vero cōſiderans vulgatā infamiā, & graue ſcādalū, & vehementē ſuſpitionē ex dictis teſtiū cōtra ipſum obortā, cū pp eorū quodlibet ei eſſet purgatio indicenda, purgationem xiiij. manus ſui ordinis indicit eidē, remittēdo ipſum ad archiepm, vt ibi purgetur,vbi noſcit infamatus: Mandās archiepō,quatenus adiūctis ſibi duob⁹ epis,purgationē ei indictā recipiat: & q̄ ad ipſum purgandū acceſſerint, ſint catholici, & vita probati,qui conſeruationem eius & vitā agnouerint præteritā & præſentem qua recepta beneficiū ſibi reſtituat, ab officio tñ maneat ſuſpēſus propter familiaritatē, quā habuit cū hęreticis, donec ſcandalū ſopiatur, hęreticorū familiaritate publice abiurata: & iniungat eidē, vt in p̄dicta villa & alijs circumpoſitis, profiteatur & prędicet fidem catholicam,& deteſtetur hæreticam prauitatem,& taliter deinceps vitam fuam bonis informet operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam,& omne ſcandalum tollatur: ꝙ ſi forte in purgatione defecerit,ab officio & beneficio depoſitus,ad agendā pœnitētiam in arctū monaſterium detrudatur. No.ꝙ cum aliquis eſt infamatus,non debet ſtatim ſuſpendi ab officio, & beneficio, ſed ab officio tantum,vbi multum ſit infamatus. Item ex officio ſuo iudex procedere poteſt contra infamatum ad inquirēdum ſuper quo eſt infamatus. Item numerus compurgatorū eſt arbitrarius. Item vbi quis eſt infamatus, ibi debet purgare ſe. Item qui alium compurgat,debet eſſe bonæ famæ & agnoſcere debet vitam & couuerſationem compurgandi præteritam & præſentem. Item qui deficit in purgatione hæreſis, depoſitus ab officio & beneficio detrudi debet in monaſterium ad pœnitentiam peragendam.

† Vix poteris hunc textū intelligere,niſi videas itē grā, in lib. 2. regiſtri Innocētij tertij.

† Aliàs, aſcitis. †accerſitis ſed in regiſtro & antiquis, vt eſt impreſſum

tutio [a], tales † ab officio tantum vſque ad purgationem canonicam doceat ſuſpēdendos: quia tamen eum etiam à beneficio propter immanitatem criminis ſuſpendiſti,nolumus improbare. Nec illud etiā improbamus, quòd licet contra eum nullus accuſator legitimus appareret, ex officio tuo tamen (fama publica deferente) voluiſti plenius inquirere veritatem. ¶Attendentes autem vulgatam iufamiam, graue ſcandalum, & vehementem ſuſpicionem ex teſtium dictis obortam [b], quæ contra Decanum facere videbantur, cū propter eorum quodlibet ei eſſet purgatio indicenda, & ſeruantes iuſtitiam, & mollientes [c] rigorem, purgationem ei quartę decimæ manus [d] ſui ordinis duximus indicendam. Ipſum igitur ad te remittētes,vt ibi purgetur,vbi noſcitur [e] īfamatus: Mandamus,quatenus accitis † tecum Niuernen. & Pariſien. epiſcopis, indictā ei purgationem accipias: ita tamen,vt qui ad eius purgationem,proceſſerint comprobandam, ſint fide catholici, & vita probati: qui conuerſationē,& vitam ipſius, non tā moderno [f] tempore nouerint,quàm tranſacto. Purgatione verò recepta, beneficiū ei reſtituere non poſtponas: ¶In pœnam autem familiaritatis [g] illius, quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcitur eū ab officio volumus manere ſuſpenſum,donec ſcandalum ſopiatur: ita tamen,vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret [h]. Præcipias inſuper ei diſtrictè, vt in prædicta, & alijs villis circumpoſitis profiteatur, & prædicet fidem catholicam: ac confundat & deteſtetur hæreticam prauitatē: ſic deinceps vitam ſuam bonis adornans operibus, vt infamia cōuertatur in bonam † famam & omne ſcādalum, & ſuſpicio de catholicorum mentibus deleatúr. Quòd ſi forſan in purgatione defecerit, eū eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone percellas: & ab officio & bñficio depoſitū, ad agendam pœnitētiam in arctum monaſterium [i] detrudere non omittas.

¶Idem abbati ſancti Dionyſij,& presbytero ſancti Martini.

¶*Breue eſt,nec pōt aliter ſummari.*

† Dictio, bonā, deeſt in regiſtro, & in pleriſq; antiquis exēplaribus.

beneficio: vt hic factum fuit. 2. q. 5. ſuper cauſa. & ſic poteſt etiam intelligi ca. illud, presbyter ſi. & hoc innuit bene litera illius,& Hug. ſic intelligit illud. cum vero incipit epiſcopus à crimine procedere contra aliquem. ſeruabit illud quod dicitur ſuprà de iud. cum non ab homine.

¶*Gl.ſeq.ar. conuictū in modū exceptionis, &c.*

b ¶*Obortam.*] Arg.ꝙ ille cui probat̄ crimen in modū exceptionis, debeat ſe purgare, ſi inde remaneat īfamatus, vnde nō poterit ꝓmoueri ante purgationē. ſ̄. de teſt. teſtimoniū. ar. licet enim exceptio non infamat. ſ̄. de ordi. cog. cū dilectus. in fi. tñ ſuggillat opinionē infamati. ff. de doli exce. apud Celſum. §. aduerſus 2. & opinio ordinandi in nullo vacillare debet. 33. diſt. laici. argu. ſ̄. de excep. denique. Ioan.

2 cōtra parentes vel patronos nō cōpetit exceptio doli,vel alia, quæ apud bonos mores opinionē illorum ſugillet. Ioā. And.

c ¶*Mollientes.*] Iudex enim debet habere miſericordiam, & rigorē. 45. diſt. diſciplina. & c. ſunt namq;. &c. vera. 3.

¶*Gl.ſe.ponit verſus de numero compurgatorū.*

d ¶*Quartę decimę manus.*] hic exceditur nu- compurgatorū pp immanitatē criminis. Arbitrarius enim eſt talis numerus. 2. q. 5. presbyter ſi. & diminuit qñq; in epo. j̄. co. cū in iuuētute. ad fi. & habito reſpectu criminis enormitatem, indicenda eſt purgatio quandoq; cum pluribus, quandoque cum paucioribus, ſecundum quod viſum fuerit imponenti. Ordinaria purgatio conſueuit notari quibuſdam verſibus:

3 Facit ad hoc tex. in l. interpretatione. & in l. nō dubiū. ff. de pœn.

Pontificem parium manus expurget duodena:
Quinta ſacerdotem, leuitam tertia: pœna
Maior maiori, minor eſt adhibenda minori.
Quem plebs accuſat, purgabitur in manifeſto:
Quem chorus, ante chorum ſua ſit purgatio præſtò. Lau.

e ¶*Noſcitur.*] 2. q. 1. ſi peccauerit. & q. 5. Mennam. 23. diſt. illud. & ſ̄. de elec. poſtquam. 15. q. 5. de crimine. & C. vbi de crimi. agi. opor. Authen. qua in prouincia.

f ¶*Moderno.*] quia debent eſſe vicini,& noti. j̄. c. prox. ſ̄. cod. ex tuarum. conſtitutus. & c. cum. P.

g ¶*Familiaritatis.*] ex qua orta fuit infamia cōtra eū. ſi. 34. diſt. quorundā. & ſ̄. de acc. nulli. & j̄. e. cū in iuuētute. Et eſt ar. ꝙ præſumitur contra aliquem, vel de aliquo, ex ſocietate 4.

4 Concordat text⁹ i l. idonei. ff. de teſti. & l. ēt C. eo.

¶*Glo.ſeq.ponit quatuor ſimilia.*

h ¶*Abiuret.*] Qui enim eſt infamatus de hoc crimine, purgare ſe debet iuxta conſiderationem epiſcopi. ſ̄. de hær. excommunicatus. §. qui autem. merito iſte debet abiurare familiaritatem, ex qua fuit infamatus. In quibuſdam enim caſibus tenetur quis iurare ſe ſimilia non facturum ſicut quilibet abſoluendus. 11. q. 3. cum aliquis. & j̄. de ſen. excom. ex tenore. Itē incendiarius 3. q. vlt. peſſimam. & hæreticus, prout hic dicitur, & 1. q. 7. quotiens. & de conſe. diſt. 2. ego Berengarius. & in quolibet nefando crimine. 12. q. 2. de viro. Io.

¶*Glo.ſeq.obijcit & ſoluit.*

i ¶*In arctum monaſterium.*] Imo videtur qnòd depoſitus tradi debet curiæ ſeculari. ſ̄. de hære. ad abolendam. §. 1. 1. rñ. & c. excōicamus. §. danti. Quare ergo iſte non traditur curiæ degradatus, cum deficiens 5 in purgatione pro condemnato habeatur? Reſpondeo: præſumptio enim iſta licet ſufficiens ſit ad priuationem officij,& beneficij,& etiam depoſitionem, nō debet propterea tradi curiæ ſeculari, quia directè condēnatus non eſt, ſed præſumptiuè: Et contraria loquuntur eū aliquis condemnatus eſt verè,non præſumptiuè: hic enim non fuit

5 De materia huius gloſſæ vid Bernardinū Diaz in prac. crim. can. c. 141.

a ¶*Eccleſiaſtica conſtitutio.*] quę dicit,ꝙ infamati deficiente accuſatore admonitione præmiſſa,ſi ſe non corrigant,ab officio ſuſpendantur. 2. q. 5. presbyter ſi. ſ̄. co. c. 2. Vnde nota quis ſit modus procedendi in purgatione indicenda: Si quis clericus apud iudicem ſit infamatus, pręfigat epiſcopus terminum accuſare volentibus: & ſi aliquis comparuerit, audiatur. 2. q. 5. omnibus. & 15. q. 5. c. 1. & ſi cōuincatur,canonice puniatur, vt ibi. Si nō appareat accuſator, moneat ipſum, ſecundū quod dicitur ſ̄. co. c. 2. & ſi ſe non corrigit, tunc ſuſpendatur: vt ibi dicitur. & 23. q. 4. forte. & 74. diſt. honoratus. & ſic intelligitur ꝙ dicitur hic, tales ab officio tantum, &c. & ſic intelligit Ioan. illud c. 2. q. 5. presbyter. tamen ſi mala fama illius crebreſcit, pōt epiſcopus inquiſitionem ex officio ſuo contra illum facere 1 ſ̄. de accu. qualiter & qñ. vbi plenè dicitur inquiſitione. & 86. diſt. ſi quid vero. & ita cum à contumacia incipit, taliter procedere debet prælatus, vt ſ̄. co. c. 2. Quandoque tamen propter enormitatem delicti,& ſcādalum, & infamiam magnam inde ortā, ſtatim poteſt epiſcopus ipſum ſuſpendere ab officio &

1 Etiam ſi vellet ſe purgare, vt not. 2. q. 4. habet hoc proprium. in 1. gloſſ. Ioan. And.

probatum

probatum quòd ſit hęreticus verus,ſed quòd habeat familiaritatem cum eis: vnde propter huiuſmodi præſumptiones non debuit taliter damnari.arg.ſ̃.de prę ſum.literas.Et damnati verè de hæreſi,ſi redire volunt, in perpetuum carcerem detrudũtur.ſ̃.de hęre.c.pen. §. penu. quibus iſte comparatur, quo ad pœnã quodam modo.

† Cap.2.e. tit.in 3.cõpilat.

CVm dilectus.] Caſus patet.No.ꝙ pſonæ compurgatorum debẽt eſſe vicinæ & honeſtæ.

a ¶Vicinæ.] Ex hoc p̃ſumitur, ꝙ eius vitã & conuerſationem agnoſcant.ſ̃. de pſum.quoſdam & ca.quanto. non enim idoneus eſt q factũ ignorat, ſ̃. de iura. calũ.in pertractandis.

b ¶Honeſtæ.] Et ſufficit quòd ab eccleſia tolerentur,nec ſint de crimine condemnati. ſ̃.e. conſtitutus.

† Cap.3.e. ti.in 3.cõ. pars alia hui⁹ decretalis eſt ſ̃. in ca.cũ in iuuentute. đ prę ſum. vt optime hic admonet gloſſa.

CVm in iuuentute.] Nõ ſemp propter infamiam eſt indicenda purgatio,põt tamen quandoque indici ẽt vbi non eſt indicenda, ad inſtantiam purgandi.hoc dicit. Vel aliter & melius,& ſic vt in rubro. Et eſt caſus notabilis ſecundum iſtũ intellectũ.Diuiditur: prima pars narrat factum, & petitionem procuratoris. Secunda petitionem improbat: Tertia petitionẽ cum quadã proteſtatione admittit. Secunda.ibi,Vnde.Tertia: ibi, Cæterum.Abb.

† Dictio,vnius, deeſt in vetuſtis exemplaribus Gregorianis,&in antiqua cõpilatione.

CASVS.Eps Quinq; eccleſien. dicebatur habere immoderatam familiaritatem cũ quadã nepte ſua, ꝓpter quod rex Hungarię ſæpe ſcripſerat dño Papę vt illũ de Hungarica eccleſia remoueret: vnde Papa ſcripſit cuidam epo, vt ſuper hoc cautè inquireret à coepiſcopis Hũgariæ,& ipſi poſtmodũ reſcripſerũt domino Papę, quòd bonũ verum & honeſtæ conuerſationis eum eſſe credebant, perſonam ipſius multipliciter cõmendantes: ſed quia pater filium,quem diligit,corripit,ad maiorem cautelam Dominus Papa mandauit eidẽ epiſcopo, vt ab illius familiaritate taliter ceſſaret, ꝙ ſiniſtra ſuſpicio de ipſo haberi non poſſet: Sed quidam malus homo reſcriptum illarum literarum ſurripuit,& apud regẽ,& alios magnates ipſum nequiter publicauit,vt magis infamaretur:Sed Papa licet pulſatus fuerit multotiens contra ipſum, tamẽ aduerſus eum noluit cõmoueri, ſciens ꝙ facile dictum vnius ſequitur multitudo: poſtea vero cum dictus epiſcopus ad Strigonien.metropolim extitit populatus,quidam qui aduerſabantur eidem,vt promotionem impedirent ipſius,cœperunt ipſum iterum infamare. vnde ipſe de quorundã amicorum ſuorũ conſilio,quẽdam procuratorem ad curiam deſtinauit, poſtulans à domino Papa,quatenus purgationem canonicam faceret ei indici, ad ſuam innocentiam oſtendendam:Papa poſtulationẽ illam reputans minus prouidã,ab ea ipſum ſæpe reuocare voluit: Sed quia procurator inſtabat, Papa mandauit purgationem eidẽ indici,cum duobus abbatibus, quamuis proteſtatus fuerit, ꝙ ex alia cauſa talis petitio improuide tunc fiebat, quia ſuffraganei Strigonien. eccleſiæ vix eo tempore purgarent eundem, qui in facto poſtulationis cõtradicebant eidem, & ſuffraganei Colocen.eccleſiæ ipſum tunc non purgarent, cũ inter ipſum & Colocẽ archiepm de Strigon. metropoli quęſtio verterẽt vñ cum nõ ſint alij pontifices in Hungaria, meritò videbatur, ꝙ per epos regni ſui ſuper illo articulo ſe purgare nõ poſſet. No.ꝙ pater diligit filium, quẽ corripit.Itẽ non dẽt quis habere immoderatã familiaritatẽ cũ aliqua ẽt cõſanguinea, vnde ſuſpicio poſſit haberi. Itẽ facile dictũ ſiue leue ſequitur multitudo quia pronior eſt natura humana ad malum, quam ad bonum. Itẽ p importunitatem ẽt nõ concedenda concedũtur.Itẽ qui aliũ cõpurgãt, debẽt eſſe vicini illius,& eiuſdem diœceſis ſiue prouincię,vt eũ cognoſcant. Itẽ ex cauſa admittuntur ad purgationem alicuius inferioris ordinis, cũ alias de iure eiuſdem ordinis eſſe debeant.

c ¶Corripit.] 5.q. 5. non oſculatur. 23.q.5. non putes.

d ¶Ab illius.]ſ.neptis ſuę,cum qua dicebatur dormiuiſſe.ſ̃.de præſũ. cum in iuuentute.quæ eſt pars iſtius,& hæc cõtinuat ad finẽ illius.B.

e ¶Facile ſequitur.] quia ꝓnior eſt ad malum, q̃ ad bonũ omnis ętas ab adoleſcẽtia.12. q.1.omnis. & humana natura facile prolabit̃ ad delictum, in Aut.de monac.§. ſancimus.circa finem.collatione 1.

f ¶Vbi.] id eſt, poſtquam 1.

1 Concor. đ elec. vbi periculum §. pe. li. 6. & ſ̃. de ſacra vnc. c. vno. verſi. vnde. Ioã. And.

¶Glo.ſeq.obijcit & tripliciter reſpondet.

g ¶Poſtulare.] Sed qualiter potuit hoc poſtulare, cum ei hoc nõ fuerit iniunctũ, & procurator nõ poſſit deferre iuramentum,niſi ſpecialiter ſit ei hoc mandatum.ff. de iureiuran. iuſiurandũ.§.vlti? Dñs non tenebatur ratũ habere factum procuratoris,ſecundum quod Papa hic innuit ex eo quòd dicit, non iuris neceſſitate: Vel poteſt dici,quòd non excedit mandatum,ſi facit quod eſt vicinũ mandato.ſ̃.de elect.in cauſis. ff. iudica. ſolui, iam tamen.§.in hac ſtipulatione. in fine. Vel dicas, quòd procurator ad hoc mandatum habebat.prout ſatis colligitur ex ipſa litera.

h ¶Importunitate.] Simile de pœ.diſt.1.importuna.C. de peti.bono.ſubla.l.1.lib.10.

i ¶Tunc purgarent.] Prę ſumitur ergo quòd ſuffraganei partẽ ſui metropolitani foueant, quo ad ea quæ ſpectant ad honorẽ ipſius,vnde poſſunt recuſari in factis ipſius.ſ̃.vt lite non conteſtata accedens.

¶Glo.ſeq.not.caſum quo ſine ſocijs,&c.

k ¶Non ſint.] Notabile eſt quòd aliquis per ſeipſum poſſit purgari ſine aliquibus ſui ordinis,ſi omnes alij ſunt inimici eius,qui ſunt ſui ordinis.arg.2.q.5.ſi legitimi.& tunc cum alijs inferioris ordinis poteſt ſe purgare, & etiam cum laicis ſi clerici deficerent ex eadem cauſa.arg.2. q. 5. omnibus. & etiam cum feminis. arg. 18.q.2. in decima.Ioan.

† Cap.4.e. tit.in 3.cõ pilatione.

DE teſtibus.] CASVS.Quæritur hic, quid compurgatores debeant iurare? Et reſpondet quòd hoc ſolum iurare debẽt ſcilicet ꝙ credant eum veritatem dicere, qui purgatur. Nota, quòd compurgatores iurare debent de credulitate, & ita iuramentũ compurgatorum, & iuramentũ calũniæ vident̃ ſimilia.Item non dẽt quis compelli ſubire anceps iuramentũ.

a ¶Credunt.

CAP. XI.

CVm † dilectus: & infrà. ¶Illud autem vos attendere volumus, & mandamus, vt tales ad purgationem admittantur perſonę, quæ vicinæ [a] ſint,& honeſtæ [b].

¶Idem.

¶Si infamia ortũ non habet ex probabilibus coniecturis, non eſt de neceſſitate indicenda purgatio: poteſt tamen indici ad inſtantiã purgandi.

CAP. XII.

CVm † in iuuẽtute ſua: & infrà. ¶Quia verò pater filium,quem diligit,corripit [c]: nos Quinq; eccleſien. epiſcopo per literas noſtras ad maiorem cautelã iniunximus, vt ab illius [d] familiaritate ceſſando taliter ſe haberet, ꝙ ſiniſtra de ipſo ſuſpicio non poſſit haberi ſed inimicus homo reſcriptũ literarum ſurripiens,apud regem,& regni magnates ipſum nequiter publicauit, vt ſic deberet amplius infamari. Vnde nos tantam ęmulorum nequitiam attendentes, licet pulſati fuerimus multotiens cõtra eũ nunquam tamen aduerſus ipſum potuimus cõmoueri. ſciẽtes,quod dictum vnius † facilè ſequit̃ [e] multitudo; vbi [f] verò idem eps ad Strigon. metropolim extitit poſtulatus,quidam qui ſuper ipſa poſtulatione aduerſabantur eidem, vt promotionẽ ipſius facilius impedirẽt illius criminationis carbones reaccendere ſunt moliti: vnde quidã procurator ipſius de cõſilio amicorum ſuorũ, qui ſup hoc bonũ zelũ habebant, ſed non ſecundũ ſcientiã, cœpit cũ inſtãtia poſtulare [g], quatenus eidẽ epiſcopo purgationẽ canonicam faceremus indici, vt ſuam innocentiam demonſtraret.Nos autem poſtulationẽ huiuſmodi minus prouidã reputãtes, procuratorẽ ipſum ab ea ſæpe † voluimus reuocare; & infrà.¶Cæterũ quia procurator inſtabat,compulſi fuimus (nõ iuris neceſſitate, ſed importunitate [h] petentis) vt p vos ei purgationem canonicã, cũ duobus ãbbatibus mãdaremus indici: quamuis fuerimus proteſtati quod ex alia cauſa talis petitio minus ꝓuidè tunc fiebat: q̃a Strigon. eccleſię ſuffraganei, vix eo tempore purgarent eundẽ, qui in facto poſtulationis contradicebant eidẽ;& ſuffraganei Colocen.eccleſiæ ipſum minimè tunc purgarent [i], quia inter eum & Colocen. archiepiſcopum de Strigon.metropoli contentio vertebatur: vnde cum non ſint [k] alij põtifices in Hungaria, meritò videbatur, quòd per epiſcopos regni ſui non poſſet in illo articulo ſe purgare.

† Aliàs ſẽper ſed in antiquis vt eſt impreſſum.

¶Idem Tyroneñ. † Archiepiſcopo.

† Tirenen. † Trien. † Tyren.

¶Compurgator iurat de credulitate.

CAP. XIII.

DE† teſtibus:& infrà.¶Illi verò q̃ ad purgãdã alicu-

a ¶*Credunt.*] Sic ſ.eo.c.vlti.in fin.ſ.eo.quotiens.& ſ.de teſti. quotiens.aliàs anceps ſubirent periurium, ad quod nemo cõpellitur.ff.de in lit.iur.videamus.& ff.re.amo. Marcellus.§.qui rerum.quod eſſet ſi de facto alterius preciſe iurarent,vt ibi: & ſic iuratur de credulitate in iuramento calumniæ. C. de iura. calum.l. 2. §. quod obſeruari. in fi.ſic & alibi, vbi fertur teſtimoniũ de auditu.ff.de probat. ſi arbiter.

ius infamiam inducũtur, id ſolum tenentur iuramẽto firmare, quòd veritatẽ credunt [a] eũ dicere,qui purgatur.

¶Idem Florentiñ.Epiſcopo.

¶*Infamatus ſuper defectu natalium non debet promoueri, niſi prius ſe purget.*

CAP. XIIII.

Accedens † ad præſentiã noſtram T.diaconus humili nobis inſinuatiõe mõſtrauit,quòd cũ à ſuis æmulis diceretur, quòd eſſet filius ſacerdotis,tu eum nec promouere voluiſti [b], nec permiſiſti ab alio promoueri. ¶Quocirca mandamus,quatenus ſi publice fuerit nota reſperſus, & de ipſa tibi legitimè conſtare non poterit, purgatione [c] ab ipſo recepta, ipſum nõ differas propter hoc ad ſacerdotis officium promouere: quia & ſi non ſit nota delicti [d], eſt tamen nota defectus impedientis ad ſacros ordines promouendum.

† Cap.5.c. tit. in 3.cõ pilatione.

¶Idem Abbati Eugeñ.& ſcholaſtico Mutiñ.

¶*Super notorio crimine non eſt indicenda purgatio, & pendente cauſa ſuper criminibus coram Papæ delegato,purgatio ab ordinario ſuper eis recepta non tenet.*

CAP. XV.

Cum † dilectis filijs H.preſbytero,& G.procuratori O.clerici, T. capellanum noſtrum conceſſerimus auditorẽ idẽ procurator propoſuit, ꝙ cum dictus presbyter ſuper inceſtus crimine fuiſſet publicè infamatus, Conſtantieñ. epiſcopus ordinarius iudex ei purgationem indixit: qui cum ſe purgare nequiuiſſet, ab ipſo fuit ſuis eccleſijs ſententialiter deſtitutus [e], quas ipſe nihilominus detinuit per violentiam occupatas. Cumque idẽ presbyter cuiuſdam cõſanguinei ſui vxorem publicè detineret, ad petitionem plebani de Heniſo †, & quorundam aliorum clericorum Conſtantieñ. diœceſis, iudicibus dicimur literas deſtinaſſe, vt ſi dictus presbyter ſuper crimine adulterij, & inceſtus coram ipſis ſe purgare non poſſet, ipſum

† Cap. 6.c. tit. in 3.cõ pilatione.

† Aliàs de Henuco.

† Aliàs, de Ponte.ſed in vetuſtiorib^9 vt eſt impreſſum

Accedens.] Primò ponitur cõqueſtio Secundò prouiſio: ibi, *Quocirca.* Abb. Sicul.

Casus. Quidam diaconus T.nomine,dum vellet in presbyterum promoueri, quidam æmuli ſui dixerunt illũ eſſe filium ſacerdotis, propter quod diœceſanus ipſum noluit promouere, nec permiſit illum ab alio ꝓmoueri: vnde ille diaconus ad dominũ Papam accedens prædicta eidem expoſuit:Mandat Papa epiſcopo, quatenus ſi de hoc eſt publicè infamatus, & de ipſa infamia conſtare non poterit, purgationem ab ipſo recipiat, & ipſum promoueat ad officiũ ſacerdotis,quia & ſi nõ ſit nota delicti, tamen eſt nota defectus impedientis ad ſacros ordines promouendũ. No. ꝙ infamatus qui non ſit legitimus, nõ debet ad ſacros ordines promoueri, niſi pri^9 ſe purgauerit. Item non legitimè nati de iure cõmuni nõ debent ad ſacros ordines promoueri: quia & ſi irregularitas illa non ſit nota delicti,eſt tamen nota defectus.

b ¶*Voluiſti.*] Sic ſ.de teſti.ſuper eo.& ſ. de ſpon. præterea. ff. de rit.nup.adoptiuus.§.ſeruiles.in fi.

¶*Glo.ſeq.obijcit, & ſoluit.*

c ¶*Purgatione.*] Et quomodo purgabit ſe quòd nõ ſit filius ſacerdotis,quia negatiua [1] probari non poteſt directè: & ꝓpterea tale eſt factum,quod probari non poteſt. ff. de condi. & demon.l.Lucius. Reſpondeo, hoc indirectè probabit,ſ.quòd fuerit filius talis laici, & vxoris eiuſdem, quam pro legitima tenebat,& hoc notum & publicum erat,& ſic probabit ſe non fuiſſe filium ſacerdotis. Item eoipſo quòd probat ſe filium vxoris tuæ,quam tu tenes pro vxore, probabit ſe filium tuum eſſe.arg.ff.de in ius vo.quia mater. Et ſic purgatur aliquis non ſolum à crimine, ſed etiam ab irregularitate, vt patet hic: & laici etiam ſe purgant.ſ.eod.nos inter.& etiam fœminæ.ſ.eo. moniales.bene poteſt etiam iurari ſuper conditione perſonæ. ff.de iureiur.l.3.§.1.

1 Quo pacto negatiua ꝓbetur vide Felinum in ca. tertio loco ſ.de ꝓbat, adde Franciſ.Herculanũ tract. de probat. negati.

d ¶*Dilecti.*] quia non eſt culpa eius qui gignitur,ſed qui generat.56.diſt.naſci de adulterio.

Cum dilectis filijs.] In prima parte ponitur auditoris datio: In ſecunda actoris petitio: In tertia rei reſponſio:In quarta diffinitio.Secunda ibi,*Cumque idem.*Tertia ibi,*Dictus vero.*Quarta:ibi, *Nos igitur.*Abbas Siculus.

Casus. Inter H.presbyterum ex vna parte, & O.clericum ex altera, ſuper quibuſdam eccleſijs quæſtio vertebatur, pro qua dictus.H.presbyter,& G.procurator,O.Clerici ad ſedem Apoſtolicam acceſſerunt: procurator ipſius O. propoſuit, ꝙ cum dictus presbyter eſſet publicè infamatus ſuper crimine inceſtus, epiſcopus Conſtantien. ordinarius eius, ei purgationem indicit, qui cum ſe purgare non poſſet,eccleſijs ſuis fuit per ſententiam deſtitutus: ſed ipſe nihilominus eas per violentiam detinebat: poſtmodum cum idem presbyter vxorem cuiuſdam conſanguinei ſui publicè detineret, quidam clerici contra ipſum ſuper hoc ad quoſdam iudices literas impetrarunt, continentes, vt ſi dictus presbyter ſuper crimine adulterij & inceſtus ſe purgare non poſſet, ipſum pœna debita caſtigarent: & cum eis conſtitiſſet, quòd idem preſbyter pro eo quòd in purgatione defecerat, ab epiſcopo fuerat condemnatus, ipſum tamquam contumacem prædictis eccleſijs priuauerunt: maximè cum de crimine adulterij, & inceſtus tamquam de notorio conſtitiſſet eiſdem. mandantes abbati ſancti Galli (ad quem beneficiorũ collatio pertinebat)vt beneficia illa conferret, qui contulit illa O. clerico ſupradicto. vñ petebat ſup illis dicto presbytero imponi ſilentium, & ipſi O. tradi poſſeſſionem illorum beneficiorum: Ex aduerſo dictus presbyter reſpondit, quòd proceſſus iudicum prædictorum debebat merito retractari, cum lite non conteſtata proceſſerint contra ipſum: adijciens etiam, quòd purgationem indictam ſibi ab electo Conſtantieñ. curauerit exhibere: ſed ei reſpondebatur, quòd talis purgatio non valebat, cum iudicio pendente corã delegatis ordinari^9 nõ debebat indicere purgationem infamato: & ita tamquam corã non ſuo iudice facta dicitur his & alijs diligẽter auditis,& intellectis, licet literę delegatorum iudicum domino Papæ oſtenſæ nõ fuerint, vel tranſcriptum ipſarum, tamen ex tenore relationis ipſorum iudicum, quam procurator prædictus exhibuit domino Papæ, conſtitit euidenter, quòd iudices illi proceſſerunt iuris ordine prætermiſſo, vnde Papa proceſſum illorum & conceſſionem eccleſiarum à prædicto abbate factam retractauit: præcipuè quia relatio iudicum continebat repugnantia & aduerſa: dicebatur enim quòd crimen eiuſdem presbyteri adeo notorium erat, quòd nullus locus inficiationi erat: & tamen præmittitur ibidem, quòd eidem presbytero terminum peremptorium aſſignarunt, in quo ſe purgaret ſi poſſet. Si enim crimen erat notorium, non erat illi purgatio indicenda, ſed in eum ſententia proferenda. Si verò nullus appatuerit accuſator, & ſuper prædictis criminibus apud bonos, & graues fuerit infamatus,purgatio canonica indicatur eidem, non obſtante, quòd coram prædicto electo dicitur ſe purgaſſe. quia pendente iudicio coram delegatis non debuit ordinarius purgationem indicere infamato. Nota, quòd lite non conteſtata non tenet proceſſus. Item ſi non valet deſtitutio nec inſtitutio facta in locum deſtitutorum. Item ſi non valet principale, nec acceſſorium. Item ſcripturæ contraria continenti non adhibetur fides, & ita contraria allegans non eſt audiendus. Item cum crimen notorium eſt, non eſt indicenda purgatio, ſed condemnationis ferenda ſententia, & ita in notorijs neceſſaria eſt ſententia. Item ſi aliquis eſt infamatus apud bonos,& graues, deficiente accuſatore debet ſe purgare. Item purgatio coram non ſuo iudice pręſtita, non tenet.vnde iterum debet ſe purgare. Et ita cauſa commiſſa alicui delegato exempta eſt ab ordinario, ita quòd de illa vlterius ea pendente coram delegato intromittere ſe non poteſt.

¶*Glo.ſeq.reci.per quæſtionem, an bene fecerit epiſcopus,&c.*

e ¶*Deſtitutus.*] Qui deficit in purgatione, deponitur,vt ſ.e. cum inter.& c.cum P.& ſ.de ſimo.de hoc inſinuatum. & 30. diſt.c. vlt. ſed in caſu iſto non debuit priuari, ſed ſuſpendi ab officio: niſi tu velles æquiparare crimen inceſtus crimini ſimonię & hęreſis.ſ.eod.inter, in princ. Tamen Papa non improbat factum epiſcopi Conſtantieñ.quia de hoc non agebatur: ſed credo quòd bene fecit epiſcopus, quia præſumptiuè conuictus eſt, & talis præſumptio tranſit in violentam.

a ¶*Pœna.*

a ¶*Pœna.*] vt priuaretur officijs ſuis, vt dictum eſt in prima notula.

b ¶*Contumacem.*] & malè, vt patet per ſequentia: quia non ſeruauerunt ordinem iuris, debebant enim inquirere ad petitionem eorum, qui impetrauerũt inquiſitionem vocato preſbytero, vt haberet facultatem ſe defendẽdi. s̃. de accuſ. qualiter & quando. §. debet. non obſtante facto Conſtãtieñ. epiſcopi: cum de illo nihil eis commiſſum fuiſſet: Et ſic ordo iuris in inquiſitione ſeruari debet, præcipuè circa clericos ſeculares. Ber.

c ¶*Iuris ordine.*] ſi iuris ordo, qui eſt de ſubſtantia iudiciorum, nõ ſeruetur, nihil agitur. 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua 1 alius ordo q non eſt de ſubſtantia iudiciorum, licet nõ ſeruetur, ſententia tenet, niſi per appellationem releuetur. C. de appellat. l. 1. 2 Io. Et hic habes, ꝙ caſſato principali caſſatur acceſſorium, vt s̃. de nou. oper. nun. cum ex iniuncto. & s̃. de accuſat. ad petitionem.

d ¶*Repugnantia.*] vnde nõ ſunt audiendi. s̃. de appell. ſolicitudinẽ. & 23. q. 7. quod autem. Et imputandũ eſt illis, qui aliter retulerũt, cũ poſſent relationem ſuã diligentius aduertiſſe. s̃. de fid. inſtru. imputari. & C. eod. tit. ſcripturæ, & ideo proceſſus illorum & quicquid occaſione illius proceſſus factũ eſt, irritatur, ſcilicet conceſſio eccleſiarum. ſim. s̃. de fid. inſtrum. inter.

e ¶*Notorium.*] Qualiter quid dicatur notorium 3, habes ſupra de cohabitatione clericorum, & mulierum cap. vltim.

pœna[a] debita caſtigarent: qui cum conſtitiſſet eiſdem, quòd idem presbyter ꝓ eo quod in purgatione defecerat, ab epiſcopo memorato fuerat condemnatus, ipſum vtpote contumacem[b] prædictis eccleſijs per ſententiam priuauerunt: maximè cũ de inceſtu, & adulterij crimine, tanquam de notorio liqueret eiſdem: Abbati ſancti Galli (ad quem illarum eccleſiarum donatio pertinebat) poteſtatem liberam concedentes, eccleſias illas perſonis alijs cõferendi: qui eas poſteà ſupradicto O. clerico aſſignauit: & infrà. ¶Dictus verò presbyter inter cætera reſpondit, ꝙ proceſſus iudicum prædictorum debebat meritò retractari, cum lite non conteſtata procedere præſumpſerint † contra eum: adijciens, ꝙ purgationem indictã ab electo Conſtantieñ. curauerit exhibere: & infrà. ¶His igitur & alijs plenius intellectis, licet literæ illæ, quæ ad p̄dictos iudices impetratæ dicuntur, vel ipſarum tranſcriptum oſtenſum nõ fuerit coram nobis: quia tamẽ ex tenore relationis ipſorum †, quam dictus procurator exhibuit, ac ſi literæ ipſæ oſtenſæ fuiſſent, nobis cõſtitit euidenter, iudices ipſos prætermiſſo iuris[c] ordine proceſſiſſe: tam proceſſum eorum, quàm conceſſionem eccleſiarum à prædicto Abbate de mandato ipſorum factam, auctoritate Apoſtolica retractamus: prȩſertim cum relationis ipſius ſeries, repugnantia[d] contineat, & aduerſa. Dicitur enim, quòd crimen eiuſdem presbyteri vſq; adeo publicum † fuerat & notórium, quòd nullus inficiationi locus penitus exiſtebat: vtpote cuius vniuerſæ viciniȩ populus teſtis erat, & tamen ibidem præmittitur, quòd eiſdẽ presbytero terminum peremptorium præfixerunt, in quo (ſi poſſet) ſuper infamia prædictorum criminum canonicè ſe purgaret: cum nimirum, ſi crimen notorium[e] exiſtebat, non erat illi indicenda[f] purgatio, ſed in eũ condemnationis ſententia promulganda: & infrà. ¶Si verò nullus apparuerit legitimus accuſator, & ipſum inueneritis apud bonos, & graues[g] ſuper prædictis criminibus, vel ipſorum altero infamatum: purgationem ei canonicam indicatis, non obſtante, quòd coram prædicto electo dicitur ſe purgaſſe: cum iudicio pendente coram iudicibus delegatis, non debuerit ordinarius[h] purgationem indicere infamato.

¶Idem.

¶*Non ſufficit prælato de criminibus infamato, iurare cum ſe purgat, quòd ſit immunis ab illis criminibus, ſed iurare debet, ꝙ poſt ſuã promotionem illa crimina non cõmiſit.*

f ¶*Non erat illi indicenda.*] quia nec probatione opus erat, 2. q. 1. de manifeſta. s̃. de accuſ. euidentia. citatio tamen facienda eſt. 24. q. 4. de illicita. & 2. q. 1. Deus omnipotens. & ſententia proferenda: vt hic dicitur. & s̃. de appel. cum ſit Romana. c. de manifeſta. Nec requiritur purgatio, vt hic, quia illa non habet locum niſi cum factum dubium eſt deficientibus accuſatoribus & teſtibus, vt ſupra patet in multis c. nec probatio, vt 2. q. 1. Deus omnipotens. & c. ſcelus. de manifeſta. Et ſic patet, ꝙ in notorijs quantum ad ſententiam tantum aliquæ ſunt partes iudicis: Quandoque tamen recipiuntur probationes ex abundanti. s̃. de elect. bonæ. 1. 24. q. 1. pudenda. in fine. & ff. de manumiſ. cauſam. in principio: nihil enim tam indubitatum eſt, quod non recipiat quandam ſolicitã dubitationem 4. in Auth. de tabel. in medio. colla. 4.

¶*Glo. ſeq. notat. ſignat contrarium, ponit opin. & ſolutionem.*

g ¶*Apud bonos & graues.*] Not. quòd dicit apud bonos, & graues fuerit infamatus: per hoc videtur ꝙ non refert vndecunq; orta fuerit infamia, ex quo apud tales iam laborat, ſufficit ad purgationem indicendam. 24. q. 3. ecce. & s̃. eod. accedens. Arg. contra. s̃. de accuſatione, qualiter & quando. 11. q. 3. in cunctis. 2. q. 5. omnibus. Per hæc iura ſecundo inducta dicunt quidam, quòd ſi infamia orta ſit à vilibus & æmulis, nõ compellitur ad purgationem. Alij dicunt (quod videtur verius) ꝙ ex quo aliquis infamatus eſt apud bonos & graues, cõpelli debet ad purgationem, ne apud illos incredibilis remaneat per iura primo inducta. & 2. q. 5. omnibus. & c. qualiter & quando, non contradicit.

h ¶*Non debuerit ordinarius.*] cum cauſa illa delegatis iudicibus commiſſa fuiſſet: & ſic epiſcopus nullam habebat iuriſdictionem quantum ad cauſam ea pendente, verum purgatio tamquam à nõ ſuo iudice indicta non valet. s̃. de conſue. ad audientiam. cum ſuis con cor. & s̃. de offi. leg. licet. & ita purgatio minus iuſta non facit fidem 5. s̃. eo. ex tuarum. nec etiam delegatus ipſam tenetur audire, q̃a eo omiſſo acceſſit ad ordinarium. ff. de arbit. ſed & ſi. §. vlt. & l. ſeq. imo videt̃, ꝙ talis cãm ꝑdere debet. C. de aſſer. tollen. l. 1. §. vlt. & arg. s̃. de præſcri. ex tenore.

ACcepimus.] Quatuor ſunt partes: In prima iudicum conſultatio ſuper forma purgationis, quam purgandus offerebat. In ſecunda: ibi *Ipſe vero.* ipſius purgandi ſupplicatio. In tertia ibi, *Porrò.* ipſius formæ reprobatio. In quarta: ibi, *Ideoque.* cauſæ commiſſio cum expreſſione debitæ formæ. Abb.

CASVS. Archiepiſcopus Biſuntinus infamatus erat de ſimonia, de incontinentia, & ꝙ iuſtitiam vendebat: Papa mandauit quibuſdam, vt ſuper p̄dictis ſe purgaret coram ipſis: recepto mandato ipſum citarunt ad præſentiam ſuam, ipſe ad diem cõparens, purgationẽ obtulit ſub hac forma, videlicet, ꝙ erat immunis ab illis criminibus, ſuper quibus ſe purgare debebat: ſed iudices talem purgationem admittere noluerunt, ſignificantes hoc Domino Papȩ: ipſe vero ad Apoſtolicam ſedem accedens, propoſuit, ꝙ ipſi volebant, vt aſſereret, ꝙ nunquam à natiuitate ſũa paſſus fuerit lapſum carnis: vnde petebat quatenus ſaltem ſuper purgatione incontinentiæ mitigaret rigorem: ſed Papa non credidit, ꝙ ſub illa forma exactum fuiſſet iuramentum ab ipſo, ſed potius præſumit, ꝙ alia de cauſa ſub illa forma ſe purgare volebat: videlicet, quòd immunis erat ab illis criminibus, tamquã dimiſſis per pœnitentiam iam eſſet immunis ab illis: Sed hoc iurare temerarium erat, cum etiam beatus Iob dicat: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorat anima mea: vnde Papa præſcriptam formam ſecundum quam iurare volebat, reprobat, vt pote indiſcretam, & ineptam, mandans prædictis iudicibus, vt ſi voluerit & potuerit ſe purgare, ſecundum hanc formam ſe purget, videlicet, ꝙ illa crimina grauiora, ſcilicet ſimoniam, venditionem iuſtitiæ, & incontinentiam, de quibus extitit infamatus, iuret ſe non commiſiſſe, poſtquam fuit in archiepiſcopum aſſumptus: & compurgatores iurent, ꝙ credunt illum verum iuraſſe: quo facto illum dimittant in pace: alioquin ipſum ab eccleſia Biſuntina debeant remouere. Not. formã, ſecundum quam infamatus de criminibus debet ſe purgare. Itẽ licet quis pœnitentiam de commiſſis receperit, adhuc neſcit vtrum peccata ſint ei dimiſſa: & in hoc eſt argumentum, ꝙ licet quis habeat remiſſionem vnius anni, aut etiam totius temporis pœnitentiæ ſibi impoſitæ, nihilominus ieiunare tenetur. Item non licet vendere iuſtitiam.

1 Concor. l. 1. & ibi Bart. C. de cõd. & ꝓc. ꝓdi. ſiſ. glo. ord. & idẽ in l. prolatam. C. de ſent. & interlo. om. iud.

2 De hoc 2. qõ. 1. in ſum. Ioan. And.

† Præſumpſerunt in vulgatis. ſed in antiquioribus manuſcriptis. ꝓſumpſerint.

† Aliàs, ipſarum.

3 De materia notorij quid ſit, & qualiter in delictis notorijs ſit ꝓcedendum vide plene per Cynũ, Salicetũ & alios in l. ea quidem C. de accuſat. & per Iuliũ Clarũ in pract. crim. §. fin. q. 9.

4 Et cauere debet iudex. ne dubiũ pro notorio recipiat. de appel. conſuluit. 1. ſecũdum Hoſt. Ioan. And.

5 Nec iuuat quominus alia ſit ꝓſtanda, ac ſi nulla prȩſtita fuiſſet ſecundum Inn. & Ho. Ioan. And.

† publicatum.

a ¶*Curaſtis.*] De iſto Biſuntiñ. habuiſti, vt credo. ſ. de accuſ. licet. & ibi commiſit Papa inquiſitionem contra ipſum, & eiſdem iudicibus ſcribit hic. Ber.

b ¶*A natiuitate.*] Imo ſufficeret, ꝙ poſt baptiſmum illud vitium non commiſerit, etiam ſi taliter ſe purgare deberet. 25. diſt. c. vlti. ſed hodie rigor illius canonis non ſeruatur, quia defectus noſtri corporis diſtrictionis illius nõ patitur manere cenſuram. 34. diſt. fraternitatis. Et ſine vitio carnis pauci inueniuntur. 50. diſtin. quia ſanctitas tua. quia difficile eſt continere. 33. q. 5. q ſitit. quare dicit Papa, ꝙ non credit ab eo taliter iuramentum exactum, quia nec debuit, vt patet. j. ¶*Glo. ſeq. arguit.*

c ¶*Preſumimus.*] Arg. ꝙ ea q̃ dubia ſunt quo animo fiant, in tutiorẽ partem facienda eſt interpretatio 1. j. de reg. iur. c. 2. ff. eo. tit. ſemper in dubijs. & l. ea q. Verbũ illud, ꝙ erat immunis, dubiũ erat, vt patet, & ideo Papa interpretatur illud in ſecuriorem partem, q̃a ſic iurare fa tuũ eſſet, vt ſequit. Ber. ¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

d ¶*Ignorat aĩa mea.*] Et ideo ſemper debet timere: quia bonarum mentium eſt, ibi culpã timere, vbi etiam culpa nõ eſt. ſ. de obſeruatio. ieiu. cõſilium. §. 2. & 5. diſt. ad eius vero. quia ſi dixerimus ꝙ peccatum nõ habemus, veritas in nobis non eſt. de pœn. diſtin. 2. ſi. n. inquit. vbi ſunt verba Iob continentia hanc ſententiã. Et ſæpe dimiſſo peccato alicuius punitur ille poſt peccatũ dimiſſum. de pœn. diſt. 1. ſi peccatum. & ſic iſte temerariam, & dubiã purgationẽ volebat ſubire, quaſi anceps periuriũ: quod fieri non debet. ff. de in lit. iuran. videamus. & ideo Papa talem reprobat purgationem tamquam ineptam & doloſam. Contra, ſ. eo. conſtitutus. huic ſtandum eſt, & expone ibi: a crimine immunis, id eſt, non commiſit illa crimina, de quibus infamatus erat epiſcopus, vt credunt: & ita debet intelligi illa litera, vt ibi notatur. & ſic poteſt præſtare.

e ¶*Grauiora, id eſt, ſimoniam.*] cuius comparatione cætera crimina pro nihilo reputantur. 1. q. vltim. Et ita ſimonia inter grauiora peccata reputatur, & homicidio quandoque comparatur. ſ. de accuſa. inquiſitionis.

f ¶*Venditionem iuſtitiæ.*] Iuſtitia enim vendi nõ debet. 14. q. 5. non ſane. & 11. q. 3. non licet. & ſ. de vita & honeſt. cle. cũ ab omni ſpecie. & intantum reprobata eſt, ꝙ venalis etiam ſententia nulla eſt. 2. q. 6. c. ei q. §. venales. ita ꝙ nõ eſt appellare neceſſe. C. quando prouo. non eſt neceſ. venales. & non ſolum iuſtitia, imo iuriſdictio non debet vendi ſ. ne prela. vi. ſuas. c. 1. & 2.

g ¶*De quibus infamatus exiſtit.*] ſuper his tantum, & ſuper alijs debet ſe purgare, nec inquiſitio nec receptio teſtium ſuper alijs fieri debet: quod ſi fiat, non valet. ſ. de accu. inquiſitionis. §. 1. & c. qualiter & quando 2. Ber.

h ¶*Minime commiſiſſe.*] hæc eſt ergo debita forma purgandi ſine aliquo ſcrupulo duplicitatis. q̃a & ſi egiſſet ſic de illo crimine pœnitentiam, adhuc infamia remaneret de facto, quæ per pœnitentiam non tollitur. 2. q. 3. cap. Enthemium. §. hinc colligitur. ff. de obſe. à li. & li. præſtan. l. 2. vnde purgatio dicta non ſufficiebat directè, ergo debuit ſe purgare ſecundum hãc formam, ſic ſ. eo. quotiens.

i ¶*Poſtquam.*] ergo de præterito ſe nõ purgabit: quia cum tempore ſuæ promotionis nõ fuit infamatus: quoniam alijs non debuit promoueri. 81. diſt. tantis. & ſ. de accuſ. Omnipotens. & tali modo purgabitur*, quia approbauerunt mores ipſius, vnde ipſum poſtea reprobare nõ poſſunt. 8. q. 2. dilectiſſimi. & 32. q. 5. horrendus. & ſ. de iureiuran. quemadmodum. ff. de adult. l. ſi vxor. in fin.

k ¶*Credunt.*] ſimile ſ. eo. quotiens.

CAP. XVI.

Accepimus † literas, quibus nobis intimare curaſtis [a], quòd Apoſtolico mãdato ſuper indicẽda purgatione archiepiſcopo Biſuntiñ. recepto, ipſum citaſtis, vt decuit: qui ad diem præfixum comparuit coram vobis †, iuramentũ purgationis offerẽs ſub hac forma: videlicet, quod immunis erat ab illis criminibus, ſuper quibus ſe purgare debebat: & infrà. ¶Ipſe verò ad præſentiã noſtram accedens, humiliter ſupplicauit, vt ſaltẽ ſuper purgatione incontinentiæ dignaremur temperare rigorẽ: quia non deberet aſſerere, ꝙ à natiuitate [b] ſua nunquã paſſus fuerit lapſum carnis. Porrò cũ ab eo non credatur exactum fuiſſe huiuſmodi iuramentum, potius fortè prẽſumimus [c], ꝙ alia de cauſa volebat ſub præſcripta forma iurare: videlicet, ꝙ immunis erat ab illis criminibus, de quibus fuerat infamatus, tãquam dimiſſis per pœnitentiam iam eſſet immunis ab illis: ſed hoc iurare non paruæ temeritatis exiſteret: cũ beatus Iob dicat: Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorat [d] † anima mea: & infrà. ¶Ideoq; præſcriptam purgationis formam, ſecundum quã idem archiepiſcopus obtulit ſe purgare, reprobamus: vtpote indiſcretã, temerariam, & ineptã: iniungentes eidem, vt ſi voluerit, & potuerit, ſecundum hãc formam ſe purgare, ſecundum ſanum intellectum quẽ ei duximus exprimendũ: videlicet, ꝙ illa crimina grauiora [e], id eſt ſimoniam, venditionem [f] iuſtitiæ, atque incontinentiam, de quibus infamatus exiſtit [g] †, iuret ſe minimè [h] cõmiſiſſe, poſtquam [i] ad archiepiſcopalẽ promotus eſt dignitatem: & compurgatores ſic iurent, quòd credunt [k] eum verum iuraſſe: quo facto vos illum dimittatis in pace: alioquin, & cætera.

TITVLVS XXXV.

De purgatione † vulgari.

¶Celeſtinus tertius.

¶*Duella, & aliæ purgationes vulgares prohibitę ſunt: quia per eas multotiens condemnatur abſoluendus, & Deus tentari videtur. hoc dicit totus titulus.*

CAP. I.

Cura † ſuſcepti regiminis: & infrà. ¶Cum tua fraternitas duxerit ſedẽ Apoſtolicam conſulendam, vtrum ſuper eccleſiarum poſſeſſionibus duella debeant ſuſtineri: Tuæ duximus ſolicitudini reſpondendum, quòd in eo caſu, vel alijs etiam hoc non debes aliquatenus [l] tolerare.

¶Innocentius tertius Priori ſancti Sergij Spoletañ.

¶*Summatum eſt ſupra c. proximo.*

CAP. II.

Significantibus † V. laico, & fratribus eius ad noſtram noueris audientiam perueniſſe, quòd cũ quidam eos ſuper furti crimine accuſaret, cũ eo

DE PVRGATIONE VVLGARI.

¶*Quia duplex eſt purgatio, quędam canonica, quia canon inuenit eam, de qua ſuprà dictum eſt, quędam vero eſt vulgaris: quia vulgus introduxit eã: ideo ſequitur videre de ea. Abbas.*

Cura.] Duæ ſunt partes huius c. conſultatio, & reſponſio. Secunda: ibi *Tuæ.* Abbas.

Casvs. Quærebatur vtrum ſuper poſſeſſionibus eccleſiarum poſſint fieri duella? Reſpõdet Papa, ꝙ nec ſuper illis nec ſuper alijs debẽt fieri. Not. ꝙ duella ſecundum canones ſunt prohibita.

¶*Glo. ſeq. recitetur per obiectionem: cui reſpõdet & reſponſioni dat duo ſimilia.*

l ¶*Aliquatenus tolerare.*] In nullo enim caſu talis purgatio debet tolerari. Nec obſtat ꝙ poſſit obijci de Goliath qui pugnauit cum Dauid. 2. q. 5. monomachiam. quia illud fuit factum inſtinctu Spiritus ſancti: ſicut Petrus excuſatur, qui geminum fecit homicidium. 33. q. vlt. occidit. Et patriarchæ excuſantur ab adulterio. ſ. de diuor. gaudemus. Hæc purgatio ab eccleſia reprobatur, cum Deum potius tentare videatur. j. eod. c. vlt. & fabricante diabolo facta eſt vulgaris purgatio. 2. q. 5. Mennã. & c. conſuluiſti. vnde qui in culpa non eſt, punitur. j. c. prox. nã quamdiu habet homo quid faciat, non debet Deũ tentare. 22. q. 2. q̃ritur cur patriarcha. & athletæ ſecundum leges non habent locum. C. de gladia. l. vnica. lib. 11.

Significantibus.] In prima ponitur quæſtio: In ſecũda prouiſio: ibi, *Vnde.* Abbas.

Casvs. Quidam accuſauit V. laicum, & fratres ſuper quodam furto: cũ quo coacti ſunt ſubire duellum: in quo pecatis alijs ꝑpedientibus ceciderunt: ꝓp q̃d fuerunt per conſules Spoletanæ ciuitatis bonis proprijs ſpoliati: ſed poſtmodum furtum illud apud alios eſt inuentum, & reuelatum ꝙ fuerant innocentes: iſti fratres ſignificauerunt hoc dño Papæ petentes ſibi ſuper hoc prouideri: vnde mandat conſulibus illis, vt ablata reſtituant vniuerſa. Nota, quòd ſententia quæ nulla eſt, lata contra canones non liberat aliquem, nec condemnat, nec

Marginal notes:

† Vide Bartolum in l. 1. §. accuſationem. ff. ad Senatuſ conſ. Turpillian. vbi citat hunc textum in pulchro caſu.

† Corã nobis, legitur in pleriſq; codicibus, ſeries tñ indicat legẽdum, corã vobis.

1 De hoc articulo vide B. Thomã, & ibi plenè Caietanũ. 2. 2. q. 60. art. 4.

Iob. c. 9.

† Ignorat, habẽt omnia Gregoriana exẽplaria, ſed in vulgata editione legitur, ignorabit.

† Extitit, legit, in vulgatis, ſed in antiquis conſtanter hr, exiſtit.

* Aliàs, nõ purgabit.

† De materia huius tituli, & qualiter ſit illicita vulgaris purgatio, vide B. Thomam, 2. 2. q̃õ 85. art. 8. ad 3. argum.

† Cap. vnico. eod. tit. in 2. cõpil.

† Cap. vnico. eod. tit. in 3. cõpil. adde oĩno q̃d de pugnantib. in duello ſanciuit nouiſſime Conciliũ Trid. ſeſſio. 25. de reform. c. 19.

nec tranſit in rem iudicatam, nec neceſſe eſt appellare ab ipſa. ¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

a ¶*Reſtituant.*] Sed qualiter hoc eſſe poteſt, ꝙ retractetur ſententia, à qua non fuit appellatum, cum iam tranſiuerit in rem iudicatam,licet veritas aliter ſe habeat, & iam ex ipſa ſententia ius factũ eſt quãtum ad litigantes. ſ. de re iudic.cum inter vos. & per ea q̃ poſtea emergunt,ſententia non retractatur.ſ. de re iud.inter monaſterium. & c. fin. & talis error detectus ſententiam non retractat. ff.fa.erciſc.cum putarem 1. C. de condi.indeb.l.1.ad hoc dicas, ꝙ propter probabilem errorem bene retractatur ſententia.ſ.de frig.fraternitatis.23.q.1.c.2.ff. quando ac. de pecu.eſt an.l.2. aliàs eſt §.primæ legis,& incipit quæſitum. & plerumq; veritate cõperta retractatur ſententia. ff. de condi.ſine cauſa.ſi fullo.& etiam propter delictum aduerſarij. ſ. de diuor.ex literis. & ff.de iureiur. admonendi.C. de tranſact. ſi ex falſis. Sic ergo modo apparet,ꝙ ſententia falsò lata nullius fuit auctoritatis & reprobatæ probationis de vtroque iure, ergo debuit meritò retractari.Io.

† In aliquot recentioribus legitur, fauẽte, ſed faciente, habẽt omnes antiqui codices & emendatiores ipreſſi.

† Vide Iuonẽ par. 10. c. 15.& B. Thomã citatum ſup titulo, in hãc decretalem.

† Dictio, alio, deeſt fere in omnibus manuſcriptis.

1 Hæc aliter conciliat hic Io. And. ex Vincẽtio eum videto.

coacti ſunt inire duellum : in quo alijs peccatis ſuis præpedientibus ceciderunt: propter quod per cõſules Spoletanos bonis fuerunt proprijs ſpoliati: nũc verò furtum apud alios eſt inuentum,& quòd ipſi fuerint innocentes,eſt (faciente † Domino) reuelatum: Vnde conſulibus ipſis dedimus in mandatis,vt ablata reſtituant [a] vniuerſa.

¶Honorius tertius.

¶*Summatum eſt ſupra c. primo.*

CAP. III.

Dilecti † filij nouiter [b] in Liuonia baptizati, grauem ad nos quærimoniam deſtinarunt, quòd fratres Templariorum, & alij, qui temporalem in eis poteſtatem exercent, ſi quando de aliquo alio † crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium ſubire compellunt: quibus, ſi qua exinde ſequatur aduſtio, ciuilem pœnam infligunt. ¶Cum igitur huiuſmodi iudicium ſit penitus interdictum [c], vtpote in quo Deus tentari [d] videtur: Mandamus, quatenus dictos fratres,& alios,vt ab huiuſmodi conuerſorũ grauamine omnino deſiſtant, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compellas.

Dilecti.] In prima parte ponit querelam: In ſecunda dat iudicem : ibi, *Cum igitur.* Abbas.

Casvs. Liuonienſ. de nouo ad fidem conuerſi grauem querimoniam ad ſedem Apoſtolicam tranſmiſerunt, ꝙ fratres Templi & alij, qui ſuper eos temporalem habẽt poteſtatem, ſi aliquando de aliquo crimine infamantur,cõpellunt eos ſubire iudicium ferri cãdentis: & ſi aliqua exinde ſequitur aduſtio, pœnam legalem infligũt: Cum igitur iudicium iſtud ſit interdictum,in quo Deus tentari videtur: mãdat Papa cuidam iudici, quatenus dictos fratres, & alios per cenſuram eccleſiaſticam compellat,vt ab huiuſmodi conuerſorum grauamine omnino deſiſtant. Not. quòd iudicium ferri candentis prohibitum eſt.

† Exodi.c. 21. & c.1. tit.de damno dato in 1. compil. refert.Iuo. part. 16.c. 348.

b ¶*Nouiter.*] propter quod cũ eis mitius eſſet agendum. j. de pœnit.& remiſ.Deus qui.& ſ.de diuor.Deus qui.quouſque fuerint in firma radice plantati. 35.q.3. quod ſcripſi.

c ¶*Interdictum.*] vt 2.q.4. Mennam. & c.conſuluiſti.& ſ.tit. proxi.ex tuarum.& ſ.ne cle.vel mona.ſententiam. & C.de gladia.l. vnica. lib. 11.

d ¶*Tentari.*] quod fieri non debet, iuxta illud: Non tentabis dominum Deum tuum, &.c.22.q.2.quæritur cur patriarcha.& 23.q.vlt.ſi nulla 2 B.

2 Et 2.q.5. monomachiam. Io. And.

TITVLVS XXXVI.

De iniurijs,& damno dato.

¶In Exodo †.

¶*Propter eius breuitatem non ſummatur.*

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

¶*Suprà de varijs exceſſibus dictum eſt,tam Prælatorum,quàm ſubditorum: Verum quia ex eis frequenter iniuriæ, & damna inferuntur, meritò de his ſubijcit. Abbas.*

De hac materia tractatur. 23.q.2. & 15.q.1.illud.

S *I rixati.*] Casvs. Iſta quinq; cap.1.poſita,ſunt veteris legis:in primo dicitur,ꝙ ſi homines rixati ſunt adinuicem, & alter alterum percuſſerit, nec mortuus fuerit,ſed iacuerit in lecto, percuſſor ſoluat illi operas deperditas,& impenſas in medicos. Not.hic pœnam percutientis hominem ſecundum veterẽ legem, quia percuſſor præſtabit operas amiſſas, & impenſas factas in curatione.

CAP. I.

SI rixati fuerint homines, & percuſſerit alter proximum ſuũ lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſi † iacuerit in lecto: qui percuſſerit,operas eius, & impenſas [e] in medicos reſtituat.

† Aliàs ita ſed iacuerit.

¶In eodem †.

¶*Breue eſt, & ideo non ſummatur.*

CAP. II.

SI quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos, vel aſinus in eam: dominus ciſternæ reddet [f] pretium iumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit.

† Exodi c. 21. & c. 3. tit. de damno dato in 1. compil. refert. Iuo. part. 16.c. 349.

¶Idem †.

¶*Breue eſt, & ideo non ſummatur.*

CAP. III.

SI bos alienus cornupeta eſſet heri, & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit [g] eum dominus ſuus: reddet bouem [h] pro boue,& cadauer integrum accipiet.

† Id eſt, in eodẽ Exodo c. 21. refertur c. 4. tit.de damno dato in 1. compil. & apud Iuonẽ part. 16. c.150.

¶Idem †.

CAP. IIII.

SI læſerit quiſpiã agrum,vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum, vt depaſcat aliena, pro damno æſtimationem [i] reſtituet.

¶Idem †.

¶*Breue eſt, & non ſummatur.*

e ¶*Operas eius & impenſas.*] Operas autem amiſſas, & impenſas in curatione præſtabit: vt hic dicit,& ff.ſi quadru. pau. fe.di.l.ex hac. & ff. de his qui deiec. vel effu.l.vlt.& ff.ad l.Aquil. qua actione.in princip. Deformitatis autem ratio non habebitur,quia liberum corpus non recipit æſtimationem, vt in primis duabus legibus. & ff. ad leg. Rho. de iac.l. 2.§.corporum. & ff. de his qui deiec. vel effu. l.1. §. ſed cum liber homo. Tñ ſi liber homo perijt,50.aureorum fit condemnatio, vt d.§.ſed cum liber homo. Illud fit pro pœna, non pro æſtimatione.

S *I quis.*] Casvs. Si aliquis effoderit ciſternã,& nõ cooperuit eam,& bos alterius vel aſinus in eã ceciderit,dñs ciſternæ det pretium animalis, & illud quod mortuũ eſt, illius erit. Not.ꝙ qui occaſionem damni dat,damnũ dediſſe videtur.

f ¶*Reddet pretium.*] ſi hoc fecit in publico: ſi verò in priuato loco, vbi cõſueuerunt fieri, non tenetur. ff. ad leg. Aquil.qui foueas. quia qui occaſionem damni dedit,tenetur.ff.ad leg. Cor. de ſic. nihil intereſt.& ff.ad legem Aquil. qui occidit, §.penult.j. eodem c. vlt.

† Id eſt, in eodẽ Exodo c.22. & c.5.titu. de damno dato in 10.cõpila. refert Iuo part.6. c. 353.

S *I bos.*] Casvs. Si bos alicuius ab heri & nudiuſtertius cornupeta eſt & dominus illũ non cuſtodierit,ſi alium bouem occiderit, reddet bouem pro boue, & mortuum bouem recipiet. Not. ꝙ quis tenetur ex negligentia.

† Id eſt, in eodẽ Exodo c. 2. & c.6.titu.de damno dato in 10.cõpila. refert Iuo par.16. c.354.

g ¶*Non cuſtodiuit.*] ſupple,& alterius bouem occiderit: vnde tenetur, quia culpa ſiue negligentia ipſius,damnum datum eſt, qui debuit diligentiam adhibere : vt j.c.vlt.

h ¶*Reddet bouem.*] hoc intellige cũ bos ille,qui damnum dedit,aggreſſus eſt alium,& occidit, ſed econuerſo nõ tenetur.ff. ſi quadru.pau.fe.dic.l.1.§.cũ arietes.ff.ad leg.Aquil.l.itaq;.ſeu cum dubium eſt,quis bos primo aggreſſus eſt, ff.ad leg.Aquil. ſcientiam.§.cum ſtramenta.Et ſi aliàs animal tuum mihi damnum dedit,tu teneris.j.cod.c.vlt.ver.ꝙ ſi.& j.eo.c.proxim.

S *I læſerit.*] Casvs. Si iumẽtum alicuius læſerit agrũ vel vineã alterius,reſtituet æſtimationẽ damni. Not.ꝙ quis tenetur de paſtu pecoris ſui: quia tenetur ſoluere æſtimationẽ damni.

i ¶*Aeſtimationem reſtituet.*] niſi dando animal velis liberare te ipſum,j.cod.c.vlt. vltra enim æſtimationem non tenetur conuentus de paſtu pecoris, & actione in factum conuenitur. ff.de præſcrip.ver.qui ſeruandarum.§. ſi glans. & expellere debet animal, quod damnum dedit: & tamquam ſuum non includere illud: cum dominus illius teneatur ad damnum.ff.ad leg. Aquil.Quintus Mutius.§.Pomponius 3. Bern.

3 Aliàs eſt lex: & incipit quamuis. contrarium ſeruatur apud nos: & de hoc i Spe. de actio.§. 1.verſ.ſed pone inuenio. & dic vt ibi. Io. And.

SI egreſſus.] Casvs. Si aliquis appoſuerit ignem in agro ſuo,& damnum dederit in ſegetes vicini ſui,damnum reſtituet. Not.qui occaſionem damni dat, &c.

1 Vt ſi poſuit in ſtipulam ſuã ignem tẽpore vẽto ſo.Io.And.

a ¶Reddet damnum.] Si fuerit in culpa 1 dum appoſuit iſtũ ignem,nec adhibuit diligentiam, quam debuit.ff.ad leg.Aquil. qui occidit.§. in hac.& j.eod.c.vlt.aliàs ſi nihil de cõtingentibus omiſiſſet,non tenetur.j.eo. cap.vlt.

SI quis.] Casvs. Si aliqs voluntariè incenderit domum alicuius, totum damnum reſtituet, & tres annos pœniteat.Not.quòd in damnis illatis attenditur voluntas.

† Similis ſnĩa reperitur apud Burchardũ lib.19. decret.c.5.ti. de ſacrilegio.§.concremaſti domum.& c.7. titu.de damno dato,in 1.cõpilatione.

b ¶Voluntariè.] ſecus ſi contra voluntatem, dum tamen nihil de cõtingentibus omiſerit.j. eo.c.vlt.in fi.

c ¶Reſtituat.] in quadruplum infra annum, poſt annum in ſimplũ. ff.de incend.l.Sed ſi negligentia, in ſimplum: ſed ſi dolo fecerit, ſecũdum leges concremabitur.ff.eo. qui ædes.

OLim.] Diuiditur quia primò recitat proceſſum delegati, quẽ ſecũdò reuocat,& cauſam diffinit: ibi, Quare. Abbas.

†De materia huiꝰ decretalis vide pleniſſimè qđ ſancitũ eſt in Clem.1.de pœnis adde c. grauis.ſ. de reſti.ſpolia.

Casvs. Florentini olim poſuerunt in banno epiſcopum Feſulanum,damna & iniurias ei alias plurimas irrogantes. Super his commiſit Papa cauſam epiſcopo Mutineñ. vt eos cõpelleret ad ſatisfaciendum ſuper prædictis epiſcopo prędicto: Epiſcopus vocatis partibus cœpit in cauſa ꝓcedere, & recepit teſtes lite non conteſtata:deinde cauſa delata eſt ad dominum Papam: ipſe examinato proceſſu,quia lis conteſtata non fuit,proceſſum illum reuocauit: quia & commune Florentiæ banniuerat epiſcopum Feſulanum cõtra Deum,& eccleſiaſticam libertatem, propter iniuriam banni,& propter expenſas & alia damna propter hoc ſubſecuta, condemnauit cõmune Florentiñ.in mille libris vſualis monetæ,præmiſſa taxatione,& præſtito iuramento epiſcopo Feſulano.Not.quòd non tenet proceſſus lite non conteſtata. Item non tenet bannum datum in eccleſiaſticam perſonam,contra eccleſiaſticam libertatem.Item condemnatio expenſarum ſemper facienda eſt taxatione præmiſſa, & iuramentuo ſecuto.

CAP. V.

SI egreſſus ignis comprehẽderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris: reddet [a] damnum,qui ignem ſuccenderit.

¶Ex pœnitentiali Romano †.

¶*Breue eſt, & quaſi idem cum pręcedenti.*

CAP. VI.

SI quis domum, vel areã cuiuſquam incenderit voluntariè [b]: ſublata,& incenſa omnia reſtituat [c]: & tres annos pœniteat.

¶Honorius tertius Epiſcopo Bonoñ.

¶*Secularis poteſtas, qui clericum banniuit, condemnari debet per iudicem eccleſiaſticum,ſecundum æſtimationem iniuriæ in expenſis & damnis.Et hodie adde pœnam in Clemen. prima de pœnis.*

CAP. VII.

OLim † ſcribentibus nobis epiſcopo Mutineñ.vt Poteſtatem,Conſiliarios,& populum ciuitatis Florentiñ. ad ſatisfaciendum de damnis,& iniurijs irrogatis epiſcopo,& eccleſijs Feſulañ. cenſura eccleſiaſtica coarctaret: idem teſtes lite non conteſtata recepit. Quare nos eius proceſſu penitus reuocato [d],commune Florentiñ. quia banniuerat [e] epiſcopum Feſulañ.contra Deum & eccleſiaſticam libertatem, propter iniuriam banni,expenſas,& damna tali occaſione ſecuta, taxatione [f] iuramento præmiſſa, in millæ libris vſualis [g] monetæ, prædicto epiſcopo ſententialiter duximus condemnandum.

d ¶Reuocato.] lite vero non conteſtata,non valet proceſſus: vt hic patet.& ſ.vt lit.non conteſta.accedens. & ſ. de elec. dudum 2.& ſ.de purg.cano.cum dilectus.

2 De hoc articulo vide plene ꝑ Fráciſcum de Victoria in relectione prima de poteſtate eccleſiaſtica. par.vlt.

e ¶Banniuerat.] Tale bannum nullum fuit: quia nullam habet iuriſdictionem in ipſum: Laico 2 enim non licet de clerico legem dare. 96. diſtinct. bene quidem. & 16.quæſt.7. non placuit. Imo tamquam ſacrilegus fuerat puniendus.eadem cauſa & q.ea. ſi quis principum. & quia in eo offendit eccleſiaſticam libertatem, & propter hanc iniuriam punitur ad expenſas, quas propter hoc fecit, & damna quæ pertulit tali occaſione: vt patet.

f ¶Taxatione.] debet iudex primò taxare de expenſis & damnis in iudicio petitis.3.q.3.offeratur,verſi.quod fieri.& poſtea debet iurare: & tali iuramento ſtabitur, tamquam legitimæ probationi. C. vnde vi.ſi quando. & 2.q.1. in primis.ſ.de his quæ vi metuſue cau.fiunt.c.vlt.vbi de hoc. Ber.

g ¶Vſualis monetæ.] Etſi de hac non fuiſſet dictum, de illa tamen intelligeretur.ff.de legat.1. ſi ſeruus plurium.§.vlt. & ff. de contrahen.emp.imperatores. & ſi plures eſſent vſuales monetæ, videtur de minori intelligendum.ff.de leg.3. nummis.& ſ.de cenſi. ex parte.

¶Gregorius nonus.

¶*Qui iurat ſtatutum ſuper non repetendis damnis, hoc non obſtante expenſas repetere poterit.h.d.Vel ſic ſtatutum ſuper damnis non repetendis,ad expenſas non extenditur.*

CAP. VIII.

IN † noſtra,& fratrum noſtrorum pręſentia propoſuiſtis, quod olim ciues Brixieñ.pro † reſtaurationibus damnorum illatorum adinuicem, quæ propter multas ciuiles diſcordias incurrerant, plurimum aggrauati: ſtatutum editum,de non petendo, vel recipiendo in poſterum reſtaurationes huiuſmodi à communi generaliter approbarunt, & firmarunt etiã iuramento: & infra: ¶Cũ igitur aliud ſit damnorũ [h] reſtauratio, quàm ſatiſfactio expenſarum: & ideo in iuramento exhibito ſuper damnorum articulo intelligi nõ debeat,quòd factum expenſarum fuerit cõprehenſum: Mandamus,quatenus iuramento nõ obſtante ꝑdicto, auctoritate noſtra prouideas, quòd dictum cõmune pro bono concordię, ad expenſarum ſatiſfactionem aliquid † viderit expedire.

IN noſtra.] Diuiditur, q̃a in prima parte ponitur deciſa conſultatio: In ſecũda reſponſio: ibi, Cum igitur. Abb. Sicul.

Casvs. Brixienſes multas diſcordias olim habuerunt inter ſe,qua rum occaſione multa damna ſuſtinuerunt illata adinuicem: ꝓpter quod communiter ſtatutum fecerunt de non petẽdo, vel recipiendo vlterius reſtaurationes damnorum à communi, & ſtatutum huiuſmodi firmauerunt etiã iuramento: ſed præter damna occaſione huius diſcordiæ multas fecerunt expenſas, quas petebant ſibi refici à cõmuni: dubitatum fuit, an obſtaret eis iuramẽtum ſuper damnis non repetendis: propter qđ epiſcopus Brixieñ. propoſuit hoc in præſentia Papæ. Cum ergo aliud ſit damnorum reſtauratio, & aliud ſatiſfactio expenſarum, & ideo in iuramento præſtito ſuper articulo dãnorum, non debet intelligi quod factum ex penſarum fuerit cõprehenſum: vnde mandat Papa, quatenus iuramẽto prædicto nõ obſtante, epiſcopus prouideat auctoritate Papæ,ꝙ dictum cõmune pro bono pacis & concordiæ contribuat ad expenſarum ſatiſfactionem ad arbitrium ipſius, ſicut viderit expedire. Not. quòd iuramentum non extenditur ad aliud, quàm iuratum ſit. Item aliud eſt damnum, & aliud expenſæ, & ideo iuramentum præſtitum ſuper vno, non extenditur ad aliud. Item propter bonum pacis multa fiunt,quę aliàs fieri non debent.

†Vide gloſſam in c. ſi canonici. verbo, dãnis & iniurijs,de off. ord.libr.6.

† Dictio, pro, deeſt in vetuſtioribus codicibus.

† Dictio, aliqd, deeſt in antiquioribus exẽplarib.

¶*Glo.ſeq.diſtinguit damnum,& expenſas, & damnum ſubdiſtinguit circa rem, & extra rem, concludens expenſas hic non includi, quia de his non agebatur.*

h ¶Damnorum.] Not.ergo, quòd differentia eſt inter damnum,& expenſas, vt hic patet,& ſ.c.proxi.arg. vnde iuramentum ſuper vno factum non extenditur ad aliud,cum ſint diuerſa, puta, ſi propter diſcordiam domus aliqua deſtructa fuerat, poſſeſſio aliqua ſterilis remanſit, vel quia negotiari non potuit huiuſmodi damna remiſſa ſunt, & iuramento firmata. Quoddam enim damnum ſiue intereſſe dicitur circa rem. puta, ſubtraxiſti inſtrumenta, quibus poſſeſſio eccleſiæ firmatur, vel alterius, teneris ad illud damnum, quod contingit propter abſentiam inſtrumentorum. 12.q.2. ſi quis de clericis.& ff.de actio.emptio.& vendi. Iulianus.in prin. Quodam dicitur extra rem: puta,debui tibi frumentum,& quia non dedi ſuo tempore, familia tua fame perijt: illud damnum non conſequeris, ſed pretium frumenti, vel vini.ff.eod.ſi ſterilis.§. cum per venditorem. Expenſæ dicuntur quas quis facit circa ſumptus litis, & circa aduocatos. C. de iudic.ſancimus. De iſtis expenſis fit mentio. ſ. vt lit. non conteſta. quoniam.§. in alijs. & ſuprà de dolo, finem. Et conſimiles expenſæ fuerunt hic, quas faciebant eundo & redeundo. Vel expendendo pecuniam

curiam ſuā faciendo maiores expenſas, quàm conſueuerunt: ad iſtas expenſas iuramentum non extenditur: tamen ſi intellexiſſet de huiuſmodi expenſis, & de his intenderunt iurare, & hoc cōſtaret, ſuper his fieret interpretatio, ſicut credo. Sed hic ſimpliciter dictum fuit de damnis, quare ad ea tantum reſtringitur iuramentum. Et ſic eſt aliud damnū & aliud expenſæ, ſicut dicit aliud pœna, & aliud mulcta, & aliud fraus, & aliud dolus. ff. de verbo. ſignifi. aliud fraus.

a ¶ *Contribuat.*] pro bono concordiæ, vt hic dicit, ſic ſit contributio quādo iactus mercium factus eſt. ff. ad l. Rho. de iac. l. 1. & 2. §. cum in eadē. & l. amiſſæ. Sic ergo in caſu iſto, æquū eſt fieri contributionē propter bonum pacis & concordiæ, ne forte hac occaſione concordia non ſeruetur.

contribuat [a], iuxta tuæ diſcretionis arbitrium, à te ſicut expedierit moderandum.

¶Idem.

¶*Habet plura dicta: & ſe ſummat.*

CAP. IX.

SI culpa [b] tua datum eſt dānum, vel iniuria irrogata, ſeu alijs irrogantibus opē fortè tuliſti [c], aut hæc imperitia [d] tua, ſiue negligentia euenerūt, iure ſuper his ſatisfacere te oportet: nec ignorantia [e] te excuſat, ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam. ¶Quòd ſi animalia tua nocuiſſe proponas, nihilominus ad ſatisfactionem teneris: niſi ea dando paſſis damnum, velis liberare te ipſum: quod tamen ad liberationem non proficit, ſi fera animalia [f], vel quæ conſueuerunt nocere, fuiſſent, & quam debueras non curaſti [g] diligentiam adhibere. ¶Sanè licet qui occaſionem [h] damni dat, damnū videatur dediſſe; ſecus eſt tamen in illo dicendum qui vt non accideret, de contingentibus nil omiſit [i].

SI culpa.] Casus. Aliquis culpa ſua dānū dedit alicui, aut iniuriā irrogauit, ſeu alijs irrogantibus iniuriam opem tulit, aut hęc imperitia vel negligentia euenerunt: dicitur, ꝙ ſuper his ſatisfacere tenetur. nec ignorātia ipſum excuſat, quia ſcire debuit ex facto ſuo iniuriam poſſe contingere, vel iacturam. ¶Quod si animalia. Ecce ſi animalia tua damnū dederunt, nihilominus ſatisfacere te oportet, niſi tu velis liberare te ipſum dando animalia tua damnum paſſo. ſed ſi animalia tua fera fuerunt, & quæ conſueuerunt nocere, non ſufficit ad liberationem ea dando, quia non curaſti, quam debueras diligentiam adhibere: In fine dicitur, ꝙ licet ille qui occaſionē damni dedit, damnum dediſſe videatur, tamen ſecus eſt in illo, dicendum, qui diligentiam quam debuerat adhibuit, ne damnum contingeret. Not. quòd quis tenetur ſi culpa ſua damnum dedit. Item tenetur qui iniuriam irrogauit, vel alijs opem tulit: & ignorantia in talibus non excuſat. Item ſufficit dare animal pro damno dato ab ipſo, ſed in feris animalibus hoc nō ſufficit. Item qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, cum diligentiam non adhibuit quam debuit. Itē non eſt ei imputandum qui de contingentibus nihil omiſit.

b ¶ *Si culpa.*] Not. ꝙ ad hoc vt teneatur qui damnum dedit, ſeu iniuriam irrogauit, neceſſe eſt culpā interuenire, alioquin non tenetur. vnde infantes & furioſi non tenentur ſi damnum dederint: quia iudicium animi non habent. ff. ad l. Aquil. ſed & ſi §. iniuriam. & §. igitur. & 15. q. 1. illud. impubes tñ doli capax tenetur, vt hic, & in c. illud 1. & §. igitur. & ille nō tenetur de culpa, qui ad ſui defenſionem, & incontinenti, & eodem modo damnum dedit. ff. eo. ſcientiam. §. qui cū aliter. & de leuiſſima culpa quis tenetur in caſu iſto. ff. eo. l. 2. & ille excuſat à culpa, qui alterius impulſu, vel violentia ventorum damnum dedit. ff. eod. quemadmodum. §. ſi nauis. & §. item Labeo.

1 Et in clemen. de homici. ſi furioſus. Ioā. And.

c ¶ *Tuliſti.*] Not. ꝙ non ſolum qui damnum dedit, ſeu iniuriam irrogauit ſed qui opem tulit tenetur, puta ſi vnus tenuit, & alius interemit, ille qui tenuit, quaſi cauſam mortis dedit, ideoque actione in factum tenetur. ff. eo. Item Mela. §. ſi alius. & §. item cum eo. & ff. de iniur. non ſolum. in prin. & §. ſi mandato. ſic & ope & conſilio furtum committitur. Inſtit. de ob. quę ex delicto. naſ. §. ope. & homicidium ope & conſilio committitur. ſ. de homi. ſicut dignum. §. illi qui. & §. vlt. & §. hi qui. ſimile. ff. de adul. is cuius. §. vlt.

d ¶ *Imperitia.*] quę annumeratur culpæ. Inſt. ad leg. Aquil. §. imperitia. & ff. loca. ſi quis fundum 2 §. Celſus. Item intellige de negligentia, prout hic dicit. ergo ſiue culpa, ſiue imperitia vel negligentia damnum dederis, vel ſi iniuriam irrogaueris, vel dantibus opē dediſti, teneris. ſi negligentia tua aliquid minus bene feciſti, & ob hoc damnum datū ſit, teneris. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus 2. §. ſi ex plauſtro. & l. qui occidit. §. in hac. & negligentia imputatur. j. de pœn. & remiſ. quæſitū vbi de hoc.

2 Aliàs, ſi qs damnū, vide ne p̄lati vic. ſuas c. vlt. ſuper glo. 2. Ioan. And.

e ¶ *Ignorantia.*] hic non excuſat ignorantia à culpa, ſi potuit ſcire ex facto ſuo contingere iacturam, vel iniuriam: puta, mihi licet percutere 3 percutiētem me, ſi cum vellem eum percutere, alium percuſſi, imputatur mihi. ff. ad leg. Aquil. ſcientiam. §. pen. & ff. de iniur. cum qui. §. ſi iniuria. arg. contra. ff. eo. ſi cum ſeruo. debuit ergo adhibuiſſe diligentiam in facto ſuo, vt dicit in ſi. & ſic non imputaretur. Et illud ſcias, ꝙ iniuria fit aut re, aut verbis. Re, quotiens manus infertur: verbis, quotiens conuitiū dicitur. ff. de iniur. l. 1. & ſ. de re iud. cum te. & iniuria per diſſimulationem aboletur. ff. eo. nō ſolum. §. 1. Et illud ſcias, ꝙ conuentus de damno dato, ſi negauerit, & probatum fuerit, cōdemnatur in duplū. ff. ad leg. Aquil. l. 2. & C. eod. titul. contra negantem.

3 Hoc intelligas ſano modo, videlicet, ꝙ licet p̄ tientem, legitime ſe defendendo. vide doctores in l. vt vim. ff. de iuſti. & iure.

TITVLVS XXXVII.

De pœnis.

¶Ex concilio Toletano †.

¶*Totiens puniendus eſt criminoſus, quotiens delictum iterat.*

CAP. I.

EA, quę frequēti pręuaricatione iterant, frequēti ſententia cōdemnentur [k].

¶Ex concilio Triburienſi †.

¶*Interficiens presbyterum, puniendus eſt: & pœnæ pars eccleſiæ cui præfuit, alia pars pro eius anima diſtribuitur.*

† Ex quo Toletano concilio hoc ſumptū ſit, non dum inuētū eſt, referunt Burchardus li. 19. decret. ca. 158. & Iuo par. 15. c. 166. & c. 1. eo. tit. in 1. compila.

† Eſt in cōcilio Triburienſ. ſub Arnulpho imperatore. capit. 4. ſed alijs verbis referunt Burchardus li. 6. decre. c. 11. Iuo par. 10. c. 140. & Gratianus ſiue Palea. 17. q. 4. c. oēs preſbyteri.

f ¶ *Animalia.*] ſic ergo ſi quadrupes tua, ſiue animal damnū dedit, ad æſtimationem teneris: quia non cuſtodiuiſti animalia tua: tamē ſi velis dare animal pro damno, liberare te potes, vt hic dicit. & ff. ſi quadru. pau. fe. di. l. 1. circa princ. & Inſtit. eod. tit. in princip. vnde ſumpta fuerūt hęc verba. Et hoc habet locum in his animalibus, quæ cōtra naturam mouentur, vt pote ſi bos cornu petere ſolitus fuit, vel equus calcitroſus, vt dicitur in prædictis legibus. In feris autē animalibus, quæ naturali ſua feritate damnum dederunt, hoc nō habet locum: quia illud animal dando, non liberaberis: quia nō adhibuiſti diligētiam quam debuiſti, vt hic dicitur: aut etiam ſi fuget nihilominus teneris ſaltē directa actione, vel vtili potius. Si verò aufugit & nocuit, non poteſt dñs quondam conueniri, quia deſinit dñs eſſe: vt ff. eo. l. 1. §. in beſtijs. & Inſt. eo. §. 1. Feræ beſtiæ ſunt, vt vrſus, & cerui: 4 ꝙ ſint animalia, ſiue volatilia fera, dicit inſti. de re. diu. §. feræ. & in alijs §. ſequentib. Cum. n. liber homo damnum dat, locum habet actio legis Aquil. dum vero quadrupes ſiue animal, locū habet actio de pauperie: cum vero ſeruus, tunc locū habet actio noxalis, & tunc licitum eſt ſeruū dare ꝓ damno dato. Inſtit. de nox. circa prin.

g ¶ *Non curaſti.*] quia huiuſmodi animalia non debent teneri in publico, vbi publicum iter eſt. Inſti. ſi quadru. pau. fe. dic. §. hic quoque. aliàs §. cæterum. ſi vero teneantur in publicō, & damnū dederint, tenetur dñs in duplum, & nihilominus actio de pauperie locum habet: quia cum plures actiones concurrunt pœnales in eadem re, vna nō tollit aliam. Inſti. eo. §. ſi.

h ¶ *Occaſionem.*] ad l. Aquil. q occidit. §. in hac. & ſ. de homici. de cætero. vbi de hoc. ſ. de teſti. ſicut. in gl. q incipit, arg. ꝙ qui.

i ¶ *Nil omiſit.*] Nota quòd non eſt imputandum ei, qui de contingentibus nihil omiſit. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac. & l. qui foueas. & l. ſi putator. & 50. diſt. ſi duo. & ſ. de homici. c. vlti. & antepenult. Bern.

4 De ceruo depoſito qui aufugit, quem, poſt ipſ depoſitarius cepit: tenent Pile⁹. qō. 55. & Bar. in cōſ. 55. ꝙ ſi nomine deponētis id fecit, reſtituere tenetur: ſecus ſi proprio: ꝓ id quod hic dicit gl. Io. And.

DE POENIS.

¶*Suprà viſum eſt de varijs exceſſibus, propter quos pœnæ debentur, meritò ſubijcitur inde rubrica de pœnis.*

De hac materia tractatur 23. q. 4. & q. 5. per totum. 23. diſt. quamquam. 12. q. 2. in antiquis. vſque ad §. rerum id. 16. q. 1. & 6. quaſi per totum. 81. diſt. in multis capitulis.

EA quæ.] Pone exemplum in c. pia. de except. lib. 6. vbi excommunicationis exceptio poteſt contra actorem pluries opponi, & ibi dicitur, ꝙ quotiens deficit in probando, totiens debet puniri in expenſis. Abbas.

Casus. Quærebatur vtrum vna ſatisfactio plura peccata comprehenderet: Conſultus Papa reſpōdet, ꝙ quotiens quis peccat, totiens puniri debet. Not. quòd frequens delictum frequenter puniri debet.

¶*Glo. ſeq. alleg. duas concor. & duo ſimilia, & arguit.*

k ¶ *Condemnentur.*] ſic 6. q. 1. imitare 5. & de pœn. diſt. 1. menſuram.

5 Vide quę notat Specula. tit. de ſent. prola. §. 2. ad finē & 1. de cōtu §. fi. ver. ſed pone, iudex.

ſuram. Et ita quotiens quis deliquerit, totiens puniri debet: ſicut in contractibus conſueuit dici: vt pœna ſoluta contractus maneat in ſua firmitate. ff. de tranſactio. qui fidem. Sed etiam arbitrio quis ſtare non cogitur pœna ſoluta, niſi id expreſſè dicatur. ff. de arbit. ſi duo. in fine. Et ſic eſt arg. quotiens clericus in delicto repertus fuerit, toties exigatur ab eo pęna. arg. 23. diſt. quamquam. in fi. & ff. de verb. oblig. ſi ſic ſtipulatus.

CAP. II.

PResbyteri interfecti compoſitio [a], epiſcopo ad cuius parochiam pertinet, ſoluatur: ita vt medietatem vtilitatibus [b] eccleſiæ, cui [c] præfuit, tribuat: & alterā in eius eleemoſynā iuſtè diſpertiat: Quia nullus eius hæres proximior videtur, quàm qui ipſum Domino ſociauit [d].

¶Alexander tertius Cantuarien. Archiepiſcopo.

¶Non debent prælati pro criminoſis ſuſtinendis pecuniam exigere, nec etiam correctionis cauſa ex cupiditate pœnam pecuniariam imponere.

CAP. III.

LIcet † iuxtà Apoſtolum: & infrà. ¶Accepimus, ꝙ archidiaconi Conuentren. epiſcopatus, pro corrigendis exceſſibus, & criminibus puniendis, à clericis & laicis [e] pœnā [f] pecuniariam exigunt, & pro annua exactione pecuniæ † ꝑſonas quandoque ſuſpendunt, eccleſias interdicunt, à vicarijs [g] denarios, vt eos in eccleſijs cantare permittant, exigere non formidant, & alia agūt, quæ canonum obuiant inſtitutis, & de radice cupiditatis, & auaritiæ prodire videntur: & infrà. ¶Mandamus, quatenus archidiaconis prædicti epiſcopatus hoc diſtrictius interdicas: ſi autem cōtrauenire † pręſumpſerint, eos appellatione ceſſante, eccleſiaſtica cenſura compellas.

† Capit. 3. eo. tit. in 1. compil. & poſt concilium Late. ſub Alexā. iij. part. 2. c. 3.

† Dictio, pecuniæ, deeſt in antiquioribus exemplaribus.

PResbyteri.] Dicit [1] quid faciendum ſit de pęna, quā ſoluit interfector presbyteri. h. d. Primò ponitur vnū dictum: Secundò ratio: ibi, *Quia*. Abb.

CASVS. Si aliquis interfecerit presbyterū, & cōpoſitio inde fiat: accepta pecunia ſoluatur illi epiſcopo, ad cuius parochiam ptinet. ita ꝙ medietatem tribuat in vtilitatē illius eccleſiæ cui præfuit, & alteram pro anima defuncti pauperibus eroget: quia nullus hæres eius proximior eſt, quā ille, qui ipſum domino ſociauit. Not. ꝙ pęnam pecuniariam, quam recipit epiſcopus ab aliquo, ſibimet appropriare non debet, ſed in vtilitatem eccleſiæ diſtribuere. Item eccleſia eſt hæres clericorum, vnde in rebus eorum ſuccedere debet.

a ¶*Compoſitio.*] hæc compoſitio per legem Lombardam eſt ſexcētorum ſolidorum. 17. q. 4. qui ſubdiaconum.

¶*Glo. ſeq. arguit.*

b ¶*Vtilitatibus eccleſiæ.*] hoc ideo, quia & ſic eccleſię iniuria facta fuit, & in ſuum miniſtrum, iuxta illud: Qui vos tangit, me tangit. 2. q. 7. accuſatio. Et eſt arg. ꝙ pęnas pecuniarias, quas recipit epiſcopus, non lucratur ipſe 1. ſed in vtilitatem eccleſiæ conuerti debent, vel diuidet illas. arg. 1. diſt. ius militare. & 16. q. 6. c. 1.

† Aliàs cōtraire.

1 Et ideo nō videtur ꝙ poſſit illas remittere. de hoc not. & dixi de offi. leg. niſi. in 1. gl. Io. And.

c ¶*Cui.*] ſcilicet eccleſiæ.

d ¶*Sociauit.*] baptizando, & ordinando illum.

LIcet.] Archidiaconi, & alij Prælati, qui in crminibus diſpēſare nequeunt: pęnam pecuniariam imponere non poſſunt, vbi à iure alia ſtatuitur. Primò ponitur archidiaconorum actus reprehenſibilis, Secundò mandat illos inhiberi & compeſci: ibi, *Mandamus*. Abbas Siculus.

CASVS. Archidiaconi Conuentren. epiſcopatus pro corrigendis exceſſibus à clericis, & laicis pęnam pecuniariam exigebant: Item pro annua exactione quandoque rectores eccleſiarum ſuſpendunt, & eccleſias interdicunt, à vicarijs denarios exigunt, vt eos in eccleſijs celebrare permittant: hæc & alia cōmittebant contra canonum inſtituta: Mandat Papa Cantuarien. archiepiſcopo, quatenus hæc prædictis archidiaconis diſtrictius interdicat: Si autem contra venire præſumpſerint, eos eccleſiaſtica cen. compellat. Not. exceſſus clericorum ſunt puniendi pęna ſpirituali ſecundum canones, & nō pecuniaria.

¶*Glo. ſeq. quærit, & dupliciter ſoluit.*

e ¶*Laicis.*] ſed quare à laicis? quia forte ſunt de ſua iuriſdictione temporali, vel de conſuetudine hoc habent.

¶*Glo. ſeq. notat pœnas pecuniarias, &c. ſignat contrarium, ſoluit diſtinguendo. ponit opi. Hug. quam determinat.*

f ¶*Pœnam pecuniariam.*] Ex hac decre. videtur, ꝙ pro criminibus pęna pecuniaria exigi non debet, cum Papa hic eam ꝓhibeat. arg. 16. q. 6. cognouimus. & c. de lapſis. & c. epiſcopo.

& illud. 1. q. 1. nullus epiſcopus. & ſ. de ſimo. nemo. & 83. diſt. ſi quis epiſcopus. arg. contra. 23. q. 5. ſi vos. Vnde nota, ꝙ cum ius ſtatuit pęnam pecuniariam infligendam, quicunq; cognoſcit de illo crimine, illam poteſt infligere. ff. de iudic. l. 2. §. vlt. & ſ. de rap. in archiepiſcopatu. & 12. q. 2. cum deuotiſſimam. 18. diſtin. quoniam 2: Si vero ius ſolam pęnam ſpiritualē, vel corporalem ſuper crimine ſtatuit, iudex nec debet nec poteſt illā in aliam cōmutare, ſed ille tantum qui de illo crimine poteſt diſpēſare. Et cum de pęna criminis nihil de iure cautū eſt, an pecuniariam vel aliam infligat, iudicis arbitrio committitur. ſ. de offic. deleg. de cauſis. Cum iudex ſuper crimine diſpenſare poteſt, bene poteſt infligere pęnam pecuniariā, vel aliam. Sed archidiaconi iſti ſuper his criminibus diſpenſare nō poterant: vnde nō debebant pęnam pecuniariam infligere, ſed imponere ſpiritualem, ſecundum quòd qualitas criminis exigebat. arg. ſ. de iudi. at ſi clerici. Hug. dicit, ꝙ illa pęna eſt infligenda, quæ magis timeatur. arg. 23. q. 4. ca vindicta. & qō. 5. prodeſt. & ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. in fi. Sed hoc intellige habere locum cum iudex talis eſt, qui poſſit diſpenſare, & commutare pęnas, ſed iſti archidiaconi hoc non poſſunt. Ala.

g ¶*A vicariis.*] Hoc erat ſimoniacum, cum ordo ſit ſacramentum, cui adhæret executio. ſi ergo vnum vendunt, & reliquum. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. & c. ſaluator.

2 vide gloſſam ibi. & c. ſi quis cuiuslibet. 11 q. 5. & Hoſtieſem in ſumma tit. de off. ord. §. quid pertinet. & in c. ꝑ humani. de homicid. li. 6.

Idem in concilio Turonen.

¶Victus condemnatur victori præſenti in expenſis, etiam in cauſis pecuniarijs: & vnum caſum excipit.

CAP. IIII.

CAlumniam † & audaciam temerè litigantium condemnando in expēſis, & alio [h] multiplici remedio ſanctio imperialis compeſcit. ¶Quoniā igitur ſacris inſtitutis conſonare dignoſcitur: Pręcipimus, vt decætero in cauſis pecuniarijs victus, victori [i] in † expenſis cōdemnetur: niſi ſententia [k] pro abſente feratur.

† Capit. 5. eo. tit. in 1. compil. & poſt concilíū Latera. ſub Alexā. iij. part. 3. c. 2.

† Aliàs ita: in expenſis legitimis aliàs ita: in expēſis omnibus. ſed in manuſcriptis vt eſt impreſſum, vno excepto.

¶Innocentius iij. Midroſien. Archiepiſcopo.

¶Clericus cauſam ſeu operam præbens bello, deponendus eſt.

CAP. V.

QVòd † in dubijs: & infrà. ¶Quia verò tam ſacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, quàm qui perſonaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant [l] ad pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore canonico eos credimus deponendos.

† Cap. vnico eod. tit. in 3. cōpil. Et an clerico pugnare liceat explicat B. Thomas 2. 2. qō. 40. art. 2. adde ibidem Caietanum.

¶Idem London. † Epiſcopo.

¶Clericus pro magno ſcelere ab eo cōmiſſo deponi debet, & in monaſterio detrudi ad agendam pœnitētiam.

† Lurden. archiepo. † London. archiepo.

CAlumniam.] Primò legem recitat, quam ſecundò approbat, ibi, *Quoniam*. Abbas.

CASVS. Qui calumnioſè litigant, condemnandi ſunt in expenſis, & de calumnia puniuntur, ſecundū ꝙ leges præcipiunt: & quia iſtud ſacris conſonat inſtitutis præcipit Papa vt decætero in pecuniarijs cauſis victus, victori in expenſis condemnetur: niſi feratur ſententia pro abſente. Not. ꝙ qui calumnioſè litem agit, in expenſis alteri parti condemnari debet.

h ¶*Alio.*] ita vt præter expenſas de calumnia puniatur. C. de calū. l. 3. & inſt. de pę. te. lit. §. aduerſus. quia infamis efficitur, vt ibi dicitur. de quibus legibus hic facit mentionem.

¶*Glo. ſeq. ponit opi. ſuam, & contrariam, & remittit.*

i ¶*Victori.*] victus victori in expenſis condemnari debet, ſi per calumniam & malam fidem appareat eū mouiſſe litem 3, vt hic expreſſè dicit litera in princ. & in Auth. de iu. §. oportet. colla. 6. & ff. de iudic. cum quem temerè. Alij dicunt, quòd eoipſo quòd ſuccumbit, præſumitur calumniari: vnde condemnari debet in expenſis. De hac materia plenè dictum eſt. ſ. de dol. & contu. finem.

3 Adde ꝙ nec iuramentū calumniæ excuſat à cōdēnatione expenſarū. cōcor. l. 1. C. de iura. calum.

k ¶*Niſi ſententia pro abſente.*] Sicut cauetur C. de iud. properādum. §. & ſi quidem. ibi dicitur, ꝙ victus præſens ſumptus ſuos de condemnatione deducat.

QVod in dubijs.] CASVS. Sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam: & qui perſonaliter conflictum exercent: & alios incitant ad pugnandum, omnes ſunt deponendi. Not. quòd nō ſolum ille eſt homicida qui interficit, ſed etiam ille, qui incitat ad interficiendum.

l ¶*Incitant.*] in bello iniuſto. arg. ſ. de homi. ſicut dignum. §. qui

ſ Vide ſ ti. 1.c. fin.ſuper gloſ.2. Ioan.And.

qui vero.& ff.ad leg. Aquil.i tem Mela.§. item cum eo. 1 ſecus ſi eſſet iuſtum, quia tunc licitum eſt hortari.23.q.vlt.hortatu.& c. igitur. & c. vt pridem. & intereſſe bellis. ead.cauſa, q. 3. Maximianus.

TVæ.] Abbas & clericus in magnis criminibus deprehenſi, poſt depoſitionem detrudi debet in monaſteriũ ad agendũ pœnitentiam. Et diuiditur: Primò ponitur cõſultatio: ſecundò reſponſio: ibi, *Reſpondemus*. Abbas.

† Capit. 3. tit. de vita & honeſt. clerico. in 3. compil. Vide Bernardinum Diaz ĩ pracri. canon. c.84.

CASVS. Clerici aliquando deprehenduntur ĩ latrocinijs & alijs magnis ſceleribus: quęritur. qualiter ſint puniendi? Reſpondet Papa ꝙ à ſuis ſunt ordinibus degradãdi.& in arctis monaſterijs detrudendi ad agendum pœnitentiam. Not.ꝙ clerici deprehẽſi in latrocinijs & magnis criminibus, degradari debẽt, & in arctis monaſterijs detrudi.

CAP. VI.

TVæ † diſcretionis prudentiam: & infrà. ¶Ad illud quod à nobis tertiò requiſiſti, qualiter clerici in latrocinijs, vel alijs magnis ſceleribus deprehenſi [a] puniri debeant: Reſpõdemus, quòd à ſuis ordinibus degradati, detrudi debeãt in arctis monaſterijs [b], ad pœnitentiam peragendam.

¶Idem Abbati, & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶*Si vterque contrahentium venit contrà contractum, vterque poteſt exigere pœnam adinuicem promiſſam ex conuentione.*

CAP. VII.

COnſtitutus † in præſentia noſtra: & infrà Licet autem in inſtrumento epiſcopi Lauitani expreſſa fuerit certa pœna, quam pars contractum nõ ſeruans, ſolueret obſeruanti: cum tamen vtraque pars veniſſe contra illum, ex confeſſione [c] propria conuincatur: cum & pars veſtra ſubtraxerit epiſcopo penſionem, & epiſcopus procurationem exegerit ab eadem eccleſia, ſicut œconomus propoſuit memoratus, vtramque [d] partem ab ea reddimus abſolutam [e].

† Pars c.cõſtitutus ſ. de religio. domi. vbi iuenies varietates de voce, Lauitani.

¶*Gloſſ. ſeq. ponit duas lect. & ſecundam declarat.*

a ¶*Deprehenſi.*] & cõuicti. ſola enim deprehenſio nõ ſufficit. ſ. de iud. cum non ab homine. Vel intellige, deprehenſi, ita ꝙ factum ſit notorium per euidentiam facti: tales enim ſtatim condemnari poſſunt. C. de defen.ci.l.de fenſores. Et arg.ſ.de coh.cle. & mu.c.vlti.& 2.q.1.de manifeſta, & talis deprehenſio auctoritate ſui prælati 2 fieri debet, ne vltra ſe extendat violentia, quã exegerit defenſio clericorum.ĩ.de ſent. excom. vt famæ. aliàs capientes eſſent excommunicati, vt ibi.

2 Quod intellige vt dixi de iudi. cũ non ab hoĩe, ſuper 1.gloſ. Ioan.And.

b ¶*Monaſterijs.*] ſim.16.q.6.de lapſis.& 50.diſtin.ſi ille. & ſi incorrigibiles fuerint, per ſecularem iudicem poſtea deprehendantur.ſ.de iudic.cum non ab homine.

COnſtitutus.] Primò ponit diffinitionem: Secundò cauſam interſerit, ibi. *Et cum*. Abbas.

CASVS. Epiſcopus Lauitanus cõceſſit monaſterio Cryptæ ferratæ omnes eccleſias in eius diœceſi ſitas ꝑtinentes ad monaſterium illud, & quicquid iuris habebat in illis in emphyteuſim ſub annua penſione reddenda, ita ꝙ ſola penſione cõtentus eſſet, ſub certa pœna appoſita inſtrumento inde confecto: poſtmodum orta fuit ſuper his contentio inter eos: per confeſſionem vtriuſq; partis conſtitit, ꝙ pars monaſterij ſubtraxit epiſcopo penſionem: & epiſcopus exegit à monaſterio procurationem: & ſic vtraque pars commiſit in pœnam: vnde dominus Papa vtramque partem à pœna illa reddit abſolutam. Not. quòd confeſſio in iure facta præiudicat. Item pęna cum pęna compenſatur.

c ¶*Ex confeſſione.*] confeſſio enim in iure facta præiudicat. ſ.de tranſactio.præterea 2.& ſ.de confeſ. cum ſuper. & c.vlti. vbi de hoc.& C.eo.l.vnica.& ff.eod.l.1.

¶*Glo.ſeq.opponit dupliciter, & ſoluit.*

d ¶*Vtramque.*] Sed videtur ꝙ epiſcopus non inciderit in pęnam: nam cum altera pars ei ſubtraxit penſionẽ, licitè potuit petere procurationem: quia fidẽ non ſeruanti, fides nõ eſt ſeruanda.ſ.de iureiur.peruenit 2.nam licitum eſt redire ad priorẽ actionem, cũ ex parte altera non paretur pacto.arg.ſ.de pact. cum pridem. De hoc dictũ fuit ſ.de electio.cũ inter R. Econtra videtur, ꝙ illi potius præiudicet, qui vltimò incidit in pęnam: nã ſi vterq; eſt in mora, ſemper vltima mora nocet.ff.de peri.& cõmo.rei ven.illud. Reſpondeo, hic propter par delictũ neuter incidit in pęnã.ff.de reg.iur.cum par. & in delictis mutua fit compẽſatio.ſ.de adul.c.pe. & vlt.32.q.6.nihil. & ff.ſol. mat.viro. Io.compenſatio mutua fit.ff.de cõpen.ſi ambo. & ff. de dolo.ſi duo. Hæc decre. deciſa fuit in fine huius decre.ſ.de reli. do. conſtitutus. & per illam poteris intelligere iſtam. B.

¶Idem Priori ſancti Fridiani, & magiſtro B.canonico Piſano.

¶*Si teſtis propter vacillationem incarceratur, infamiam non incurrit.*

CAP. VIII.

SVper † his, de quibus nos conſulere voluiſtis: & infrà. ¶Clericus autem, qui pro eo quòd variauerat [f] & vacillauerat coram vobis † de mandato noſtro † captus eſt, & detẽtus, infamiam non incurrit [g].

† Capit.3. tit.de accuſat.in 3. cõpilatione.

† Aliàs, nobis.

† Aliàs veſtro.

¶Idem Spoletano Epiſcopo.

¶*Obligatus ad certam quãtitatem, certa die ſub pœna ſoluenda, ſi partem intra terminum ſoluit, ad pœnam integram non tenetur.*

CAP. IX.

SVam † ad nos rectores clericorũ ſancti Fortunati quærimoniam trãſmiſerunt, quòd cum tibi eſſent in quadraginta libris per quoddam arbitrium condemnati, eſſetq; pœna triginta librarũ appoſita, niſi eas ſoluerent in termino conſtituto: tandẽ triginta tribus libris in termino perſolutis [h], occaſione ſeptem reſiduarum, per quaſdam noſtras † literas veritate tacita impetratas, obtinuiſti eos in ꝑfatis triginta libris tibi per delegatum iudicẽ condemnari. ¶Quia igitur te non decet intantum pontificalis

e ¶*Abſolutam.*] [x] præferẽda eſt enim opinio æſtimationis pecuniario cõmodo. ff. de ſol. cũ ex pluribus. & ff. de vſur.in pecudum.§.vlt.

SVper his.] CASVS. Quidam clericus corã Papa in teſtimonio vacillauit, & variauit in dicto ſuo: Papa fecit illum capi & detineri: quæritur, vtrũ propter hoc incurrerit infamiã? Rñdet ꝙ non. Not.ꝙ vacillans vel varians in teſtimonio, nõ eſt ipſo iure infamis.

f ¶*Variauerat.*] & iõ nõ fuerat ei credendũ. 4.q.3.c. ſi teſtes.§. qui falſo. & ſ. vt eccle. beneſi.vt noſtrum. Bern.

† Capit.2. tit.ne clerici vel monachi.in 3. compila.

g ¶ *Non incurrit.*] quia genus pęnæ 3 per ſe non infamat, niſi ſententia præcedat.C.qui. ex cau. infa. irro.l.1. & l.nullam. licet Gratianus aliter ſenſerit.3. q. 7.c.infamis.§.tria.in fi. Vincen.

3 An carcer ſit pœna: dic vt ĩ eo.quamuis.lib.6.dixerunt hic Inno.Hoſt. & Abb. ꝙ eſt cuſtodia, nõ pœna. ff. de pœ. aut facta. §. ſolent. Ioan. And.

SVam.] Diuidiẽ: In prima quęſtio: In ſecunda ꝓuiſio: ibi, *Quia igitur*. Abb.

CASVS. Clerici ſancti Fortunati condemnati fuerunt epõ Spoletano in xl.lib.per quoddam arbitriũ ſub certa pęna, niſi eas perſoluerint in termino conſtituto: epſ impetrauit quaſdam literas cõtra eos tacita veritate, per quas fecit eos ſibi condemnari in xxx. lib.nomine pęnæ, quia non ſoluerant totam ſummã in termino conſtituto: vnde dicti clerici dño Papę querimoniam tranſmiſerunt: Mandat Papa epõ Spoletano, quatenus vij.lib.ſolutione contentus exiſtat, & ſuper pęna xxx.lib.clericos illos decætero non moleſtet, cum non deceat ipſum inhoneſtis quæſtibus, cum aliena iactura ditari. Nota, ꝙ pęna non debet exigi niſi pro parte non ſoluta in termino conſtituto, licet de rigore iuris ſit commiſſa in totum, & ſecundum quoſdam in totum exigi poſſit, in qua ſentẽtia fuit iudex, qui clericos iſtos condemnauit. Item cum alterius iactura nemo debet ditari, & præcipuè clerici.

† Dictio, noſtras, deeſt in pleriſque antiquis codicibus.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit diſtinguendo.*

h ¶*Perſolutis.*] eoipſo ꝙ ſortem recipit, pęnæ renuntiaſſe videtur.ff.de eo quod cert.loc.l.vlt.in fin.& ff.de leg.cõmiſ. poſt diem. & ita videtur ꝙ eam vlterius petere non poſſit per hoc quod hic dicitur, niſi aliter conuenerit inter eos cum ſortẽ recepit, ſ.ꝙ ſors & pęna peti poſſit.arg.ff.de tranſact.qui fidẽ. C. de tranſact.cum proponas.ff.ſi quis cau.l.2.1.rñ. Et ſic videtur ex hac decre.ꝙ non cõmittatur pęna in totum cum effectu; licet ſors in totum ſoluta non ſit. Vnde habes contraria plura: ff.de verb.oblig.ſtipulationum.§.ſi ſortem. Super hoc conſueuit diſtingui: Aut enim illud quod promittitur ſub pęna, cõſiſtit in dando, aut in faciendo: ſi conſiſtit in dando, in totum committitur pęna, licet in parte ſit ſatiſfactum. ff.famil.erciſc. hæredes.§.in illa.in fi.& ff.de verb.obl.ſtipulationum.§.ſi ſortem.& l.in executione.§.item ſi ita.& ff.de pig.ſed an viæ.arg. Si verò conſiſtit in faciendo, & illud qđ promiſſum eſt ſub pęna ſit indiuiduum, tunc idem eſt quod in primo caſu, quia in totum committitur pęna.ff.famil. erciſcund. hæredes.§. an ea ſtipulatio.& ff.de verbor.obligatio.eadem.§. cato.in princ.ibi,

ab omnibus factum, &c. & l. in executione. §. ſecunda. Sed in primo caſu cum conſiſtit in dando, dixit Azo, ꝙ oppoſita exceptione repelleretur à pœna pro rata ſolutæ partis. argu. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus. §. 1. & ff. de verb. obl. l. 2. §. vlti. ad fi. & arg. ff. depoſi. ſi duo hæredes. & ff. de verb. obli. in executione. §. inſolidum. & hanc æquitatem ſeruat hic Innocẽtius: Nec eſt ſeruãdus ille rigor, vt in totum pœna exigatur, quia nõ debet quis cum aliena iactura ditari, vt hic dicitur. & 22. q. 2. primũ. & ff. de condi. indebit. nam hoc. quia non intereſt illius pœnam recipere pro ſoluta ſorte: & ideo, qa placuit æquitatem præferri ſtricto iuri. C. de iud. placuit. vnde literæ ſuper hoc impetratæ non valuerunt, quod patet ex eo, ꝙ dicit, veritate tacita. Alij doctores legũ ſeruant illum rigorem. Si verò factum ſit diuiduũ 1, pro parte tantum tum cõmittitur. ff. rem rat. habe. ſi procurator. §. ſi quis a procuratore & arg. ff. de verbo. obli. eadem. §. Cato. ibi, at ſi de eo cautum, &c. Sed contrarium videtur in l. prædi. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus. vbi committitur pœna in totum, licet detur exceptio pro alia parte, & factum videtur diuiduum. Sed dici conſueuit ꝙ illud eſt ſpeciale in iudicio: quia & ibi mora purgatur. ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres. ſed in pœnali ſtipulatione non purgatur. C. de contrahend. & commit. ſtipu. magnam. quia tempus ibi interpellat. ſ. de loca. cap. vlti.

modeſtiæ [a] obliuiſci, vt inhoneſtis quæſtibus anhelando deſideres cum aliena iactura ditari: Mandamus, quatenus ſeptẽ librarum ſolutione cõtentus, ſuper pœna [b] triginta librarũ, memoratos rectores de cætero non moleſtes.

¶Idem.

¶*Occidentes Prælatum, priuantur beneficijs & feudis, quæ habent ab eccleſia, cui præerat Prælatus ille, nec eis vel hæredibus reſtituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente, capiente, vel banniente epiſcopum aucta ſunt ſimiles pœnæ: de quibus in Cle. ſi quis ſuadente. eod. tit.*

CAP. X.

AD † aures noſtri Apoſtolatus peruenit, quod cũ quidã parochiani tui auſu diabolico [bonæ † memoriæ] I. Vincentinum epiſcopum prædeceſſorem tuum nequiter peremiſſent; feuda & beneficia, quæ illi à Vincentina eccleſia obtinebant, ipſis per ſententiã fuerant cum multa deliberatione ſublata. ¶Quia igitur maiori ſunt animaduerſione plectendi. Nos tam tibi, quàm ſucceſſoribus tuis, auctoritate Apoſtolica prohibemus, ne ipſis, aut hæredibus eorum beneficia prædicta reſtituantur [c]; ſeu de nouo eis alia quælibet conferantur.

† Cap. 1. e. tit. in 4. cõpilatione.

† Hæc duo verba: bonæ memoriæ, deſunt ĩ omnibus Vaticanis.

1 Adde ꝙ ſit obligatio diuidua & quæ indiuidua; not. in l. ſti pulationes nõ diuidũtur. ff. de verb. obli.

a ¶*Modeſtiæ obliuiſci.*] præferenda eſt enim exiſtimationis opinio pecuniario cõmodo. ff. de ſol. cum ex plurib. cauſis. ff. de vſur. in pecudum. §. vlt.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & remittit.*

b ¶*Pœna.*] videtur ergo ex hoc ꝙ eccleſiaſtica perſona non poſſit exigere pœnam, nec ab ea exigi. arg. 2. q. 2. fraternitatis. arg. contra. ſ. eod. conſtitutus. De hac materia dictum eſt ſ. de arbi. dilecti filij.

AD *aures.*] Diuiditur hæc decre. Nam primò pœnalem ſententiam recitat: Secundò aggrauat: ibi, *Quia igitur.* Abbas Siculus.

CASVS. Quidam ciues Vincentini epiſcopum ſuum interfecerunt, propter quod fuerunt feudis, & beneficijs, quæ à Vincentina eccleſia detinebant, per ſententiam ſpoliati: quæſiuit epiſcopus Vincentinus, vtrum ipſis, vel eorum hæredibus illa beneficia ſint reſtituenda? Reſpondet Papa, ꝙ nec ipſis, nec eorum hæredibus ſunt illa beneficia reſtituenda, ſeu de nouo alia conferenda: cum maiori ſint etiam animaduerſione plectendi. Not. ꝙ omnia beneficia debet quis amittere, quæ obtinet ab eccleſia, qui Prælatum ipſius interfecit, nec alia ſibi vel eius hæredibus conferenda ſunt de nouo. Item pœna non ſolum tenet auctorem, ſed extenditur ad hæredes.

c ¶*Reſtituantur.*] Imo videtur, ꝙ maiori pœna puniendi ſunt, vt non ſolum ea reſtituãtur, ſed omnia alia bona ſua eccleſiæ, cui iniuria facta eſt, tradantur perpetuo. 17. q. 4. ſi quis deinceps. & anathematizetur, vt ibi dicitur: licet ipſo iure ſint excommunicati. ea. cauſa, & q. ea. ſi quis ſuadente. Item alia pœna imponitur ĩ. eo. c. proxi. & ſi iterum alicui ſuum epiſcopum interficiant, priuantur epiſcopo 2. 25. q. 2. ita nos.

2 Idem in caſu. ĩ. eod. felicis. lib. 6. Io. And.

DIlectus.] Qui iudici iniuriantur, per ſuperioris arbitrium puniri debent. hoc dicit. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliquis temerè prorupit contra iudicis aſſertionem, ſecundum arbitrium ſuperioris debet puniri, cum de ipſius litigatoris improbitate conſtiterit, ne vileſcat iudicialis auctoritas. Not. ꝙ litigator, qui temerè contradicit iudici, coram quo litigat, arbitrio ſuperioris puniri debet, quia non eſt vilipendenda iudicialis auctoritas.

¶Idem

¶*Prorumpens contra iudicem, arbitrio ſuperioris punitur.*

CAP. XI.

DIlectus † filius electus ſancti P. ad montes: & infrà. ¶Ne iudicialis euaneſcat auctoritas, cum de litigatoris improbitate conſtiterit, aduerſus aſſertionem [d] iudicis temerè prorumpentis: iuxtà ſuperioris arbitrium digna poterit animaduerſione puniri.

†Cap. 1. tit. de ꝓbatio. in 4. cõpil.

¶*Glo. ſeq. arg. ſignat contrarium & ſoluit.*

d ¶*Aſſertionem.*] Arg. ꝙ verbo iudicis eſt credendum, niſi contrariũ probetur: vt hic dicitur. arg. ſ. de proba. poſt ceſſionem. Arg. contra. ſ. de teſt. cum à nobis. & ſ. de probatio. quoniam cõtra falſam. cui ſtandum eſt. Sed quod dicit hic, ꝙ puniri debet litigator, verum eſt cum temerè 3 cõtradicit iudicis aſſertioni, puta, cum iudex hoc quod dicit oſtẽdit per acta, vel cum litigator nihil oſtendit contra excõmunicationis ſententiam: tũc puniatur in ſumptibus. ĩ. de ſen. excom. ſacro. arg. ſ. eo. calumniam. Vel aliàs ſecũdum arbitriũ ſuperioris, vt hic dicit. & ſ. de offi. deleg. de cauſis.

¶Idem † in concilio generali.

¶*Patroni, aduocati, vel vicedomini vendicantes ſibi in eccleſijs pluſquam iura permittant, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcuntur: & ſi occidunt Prælatum, vel clericum eccleſiæ per ſe, vel per alios, perdunt quod habent ab eccleſia, & eorum poſteri vſque ad quartam generationem non admittuntur ad clerũ, nec in religionibus proficiuntur.*

†Idem ſcilicet Inno. iij. in concilio generali Later. c. 45. & c. 2. eo. tit. in 4. compil.

3 Miſcẽdo iudicis cõtumeliã: vt dicendo ꝙ mentif, vel ꝙ melius eſſet habere aſinũ in iudicẽ, cũ ipſe nil intelligat, vel his ſimilia & quis hoc puniat, dictũ eſt in text. Io. And.

CAP. XII.

IN quibuſdam prouincijs eccleſiarum patroni, & aduocati, ſeu vicedomini, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, ꝙ non ſolum, cum vacãtibus debet eccleſijs de paſtoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias, verum etiã de poſſeſſionibus, alijsq́; bonis eccleſiaſticis pro ſua volũtate ordinare præſumunt: & (quod horrendum eſt dicere) in necem Prælatorum prorumpere non formidant. ¶Cum igitur qđ ad defenſionis [e] ſubſidiũ eſt

IN *quibuſdam.*] Diuiditur: Nã primò recitat triplex patronorũ delictum: Secundò: ibi, *Cum igitur.* prouidet & contra primũ & contra ſecũdum, vtrumq; prohibendo: Tertiò. ibi, *Sacri.* cõtra tertium, illud primum puniendo in factoribus: ſecundò, aggrauando pœnã in poſteros: ibi, *Et ne minus.* Abbas Siculus.

CASVS. Patroni eccleſiarum aduocati, ſeu vicedñi in tanta præſumptione ſe extollunt, ꝙ cum vacantibus eccleſijs de perſonis idoneis prouideri debet, non ſolum difficultates ingerũt & malitias, verum etiã de poſſeſſionibus & alijs bonis eccleſiarum pro ſua volunt diſponere volũtate: & quod deterius eſt, in necem Prælatorum præſumunt erumpere: prohibet generale concilium expreſſè, ꝙ decætero nec patroni, vicedomini vel aduocati ſuper prædictis plus vſurpent, quam reperiatur in iure permiſſum: & ſi contra fecerint, per ſeueritatem canonicam compeſcantur: ne quod ad defenſionem eſt inuẽtum, ad depreſſionis diſpendium valeat retorqueri. Statuit inſuper cõcilium, quatenus ſi patroni, aduocati, feudatarij ſeu vicedomini, aut alij beneficiati, clericũ, vel rectorem alicuius eccleſiæ p ſe vel per alios occidere, vel mutilare præſumpſerint, amittant quicquid iuris in eccleſia habent, vel ab ipſa tenent, & vſq; in quartam generationem poſteritas talium in clericorum collegium nullatenus admittatur, neq; in domibus regularibus prælationem aliquam aſſequantur, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. Nota ꝙ prouiſum eſt ad defenſionem, non debet ad grauamen extendi. Item nota pœnam illorum, qui contra eccleſiam delinquunt, ſcilicet ꝙ amittere debent quicquid ab eccleſia tenent. Item pœna extenditur ad hæredes. Item monachatus omnem maculam non abſtergit.

4 Expenſis tñ eccleſiæ ſecundum Gof. bene hic, q hoc not. in lib. in ca. 1. de iu. pat. ver. nũc videamus de honore. dicit enim ſufficere ſi patronus diligentiam & miniſtẽriũ adhibet, ſicut tutor expẽſis pupilli ipſum defendit. ff. de admi. tut. l. à tutoribus. Ioã. And.

e ¶*Defenſionis.*] Patroni enim eccleſiam defendere debet 4. 16. q. vlt. filijs. hanc defenſionẽ non debent extendere ad grauamen: vt hic dicit. ſic. ſ. de appel. c. 3. & c. cum ſpeciali. §. porro. & ſ. de iureiuran. quanto. & 22. q. 4. inter cætera.

¶Glo.

inuentum, ad depræſſionis diſpendium non debeat retorqueri: Prohibemus expreſſe, ne patroni, vel aduocati, ſeu vice domini ſuper præmiſſis de cætero plus vſurpent, quàm reperiatur in iure permiſſum [a]: & ſi contra præſumpſerint [b], per ſeueritatem canonicam diſtrictiſſimè compeſcant. ¶Sacri nihilominus concilij approbatione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, vel aduocati, aut feudatarij, ſeu vicedomini, aut alij beneficiati, alicuius eccleſię, rectorem, vel clericum aliū ipſius eccleſiæ, per ſe, vel per alios occidere, vel mutilare auſu nefando præſumpſerint: patroni iuſpatronatus, aduocati aduocatiam, feudatarij feudū, vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficium prorſus [c] amittant. ¶ Et ne minus vindictę, quam exceſſus memoria prorogetur, non ſolum de premiſſis nihil perueniat ad hæredes [d], ſed etiam vſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittantur: neque in domibus regularibus alicuius prælationis [e] aſſequantur honorem, niſi † cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum [f].

¶Honorius tertius Præpoſito, archidiacono, & H. canonico Sueſſioñ.

¶*Domino excommunicato manēte, ſubditi fidelitatem non debent: & ſi longo tempore in ea perſtiterit, & monitus nó paruerit eccleſiæ, ab eius debito abſoluuntur.*

CAP. XIII.

GRauem † capituli Lund. † recepimus quęſtionem, quòd cum comes Regiſtreñ. † pro multis iniurijs, quas irrogat eiſdem †, per iudices à ſede Apoſtolica delegatos excommunicationis vinculo fuerit innodatus: idem per duos annos, & amplius in excommunicatione perſiſtens, iuri parere ꝑtinaciter renuit, claues [g] eccleſię contemnendo [h]. ¶Licet igitur huiuſmodi pertinacia non careat ſcrupulo hæreticę [i] † prauitatis: volentes tamen nobilitati [k] parcere comitis ſupradicti: Diſcretioni veſtrę mandamus, quatenus ſi comes prędictus poſt commonitionem veſtram non paruerit plenè iuri, vos eccleſias [l], in quibus aliqđ ius habere dignoſcitur, ab eius debito abſoluentes, fideles ipſius (quamdiu in excommunicatione perſtiterit) ab † eius fidelitatis iuramento denuntietis penitus abſolutos.

TITVLVS XXXVIII.

De pœnitentijs, & remiſſionibus.

¶Alexander † Papa.

¶ *Pro manifeſto peccato penitentia publica imponi debet.*

¶*Glo.ſeq.reci.per q.& ſolutionem,& dat ſimile.*

a ¶*Iure permiſſum.*] Permiſsū patronis eſt præſentare rectorem, & habere ius profeſſionis, & ſi ad inopiam vergat, ei ab eccleſia ſuccurritur. ſuprà de iurepat. nobis. & 16. quæſt. 7. quicunque. ſic epiſcopus non debet plus petere à ſubditis quàm ſit permiſſum à iure. 18. quæſt. 2. hoc tantum. & 10. quæſt. 3. quia cognouimus. & ſuprà. de cenſi. cum Apoſtolus. aliàs reſtitueret duplum. ſuprà. de immu. eccleſ. quia plerique. & ſuprà de. cenſi. procurationes. in fi.

b ¶*Preſumpſerint.*] niſi forte in caſu quem habes. infrà. de ſenten. excommu. ſi vero. cum moderamine inculpatę tutelæ. alias non.

¶*Gloſsa ſequens recit. per quæſtionem & ſolutionem, & dat duo ſimilia.*

c ¶*Prorſus amittāt.*] Et deuoluantur ad eccleſiam, cui facta eſt iniuria. 17. quæſtio. 4. ſi quis deinceps. & c. quiſquis. vt dictum eſt ſuprà. eo. ad aures. & 27. quæſt. 1. ſi quis rapuerit. Sic ergo eccleſia nō habebit patronū, 1 ſic & vaſallus amittit feudum (vt hic patet) ſi non ſeruat fidelitatem domino. 22. quęſt. vlt. de forma. & in libro de feudis, quemadmodum feudum amittatur. & 96. diſt. ſi Imperator. ſi. ſuprà. de poſtu. cap. vlt. ſic & donatio reuocatur ꝓpter talem ingratitudinem, & propter alias etiam. ſuprà. de don. cap. vlti. vbi de hoc. C. de reuoca. dona. l. vlt.

1 Ad idem de iure patron. c. vnico. lib. 6.

† Dictio, miſericorditer deeſt in pleriſq; codicib⁹.

d ¶*Ad hæredes.*] & deſcendentes per lineā directam vſque ad quartam generationem: vt hic dicitur: quia vſque ad quartam generationem extenditur conſanguinitas, ſuprà. de conſang. non debet. Et eſt ſpeciale hic, quòd filius puniatur pro delicto patris, ſicut in crimine læſæ maieſtatis. 6. q. 1. c. quo. §. verum. ver. ſi quis cum militibus. & in hæreſi. ſuprà. de hære. vergentis. aliàs bona damnatorum deuoluuntur ad hæredes. C. de bo. dam. Auth. bona.

¶*Glo.ſeq.ſignat contrarium, & remittit.*

e ¶*Prælationis.*] ſed contra videtur, cum ingreſſus religionis tollat irregularitem. ſ. de fil. presby. c. 1. & in Auth. de mo. in prin. coll. 1. Dic vt ſ. de apoſta. 2. c. 2. Ber.

2 Vide D. Thomã 2. 2. q. 189. ar. 3. arg.

¶*Glo.ſeq.reci.per q.ponit opi.& ſolutionem.*

f ¶*Diſpenſatum.*] Cum non determinetur à quo poſſit diſpēſari. Dicit Ioan. 3 quòd epiſcopus poteſt diſpenſare, ex quo Papa ſpecialiter non retinuit ſibi diſpenſationem. arg. infrà. de ſent. excomm. nuper. Honeſtum eſſet quòd nullus epiſcopus ſine licentia Papæ diſpenſaret cum talibus, vt alij ſaltem timerent, cum viderent illos vſque ad vltimam generationem puniri.

3 Idē Vin. Go. & Phi. pro his facit, qa iſti laborāt vitio. C. de na. lib. l. legem. vide in Spe. de legi. §. nūc de epiſcoporū. verſ. 53. Io. An.

GRauem.] Primò ponitur quærela: Secundò prouiſio: ibi Licet igitur. Abbas.

CASVS. Comes Regiſtreñ. multas iniurias & grauamina irrogauit capitulo Lund. propter quod per iudices delegatos ab Apoſ. ſede fuit excommunicatus, & per duos annos & amplius in excommunicatione perſiſtens, noluit parere iuri, claues eccleſiæ contemnendo: vnde capitulum Lund. iterum ſignificauit hoc domino Papæ: quamuis huiuſmodi pertinacia non careat ſcrupulo hæreticæ prauitatis, mādat Papa quibuſdam, quatenus ſi comes ille commonitus iuri parere noluerit, abſoluant eccleſias, in quibus ius habet, ab eius obligatione: & fideles ipſius ab obligatione ipſius, quandiu in excommunicatione perſtiterit, denuntiet abſolutos. Nota ꝙ excommunicatus, qui contemnit claues eccleſiæ, iterum puniendus eſt, prout hic dicitur: qa creſcente contumacia, creſcere debet pœna. Item arg. ꝙ nobilitati parcendum eſt circa pęnas imponendas.

g ¶*Claues.*] datas Petro. 22. di. c. 1. & 21. di. nouo. & in Petro datæ ſunt eccleſię claues. 24. q. 1. quodcūque. & cuilibet eius ſucceſſori. argu. ſuprà de transla. quanto Ber.

h ¶*Contemnendo.*] & ſi aliàs ligatus non fuiſſet, ex contemptu ligaretur. 11. q. 3. cap. non ſolum. §. cum ergo ſententia in fin. & 24. q. 3. notandum. non enim debet contemni, cum ſit medicinalis. 2. q. 1. multi.

i ¶*Hæreticæ prauitatis.*] hoc ideo dicit: qa qui propter ſuſpicionē hæreſis excommunicatur, ſi per annum ſteterit in excommunicatione, poſtea tamquam hæreticus habetur. ſ. de hę re. excommunicamus. §. 1. tamen ſi pro contumacia excommunicetur, ſiue per annum, ſiue per plures in excommunicatione ſteterit, non habetur vt hæreticus: ſed aliàs contra eū proceditur, vt hic dicit.

k ¶*Nobilitati.*] Nota, ꝙ parcitur nobilitati circa pœnas, vt aliter puniatur nobilis, quam ignobilis. 24. q. 1. qui contra pacem, & 50. diſt. cōtumaces. & in beneficijs etiam magis prouidendum eſt nobilitati. 86. diſt. non ſatis. ver. item ſi conſideranda eſt. Arg. contra, ꝙ æquè puniatur. ſ. de ſtat. reg. ea quæ. vbi de hoc.

l ¶*Eccleſias in quibus aliquod ius.*] Forte ius patronatus, vel qcqd aliud poſſit ab eccleſia ꝑcipere, vt ſi eccleſia aliquo debito tenetur eidem, vt interim eccleſia ei reſpondere non teneatur: vt ſ. de hære. excommunicamus. §. credentes. & c. vlt. & 15. q. 6. nos ſanctorum. & ipſo iure abſoluti ſunt tales: & hic præcipitur, ꝙ denuntiētur ſolūmodo abſoluti: vt in fi. dicit. Et eſt arg. ꝙ creſcente contumacia creſcere debet pęna. ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. in fin. & ff. de pœnis. l. relegati.

† De intellectu vide Eymericū in Directorio inquiſitorum pa. 2. q. 47. nume. 6.

† Laudunen.

† Regiſteren.

† Aliàs, eidē, ſed in antiquioribus, eiſdē legitur.

† Vide cōciliū Tridēt, ſeſſio. 25. de refor. cap. 3. circa finē.

† In omnibus codicibus Vaticanis, & pleriſq; alijs ita: ab eiuſdem fidelitate denuntietis penitus abſolutos.

† Aliàs, Calixtus, vt ī omnibus vaticanis: ſed reperiunt. hæc apud Gregorium li. 12. epiſtola. 31. regiſtri ad Felicē Siciliæ ep̄m.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

¶*Suprà viſum eſt de pœnis, quæ imponuntur in foro iudiciali. Nunc competenti ordine ſubnectitur de his, quæ imponuntur in foro pœnitentiali verum quia huiuſmodi pœnę, ſeu penitentię quandoque releuantur per indulgentias, ſeu remiſſiones, ideo hic ſubijcit de remiſſionibus.*

De hac materia tractatur. 50. diſt. c. hi qui altario. §. ſed exēplo. vſque ad fi. diſt. & 36. q. 6. & q. 7. ſi aliquis. §. ecce quòd. vſque ad fi. q. & 33. q. 2. §. ſed quia timore. vſq; ad fin. q. & quaſi per totum. & plenius in tractatu de penitentia, qui ad inſtar ſpiritus ſeptiformis. per 7. diſt. expeditur.

Manifeſta

1 Ad hoc de pur. ca. ſi quis pre sbyter. in fi. 1o.

2 Cui⁹ forma habet 5o. diſt. in capite.

† Habetur in ſynodo Maguntina ſub Rebano Archiepo c. 24. referunt Burchardus lib. 6. c. 7. Iuo pa. 10. c. 136. & Gratianus ſiue palea 17. q. 4. ca. qui an. presbyterum.

† Hæ duæ voces. & ſuffraganeis, deſunt in omnibus Vaticanis, & pleriſque alijs.

† Cap. 2. e. tit. in 1. compilatio.

† Veruicę.
† Verrucę.

Manifeſta peccata.] Casvs. de ſe patet. Not. q͠ qui publicè peccat, publicè puniendus eſt. a ¶ *Occulta.*] Imo qui publicè peccant, publicè corripiantur. 2. q. 1. ſi peccauerit. & de conſe. diſt. 2. ego Berengarius. in fi. & hoc ſiue ſint grauia, ſiue ſint leuia, vt vitetur ſcandalũ. 1 ſolemnis 2 tamen pœnitentia clerico imponi nõ debet, nec etiam publica, niſi depoſito. arg. 50. diſt. alienum. & ca. confirmandum. j. eod. quæſitum. vbi de hoc. & 26. q. 6. c. vlt. L.

Qvi presbyterum.] Casvs. Statutũ fuit in concilio Magũtiñ. vt ſi aliquis presbyterum occiderit. xij. an. pœniteat: & ſi cõuictus inde fuerit, vſque ad tempus vitæ ſuæ militiæ cingulo careat, & inde non contrahat. Not. q͠ interficiẽs presbyterum xij. an. pœnitere debet. Itẽm ſi miles præsbyterum occiderit, cingulo militiæ perpetuo careat, & poſtea non contrahat.

¶ *Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶ *Xij. annorum.*] arg. contra 33. quæſt. 2. hoc ipſum. & cap. admonere. Sol. ordinarium eſt, quòd pro mortali crimine ſeptennis pœnitentia iniungatur, vt ibi: ſed propter enormitatem maior: vt hic. Ala. & ſacerdoti imponitur quandoque pœnitentia. xij. ann. 30. q. 1. non debet.

c ¶ *Canones.*] pœnitentiales.

d ¶ *Cingulo.*] Deponitur iſte à dignitate ſua, vt clericus, ne arma vlterius ferat, de pœ. diſt. 5. falſas. & 33. q. 2. admonere.

¶ *Glo. ſeq. ponit 6. caſus in quibus crimen impedit matrimonium, ſed non dirimit.*

e ¶ *Abſque ſpe coniugij.*] Quædam crimina mpediunt matrimonium contrahendum, vt inceſtus. s. de eo qui cog. conſangui. vxo. ſuæ, cap. 1. & 2. & cap. transmiſſæ. in fin. 32. q. 7. ſi quis viduam. Item raptor ſponſæ alterius. 27. q. 3. ſtatutum. Item ſi quis vxorem ſuam interficiat. 33. quæſt. 2. admonere. Item ſi quis baptizauerit filium ſuum, vt ſeparetur ſic ab vxore. 30. quæſt. 1. de eo. Item qui monialem ſcienter in matrimonio accepit. 26. quæſtio. 1. hi ergo qui. & in caſu præſenti. Hæc impediunt, ſed non dirimunt. Alia ſunt quæ impediunt & dirimunt, de quibus habuiſti. s. de eo qui dux. in matri. quã pol. cum haberet. & in alis pluribus cap. ibidem.

Additio. Vnde verſus.

Inceſtus, raptus ſponſatæ, mors mulieris:
Suſceptio propriæ ſobolis, mors presbyteralis:
Vel ſi pœniteat ſolemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæc coniugium ſociandum.

Significauit.] Primò ponitur petitio: Secundò prouiſio. ibi, *Quoniam.* Abbas.

Casvs. Quidã nobilis, P. noĩe, cũ Fridericus dictus Imperator rediret ab vrbe Romana, tempore quo habuit guerram cũ Alexandro, denegauit ei quoddam caſtrum: vnde contigit, q͠ quatuor caſtra deſtructa fuerunt, & multi homines interfecti, & alia multa mala commiſſa: dictus P. ſignificauit hoc domino Papæ, petens ſuper hoc animæ ſuæ prouideri: vnde mãdat archiepiſcopo Mediolañ. quatenus ſecundum quòd ſibi viſum fuerit, pœnitentiam imponat eidem: conſiderans, q͠ pro libertate ſua & eccleſiæ deuotione hoc fecit: vnde talem diſcretionem adhibeat, vt tam ipſe quàm alij timore pœnitentiæ, à ſeruitio eccleſiæ non retardentur, nec ſalutis periculum debeant formidare. Not. quòd pœnitentiæ ſunt arbrtrariæ. Item miſericorditer agendum eſt cum peccatore. Item licitum eſt pro libertate ſua pugnare. Item mitiùs agitur cum his, qui pro ſeruitio eccleſiæ peccatum incurrunt.

CAP. I

Manifeſta peccata, non ſunt occulta [a] correctione purganda.

¶ Ex concilio † Maguntineñ.

¶ *Ponit pœnitentiam occidentis presbyterum.*

CAP. II.

Qvi presbyterum occiderit, xij. annorum [b] pœnitentia ei ſecundum canones [c] imponatur: & infrà. ¶ Conuictus vſque ad vltimum tempus vitæ ſuæ militiæ cingulo [d] careat, & abſque ſpe [e] coniugij maneat.

¶ Alexander iij. Mediolaneñ. Archiepiſcopo [& ſuffraganeis †.]

¶ *Conſideratis circunſtantijs, arbitraria pœnitentia indicẽda eſt ei, qui modum exceſſit ſe defendendo.*

CAP. III.

Significauit † nobis vir nobilis P. quòd F. dicto Imperatori cum olim rediret ab vrbe [f] caſtrum Vernicæ † negauit: & infrà. ¶ Vnde contigit, quòd quatuor caſtris deſtructis pluſ quam duo milia domorum deſtructa fuerunt, & multi homines interfecti, & alia mala ibi commiſſa, quæ longum eſſet per ſingula enarrare. ¶ Quoniam igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari deſiderat: Mandamus, quatenus ipſi pœnitentiam (ſecundum quòd viſum fuerit [g]) miſericorditer [h] imponatis †: attendentes †, quòd pro libertate [i] ſua, & eccleſiæ deuotione [k] hoc fecit. Quare in his debetis † talem diſcretionem habere, vt alij & ipſe idem pro auſteritate pœnitentiæ à ſeruitio Eccleſiæ nullatenus retardentur [l], nec aliquod ſalutis periculum debeant formidare.

¶ Idem Archiepiſcopo Cantuarieñ.

¶ *Indulgentiæ, quæ conceduntur per Prælatos non ſubditis, non proſunt, niſi proprij iudices hoc concedant.*

CAP. IIII.

Qvod † autem conſuluiſti, vtrũ remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus [m] eccleſiarum, aut conferentibus ad ædificationem pontium, alijs proſint, quàm his, qui remittentibus ſubſunt: Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quòd cum à non ſuo iudice [n] ligari nullus valeat, vel abſolui: remiſſiones prædictas prodeſſe illis tantummodo arbitramur, quibus vt proſint [o]

f ¶ *Vrbe.*] id eſt, Roma. Appellatione enim vrbis Roma intelligitur. ff. de verbo. ſignifi. vrbis. & l. qui in continentibus. ſicut cum dicitur Apoſtolus, Paulũ intelligimus antonomaticè. 3 Ber.

g ¶ *Viſum fuerit.*] Et ſic pœnitentiæ arbitrarię ſunt. 26. q. 7. tẽpora, de pœn. diſ. 1. mẽſuram. & j. eod. quæſitum.

h ¶ *Miſericorditer.*] Argu. pro miſericordia impendenda 50. diſt. pondere. 45. diſt. licet. 26. q. 7. alligant. Lau.

i ¶ *Pro libertate.*] Hęc eſt iuſta cauſa pugnandi, ſi modus ſeruetur. 23. q. vlt. omni timore. & c. hortatu.

k ¶ *Deuotione.*] Quãuis bona intentione fecerit, modum tamen exceſſit; quod patet ex eo q͠ pœnitentia imponitur. arg. 23. q. 4. qui peccat. & s. de reſtit. ſpol. cum olim 1. in fi.

l ¶ *Retardentur.*] Arg. mitius agendum cum aliquibus, ne à ſeruitio eccleſiæ retrahantur. arg. 12. q. 1. certè. C. de pœnis. honor.

Qvod autem.] In prima ponitur cõſultatio: In ſecunda reſponſio: ibi, *Hoc volumus.* Abbas.

Casvs. Quæſitum fuit à domino Papa, vtrum remiſſiones, quæ fiunt in dedicationibus eccleſiarum, aut conferentibus ad ædificationem põtium, proſint alijs quàm his, qui ſubſunt illis, qui has remiſſiones faciunt: Reſpondet Papa, quòd cum à non ſuo iudice ligari nullus valeat, vel abſolui, huiuſmodi remeſſiones illis ſolummodo proſunt quibus proprij iudices hoc conceſſerunt. Not. quòd ſententia à non ſuo iudice lata non tenet. Item arg. quòd clericus ſine licentia ſui epiſcopi in alium iudicem etiam eccleſiaſticum conſentire non poteſt. Item remiſſiones, vel indulgentiæ illis tantum proſunt, qui remittenti vel indulgenti ſubſunt.

m ¶ *In dedicationibus.*] Hodie indulgentia, quæ in conſecrationibus eccleſiæ fit, non debet excedere annum, ſiue fiat ab vno, ſiue à pluribus epiſcopis in anniuerſario conſecrationis: & in alijs caſibus: vltra xl. dies huiuſmodi indulgentiæ hodie non excedunt. j. eod. cùm ex eo. §. vlt.

n ¶ *A non ſuo iudice.*] j. eo. omnis. §. 1. s. de iudic. at ſi clerici. & s. de conſue. ad noſtram. & C. ſi à non compet. iu. l. 1. poteſt exponi, id eſt à non ſuo iudice factas.

¶ *Glo. ſeq. quærit quid valeant remiſſiones, ponit. 4. opi. & ſol. demum quærit, & ſoluit.*

o ¶ *Vt proſint.*] Quid valeant tales 4 remiſſiones, vetus eſt quærela, adhuc tamen ſatis dubia. Quidam dicunt quòd valent tantum quo ad Deum, non quo ad eccleſiam: quo ad Deum, quoniam ſi quis ſine mortali decedat, non tamen acta condigna pœnitentia de peccatis, pœnam purgatorij minus ſentiet pro modo 5 remiſſionis ſibi factæ in vita iſta, eccleſia tamen viuenti ob hoc debitam ſatisfactionem non relaxat. Alij dicunt, quòd valent quo ad eccleſiam, ſed tunc tantũ cum peccatum per contritionem, vel per ſatisfactionem ſufficienter punitum eſt: tunc enim quod ex ſuperabundanti eccleſia impoſuit, & quo ad Deum, & quo ad eccleſiam omnino per

† imponas

† attendens.

3 Concor. tex. i §. ſed ius quidẽ ciuile. cũ gl. in verſ. Vergilius. & præce. iſt. de iur. na. gen. & ciui.

† debes.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpil. & poſt concilium Later. ſub Alexãdro iij. par. 35. cap. 4. Vide Specul. tit. de pœnit. & remi. & de materia pleniſſimè Turrecrematam de pœnit. diſ. 1. §. ite in Leuitico.

4 De materia huius gloſſæ p̃ter doctores hic videTheologos lib. 4. ſent. diſt. 20. & 21. & ſummiſtas in verbo indulgentia. & Felinũ in ſermone de indulgentia.

5 Id eſt, ſi habuit annum indulgentiæ, tãto minus erit in purgatorio, quãto minus fuiſſet, ſi pan num in vita pœnituiſſet, ſecundum Innocentium. Io. And.

per tales remiſſiones remittitur. Alij etiam dixerunt, ꝙ omnino prout dantur, proficiunt & quo ad Deum, & quo ad eccleſiam: ſed qui eas faciunt, ſe onerant, tenentur enim eleemoſynis ſuis & orationibus eas ſupplere: alioquin grauiter in purgatorio puniuntur. Alij dicunt, ꝙ valent tantum ad remiſſionem illius pœnitentię, quæ negligenter eſt omiſſa. Sed ex hoc c. verius colligitur, ꝙ qui iniungit pœnitentiam ſicut ſibi videtur, imponit, & concedit, vt eam per has remiſſiones vel in totum, vel in partē redimat; quod ſi fecerit, vt hic dicitur, valēt remiſſiones ad relaxationem iniunctæ pœnitentiæ. alioquin non. Hoc tamen verum eſt, ꝙ licet non valeant ad relaxationem iniunctæ pęnitentiæ quo ad eccleſiam, valent tamen ad minorem pœnā peccati quo ad Deum, ſicut alia bona. Sic ergo ſi iudex iniungit alicui ſeptennem pęnitentiā, & non concedit, vt poſſit redimere: licet ipſe, vel alius pro eo generalem faciat remiſſionē ad pontem, vel ad aliū locum, qui ponti confert de ſuo, quantitatē pęnitentiæ, ſibi iniunctæ quo ad eccleſiam non diminuit. Ala.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cō pilatione. De materia Alexāder de Ales par. 4. mēbro 9. & B. Thomas 3. pa. q. 85. & ar. 3. & q. 90. art. 4. quos videto.

proprij iudices [a] ſpecialiter indulſerunt [b].

¶Idem Beluacen. Epiſcopo.

¶Non eſt verè pœnitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur eius confeſſio.

CAP. V.

QVod † quidam ad confeſſionem de criminibus veniunt, & quamuis confiteri velint, ſe tamen aſſerunt abſtinere non poſſe: conſultationi tuę taliter reſpondemus, quòd eorum confeſſionem recipere debes, & eis de criminibus conſilium exhibere: quia licet nō ſit vera huiuſmodi pœnitentia [c], admittenda eſt [d] tamen eorum confeſſio, & crebris, & ſalubribus monitis pœnitentia indicenda.

¶Idem Triburien. Archiepiſcopo.

¶Qui ex pœnitentia debet certa die in pane & aqua ieiunare, poteſt deficiente pane alijs cibarijs vti.

CAP. VI.

LIcet † tam veteris, quam noui teſtamenti pagina & infrà. ¶ Si autem illi, qui aliquos dies in pane, & aqua ex iniuncta ſibi pœnitentia tenētur peragere, panem, quo veſcantur non habent, leguminibus [e], aut piſcibus, aut alijs cibarijs reficiantur, ſi neceſſitas id expoſcat †: Diſcretione tamen adhibita, quòd his non ad delicias [f], ſed ad ſuſtentationem vtantur.

† Cap. 3. e. titu. de ferijs i 2. cōpilat. alia pars ſupra de ferijs c. licet.

† expoſcit.

¶Clemens tertius.

¶Sacerdoti Græco procuranti, vel ſtudioſè negligenti oppreſſionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica, ſed debet abſtinere ab altaris officio, & aliter in ſecreto agere pœnitentiam: ſed ſi delictum eſt publicum, debet publicè agere pœnitentiam.

CAP. VII.

QVæſitum † eſt, vtrum ſacerdotibus Græcis, qui-

† Cap. 2. e. tit. in 2. cō pilatione.

Et hoc quod dicitur in hac litera, intellige verum cum peccatum per cōtritionem omnino dimiſſum eſt. Nam pro omni pecccato duplex pęna debetur, temporalis, & æterna. de pę. diſt. 1. ſi peccatum Dauid. & c. ſicut primi. ſed per contritionem pęna æterna dimittitur. de pę. diſt. 1. verbum Dei. Temporalis vero, ſcilicet per ſatisfactionem, vt in prædicto ca. ſi peccatum. Et pro iſta pęna qualitercunque ſatisfaciat eccleſiæ dummodo non decipiatur eccleſia, ſufficit, & abſolutus eſt quem abſoluit, & ligatus quem ligat. 24. quæſtion. 1. quodcunque. Sed impoſita alicui ſeptenni pęnitentia. datis vij. denarijs habet vij. ann. remiſſionis valituros ſibi pręcepto imponentis ſibi pęnitētiam: Nunquid vltra ieiunare tenetur? Reſpondetur, ſi in veritate ſatisfecerit eccleſiæ non tenetur ex neceſſitate ieiunare, ſed ex honeſtate: & ſi contemnat, peccat mortaliter 1 pro contemptu. Debet enim ſemper dolere de peccato. de pę. diſt. 3. pductior. quia neſcit an dimiſſa ſint ei peccata. arg. ſ. de purg. canon. c. vlt. ibi: & ſi ſimplex fuero, & c. cum ſuis concor. & ſi cōmodè poteſt adæquari pęna cum præcedenti culpa ſaltem debet. arg. de pę. diſt. 1. vide benignū. Vnde Apoſtolus: ſicut exhibuiſtis membra veſtra, &c. 47. diſt. omnes huius ſeculi. & punire in ſe quod deliquit. de pę. diſt. 1. ſi peccatum. & de pę. diſtin. 3. pęnitentia eſt. T.

1 Talis. n. ac tantus poteſt, eſſe contemptꝰ vt hoc dictū glo. ſit verum.

¶Glo. ſeq. dupliciter exponit quod de iudicibus dicit textus.

a ¶*Iudices.*] id eſt, epiſcopi: quia alij inferiores 2 Prælati huiuſmodi remiſſiones facere non poſſunt. ſ. de exceſſ. præla. accedentibus. Vel dic iudices, id eſt, proprij ſacerdotes cum iniūgunt pęnitentias ſuis parochianis, poſſunt eis concedere, ꝙ tales remiſſiones ſibi proſint, ſi de bonis ſuis contulerint prædictis locis: & hoc fauore pęnitentiæ: vt ſic diuerſis modis poſſint liberari à peccatis.

2 Ad quē ſpectet cōcedere indulgētias tradunt theologi paulo ante citati.

b ¶*Indulſerunt.*] Arg. ꝙ clericus ſine licentia epiſcopi ſui alium iudicem etiam eccleſiaſticum eligere non poteſt. j. eod. omnis vtriuſque. §. 1. & ſ. de fo. compe. ſignificaſti. vbi eſt hoc expreſſum.

QVod *quidam.*] Non eſt reſpuenda confeſſio non valentis abſtinere à peccato, ſed debet recipi, & ſibi exhiberi prouidum conſilium. hoc dicit. Primò ponitur conſultatio, Secundò reſponſio. Secunda: ibi, *Conſultationi.* Abbas Siculus.

CASVS. Aliqui quandoque veniunt ad confeſſionem de criminibus ſuis, & petunt ſibi pęnitentiam imponi, tamen nolūt de omnibus confiteri, dicunt ſe continere non poſſe: quæritur quid de his ſit agendum? Reſpondet Papa, quòd eorum confeſſio audienda eſt, & eis eſt de criminibus alijs conſilium impendendum: quia licet huiuſmodi pęnitentia non ſit vera quo ad vitam æternam. admitti tamen debet eorum confeſſio. & pęnitentia eſt illis imponenda. Not. quòd confeſſio non verè pęnitentis debet recipi ab eccleſia.

c ¶*Non ſit vera huiuſmodi pœnitentia.*] Talis pœnitentia non eſt vera ideſt fructuoſa 3 quo ad vitā æternam, tamen valet ei, quia ſentiet fructū eius cum de alio crimine pęnitentiam egerit de pę. diſtin. 3. §. pen. & vlt. & ideo talis confeſſio admitti debet, prout hic dicit. Sed pone quòd non pęniteat de alijs, valebit ei pęnitentia? vtique: Nam omnia bona, quæ quiſque facit in vita, illa proſunt ei ad vitam æternam promerēdam, vel ſaltem ad minus ſupplicium ſubeundum. de pę. diſtin. 3. §. pe. & incipit, ſi quis autem. Item ad bonum temporale obtinendum. de pę. diſt. 3. cauendum. & 22. quæſt. 2. ſi quælibet culpa. aut ad hoc vt Deus citiꝰ illuſtret cor eius ad veram pęnitentiam. de pę. diſt. 5. falſſas. T.

3 Ne quis fallatur ex doctrina huius gloſſæ, videndus eſt Couarruuias in c. alma mater de ſent. excō. libr. 6. in priori par. relectionis §. 4. nu. 12. adde B. Thomā in quæſ. additis ad 3. par. q. 14. ar. 4.

ADDITIO. Vnde verſus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ.
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

¶Glo. ſeq. inducit ſex iura in contrarium, & ſoluit.

d ¶*Admittenda eſt.*] Arg. contra. 24. q. 2. legatur. 90. diſtin. ſi quis contriſtatus. & certe ſi adhuc facit, non pęnitet. de pę. diſtin. 3. pęnitētes. & Deus nunq̄ aliquem ſanauit, quem non omnino liberaret. di. ea. ſunt plures. 4 Item argu. contra. 27. q. 1. quæ Chriſto. & cap. deuotam. Sol. prima contraria, ſcilicet, legatur. pęnitentes. ſunt plures. intelligunt de vera & fructuoſa pęnitentia. in c. contriſtatus. compellitur quis recipere ſatisfactionem. illa duo c. deuotā. quæ Chriſto intelliguntur nō de pęnitentia, ſed de fructu pęnitentiæ, ideſt Euchariſtia.

4 Et ſupra de baptiſ. maiores. verſic. ad hoc & ibi ſatisfactionem, vt remittat iniuriam. Io. And.

LIcet. Primo ponit dictum. Secundò eius determinationē: ibi, *Diſcretionem.* Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd ſi quis ieiunare debet in pane & aqua, & non habet panem, leguminibus, & piſcib. vel alijs reficiatur, ſi neceſſitas id expoſcat: adhibita tamen diſcretione, vt non ad delicias, ſed tantum ad ſuſtentationem vtatur. Nota. arg. ꝙ neceſſitas licitum facit quod aliàs non licet.

e ¶*Leguminibus.*] Arg. quòd ſi alicui eſt iniunctum, vt in pane ieiunet & aqua, non debet aliud ſumere, quia iam nō ſtaret in finibus pęnitentiæ. & hoc eſt verum niſi neceſſitas 5 cum arctaret. arg. 82. diſt. presbyter. Neceſſitas enim ſemper intelligitur excepta, quę legem non habet. de conſecra. diſt. 1. ſicut. & j. de reg. iur. quod non eſt. & ſ. de conſue. quanto.

5 Inopiæ, vt hic. vel infirmitatis. de obſer. ieiu. cōſiliū. §. fin. Io. And.

f ¶*Non ad delicias.*] prohibetur enim ſæpe non cibus, ſed abuſus: vt 41. diſt. c. 1. 2. & 3. & eſt arg. ad hoc. 4. diſ. denique.

QVæſitum.] Sacerdotes Græci procurantes, vel ſtudioſe negligentes oppreſſionem filiorum ſuorum, deponuntur, & ſi eſt publicum, publicè puniuntur. hoc dicit. Primò ponitur quæſtio. Secundò reſponſio: ibi, *Huic.* Abbas Sicul.

CASVS. Presbyteri Greci, qui vtuntur matrimonio in minoribus ordinibus contracto, quandoque contingit, ꝙ opprimunt filios ſuos in lecto: quæritur, vtrum publica pęnitentia ſit eis imponenda pro filijs oppreſſis, ſi eam ſibi petant iniungi? Reſpondet Papa, ꝙ ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſè negligentibus, filij oppreſſi reperiuntur, ab officio altaris debēt perpetuo abſtinere, & grauior pęnitentia quam laicis eſt eis imponenda, non tamen publica, niſi in publicum id veniat: ſed ſi ex incuria ipſorum mortui ſunt in cunis, & illud eſt occultum, pęnitentia eis imponatur pro arbitrio ſacerdotis, & ad terrorem aliorum ad tempus abſtineant ab officio Miſſæ. Not. ꝙ procurare mortem, & ſtudioſè negligere, parificantur. Item clerico maior pęnitentia q̄ laico debet imponi. quia quanto

gradus

bus legitimo matrimonio[a] licet vti, pœnitentia publica ſit imponenda, ſi eam ſibi poſtulent pro filijs oppreſſis iniungi? Huic igitur conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi ipſis procurantibus, vel ſtudioſè negligentibus[b], filij in lectis reperiuntur oppreſſi, ab officio altaris debent perpetuò abſtinere: & eis grauior quàm laicis, non tamen publica (niſi in publicum[c] id veniat) pœnitentia debet[d] imponi. ¶ Verum ſi ex incuria[e] ipſorum mortui inueniantur in cunis, & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio[f] pœnitentiarij imponatur: & in terrorem aliorum † ad tempus abſtineant à celebratione Miſſarum.

¶ Innocentius iij. Liuoñ. Epiſcopo, & eis qui cum ipſo ſunt fratribus.

¶ Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet ſecundum quantitatem exceſſus pœnitentis, & contritionem, & alias circunſtantias. hoc dicit quo ad titulum.

CAP. VIII.

DEus † qui eccleſiam ſuã: & infrà. ¶ Cæterum cum pœnitentia non tam ſecundũ quantitatem exceſſus, quàm pœnitentis contritionem, per diſcreti ſacerdotis arbitrium[g] ſit moderanda, penſata qualitate perſonæ, ſuper fornicatione, adulterio, homicidio, periurio †, & alijs criminibus, conſideratis circunſtantijs[h] omnibus, & præſertim nouitate[i] Liuonieñ. eccleſiæ, competentem pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout[k] ſaluti eorum videritis expedire. ¶ Apoſtoli autem veſtigijs inhærentes, dicentis: Lac vobis potum dedi, non eſcam: paulatim[l] eos inſtruatis in fide: confeſſionis formam[m], orationẽ[n] Dominicã †, & ſymbolum[o] illos ſolicitè edocentes. Interim tamen corporis & ſanguinis Domini ſacramentũ renatis fonte baptiſmatis, cõſuetis[p] feſtiuitatibus & in mortis[q] articulo tribuatis.

¶ Idem ſancti Laur. in Lucina presbytero Card. Apo. ſe. legato.

¶ Auditur mulieris confeſſio, quæ ſibi partum alienum ſuppoſuit, vel proprium ex adulterio ſuſcepit, nec illud marito vult detegere.

CAP. IX.

OFficij †: & infrà. ¶ Significaſti quandam mulierem in pœnitentia tibi fuiſſe cõfeſſam, quòd timens ne viri poſſeſſio deuolueretur ad alios, quarũdam herbarum ſuccum potauit, & ſic venter eius intumuit, & inde grauidam ſe oſtẽdens, ſibi partum ſuppoſuit[r] alienum; timenſque maritum, non vult facinus ipſi † detegere: qui prolem credit ſine dubitatione qualibet eſſe ſuam. ¶ Quoniam igitur poſtulas edoceri, vtrum ei hac fraude durante ſit pœnitentia iniungenda. Reſpondemus, q̄ ſicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolẽ ſuſcepit, quãuis id viro ſuo timeat cõfiteri,

gradus altior, tanto caſus grauior ſiue lapſus. Item clericis nõ eſt pẹnitentia publica imponenda, niſi crimen illud pro quo imponitur, publicum eſſet. Item qui occultè peccat, occultè puniri debet. Item pẹnitentiẹ ſunt arbitrariæ.

a ¶ *Matrimonio.*] contracto in laicali habitu, vel dum erant in minoribus ordinibus. ſ. de cleri. coniug. cum olim.

b ¶ *Negligentibus.*] Negligentia enim imputatur. ſ. de iniur. & dam. c. vlt. quia diſſoluta negligentia prope dolum eſt. ff. man. ſi fideiuſſori. 1. reſpon. 50. diſt. ſæpe. & diſſoluta negligentia habetur ꝓ conſcientia. ff. de ædil. edic. cum ſex. 1 qualis eſt ignorãtia Iudẹorum, qui nolunt intelligere, vt bene agant. 1. quæſt. 4. §. vlt. ſic. 37. diſtin. c. vlt. B.

¶ Glo. ſeq. reci. per. q. & ſignat contrarium.

c ¶ *Niſi in Publicum.*] Tunc enim ſacerdos publicã poteſt facere pœnitentiã. 28. diſtin. presbyter. vbi de hoc. & 30. diſtin. ſiquis presbyter. ſed non ſolemnem, de qua habes 50. diſ. in capite. de qua etiam intelliguntur illa cap. 50. diſt. confirmandum. illud alienũ. quam clerici facere nõ debent. ſed depoſitus ſolemniter publicæ pœnitere poteſt. de pœ. diſt. 6. ſacerdos. & 30. q. 1. ſiquis ſacerdos. Item arg. contra id quod dixi de publica pẹnitentia. 82. diſt. presbyter ſi. vbi dicitur, presbyter publicè pẹnitere non debet. ſed exponitur, publicè, id eſt, ſolemniter. Si autem occultum eſt peccatum, nec publicam ſacerdos facere debet pẹnitentiam, vt hic patet: & ſic poteſt intelligi illud 82. diſt. presbyter ſi. vt non pẹniteat publicè cum peccatum eſt occultum. Sed in caſu iſto poſſet agere pœnitentiam etiam ſolemnem, cum ſine ſpe reſtitutionis de tali crimine priuatus ſit. ſ. de tem. ord. c. vlt. ergo multo fortius publicã, ex quo crimen venit ita in publicũ. B.

d ¶ *Pœnitentia debet imponi.*] De hoc dictum eſt ſ. de his qui fi. occi. de infantibus.

e ¶ *Incuria.*] quod prima facie præſumendum eſt. argu. ſ. de præſump. afferte. Vnde etiam dicit lex, quòd repentini caſus iniquitas per iacturam paternæ pietatis emendanda eſt. C. de inoffi. teſta. ſi mater.

f ¶ *Arbitrio.*] 26. q. 7. tempora pœnitudinis, & j. c. proxi.

DEus qui.] CASVS. Liuonieñ. de nouo conuerſi erant ad fidem nihilominus tamen aliquando committebant exceſſus: quæſiuit epiſcopus Liuonieñ. & quidam fratres qui cum eo erant, qualiter eſſet eis pœnitentia imponenda: Reſpondet Papa, q̄ pẹnitentia non tam ſecundum quantitatem exceſſus, quàm ſecundum pẹnitentis contritionem eſt moderanda, penſata qualitate perſonẹ ſuper fornicatione, adulterio, homicidio, & alijs criminibus: conſideratis etiam circunſtantijs omnibus, & præcipue nouitate Liuonieñ. eccleſie, pẹnitentia delinquentibus eſt imponenda, prout ſaluti eorum viderint expedire, ſequentes Apoſtoli veſtigia dicentis: Lac dedi vobis, potum non eſcam: eo paulatim inſtruendo in fide, confeſſionis formam, orationem Dominicam, & ſymbolum illos ſollicite edocentes: interim tamen ſacramentum corporis & ſanguinis Domini conſuetis feſtiuitatibus, & in mortis articulo tribuant eiſdem. Nota hanc decretalem pro illis, qui iniungunt pẹnitentias quid attendere debeant, ſcilicet, quantitatẽ exceſſus, pẹnitentis cõtritionem qualitatem perſonæ. Item nouitas fidei in hoc debet attendi. Item à leuioribus debet quis incipere, quando nouus eſt quis non ſolum in fide ſed etiam in doctrina.

g ¶ *Arbitrium.*] ſ. ca. proxi. de pẹni. diſtin. 1. menſuram.

h ¶ *Circunſtantijs.*] j. cod. omnis. arg. q̄ circũſtantiæ aggrauant peccatum. ſ. de homi. ſicut dignum. 1. reſponſo. 40. diſt. homo chriſtianus. de pẹni. diſt 5. c. 1. 23. q. 8. occidit.

i ¶ *Nouitate.*] propter nouitatem detrahendum eſt iuri. vt 35. q. 3. quod ſcripſi. & ſ. de diuortijs. Deus qui.

k ¶ *Prout ſaluti.*] quia hoc ſolũ bene agitur, vt vita hominum corrigatur. 23. q. 5. prodeſt.

l ¶ *Paulatim.*] 12. diſtin. nouit. quia paulatim lupus comedit agnum 13. q. 1. §. vltra vnam columnam.

m ¶ *Confeſſionis formam.*] id eſt, Confiteor Deo. 2

n ¶ *Orationem Dominicam.*] ſcilicet, Pater noſter.

o ¶ *Symbolum.*] ſcilicet, Credo in Deum.

p ¶ *Conſuetis.*] j. cod. omnis vtriuſque. & de conſecra. diſtinc. 2. ſeculares.

q ¶ *Mortis.*] infrà. eo. quod in te. & 50. diſtinct. ex pœnitentibus. & ſuprà. de ſpon. non eſt.

OFficij.] Primò ponitur conſultatio: Secundò reſponſio: ibi, *Quoniam.* Abbas.

CASVS. Mulier quædam cum prolem non haberet, nec ſperaret habere, timens ne viri poſſeſſio deuolueretur ad alios, ſuccum quarundam herbarum potauit, & ſic venter eius intumuit, & grauidam ſe oſtendens, partum ſuppoſuit alienum: illa timens maritum, qui prolem ſuam eſſe non credidit, non audet ei facinus reuelare, ſed animæ ſuæ deſiderans prouidere, confeſſa fuit hoc Cardinali ſancti Laurentij presbytero in iudicio pœnitentiæ: Cardinalis ſignificauit hoc Domino Papæ, petens ab eo, vtrum fraude iſta durante ſit ei pœnitentia iniungenda? Reſpondet Papa, quòd ſicut mulieri, quẹ ignorante marito de adulterio prolem ſuſcepit, quamuis illa viro non audeat confiteri, non eſt pœnitentia deneganda, ita nec iſti mulieri eſt pœnitentia deneganda, & præcipue ſi per alios, intelligas, alienos, ad quos timeat poſſeſſionem viri deuolui: Sed competens ſibi ſatisfactio eſt iniungenda. Not. quòd pœnitentia indicitur alicui, licet adhuc in peccato moretur. Item in iudicio animæ creditur cuilibet.

¶ Glo. ſeq. circa partus ſuppoſitionem notat duo ſcilicet tempus, & cui competat accuſatio.

r ¶ *Suppoſuit.*] Criminis ſuppoſiti partus accuſatio nullo tẽpore clauditur, etiam poſt mortem. ff. ad leg. Cor. de fal. qui falſam licet alia crimina claudantur. C. eo. querelã. & C. ſi reus vel ac.

1 Tempus redhibitoriæ præfixũ nõ curririt emptori ignoranti latens vitium fugitiui: ſecus ſi diſſoluta eſſet empt oris. ignorãtia. vt d. l. cum ſex. Ioan. And.

† Argu. ad hoc in l. aut facta. §. fin. ff de pœ. & l. cũ qui. ff. de iniur.

† Cap. 1. e. tit. in 3. cõpi. pars huius ſupra de vita & hone. cle. & de diuor. c. Deus q. Vide Turrecrematã in c. menſuram. de pœnit. diſtin. 1. & Syluestrũ verbo: cõfeſſor. 4.

† Vox, periurio, deeſt in antiquis codicibus.

1. Cor. 3.

† Vide cõcilium Maguntiacũ ſub Carolo Magno. c. 45. & ſynodũ Rhemensẽ. Itẽ ſub Carolo Magno. ca. 2. & B. Auguſtinũ lib. 1. de ſymbolo c. 1. refert Iuo par. 1. c. 89. adde Baldum in Rubrica. C. de ſum. Trinit.

† Cap. 1. e. tit in 3. cõpilat. pars hui⁹ ſupra de teſtam. & infra de ſent. excõ. ca. officij. De intellectu & materia Adrianus li. 4 ſent. tra. de reſtitu. Couarruuias in regula, peccatum: in par. 1. relectionis & Syluester verbo. adulteriũ. quæſt. 1.

† illi.

2 Aptius ĩterpretatẽ hic Hoſti. vt per cõfeſſionis formã intelligam modum, pœnitens ſeruare debet in cõfitendo. vide eũdem Hoſtienſẽ in ſum. tit. de pœnit. & remiſſio. §. qualiter ſacerdos.

vel ac.mor.fu.l.2.& 23.diſt.quorũdã.Et nota, ꝙ hæc accuſatio non datur cuilibet de populo, ſed propinquis, 1 aut his, quibus ea res pertinet.ff. ad le.Cor.lege Cornelia.Vin.

¶ *Glo. ſequens obijcit, & ſol.*

a ¶*Deneganda.*] Hoc mirũ eſt, ꝙ durante ſuppoſitione, per quam fraudantur conſanguinei debita ſucceſſione, hæc mulier pœnitere poteſt, contra illud 14.q.6.ſi res. & de pœni.diſt.3.pœnitẽtes. ſed ipſa non poteſt detegere ſuppoſitionem, quia ei non crederetur obſtante præſumptione, quæ habetur ex matrimonio, ꝙ filiꝰ natus ſit ex nuptijs. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. filiũ 2 & ẽt periculoſum eſſet mulieri illud detegere. Lau.

b ¶*Pœnitentia.*] Hoc tamen ſcias, ꝙ quãdiu eſt in mortali, nec deponit aĩum peccãdi, nõ valet ei talis pœnitẽtia. 14.q.6. ſi res.tñ ad pœnitẽtiã admitti dẽt, ſed eſt ei dicendũ, ꝙ nõ eſt ei fructuoſa quo ad vitam æternã.ſ.eo.ꝙ quidã de pœni.diſt.3.§.penul. & vlt. & de pœni. diſt.5.falſas.Ioan.

c ¶*Alienos.*] ad quos ab inteſtato deuolueret hæreditas:ſi.n.aliqui tales ſint ad quos ab inteſtato deuolueret,exhæredari nõ dẽnt.Sed pone ꝙ tales non ſunt,adhuc tñ peccat impediẽdo liberã teſtamenti factionẽ. C. ſiquis alium teſt.prohi.l.1.& 2.& iõ dicit,maximè. Vin.

N*Oua.*] Primò ponit exceſſus, quos ſecundò prohibet: ibi, *Cũ igitur*. Tertiò cãm reddit: ibi, *Quia licet.* Abbas Siculus.

Cᴀsᴠs. In quibuſdam partibus abbatiſſæ moniales proprias benedicebant,& ipſarum confeſſiones audiebant,& Euangelium legere ac prædicare præſumebant: iſta noua,& inaudita peruenerunt ad notitiam dñi Papæ: vñ ſuper hoc ſcribit epis in quorũ diœceſibus hæc fiebãt,mandans eiſdem,quatenus cum hoc ſit abſonum,& abſurdũ,ne decætero id fiat,firmiter inhibere ꝓcurent: quia licet beatiſſima virgo Maria dignior & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis non tamen illi,ſed iſtis dñs claues regni cœlorum cõmiſit. Not. ꝙ abbatiſſa moniales benedicere nõ põt,nec cõfeſſiones audire,nec ꝑdicare publice,nec Euãgeliũ legere. Itẽ beata virgo dignior eſt & excellẽtior oĩbus Apoſtolis. Itẽ officiũ clauiũ non cadit in ſexũ fœmininũ.

d ¶*Euangelium.*] In matutinis forte poterant legere Euãgeliũ:vnde etiam diaconiſſæ appellantur.27.q.1.diaconiſſam.

¶ *Glo.ſeq.enumerat.8.quæ non licent fœminis,ſubmittens regulam generalem. In fi.quærit,& remittit.*

e ¶*Prædicare.*] Mulier enim nec prædicare, nec docere poteſt: quia hoc officium extraneum eſt à mulieribus: 3 nec ſacra vaſa contingere.23.diſt.ſacratas.& c.mulier.& 33.q.5. mulierem.imo nec laici prædicare, vel docere debent.ſ. de hære. cum ex iniunćto.nec poſſunt velare moniales. 20. q.2. ſtatuimus.nec abſoluere eas.ĩ.tit. proxi.de monialibus. nec iudicare.33.q.5.mulierẽ. niſi forte aliqua nobilis hoc habeat ex cõſuetudine.ſ.de arb.dilecti filij.nec arbitriũ.in ſe ſuſcipere, vt ibidẽ.& C.de arb.l.vlt.Nec procuratrix eſſe põt in iudicio.C. de proc.qđ de abſente.& l.alienã. niſi forte pro patre morboſo aut ętate impedito ageret. ff. de proc.fœminas. Nec aduocare põt in iudicio.3.q.7.infamis.§.tria.& generaliter viri officium mulieribus eſt interdictum.ff.de regu.iur.l.2. Sed nunquid abbatiſſa poteſt inſtituere, vel ſuſpendere? De hoc dictum eſt ſ.de maio.& obe.dilecta.

1 Vide legem ſepti partita pa. 7.ti.7.l.3. vbi de accuſatione, & pœna ſupponẽtis partiũ.

2 Sequit: eum diffinimus, q ex viro & vxore naſcitur Io. And.

† In antiquis codicibus ita: Palentin. & Burgẽ. epiſcopis, & abbati Aumide, &c.

† Cap.1. e. ti.in 4.cõpilat. Vide conciliũ Carthaginenſe 4. c.99. refert Iuo par.8.cap. 324.

3 Adde q̃ eis interdicta ſint no. in l.1. & 2. ff. ad Velle. & glo.in l.fęminę.ff.de reg.iur.

non eſt pœnitentia deneganda[a]: ita nec illi debet pœnitentia[b] denegari, maximè ſi per alios, intelligas alienos[c], ad quos timeat poſſeſſionem viri deuolui: ſed competens ſatisfactio per diſcretum ſacerdotem ei debet iniungi.

¶Idem Valent.† & Burgeñ. Epiſcopis, & abbati de N. Ciſtercieñ ordinis.

¶ *Abbatiſſa moniales benedicere, confeſſiones audire, & publicè prædicare non poteſt.*

CAP. X.

NOua † quædam noſtris ſunt auribus intimata, ꝙ abbatiſſæ moniales proprias benedicunt: ipſarum quoque confeſſiones in criminibus audiunt, & legentes Euangeliũ[d] præſumunt publicè prædicare[e]. Cum igitur id abſonum ſit, pariter & abſurdum: Mandamus, quatenus ne id decætero fiat, curetis firmiter inhibere: Quia licet beatiſſima virgo Maria dignior, & excellentior fuerit Apoſtolis vniuerſis,non tamen illi, ſed iſtis Dominus claues regni cælorum commiſit.

¶Idem.

¶ *Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentia, & viaticum morientibus. hoc primò. Clerici, qui ſeruarunt interdictum, poſſunt cum ſilentio in cœmeterio ſepeliri. hoc ſecundò. In conuentualibus eccleſiis clerici bini, vel trini poſſunt horas ſubmiſſa voce dicere. hoc tertiò. Cruce ſignatis & peregrinis tempore interdicti pœnitentia concedi poteſt. hoc quartò.*

CAP. XI.

QVod † in te:& infrà. ¶In illo verbo, per quod pœnitentiam morietibus non negamus, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus, vt nec ipſum decedẽtibus denegetur[f]. ¶Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus, tam vnctio, quàm eccleſiaſtica ſepultura: concedimus[g] tamen ex gratia[h] vt clerici decedentes, qui tamen ſeruauerint interdictum, in cœmeterio eccleſiæ, ſine campanarum pulſatione, ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus, cum ſilentio tumulentur. Et in cõuentualibus eccleſijs bini, & bini, vel ſimul tres, horas canonicas valeant † legere, non cantare, ianuis clauſis, interdictis & excommunicatis excluſis,& voce ita demiſſa quòd exterius audiri[i] non poſſint: cum & regularibus ſecundum priuilegium ſedis Apoſtolicæ ſit indultum, vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis clauſis,excommunicatis,& interdictis excluſis,nõ pulſatis campanis, ſuppreſſa voce celebrare diuina. ¶Recipientibus autem ſignum crucis non negamus, quo minus eis ob † reuerentiam crucifixi

Q*Vod in te.*] Quatuor ſunt partes, prout quatuor ſunt dicta:Secunda:ibi, *Licet.* Tertia:ibi,*Et in conuentualibus.*Quarta ibi,*Recipientibus.*Abbas.

Cᴀsᴠs. Contingit aliquñ, ꝙ terra ſupponitur interdicto, & prohibentur diuina officia celebrari, præter baptiſma paruulorũ,& pœnitentias morientiũ:quæſitũ fuit à Papa,vtrum tnnc viaticum,id eſt, corpus Dñi dandũ ſit decedentibus? Rñdet Papa, ꝙ in verbo illo per quod pœnitentia morientibus non negatur.ſ.cum dicitur, præter pœnitẽtias morientiũ, viaticũ etiam, id eſt, Euchariſtia intelligitur, qđ decedentibus cõceditur: Secundo dicitur, ꝙ tẽpore generalis interdicti omnibus tã vnctio, q̃ eccleſiaſtica ſepultura denegatur: Tñ Papa ex gratia concedit, vt clerici decedentes, qui tñ interdictum ſeruauerunt:in cœmeterio eccleſiæ ſepeliantur ſine campanarũ pulſatione: ceſſantibus oĩbus ſolẽnitatibus. Tertio dicit, ꝙ tpe interdicti clerici in conuentualibus eccleſijs bini, & bini vel ſimul tres poſſunt dicere horas canonicas, ianuis clauſis, excõicatis & ĩterdictis excluſis,vt potius videantur legere quàm cantare, ita ꝙ exterius audiri non poſſint. quia & quibuſdã regularibus ſimile priuilegiũ à ſede Apoſtolica eſt conceſſum. In fine dicit,ꝙ recipientibus ſignum crucis pœnitentia,ſi eam poſtulauerint,non eſt deneganda,quod alijs peregrinis põt de gratia concedi. Nota, ꝙ pœnitentibus viaticum denegari non debet. Item nomine pœnitentiæ viaticum intelligitur. Itẽ clerici interdicti poſſunt ſepeliri in cœmeterio. Item interdicti potius debent legere horas canonicas,q̃ cantare. Item cruce ſignati,& peregrini tempore interdicti,poſſunt accipere pœnitentias.

f ¶*Denegetur.*] tempore interdicti.ĩ.titu. prox.permittimus.

g ¶*Concedimus.*] Iſta enim duo ſacramenta, ſiue tria ſemper excipiuntur in quolibet interdicto,ſcilicet baptiſma paruulorum,& pœnitentia morientium, in quo intelligitur viaticum prout hic patet: Et dicitur viaticum quaſi à via: quia ſunt in via recedendi de hac vita. Nec 4 eſt iſtud ſacramentum neceſſitatis, tamen concedendum eſt decedentibus etiam tempore interdicti,vt patet hic.

¶ *Glo.ſeq.arg.quòd ſi ex gratia,&c.*

h ¶*Ex gratia.*] ſi ex gratia conceditur clericis, qui ſeruauerunt interdictum,ergo videtur ꝙ ius non ſit commune, ergo non competit niſi impetret, cum nemo ſit exceptus ab illa generalitate interdicti,niſi qui per priuilegium exceptus eſt. Vel poteſt dici,ꝙ per iſtud ius clerici canonicis regularibus æquiparentur.ſim.ſ.de priui.quod nonnullis.Io.

i ¶*Audiri.*] patet ergo,ꝙ cũ excõicato nõ licet ſtare extra eccleſiam,cũ etiam interdicto prohibeatur audire exterius.Io.

¶*Glo.*

†Cap.3.e. tit.in 4.cõpila. Et de materia huius decretalis tene id qđ ſtatutum eſt in c.vl. de ſent.ex cõ.lib.6.

† In omnibus Vaticanis, & plerisque alijs ita:valeant legere potius quam cantare.

† ad reuerentiam.

4 Vide B. Thomã 3. par.q.65. art. vlt.

¶*Glo.ſeq.reddit rationem ſpecialitatis, quàm etiam ampliat. Secundò quærit & ſol.Ponit opi.contrariam, quam reprobat*

a ¶*Pœnitentia.*] hoc eſt ſpeciale in iſtis perſonis, vt ſine neceſſitate vel periculo mortis admittantur ad pœnitentiam. Sed hoc facit neceſſitas, quia hoc eis non conceditur, niſi cum proficiſcuntur, & ita quaſi in via dicuntur, ſicut illi quibus datur viaticū. Idem poteſt dici: ſi aliq proficiſcuntur ad iuſtū bellum, quia ibi eſt iuſta cauſa timoris. Item idē eſſet ſi aliqui eſſent excōicati, vt † iuſto bello, quia poſſunt abſolui à quocūq; alio q̄ ab excōicatore. ar. j. tit. proxi. decætero de conſec. di. 4. ſanctū eſt baptiſma. & 33. q. 2. c. in adoleſcentia. Sed quid ſi in ciuitate interdicta aliq vellent ſatisfacere, nunquid in eis relaxādū eſt interdictum? Non: quia aliqui ſine culpa ſua interdicuntur. s. de ſpon. non eſt vobis. & q̄a ſic rigor eccleſiæ diſſolueretur. arg. s. de priui. vt priuilegia. Io. T. dixit, ꝙ ſi aliqui vellent iurare ſtare mādato eccleſię ꝙ eſſent admittendi. Sed finis iſte videt̄ contradicere: quia hic ſpecialiter hoc cōcedit recipiētibus ſignū crucis & peregrinis, ergo alijs intelligit ꝓhibere, ſicut qd̄ d̄ vno negat̄, de alio cōcedit 1 25. di. qualis. qd̄ verius puto, licet inuenias cōtrariū dictū.

† Idē ſcilicet Innocentius iij. in cōcilio generali Lateran. c. 21. & cap. 1. eo. tit. in 4. compil.

† Vide omnino cōcilium Trident. ſeſſ. 14. c. 5. de cōfeſſiōe, & cano. 8. de ſanctiſſimo pœnitentiæ ſacraméto.

† Aliàs ita ab eius, &c.

1 Videto hic latius per Ioannem And. & doctores.

pœnitentia [a] cum poſtulauerint, iniungatur: quod & alijs peregrinis poteſt miſericorditer indulgeri.

¶Idem † in concilio generali.

¶*Famoſum eſt & multū allegabile, & hoc dicit: Quilibet doli capax tenetur ſaltem ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Euchariſtiæ ſacramentum ad minus in Paſcha recipere. Et ſacerdos reuelans confeſſionē deponendus eſt, & in monaſterio ad agēdum perpetuam pœnitentiam detrudēdus.*

CAP. XII.

Omnis † vtriuſq; ſexus fidelis poſtquā ad annos diſcretionis [b] peruenerit, omnia [c] ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur ꝓprio [d] ſacerdoti: & iniunctam ſibi pœnitentiam proprijs viribus ſtudeat adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus [e] in Paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi fortè de proprij ſacerdotis cōſilio, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab huiuſmodi† perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura [f]. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequēter in Eccleſijs publicetur: ne quiſquam † ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. ¶Si quis autē alieno ſacerdoti [g] voluerit iuſta de cauſa, ſua cōfiteri peccata, licentiā prius poſtulet & obtineat [h] à proprio ſacerdote: cum aliter ipſe illū non poſſit abſoluere, † vel ligare [i]. ¶Sacerdos autem ſit diſcretus † & cautus, vt more periti medici ſuperfundat vinum & oleum [k] vulneribus ſauciati; diligenter inquirens & peccatoris circunſtantias [l], & peccati: quibus † prudenter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis [m] vtendo ad ſaluandū ægrotum. ¶Caueat autem omnino, ne verbo, aut ſigno aut alio quouis modo aliquatenus prodat † peccatorem: ſed ſi prudētiori conſilio indiguerit, illud abſque vlla expreſſione perſonæ, cautè requirat: quoniā qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum pręſumpſerit reuelare, non ſolum à ſacerdotali officio deponendū [n] decernimus, verumēt ad agendā ꝑpetuā pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

† In vetuſtioribus quibuſdā libris ita: ne quiſquā ex ignorātiæ cæcitate.

† Aliàs, ſoluere.

† Qualis d̄beat eſſe confeſſor, tradit Magiſter ſēt. lib. 4. diſt. 19. §. quālem.

† Aliàs ita: ex quibus. in concilio ita: per quas.

† Aliàs, ſanandum.

† Vide B. Thomā in quæſtionibus additis ad 3. par. q. 11. art. 1. & Theologos. lib. 4. ſent.

Omnis.] Tria ſunt dicta pricipalia: Secundum: ibi, *Si quis*. Tertium. ibi, *Sacerdos*. Abb.

CASVS. Statuit cōciliū generale, ꝙ quilibet fidelis vtriuſq; ſexus poſtquam diſcretionem habuerit, ſaltem ſemel in anno ſua ſolus confiteatur peccata proprio ſacerdoti, & ad minus in Paſcha ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiat reuerenter, niſi de conſilio ſacerdotis duxerit abſtinendum: Alioquin ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens careat eccleſiaſtica ſepultura: Secundo dicitur, ꝙ ſi aliquis alieno cōfiteri voluerit ſacerdoti, licentiam prius obtineat à proprio ſacerdote, cū aliter ipſe illū ligare non poſſit, vel ſoluere. Sacerdos aūt ſit diſcretus, vt diligenter inquirat circūſtātias peccatoris & peccati quibus prudēter intelligat, quale conſiliū ſibi debeat adhibere præcauens diligenter, ne verbo vel ſigno prodat aliquatenus peccatorē, & ſi conſilio prudentiori indiguerit, illud requirat ſine aliquius expreſſione perſonæ: qui enim peccatum in pœnitentia ſibi detectum manifeſtare præſumpſerit, ab oī officio ſacerdotali deponatur, & in arctum monaſterium ad agendam pœnitentiam detrudatur. Not. ꝙ quilibet fidelis ſemel in anno pœnitentiam accipere debet, & communionem. Item fallit hic regula illa: Cui communicamus viuo, & mortuo communicare debemus. Itē ab alieno ſacerdote nemo poteſt abſolui vel ligari ſine obtenta licentia proprij ſacerdotis. Item ſacerdos tenetur inquirere circunſtantias peccati & peccatoris. Item ſignis loquimur. Item aliquid licet in genere, quod non licet in ſpecie. Item ſacerdos qui peccatum in pœnitentia ſibi detectum reuelauerit, debet deponi, & in monaſterium detrudi ad pœnitentiam peragendam.

¶*Glo.ſeq.exponit, & ſignat contrarium.*

b ¶*Diſcretionis.*] id eſt, cum eſt doli capax: quia tunc pōt peccare. s. de delict. pue. pueris. C. ſi aduer. delic. l. 1. & C. ſi minor ſe ma. dix. l. 3. arg. de conſe. diſt. 4. eos. & C. de fal. mo. l. 1.

¶*Gloſſa ſequens recitetur per duas quæſtiones.*

c ¶*Omnia ſua ſolus peccata.*] alias nō eſſet fructuoſa pœnitētia: vt dictum eſt s. eo. quod quidam. vbi de hoc. Non tamen venialia, quia illa tolluntur per orationem Dominicam, vel per aquam benedictam. de pę. diſt. 3. de quotidianis. diſt. 6. quī vult, tamen ſi recolit, confiteatur illa.

d ¶*Proprio ſacerdoti.*] niſi ille ſit imperitus: tunc de ipſius licentia (vt hic dicit) quærat diſcretum. de pen. diſtinctio. 6. placuit Ber.

e ¶*Ad minus in Paſcha.*] de conſec. diſt. 2. & ſi non frequentius.

f ¶*Sepultura.*] hoc eſt contra regulam illam, cui communicamus viuo, communicare debemus & mortuo. Fallit etiam in alio caſu. 23. q. 5. placuit. & s. de ſta. mona. monachi. & s. de tornea. c. 1. & s. de vſuris. quia in omnibus. & s. de rapt. ſuper eo.

¶*Glo.ſeq.exponit, quærit, & ſoluit.*

g ¶*Alieno ſacerdoti.*] executionem habenti. hoc dico propter illos ſacerdotes ſiue ſeculares ſiue regulares, q nō habent ordinis executionem ſacerdotalis, vt ſunt illi qui non ſunt à populo electi, vel q ab epō populo non præficiuntur. 16. q. 1. c. adijcimus. §. ecce. in hoc. & c. generaliter. §. ecce ſufficientes. Sed ecce ſi Prædicatores, & fratres Minores, vel alij religioſi nō habentes populum habent priuilegiū, vt alienos parochianos poſſint recipere ad pęnitētiam, nunquid ſufficit priuilegium, vt parochianū alterius poſſint recipere ad pęnitētiam ſine licentia proprij ſacerdotis? Dicas ꝙ non ſufficit priuilegium ſine licentia proprij ſacerdotis: priuilegium enim æquiparat eos illis, qui à populo ſunt electi, vel illis, qui ab epiſcopis populo præficiūtur, & dat eis ſolam executionem, & ita neceſſaria eſt adhuc licētia proprij ſacerdotis, vt hic dicitur: ſi enim de duabus ſeruitutibus vna tollitur, remanet altera: qd̄ bene ꝓbat. s. de vſu pal. ex tuarū. s. de priuil. paſtoralis. ff. de ſerui. vrb. præd. ſi domus tua. & iō dicit, alieno, & non alij. Nec Papa per talem indulgentiā intendit ꝓiudicare proprio ſacerdoti: vt c. prædi. ex tuarum. cū ſuis ſimilibus. & j. tit. proxi. cum deſideres. in fi. & hoc idem dixit Hug. 16. q. 1. c. 1. & in prædictis §§. B.

¶*Gloſſa ſequens quærit, arg. & ſoluit.*

h ¶*Obtineat.*] Quid ſi ille malitioſè recuſat? Arg. quòd poteſt ire ad alium. s. de regu. licet. Vel vadat ad eius ſuperiorem ſi poteſt, vt illum compellat: vel ille dabit licentiam. arg. s. de iure patro. nullus. Arg. C. de temp. ap. l. vlt. §. vlt. argu. j. eod. c. vltim. ad fi. Ber.

¶*Gloſſa ſequens arg. & remittit.*

i ¶*Vel ligare.*] s. cod. quòd autem 9. quæſt. 2. c. 1. & 2. & s. de parochia. nullus. Et eſt arg. quòd clericus ſine licentia ſui epiſcopi non poteſt in non ſuum iudicem cōſentire. s. eo. quod autem. & s. de fo. comp. ſi diligenti. & cap. ſignificaſti. vbi de hoc. & j. eod. c. vlt. Ber.

k ¶*Vinum & oleum.*] id eſt miſericordiam & diſciplinam. 45. diſtin. diſciplina 2 & c. omnis qui. & cap. ſunt nanque. & cap. vera iuſtitia. B.

2 Vt ibi dicitur, ꝓ vinum mundantur putrida, per oleum ſananda fouentur, ſecūdū Gof. Ioan. An.

l ¶*Circunſtantias.*] Sic s. eod. Deus qui. & s. de homici. ſicut. in princ. de pę. diſt. 5. conſideret. Ber.

m ¶ *Diuerſis experimentis.*] Non tn̄ ſicut imperitus medicus. 29. di. neceſſe. Sed diligēter experiat̄ vires ipſius, qualē pęnitētiā poſſit portare. arg. 26. q. vlt. alligāt. ſic vt potius reddat rationem de miſericordia, quàm de crudelitate, vt ibi. 86. diſt. non ſatis. vltra medium. & 11. q. 3. nemo petitorum. Ber.

n ¶*Deponendum.*] Olim etiam alia pęna imponebatur. de pęni. diſt. 6. ſacerdos. hodie hæc imponitur.

Cum

CVm infirmitas.] Diuiditur: Nam primò ponit vnam conſtitutionis cauſam: Secundò conſtitutionem: Tertiò aliã cauſam. Quartò pœnã transgreſſionis: Quintò quandam prohibitionem. Secunda: ibi, *Præſenti*. Tertia: ibi, *Hoc quidem*. Quarta: ibi, *Si quis*. Quinta: ibi, *Cęterum*. Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ infirmiats corporis aliqñ accidit ex peccato: ideo prohibetur in hoc capitulo, ne medici infirmos in ſuã curam recipiãt, niſi prius infirmi per medicũ animæ ſe curauerint emendare: quia remota cauſa remouetur effectus: Secundo dicitur, ꝙ hoc dedit cauſam huius cõſtitutionis, quia quando infirmatur aliquis, & dicitur ei à medico, vt de ſalute animæ diſponat, cadit in deſperationẽ, & facilius mortis periculum incurrit: Tertiò dicitur, quòd ſi medicus fecerit contra iſtam conſtitutionem, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata, excommunicetur vſq; ad ſatisfactionem condignam: Quartò dicitur, ꝙ cum anima ſit multo pretioſior corpore, nullus medicus ſuadeat ægroto aliquid quod in periculum animæ conuertatur. Not. ꝙ infirmitas corporis aliquando prouenit ex peccato. Item ceſſante cauſa ceſſat effectus. Itẽ tranſgreſſores conſtitutionum domini Papæ excommunicari debẽt. Item anima multo prætioſior eſt corpore.

†Idem, ſcilicet Innocẽtius iij. in cõcilio gñali Lateran. c. 22. & c. 14. e. tit. in 4. cõpilatione.

Ioan. 5.

a ¶*Cauſa ceſſante.*] s̃. de iureiur. & ſi Chriſtus ad fi. & s̃. de renun. poſt translationem. vbi de hoc.

b ¶*Arceatur.*] per ſententiam, non ipſo iure: quod malè, vel nullo modo ſeruatur.

c ¶*Multo prętioſior.*] 12. q. 1. pręcipimus. 24. q. 3. ſi habes. C. de ſac. ſan. eccle. l. ſancimus. in fin. & ideo potius & prius eſt conſulendum animæ quàm corpori: quia vbi maius eſt periculum, cautius eſt prouidendum. 42. diſt. quieſcamus. & 7. q. 7. c. vlti. & ff. ad Carbo. l. 1. §. 2. Bernar.

†Idem, ſcilicet Innocẽtius. iij. in eodem cõcilio generali Lateran. c. 6. 2. & c. 5. e. tit. in 4. cõpilatione.

†Quod latet ſub hoc infra. habes in c. 2. ſupra đ reliquijs & venerat. ſanc. Iam quatenus attinet ad hos q̃ſtores, eorum nomen & vſum penitus ſuſtulit cõciliũ Trid. ſeſſi. 5. de refo. c. 2. in fin. & ſeſſ. 21. de refor. cap. 9.

CVm ex eo.] Quatuor ſunt partes prĩcipales: Secunda: ibi, *Formã*: Tertia: ibi, *Qui autem*. Quarta ibi, *Ad hęc*. Abb. Sic.

CASVS. In hoc capitulo dicitur, ꝙ quæſtores eleemoſynarum ꝑ prouincias admitti nõ debẽt, niſi literis Apoſtolicis, vel loci epiſcopi muniantur: nec aliud prædicare debent, quàm in forma contineatur literarum: forma verò literarum in hoc capitulo inferius continetur expreſsè. Secundò dicitur, ꝙ quæſtores eleemoſynarum in tabernis, vel alijs inhoneſtis locis hoſpitari nec debent, nec magnos ſumptus facere, nec falsũ religionis habitum ſimulare. Tertiò dicit, ꝙ cum baſilica dedicatur, ſiue ab vno ſiue à pluribus epiſcopis, vltra annum non extendatur indulgentia. nec in anniuerſario dedicationis tempore, xl. dies excedat remiſſio, ea maximè ratione, quia Romanus Pontifex cõſueuit hoc moderamen in talibus obſeruare. Not. ꝙ creditur literis epiſcopi. Item iuriſdictio non extenditur vltra illud, quod in literis continetur. Item quæſtores eleemoſinarum in inhoneſtis locis morari non debent. Item indulgentia nõ debet annũ excedere. Item Papa obtinet plenitudinem poteſtatis. Item minores prę lati exemplum accipere debent à maioribus.

Rom. c. 14. 2. Cor. c. 5.

d ¶*Literas.*] Sic ergo credetur literis epiſcopi, ſi verè ſint. s̃. de proba. poſt ceſſionem. & 11. q. 3. curę.

e ¶*Proponere.*] quia in talibus diligens inq̃ſitio facienda eſt. 42. diſt. quieſcamus.

f ¶*In tabernis.*] Si. n. ibi publice deliquerint, p̃nt à diœceſano puniri, licet ſint exempti. s̃. de priui. tuarũ. vbi de hoc.

g ¶*Claues eccleſię contemnuntur.*] qđ eſſe nõ debet. ſi. s̃. tit. pro. c. vlt. de priuil. vt priuilegia. ¶*Glo. ſeq. quęrit argu. negatiuę. ſolu. affirmatiue* ∴ *ſolutioni ſignat contrarium.*

h ¶*A pluribus.*] qđ ſi quilibet indulgeat annum: nunquid valet huiuſmodi indulgẽtia cõtra ſtatutũ iſtud? Videtur

¶Idem † in eodem.

¶*Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmũ ad confeßionem, nec quicquam perſuadere pro ſalute corporis tendens in animarum periculum.*

CAP. XIII.

CVm infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato proueniat, dicente Domino lãguido, quẽ ſanauerat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat: Præſenti decreto ſtatuimus, & diſtrictè pręcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari cõtigerit, ipſos ante omnia moneant & inducãt, vt medicos aduocẽt animarũ: vt poſt quã fuerit infirmo de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinę remediũ ſalubrius ꝓcedatur: cum cauſa ceſſante [a], ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, ꝙ quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis ſuadetur, vt de animarũ ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidũt, vnde facilius mortis periculũ incurrunt. ¶Si quis autem medicorum huius noſtrę cõſtitutionis, poſtquam per prælatos locorũ fuerit publicata, trãsgreſſor extiterit, tãdiu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur [b], donec pro transgreſſione huiuſmodi ſatisfecerit competenter. ¶Cęterum cum anima ſit multò pretioſior [c] corpore, ſub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute, aliquid ęgroto ſuadeat, quod in periculum animæ cõuertatur.

¶Idem † in eodem.

¶*Eleemoſynarũ queſtores, ſiue Apoſtolicis vel diœceſanorũ literis admitti non debent, nec tunc proponant vltra id, quod in ipſis literis cõtinetur. hoc primò. Et debent eſſe modeſti: & à locis & expẽſis incongruis abſtinere. hoc ſecundò. In dedicatione baſilicę vltra annũ, & in anniuerſario dedicationis, & in literis indulgẽtiarũ conceſſis ab alio quàm à Papa, vltra quadraginta dies remißio excedere non debet. hoc dicit vſque ad finem.*

CAP. XIIII.

CVm ex eo: & ĩfrà. †¶Eleemoſynarum quoque quæſtores, quorum quidam ſe alios mentiendo, abuſiones nonnullas in ſua prædicatione proponunt, admitti (niſi Apoſtolicas vel diœceſani epĩ literas [d] veras exhibeant) prohibemus: & tunc ꝑter id, qđ in ipſis continebitur literis, nihil populo ꝓponere [e] permittãtur. ¶Formã verò, quam communiter talibus Apoſtolica ſedes indulget duximus exprimendam, vt ſecundum eam diœceſani epiſcopi ſuas literas moderentur. Ea ſi quidem talis eſt: Quoniã vt ait Apoſtolus) omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſiue bonũ fuerit, ſiue malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus præuenire, ac ęternorum intuitu ſeminare in terris, qđ reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis: firmam † ſpẽ, fiduciamque rectam tenentes: quoniam qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hoſpitale, propriæ non ſuppetãt facultates, vniuerſitatem veſtrã monemus, & exhortamur in Domino: atque in remiſſionẽ vobis iniũgimus peccatorũ, quaten⁹ de bonis vobis à Deo collatis, pias eleemoſynas, & grata eis charitatis ſubſidia erogetis: vt per ſubuẽtionem veſtrã ipſorum inopiæ cõſulatur: & † vos per hæc bona & alia, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis gaudia peruenire. ¶Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint, & diſcreti, nec in tabernis, [f] aut in alijs locis incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciant aut ſumptuoſas expenſas, cauentes omnino ne falſæ religionis habitum geſtent. ¶Ad hæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias, quas quidam eccleſiarum Prælati facere non verentur, & claues [g] eccleſiæ contemnuntur, & pœnitẽtialis ſatisfactio eneruatur: Decernimus †, vt cum dedicatur baſilica, non extendatur indulgentia vltra annum, ſiue ab vno ſolo, ſiue à pluribus [h] epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniuerſario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſſio non excedat: & infrà †: ¶Hũc quoque † dierum numerum indulgentiarum literis præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet caſibus aliquotiens conceduntur: cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc † in talibus moderamen conſueuerit obſeruare.

†In codice Barbatiæ & in concilio ita, firmã ſpem fiduciamq; tenẽtes, &c.

2. Cor. 9.

†Aliàs ita: & vos per hæc, & alia bona, &c.

†Vide citatos in c. quod autẽ ſupra hoc eo. ti.

†Quid lateat ſub hoc infra, non apparet.

†In pleriſque vaticanis ita: Hũc quoque dierũ numerum indulgentiarum literas, præcipimus, &c.

†Aliàs ita: & in talib.

Hono-

tur,ꝙ non ſ.de exceſ.præla.cum ad quorundam.& c.ſanè.& c. proxi.Credo ꝙ teneat, licet ipſi faciant contra mandatũ iſtud; quia non adijcit hic ꝙ ſi ſecus fecerint, decernimus nõ valere: prout dicitur in illa decre.cum ad quorũdam.arg.ad hoc.ſ. de præben.inter cætera.vbi enim huiuſmodi clauſula non apponitur in mandato, licet fiat cõtra mãdatũ tñ tenet qđ factum eſt ſ. de pręb.dilectus.2.Arg.cõtra.j.eo.ca. prox.in fin. Additio.Hodie p c.fi.eo.ti.lib.6. diſponitur, ꝙ indulgentia conceſſa à prælato vltra numerum hic taxatum,eſt ipſo iure nulla, & vide ibi gloſſam,quæ diſputat nunquid excedẽdo hũc numerum,corruat indulgentia in totum, an vero teneat vſq; ad facultatem conceſſam? & intelligit ꝙ vſque ad cõceſſum numerũ incluſiuè tenet.argu.in regula vtile per inutile. lib.6.& l.ſancimus. C. de dona.

† Vide Speculat.tit.đ pœnit. & remiſſ. vbi plene de hac materia. adde B. Thomã in quæſtionibus additis ad 3. par. q. 26.

N*Oſtro.*] Diuiditur: primò ponitur conſultatio: Sucũdo reſpõſio: ſecunda: ibi, *Nos igitur*. Abb.Siculus.

Casus. Quæſiuit q-dam prælatus, vtrũ per ſuam prouinciã poſſit concedere remiſſionis literas generales? Rñdet Papa, ꝙ hoc liberè poteſt facere, ita tñ ꝙ ſtatutũ generalis concilij nõ excedat, quod eſt ſ.c.prox.Not.ꝙ epi poſſunt concedere literas remiſſionis, vel indulgẽtiæ in ſuis ꝓuincijs.

† Vide late Paludanũ libr. 4. ſententia. & Syluestrũ verbo confeſſor. 1.q. 8. adde Turrecrematam in c. quem pœnitet. de pœnit. diſtin. 1.

¶Honorius tertius.

¶ *Archiepiſcopus intra prouinciam ſuam poteſt concedere indulgentias ſecũdum formam concilij generalis. hoc dicit,et loquit̃ de cap. pręc. in fi.*

CAP. XV.

NOſtrò † poſtulaſti certificari reſponſo, vtrum per tuam prouinciam [a] poſſis concedere remiſſionis literas generales. Nos igitur tuæ fraternitati breuiter reſpondemus, ꝙ per prouinciã tuam liberè potes huiuſmodi concedere literas: ita tamen, ꝙ ſtatutum generalis concilij [b] non excedas.

¶Gregorius nonus.

¶*Epiſcopus & alij, de quibus in litera, poſſunt ſine licentia ſuperiorum ſibi eligere prouidum confeſſorem.*

CAP. XVI.

NE † pro dilatione pœnitẽtiæ periculum [c] immineat animarum: Permittimus [d] epiſcopis & alijs ſuperiorib⁹, necnon minoribus Prælatis exemptis, vt etiã præter ſui ſuperioris licentiam, prouidum [e] & diſcretum ſibi poſſint eligere cõfeſſorem.

¶*Glo.ſeq.reci.per obie.de decre.paſtoralis.*

a ¶*Per tuam prouinciam.*] Not.ꝙ archieps p totã prouinciã ſuã poteſt facere remiſſiones,prout hic colligitur,& eps in ſua diœceſi,licet archieps nõ ſit iudex ordinarius oĩum de prouincia ſua ſ.de officio ordi.paſtoralis.& iuriſdictionẽ contentioſam non habet in ſua prouincia,niſi in certis caſibus, vt dicit̃ in decre.paſtoralis.ſed voluntariam, ſicut proconſul. cum vrbem egreſſus fuerit,iuriſdictionem habet nõ contentioſã, ſed voluntariã.ff.de offi.proconſ.l.2.Et legatus põt in ſua prouincia facere remiſſiones,quia & ſtatuta ꝑpetua facere põt.ſ.de offi.leg.c.vl. Et ẽ hoc epõrũ & archiepõrũ.ſ.facere remiſſiones, niſi ex ſpeciali cõceſſione,vel alia legitima cã cõpetat alijs inferioribus prælatis.ſ.de exceſ.prælat.accedentibus. Et priuilegia poſſunt concedere epi & archiepi.ſ.de his quæ fi.à præla. ſine conſenſu capituli, quanto. & arg.ſ.de iure pat. nullus.

b ¶*Concilij.*] ſ.eo.cap.proxi.

N*E pro dilatione.*] Casus. Cum nullus poſſit ligari vel ſolui niſi à ſuo proprio Prælato,& periculoſum ſit epis & alijs ſuperioribus,& minoribus Prelatis exemptis ſuos pp hoc Prælatos adire,vel licẽtiã petere ab eiſdẽ: ne ꝓ dilatione pœnitẽtiæ periculũ immineat animarũ, permittit Papa p̃dictis oĩnibus, vt etiam præter ſui ſuperioris licentiam prouidum,& diſcretum ſibi eligant confeſſorem. Not ꝙ propter periculum animarum multa licent,quæ aliàs non licerent. Item epi & alij Prælati inferiores exempti poſſunt ſibi eligere confeſſorẽ ſine licentia ſuperioris.Item diſcretus debet eligi confeſſor.

¶*Glo.ſeq.dat duo ſimilia de abſolutione, & baptiſmo: & ſubdit genus vlti.nõ.*

c ¶*Periculũ immineat.*]Sic pp periculũ moræ dat̃ abſolutio ſtatim,q̃ aliàs non daret̃. j.tit.ꝓx.nup.in fi.& c. ſacro. & ſ.de off.ord.ad reprimẽdã. & pp piculũ aię ſtatim infans baptizat̃. 5.diſt.baptizari.& de cõſec. diſt.4.ne qđ abſit.& dilatio pp piculũ tollitur, ne interim aliqđ cõtingat periculũ de cõſe.di.4. Iudæi.& eſt arg.ꝙ vbicunq; piculũ timetur, dilatio ſine mora vitãda eſt 28.diſ.de Syracuſanæ.Itẽ arg. ꝙ ſacerdos ſtatim debet currere ad infirmum,quando vocatur: quia vitam adimit quiſquis morienti pœnitentiam denegauit. 26. q.6. ſi presbyter.& c. ſeq.& reus erit animarum,vt ibi dicitur.

d ¶*Permittimus.*] Sic ergo videtur,ꝙ epi,vel alij inferiores prælati exempti ante iſtam permiſſionẽ non poterant ſe ſubijcere alicui confeſſori ſine licentia ſui ſuperioris.ſ.eo. c.omnis vtriuſque. quia nullus clericus ſine licentia ſui epi poteſt eligere iudicium non ſui iudicis,perſonę vel rerum.ſ.de for. cõpe.ſi diligẽti.& c.ſignificaſti.& 3.q. 6. non liceat.ergo multo minus iudicium animæ, quod maius eſt.

¶ *Glo.ſeq.recitetur per quæſtionem.*

e ¶*Prouidum.*] qui ſciat ligare, ac ſoluere, de pę.diſt.6.qui vult. & ſ.eo.omnis.§. ſacerdos. & qui diligenter inueſtiget qualitatem criminis & perſonæ, de pœniten.diſ.5. conſideret.

TITVLVS XXXIX.

De † ſententia excommunicationis.

† In duobus manuſcriptis ita: De ſententia excommunicationis & abſolutionis.

¶Alexander iij.Senoñ Archiepõ.

¶*Impubes, qui clericum percuſſit, ab epiſcopo abſolui poteſt: & qui loco, vel cauſa diſciplinę percutit clericũ etiam ſi ſit maior excommunicatus non eſt: qui verò ex odio, ſic: & per Papam abſoluitur.*

CAP. I.

SVper † eo verò, quòd cõſilium poſtulaſti: & infrà. ¶ Reſpondemus, quòd ſi clerici infrà † puberes annos ſe adinuicem, aut vnus alterum percuſſerit, [f] non ſunt ad Apoſtolicã ſedem mittẽdi, quia eos ætas excuſat [g]. Nec clerici [h], ſi ſunt plenæ ætatis, & nõ odio, vel inuidia, vel indignatione, ſed leuitate iocoſa ſe ad inuicem percutere contingat: neque magiſter, ſi ſcholarem clericum intuitu diſciplinæ [i], vel correctionis percuſſerit: q̃a nõ põt in ipſis iniectio manuũ violenta notari † [k]: Cæterum ſi ex odio ijdem ſcholares, vel ſeculares clerici ſeſe percuſſerint, pro ſua abſolutione debẽt ad Apoſtolicam ſedem venire.

† Cap.2.e. tit.in 1.cõpilatio. & poſt conciliũ Later. ſub Alex. iij.par.14. cap.7.

† In recentioribus libris,intra, legitur, ſẽſu penitus contrario deciſioni pontificiæ ex antiqs tamen,infra, reſtitutum eſt.

† Adde q̃ dicatur iniectio manuum violenta: per Bart. in l. licitatio. §. qđ illicitè de pub.

DE SENTENTIA excommunicationis.

¶*Suprà viſum eſt de pęnis, quę imponuntur tam in foro contentioſo quam pęnitẽtię: Veruntamen quia excommunicatio eſt pęna delicti, cum fertur à iudice: cum vero ab homine eſt pęna cõtumacię: meritò poſt rubricas p̃cedẽtes ſubijcitur iſta. Abb.*

De hac materia tractatur. 31.q.1. & q. 2. & q.3. & 9.q.1. & 11. q.3. per totum.

S*Vper.*] Tres ſunt partes: Secunda ibi, *Nec clerici:* Tertia ibi, *Cęterum*. Abb.Sicul.

Casus. Quæſitum fuit à Papa ſi clerici infra minores annos cõſtituti ſe adinuicem percuſſerint, vtrum ſint ad Apoſt.ſedem mittendi pro abſolutione? Reſpõdet Papa. ꝙ ſi infra dictam ætatem clerici ſe ad inuicẽ percuſſerint,ſiue vnus alterum,non ſunt ad ſedem Apoſtolicam mittendi: quia ætas excuſat.Item nec clerici ſi ſint plenæ ætatis,& adinuicem ſe percuſſerint,non ex odio,vel inuidia,ſed ex leuitate iocoſa,ſunt excommunicati.Item nec magiſter,ſi clericũ cauſa diſciplinæ percuſſerit,vel correctionis: quia non poteſt in ipſis iniectio manuum violẽta notari. Secus vero ſi ex odio dicti clerici ſe ſe percuſſerint: tunc enim ad Apoſt. ſedem ire debent abſoluendi.Not.quòd clerici impuberes ſi ſe adinuicẽ percuſſerint,poſſunt à ſuis epiſcopis abſolui. Item eſt arg.ætatem excuſare non à toto,ſed à tanto. Item qui ludendo clericum percutit,vel magiſter, qui cauſa correctionis diſcipulum verberat,non eſt excommunicatus.

f ¶*Percuſſerit.*] irato animo: aliàs non incideret̃ in canonẽ, prout ſequentia verba declarant.& 17.q.4.ſiquis ſuadente.

¶*Glo.ſeq.exponit arg.alle.tria iura. & duo alle.in contrarium.*

g ¶*Excuſat.*] non ab excommunicatione, 1 ſed quo ad hoc ꝙ non ſunt mittendi ad curiam pro abſolutione, vt j. eo. quamuis.c.vlt. Et ita eſt arg.ꝙ ætas excuſat de conſe. diſtin.4. eos.C.de fal.mo.l.1.in fi.& 33.q.2.in adoleſcentia. Arg.contra,quia malorum mores infirmitas animi non excuſat. C.ſi aduer.deli.l.2 & ff.de mino.auxilium.§.in delictis. B.

1 Hoc ĩtelligas ſi sũt doli capaces: aliàs ab excommunicatione excuſarẽtur ſecundum Hoſtiẽſẽ. Ioa. And.

h ¶*Nec clerici.*] ſupple, ſunt excõicati, quoniam ſola temeritas in hoc caſu reprehenditur ſine violentia, prout ſequitur,& patet ex illo canone.17.q.4.ſiquis ſuadente.

i ¶*Diſciplinæ.*] Vel ratione prælationis. Idẽ eſt ẽt de patre,q filium in minoribus ordinibus poteſt corripere ſine pęna iſta: vel de propinquo.j.eo.ex tenor, & c. cũ volũtate. vbi de hoc. arg.de pœni.diſt.1.§.aut facta.& 14.q.5. circuncelliones. Ber.

k ¶*Violenta notari.*]Hæc eſt rõ,quare nõ incidũt in canonẽ. *Monachi.*

MOnachi.] Casvs. Monachi, & regulares canonici ſi ſe adinuicem percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam ſedẽ mittendi, ſed per abbatem ſuum ſunt abſoluendi: & ſi abbas non ſufficit, epiſcopus diœceſanus eſt adhibendus. Not. quòd regulares ſeſe adinuicem percutientes, per abbatem ſuũ poſſunt abſolui.

a ¶Quocunq; modo.] dum tamen non enormiter: aut in epiſcopũ, aut in abbatem, aut in clericum ſecularem 1 manus iniiciant violẽtas. infrà eodem, cum illorum.

1 Qđ dic vt j. c. religioſo. lib. 6. Io. And.

b ¶Sui abbatis.] Si vero monachum alterius Clauſtri percuſſerit, per abbatem vtriuſque monaſterij debet abſolui. infrà eodem, cum illorum. & infrà eo. canonica. ſed ſi monialis monialem, vel conuerſam, vel cõuerſum, aut clericũ percuſſerit, per epiſcopum abſoluatur. infrà eodem, de monialibus.

† Cap. 3. e. tit. in 1. cõpilatione. & poſt cõcilium Lateran. par. 14. c. 8.

† Sufficiat

¶Idem.

¶Monachos ſe adinuicem percutientes, abſoluit abbas. idem in canonicis regularibus: & abbatis diſcretione deficiente, recurritur ad epiſcopum.

CAP. II.

MOnachi † verò, & canonici regulares, quocunque modo [a] ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam ſedem mittendi: ſed ſecũdum prouidentiam ſui abbatis [b], diſciplinæ ſubdantur: & ſi diſcretio abbatis nõ ſufficit †, ad eorum correctionẽ eſt prouidẽtia diœceſani epiſcopi adhibenda.

¶Idem.

¶Oſtiarius, qui clericũ percuſſit non grauiter, ab epiſcopo abſolui poteſt. hoc primò. Officialis deliberatè iniiciẽs manum in clericum, per Papam abſoluitur. hoc ſecundò. Qui repellendo vim vi clericum percutit, excommunicatus nõ eſt. hoc tertiò. Qui percutit clericum turpiter inuentum cũ propinqua, excommunicatus non eſt, ſecus cum remota: & dicitur propinqua, vt in litera:

CAP. III.

j SI † verò alicuius Poteſtatis oſtiarius, ſub ptextu ſui officij malignatus clericum læſerit, ab epiſcopo ſuo poteſt abſolui [c]: niſi fortè eundem clericum grauiter [d] vulnerauerit. Officialis [e] verò pro iniectione manuum in clericum non poteſt ſine mandato Romani Põtificis abſolutionis beneficiũ promereri: quia nulli laico [f] ſuper clericum tanta † datur auctoritas: niſi fortè turbam arcendo irruentem non ex deliberatione, ſed fortuitò [g] caſu clericum lædat. ¶Si verò clericum vim ſibi inferentẽ vi quis repellat, vel lædat: non debet propter hoc ad ſedem Apoſtolicam tranſmitti, ſi incontinenti vim [h] vi repellat: cum vim vi repellere [i] omnes leges [k] omniaque iura permittant. ¶Nec ille compellendus eſt ad ſedẽ Apoſtolicam venire, qui in clericum cum vxore [l], matre [m], ſorore, vel filia propria turpiter [n] inuẽtum, manus iniecerit violẽtas. Cæterum ſi in ſtupro, vel adulterio, quod committit cũ ea, quæ ipſum ita proxima cõſanguinitatis linea non contingit [o], ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit, nõ erit à ſententia illius excommunicationis immunis.

j SI verò.] Quatuor ſunt partes: Secunda ibi, Officialis: Tertia ibi, Nec ille: Quarta ibi, Cæterum. Abbas.

Casvs. Primò dicitur quòd ſi oſtiarius alicuius Poteſtatis prętextu officij ſui malignatus, vel malitioſè clericum lęſerit, ab epiſcopo ſuo poteſt abſolui, niſi grauiter cũ vulnerauerit: Secundò dicitur, quòd ſi officialis clericum vulnerauerit, non poteſt ſine mãdato Romani Pontificis abſolui: quia laico non datur tanta poteſtas, niſi fortè turbam arcendo caſu fortuito clericum lędat. Tertiò dicitur, quòd ſi clericus, vel laicus vim vi repellendo, clericum percutiat, non eſt excõmunicandus, nec eſt excommunicatus: quia vim vi (ſecũdum quòd iura permittunt) repellere licet. Vltimò dicitur, quòd ſi aliquis in clericum turpiter inuentum cum matre, filia, ſorore, vel vxore manus iniecerit violentas, non eſt excommunicatus: Si autem inueniat eum in ſtupro, vel adulterio cũ alia, quæ ipſum taliter non attingat, & in eum violentas manus iniecerit, eſt excommunicatus. Not. quòd qui prætextu officij ſui clericum percutit, ab epiſcopo poteſt abſolui. Item qđ caſu fortuito fit, nemini eſt imputandum: Item vim vi repellendo clericum percutiens, non eſt excommunicatus. Item percutiens clericum turpiter coeuntem cum vxore, matre, ſorore vel filia, nõ eſt excommunicatus: in vlterioribus autem perſonis ſecus eſt.

†Cap. 4. e. tit. in 1. cõpilatione. & poſt cõcilium Lateran. par. 14. c. 9. Et de intellectu vide Couarruuiam ſuper 4. decretal. parte 2. ca. 7. §. 7.

c ¶Abſolui.] ergo eſt excommunicatus: quare intelligendũ eſt de eo, qui animo iniuriandi hoc fecit. & hoc nota quòd dicit, malignatus: alioquin non eſſet excommunicatus, cum canon doloſos, & violentos tãtum teneat. vt s. e. c. 1. & 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

d ¶Grauiter vulnerauerit.] Caſus iſte ſemper excipitur. j. eod. cum illorum.

e ¶Officialis.] id eſt iudex, vel apparitor alicuius Poteſtatis, vel principis.

f ¶Laico.] ſupple, etiam qui de mandato ſui prælati hoc faceret, nihilominus incidit in canonem. infrà eodem, vniuerſitatis, niſi clerici deliquerint: nec aliter poſſint ad iudicium, trahi tunc enim de mandato Prælatorum capi poſſunt: vt traditur. infrà eodem, vt famæ.

g ¶Fortuitò.] Tunc enim non imputatur, quia caſus fortuiti præuideri non poſſunt. ſuprà de homi. Ioannes. & capit. vltim. & ſuprà de commo. capitulo vnico. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. 2. §. ſi eodem, tempore 2. & ff. de cuſto. & exhi. reo. non eſt. & l. milites. in fin. quia nulla temeritas, vel violentia in eo notari poteſt, ſed excuſatur ratione officij: aliàs non excuſaretur: quia debuit pręuidere, an ex facto ſuo poſſet iniuria irrogari. argumen. ſuprà de iniur. capit. vltim.

† An autẽ aliquã omnino habeant Laici in clericos poteſtatem, tradit Franciſcus Victoria in priori relectione de poteſtate eccleſiæ q. vltim.

h ¶Vim vi.] Tunc enim excommunicatus non eſt, cum licitum ſit ſe defendere. infrà eodem, ex tenore. ſeruato moderamine inculpatæ tutelę. ſuprà de homi. ſignificaſti 2.

2 Si tẽpore nominationis idoneus fortuito facultatib' lapſus damnũ reipublicę dederit. p curator rei publicę nõ tenet: quia caſus fortuitos, &c. Ioan. And.

i ¶Repellere.] ff. de iuſti. & iur. vt vim. & ff. ad leg. Aquil. ſcientiam. §. qui cum aliter. & ſuprà de homi. ſignificaſti. vbi de hoc.

k ¶Omnes leges.] De hac materia loquentes, & ita vniuerſalis reſtringitur. ſic 1. diſtin. omnes leges. ſic & indefinita. ſuprà de priu. vt priuilegia.

l ¶Cum vxore.] idẽ eſt in ſponſa de præſenti: quia & lex permittit illam accuſare iure mariti 3. ff. de adulte. ſi vxor. §. 1.

3 Quid ſi in veritate non ſit vxor, putatur tamen vxor, & loco vxoris habetᷣ? Idẽ credo: vt ibi dicitur ſecundum Vincen. & Gof. facit qđ nota đ don. inter vir. & vxo. plerumq;. in vlt. glo. Ioan. And.

¶Gloſſa ſequens quęrit, argu. pro. ſoluit contrarium.

m ¶Matre.] Nunquid nomine matris intelligimus omnes aſcendentes ſecundum legem? Videtur quòd ſic. ff. de verbor. ſignific. appellatione, & nomine filij omnes etiam deſcendentes: vt lex dicit. ff. eodem, liberorum. per leges iſtas videtur quòd ſic in caſu iſto: 4 non credo hoc extendendum ad aſcendentes, vel deſcendentes, cum minor fiat iniuria, vnde non eſt extendenda licentia. ſuprà de deci. cap. tuæ. Ber.

4 Et hoc tenet Innocẽ. dicens in collateralib' vel affinibus non extendendum. Ioan. Aud

n ¶Turpiter.] Huic enim parcit canon, quia tam iuſtum dolorem compeſcere non poſſet. C. ad l. Iul. de adul. Gracchus. & lex permittit illum occidere ſic inuentum. ff. de adul. quod ait lex. §. quod ait. aliàs ex interuallo non liceret.

o ¶Non contingit.] quia tunc nihil intereſt eius, imo culpa eſt ſe immiſcere rei ad ſe non pertinenti. ff. de reg. iur. iur. culpa. Ber.

¶Idem.

¶Qui percutit clericũ ignorans probabiliter eum clericum, excommunicatus non eſt, ignorantiam tamen probare dębet per iuramentum: & ſi hoc pręſtare recuſat, pro excommunicato haberi debet.

CAP. IIII.

ij SI † verò aliquis in clericũ nutrientem comam manus iniecerit violẽtas, propter

† Cap. 5. e. tit. in 1. cõpilatione. & poſt cõcilium Lateran. par. 14. cap. 1. Et de intellectu vide citatos ſup gloſſa.

ij SI verò.] Tres ſunt partes: Secunda ibi, Vel ſi. Tertia: ibi, Ab illo. Abbas.

Casvs. Si aliquis manus violentas iniecerit in clericum nutrientem comam, ignorans, quòd clericus fuerit, non erit excommunicatus: vel ſi hoc dubium fuerit, & propria manu iurauerit, quòd eum clericum ignorauerit. Si autem non iurauerit, ſicut ab excommunicato conuenit abſtineri: quia conſtat eum violẽtas manus in clericum iniecıſſe. Not. q̃ ignorantia excuſat ab excõicatione. Item per iuramentum purgatur

purgatur conſcientia alicuius. Et ignorantia per iuramẽtum probatur. Item qui ignorantiã allegat, cauſam probare debet. Item iuramento alicuius ſtatur in præiudicium alterius. ſed hoc facit præſumptio habitus laicalis.

¶*Glo.ſeq.exponit literam,all.duo iura:quærit & ſoluit, ſecundò quærit & ſoluit, tertiò quærit, ponit opin. Ala. quàm dicit tutiorem, & contrariam Tan. quam approbat.*

†Aliàs ita: non debet ſe Apoſtolico p̃ſentare conſpectui.

†nodati,in recentioribus libris.

hoc non debet † Apoſtolico præſentari conſpectui:nec etiã excommunicatione notari †, dummodo ipſum eſſe clericũ ignorauerit [a]: Vel ſi hoc dubiũ fuerit, propria [b] manu duntaxat præſtiterit iuramentum, quòd eum eſſe clericum ignoraſſet. Ab illo autem(ſi præſtare noluerit [c] iuramẽtum) quia violentas manus conſtat eum in clericum inieciſſe, ſicut ab excommunicato, donec de mandato ſummi Pontificis abſoluatur, conuenit abſtineri.

a ¶*Ignorauerit.*] Ita ꝙ ignorãtia probabilis fuerit, aliàs non excuſaretur. ſuprà de cleri. excom. mi. Apoſtolicæ. & ſuprà de eo qui renun.epiſcopa.cap.1. & 2. Quid 1 ſi tonſuram vidit, & eum clericum non credidit? Reſpondeo,incidit in ſententiam,dum tamen ille clericus ſit. Quid ſi in veritate nõ erat clericus,licet tonſurã deferret,& illum percuſſiſti credens illum clericum? Propter conſcientiam teneris, niſi poſtea certus efficiaris. argumen. 11.q.3. quoniam multos.ſecũdum vnũ caſum. Quid ſi credidit p̃cutere Titium laicum,& in perſona errans percuſſit Martinum clericum? Ala.dixit, quòd in ſententiam incidit, quia iniuriari voluit. ff. de iniu.eum qui.§.ſi iniuria.& ſuprà. de iniur.c. vlti. Tan. dixit ꝙ non incidit in canonẽ, qđ probat per hanc literam, quia dicit hic, ſi percutiat clericum,quem credebat laicum, non eſt excommunicatus, vt hic dicit: Sola enim temeritas,& violentia in hoc conſideratur.arg.s̃.eo.c.1.& j̃.eo.veniens. & ff. de iniu.illud.§.vlt.& l.ſeq.iniuriam tamen fecit,vt dicit Ala. & per eadem iura potius credo opi.Ala.tutiorem.

1 De articulis hui⁹ glo.pręter doctores hic, vide Federicũ conſil. 13. Sylueſtrũ verbo, excõicatio. 6.verſ.ſciẽdũ ẽ quartò. & Couarruuiam in c. alma mater. de ſent.excõ. libr.6.par. 1.§.10.nu. 15.

† Cap.6.e. tit.in 1.cõpilatione. Iam qui dicantur cõuerſi, tradunt citati in c. vt priuilegia. ſuprà đ priuileg. & Panormianus hic.

¶ Idem.

¶*Percutiens clericum, vel religioſum,excommunicatus eſt, nec ab alio,quàm à Papa abſoluitur, præterquam in mortis articulo.*

CAP. V.

NOn† dubium eſt, quòd hi, qui violẽtas manus in clericos,vel canonicos, aut cuiuslibet religionis conuerſos [d] inijciũt, ex conſtitutione [e] cõcilij ſententiam excommunicationis incurrunt: nec niſi in articulo mortis [f] ſine Romano Pontifice abſolutionis poſſunt beneficium impetrare.

b ¶*Propria manu.*]Soli ſacramento creditur,quando de cõſcientia alicuius dubitatur,vel quæritur, vt hic patet. & 33.q. 2.in lectũ.31.q.2.ſi verum.ff.de re mili.non oẽs.§.à barbaris. 16.q.3.dilectio.& 35.q.3.extraordinaria.& s̃.de excep.paſtoralis.arg.s̃.qđ me.cauſa.c. vlt. cũ ſuis cõcordantijs poſitis ibi.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

c ¶*Noluerit.*] Hoc ipſo ꝙ iurare non vult, præſumptio eſt contra eum in tm̃:ꝙ tamquã excõicatus vitabitur.ſi.s̃.de hære.excõicamus.§. qui vero.cũ conſtet ꝙ violẽtas manus in illum iniecit:ſic.n. pro conuicto habetur qui ſe nõ purgat.s̃. de ſimo.de hoc.& s̃.de pur.cano.c.cum P.& c.inter.in fin. Item hic habes,ꝙ licet clericus nõ ſeruet habitũ ſuũ,adhuc retinet priuilegium ſuum.vnde contra.j̃.eo.in audientia. hoc intellige ante trinam admonitionem, illud cum ſuis cõſimilibus poſt: quia tunc perdit priuilegium.

NOn dubium eſt.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ quicunque violentas manus in clericos,aut cuiuslibet religionis cõuerſos inijciunt,ſententiam excommunicationis incurrunt, & à ſolo Papa poſſunt abſolui, niſi in articulo mortis. Not. ꝙ p̃cutiens clericũ,aut alicuius religionis cõuerſum,à ſolo Papa poteſt abſolui. Item propter periculum mortis multa fiunt, quæ aliàs non fierent.

¶*Glo.ſeq.reci.per.q.an conuerſi ſecularium,&c.arg.quòd non à contrario huius literæ:tenet contrarium dicens,quòd quidam tenent primum.*

d ¶*Religionis conuerſos.*] j̃.eo.ex tenore. ex eo ꝙ dicit religionis, videt̃ ꝙ conuerſi ſeculariũ eccleſiarum non habeant hoc priuilegiũ.ar.27.q.1.vt lex continentiæ. Sed dicendũ eſt, ꝙ ex quo tradiderũt ſe & ſua diuino obſequio,ſiue in ſeculari eccleſia,ſiue in regulari,iam cenſentur eccleſiaſticæ perſonæ,& ex toto tranſlati ſunt in forum eccleſiæ: vnde habent immunitatẽ eccleſiaſticã.17.q.4.quiſquis.Et dicit decretũ,ꝙ tm̃ duo ſunt genera Chriſtianorum: vnum quod dedicatũ eſt diuino obſequio,vt clerici & conuerſi: Aliud genus, vt laici. 12.q.1.duo ſunt.Quidam tamen volunt dicere cõtra,ſed benignius eſt dicere ꝙ ſic,vt eorum gaudeant priuilegio, quorum vitam, & religionem aſſumũt:vt s̃. de ſta. mo. recolentes.

¶Idem.

¶*Mulieres, quæ inciderunt in canonem,ſi quis ſuadente,abſoluuntur ab epiſcopo. Idem in perſonis, quæ non ſunt ſui iuris, vel ſunt delicatæ, de quibus dubitabatur quòd nõ poſſent commodè accedere ad curiam.& hoc dicit vſque ad §.illi.*

CAP. VI.

MVlieres, † vel aliæ perſonæ, quæ ſui iuris [g] non ſunt,ab epiſcopo diœceſano abſolui poſſunt,ſi manus in clericum iniecerint violentas. De his verò qui magnæ ſunt potẽtiæ, & ita delicati, quòd laborem [h] veniendi ad ſedem Apoſtolicam nequeũt ſuſtinere: Reſpondemus, quòd ſtatus perſonæ prius,& veritas negotij eſt intimanda Romano Pontifici, & ſecundum conſilium eius tales erunt de commiſſo ſcelere corrigendi.

¶*Mandans clericum percuti,excommunicatus eſt, ſicut percutiens. hoc dicit.*

¶Illi verò qui non per ſeipſos, ſed eorum auctoritate,vel mandato, alij violenter inijciũt manus in clericos,ad ſedem Apoſtolicam ſunt mittendi: cum is committat verè, cuius auctoritate [i], vel mãdato delictum cõmitti probatur.

e ¶*Ex conſtitutione concilij.*] 17.q.4. ſi qs ſuadente.in qua cõſtitutione nulla fit mentio de conuerſis, ſed p̃ hoc & j̃.eo. ex tenore. extendit̃ ad cõuerſos: ſic qđ dicit̃ de monachis,extendit̃ ad regulares.s̃.de poſtu. ex parte.& ita per conſequẽs ad omnes conuerſos, vt dictum eſt.Ber.

† Cap.7.e. tit. in 1.cõpilatione. & poſt cõcilium Lateran. par. 14.c. 12. Et đ intellectu vide Deciũ cõſil 604.volum.2.

f ¶*In articulo mortis.*] & in alijs caſibus, qui habentur.j̃.e.quãuis.vbi de hoc.

MVlieres.] Tria ſunt dicta: Secundum ibi, *De his verò:* Tertium ibi,*Illi.* Abb. CASVS. Dicitur hic in primo rñſo, ꝙ ſi mulieres,& ſerui, qui ſui iuris non ſunt,manus in clericũ violẽtas iniecerint, ab ep̃o diœceſano p̃nt abſolui. Scđò dicit:aliqui delicati,& magnæ potentię violẽtas manus in clericos iniecerunt:ſed dicunt, ꝙ laborẽ veniendi ad Apoſtolicã ſedẽ ſuſtinere nõ p̃nt:quæritur, quid iuris ſit?rñdet Papa,ꝙ ſtatus perſonæ, & veritas negotij prius eſt intimãda Romano Pontifici,& ſecundũ eius conſilium erit procedendum. Tertiò dicit: Aliqui non inijciũt violẽtas manus in clericum, ſed alij de ipſorum mandato hoc faciunt:quæritur an iſti, qui hoc mandãt ſint excõicati? Rñdet Papa,ꝙ ſunt excõicati, & ſunt ad Apoſtolicam ſedẽ mittẽdi: cũ ille verè delinquat,cuius mandato delictũ cõmittit̃. Not. ꝙ mulieres & ſerui ab epiſcopo diœceſano pro iniectione manuum in clericum poſſunt abſolui: & ſic not. ꝙ parcitur ſexui,& conditioni. Item ſtatus perſonæ,& veritas facti, vel negotij attendenda eſt: Item qui mandat, tenetur vt faciens hoc edicto. Item idem eſt mandare quod facere.

¶*Gloſſa ſequens recitetur. per quæſtionem.*

g ¶*Sui iuris.*] Vt ſunt ſerui, ſed hoc intellige ſecundum diſtinctionem illius decre.j̃.eo.relatum. Nec intelligas hoc verbum de filijsfamilias,qui dum ſunt in patria poteſtate,nõ dicuntur ſui iuris,quia tales debent ad curiam mitti:niſi ſint infra pubertatem.j̃.eod.quamuis.& c.vlt.Ber.

h ¶*Laborem veniendi.*]Hoc referas ad arbitriũ epiſcopi.argum.ff.de verb.obli.continuus.§.cum ita.Et ſi videbitur ep̃o quòd laborem eundi nequeat ſuſtinere,propter pericula moræ, illum abſoluere poteſt,recepta ſufficienti cautione, quòd parebit conſilio,ſiue reſponſo Papæ.argum.optimum.s̃.titu. proxim.c.vlt.& j̃.eod.de cætero.& c.ſacro.Si vero periculum non timetur,conſulatur Papa antequã abſoluatur: & hoc videtur dicere litera iſta.

¶*Gloſſ.ſeq.obijcit,ſol.quærit, & ſol.iterum quęrit,& ſol.vlt. quærit,ponit opi.contra quam alleg.vnam l. & ſoluit.*

i ¶*Auctoritate vel mandato.*] Sic ſuprà de reſtit. ſpol. cum ad ſedem,ad fin.& ille dicitur facere,qui per alium facit.ff. de admin.tuto.ita tamen §.geſſiſſe & 16.quæſt.6.conſuetuſio.in fin.& j̃.eod. vt famæ.§.vltim.& C.de accu.non ideo.& ff.ad l. Aquil.liber homo.in princip.ff.de iuriſdi.omn.iudi.ſi quis id. §.vltim.& qui cauſam præbuit,vel opem, tenetur.ff. de vi bo. raptorum.l.4.§.ſi cum ſeruum. & ſuprà de homi, ſicut dignũ.

§.2.&

§.2.& ſ.de iniur.cap.vltim.Sed videtur quòd ille, qui manda to alterius hoc facit,nō teneatur, maxime ſi habeat in illum poteſtatem, vel ei ſubiectus ſit. argumen. ff. de regu.iur.non videtur.& l.prædicta.ff.ad l.Aquil.liber homo 2. Sed contrarium verum eſt:quia præceptum iniuſtum fuit, cui nō debuit obedire, ſed Deo potius quā homini.j. eo. relatum.& 11.q.3.Iulianus. & c. nō ſemper & 23.q.1. quid culpatur in ſi.& ff.de vi & vi arm.l.1.§.quotiens. & j.cod.vniuerſitatis. qa nec illa poteſtas data eſt laico ſuper clericū. ſ.eod. ſi vero.§.1. Sed pone quòd mandauit, ſed ante manuum iniectionem pœnituit: qd erit? Reſpōdeo nihilominus in canonem incidit: niſi reuocauerit mandatum, ita quòd reuocatio ad ipſum peruenerit.argu.ff.man. ſi mādaſſem.& ff. ad Mace.ſi tamē.& l. ſi filius. & ff.quod iuſſu.l.1.reſpon.1.& ſ. de procu. mādato, &c.ex inſinuatione.& ſ.de reſcrip.ex parte 3. Sed pone q̄ mādator ante iniectionem manuum moriatur: tunc non erit excommunicatus 1: qa mandatum morte extinguitur.ff.man.inter cauſas.§.1.& ſ. de offi. delega.relatum. & c.licet. & eccleſia non ligat ſub terra.argum.j. eo.à nobis.& 24. q.2. legatur.arg.à cōtrario.

† Cap.9.e. tit.in 1.cōpilatio. Et poſt cōciliū Lateranen.par. 14.c.3.

† Cap. 10. eo ti.in 1. cōpilatio. & poſt cōcilium Lateran. par. 14. cap. 4.

¶Idem.

¶*Excommunicatus per iniectionem manuum in clericum licet occultus, abſoluitur per ſolum Papam.*

CAP. VII.

PORrò † ſi aliqui [a] violentas manus in fratres ſuos inijciunt, & ducti pœnitentia non conuicti, ſed priuatim à te veniam poſtulāt:eos monere debes & inducere,vt his,quos læſerant congruè ſatisfaciant [b], & Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent:cum à te,vel alio ſine ſpeciali mandato Romani Pontificis abſolui non poſſint.

¶Idem.

¶*Etiam priuilegiati tenentur vitare excommunicatum, & per iniectionem manuum in clericum excommunicati ſunt.*

CAP. VIII.

NVlli † ſe poſſunt priuilegio Apoſtolicæ ſedis tueri,quo minus excommunicatos vitare [c] debeant: & pro violenta manuum iniectione in clericos, ſicut excommunicati, vitari.

¶Idem Epiſcopis, & alijs Prælatis per Galliam conſtitutis.

¶*Percutiens monachum,vel conuerſum religioſum,debet denuntiari excommunicatus, & vitari,donec fuerit per Papam abſolutus.*

CAP. IX.

PArochianos † veſtros, ſi qui † in monachos [d],vel cōuerſos [e] præfati ordinis violentas manus iniecerint: ſublato appellationis remedio, ſecundum tenorem generalis decreti [f], excommunicatos publicè nuntietis: ipſoſque ſiciatis ſicut excommunicatos arctius euitari, donec læſis congruè ſatisfaciant [g], & cum literis veſtris Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent.

¶Idem Genueſi. Archiepiſcopo

¶*Ponitur forma præcepti,quod ſub virtute iuramenti fieri debet illi, qui pro violenta manuum iniectione in clericum excommunicatus abſoluitur.*

1 Idē Inn. & Hoſt.ſed Tā.& Go. cōtra hic: cum intelligatur in hac voluntate deceſſiſſe.arg. d̄ bapt.maiores. ſi nō pœnituit, largè excōmunicatus eſt, cū cōſtet deceſſiſſe ī mortali:ſecundum Goſ. Ioā. And.

Item pone quòd non mandat, ſed ratum habet ex poſtfacto: nunquid incidit in canonem?Quidam dicunt quod ſic: quoniam ratihabitio locum habet in maleficijs. ff. de vi & vi arma.l.1.§.quotiens.ff.de his qui no.infa. quid ergo. arg. C. de ince.nup.l.3.& ſuprà de reſtitut.ſpolia. cum ad ſedem.in fin. Argum.contra.ff.manda.ſi vero.§.ſi poſt. non credo quòd in caſu iſto incidat in ſententiam, licet ex poſtfacto ratum habeat:cum hoc fecerit cauſa ſui,& eius nomine;ſecus ſi potuit prohibere,& non prohibuit.De hoc dicetur.j.eo.quantæ præſumptionis. Ber.

PORrò ſi aliqui.] CASVS. Si aliqui violentas manus inijciunt in fratres ſuos, & pœnitentia ducti,non cōuicti, ſed priuatim poſtulāt veniā,quia forte occulta fuit offenſa, monendi ſunt,vt ſatisfaciant,& pro abſolutione Apoſtolico cōſpectui ſe preſentēt,ſine quo abſolui non poſſunt.Not.quòd non debet quis abſolui pro iniectione violenta in clericum, niſi prius ſatisfecerit læſo. Et eſt hic argumen. quòd non valet pœnitentia ſine ſatisfactione.

¶*Glo.ſeq.reci.per obiec.quàm tripliciter,ſoluit.*

a ¶*Porrò ſi aliqui.*] qui non ſunt fratres illorum quos læſerunt:quoniam ſi fratres eſſent, & ſe adinuicem percuſſiſſent, abbas eos abſoluere poteſt.ſ.eo.monachi.& j.eo.cum illorū. Vel poteſt intelligi de alijs,quàm de monachis: quod verius videtur,& loquitur epiſcopo.Alia litera habet tuos 2, & planior eſt litera,& ſic eſt in antiqua. Ber.

2 Eandem ēt lectionē agnouit hic Hoſtiēſis,quā vocat planiorem,& meliorem literam.

b ¶*Satiſfaciant.*] argumen.quòd non valet pœnitentia ſine ſatiſfactione.ſuprà de vſuris.cum tu.& 14. quæſtion.6. ſi res. & 24.quæſtion.2.legatur.de pœnit.diſtin.1. neminem. Lau.

NVlli.] CASVS. Aliqui ſunt priuilegiati: quæritur an per priuilegium ſuum excuſentur,quo minus excommunicatos vitare teneantur?Reſpondet Papa, quòd prætextu priuilegij non excuſantur, quo minus excommunicatos vitare debeant:& ſi clericos læſerint,ſicut excommunicati debēt vitari.Not.quòd priuilegium non extenditur ad iniquum compendium,nec tuetur aliquem in delicto.

c ¶*Vitare.*] ſuprà de priuile.cum & plantare.& cap.vt priuilegia.ad hunc etiam caſum priuilegium non extenditur. Sed nunquid Papa communicando excommunicato incidit in canonem? Dic quòd non,licet aliàs malè faciat. De hoc dicitur j.eo.ſi quando. quoniam princeps legibus ſolutus 3 eſt. ff.de legi.princeps.& C.eo. digna vox. ipſe enim ſolus interpretatur leges.j.eo.inter alia. vbi de hoc Ber.

3 intellige quo ad vī coactiuā, leges tñ ſeruare de l et.ſimilis gloſſa ſupra de cōſtit.c.1.ver bo: ab omnibus. vid ibi citatos.

PArochianos.] CASVS. Dicitur hic, quòd qui violētas manus mittunt in monachos, vel conuerſos, tamquam excommunicati ſunt denuntiandi & euitandi, donec læſis congruè ſatiſfecerint,& ſe Apoſtolicæ ſedis conſpectui præſentauerint pro abſolutione.Not.quòd conuerſi eodem priuilegio gaudent cum monachis, quorum ſunt conuerſi.Item ſatiſfacere debet quis læſo, antequam abſoluatur. Item abſoluendi à Papa literas ſuper ſatiſfactione premiſſa ſecum portare debent.

† Cap. 14. eod. tit. in 1.compilatio.& poſt concilium Lateran. par. 14. c. 11.

† Aliàs ita: qui violentas, &c. ſed in antiquioribus vt eſt impreſſum.

d ¶*In monachos.*] Sed nunquid monachus poterit agere actione iniuriarū? Dic quòd non, ſed actio competit monaſterio, & aget ſyndicus monaſterij,ſicut actio iniuriarum competit domino,ſi iniuria fit ſeruo, etiam aget dominus,& non ſeruus. Inſtitu. de iniur.§. ſeruis autem. Quid ſi remittit monachus iniuriā? Nihil agit quin poſſit agere monaſterium: ſic licet filiusfamilias remittat iniuriam factam ſibi, pater nihilominus agere poteſt pro iniuria filio irrogata. ff. de pact. in perſonam. imo & ſi iniuria fieret filio volenti pater agere poſſet. ff. de iniur. l. 1. §. vſque monaſterium verò iniuriam factam monacho poteſt remittere: ſecus in eccleſia ſeculari: quia non poſſet remittere iniuriam factam clerico. argumen. 17. quæſtion.4. quiſquis. Vin.

e ¶*Conuerſos.*] Sic j. eod.cap.proxim.& ſ.eod.non dubium. vbi de hoc.

f ¶*Decreti.*] 17.quæſt.4.ſiquis ſuadente.

¶*Gloſſ.ſeq.quærit,alleg.pro & contra,& ſol.iterum quærit,ponit duas opi.& ſol.*

g ¶*Satiſfaciant.*] Sed cui dabitur ſatiſfactio? Per literam iſtam videtur quòd ipſi monacho, vel conuerſo læſo: vt dicit hæc litera. Sed contra videtur. 12. quæſtion. 1. non dicatis.& ff.pro ſocio. l. ſi inter fratres. §. vltim. De iniuria facta ſeruo dic vt Inſtitut. de iniur. §. quòd ſi vſusfructus. & §. ſeq. In monacho verò, vel conuerſo, qui proprium non habet,ſatiſfactio dabitur monaſterio. & quod dicit hic, læſis, ſi datur læſo,ſatiſdatur monaſterio: quia quicquid monacho datur,monaſterio acquiritur.ſuprà de ſta.mo. cum ad monaſterium. Clerico autem ſeculari debet dari qui læſus eſt. Si clericus inde decedat, dic vt ſuprà de pœni. presbyteri. & ex iniuria plures oriuntur actiones. ff. de iniur.l.1. §. vltim. 4 Sed coram quo æſtimabitur hæc iniuria? Reſpondent quidam, quòd coram iudice percuſſoris.Inſtitut.de iniur. §. ſed poſtea, & ſic interdum in foro ſeculari. Vin. dixit, quòd ratione acceſſionis æſtimabitur coram iudice eccleſiaſtico, ſicut dicitur in dote.argum.ſ.de coniu.ſer.propoſuit.in ſi. & ſ. de dote poſt diuor.reſtitu.cap.1.2.& 3.Sed hoc intellige cum querela excommunicationis defertur ad eccleſiaſticum iudicem:tunc enim æſtimabitur iniuria corā ipſo:quia aliter non abſoluitur: vt hic dicitur. Si verò clericus ſimpliciter vult conqueri de iniuria ſibi irrogata, ſatis videtur quòd debeat ſequi forum rei. Papa tamen quotidie dat literas clericis contra laicos nomine etiam ſuo:& de hoc 11.q.3.c.vlt.Ber.

4 Quid autem ſit ſentiēdum de clerico beneficiato ī diuerſis eccleſijs, cuī fiat iniuria latius proſequit hic Hoſtiēſis, Io And.& recentiores.

EX *tenore.*] Primò ponitur forma præcepti: Secundò correctio delicti. Secunda: ibi, *Mandamus.* Abbas.

CASVS. Quidam canonicus B. nomine, violentas manus miſit in quendam ſubdiaconum, quia forte pro abſolutione ad ſedem Apoſt. ire non poterat. Genuen. archiepiſcopus ſignificauit hoc domino Papę, vnde mandat eidem, quatenus recepto iuramento ab ipſo B. quòd ſuo debeat ſtare mandato, auctoritate Papæ ipſum abſoluat. & ſibi in virtute iuramẽti præcipiat, ne decætero in clericum monachum, vel alicuius religionis cõuerſum manus violentas inijciat: niſi ſe defendendo, aut de mandato ſuorum Prælatorum hoc fecerit, vel niſi ſuper eũ habeat prelationis officium, aut magiſterium, aut cum ipſo in eadem eccleſia ſocius eſſe noſcatur.

Not. quòd excommunicatus pro violenta iniectione iurare debet ſtare mandato eccleſiæ. Item hic eſt forma eccleſiæ expreſſa, ſecundum quam excommunicati propter manus violentas in clericum vel conuerſum debent abſolui. Item nota quatuor caſus, in quibus percutiens clericum non eſt excommunicatus: ſcilicet defendendo ſe, aut ſi de mandato Prælati hoc faciat, vel ſuper eũ habeat prælationem, vel magiſterium.

† Cap. 15. e. tit. in 1. compilat. De materia huius decr. & pcedẽtis pter doctores hic, vide Syluestrum verbo. abſolutio. 3.

CAP. X.

EX † tenore literarum tuarum nobis innotuit, quòd B. canonicus in quendam ſubdiaconum manus iniecit violentas: & infrà. ¶ Mandamus itaque, quatenus recepto ab eo iuramento, quòd tuo debeat [a] mandato parere, ipſum vice noſtra, à ſententia, qua tenetur abſoluas: ſibique in virtute iuramenti præcipias, ne decætero [b] in clericum, monachum, vel alicuius religionis conuerſum, manus inijciat violentas: niſi ſe defendendo [c], aut de mandato [d] ſuorum fecerit Prælatorum: vel niſi ſuper eum prælationis [e] miniſterium, aut magiſterium habeat, aut cum ipſo in eadem eccleſia ſocius [f] eſſe noſcatur.

¶ Idem Cenomanen. Epiſcopo.

¶ *Excommunicatum pro percuſſione clerici abſoluit epiſcopus, ſi ſine periculo Papam adire nequit: debet tamen ſibi mandare, quòd adeat Papã impedimento ceſſante.*

CAP. XI.

DEcætero † noueris, quòd ſi quis pro violenta manuum iniectione in clericum, eſt vinculo excommunicationis aſtrictus, ſi habens capitales † inimicitias, vel alias iuſtas [g] excuſationes, quibus ab itinere rationabiliter excuſetur, ita quòd ſine periculo, Apoſtolico ſe nequeat conſpectui præſentare: licet diœceſano [h] epiſcopo, recepto iuramẽto [i] ſecundum morem eccleſiæ, ſibi abſolutionis gratiam impertiri. Sed eſt illi ſub iuramenti debito iniungendum, vt quã citius opportunitatem habuerit, Romanum Pontificem adeat, mandatum Apoſtolicũ ſuſcepturus [k].

† Cap. 16. e. tit. in 1. cõpilatio. & poſt cõcilium Lateran. par. 14. c. 13.

† Inimicitiæ capitales quæ dicantur. & vnde oriãtur tradit plenè Hieronymus Gigas tracta. de crimine læſæ maieſt. li. 1. tit. qũo & p quos crimen læſæ maieſt. probetur. q. 1.

¶ Vrbanus tertius Senoñ. Archiepo.

¶ *Cum Papa abſolutionem excommunicati delegat: mandat recipi cautionem de parendo mandatis eccleſiæ.*

CAP. XII.

AD † hæc [l], cum inter parochianos tuos: & infrà. ¶ Romana eccleſia abſolutionem ſententiæ delegatorum iudicum nequaquam conſueuit alijs [m] delegare: niſi † in literis cõmiſſionis cõtineatur expreſſo sufficienti cautione ...

† Capit. 8. tit. d reſcr. in 1. cõpilatione, & poſt concilium Lateran. ſub Alexandro iij. par. 50. c. 61.

† In multis manuſcriptis ita: niſi in literis cõmiſſiõis expreſſo d ſuffi cienti &c.

¶ *Glo. ſeq. reci. per q. ad quid, &c. & an ſit idem, &c.*

a ¶ *Debeat.*] qui ſic iurat, non eſt aſtrictus niſi ad iuſtum mãdatum. arg. ſ. de elec. cauſam quæ. & ſ. de iureiur. veniens & c. Quintauallis. & ff. pro ſocio, ſi ſocietatem. & ff. de ope. lib. ſi libertus. & idem eſt ſic iurare, ac ſi iuraret ſtare mandatis eccleſiæ, & illa eſt recta forma: vt ſ. de appel. ad hoc. & per hoc iuramentum hoc tantum precipere poteſt, prout hic ſequitur in litera: & quòd ſatisfaciat læſo. ſ. c. proxi. & j. e. ea noſcitur.

1 Verũ dicit: licet Io. notauerit contrarium. 1. q. 7. ſi qs voluerit. Ioã. And.

b ¶ *Ne decætero.*] ſic j. eo. grauem.

c ¶ *Defendendo.*] ſ. eo. ſi vero 1. Ber.

d ¶ *Mandato ſuorum.*] dumtamen mandatum ſit iuſtum, vel ſaltem ſi dubitetur. 23. q. 1. quid culpatur. in fi. ſi autem ſit iniuſtum, non eſt obediendum. 11. q. 3. non enim. & c. Iulianus. & c. ſi Dominus. Exemplum de mandato habes j. eod vniuerſitatis. & c. vt famæ. §. 1. aliàs nõ excuſatur. ſ. eo. mulieres. & j. eod. vniuerſitatis. Ber.

e ¶ *Prælationis.*] idem eſt ſi habeat officiũ in eccleſia, ratione cuius corrigere poteſt inferiores clericos, vel monaſteriũ, vt hic, & j. eo. cum voluntate. vbi de hoc. & ſ. eo. c. 1.

¶ *Glo. ſeq. rationem reddit quare ſocius excipitur.*

f ¶ *Socius.*] hoc dictum eſt propter aſſiduam conuerſationem, vnde præſumitur quòd facilius manus inijciant in ſeipſos. quandoque veniunt ad verba, & ſic ad factum: & ratione præſumptionis non præcipitur de ſocio. ſic propter præſumptionem iuramentum quandoque nõ indicitur clericis. ſ. de coha. cle. & mulie. c. clericos. & ſ. de præſump. literas.

DE *cætero.*] duæ ſunt partes: Secunda ibi, *Sed eſt.* Abbas.

CASVS. Dicitur in hac decretali, ꝙ ſi quis manus violẽtas mittit in clericum, eſt excõicatus: & ſi habeat inimicitias capitales propter quas ad Apoſtolicam ſedẽ ſine periculo ire non poſſit, vel propter alias iuſtas cauſas, diœceſanus ſuus ipſum abſoluat iuramento recepto ſecundum formã eccleſiæ, & ipſi præcipiat ſub debito iuramenti, vt quàm citò poterit Romanum Pontificem adeat, mãdatum Apoſtolicũ recepturus.

g ¶ *Iuſtas excuſationes.*] Not. ꝙ in omni edicto intelligitur rõnabilis excuſatio: vt hic patet: quantumcunq; præciſè ſcribatur, exceptiones legitimæ excipiuntur, vt ſ. de off. deleg. ex parte 2. & ſ. de reſcrip. ſi qñ. In quibus caſibus quis ab itinere excuſetur, habes. j. eo. quamuis, & in litera. & in glo. Ber.

¶ *Gloſſa ſequens quærit. & ſoluit.*

h ¶ *Licet diœceſano.*] nunquid & presbytero? Rñdeo, in ſumma neceſſitate licet. ar. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & ſ. eo. non dubium. aliàs non, niſi hoc faceret de mandato epiſcopi. 26. q. 6. c. vlt. quia epiſcopus hãc abſolutionem bene poteſt committere. ſ. de offic. ord. cap. vlt. Ber.

i ¶ *Recepto iuramento.*] vt dictum eſt ſ. eo. c. prox. ſim. ſ. e. quamuis. in fine.

k ¶ *Suſcepturus.*] Nõ dicit abſoluendus, qa iam erat abſolutus, qa obligatio ſemel extincta non reuiuiſcit. de conſecr. diſt. 4. quæris. & 23. q. 4. ſi illic. de pœ. diſt. 4. diuina clementia. ff. de ſolu. qui res. §. areã. C. de remiſ. pig. cum ex cauſa. Quidam dicunt ꝙ opportunitate recepta recidunt in excommunicationem. ar. 16. q. 6. qui recedũt. & c. de his vero & C. de his qui bo. ce. poſ. l. pen. & ſ. de ſol. c. penul. quod non placet. libertas enim quamuis indebitè obtenta non retractatur. C. ſi aduer. li. l. 1. & 2. quod ſi non fecerit, tamquam periurus habebitur, & poſſet compelli vt iuramentum ſeruet. argumen. ſuprà de iudi. nouit. Ber.

AD *hæc:*] CASVS. Iudex delegatus ex cauſa rationabili excommunicauit aliquem, ille excommunicatus literas impetrauit ad alium delegatum: iſte ſecundus delegatus mãdat ordinario, vt illum habeat abſolutum quem prius denuntiauerat excommunicatum ad mandatum prioris delegati: dubitat ordinarius quid facere debeat: reſpondet Papa, ꝙ ſi in literis ſecundis continetur, vt recepta ſufficienti cautione ipſum excommunicatum abſoluat, ordinarius ipſum debet habere abſolutum: quia Romana eccleſia abſolutionem ſententiæ aliorum iudicum delegatorum non conſueuit alij demandare, niſi in literis commiſſionis ſit expreſſum de ſufficienti cautione præſtanda ab his, qui debent abſolui, quòd mandato eccleſiæ debeant obedire. Caſus iſte colligitur per antiquam decretalem. Not. quòd reſcriptum impetratum prꝺter Romanæ eccleſiæ conſuetudinarium ſtylum, non valet. Item excommunicati pro iniectione violenta, cautionem præſtare debent mandato eccleſiæ obedire antequam abſoluantur.

l ¶ *Ad hæc.*] hæc decretalis olim erat de reſcrip.

¶ *Gloſſa ſequens arguit duo.*

m ¶ *Nequaquam conſueuit alijs.*] imo primo loco remittitur abſolutio ſuo excommunicatori. ſ. de reſcrip. ab excommunicato. & hoc cum ſententia lata eſt contra formam concilij, vt ibi dicitur: quod habes j. eo. ſacro. Et eſt argum. quòd ſemper reſcriptum debet eſſe obtentum ſecundum ſtylũ Romanæ curiæ, aliàs ſuſpectum habetur. ſ. de cri. fal. quam graui. in fin. Item eſt arg. ex eo quod fieri conſueuit. 38. diſt. de Syracuſanæ. & ſ. de cle. coniu. diuerſis. & ff. ad ſena. conſul. Mace. l. 3. & l. ſed Iulianus. §. quod dicitur.

¶ *Glo. ſeq. diſtinguit inter excommunicatum pro iniectione, & contumacia vel crimine manifeſto.*

a ¶ *Sufficien-*

a ¶*Sufficienti.*] Cum quis eſt excõmunicatus pro iniectione manuum in clericos, ſola cautio iuratoria ſufficit 1 .s̄.eo.ex tenore.& j̄.eo. cum deſideres. Cum vero pro contumacia vel crimine manifeſto, ſufficiens debet cautio præſtari. j̄.tit.proxim.ex parte.vbi de hoc.ſic etiam cum data eſt poſſeſſio cauſa rei ſeruãdæ.s̄. de ſequeſtra. ad hoc. in fin.

1 Cum cõſtat de iniectione manuũ, nõ ſufficit cautio iuratoria, niſi ex forma mãdati hoc contingat & ſic loquunt iſta iura: imo requiritur quòd primo ſatisfaciat infrà c. proxim. ſecundum Hoſt.concor. s̄. de appella.ꝑuenit. in vlt.gl s̄.de iudi.poſtulaſti.& facit s̄. eodem. parochianos. Io. And.

† Capit. 1. e. tit. in 2. cõpilatio. vnde facilius hęc intelliges.

E*A noſcitur.*] Primò exceptionẽ ponit: Secũdò regulam: ibi, *Alios:* Tertio quãdam determinationẽ: ibi, *Si verò.* Abbas.

Casvs. In principio huius decre.dicitur, ꝙ epiſcopus quatuor perſonas abſoluere poteſt ab excommunicatione propter violentam manuum iniectionem in eccleſiaſticã perſonam, ſatisfactione præſtita, iuxta facultates ipſorum: Alij vero omnes ſiue pauperes ſiue diuites, Ad Apoſtolicã ſedem vel eius legatũ pro abſolutione ſua ſe pręſentent: Si verò tẽpore infirmitatis timore mortis à ſuo prælato fuerit abſolutus, ꝑ iuramentum præcipiatur eidem, vt ſanitate recepta, ad Romanam eccleſiam, vel eius legatum accedat, mandatum Apoſtolicum recepturus. Not. quòd mulieres, ſenes, valetudinarij, & membrorũ deſtitutionibus impediti, ab epiſcopis poſſunt abſolui. Item facultates in ſatisfactione ſemper conſiderandę ſunt. Item delictum ſemel punitum, iterũ puniri debet.

b ¶*Mulieres.*] s̄.eod. mulieres.& j̄. eo. quãuis. vbi multæ tales ꝑſonæ excipiuntur.

† Aliàs ita: ꝑ iuramẽtũ ſic iniũgatur eiſdẽ vt &c. aliàs ita: iuramentum iniũgatur eiſdem vt &c.

† Dictio, Apoſtolicum deeſt ĩ vetuſtioribus codicibus.

preſsè de ſufficienti [a] cautione præſtanda ab his, qui abſolui debent, quòd iudicio eccleſiæ debeant obedire.

¶Clemens tertius.

¶*Excommunicatus per canonem, ſi quis ſuadente. ſit diues vel pauper, per Papam abſoluendus eſt, vel eius legatum: fallit in muliere, ſene, infirmo, vel mutilato: qui per epiſcopum abſolui poſſunt.*

CAP. XIII.

EA † noſcitur: & infrà. ¶Cõſultationi tuæ taliter duximus reſpondendum, quòd mulieres [b], ſenes & valetudinarij [c], ſeu membrorum deſtitutionibus impediti, licet ad Apoſtolicam ſedem non veniãt, ab epiſcopis valeant fidelium communioni reſtitui, ſatisfacto iuxta facultates [d] his, quibus per eos conſtiterit iniurias irrogatas. Alios autẽ ſiue pauperes [e], ſiue diuites, ſedi Apoſtolicæ, vel legato eius [f], vt beneficium abſolutionis obtineant, neceſſe eſt præſentari. ¶Si verò infirmitatis tempore, timore mortis beneficiũ fuerit abſolutionis indultum, iuramento † præſtito iniungatur eiſdem, vt poſtquam ſanitati fuerint reſtituti, ad Romanam eccleſiam, vel eius legatum accedant, mandatum Apoſtolicũ † ſuper talibus recepturi [g].

c ¶*Valetudinarij.*] Iſti propter infirmitatem abſoluuntur, ita tamen quòd ſi conualuerint, ſedem Apoſtolicam viſitabunt, mandatum Apoſtolicum recepturi. ſuprà eodem, de cætero.& infrà eodem, quod de his. & cap. quamuis. in fin.& hic in fin.

d ¶*Iuxtà facultates.*] Hoc ſemper intelligendum eſt ſecundum quòd ſatisfacere poteſt, ſatisfaciat: quòd ſi non poteſt, in pœnam aliam poteſt commutari. argum. ſuprà de maledi.cap.2. Vel expectet quamdiu facere poſſit cautione recepta. ſuprà de ſol. capit. pen. vbi de hoc. nam inanis eſt actio, quam excludit inopia debitoris. ſuprà de reſtit. ſpol. olim 2. ff. de dolo. l. nam is. Ber.

¶*Gloſſa ſequens ſignat contrarium, & ſoluit.*

e ¶*Pauperes.*] j̄.eod. quod de his.& cap. quãuis contra. Sol. ibi loquitur de his, qui tanta paupertate laborant, quòd ad curiam ire non poſſunt, hic de his qui poſſunt ire, licet pauperes ſint.

f ¶*Legato eius.*] infrà eodem ad eminentiam. & capit. quamuis. quod ex officio legationis licet. ſuprà de offic. legat. quod translationem. Alij verò legati, qui de latere Papæ non mittuntur, ſeruent quod dicitur ſuprà de offic. lega. cap. penul.

g ¶*Recepturi.*] s̄. eod. decætero. vbi de hoc.

C*Vm.*] Duo ſunt dicta: Secundum ibi, *In articulo.* Abbas.

Casvs. Aliquis eſt excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericum, ſed nondum eſt denuntiatus; quæritur, vtrum ab alijs ſit vitandus? Reſpondet Papa, licet nondum ſit denuntiatus, debes illum euitare: niſi forte id tibi ſoli conſtet: in quo caſu ipſum priuatim tantummodo debes euitarę, vt rubore confuſus, pro latenti exceſſu ſatisfaciat quamdiu ab eccleſia toleratur. Secundò quæritur: Aliqui occidunt clericos, qui cõtempto habitu clericali tyrannidi & enormitatibus ſe immiſcẽt: quæritur, an occiſores prædictorum clericorum ſint excommunicati? Reſpondet Papa, quòd in odium clericalis exceſſus, & terrorem & correctionem ſimilium, excommunicationis ſententiam non incurrunt, tamen pœnitentia aliquantulum aſperior eſt illis imponenda, quam ſi in laicos talia cõmiſiſſent. No. quòd excommunicatus debet euitari antequam denuntietur in publico. Item clerici, qui habitum contemnunt, & enormitatibus ſe immiſcent, amittunt priuilegium ſuũ poſt trinam admonitionem: & talium occiſores nõ incidunt in canonem. Item ex perſona augetur crimen, quia quanto gradus altior, tanto lapſus grauior.

¶Idem.

¶*Ante denuntiationem vitandus eſt excommunicatus pro violenta manuum iniectione in clericos, niſi ſit occultus. hoc primò. Interficiens clericum, qui contempto clericali habitu ſe enormitatibus immiſcuit, excommunicatus non eſt. hoc ſecundò.*

CAP. XIIII.

CVm † non ab homine; & infrà. ¶Cõſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd à communione illius, qui pro ſacrilega manuum iniectione in clericum, in edictum excommunicationis incidit, licet denuntiatus [h], non ſit, debes abſtinere: niſi fortè id tibi ſoli pateret: in quo caſu ipſum priuatim tantũmodo euitabis, quãdiu ab eccleſia toleratur: vt ſaltem verecundiæ rubore ſuffuſus, pro latenti exceſſu ſatisfacere compellatur. ¶In articulo verò ſecundæ quæſtionis reſpondemus, quòd occiſores clericorum, aut presbyterorũ, qui contempto [i] clericali habitu tyrannidi, & enormitati ſe inuerecundè immiſcent: in odiũ clericalis exceſſus, & terrorem atque correctionem ſimilium, canone latæ ſententiæ minimè [k] coercentur: iniungatur tamen eis pœnitentia cõpetens, aliquantulum aſperior [l], quàm ſi in laicos talia commiſiſſent.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. cõpilatione. pars huius decretalis in c. cũ nõ ab homine. ſupra de iudic. Et vide Felynũ in c. Rodulphꝰ ſupra de reſcr. Couarruuiam in c. alma mater. de ſen ten. excõ. lib. 6. par. 1. §. 2. & Nauarrum in Manuali confeſſariorum, c. 27. titu. de excom. minore, &c.

¶ *Gloſſa ſequens tribus rationibus adiuuat text. & ponit contrariam opinionem.*

h ¶ *Denuntiatus non ſit.*] Et ſic quamcito ſcio aliquem excommunicatũ, ſtatim debeo ipſum vitare, quãuis non ſit denuntiatus: niſi ſolus hoc ſciam, vt hic dicit, & 6. quæſtione ſecunda ſi tantum.& capit. placuit. argumen. ſecunda quæſtione ſeptima plerique. qui enim ſcit, certiorari non debuit. ff. de actio. empt. & vendi. l. 1. in fin. & 93. diſtinct. ſi inimicus. quia excommunicatio executionem ſecum trahit. ſuprà de appel. paſtoralis. & denuntiatio non fit niſi propter ignorantes. Deus enim ligat & non homo. 11. quæſtion. 3. nemo contemnat. Ioan. Fauẽn. contradixit, & malè, quòd ante denuntiationem 2 non eſt vitandus.

2 De hoc articulo quid nunc ſit tenendum vide extrauagãtem Martini. V. in cõcilio Conſtantin. de qua doctores ſupra citati: adde concilium Lateranen. ſub Leone. x. ſeſſio. 11. ĩ bulla inci. primitiua illa. §. ſtatuimꝰ inſuper.

i ¶*Contempto clericali.*] Propter hoc ſolum non perdunt priuilegium. ſuprà eodem, ſi vero aliquis. niſi poſt trinam admonitionem. infrà eod. in audientia. & cap. contingit 2. & s̄. de apoſta. cap. 1.

¶*Gloſſa ſequens alleg. duas concor. & duo iura in contrarium, & ſoluit.*

k ¶ *Minime coercentur.*] Sic infrà eodem, perpendimus. & ſuprà de apoſta. capitulo primo argumen. contra. infrà eodem, in audientia. & capitu. contingit 2. vbi expectatur admonitio. hoc intelligitur de his, qui non ſunt contenti arma portare, ſed ſæuis enormitatibus ſe immiſcent: vt hic patet. & ſuprà de apoſta. capitu. 1. & infrà eodem, perpendimus. contraria intelliguntur de his, qui taliter non excedunt, licet portent arma: vnde illi vſque ad trinam admonitionem gaudent priuilegio ſuo: vt ibi dicitur. ſimi. s̄. de vita & hone. cleri. cap. vltim.

l ¶*Aſperior.*] Not. quòd ex perſona augetur crimen. 40. diſtin. homo. ff. de re milit. omne delictum. §. 1. de pœn. diſt. 1. §. aut facta. & s̄. titu. proxim. quæſitum. Ber.

C*Vm deſideres.*] Quatuor ſunt dicta, ſecũdum ibi, *Cui quæſtioni*. Tertium ibi, *Secunda quæſtioni*. Quartum: ibi, *Tertio loco*. Abbas.

CASVS Primò talis quæſtio hic ponitur: Aliquis erat excõmunicatus, iurauit ſtare mãdatis eccleſiæ: epiſcopus ante abſolutionem reddidit ei cõionem: quæritur, vtrum ſit ei ab alijs cõicãdũ: & an eps ei cõicare debuerit? Rñdet Papa, ꝙ iuratoria cautio, quam præſtant excõicati potius ad cautelã ex conſuetudine eccleſiæ ĩtroducta eſt, q̃ ex rigore canonum, nec pp iuramentũ debet qs dici abſolutus, niſi abſolutio ſit ſecuta, nec debet ad cõionem reſtitui aliorũ: cũ conſtet ipſum excõicatum fuiſſe, & verũ ſit eum abſolutum nõ eſſe, nec eps nec alij debent ei cõicare, niſi ſecundũ formam eccleſiæ poſt iuramentum fuerit abſolutus: quia qui excõicato cõicat, eſt excõicatus. Secũda qõ talis eſt, publica fama eſt aliquem eſſe excõicatum pp violentã manuum iniectionem in clericũ: quærit, an propter famam illam debeat euitari? Rñdet Papa ꝙ nec eps, nec alij debent ei cõicare, niſi de hoc ad arbitriũ epi ſe purgauerit, vel ſaltẽ ad cautelam fuerit abſolutus. Tertia qõ eſt: Aliquis verberauit clericum epo mediante: clericus cũ ſuo verberatore cõpoſuit. & ille ſibi recõciliatus fuit: quæritur, an ſit ei cõicandũ ab alijs? Rñdet Papa quòd licet ille clerico ſatisfecerit, eccleſiæ tñ quam offendit propter hoc non ſatisfecit: & niſi ſecundum formam eccleſiæ fuerit abſolutus, non eſt ei ab alijs cõicandum. Not. primò ꝙ iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis: vnde ſi omittatur in abſolutione, nihilominus abſolutus eſt, qui ſic abſoluitur. Item fama in hoc caſu probat. Item pp famam indicitur purgatio. Item excõicatus duos offendit, perſonam quam læſit, & eccleſiam, & vtriſque ſatisfacere debet. aliàs nõ dẽt abſolui. Item forma eccleſię in abſolutione eſt neceſſaria.

† Cap. 4. e. e. tit. in 1. compilat. Et pro intellectu textus & gloſſæ, an & quando liceat cõmunicare cum excõmunicato vide B. Thomã in qõnib⁹ additis ad 3. par. q. 23. artic. 2. & ſeq. adde lauſſime p Syluestrũ verbo: excõicatio 5. & 6.

† de cõſuetudine.

a ¶*Communionem reddidit.*] & malè, quia cum ipſe debeat alios ꝓhibere, ipſe hoc facere non dẽt. ff. ſi ſerui. ven. l. altius. s̃, de nat. ex li. ven. c. vnico. vbi de hoc. in Auth. vt dif. iud. §. hæc autem omnia. in fin. coll. 9. & 16. quæſt. 1. in canonibus.

b ¶*Ad cautelã.*] Vt poſt abſolutionem timore iuramẽti ſimilia pertimeſcat. 23. q. vlt. peſſimam. & ſic iuramentum nõ eſt de ſubſtantia abſolutionis, vt j̃. dicam. Item arg. ꝙ aliquid faciendum eſt ad cautelam futurorum. 23. diſt. in nomine domini. & s̃. de elect. licet. & 63. diſt. cum Hadrianus. & exempla præſentia nos præcauere faciunt in futurum. 82. diſtin. plurimos. ad fin. & ff. loca. ſi quis domum. §. 1. Ber.

c ¶*Præſtitum.*] Secundũ quod dictum eſt s̃. eo. ex tenore 1 ſed forma eccleſię obſeruari generaliter debet, nec omittitur niſi ex cauſa. j̃. eod. ſuper eo. ſed ſi iuramentum omittatur, nihilominus tenet abſolutio.

1 Quę ſunt ab hoc loco vſque ad finẽ huius gloſſulæ deſunt in pleriſq; manuſcriptis exemplaribus.

¶*Gloſſa ſequens ponit quinque caſus quib. participans excommunicato non incurrit minorem.*

d ¶*Excommunicationis pœnam contrahit.*] niſi in caſibus, qui continentur in his Verſibus:

Hæc anathema quidem ſoluunt ne poſſit obeſſe:
Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.

Vtile propter vtilitatem meam: & ne ille commodum habeat, poſſum communicare excommunicato. j̃. eod. ſi verè. Item propter vtilitatem excommunicati poſſum ei communicare in his, quæ pertinent ad eius ſalutem. j̃. eo. reſponſo. & cap. cum voluntate. in prin. & 11. quæſt. 3. anteceſſor. & c. ſeq. & c. cum excommunicato. lex: propter eandem legem quæ eſt viro & vxori, vxor poteſt cõmunicare viro. 11. quæſt. 3. quoniam multos. & j̃. eod. inter alia. Humile: ſicut eſt in filijs, ſeruis, ancilis, mercenarijs, & in ꝓximis concor. Res ignorata: vt hic ex eo quòd dicit, ſcienter. & in cap. quoniam. & ſuprà de homic. ſicut. §. illi præterea. ita quòd ignorantia non ſit craſſa. ſuprà de cleri. excõ. mi. Apoſtolicæ. & 12. quæſt. 2. qui & humanis. Neceſſe: vt in cap. quoniam multos. argum. j̃. eod. inter. Tanc.

† Vide Dominicũ in c. ꝑ humani. §. vl. de homici. li. 6.

e ¶*Si publica fama.*] Not. quòd ſi fama eſt aliquem eſſe excommunicatum, vitandus eſt 2. ſim. s̃. de cler. excom. mi. illud. Et ita fama facit probationẽ, & fama impedit matrimonium contrahendum. s̃. de conſan. & affi. cap. ſuper eo.

2 Licet fortaſſis non ſit excommunicat⁹. ad idem c. licet. e. tit. li. 6. ſed vide omnino B. Thomã quodlibeto 4. arti. 14. & li. 4. ſent. diſ. 18. q. 2. ar. 4. q. 2. & 3.

f ¶*Ad cautelam.*] infrà eod. venerabili. & ſuprà de appell. ad præſentiam. & de conſecratio. diſt. 4. ſi nulla. argum. vt ſic fama tollatur.

g ¶*Quam offendit.*] Quam ille dimittere non potuit. 23. quæſt. 4. ſi is qui. & 73. diſtin. Salonitanæ: & eſt arg. quòd hæc iniuria non ſolum fit iniuriato, ſed toto ordini clericali. infrà eodem, contingit. ſi. ſuprà de for. comp. ſi diligenti. vnde iſte non potuit paciſci ſuper iniuria, quatenus eccleſiam contingebat, niſi forma eccleſiæ fuerit obſeruata: vt hic dicit.

† Cap. 5. e. tit. in 2. cõpilatione.

¶*Gloß. ſeq. quærit arg. negatiuè, & ſol. contrarium.*

h ¶*Niſi forma eccleſiæ.*] Vt ſ. iuramento præſtito quòd ſtabit mandato eccleſiæ, abſoluatur: vt ſuprà eod. c. 1. 1. reſpon. in fin. & ſuprà eod. ex tenore. & cap. decreto. Sed quid ſi iuramento omiſſo fuerit abſolutus? argumen. eſt hic quòd non teneat abſolutio, & hoc quidam concedunt: ſed hoc non credo: quia iuramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis, ſed recipitur potius ad cautelam, ne decætero talia præſumant: vt infrà eodem cap. in princ. & aliqui abſoluuntur ſine iuramento, quod non fieret ſi eſſet de ſubſtantia. infrà eodem, ſuper eo. & infrà eod. à nobis, in fin. & ſic tenet abſolutio, licet non debeat ſine iuramento abſolui: quia libertas vbicunque obtenta fuerit, non reuocatur. C. ſi aduer. lib. l. 1. & 2. & ſic licet cõpoſuerit, neceſſaria eſt abſolutio: ſecus eſt in cautione facta propter nouum opus nunciatum, vbi non eſt opus, vt poſt cautionem remittat. ff. de remiſ. l. 1. §. 1. ibi, planè. & quod dicit, niſi forma, &c. intelligendum eſt principaliter de abſolutione cum iuramento: quæ tamen quantum ad veritatem eadem eſt cum illa, quæ fit ſine iuramento: ſed forma eccleſiæ generaliter debet obſeruari, nec debet ommitti niſi ex cauſa. infrà eodem, ſuper eo: ſed ſi iuramentum omittatur, nihilominus tenet abſolutio.

V*Eniens.*] In prima ponitur conqueſtio: In ſecunda prouiſio: ibi, *Ideoque*. Abbas.

CASVS. Quædam monialis dum ſacerdos matutinum officium

¶Idem.

¶*Ante abſolutionem communicandum non eſt excommunicato, licet iurauerit parere mandatis eccleſię, vel compoſuerit cum offenſo. hoc dicit. Infamato de excommunicatione communicandũ non eſt, niſi ſe purget, vel ad cautelam abſoluatur. hoc dicit ſecundò.*

CAP. XV.

d ¶*Non potuerit.*] Si talis in extremis poſitus habuiſſet copiam ſacerdotis, ab eo potuiſſet abſolui. ſuprà eodem, non dubium. & ca. quod de his. & infrà eod. quamuis. ſed ex quo iam mortuus eſt, non poteſt abſolui niſi per Papã, vel eius legatum, vel à quo debuit viuus abſolui. Nũquid 1 à laico poteſt abſolui ĩ articulo mortis? argumen. quòd ſic. de pœni. diſtin. 1. quẽ pœnitet. de conſecra. diſtinct. 4. ſanctum eſt. vbi laicus abſoluit per extremam neceſſitatẽ, quem epiſcopus abſoluere debuit. 50. diſtin. in capite. Lau.

e ¶*Super terram.*] 34. quæſtion. 1. quodcunque. Ber.

f ¶*Non contemptus religionis.*] Hæc verba habes. ſuprà de conſecra. diſtinc. 4. baptiſmi vicem.

g ¶*Mortuos.*] puta in hæreſi. 24. quæſtion. 2. ſanè profertur. Not. q̧ ſi agatur contra perſonam, vel de perſona tãtum, poſt mortem quęri non debet, quia crimina morte extinguntur. 23. diſtin. quorundam. C. ſi reus vel ac. mor. fue. l. 1. & 2. niſi in hæreſi: vt d. cap. ſanè. & hic. vbi verò agitur propter bona, vel cõtra perſonam & bona, poſt mortem agi poteſt. C. ſi pend. app. mors interue. l. quamuis. & ſic poſt mortem agitur de matrimonio propter bona. §. qui fil. ſint legiti. cauſam quæ.

h ¶*Rigorem.*] 45. diſtinct. diſciplina. & cap. ſunt namque & ſuprà de pur. cano. inter.

i ¶*Cæteris indulgemus.*] id eſt indultum eſſe oſtendimus: quia cum eos abſoluere poſſent viuos iure communi, ita etiam abſoluere poſſunt poſt mortem ex cauſa præmiſſa, id eſt, ſi de ipſorum pœnitentia per euidentia ſigna conſtiterit.

¶*Gloſſa ſequens argu. & remittit. dupliciter quærit, & ſoluit.*

k ¶*Forma ſeruetur.*] ſed forma non poteſt ſeruari ex toto: quia hic non poteſt amodo iurare, & tamen abſoluitur. & ſic eſt argumen. quòd ſacramentum non eſt de ſubſtantia abſolutionis: vt dixi. ſuprà eodem, cum deſideres. in fin. Sed nunquid hæredes compellendi ſunt ad iurandum antequam abſoluatur? Satis credo quòd poſſent compelli: ſed ſi nollent, propterea non differretur abſolutio, ſed poſtea indiſtinctè compelluntur ſatisfacere iniuriã paſſo, vel aliàs facere quod ille viuus debuit & voluit: Sed nunquid exhumabitur corpus, ſi ſepultum fuit in cœmeterio eccleſiæ? Nõ credo q̧ debeat exhumari: ſi alibi ſepultum fuerit, tunc debet exhumari, & abſolui quo ad eccleſiam, cum iam ſit quo ad Deum abſolutus. argum. 11. quæſtio. 3. tunc vera. & poſtea in cœmeterio ſepeliri.

l ¶*Hæredes quoque.*] Hic habes expreſsè, q̧ hæredes tenentur ex delicto defuncti, licet ad eos nihil peruenerit. ſuprà de rap. in literis. & ſuprà de ſepul. capitul. vltim. vbi de hoc, quia cum iſte pœnituerit, & contritus fuerit, quantum in ſe fuit, ſatisfecit, & per eum non ſtetit, vnde hæredes ad quos bona peruenerunt ipſius, cõpellendi ſunt ſatisfacere pro ipſo: & ſic intellige illud cap. ſuprà de ſepul. capitul. vltim. ſuprà de rap. in literis.

N*Vper.*] In prima parte ponitur conſultatio: in ſecunda reſponſio; ibi, *Nos*. Et vtraque poteſt ſubdiuidi, vt patet in textu. Abbas.

CASVS. Duæ quæſtiones proponuntur hic: Prima talis eſt, Laici aliquando detinent clericos in cuſtodia publica, vel priuata, vel etiam detrudũt illos in vincula ſine corporis læſione: quęritur an iſti laici ſint excommunicati. Secunda quæſt. eſt talis: Aliqui ſcienter communicant excommunicatis nominatim: quæritur, vtrum iſti participantes poſſint abſolui ab excommunicatione à ſimplici ſacerdote, vel ab epiſcopo, vel archiepiſcopo? Ad primam quæſtionem reſpondet Papa, quòd non credit laicos illos pœnam excommunicationis euadere, quamuis nulla corporalis læſio fuerit ſubſecuta, citra quam violentia ſæpius circa clericos perpetratur. In ſecunda quæſtione diſtinguitur, vtrum ille qui nominatim excommunicatis ſcienter communicat, in crimine communicet crimino ſo, eis conſilium impendendo, auxilium vel fauorem, aut aliàs in oratione, vel oſculo, aut orando aut comedendo: In primo caſu cum talis communicet crimini, & participet criminoſo, & ſic ratione criminis in eũ videatur delinquere qui damnauit, ab excommunicatore, vel eius

Ioan. c. 11.

† Aliàs ita: quantacũque pœnitentiæ ſigna præceſſerint.

1 Similis gloſſa ĩ c. paſtoralis. de off. or. verbo, prætérquã. & in c. fures. de furtis. ver. diacono. vbi notatum eſt nullo tempore licere laicis abſoluere ſacramentaliter. prę ter citatos ibi vide B. Thomã in q̃õnib⁹ additis ad 3. par. q. 8. artic. 2. & 3. & Turrecrematam de pœnit. diſt. 1. cap. quem pœnitet.

† Vide Burchardũ li. 9. decretorum c. 8. & Eymericũ in Directorio inquiſitorũ par. 3. nu. 18.

† VVtrislamen. † Vuratislamen. † Vuaratiſlameu. † Veſtratiſlauien.

† Cap. 3. e. tit. in 3. cõpilat. pars ſupra d̄ bigamis. ca. nuper. delimitatione huius c. vide Abbatem in c. inquiſitioni. infra eo. tit. & de intellectu vide citatos in c. ſi concubinæ. infra eod.

pœnam excommunicationis euadere, quamuis per † eorum factum corporalis læſio [a] non fuerit ſubſecuta, citra quam violentia ſæpius circa clericos nequiter perpetratur. ¶In † ſecunda verò quæſtione credimus diſtinguēdum, an is, † qui nominatim excommunicato communicat, ſcienter in crimine cōmunicet criminoſo, ei cōſilium [b] impendendo, auxiliū, vel fauorem: aut aliàs in oratione, vel oſculo, aut orando ſecum, aut etiam comedendo [c]. ¶In primo quidem articulo, cum talis communicet [d] crimini, & participet criminoſo, ac per hoc ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit: ab eo, vel eius ſuperiore, meritò delicti tunc erit abſolutio [e] requirenda: cum facientem [f], & conſentientem par pœna conſtringat. ¶In ſecundo verò caſu à ſuo epiſcopo, vel à proprio ſacerdote poterit abſolutionis beneficium obtinere: quamuis enim & tunc nō iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato communicans ſit ligatus: quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit [g], eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem alijs relaxandi. ¶Is autem, qui iuxtà primum modum excommunicato communicat, cum iuramento debet abſolui: qui verò iuxtà ſecundum modum, reconciliari poterit ſine iuratoria cautione. Verum ſi difficile ſit ex aliqua iuſta cauſa [h], quòd ad ipſum excommunicatorem abſoluendus accedat: concedimus indulgendo, vt præſtita iuxtà formam eccleſiæ, cautione, quòd excommunicatoris mandato [i] parebit, à

† Dictio, per, deeſt in antiquoribus exēplaribus.

† Vide B. Thomā in qōnib. additis ad 3. par. q. 23. artic. 2.

† Aliàs ita: an is, qui noīatim excōmunicato ſciēter cōicat, in crimine cō municet criminoſo

vel eius ſuperiore debet abſolui: cum facientes & conſentientes par pœna conſtringat: In ſecundo vero caſu à ſuo epiſcopo, vel ſimplici ſacerdote poteſt abſolui: quamuis, enim tunc ſit ligatus ſcientia canonis & non iudicis, tamen quia conditor canonis eius abſolutionem ſibi non retinuit, alijs indulſiſſe videtur. Ille verò qui participat criminiſ, & criminoſo, cum iuramento debet abſolui: qui verò iuxta ſecundum modum participat, ſine iuramento poteſt abſolui. In fine dicit, quòd ſi difficile ſit ex aliqua iuſta cauſa, quòd ad ipſum excommunicatorem abſoluēdus poſſit accedere, cōcedit Papa vt præſtita cautione ſecūdum formam eccleſiæ, quòd ſuo excommunicatori parebit, à ſuo abſoluatur epiſcopo, vel proprio ſacerdote. Not. primum caſum, quòd aliquis eſt excommunicatus licet nullam læſionem clericis intulerit, detrudendo ipſos in vincula: vt ſæpe faciunt iudices ſeculares. Item ſententia excommunicationis p ſolam participationē criminis tranſit ad illum, in quem lata non fuit. Item conſentiens dicitur qui conſilium, auxilium & fauorem præſtat alicui in crimine, & eadem ſententia cum illo ligatur: quia facientes & conſentientes par pœna conſtringit. Item vbi conditor canonis abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, alijs intelligitur indulſiſſe. Item nota hic formam abſolutionis maioris excōmunicationis, & minoris. Item vltimò nota, quòd excommunicatus ex iuſta cauſa poteſt abſolui ab alio quàm à ſuo excommunicatore. ſed hoc eſt propter periculum animæ.

a ¶*Corporalis læſio.*] Hic ſola violentia attenditur. ſ. infrà eodem, contingit nec refert an aliquis in compedibus an parietibus teneatur. ff. ex quib. cauſ. ma. ſuccurritur. in fin.

b ¶*Conſilium impendendo.*] quod aliter non erat facturus. argumen. ff. de his qui not. infam. l. 1. in fin. & ſuprà de homi. ſicut. §. qui vero. non refert enim an de bono malum, vel de malo [1] deteriorem fecerit. ff. de ſeruo cor. l. 1. §. qui igitur. aliàs non tenetur quis de conſilio, niſi ille aliter non fuiſſet facturus. ff. mand. ſi remunerandi. §. ſi tibi. in fin. vel niſi ſit fraudulentum. ff. de reg. iur. conſilij. Lauren.

1 Quid ſibi velit hoc loco gloſſa vide Io. And. hic, adde etiā & recentiores.

c ¶*Comedendo.*] Tunc in iſtis caſibus non communicat illi in crimine, ſed extra: vnde propter hoc non eſt ligatus eadem ſententia cum illō: quare ſi contra ipſum in accuſatione proſiliret, excipere poterit contra illum, nec habebit locum replicatio communionis. ſ. de excep. à nobis.

d ¶*Communicent crimini.*] Pone caſum per illam decre. ſ. eod. ſignificauit, per illam. j. eod. ſi concubinæ.

¶*Gloſſ. ſeq. princ. reci. per q. an communicans in crimine damnato ligetur ſententia canonis, vel hominis. Secundò quærit, opin. ponit. & ſoluit.*

e ¶*Tunc erit abſolutio.*] Colligitur hic, quòd ſi ego excommunico parochianum meum propter crimen, & parochianus alterius ei communicat fauorem impartiendo in delicto ſuo, in me videtur delinquere, & eadem ſententia ligatur, & non ſententia canonis: quia tunc à ſuo epiſcopo vel etiam proprio ſacerdote abſolueretur, vt infrà ſequitur. & ſic iſte propter delictum ligatur ſententia mea. & à me debet abſolui, & cum iuramento: vt infrà dicit. & eſt ſ. ſuprà eodem à nobis 1. vbi large appellatur ſubditus ratione delicti. Sed quæri poteſt cum excommunicationis ſententia extendatur ad alienum parochianum, quare non extendatur ſimiliter indulgentia, vel remiſſio, vt ſuprà de pœniten. & remiſ. quod autem? Vin. dixit quòd vtrobique animæ conſulitur: & ideo in indulgentijs illud obtinet, vt diutius affligatur quis pro peccatis: & ſimiliter in excommunicatione, vt diutius affligatur: nec excommunicatio eſt mortalis, ſed medicinalis. 2. quæſtion. 1. multi. & 23. quæſtion. 3. corripiantur. Vel dic aliam rationem: indulgentia non tranſit ad alienum parochianum. quia epiſcopus in eum nullam habet iuriſdictionem: vnde ſua indulgentia, vel remiſſio non poteſt illum abſoluere, quia ipſum non ligauit: quia qui non poteſt ligare, non poteſt abſoluere: & econuerſo. 21. diſtinct. inferior. & 9. quæſtion. 2. capitul. 1. & ſuprà de pœ. & re. omnis vtriuſque. ſed in ſententia excōmunicationis ſecus eſt: quia ille propter delictum ſiue ratione delicti efficitur de foro excommunicātis. ſuprà de fo. compe. capitu. vltim. vnde propter hoc poteſt illum ligare & abſoluere. & ille incidit propter delictum in ſuam ſententiam, & ſic ligatus eſt ab eo, vnde ab eo debet abſolui: & quod prouiſum fuit ad pœnam, trahi non debet gratiam. ſuprà de tranſla. inter corporalia. Sed etiam mirum videtur, qualiter ſententia excommunicationis liget illos, de quibus non fuit dictum, vel cogitatum, & res iudicata ſolum illis nocet, contra quos iudicatur. ſuprà de fid. inſtr. inter dilectos. & cap. pen. & ff. de excep. rei iudi. cum quæritur. & l. rei iudic. nec ex poſt facto poteſt augeri obligatio. ff. de dam. infec. damni. §. is qui [2]. & ex quo poſt ſentētiam aliquid accidit, noua interpellatione opus eſt. ff. de iudi. non poteſt. Item inconueniens eſt, quòd aliquis excommunicetur, qui non eſt admonitus, nec citatus. infrà eod. ſacro. Item ſecundum hoc talis ſententia non differt à canone latæ ſententiæ, cum tamen hæc ſententia non ſit generalis: ſed tantum vnam perſonam comprehendit. Io. dixit [3] quòd hæc diſtinctio, quæ ſit hic in litera, habet locum in eo caſu, cum ſub hac forma ſit excommunicatio, excommunico te cum omnibus communicantibus tibi, & tunc diſtinguatur ibi qualiter ei communicet: vt j. eod. cap. proxim. ad fin. & ſic non obſtant præmiſſa: ſed hoc nō credo, imo credo illum eſſe excommunicatum eadem ſententia, ex eo ꝙ in crimine inuoluitur: quia incidit in factū quaſi dānatum, & ſententia trāſit ad eum per talem participationem. infrà eod. ſi concubinæ. & eſt ſ. de immu. ec. aduerſus. vbi ſuccedit in vitium, & hic accedit ad crimen: ergo eadē lepra qua ille punitur, & iſte etiam accedens teneri debet. argu. 1. q. 1. cito turpem, ſicut per participationem ſolā in locutione contrahitur excommunicatio minor, ita per communionem in crimine [4] contrahitur maior excōmunicatio: quia tunc plus delinquit, vnde non eſt neceſſe vt noua contra tales ſentētia procedat, qui alieno facinori ſuam communionem commiſcent. 24. quæſt. 1. cap. 1. 2. & 3.

2 Vide de priui. quia circa. ſup vlt. gl. Ioā. And.

3 Et etiam Gof. hic.

4 Adde qs dicatur cū alio cōmunicare. no. in l. itē apud Labeonem. §. frequenter. ff. de iniur.

f ¶*Facientem & conſentientem.*] Hæc eſt probatio, quòd eadem ſententia inuoluatur. ſic j. eod. quantæ. 17. quæſt. 3. omnes. & ſ. de offi. dele. cap. 1.

g ¶*Non retinuit.*] ſimiliter prætor magiſtratibus quædam committit. ſ. cautionem, & in poſſeſſionem ex primo decreto mittere ex cauſa damni infecti. ff. de dam. infec. dies cautioni: ſed miſſionem ex ſecundo decreto ſibi reſeruauit. ff. de iuriſ. omn. iud. iubere [5]. Et eſt hic arg. epiſcopos poſſe diſpenſare, vbi ſpecialiter diſpenſatio nō eſt inhibita. argumen. ſuprà de ſpon. cum apud. & 16. quæſtion. 1. ſunt nonnulli. & cōceſſum videtur quod non eſt prohibitum. ff. ex quib. cauſ. ma. l. necnon. §. quod eis. Lau.

5 Arg. contra ſ de voto. ex multa. vbi ius commune non exeqtur aliquis niſi ei ſpecialiter delegetur, ſecūdū Lau. Ioan. And.

h ¶*Iuſta cauſa.*] Sic j. eo. ſacro. & ſim. ſ. titu. proxi. c. vlt.

i ¶*Excommunicatoris mandato.*] ſic. ſ. eod. de cætero. & infrà eodem, quamuis.

a ¶*Sacer-*

a ¶*Sacerdote.*] Sic ergo ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere. 26.q.6.c.vlt.ſic & ligare.22.q.1.nemo. Ber.

Q*Vod.*] Tria ſunt dicta: Secundum:ibi, *Nullus autem.* Tertium:ibi.*Illi autem.*

C a s v s. Aliquis erat excommunicatus, iurauit ſtare mandatis eccleſiæ: quæritur, an ſit ei communicandum antequam fuerit abſolutus? Reſpondet Papa, quòd non eſt ei communicandum, donec per eccleſiam fuerit abſolutus, alioquin poſt iuramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. Secundò quærit, vtrum aliquis ſciẽter tenetur communicare nominatim excommunicatis? Reſpondet Papa, quòd nullus tenet̃ participare excommunicatis, niſi quędam perſonæ quæ per illud capitulum, quoniã multos.ſpecialiter excuſantur.capit. illud eſt. 11. queſtion. 3. quoniam multos. Tertiò quæritur, quæ pœna imponi debeat illis, qui participant nominatim excõmunicatis. Reſpondet Papa, illi qui nominatim excommunicatis ſcienter ſiue præſumptuosè participãt, prętor perſonas in dicto canone annotatas, sũt excõmunicationis vinculo innodãdi, niſi cõmoniti ab eorum participatiõe deſtiterint. Secus autem eſt de illis, qui ſcienter communicant ei, qui cum participibus ſuis eſt excõmunicatus: tunc enim ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt. Nota quòd nullus tenetnr communicare communicato, qui iurauit ſtare mandato eccleſiæ, niſi prius per eccleſiam fuerit abſolutus. Item qui ſcienter participat excommunicatis, niſi commonitus deſtiterit, eſt excommunicandus. Item cum excommunicato cum participibus ſuis communicans, ipſo iure eſt excõmunicatus.

† Cap.9.e. tit in 3.cõ pilatione. pars ſupra de pœnis. c. quod in dubijs. ꝑter doctores hic vide B. Thomã in quæſtionibus additis ad 3.part. q. 23.art.1.

† Hoc tribuit Gregorio ſeptimo panormia li. 5.titul. de licita,& illicita excõicatione, cap.2. ſiue. 125. & Gratianus 11.q. 3.cap.quoniam multos.

ſuo abſoluatur epiſcopo, vel proprio ſacerdote [a].

¶Idem Strigoñ. Archiepiſcopo.

¶*Iuramentum excõmunicati de ſtando mandatis eccleſiæ, non habet vim abſolutionis.hoc dicit primò. Excommunicato nullus communicare tenetur, præter perſonas exceptas, aliàs communicans excommunicato incurrit minorem, & eſt excommunicandus maiori: niſi ille ſit excommunicatus cum participibus ſuis: quia tunc eſſet excommunicatus maiori.*

C A P. X X X.

QVod † in dubijs: & infrà. ¶Reſpondemus, quòd excommunicato, licet quòd ſtet mandato eccleſiæ iuramẽto firmauerit, cõmunicari non debet, donec [b] per eccleſiam fuerit abſolutus: alioquin poſt iuramentum non eſſet abſolutio neceſſaria. Nullus autem ſcienter nominatim excõmunicato communicare tenetur: niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorij † Papæ capitulum, Quoniam multos [c] ſpecialiter excuſantur. ¶Illi autem, qui nominatim excommunicatis præſumptuosè participant, pręter perſonas à dicto canone annotatas: niſi ab eorum participatione [d] commoniti [e] fortè deſtiterint, excommunicationis vinculo ſunt innodandi [f]: ſecus autem ſi ſcienter ei communicãt, qui cũ participibus [g] ſuis eſt vinculo excommunicationis ſententialiter innodatus: tunc enim & ipſi ſententiam excommunicationis incurrunt [h].

¶*Gloſſa ſequens alleg. duas concor. & obijcit.*

b ¶*Donec per eccleſiam.*] ſi.ſ̃.eod.cum deſideres.& cap.à nobis. nec etiam per prælatum ſuum debet ei communicari, vt ibi: quia quod alijs prohibet, ipſe facere non debet, vt ibi notatur. Item permittitur alicui tangere ſacra, cui nõ permittitur ingredi ad ipſa: & ſic contra illud quod dicitur.5. diſtin. ad eius vero.& contra id.95.diſtinc.illud.vbi dicitur: Quibus reliqua ſacramenta negantur, quomodo vnum genus ſacramenti conceditur? quaſi diceret non.

c ¶*Quoniam multos.*] hoc habes.11.quæſt.3. quoniam multos.& ĩ.cap.proxim.

d ¶*Participatione.*] quia hic non diſtinguitur, an in crimine, an in alijs communicent eis: videbatur quibuſdam, quòd ſi in crimine communicet, incidant ſolummodo in minorem excommunicationem: quod nõ eſt verum, vt patet. ſuprà eo. cap.proxim.cum talis abſoluatur cum iuratoria cautione, vt ibi dicitur.

e ¶*Commoniti.*] Iudex non debet excommunicare participantes cum excõicatis ab ipſo, niſi canonica monitione præmiſſa: aliàs excõicatio non tenet, vt in decre.noua.ĩ.co.ſtatuimus, ita habetis tertium caſum, in quo excommunicatio non tenet citra aliquam appellationem. 1

1 Idem in ſuſpẽſione & interdicto.eo.tit. ſtatutũ. li. 6.Io.And.

f ¶*Innodandi.* Qui.n.præſumptuosè participat excommunicato, excommunicandus eſt maiori excõmunicatione, vt hic dicit.& 11.q.2.qui communicauerit.& eſt hic notabile, quia & ipſe claues eccleſiæ contemnit, quare puniri debet.argum. ſ̃.de pœ.cap.vltim.& ſ̃.de exceſ.præla.c.vlt.vbi de hoc in notula magna.

g ¶*Participibus.*] ſcilicet in crimine.

h ¶*Incurrunt.*] Eandem.ſ.quam & principales.11.q.3.excellentiſſimus. & hi nominatim dicuntur excommunicati. ff. de li. & poſth.nominatim.& ff.ſi cer.pet. certum.ſic etiam excommunicantur Chriſtiani, ne participent Iudæis etiam extra crimen.ſ̃.de vſu. poſt miſerabilem. & c. quanto. Tamẽ hoc intellexit Io.vbi participãt in crimine: in quo caſu intellexit.ſ̃.c. proxi. aliàs non eſſent excommunicati, ſed poſt admonitionem excõmunicarẽtur: vt hic dicitur. Sed quid ſi alterius parochianus participat tali poſt talẽ ſententiam, nunquid erit excõicatus maiori excõicatione? Dic vt ſ̃.c. proxi. Si participat in crimine, ſic: aliter non eſt excõicatus niſi minori: vt hic patet.

¶Idem doctoribus decretorũ Bonoñ.

¶*Excommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad obſequium familiare: alij verò non tenentur de neceſſitate, licet interdũ poſſint neceſſitate vrgente.*

C A P. X X X I.

INter † alia, quæ Strigoñ. archiepiſcopus proponi fecit, nos recolimus reſpondiſſe, quòd nullus nominatim excõmunicato, ſcienter communicare tenetur, niſi quædam perſonæ, quæ per illud Gregorij Papæ capitulum, Quoniã multos [i] ſpecialiter excuſantur. Verum ex hac reſpõſione orta eſt occaſio [k] diſputandi; alijs concedentibus, quòd excommunicato, communicare tenentur perſonæ in prædicto capitulo nominatæ: præſertim [l] quæ prius ad communionem eorũ ex debito tenebantur: alijs aſ-

† Cap.4.e. tit. in 3.cõ pilatione. Et de materia hui⁹ decretalis & ſuperioris, vide plene per Hoſtiẽſem in ſumma de ſent.ex com. §. & quæ ſit pœna.

I*Nter alia.*] Primò ponit dubium, & vnde fuit ortum: Secundò, ſolutionem: ibi, *Vt igitur.* Abbas.

C a s v s. Archiepiſcopus Strigoñ. in decretali prædicta quęſiuit, vtrum aliqui teneã tur participare excommunicatis: & Papa reſpondet ꝙ nullus tenetur participare excommunicatis, niſi quædã perſonæ, quæ per illud Gregorij Papæ capitulum quoniam multos. ſpecialiter excuſantur. Ex hac reſponſione orta fuit occaſio diſputandi: quidam dicebant, ꝙ excõmunicato cõicare tenentur perſonæ in prædicto capitulo nominatæ, præſertim quæ prius.ſ.ante excõicationem ex debito eis cõicare tenebantur: Alij dicebant, ꝙ prædictæ perſonæ licet poſſint excommunicatis cõicare ſi velint, nõ tñ ad hoc tenentur ex neceſſitate: quæſiuit archieps qualiter decretalis illa ſit intelligenda: Vt igitur vñ ius prodijt, interpretatio quoque procedat: Papa ſic rñdet, ꝙ quædam perſonæ in capitulo prædicto annotatæ, tenebantur ad obſequium illis, in quos lata eſt excommunicatio, ante prolationem ipſius excommunicationis, & poſt excommunicationem ad contrarium non tenentur, beneficio canonis id agente: vnde non ſunt à priori obligatione ſolutæ, & ita per conſequens tenentur illis ad cõmunionem, ſine qua obſequium exhibere non poſſunt. Sed hoc non pertinet ad omnes perſonas in dicto capitulo notatas (cum mercatores, peregrini, & viatores à communione talium debeant abſtinere, niſi articulus neceſſitatis immineat, ſecundum quòd in fine capituli colligitur manifeſte) ſed ad illas ſolummodo, quæ ipſis excommunicatis ſunt aſtrictę; ſed non debent eis communicare ſeu participare in criminibus, pro quibus ipſi ſunt excommunicati: quod ſi facerent, eadem ſententia tenerentur. Not. quòd ad illum pertinet iuris interpretatio, ad quem pertinet conſtitutio iuris. Item quidam beneficio canonis tenentur participare excommunicatis. Item neceſſitas excuſat ab excommunicatione.

i ¶*Quoniam multos.*] 11.quæſtion.3.quoniam multos 2. & ſuprà capitu. proxim.

2 Dicit Hoſtien. hoc verũ ſi ſpecialiter ꝓhibẽtur: vt in dictis c. ſed idem ẽt hodie. ſupra de pœ.c. fi. ꝑ quod dicit hoc nõ eſſe ius nouum: imo ipſi ruſtici & ſeruientes in cap. quoniam multos. ſpecialiter eximũtur. ponderare debuiſſet Ho. & Tancre.& Goffre. nõ dicũt hoc ius nouum cõſtitui ꝑ iſtud cap. ſed per illud. Ioan. Andr.

k ¶*Occaſio diſputandi.*] Si.ſ̃.de vo.ex multa.

l ¶*Præſertim.*] Si iſtud, præſertim, ponitur pro tantum, verum dicunt, prout ſequitur de quibuſdam perſonis: ſi pro, maximè, non dicunt verum, vt ſequentia dicũt: quia nec viatores

tores debent talibus communicare, niſi neceſſitate inſtante.
a ¶*Interpretatio.*] Ad quem pertinet iuris conſtitutio, ad ipſum pertinet interpretatio. C. de leg. l. vlt. 11. quæſt. 1. c. clericum. §. ex his omnibus.

c. ſicut

b ¶*Duret.*] ex ſui natura.
c ¶*Canonis.*] 11. q. 3. quoniam multos.
d ¶*Agente.*] per declarationem. In quibuſdam enim caſib. illius c. eſt declaratio, vt in filijs, ſeruis, ancillis, & vxore: in quibuſdã eſt conſtitutio iuris, vt in ruſticis & mercenarijs: & quòd in hoc ius nouum conſtituatur ꝑ illud cap. circa perſonas mercenariorum ruſticorum, ſatis videtur: quia per priora iura eos vitare tenebantur. 15. quæſtio. 6. nos ſanctorũ. iuratos. 11. quęſtion. 3. excommunicatos quoſcunque.
¶ *Gloſſa ſequens quęrit, & ſoluit.*
e ¶*Neceſſitatis.*] Nũquid magnæ, an cuiuslibet tantum? nam aliqua ſuſtinenda eſt incommoditas, vt eccleſiaſtica iuſtitia ſeruetur. 19. diſtinct. in memoriam. & ſ. de off. de leg. dilectus. Si tantum magnæ, cuius arbitriũ ſpectabitur? Videtur quòd ſuperioris. arg. ſ. de vo. quod ſuper his. & cap. ex multa. Sol. in tranſeuntibus res iſta dilationẽ nõ capit [1]: quiſque ſuo relinquatur iudicio, de conſuetudine. 11. quæſtion. 3. quod prædeceſſor. In peregrinis autem qui vltra mare aliquãdiu, & Romæ per quadrageſimam commorari ſolent, ſuperioris iudicium requiratur: quia nemo ſibi regulariter iudex eſſe poteſt. ff. de iud. ſi aliter. argu. ſ. de elect. venerabilem.

1 Ne dum ſuperioris iudiciũ expectat, vt viator fame peat. 5. diſtinct. baptizãdi. Ioã. Andr.

ſerentibus eos excommunicare licitè poſſe, ſi velint: non tamen ad hoc ex neceſſitate teneri. ¶Vt igitur vnde ius prodit, interpretatio [a] quoque procedat, ambiguitatem huiuſmodi taliter duximus abſoluendam: quòd cum quædam perſonæ in præmiſſo capitulo denotatæ, illis, in quos lata fuerat excommunicationis ſentẽtia, ante prolationem ipſius obſequio tenerentur familiariter adhærere, neque poſtmodum ad contrarium teneantur (cum adhuc debitum duret [b]) beneficio canonis [c] id agente [d], à priore non ſunt obnoxietate ſolutæ, ſed ad familiare tenentur obſequium: & ita per conſequens ad communionẽ tenentur, ſine qua illud nequeunt exhibere. ¶Illud autem non ad omnes perſonas capituli credimus referendum: vt videlicet obnoxietati huiuſmodi ſint ſubiectæ, cum viatores, peregrini, & mercatores à cõmunione talium perſonarum (niſi articulus neceſſitatis [e] immineat) debeant abſtinere, vt in fine colligitur manifeſtè: ſed ad illas dumtaxat, quę talibus arctiori tenentur [f] obnoxietate conſtrictæ: quibus tamen in his, pro quibus ſunt excommunicatione notatæ, vt in criminibus [g], communicare nõ debent, ſed ab eis penitus abſtinere.

¶Idem.

¶*Si excommunicatus pro manuum iniectione, ſcienter recipit ordines, ſi eſt clericus ſecularis, deponendus eſt: ſi regularis, ab executione ordinis eſt ſuſpenſus. Qui ignorans ius vel factum ſic excommunicatus recipit or ſtines, ſi eſt clericus ſecularis, diſpenſat cum eo ſolus Papa: ſi regularis, diſpenſat abbas: ſi ignorantia eſt probabilis, & factum non eſt graue.*

CAP. XXXII.

Cum † illorum [h] abſolutio [i], qui pro violenta manuum iniectione in clericos, labem excommunicationis incurrunt (quibuſdam caſibus à prædeceſſore [i] noſtro exceptis) ſedi duntaxat Apoſtolicæ reſeruetur [k]: nonnulli eccleſiaſticam ſententiam negligentes, in excommunicatione poſiti, eccleſiaſticos ordines accipere non formidant: quid autem de his fieri debeat, Apoſtolicum ſæpius oraculum imploratur. Circa quos credimus diſtinguendum quòd tales vel ſciunt [l] excommunicationis ſe vinculo irretitos, vel non recolunt factũ, pro quo in latæ ſententiæ canonem inciderũt: vel factum quidem ſcientes, iuris ignari neſciunt [m] exinde ſe teneri. ¶Primos † ſi fuerint ſeculares clerici † à ſuſceptis ordinibus [n] cenſemus in perpetuum deponendos: in reliquis caſibus tã archiepiſcopi, quàm epiſcopi, abſque mãdato ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, diſpenſandi facultatem ſe nouerint non habere: quibus etiam eſt abſo-

† Cap. 5. e. tit. in 3. cõpilatione.

† In recentiorib⁹ ita: primo, ſed in antiqs, primos.
† Dictio, clerici, deeſt in vetuſtis codicibus.

f ¶*Tenentur.*] vt ſunt domeſtici, filij, ſerui, mercenarij vxor.
g ¶*In criminibus.*] In talibus nulli conſentiẽdum, nec obediendum eſt. 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit. Iulianus. & 32. q. 5. ita ne. aliàs ſi communicarent illis in criminibus, eadem ſententia tenerentur. ſ. eo. nuper 2. & ĩ. eo. ſi concubinæ.

Cum.] In prima parte ponitur quæſtio: In ſecunda reſponſio: ibi. *Circa quos.* Et ibi ponitur diſtinctio bimembris. Et primum membrum proſequitur. ibi, Primò. Secundum: ibi, *Qui ſi clauſtrales.* Et ibi primo tractat de talium abſolutione vſque ibi, *Si autem.* & ibi qõnem principalẽ ſoluit. Abb.
Casus. Abſolutio illorum, qui violentas manus mittunt. in clericos ſedi Apoſt. reſeruatur, exceptis quibuſdam caſibus: quidam tali excommunicatione ligati ſententiam eccleſiaſticam negligentes ordines ſuſcipiunt: quæritur, quid de his fieri debeat? In hac qõne diſtinguit Papa, prædicti, qui ſic ſic recipiunt ordines, vel ſe ſciunt excõicatos, vel non recolunt factũ, pro quo in ſnĩam inciderunt, vel factum ſciũt, ſed iuris ignari neſciũt exinde ſe teneri: In primo caſu ſi fuerint ſeculares, ſunt in perpetuũ deponendi: In alijs duob. caſibus, nec epi nec archiepi ſine ſpeciali mandato Papæ diſpenſare poſſunt: cum ab excõicatione eos abſoluere nõ poſſint: quia maiora illis ſunt prohibita, quibus vetita ſunt minora: poterunt tñ iſta ſummi põtificis auribus intimari: vt circa eos ſecundum ꝙ mandauerit, procedatur. Si vero prædicti q ſciunt ſe excõicatione ligatos, fuerint clauſtrales, & ordines ſuſceperint, circa ipſorum abſolutionẽ ſtatuit Alexãder Papa, ꝙ monachi & canonici quocunq; modo ſe in clauſtro ꝑcuſſerint, ꝑ ſuum abbatem abſoluantur: Statuit ẽt, ꝙ de ſeculo fugiẽtes, qui habitũ monaſticũ acceperunt, & inter cætera cõfitent ſe excõicatos eſſe pro violentã manuũ iniectione in clericos ante ingreſsũ, ſine licentia Romani Põtificis abbas eos ab ſoluere nõ põt. Inn. tñ cõcedit abbatibus iſtorum in fauorẽ religionis, vt eos abſoluere poſſint, niſi exceſſus enormis fuerit, vt ſi in epm vel abbatem manus iniecta fuerit. Si vero aliquis clauſtralis in religioſam perſonã alterius clauſtri, manus iniecerit violẽtas, per abbatẽ vtriuſq; debet abſolui: Si verò hmõi regulares ſic excõicati ad ordines acceſſerint, ſecundũ primã diſtinctionẽ, qui ſcienter ordinẽ ſuſceperint, Papa ſtatuit illos ab executione ordinis manere ſuſpenſos. Circa alios, qui non habẽt memoriam facti, vel iuris peritiam, abbates ipſorũ monaſteriorum vtilitate penſata poterunt diſpenſare, niſi graue fuerit factum, aut ille qui fecit adultus fuerit & diſcretus, vt contra ignorantiã vel obliuionem pręſumatur. In fine præcipit Papa abbatibus, vt formam iſtam diligenter obſeruent, ne priuilegiũ mereatur amittere, qui ꝑmiſſa ſibi abutitur poteſtate. Not. ꝙ ſecularis excõicatus ordinẽ ſcienter ſuſcipiẽs, deponitur. Item qui non poteſt abſoluere excõmunicatum, cũ eo diſpenſare nõ poteſt. Item quibus prohibita ſunt minora, ſunt multo fortius & maiora. Item ex perſona augetur crimen, & per conſequens pœna. Item regularis excommunicatus ſciẽter ordinem recipiens, ſuſpenſus eſt ab executione ordinis. Item mitius agitur cum ignorante ius poſitiuum, ſecus in iure naturali. Item in eodem genere delicti diſpenſant abbates cum monachis, in quo non poteſt diſpenſare epiſcopus cum ſuis clericis. Item arg. ꝙ non ſemper credendum eſt confitenti peccatum in pœnitentia. Item priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.
h ¶*Cum illorum.*] Hic patet expreſsè, quòd edictum illius canonis, ſiquis ſuadente. prohibitorium eſt [2]: quia omnes debent ad ſedem Apoſtolicam mitti, niſi quorum abſolutio inferioribus Prælatis in certis caſibus reſeruatur.
i ¶*A prędeceſſore noſtro.*] ſ. eod. de cætero. mulieres. ea noſcitur. quod de his. & ſ. eod. quamuis. Ber.
k ¶*Reſeruetur.*] per canonem illum. 17. q. 4. ſiquis ſuadẽte.
l ¶*Vel ſciunt.*] quia aliud eſt quod ſtudio delinquitur: aliud quod ignorantia. 11. q. 3. excellentiſſimus.
m ¶*Neſciunt.*] pone exemplum vbi quis non crederet ſe teneri. ſ. eo. nuper. 1. reſponſo. & c. mulieres.
n ¶*Ordinibus.*] Similiter & de beneficijs. ſ. de cler. excom. mi. poſtulaſtis. & c. latores. ſic excommunicati recipiunt ordines, &

2 Secundũ modũ quo vtimurnos iuriſtæ, poti⁹ debuiſſet dicere. ꝑmiſſoriũ licet magis ꝓpriè loquatur: & add̃ qđ dixi đ hoc de ſpõ. cũ apud. Ioã. And.

nes,& excommunicatus confert ordines. ſuprà de eo qui renun. epiſ.cap.2.

¶*Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit.*

a ¶*Interdicta.*] 17.quæſtion.4.ſiquis ſuadente.Sed nunquid poterunt diſpenſare poſt impetratam abſolutionem? Videtur quòd non per id quod ſequitur: ſed ſi non eſſet interdicta diſpenſatio, poſſent.argumen. ſuprà eodem, nuper. Et eſt argumen. quòd diſpenſare poſſunt, vbi non eſt prohibitum. ff. ex qui. cau.ma.nec non. §. q̃d eis.

b ¶*Minora.*] Minora vocat abſolutionẽ, maiora diſpenſationẽ. & ita cui prohibetur minus,& maius prohibitum intelligitur.74. diſtinctio.geſta.95.diſtinctio. illud.& ff. de ſena. qui indignus. & econuerſo cui conceditur maius,& minus. ſuprà de deci.ex parte. 3.Ber. 1

b ¶*Rigorem.*] Æquitas rigorem mitigat: vnde æquitas intelligitur iuris relaxatio,& æquitas rigori præfertur. C. de iud. placuit. 34.diſtinct. fraternitatis.& ſuprà de tranſactio.cap.vltim.

d ¶*Clauſtrales.*]Hoc reſpicit quod ſ.dixit ſeculares.

e ¶*Alexandro.*] ſuprà eodem, monachi. Ber.

f ¶*Alibi dicatur.*] Non habes hodie illam, ſed in antiqua compilatione conſuluit.titu.eod.

g ¶*Commiſiſſe.*] ante ingreſſum,ſupple.

¶*Gloſſa ſequens obijcit.*

lutio talium interdicta[a]: cũ† maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora[b]. Poterunt tamen huiuſmodi Romani pontificis auribus intimari vt ab eo ſecundũ rigorem[c], vel æquitatem reſponſum prodeat, prout diſcretio ſua viderit faciendum.

¶Qui ſi clauſtrales[d] huiuſmodi fuerint, licet ab Alexãdro[e] Papa fuerit conſtitutum, quòd monachi, & canonici regulares, quocũque modo ſe in clauſtro percuſſerint, non ſunt ad Apoſtolicam ſedem mittendi, ſed ſecundum prouidentiã ſui abbatis, diſciplinæ ſubdantur: & ſi abbatis diſcretio ad eorum correctionem non ſufficit, prouidentia eſt diœceſani epiſcopi adhibẽda: & alibi[f] dicatur, quòd de ſeculo fugientes, qui religionis habitum in monaſterio receperunt, & inter cætera poſtmodum confitentur, ſe tale commiſiſſe[g] delictum, per† quod ipſo actu excommunicationis ſententiam incurrerunt, ſine licentia Romani pontificis abbas non poteſt, nec debet eos abſoluere, quamuis præſumptionem delinquentium debita poſſit animaduerſione punire: Nos tamen in religionis[h] fauorem, vt euagandi materia ſubtrahatur, maiorem eis gratiam exhibere volentes: eorum Prælatis, quòd etiam talibus[i] abſolutionis beneficium impertiri valeant, indulgemus: niſi exceſſus ipſorum extiterit difficilis, & enormis: vtpote ſi ad mutilationem membri[k], vel effuſionem[l] ſanguinis eſt proceſſum: aut in epiſcopum[m], aut abbatem[n] violenta manus iniecta: cum exceſſus tales, & ſimiles nequeant ſine ſcandalo præteriri. ¶Si verò clauſtralis aliquis in religioſam perſonam alterius clauſtri manus iniecerit violentas, per abbatem proprium, & eius, qui paſſus[o] eſt iniuriam, abſoluatur. Quòd ſi clericum percuſſerit ſecularem, non niſi per Apoſtolicam ſedem (vt ſcãdalum euitetur) abſolutionis gratiam poterit promereri[p]. ¶Si autem hos ad ordines promoueri contingat, iuxtà præmiſſam diſtinctionem, qui ſcienter in contemptum[q] eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe fecerint ordinari, ab executione ſuſcepti ordinis, & officij decernimus manere ſuſpenſos. Circa reliquos verò facti memoriam, vel iuris peritiam[r] non habentes, monaſteriorum vtilitate penſata, poſt iniunctam regularem pœnitentiam, & peractam, abbates ipſorum poterunt diſpenſare[ſ]: niſi graue fuerit, & notabile factum: aut is, qui fecit, a-

h ¶*In religionis fauorem.*] imo videtur quòd de iure communi:non eſt enim illi neceſſaria certa delicti ſatisfactio,cuius totum vitæ tempus obedientiæ impenditur ſui conditoris 2. de pœ. diſtinct. 1. §. his auctoritatibus.poſt illud. cap. menſuram. ſi. ſuprà de vo.ſcripturæ. 33. quæſtion. 2. admonere. Lau.

i ¶*Talibus abſolutionis.*] Hoc intellige de illis qui inciderunt in canonẽ ante ingreſſum:quia de his q̃ incidunt poſt ingreſſum,conceſſum erat per Alex.ſ.eo.monachi. vnde quo ad alios dicit,indulgemus.Ber.

k ¶*Mutilationem membri.*] Hoc intellige ſimpliciter de omnibus monachis, qui hoc commiſerint ſiue ante ingreſſum, ſiue poſt. infrà eodem,canonica.nec eſt diſtinguendum inter membrum,& membrum.ſuprà de cle.ægro. capit. 2.& ſuprà de cor. viti. expoſuiſti. aliàs exceſſus difficilis, vel enormis relinquitur arbitrio iudicis: cum exceſſus notorius eſt, tunc abbas ipſum abſoluere non poteſt propter ſcandalum, vt hic dicit.

¶*Gloſſa ſequens quærit.& ſoluit.*

l ¶*Effuſionem ſanguinis.*] Quid ſi modicum valdè læſit cum ſanguinis effuſione, quia de facili ſanguis effunditur quandoque 3, nunquid idem erit ac ſi enormiter læderet? Satis crederem committendum arbitrio iudicis, puta epiſcopi, & abbatis, licet litera iſta ſimpliciter loquatur: verbum,enim effuſionis, abundantiam ſignificat.16. quæſtio.1. reuertimini.& 41.diſtinct.ſæpe.argumen.ſed ibi nomen effuſionis ſignificat vitium. Ber.

¶*Glo.ſeq.ponit tres modos,quibus aggrauatur offenſa.*

m ¶*In epiſcopum.*] Ex perſona augetur crimen. de pœ. diſtinct.1.§.aut facta.Inſtitu.de iniu.§.atrox.& ff. de re mi.omne delictum.§.qui manus.& ff. de iniur. item apud.§. quod ait prætor.ſicut ex atrocitate facti.17.quæſtion.4. qui ſubdiaconum.& ex perſona eius qui fecit,creſcit iniuria. ff. eod. ſed ſi. §. quædam. & 40. diſtinctio. homo Chriſtianus.

¶*Glo.ſeq alleg.2. concor. quærit, ſoluit, & prorogat.*

n ¶*Abbatem.*] proprium. Multa enim permittuntur nobis in hominem noſtræ religionis, quæ non permittuntur in alijs 16. quæſtion. 1. capitu. 1. & 2.quæſtion.7.ſi hæreticus. Quid ſi abbatem non habet, ſed priorem, aut Prælatũ alio nomine deſignatum? Reſpondeo,beneficium illud ad omnes monachos, & regulares canonicos extenditur: vt ſuprà cap. monachi. & ad Hoſpitalarios Hieroſolymitanos, qui per ſuũ Priorem abſolui poſſunt. infrà eodem, canonica. idem crederem de Templarijs, dummodo cõſimilem Priorem habeant, vt habẽt Hoſpitalarij ad omnes clauſtrales hoc beneficium extẽditur, cum eadem cauſa ſubſit in omnibus.Ber.

o ¶*Paſſus eſt.*] quia ille videtur iniuriam paſſus.argumen.Inſtitu. de iniur.§. 2. ſicut iniuria facta filio patrem contingit, & agere poteſt: tamen ſi pater remittit iniuriam, filius agere non poteſt: niſi pater vilis perſona fuerit, & filius honeſta 4. ff. de iniu. ſed & ſi. §. filiofamilias. ſic & ſi abbas remittit iniuriam factam monacho, monachus agere non poteſt aliquo caſu, videtur tamen quòd ſecundum forum rei hoc debet fieri. 3. quæſtion. 6. capitu. 1. & 6. quæſtio.. 3. placuit. ſed non eſt ita in caſu iſto, & ſufficit quòd ita hic cauetur.6.quæſtion.3.ſcriptum eſt. & ff. qui & à qui.l. proſpexit.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.*

p ¶*Promereri.*]Sed nõne datur hic euagandi materia?Quare in hoc caſu non abſoluit eum abbas ſicut abſoluit illum qui ante monachatum deliquit? Sed ratio eſt, quia ante ingreſſum erant eiuſdem conditionis, & per ingreſſum facilè tollitur obligatio.19.quæſtion.3. non liceat. & quæſtion. 2. duæ ſunt.Ioan.Sed ratio vera redditur in litera, ſcilicet propter ſcandalum:ſcandalum enim eſt quòd monachus iniiciat manum in maiorem:quia vix bonus monachus facit bonum clericum.16.q.1.cap.legi.

q ¶*In contemptum.*] Quod ſemper præſumitur, nec admitti debet probatio in contrarium. ſic 54. diſtinct. fraternitatem.ſuprà de iud.capitu.vltim. & cum iſtis non diſpenſabit Abbas.

r ¶*Iuris peritiam.*]Not.quòd mitius agitur cum ignorante ius poſitiuum: ſecus in iure naturali, vbi nec ruſticitati etiam parcitur.C.de in ius voc.l. 2.ſicut nec parcitur mulieri contra matrimonium ſuum,eſt enim de iure naturali: vt ſuprà de diuor.gaudemus.Vin.

ſ ¶*Diſpenſare.*] Poteſt ergo Abbas diſpenſare cũ monacho circa

†Aliàs ita: cũ, & maiora, aliàs ita: & maiora, abſq; voce, cũ.

1 Concor. l.iuriſgentium. §. adeo. ff. de pac. & l. legatũ. & l. ad rem mobilem. ff. de procura.

† propter.

2 Fauorẽ: quia caſus iſte eſt de reſeruatis: & q̃a Alexãder prohibuerat, & quia latius loquitur, ſcilicet de prælatis: non de abbatibus tantũ, ſecundum Hoſt. Ioã. And.

3 De naſo in æſtate, ſcilicet, Hoſt.Item vt dicebat Ab. etiam ſine ſanguinis effuſione poſſet eẽ percuſſio enormis: & facit quod not. de cõ ſec.ec. vel alta. cap. vno. lib.6. in 3. gloſſ. Io. And.

4 De hoc in Spec.de iniur. verſ. ſed nunqd nocet. Io. And.

dultus fuerit, & diſcretus [a], vt violenter contra obliuionem vel ignorātiam præſumatur. [b] Præcipimus autē abbatibus, vt formam iſtam diligēter obſeruent, ne priuilegium mereatur amittere, qui ſibi permiſſa abutitur poteſtate.

¶Idem Piſtorienſi Epiſcopo.

¶Monialis percutiens monialē, ſeu conuerſum, vel clericum ſecularem, incidit in excommunicationem, & ab epiſcopo loci abſolui poteſt.

CAP. XXXIII.

De†monialibus tua à nobis fraternitas requiſiuit, per quem eis ſit beneficiū abſolutionis impendendum, ſi vel in ſe inuicem, vel cōuerſos, vel conuerſas ſuas, aut clericos etiam manus iniecerint temerè violentas? Super hoc igitur tuæ conſultationi taliter reſpōdemus, vt per epiſcopum [c] in cuius diœceſi monaſteria fuerint abſoluantur.

¶Idem vniuerſis Cruce ſignatis.

¶Contractus etiam, qui ſine communione explicari non poteſt, non diſſoluitur ſeu impeditur per excommunicationem ſuperuenientem in eum, qui tenetur aliquid præſtare nō excommunicato.

CAP. XXXIIII.

Si†verè: & infrà. ¶Quòd ſi Veneti fortè nec ſatisfacere voluerint, nec abſolui, vobis permittimus, vt cum ipſis vſque in terram Sarracenorū, vel prouinciam (iuxtà quòd inter vos conuenit & ipſos, vel honeſtè conuenerit) nauigio tranſeatis, quanto minus poteritis, cum dolore tamē & amaritudine cordis, & ſub ſpe veniæ [d] communicantes eiſdem. Cum enim iam à vobis maiorem nauli†receperint quantitatem, nec ad eam poſſint reſtituendam induci, aut etiam coarctari: ſi aliter fieret, videremini vos damnum ex pœnitentia, ipſi verò præmium ex contumacia reportare [e] †: cum ad hoc debitum exoluendum ipſi vobis maneant obligati, & ab excōmunicatis exigi [f] poſſit & recipi, qđ debetur. ¶Eſt autem cautum in iure, quòd ſi quiſquam per terram hæreticorum, aut quorumlibet excommunicatorum tranſierit, neceſſaria [g] emere ac recipere poterit ab eiſdem. Præterea ſi paterfamiliàs domus excōicationis ſententia fuerit innodatus, à participatione illius familia excuſatur. ¶Licet ergo dux Venetorum dominus nauium tamquam paterfamiliàs domus in excōicatione perſiſtat: vos tamen tamquam ipſius familiam dum in nauibus eius fueritis, ipſius excōicatio non continget, & excuſabiles eritis apud Deum, ſi in excōicatorum [h] nauibus exi-

circa ordines: 1 vt hic, & ſ. eo qui furti. ordi. re. c. 2.

a ¶*Et diſcretus.*] Et ita non ſufficit quòd ſit adultus, niſi ſit diſcretus, quia contra diſcretum de facili præſumitur. C. qui & aduer. quos l. 1. ff. de proba. cum de indebito. Et indiſcretus iniuriam facere non poteſt: pati vero poteſt. 15. q. 1. illud. & ff. de iniur. l. illud. & ff. ad l. Cor. de ſica. infans. ſed de talibus non intelligitur hoc: quia tales non indigent diſpenſatione.

¶*Glo. ſeq. arg. & ſignat contrarium.*

b ¶*Præſumatur.*] Argu. ꝙ non ſemper credendū eſt confitēti peccatū in pęnitentia. Ar. contra. ſ. de homi. ſignificaſti. 2 2. quia non eſt veriſimile ꝙ aliquis ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. q. vlt. ſancimus.

De *monialibus.*] Moniales excommunicatas pro iniectione manuum abſoluit epiſcopus. hoc dicit, vel aliter & ſic, vt in rubro. Primò ponitur conſultatio. Secundo, reſponſio: ibi, *Super hoc.* Abbas.

Casvs. Dicitur hic, ꝙ ſi moniales ſe adinuicem percuſſerint, vel conuerſos ſuos, vel cōuerſas, aut etiam clericos, ab epiſcopo loci poſſunt abſolui. Nota, quòd moniales pro violenta manuum iniectione in eccleſiaſticā perſonam excommunicatæ, ab epiſcopo loci debent abſolui.

¶*Glo. ſeq. recitetur per duas quęſtiones, ſcilicet quę ſit ratio, quare, abbatiſſa non abſoluit, & quid de exemptis, finis quęrit, & ſoluit.*

c ¶*Per epiſcopum.*] Impedit. n. ſexus muliebris, ne abbatiſſa poſſit abſoluere moniales, ſicut hic patet, nec confeſſionem earum audire, nec eas benedicere, vel Euangelium legere, quia ſexui fœmineo claues eccleſiæ commiſſę non fuerunt. ſ. tit. proxi. noua. & argu. ſ. de ma. & obed. dilecta. vbi de hoc. Sed epiſcopus illas abſoluit auctoritate Papæ ſibi per hanc decr. indulta, tamquam delegatus 3 ad hoc: & ſic abſoluat omnes tam exemptas quàm nō exemptas. & eſt ſim. ſ. de hær. ad abolendam. in fi. ſ. de of. ordi. irrefragabili. §. cęterum. & eo iure quo abſoluit alias mulieres. ſ. eod. mulieres. Sed quid ſi monaſteria eſſent in diuerſis epiſcopatibus, & vna monacha ꝑcutiat monachum, vel monacham, vel cōuerſum vel clericū alterius epiſcopatus: Conueniat vterque epiſcopus, vel alter deleget alteri vicem ſuam. ſ. c. proxi. Ber.

Si *verè.*] Si locanti operam perſonalem ſoluiſti pretium, vel eius partem, & poſtea fuit excommunicatus, vel etiam prius, ſed ignorabas: ſi ad ſatisfaciendum non pōt induci, in opera ſic locata ſibi poteris cōicare. h. d. Et primò ponit permiſſionē, quam ſcđò probat tribus rōnibus. Prima: ibi, *Cum enim.* Secunda: ibi. *Eſt autem.* Tertia: ibi, *Præterea.* Abbas.

Casvs. Quidam Cruce ſignati conuenerant cum Venetis, vt ipſi Veneti ducerent eos nauigio ſuo vſque in terram Sarracenorum pro certa mercede: maiore parte nauli recepta, Veneti fuerunt excommunicati: iſti Cruce ſignati dubitabant, vtrum deberent tranſire in nauibus illorum, cum illi eſſent excommunicati, quæſitum fuit à Papa quid facere deberent, cum illi Veneti nollent eis reſtituere mercedem receptam: Reſpōdet Papa Cruce ſignatis, quòd ſi Veneti noluerint abſolui, nec ſatisfacere ſibi de mercede, ꝑmittit illis, vt cum ipſis tranſeāt vſq; in terram Sarracenorum, ſecundū quòd cum ipſis conuenenerunt, vel etiam conuenerint, communicantes illis cum dolore cordis, & ſub ſpe veniæ: quia cū maiorem partem mercedis receperint, nec eam velint reſtituere, nec poſſint ad hoc compelli, ne lucrū de ſua malitia reportarent, & iſti damnum, & ab excōmunicatis poſſit peti & recipi quod debetur; & in iure cauetur, quòd ſi quis tranſierit per terram hæreticorum aut excommunicatorum, neceſſaria emere poterit ab eiſdem: præterea ſi paterfamilias domus excommunicatus ſit, eius familia excuſatur à participatione ipſius, & licet dux Venetorū tāquam dominus nauiū ſit excommunicatus, ipſius excommunicatio iſtos nō continget tāquam familiam ipſius domini, dum in nauibus eius fuerint: & excuſabiles erunt apud Deum, ſi in illis communicauerint ipſis, in quibus eorum communionem non poterunt euitare. No. ꝙ ab excōicatis poteſt exigi & recipi quod debent. Itē tēpore neceſſitatis poſſunt neceſſaria emi ab excommunicatis, & hæreticis. Itē familia poteſt participare domino ſine pœna excommunicationis.

¶*Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

d ¶*Sub ſpe veniæ.*] ar. contra. quia ſub ſpe veniæ nemo peccare dēt. ſ. de cle. excom. mi. illud. & de conſe. diſt. 4. qñ quis. ſed tñ hic non credo eos ex hoc peccare, cum Papa hoc permittat, & ne ipſi ex ſuo dolo commodum habeant: ſed hoc ideo dicit: quia bonarum mentium eſt ibi culpam timere, vbi etiam culpa non eſt ſ. de obſer. ieiu. conſiliū, §. 2. 5. diſt. ad eius. argu. bonum ad hoc. ſ. de pur. ca. c. 2. Ber.

e ¶*Reportare.*] Quod eſſe non debet. 16. q. 1. legi. & ſ. de reſcri. ex tenore. nec ipſi debet ridere de fletibus aliorum. ſ. de priui. petiſtis. quia nemo de improbitate ſua conſequit̄ actionem. ff. de fur. itaque. fullo. §. 1. verſi. ſed nemo. nec ſtulti debent eſſe melioris conditionis, quàm periti. ff. qđ vi aut clam. Seruius. & quia delinquunt, non debet eſſe eorum conditio melior. ff. de do. inter vi. & vxo. l. 3. §. 1.

f ¶*Exigi.*] ſ. de excep. cum inter. & ſ. de hære. excommunicamus. §. credentes. conuenire tamen alios, aut reconuenire non poſſunt, ſed excipere bene: vt in proxi. concor. & appellare & proſequi appellationem. ſ. de excep. c. vlti.

g ¶*Neceſſaria emere.*] Hic habes duos caſus in quibus excommunicatis licitè participatur: alij notātur. ſ. eodem cum deſideres.

¶*Glo. ſequens ar. & illud determinat, & contra id ſignat contrarium.*

h ¶*In excommunicatorū.*] ar. eſt hic ꝙ ſi ſocius meus 4 incidit in excōicationem, nō ſtatim teneor ipſum deſerere, nec ipſe tenetur ſtatim diuidere ſocietatem: hoc intellige ſi ſine magno damno hoc fieri nō poſſit, arg. 11. q. 3. anteceſſor. 23. q. 4. c. 1. 41. diſt. quiſquis. 12. diſt. illa. & 8. diſt. qui contra mores. Ar. contra. ſ. de maio. & obe. illud. & 34. q. 1. omnes qui.

1 Quod intelligit Inn. de irregularitate tātū ante monachatum cōtracta: quicquid dicat verū eſt: vt dicit Hoſt. ꝙ hic loquitur de contracta etiā poſt ingreſſum: nā ꝓximo dicta dicit incidenter & ꝑter principale propoſitū. qō aūt generaliter formabatur, vt patuit in prin. dixit tñ Hoſt. hāc gratiā non extendēdā ad alios caſus. ſup. de priui. ſane. Ioan.

†Ca. 6. eo. tit. in 3. cōpilat.

2 Et de conſec. diſt. 2. tribus gradibus, ſecūdum Vinc. aliàs incipit, tanta. Io. And.

†Ca. 7. eo. tit. in 3. cōpil. vix poteris hanc decretalē intelligere niſi integrā videas.

3 Poſuit gloſſator antiquam gloſſā, non aduertens, quod litera erat ſublata ꝓpter quam ponebat̄, nā in antiqua cōpilatione dicebat̄ ita: Rñdemus, vt auctoritate noſtra, per epi, &c. q̄ cū ſint ablata dicendum quod hoc facit epſ ſuo iure vt rectè admonet hic Io. An.

† Naulum eſt pretiū quod ſoluitur nautis pro vectura.

† Argu. ad hoc ī l. ſancim⁹. C. de pęn. in l. ſi quis. §. legis. C. de inoff. teſta.

4 Non ſolū in domo, ſed etiā in camera: dū modo non ſimul cū illo iaceam. vel comedam, ſecundum Inno. & Ho. ſup. eo. nuper. nec ſecundū eos dr̄ cōio, vbi ī domo aliqua eſt excōicatus ꝑ ſuis factis, & ego pro meis. Ioan. And.

a ¶*Non potueritis euitare.*] ſupple commodè: quia illud dicimur poſſe, qđ ſine incommodo poſſumus. ff. de ver. ſig. nepos. in fin. ff. de condi. inſtitu. filius qui. in fin. 22. q. 1. faciat homo. Bernar.

V*T famæ.*] Ponit duo dicta, quæ patent, ſecundum: ibi, *Laici.* Abbas.

ſtētes, cum dolore cordis, ſub ſpe pœnitentiæ communicaueritis ipſis, in quibus eorum communionem non potueritis† euitare[a].

†poteritis.

¶ Idem London. Epiſcopo.

¶*Prelatus poteſt, & debet clericum ſubiectum incorrigibilem incarcerare: & laici citra metum excommunicationis de prælatorum licentia capere poſſunt clericos: & ad iudicium ducere.*

CAP. XXXV.

VT † famæ tuæ: & infrà. ¶Sanè conſuluiſti nos, vtrum clerici grauiter excedentes, qui tutè non poſſunt monaſterijs ad agendam pœnitentiam deputari, quoniam cum non pęniteant de commiſſis opportunitate fugiendi captata, carcerem[b] fugerent clauſtri, & prioribus ſe ſceleribus ſceleſtius immiſcerent: à te, vel alijs prælatis ſuis arctę poſſint cuſtodię mancipari † [c]: & infrà. ¶ Reſpondemus, quòd cum prælati exceſſus corrigere[d] debeant ſubditorum, & publicæ vtilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita[e], & per impunitatis audaciam fiant, qui nequā fuerant: nequiores: non ſolum poſſunt, ſed debent etiam clericos, poſtquam fuerint de crimine canonicè condemnati, ſub arcta cuſtodia detinere: qui cum ſint incorrigibiles[f], nec in monaſterijs valeant cuſtodiri, ad ſimilia vel peiora facile laberentur. ¶ Laici verò citra excommunicationis ſententiam capere clericos, & ad iudicium trahere[g] poſſunt †, ſi oporteat etiam violenter[h]: dum tamen id de mandato[i] faciant prælatorum, quorum illi ſunt iuriſdictioni ſubiecti, & quorum eſt corrigere criminoſos: cum hoc non ipſi, ſed illi, quorum auctoritate[k] id faciunt, facere videantur: dum tamen non amplius[l] eorum violentia ſe extendat, quàm defenſio, vel rebellio exigit clericorum.

†Ca. 8. eo. tit. in 3. cōpila. Vide Bernardinū in prac. cri. cano. c. 129. & ca. 131.

† Aliàs cuſtodie mādari.

¶ Idem Bracharen. Archiepiſcopo. †

¶*Excommunicatus eſt, qui in clericum etiam volentem manus iniecerit violentas, etiam ſi hoc faciat in ſatisfactionem pręcedentis iniuriæ. h. d. & eſt caſus notabilis.*

CAP. XXXVI.

COntingit† interdū, quòd clerici ſi quē offendant, & ſatisfacere velint offenſo: ſecundum morem patriæ, quē inter ſe laici obſeruant, corpora ſua ſponte ſupponunt triginta ſeu pluribus aut paucioribus percuſſionibus fuſtium: & infrà. ¶Nos autem fraternitati tuæ ſuper hoc reſpondemus, ꝙ huiuſmodi manus iniectio, & ſi non violenta, tamen iniurioſa[m] videtur: cum ille

†Epo legit in recētioribus, in antiquis rectius eſt archiepo. vide Vaſæum in annalib. Hiſpaniæ c. 20.

†Ca. 10. eo. tit. in 3. cōpilatio. Et de materia textus & gloſſę vide p alijs hic Henricum Boich. ad de Sylueſtrum verbo. excōicatio. 6. circa finem.

CASVS. Clerici aliqn̄ grauiter excedunt, nec pn̄t ad agendā pœnitentiam in monaſterijs deputari, ſed opportunitate captata inde aufugiunt, & prioribus ſcelerib. ſe immiſcent: vnde quæſiuit Londonen̄. eps, vtrum poſſint ab epo, vel ab alijs prælatis arctæ cuſtodię mācipari? Rn̄det Papa, ꝙ cum prelati exceſſus teneantur corrigere clericorum, & publicæ vtilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita, & illi clerici fiant deteriores, debent illos ſub arcta cuſtodia detinere, poſtquam fuerint de crimine condemnati. Secundò quæſitum fuit, vtrum laici incidant in excōicationē, ſi clericos in magnis ſceleribus cōprehendant, cum eos ad iudices trahere non poſſint, niſi manus in eos iniecerint violentas? Rn̄det Papa, ꝙ laici citra excōicationem pn̄t capere clericos, & ad iudicium trahere, ſi oporteat ēt violenter, dum tamen id de mandato ſuorum faciant prælatorum: cum hoc nō ipſi, ſed illi quorum auctoritate hoc faciūt, facere videantur, & non amplius laicorum violenta ſe extendat, q̃ exigat defenſio clericorū. No. ꝙ prælati exceſſus ſubditorum corrigere debent. Item ad publicam vtilitatem pertinet ne crimina remaneant impunita. Itē clerici de criminibus cōdemnati qui nolunt corrigi, poſſunt incarcerari. Item laici de mandato prælatorum poſſunt capere clericos, & ad iudicium trahere illos cum moderamine inculpatæ tutelæ. Item is facere intelligitur, cuius auctoritate fit.

b ¶*Carcerem.*] id eſt, ipſum clauſtrum, quod eis eſt carcer.

c ¶*Mancipari.*] ſine pœna excommunicationis.

d ¶*Corrigere.*] s̃. de of. ord. c. 1. & s̃. de ac. qualiter & quando 2. ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. s̃. de off. or. irrefragabili. vbi de hoc. & s̃. de ſta. mo. ea quæ. & c. cum admonaſterium. ad fi.

e ¶*Impunita.*] Ad publicam vtilitatem reſpicit, vt crimina puniantur: vt ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. 1. reſpon. in fin. de ſol. Stichum. §. tametſi. & ff. de iudi. ſi longius. §. 1. 1 & ff. de fideiuſ. ſi à reo §. illud quod. & C. de pœn. ſi operis. ne ad maleficia quiſquam proſiliat: vt l. ſi operis. & 23. q. 4. eſt iniuſta. ff. de pœ. l. capitalium. §. famoſos.

1 Agit filiꝰ longe abſens ſine patris aſſēſu: nedum expectat pater, remaneat maleficiū impunitū. Io. And.

f ¶*Incorrigibiles.*] Hi deponi poſſunt, & tradi curiæ ſeculari. s̃. de iudic. cum non ab homine. 17. diſt. nec licuit. ſed non ad ſanguinis effuſionē. & ſic intelligitur s̃. de iud. at ſi clerici.

g ¶*Trahere poſſunt.*] Sic C. de his qui ad eccle. confu. l. 3. vbi ſeruus abſque ſacrilegio ab eccleſia extrahitur.

¶*Glo. ſeq. arg. contra: ſignat contrarium, & ſoluit.*

h ¶*Violenter,*] Arg. contra. s̃. eo. vniuerſitatis. Hoc intelligendum eſt de incorrigibili, illud de eo qui corrigitur & verberatur à laico de mandato abbatis: quod non licet, vt ibi dicitur, & ita non ſe tangunt.

¶*Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

i ¶*De mandato.*] & nonne ſufficit generale mandatū, quod continetur. 23. q. 5. c. principes ſeculi? Sol. ſpeciale mandatū hic expectandum eſt: Quamdiu enim non eſt notum ipſos eſſe incorrigibiles, & traditos curiæ ſeculari, 2 non licet ſine mandato prælatorū, quia adhuc ſub regula clericali tenent̄ etiam depoſiti. 81. diſt. dictum. vel niſi ſe immiſceant enormitatib. s̃. eo. cum non ab homine, & c. perpendimus.

2 Et ſic eſt intelligendum quod not. Io. in pręalleg. c. principes, ſecundum Hoſ. qui ēt hic dicit, ꝙ caſus ibi notati potius ſunt caſus, quibus inuocat eccleſia brachiū ſeculare, quàm quibus iudex ſecularis poteſtatē habeat in clericū. Io. And.

k ¶*Quorum auctoritate.*] Qui enim per aliū facit, per ſe ipſum facere intelligitur. s̃. eo. mulieres. ff. de admi. tut. ita tamen. §. geſſiſſe. B.

l ¶*Non amplius.*] quia cum moderamine inculpatæ tutelæ: aliàs ſi excederent modum, tenerentur. arg. s̃. de reſti. ſpol. olim. in fin. vbi de hoc. Sim. ff. ad leg. Aquil. ſi ex plagis. §. tabernarius. & ita patet, ꝙ clericus depoſitus adhuc gaudet priuilegio clericali.

† Quid de capiēte clericū ſuum debitorem ſuſpectum de fuga, no. Bart. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis.

C*Ontingit.*] Gōis diuiſio: Scđa: ibi, *Nos autem.* Abb. Sicu.

CASVS. Conſuetudo eſt in archiepiſcopatu Bracharen̄. ꝙ ſi quis laicus aliquē offendat, corpus ſuum ſupponit ſpōte xxx. ſeu pluribus aut paucioribus fuſtiū percuſſionibus: clerici eandem conſuetudinem obſeruabant, ſi clericus alium clericū offendebat, aut etiam laicum, in ſatisfactione iniuriæ: q̄ſiuit Bracharen̄. archiepiſcopꝰ, vtrum huiuſmodi percuſſores clericorum incidant in excōicationem? Reſpondet Papa, quòd huiuſmodi manus iniectio, & ſi nō violenta, iniurioſa tamen videtur, cum ille canon tam in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus: & ideo mandat Papa, vt illud decætero prohibeat attentari: vnde ſequitur, quòd tales ſunt excommunicati: Si quis clericus poſt huiuſmodi prohibitionem ſponte ſe ſubiecerit, excommunicatur, ita tamen quòd clericus ſatisfaciat iniuriam paſſo, ſine, iniuria ordinis clericalis. No. quòd in iniectione manuum non ſolum violentia attenditur, ſed ēt temeritas, & iniuria. Item iuri publico. nemo poteſt renuntiare, quale eſt iſtud quòd clericus ſponte ſe ſubijciat percuſſionibus, cum id reſpiciat iniuriam totius ordinis clericalis. Item volenti & ſcienti ac patienti fit iniuria, ſi in eo lædatur ius alterius.

¶ *Glo. ſeq. alleg. duas concor. obijcit, & ſoluit. Secundò quærit, & alleg. pro, & contra, Tertiò quærit, & ſoluit.*

m ¶*Iniurioſa.*] Quandoque fit iniuria ſiue violentia, & tunc incidit in canonem. s̃. eod. nuper. 1. reſpon. & c. vniuerſitatis. Sed quare hic dicitur iniurioſa, cum volenti non fiat iniuria. 33. q. 5. noluit. & ff. de iniur. l. 1. §. vſque adeo. C. de tranſact. cum donationis. ff. de regu. iur. nemo videtur? Sed dic, quòd iniuria illa dicitur fieri eccleſiæ, quia ea q̄ in nos delinquuntur poſſumus remittere, ſed non quantum ad eccleſiam. 23. q. 4. ſi is qui. & s̃. eo. cum deſideres. & ſic filius poteſt remittere iniuriam quantum ad ſe, ſed non quātum ad patrem. ff. de

iniu.

iniu.l.1.§. vſque adeo. & quantum tangit cõmodum noſtrũ, & non quantum tangit cõmodum aliorum.ff.de pac. iuriſgẽtium.§.ſi paciſcar.63.diſt.Salonitanæ. Sed nunquid põt eps ſolus remittere iniuriam factam eccleſiæ ſine capitulo? Videtur ꝙ ſic:qa actio iniuriarũ non eſt in bonis noſtris ante litẽ cõteſtatã. ff.de iniur. iniuriarum. ergo ſolus eps põt eam remittere, argu. ſ. de his quæ fi. à præla.ſine conſen. c.cũ Apoſtolica.cum. n.eps ſit pater.95.diſtin. eſto ſubiectus. & pater poſſit remittere iniuriã factam filio. ff.de iniu. l. ſed ſi vnius. §.filiofamilias:ergo ſolus hoc facere poteſt.Sed non videtur, cum eps ſit procurator,& nõ dñs. 12. q.1.c.vlti.& ſ.de do.fraternitatem.quia conditionem eccleſiæ facere deteriorem non põt,vt ibi dicit. 1 Sed quare excuſatur qui ioco percutit clericũ, licet inuitum.ſ.eo.c.1.& nõ iſte qui percutit volentem? Rñ eſt: quia iſte temerarias manus inijcit.ſ. eo. vniuerſitatis. ſed ille non: & cauſa vlciſcendi iniuriã ſuã hoc facere videtur. Itẽ quia huius manus ſæuit,licet non iniuriando.argu. 14. q.6.ſi res. ſed non illius qui ioco.Io.

1 Idem no. 23.q.4.ſi is qui. hoc tenet hic In. & Hoſ.hic. & ſ. eo. cũ deſideres. in fi. Ioan. And.

†C. 11.eo. tit.in 3.cõpilat.

¶*Gl.ſeq. primò tractat de pſalmiſta, de bigamo,de coniugato, & de depoſito: Secundò quærit de excommunicato. arg.negatiue, ponit opi.*

a ¶*Ordinati.*] in quouis ordine.21.diſt.cleros. dummodo nõ cõtrahat ſecundas nuptias.83.diſt.quiſquis.et ſi ſit clericus cõiugatus.arg.ſ.de vita & hone.cle. clericus. & hoc intellige ſi vult deferre coronam,& gaudere priuilegio clericali: aliàs ſi non vult habere priuilegium clericale,põt deponere.ſ.de cleri.coniuga.Ioannes. vbi de hoc. 2 Item & clericus depoſitus hẽt hoc priuilegium,quãdiu vult viuere ſub regula clericali.81.diſt.dictum.& c.proxi.ff.de decu.l.fi. Item niſi immiſcuerit ſe enormitatibus.ſ.eo.cum non ab homine. & c.perpendimus. vel vſque ad trinam admonitionem contempto habitu clericali.ſ.eo.in audientia.& ĩ.eo. contingit. Itẽ quid de excõicato depoſito ſi verberet,an incidit in canonẽ? Videtur ꝙ non: quia nihil ad nos de his qui foris ſunt. 2. q. 1. multi,qui iã eſt membrũ diaboli,& extra eccleſiam eiectus. 11.q.3.oĩs Chriſtianus.& c.ſeq. 3 & quia non poſſet alium excõicare.24.q.1.audiuimus.eadẽ rõne non erit excõicatus, qui clericũ excõicatum ẽt depoſitum verberet:quod quidam concedunt.Vin.diſtinxit, an excõicatio præcedat depoſitionem,& tunc adhuc retinet priuilegium clericale: ſi vero ſequitur,& incorrigibilis fuerit,eo tradito curiæ ſeculari,amittit priuilegiũ.ſ.de iud.cum non ab homine. qui autẽ alium clericum excõicatum verberat,videtur ſecundum hoc excõicatus multo fortius, quàm qui verberat excõicatum clericum ante depoſitionem,ſecundum quod diſtinguit.Vinc.

2 Qđ dic vt inf. de cle. coniu cap. vno. lib. 6. Io.And.

3 De hoc ſup.de offi. ordin.c.qđ ſedẽ. & de præſcrip.c. veniens. vide omnino Inno. in c. ſi vero. ſupra eod.& Io.An.hic.

b ¶*Fauorem ordinis.*] cui renuntiare non poteſt. ſ. de foro compe.ſi diligenti.& c.ſignificaſti. Ber.

¶*Glo.ſeq.obijcit,& ſoluit.*

c ¶*Prohibeas attentari.*] Non videt rñderi ad qõnem quæ fuit, an huiuſmodi percuſſores incidant in canonem.Sed dic ꝙ bene ſunt excõicati:qa iniurioſas & temerarias manus inijciunt,& ſatis innuit,dum dicit:tam in fauorem clerici,ꝗ ordinis,&c.ex eo qđ dicit, prouiſo vt clericus ſine iniuria clericali &c.clericus qui ad hoc conſentit,excõicetur,vt ĩ.ſequitur.

canon nõ tam in fauorem clerici ordinati[a], quam in fauorem[b] ordinis clericalis fuerit promulgatus: ideo & volumus & mandamus,vt id decætero prohibeas[c] attentari. Si quis autem clericus poſt prohibitionem huiuſmodi, ſponte ſe ſubiecerit, excommunicetur: Prouiſo, vt clericus iniuriam paſſo ſine iniuria clericali ſatiſfaciat competenter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.

¶Idem Lugduñ. Archiepiſcopo.

¶*Seruus excommunicatus pro iniectione manuum in clericum tenetur pro abſolutione ire ad ſedem Apoſtolicam: ſed ſi ex hoc dominus,qui non fuit in culpa, graue damnum patiatur, vel ſeruus hoc faciat in eius fraudem, abſolui poteſt ab epiſcopo, ſi læſio non fuit enormis.*

CAP. XXXVII.

Relatum† eſt nobis, quòd cum aliqui ſerui propter iniectionem manuum in clericum violentam,in canonem incidunt ſententiæ promulgatæ: allegantibus dominis eorundem, quòd carere mancipijs ſuis nolunt, venire ad ſedem Apoſtolicam abſoluendi non curant:per occaſionem huiuſmodi eludentes eccleſiaſticam diſciplinam. ¶ Quocirca mandamus, quatenus eos venire compellas ad ſedem Apoſtolicam abſoluendos: cum plus ſit Deo,quã homini[d] deferendum: niſi fecerint hoc in fraudem, vt ſubtrahant ſe obſequio dominorum: aut ipſi domini propter hoc ſine culpa[e] ſua graue dãnum incurrant: tunc enim† in vtrolibet caſu[f] poteris eos ex indulgentia noſtræ prouiſionis abſoluere, cum nimis ſint ab Apoſtolica ſede remoti: ſed in recompenſationem[g] laboris, quem in itinere ſuſtinerent, alia eis ſatiſfactio iniungatur: dummodo non ſit tam grauis, & enormis[h] exceſſus, vt propter vitandum ſcandalum,& tollendum exemplum huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum Dei venire debeant abſoluendi.

¶Idem Strigoneñ.† Archiepiſcopo.

¶*Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licet eum poſtea impugnet, ex hoc ſolo pro abſoluto non eſt habendus.*

CAP. XXXVIII.

Sacris †eſt canonib⁹ inſtitutum:& infrà.¶Licet is,qui

Relatum.] Cõis diuiſio.Secunda:ibi, *Quocirca.* Abb. Sicu. CASUS. Serui pp iniectionem manuum in clericos in excõicationem incidunt:dñi ſui allegant ꝙ nolunt carere ſeruis ſuis: & ita non curant venire ad ſedem Apoſtolicam abſoluendi,eludentes canonicam diſciplinam: ſignificatum eſt hoc Dño Papæ: vñ mandat archiepo Lugduñ.quatenus compellat eos venire ad Apoſtolicã ſedem abſoluẽdos,cum potius Deo ꝗ homini ſit deferendũ, niſi ſerui illi hoc faciãt in fraudẽ, vt ſe ſubtrahant obſequio dñorũ, aut ipſi dñi pp eorum abſentiam grauiter læderent ſine culpa dñorum,& tũc in vtroque caſu ab ipſo archiepo ex indulgẽtia Papæ poterunt abſolui,& in recompenſationem laboris alia eis ſatiſfactio iniungat: dũmodo non ſit enormis exceſſus,vt pp ſcandalum tollendum ad ſeruum ſeruorum Dei venire debeãt abſoluẽdi. Not.ꝙ plus eſt Deo ꝗ homini deferendum.Item ſerui à ſede Apoſtol.pro iniectione manuum in clericos ſunt abſoluendi: niſi in duobus caſibus hic poſitis, ſ. ſi faciant hoc in fraudẽ, vt ſubtrahant dominis ſeruitium debitũ, vel ſi dñi graue damnũ incurrerent de eorum abſentia.Item pro vna ſatiſfactione alia iniungit.

†Dictio,n. non eſt in vetuſtioribus codicibus.

†In vaticanis vno aut altero excepto ita:Idẽ Nidroſien. archiepo.

d ¶*Plus Deo quàm homini.*] 11.q.3. qſqs metu.& c.Iulianus,& ſ.de voto.ex multa. ver. in tanta.& c.22.q.5.c.2.& 3.aggrauatur enim culpa ex perſona iniuriati.ſ.eo.cum illorum.vbi de hoc.

†C. 12.eo. tit.in 3.cõpil. pars ſupra de ſepult. c. ſacris. & de his quæ vi. metuſue cau. fiũt.c.

e ¶*Sine culpa.*] Tunc enim poſſunt abſolui per epm,vt hic dicit:& ſ.eo.mulieres.& ĩ.eo. quamuis.quæ intelligi debent ſecundum hanc diſtinctionẽ: vnde ſine culpa priuari non debent.ſ.de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſuæ, diſcretionẽ.& c. vlt.& ſ.vt lit.non conteſt. quoniam frequenter. §. 2. & ſ. de conſti.cognoſcentes.aliàs ſi eſſent dñi in culpa, tã ipſi quàm ſerui ſunt excõicati:puta ſi mandaſſent, quia qui p aliũ facit, per ſeipſum facere videtur.ſ.eo.mulieres.& c.vt famæ. 4

4 Adde l. ita tamen. §. geſſiſſe. ff.de admi. & peri tut. cũ vulgaribus.

f ¶*In vtrolibet caſu.*] ſ.cum ſerui hoc faciunt fraudulenter, vel cum dñs nullam culpam commiſit.ergo videtur idem dicendum in viro,ſi in fraudem vxori, ſuæ faciat. & in liberto qui operas præſtare tenet.arg.29.q.2.perlatum.Sed hoc non credo, cum non inueniam: quia hoc edictum,vt omnes ad curiam mittantur,qui expreſſe non excipiuntur, prohibitorium eſt.arg.ſ.eo.cum illorum,in prin.

g ¶*Recompenſationem.*] ſic ſ.de vo. quod ſuper his.& ca.magnæ. ad finem.

h ¶*Enormis.*] ſ.eo.cum illorum.vbi de hoc.

Sacris.] CASUS.Aliqui ſunt excõicati cum omnibus fautoribus,& participibus ſuis: aliquis ſponte cõicauit talibus, tandem ad cor rediens, de mãdato eccleſiæ illos excõicatos,quos fouerat,expugnauit:quæritur an iſte debeat haberi abſolutus? Rñdet Papa,ꝙ non eſt habendus abſolutus, niſi gratiam abſolutionis perceperit: & ſi occumbat in hmõi bello,non ſunt oblationes recipiendę ꝓ illo,nec orationes Domino porrigendæ,niſi cum de ipſius viuentis pęnitentia per euidentia ſigna conſtiterit,& fuerit abſolutus ſcđm tenorem conſtitutionis.Inno.Not. ꝙ licet quis excõicatus iuret ſtare mandatis eccleſiæ,vel expugnet excõicatos,non habetur pro abſoluto,niſi beneficium abſolutionis fuerit ſubſecutum.

voluntarius [a] excommunicatis illis communicauerat, qui cum omnibus fautoribus & participibus ſuis excommunicationis ſententia ſunt aſtricti, ad cor rediens de mandato eccleſiæ excommunicatos, quos prius fouerat, expugnauerit †: non tamen priuſquàm abſolutionis gratiam perceperit habendus eſt abſolutus: nec ſi occumbat in huiuſmodi bello, ſunt [abſolutiones, † vel] oblationes recipiẽdæ pro eo, vel orationes Domino porrigendæ [b], niſi cum de ipſius viuentis pœnitentia per euidentia ſigna conſtiterit: & iuxtà cuiuſdam conſtitutionis [c] noſtræ tenorem, defuncto etiam abſolutionis beneficium impendatur.

†expugnaret.

† Hæc duo verba: abſolutiones vel, deſunt in omnib⁹ Vaticanis & pleriſq; alijs.

¶Idem Aſſuntineñ. † Epiſcopo.

† Aliàs ita: Aſaſinati, epiſcopo.

¶ *Semel excommunicatus debet vitari ſemper vt excommunicatus: niſi legitimè probet ſe fuiſſe abſolutũ.*

CAP. XXXIX.

SIcut † nobis: & infrà. ¶Fraternitati tuæ reſpondemus, ꝙ niſi excommunicati à te, ſuper abſolutione ſua literas nr̃as [d], vel illius, cui vices noſtras in hac parte commiſimus, reportauerint, aut alio [e] modo legitimè de illorum abſolutione tibi conſtiterit: tu ipſos pro excommunicatis vt prius habeas, & facias euitari.

¶Idem Senoneñ. Archiepiſcopo.

¶ *Si excommunicatus ab epiſcopo ad metropolitanum appellat, ab eo abſolui poteſt metropolitanus, tamen volens ſuo ſuffraganeo deferre, poteſt illum ſibi remittere, abſoluendum: & tenetur etiam remittere, quando propter manifeſtum exceſſum fuit excommunicatus: & ante abſolutionem non auditur volens probare ſe iniuſtè excommunicatum: ſecus ſi probare vult ſententiam eſſe nullam.*

CAP. XL.

PEr † tuas literas: & infrà. ¶ Videtur aliquibus [f], quòd cum ad Metropolitanũ per appellationem quęſtio nõ defertur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi [g], vtpote ab eccleſia ſeparatus, ſiue appellauerit, ſiue non, Metropolitanus ei non debet abſolutionis beneficiũ exhibere. Verum ex verbis cuiuſdam epiſtolæ [h], quam ſcholaſtici ab Alexandro Papa emanaſſe proponunt, habetur, quòd ſi ante appellationem, in aliquem excommunicationis ſententia fuerit promulgata, Metropolitanus ante litis ingreſſum, ab eo iuramento recepto, ſecundum eccleſiæ cõſuetudinem, debet ipſum abſoluere, niſi voluerit epiſcopo diœceſano deferre, ipſumque ad eum remittere abſoluendum: vbi etiam conſequenter infertur, ꝙ nec excommunicati ſunt audiendi [i], priuſquam fuerint abſoluti: nec ſunt ad illos, à quibus appella-

a ¶*Voluntarius.*] Secus ſi abſolutè fuerit attractus. ſ̃. de his quæ vi metuſve cauſa, ſacris. & 50. diſt. presbyteros. & ſup. de bapt. maiores. ad fi. ver. ille vero qui nunquam.

b ¶*Porrigendæ.*] 24. q. 2. c. 2. & 3.

c ¶*Conſtitutionis.*] ſ̃. eo. à nobis. cum fuerit abſolutus, tunc orabit eccleſia pro eo, & recipiet oblationem pro eo, ſicut pro alijs defunctis.

SIcut.] Excõicato, q dicit ſe abſolutũ, nõ creditur niſi ꝓbet. h. d. In prima ponitur deciſa cõſultatio: In ſecũda reſponſio: ibi, *Fraternitati*. Abb. Sicu.

CASVS. Aliqui excõicantur aliqñ ab epõ ſuo: Illi accedũt ad curiam Dñi Papæ, redeũtes dñt ſe abſolutos, nõ oſtendunt literas ſuæ abſolutionis: quæſiuit eps̃ Aſſuntineñ. vtrum debeat illos habere ꝓ abſolutis? Rñdet Papa, ꝙ niſi ſuper abſolutione ſua literas Apoſtolicas, vel illius cui vices ſuas in hac parte committit, reportauerint, aut alio modo legitimè conſtiterit de abſolutione ipſorum ipſos ꝓ excõicatis ſicut prius faciat euitari. Nota, ꝙ non eſt credendum alicui, q dicit ſe abſolutũ, niſi de hoc fidẽ faciat.

¶ *Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.*

d ¶ *Literas noſtras.*] Sed videtur, ꝙ eis credendum ſit, quia de nemine p̃ſumendum eſt ꝙ ſit immemor ſuæ ſalutis. 1. q. vlt. ſancimus, & arg. cõtra de conſec. diſt. 4. cũ itaque. & c. ſi nulla extant. ſed nõ eſt verum. [1] ſ̃. de off. or. ex parte. & 8. q. 5. c. vnico. & C. de mãda. prin. l. vnica.

†C. 13. eo. tit. in 3. cõpilat. Vide gloſſam & docto. in c. propoſuit ſup. de cleri. excõ. mini. Ancha. conſ. 64. & Felin. in c. ſcribã. ſup. de pręſum.

¶*Glo. ſeq. reci. per q. an vnius teſtis indicia, vel honeſtas perſonę ſufficiat, & tenet quòd non: allegat contrarium, & ſoluit.*

1 In foro cõtentioſo & cõtraria locũ habẽt in foro pœnitẽtiali ſupra de homi. c. ſignificaſti. 2. ver. de cæteris. ſecundum Hoſt. Io. And.

e ¶*Alio modo.*] Non tñ vno teſte, quia fieret actori præiudiciũ: nec ẽt ſufficiunt talia indicia, quæ ſufficiunt. ſ̃. de cle. peregri. c. inter. & c. tuæ. nec ſufficit hic honeſtas perſonæ, vt ei credi debeat. arg. 50. diſ. ſi quis p̃poſtera. & diſ. 8. ſi ſolus. Arg. contra 97. di. nobiliſſimus. Sed illud cũ nulli ſit p̃iudiciũ. Io.

PEr tuas.] Diuiditur. Nã in prima parte ponitur falſa opinio: In ſecunda allegatio pro archiepõ: In tertia allegat̃ contra ipſum: In quarta ſoluit diſtinguendo. Secunda: ibi, *Verum*. Tertia: ibi, *In Sardicenſi*: Quarta: ibi, *Nos igitur*. Ab. Si.

CASVS. Eps̃ Altiſſiodoreñ. excõicauit archipresbyterum ſuum: archipresbyter ad Senoneñ. archiepm̃ accedens obtulit cautionem ſtandi iuri, petens abſolui: archieps̃ volens epõ deferre, ipſum monuit vt eum abſolueret: & quia eum abſoluere noluit, archieps̃ eum abſoluit, quem eps̃ non habebat abſolutum, dicens, ꝙ eius abſolutio ad archiepm̃ non pertinebat: vnde archieps̃ quæſiuit à Papa quid in ſimilibus ſit tenendum ſuper hoc? Rñdet Papa, ꝙ quidam dicebant, ꝙ cum qõ non defertur ad archiepm̃, per appellationem, de illa qõne ſe intromittere non poteſt, & excõicatus vocem non hẽt appellandi, vt pote ab eccleſia ſeparatus: & ſiue appellauerit ſiue non metropolitanus eum nõ debet nec poteſt abſoluere: præmiſſa opinione reiecta; primo oſtendit Papa per quandam decretalem Alexandri, ꝙ archieps̃ eum abſoluere poſſit: dicit enim Alexander, ꝙ ſi ante appellationem epiſcopus aliquem excommunicauerit, metropolitanus ante litis ingreſſum iuramento recepto, ꝙ ſtabit mandatis eccleſiæ, debet ipſum abſoluere, niſi epiſcopo duxerit deferendum: & ipſum ad eum remittere abſoluendum: & ſubſequitur ibidẽ, quòd nec excommicati ſunt audiendi, niſi prius fuerint abſoluti, nec ſunt ad illos, à quibus appellauerant, remittendi: Secundò in contrarium ꝓ epiſcopo allegat Papa cõcilium Sardiceñ. in quo dicitur, ꝙ ille qui ab epiſcopo eſt excõicatus, vicinos epiſcopos interpellet, & cauſa eius audiatur, & epiſcopus qui iuſte vel iniuſte excõicauit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur, quouſq; ipſius ſententia approbetur, vel emendetur: & ante finẽ cauſæ nullus eum cõmunioni reſtituat: Papa vero his pręmiſſis dicit diſtinguẽdum. vtrũ quis proponat ſe poſt appellationẽ legitimã excommunicatum fuiſſe, vel intolerabilem errorem in ſentẽtia fuiſſe expreſſum: in quibus caſibus ad probationem eorum dẽt admitti, etiam ſi abſolutionem non petat: ſed in alijs debet euitari: quamuis tales Apoſtolica ſedes abſoluere cõſueuit ad cautelam: ſed in alijs non debet audiri, niſi fuerit abſolutus, ne ſententiam contemnere videat̃, & per hoc amplius ligatur: & in caſibus iſtis intelligitur concilium Sardiceñ. ꝙ ſi abſolutionis beneficium poſtulauerit, metropolitanus debet illum abſoluere, niſi ſuo duxerit ſuffraganeo deferendũ: & ſi ſuffraganeus ipſum nõ abſoluerit, metropolitanus cautione recepta, ꝙ ſuo debeat parere mandato, ipſum abſoluat, & cãm audiat: & ſic archieps̃ rectè proceſſit. Sed ſi forte eps̃ ſubditum ſuum pp manifeſtũ exceſſum excõicaſſet, metropolitanus non dẽt ipſum abſoluere, niſi eps̃ requiſitus malitioſè ipſum abſoluere noluiſſet. No. hic duos caſus, in quib. non tenet excõicatio cũ de his conſtiterit, & iõ pp dubiũ interim audit̃ ad probationem eorum, ſ. ꝙ appellauerit ante excõicationem, vel error intolerabilis in ſnĩa ſit expreſſus, aliàs non eſt quis audiẽdus ante abſolutionẽ. Itẽ in dubio abſoluit̃ quis ad cautelã. Item ligatur quis ex contemptu, licet non ſit excõicatus. Itẽ negligentia ſuffraganei per metropolitanum ſuppleri debet.

†C. 14. eo. tit. in 3. cõpil. præter Henricum Boich, & alios hic, vide ca. is cui. §. fi. de ſent. excõ. lib. 6. adde Couarruuiã in c. alma. mater. de ſen. excom. lib. 6. par. 1. §. 2.

f ¶*Videtur aliquibus.*] & malè, quia & ſi non appellatur ad metropolitanum, tamen poteſt excõicatum abſoluere, ſi eps̃ ipſum abſoluere nolit. ſ̃. de offi. ordi. ad reprimendam. Ber.

g ¶*Appellandi.*] vt p hoc ab excõicationis ſnĩa releuet̃, vt ſ̃. de ap. paſtoralis. nec interdictũ. vt ſ̃. eo. ti. ad hęc qm̃. [2] ſed vt cãm tráſferát ad ſuperiorẽ, bñ tenet appellatio. 3. q. 9. reuera.

2 Nec ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſiæ. inf. eo. is cui. in fi. lib. 6. Io. And.

h ¶*Cuiuſdam epiſtolę.*] quã habuiſti olim in antiqua cõpilatione. ſ̃. de off. ordin. quæſitum. cuius ſnĩa & etiam verba pro maiori parte ponuntur hic, & incipiunt hic, quod ſi ante, &c.

i ¶*Sunt audiendi.*] ſi agant. ſup. de hære. excommunicamus. §. credentes. ſ̃. de excep. cum inter. conueniri tamen bene poteſt. ſ̃. eo. ſi vere. & §. prædi. credentes.

uerant,remittendi.[a] ¶In Sardicen. †autem concilio[b] repetitur, vt is,qui ab epiſcopo eſt abiectus, finitimos epiſcopos interpellet, & cauſa eius audiatur, & diligentius pertractetur: epiſcopus autem, qui iuſtè, vel iniuſtè abiecit eundem,patienter accipiat, vt diſcutiatur negotium,quatenus vel probetur eius à pluribus ſententia, vel etiam emendetur: prius tamen quàm omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante[c] cauſæ cognitionem communioni eum ſociare præſumat, qui fuerat communione priuatus. ¶Nos igitur credimus diſtinguendũ[d], vtrum quis proponat ſe poſt appellationem legitimam interpoſitam,excommunicatione fuiſſe notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem[e] errorem fuiſſe patenter expreſſum: in quibus[f] caſibus ad probationem eorum, etiam ſi abſolutionem non petat, debet admitti: ſed donec de ipſis conſtiterit, in alijs[g] euitari debet †: quamquam Apoſtolica ſedes etiam tales †conſueuerit abſoluere ad cautelam[h]. Verũ in alijs[i], niſi gratiam abſolutionis imploret, non debet audiri: ne ſententiam eccleſiaſticam cõtemnere[k] videatur,& per hoc amplius ex ſuo contemptu ligetur. Quòd ſi[l] abſolutionis beneficium humiliter poſtulauerit, Metropolitanus eũ debet abſoluere, niſi ſuo duxerit ſuffraganeo deferendum: cui tamen,ſi ſuffraganeus abſolutionis beneficiũ iuxtà formã eccleſię noluerit exhibere,ipſe nihilominus illũ abſoluat, cautione recepta,quòd ſuo debeat parere mandato,ac deinde cauſam audiat, & quod canonicum fuerit (iuſtitia mediante) decernat. Quòd ſi forſan epiſcopus ſubditũ ſuum, propter manifeſtum excõmunicaſſet exceſſum, Metropo-

¶Glo.ſeq.ponit tres caſus,quibus remittitur appellans.

a ¶*Remittendi.*] Remittitur quãque aliquis ad eum à quo appellauit,ſi malicioſè appellauit.ſ.de appel. cum in eccleſia.& c. vt debitus. vel ſi non fuerit proſecutus appellationem in termino conſtituto: vt eod.tit.perſonas. Vel ſi appellans hoc petierit.ſ.de app.interpoſita.§.ille.aliàs obtinet ꝙ hic dicit.& C. de app.eos.& 1.q.6.§.vlti.

¶In concilio Sardicẽſi id habetur,cap. 17. cuius verba hic referuntur vſq; ad §. pos,igitur.

¶Glo.ſeq.ponit ius antiquum,& modernum, & diſtinguit.

b ¶*In Sardicen.autem concilio.*] 11.q.3.ſi eps forte, quod inducit hic cõtra decre. Alexandri. Vnde nota. ꝙ ſecundũ antiquos canones quilibet excõicatus audiebatur, q ante abſolutionem volebat probare ſe iniuſte excõicatũ.11.q.3.ſi eps forte. cuius tenor hic ponit. Hodie vero non audit niſi in duob.caſibus: 1 ſi dicat ſnĩam latã poſt appellationem fuiſſe, vel ſi dicat intolerabilem errorem in ea fuiſſe expreſſum: 2 vt hic dicitur.Sic ergo diſtinguas, ſi aliquis conqueritur ſuperiori de iniuſta excõicatione,aut appellauit ad eum,aut nõ:Si appellauit, primo præſtabit cautionẽ, ꝙ ſtabit mandatis eccleſiæ, tunc eſt in optione ipſius ſuperioris an velit eum abſoluere:an remittere eũ abſoluendum ei à quo appellauit,vt hic ſequitur in decret. allega. Si vero non appellauit, ſed per ſimplicem querelam adiuit ipſum, debet eum remittere ad inferiorem, vt ipſum abſoluat: & ſi inferior ipſum abſoluere nolit, archiepiſcopus ipſum abſoluat.ſ.de offi. ordi. ad reprimendam. ſi tamen periculum eſſet in mora propter huiuſmodi remiſſionem,ipſum ſtatim abſoluat,ĩ.eo.ſacro.arg.ad hoc ſ.ti.prox.c.vlt.Et ſi viderit ſententiam excommunicationis ab epiſcopo latam eſſe iniuſtam euidenter, poterit archiepiſcopus declarare ſubditum irrationabiliter fuiſſe ligatum, licet non ſit appellatum ad ipſum.ſ.de appe.ſollicitudinem. ſimiliter & econuerſo, ſi viderit eam iuſtam, tenetur remittere ipſum abſoluẽdum ad inferiorem,vt hic in fi.Io.

1 Et in alijs qui no.inf. c.præſenti. lib.6.Ioan.

2 Adde qđ ad defenſionem neceſſariã auditur. not. Bal.in l.de pupillo. §. ſeruo.ff.de no. operis nunt. tangit Bart. in l.non ſolũ. §.fin. ff.de iniur.

c ¶*Nullus ante.*] Ergo nec archiepiſcopus.arg. ſ. eod.cum deſideres.& c.quod in dubijs.in principio.

d ¶*Diſtinguendum.*] ad ſoluendam contrarietatem concilij & decret.Alexand.

¶Glo.ſeq.reci.per q.quis ſit error intolerabilis. alleg. contrarium.ponit opi.Vin.ſubdit quid ſi erratur in facto: quia cauſa propter quam excommunicatur,non eſt vera.

e ¶*Intolerabilem errorem.*] Error intolerabilis poteſt dici quodlibet peccatum,vt ſi excõicet ideo quia non furatur:vel quia non ducit ei aliquam meretricem, vel quia non eſt inobediens ſuo prælato, vel ſi præcipiat aliquod impoſſibile, vel turpe,vt dictum eſt,talis ſnĩa nulla eſt,nec aliquam obligationem inducit de facto,vel de iure.ſimi.ſ.de pact. c. vlti. arg.contra.ſ.de condi.appo.c.vlti.in fi. Vin.hæc intelligit tãtum de errore iuris: vnde in prædictis exemplis tenet excõicatio, 3 vt ſi dicat ſic,excõico illum, quia non adulteratur, quia non interfecit illum, tenet excõicatio. Item intolerabilis poteſt dici error, ſi expreſſe pronunciatur contra ius ſcriptum,vt ſi dicat,pronuntio excõicationem valere, quia eſt lata poſt appellationem legitimã: & à tali ſententia nõ eſt neceſſe appellare.2.q.6.c.ei qui.§.diffinitiua.ff.quæ ſentẽ. ſine app.reſcin.l.1.§. 1. & idem eſt dicendum vbicunque ponitur iudicium retro nullum fuiſſe:niſi velit quis ad cautelam appellare.C.de procu.licet.& ſ.de procu.in pñtia.in fi.& ſup.de cri.fal.ſuper eo.& ſ.de re iudi.c.1. ſecus eſt ſi errorem nõ exprimit in ſnĩa & tñ pronuntiaret contra ius:tenet quidẽ tunc ſnĩa,niſi fuerit appellatione ſuſpenſa ſ.de re iudic. cum inter vos.& ff.eo.cum prolatis.ſed ſi error eſt in facto,vt ſi hoc modo dicatur,excommunico te,quia expoliaſti talem:licet manifeſte ſit falſum,tenet ſententia:quia talis cã poſſibilis eſt,licet ſit falſa,nec continet errorem, & ſnĩa ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt. 11.q.3.c.1.& 2.arg.contra ꝙ talis error facit eam nullam,ſicut error calculi.ff. quæ ſen. ſine app.reſcin.l.1.§.1. & talis error facit exhæredationem nullã.ff. de lib. & poſthu. l. ſi poſthumus.§. vlt. & l. ſeq. ſicut nec valet decretum de datione tutoris, vbi error facti eſt expreſſus. ff.de tuto.& cura.l. tutor. & l. Seiæ. ſic & obligatio per errorem facti non tenet. ff. ſi qs cau.ſed & ſi.§. vlt. & ff. de fideiuſſo. ſi qs poſtquam.Io.Quid ergo dices?Credo ꝙ in ſententia excõicationis lata per errorem facti(vt dictum eſt)tutius ſit dicere ꝙ teneat,& ꝙ abſoluatur quo ad eccleſiã, vel ſaltem ad cautelã, quia quo ad Deũ non eſt ligatus,niſi contemneret eam: vt ĩ. ſequitur.& 24.q.3.notandũ. in fi.ſ.de teſti. veniens.

3 Et hoc ideo ſecundum Vinc. quia talia mortalia non ſunt expreſſe contra naturã excõicationis, q non debet ferri niſi ꝓ contumacia: & dixit ꝙ gl. ſupra Ioann. Theutonici fuerat, & colorata extẽdẽs fimbrias ſuas.Io.

† Aliàs deeſt verbũ, debet.

† Aliàs, talem.

f ¶*In quibus caſibus.*] duobus ſ.præmiſſis, cũ dicitur,ſententiam latã poſt appellationem legitimam, & cum dicit, continere intolerabilẽ errorem,& in caſibus iſtis intelligit c.concilij Sardicen. cuius tenor hic ponit.ſic ſ.de offi.dele. cũ contingat. in caſibus iſtis primo admittitur probatio, vt appareat an abſolui debeat,an denuntiari non ligatus, vt ibi in c. cum contingat.

g ¶*In alijs.*]Sic intellige quod dicit,in alijs,ſ.quia non auditur in alijs negotijs, vel factis iudicialibus,vt actor tãquã excommunicatus,ſed extra iudicium non debet vitari: vt ĩ.eo. tit.ſolet. niſi in hoc vt probet errorem,vel ſententiam latam poſt appellationem legitimã, & in hoc cõcordat concilium Sardicen.& interpretat Papa concilium vſq; ibi, ꝙ ſi abſolutionis beneficiũ humiliter poſtulauerit,& c.abinde vſque ibi quòd ſi forſan.interpretatur decret. Alexandri. Et ſic diſtinctio Innocentij concordat concilium Sardicen. & decret. Alexandri,quæ videbatur contraria, ſed non eſt: quia in diuerſis caſibus loquuntur: vt patet per interpretationem Innocentij.

h ¶*Ad cautelam.* 4] Sic ĩ.eo.venerabilis.& ſ.eo.cũ deſideres.§.ſecundæ.& ſ.de app.ad præſentiam. & ſ. de teſtib. veniens. nõ obſtãte cõtradictione excõicatoris, vel aduerſarij: vt in prędicta decretali,ſolet.niſi diceretur excommunicatus pro manifeſta offenſa, in quo caſu debet habere terminum octo dierum ad probandum manifeſtã offenſam vt in decretali prædicta, ſolet.Ber.

4 Pro intelligẽtia huius gloſſæ præter Panormitanũ hic vide Doct.in c. ſolet. de ſent.excõ. lib.6.

i ¶*Verum in alijs.*] Dixit Io.in alijs, dubijs, ſ.habendus eſt pro excõicato. ſ. eod.cum deſideres. §.ſecundæ.Et tu ai, in alijs, ſ.excommunicationibus, cum quis dicit ſe excõmunicatum iniuſte, vel quocunque modo apparet ipſum eſſe excommunicatum maiori excõicatione: quia tunc non debet audiri vt actor,niſi gratiã,& c.vt ſ.vbi dicit,nec excommunicati ſunt audiendi,& c.exceptis duobus prædictis caſibus: & hoc dicit litera ſequens:ne ſententiam cõtemnere, & c.quia hoc ipſo ligaretur ex contemptu: ſecus in eo qui petitur in ſeruum, qui pendente cauſa auditur contra alios, ſed cõtra illum qui dicit ſe dñm illius, non.ff.de lib.cau.ordinata.Ber.

k ¶ *Contemnere videatur.*] Nota cauſam quare hic tenet ſententia,licet iniuſta. 24. quæſtio. 3. notandum. in fine. & 6.quæſtione 3.capitu.audi. §. cum ergo. alia etiam recitatur ſupra de appella. paſtoralis. vbi de hac materia in notula, quæ incipit, hæc ratio,& ſuprà de cleric. excommu. mini.ſi celebrat.in fi.

l ¶ *Quòd ſi abſolutionis.*]Hic 5 interpretat decr.Alexãdri,

5 Vt hanc gloſſam apertius intelligas. lege & decretalem Alexandri, & cõciliũ ipſum Sardicenſe:vnde & text. & gloſſa apertiora fient vide ẽt antiquã cõpilationem initio citatam.

quæ intelligitur in eo caſu, cum excõicatio præceſſit appellationem, quam dicit iniuſtam; concilium in eo caſu, qñ appellatio p̄ceſſit. vel qñ intolerabilis error expreſſus eſt in ſnīa: & ſic planum eſt. Quæ fuit ergo dubitatio illius diuerſitatis? Altiſſiodoreñ. eṗs excõicauit archipresbyterum ſuum: archi-

litanus non debet ipſum abſoluere, niſi ſuffraganeus requiſitus malitioſè ſibi abſolutionis beneficium denegaret.

¶ Idem.

¶Si Papa ſuis literis excommunicatum ſalutat: non propter hoc eum abſoluit.

CAP. XLI.

SI† aliquando fortè contigerit, quòd eis, qui auctoritate Apoſtolica ſunt excommunicationi ſubiecti, noſtræ literæ cum ſalutationis [a] alloquio deſtinentur, non propter hoc excommunicationis credatur ſententia relaxata: Cum per ignorantiam, vel negligentiam, aut occupationem [b] nimiam, vel etiam per ſubreptionem [c] contingat huiuſmodi literas impetrari.

¶ Idem C. ſancti Laurentij in Lucina presbytero Cardinali Apoſto. ſedis legato.

¶Excommunicatus à pluribus prælatis ob plures cauſas, non eſt communioni reſtituendus, licet de vna cauſa velit ſatisfacere: & ſi impetratur abſolutio tacitis alijs cauſis, non valet abſolutio.

presbyter coram archiepo Senoñ. obtulit cautionẽ ſtandi iuri, humiliter petens abſolui: archieṗs deferens eṗo ſæpe monuit ipſum, vt eũ abſolueret: quod cum facere nollet, archieṗs ipſum abſoluit, quem eṗs non habebat pro abſoluto, dicens ꝙ eius abſolutio non pertinebat ad archieṗm, pro quo videbatur facere decreta. Alexandri, pro eṗo concilium Sardiceñ. vñ archieṗs quæſiuit à Papa quid iuris eſſet, & ipſe reſpondet vt patet ex litera. & hic reſume caſum.

†Ca. 2. titu. de reſcr. in 3. cõpil. & de articulo huius decretalis vide qđ ſancitũ eſt in Clemen. ſi ſummus. đ ſent. excõ.

S*I aliquando.*] Primò ponit dictum: Secundò cauſam reddit: ibi, *Cum per ignorantiam.* Abb.

Casvs. Contingit aliqñ ꝙ Papa excõicat aliquos: poſtmodũ eiſdem literas ſuas mittit cum ſalutationis alloquio: quæritur an ꝑ hoc ſint abſoluti? Rñdet Papa, ꝙ nõ ꝑ hoc credatur excõicationis ſnīam relaxatam, cum per ignorãtiam, vel negligentiam aut occupationem nimiam, vel ꝑ ſubreptionem hmõi literæ impetrentur. Not. ꝙ ex certa ſcientia debet abſolutio impetrari, non per ſubreptionem.

¶Glo. ſeq. ponit duplicem cauſam quare non ſalutamus excõmunicatos: ſecundo quærit, ar. pro, & contra. ponit opi. & ſol. tertiò quærit, & ſoluit.

a ¶*Salutationis.*] Excommunicati enim ſalutandi nõ ſunt. 1. q. 3. excommunicatos. 24. q. 1. omnis qui. ne per ſalutationem videatur eis aliquis conſentire, arg. 63. diſt. cum Hadrianus. vt facilius reſipiſcant, cum viderint ſe contemni. ſup. de excep. pia. [lib. 6.] quia grauis pœna eſt inter homines eſſe, & eorum carere ſuffragio. C. de apoſt. hi qui. ſed quamuis eos non debeamus ſalutare, poſſumus tamẽ eis loqui de his, quæ pertinent ad eorum ſalutem: & licet alia verba incidenter ꝓponantur, non nocet. ĩ. eo. tamen. & c. cũ voluntate 1. reſpõ. & 11. q. 3. cum excõicato. Sed pone ꝙ Papa ex certa ſcientia ſalutet excommunicatum, nunquid habebitur pro abſoluto? argu. eſt ꝙ nõ, quia certa forma traditur, præter quam excõmunicatus non videtur abſolutus. ſ̃. eo. cum deſideres. ad fi. & c. quod in dubijs. in prin. & c. ſacris. argu. ad hoc C. de libera cauſa. iubemus. & C. de proba. non epiſtolis. ar. contra ſuprà de priuil. cum olim eſſemus. & Papa non ſubiacet 1 legibus. C. de leg. digna vox. & ff. eo. tit. princeps. Ergo videtur ꝙ eo ipſo ſit abſolutus, ꝙ Papa ſcienter tali cõicat, & Papa dat auctoritatem canonibus, & ab eo vigorem ſumunt & non econuerſo. ſ̃. de elect. ſignificaſti. Dicunt quidam, ꝙ ꝑ hoc hic non eſt abſolutus, niſi dicat: abſoluo te: ſed de plenitudine poteſtatis ſatis videtur, ꝙ ſit abſolutus, dum tñ Papa voluerit ipſum ꝑ hoc abſolutum eſſe, vt hic conſtat, & eſt hic arg. ꝙ ſic, ex eo ꝙ dicit, ꝑ ignorantiam: ergo à cõtrario, aliud ſi per ſcientiam, aliàs non eſſet maior poteſtas ipſius, quàm aliorum iudicum, quantum ad hoc. Sed nunquid incideret in canonem, ſi per talem participationem nolit ipſum eſſe abſolutum, vt dictum eſt? Non, quia legibus eſt ſolutus.

1 Quoad vim coactiuam. ſimilis gl. in c. 1. verbo ab omnib. ſupra de conſti. vbi vide citatos.

b ¶*Occupationem.*] Vnde non valent. ſic ſ̃. de capel. mona. ex parte. & ſ̃. de reſcri. c. 2. & c. ſi quando. arg. idem eſſet, & ſi per importunitatem petentis: quia dicit Imperator, Sæpe. n. per importunitatem petentis non concedenda concedimus. C. de peti. bono. ſubl. l. 1. lib. 10. B.

c ¶*Per ſurreptionem.*] ſcilicet, hoc tacito ꝙ eſſet excommunicationis vinculo innodatus, quo dicto literas non dediſſet. ſ̃. de reſcrip. ſuper literis. vbi de hoc ſatis dictum eſt.

CAP. XLII.

OFficij†: & infrà. ¶Poſtremò quæſiuiſti, vtrum is, qui propter plures exceſſus à pluribus prælatis ius in ipſum habentibus, excommunicationis [d] eſt vinculo innodatus, & vni prælatorum de vno tantum ſatisfacere vult exceſſu, ab eo ſit abſoluendus, de quo ſatisfacere vult eidem: & † cũ de alio non ſatisfecerit, alij abſolutus valeat nuntiari: & infrà. ¶Super hoc articulo reſpondemus, quòd ſupprimenti veritatem, abſolutio ſubrepta [e] non prodeſt: & veritatem intelligens, abſolutionẽ huiuſmodi exhibere [f] non debet.

†Ca. 15. eo. tit. in 3. cõpil. pars huius in c. officij. ſupra de pœn. & remiſſio.

†Aliàs ita: pũctis hęc diſtingunt: & cum de alio nõ ſatisfecerit alij: abſolutus, &c.

¶Idem Ferrarieñ. Epiſcopo.

¶ Excommunicatis, & interdictis prædicari poteſt licitè verbum Dei. hoc primò. & tempore generalis interdicti concedi poteſt baptiſmus, & chriſmatio in fronte, & pęnitentia morientium. h. d. ſecundò.

CAP. XLIII.

REſponſo noſtro† poſtulas edoceri, an cũ Ferrarieñ. ciues excommunicationis, & interdicti ſentẽtijs ſint ligati,

O*Fficij.*] Excommunicatus à pluribus prælatis non eſt cõmunioni reſtituendus, ſi ab vno tñ abſoluitur. h. d. Et ſecunda pars: ibi, *Super hoc.* Abb.

Casvs. Aliquis hẽt plures prælatos ius in ipſum habentes excõicatur ab illis ꝑ plures exceſſus: tandẽ de vno exceſſu ſatisfacere vult vni prælatorum: quęrit̃ vtrũ ipſum debeat abſoluere pro exceſſu, de quo ſatisfacere vult eidem, & cum de alio nõ ſatisfecerit alij, vtrum abſolutus valeat nuntiari? Reſpondet Papa, ꝙ ſupprimenti veritatem abſolutio ſubrepta non prodeſt: & cũ ꝑlatus intellexerit veritatem, abſolutionem exhibere non dẽt: non videtur reſpondere ad qõnem, ſed poteſt dici reſponſum eſſe dum dicit; abſolutio ſubrepta non prodeſt: quia abſolui debet, ſed ei non prodeſt quo ad effectũ, niſi ab alia fuerit abſolutus. No. ꝙ abſolutio per ſubreptionem obtenta non valet.

†C. 16. eo. tit. in 3. cõpilat. Vide Ioã. Calderinũ tract. de interdicto, mẽbro 6. q. 4. & late Couarruuiã in ca. alma mater. de ſen. excom. lib. 6. par. 2. §. 2. & 3.

¶Glo. ſeq. no. excõicatum iterum. &c. Secundò quærit & tripliciter ſolu.

d ¶*Excommunicationis eſt vinculo.*] Sic patet, ꝙ excõmunicatus iterum poteſt excommunicari. 3. q. 4. Engeltrudam. vbi tractatur de hac materia, & ſ̃. de iudæ. ita quorundam. & ff. de ri. nup. palam. §. vlt. Et ſunt duo effectus excommunicationis, expellendi extra eccleſiam, & eiectum confirmandi, quãtum ad primum excommunicari non poteſt: quantum ad ſecundũ bene, quia triplex funiculus difficile rũpitur. ſ̃. de treu. & pa. c. 1. ſed qualiter talis abſoluet̃? Poteſt dici, ꝙ vna abſolutione omnes excõicationes tollantur, ſicut vna acceptilatione plures obligationes tolluntur. C. de tranſactioni. tranſactionem. & ff. de accep. pluribus. vel vnus committat alteri vices ſuas, & illud competẽtius fiet: vel quilibet abſoluat à ſua excõicatione: & vltima confirmabit pręcedentes. ff. de ſer. ruſt. prædi. per fundum, ſed qui primo abſoluit, non denuntiabit ipſum abſolutum, nec eſt ei cõicandum donec abſolutus fuerit ab alio: quia qui eſt excõicatus in vna eccleſia, excõicatus eſt quo ad omnes: vt 4. q. 5. quiſquis.

e ¶*Subrepta non prodeſt.*] De hoc etiam dictum eſt ſ̃. eo. cũ pro cauſa. & dic quòd non prodeſt quantum ad ſaluationem ſ̃. tit. proxi. quod quidam: valebit tamen quantum ad mitius ſupplicium ſubeundum: vt de pœ. diſt. 3. ad fin. & c. ſiquis autem. & §. ſed in fin. diſt. Ber.

f ¶*Exhibere non debet.*] Arg. ſ̃. tit. proxi. quod quidam. & de pœ. diſt. 3. ad fin. c. ſi quis autem. & §. ſeq. Dici poteſt, non debet exhibere, cum effectu, vt eum denuntiet abſolutum, vt dictum eſt, donec ab alio fuerit abſolutus: vel non debet, niſi caueat quòd abſoluatur ab alia, dilata denuntiatione: & interim ei non communicetur, niſi tunc demum cum ab alio fuerit abſolutus. ſed ipſum ſimpliciter non debet abſoluere, vt hic dicitur.

R*Eſponſo.*] Sunt duæ partes principales. Secunda: ibi, *Præterea.* Et quælibet ſubdiuiditur in conſultationem, & reſponſionẽ, & partes patent. Abbas Siculus.

Casvs.

C a s v s. Litera iſta plana eſt. Licitum eſt prælato prædicare interdictis, vel excōicatis, de his quæ pertinent ad ipſorum correctionem, dummodo cōtra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. Secundò quæſiuit eps Ferrarieñ. vtrum tpe interdicti, cum diuina officia ſint tunc interdicta præter baptiſma paruulorum, & pęnitentias morietiũ, liceat pueros baptizatos conſignare in fronte? Rñdet Papa, ꝙ ſicut poſſunt baptizari, ſic pñt in frōtibus ab epo ſacro chriſmate deliniri. No. ꝙ excōicatis & interdictis poteſt prædicari de his, quæ pertinent ad eorum correctionem. Item in generali interdicto ſemper excipiuntur baptiſma paruulorum, & pœnitētia morientium.

liceat tibi viros, & mulieres ſemel in hebdomada, vel in mēſe, apud aliquam eccleſiam conuocare, quibus prædices verbum Dei, & eoſdem ad correctionem inducas. Super quo reſpondemus, quòd ſine ſcrupulo conſcientiæ hoc facere poteris, cum videris [a] expedire: dummodo contra formam interdicti nullum eis diuinum officium celebretur. ¶Præterea quæſiuiſti, cũ Ferrarieñ. ciuitas ſit interdicto [b] ſuppoſita, & ideo ſint ibidem (præter baptiſma [c] paruulorum, & pœnitentias morientium) vniuerſa ſacramenta eccleſiaſtica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus conſignare. Super quo reſpondemus, quòd ſicut baptizari poſſunt pueri, ſic & baptizati ad confirmationem [d] in frontibus à te poſſunt ſacro chriſmate deliniri.

a ¶*Cum videris expedire.*] 11.q.3. anteceſſor. j. eo. cũ voluntate. ¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

b ¶*Interdicto ſuppoſita.*] Sic ergo ciuitas ſubijcitur interdicto: & ſic puniuntur quandoque qui non peccauerunt. ſic s̄. de ſpon. non eſt vobis. & s̄. de offic. deleg. ſane 2. Arg. contra. 24.q.3. ſi habes. ſed id de excommunicatione dicitur, non de interdicto. 1

b ¶*Præter baptiſma.*] Hæc duo ſacramenta ſemper excipiuntur de interdicto: vt s̄. de ſpō. non eſt vobis. & viaticum etiam decedentibus conceditur: quod per pœnitentiam intelligitur. s̄. tit. prox. quod in te. ſed vnctio denegatur, vt ibi.

d ¶ *Ad confirmationem.*] ſine qua non eſt plene 2 chriſtianus q eam contemnit. de conſec. diſt. 5. omnes. & c. de his. in fi.

¶ Idem.

¶Si coniunx ſcit pro certo impedimentum matrimonij, non debet reddere debitum, ſed potius excommunicationem pati: ſi autem hoc credat ex cauſa probabili, & diſcreta, poteſt reddere debitum, non autem exigere: ſed ſi ex leui & temeraria cauſa, depoſita conſcientia poteſt reddere, & exigere.

C A P. XLIIII.

INquiſitioni † tuæ reſpondentes, credimus diſtinguendum, vtrum alter coniugum pro certo ſciat impedimentũ coniugij, propter quod ſine mortali peccato non valeat carnale commercium exercere, quamuis illud apud eccleſiam probare non poſſit: an nō ſciat pro certo, ſed credat †: In primo caſu debet potius excommunicationis ſentētiam humiliter ſuſtinere [e], quam per carnale commercium peccatum operari mortale. In ſecundo diſtinguimus, vtrum habeat conſcientiam huiuſmodi ex credulitate leui [f], & temeraria, an probabili & diſcreta: & quidem ad ſui paſtoris conſilium (conſcientia leuis & temerariæ credulitatis exploſa [g]) licitè poteſt non ſolum reddere [h], ſed exigere debitum coniugale. ¶Verum cum cōſcientia pulſat animũ ex credulitate probabili [i], & diſcreta, quamuis non euidenti & manifeſta, debitum quidem reddere poteſt, ſed poſtulare non debet: ne in alterutro vel contra legem coniugij, vel contra iudicium conſcientiæ committat offenſam.

INquiſitione.] Diuiditur: Nam primò caſum de quo quæritur, diſtinguit, & primum membrum proſequitur: ibi, *In primò*. Circa ſecundum diſtinguit: ibi, *In ſecundò*. Tertiũ membrum proſequitur: ibi, *Verum*. Abbas.

C a s v s. Duo ſunt coniuges vir & vxor, alter dicit ꝙ impedimentum eſt inter eos, ita ꝙ non pñt ſibi carnaliter commiſceri ſine peccato: quæritur quid iuris ſit? Dñs Papa dicit eſſe diſtinguendum, vtrum alter coniugum ſciat impedimentum coniugij pro certo, pp quod non poteſt carnale cōmercium ſine mortali peccato exercere, quamuis illud probare non poſſit, aut non ſciat pro certo, ſed credit: In primo caſu dēt potius excōicationem ſuſtinere, quam per carnalem copulam, vel commercium mortaliter peccare: In ſecundo caſu diſtinguitur, vtrum habeat conſcientiam hmōi ex credulitate temeraria & leui, an probabili & diſcreta: Si ex leui & temeraria credulitate hmōi conſcientiam habeat, eam omnino dimittat ad conſilium ſui paſtoris, & debitum reddat & exigat: Si conſcientiam habeat huius impedimenti ex cā probabili & diſcreta, debitũ reddat, ſed nō exigat cōtra huiuſmodi conſcientiam: ne contra legem coniugij vel cōtra iudiciũ conſcietiæ cōmittat offenſam. Not. ꝙ qs dēt potius excōicationē ſuſtinere, quàm mortaliter peccare. Item nullus contra conſcientiam facere debet: & potius debet ſequi conſciētiam, quam ſnīam eccleſiæ, cum quis certus eſt in hoc caſu.

e ¶*Humiliter ſuſtinere.*] ſic s̄. de reſti. ſpo. literas. verſus fi. ſed potius debet omnia mala pati, quam contra conſcientiam peccatũ operari mortale. 32.q.5. ita ne. & s̄. de his quę vi metuſve cā fiũt. ſacris. ¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

f ¶ *Leui & temeraria.*] quam dicit leuē? puta, ſi audiuit impedimentum à leuibus, & forte à paucis, quibus credere non tenetur, talem credulitatem, vel conſimilem debet remouere: quam non euadet, niſi deponat errorem, ſupra de ſimo. per tuas 2. & 11.q.3. cui eſt illata.

g ¶*Exploſa.*] id eſt expulſa.

h ¶*Reddere, ſed exigere.*] Arg. 23.q.1. quid culpatur. in fi. & ſup. de ſpon. iuuenis. ¶*Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.*

i ¶*Probabili & diſcreta.*] Sed quam dicis ꝓbabilem? puta, quia vidit virum cum conſanguinea ſua in locis ſuſpectis, & hora ſuſpecta, ſolum cum ſola ante matrimoniũ: 3 huiuſmodi præſumptiones ꝓbabilē inducunt credulitatem, vel quia publicē dicitur ab omnibus. ad hoc facit s̄. de præſum. tertio. & c. literis. & idē intellige de viro, ſi vidit conſanguineum ſuum cum vxore ſua ante matrimoniũ.

¶ Idem.

¶ Per dimiſſionem habitus & tonſuræ, non perdit clericus ante trinã monitionem priuilegium clericale.

C A P. XLV.

1 Antiquæ decretalis verba, quorũ hic meminit gloſſa ad tollẽdam cõtrarietatẽ de decretali, nouerit. ita habent: & tã ſtatutarios, qui Poteſtatẽ eandẽ non ſit dubium ꝑpter hoc excõicationis ſnĩam ꝑter notã infamiæ incurriſſe.

f ¶ *Priuatos.*] Ex hoc videtur, ꝙ ipſo iure ſunt excommunicati ipſi ſtatutarij, ex eo ꝙ dicit, priuatos denunties, per decre. s̃. eo. nouerit. & quia contra fidelitatem veniunt, amittere debent feudum. 22. q. vlt. de forma. & eccleſia poteſt illos priuare: cum in hoc ſint de foro illius. ſic dominus priuat vaſallum, quando facit feloniam domino de ſuo feudo, in conſtitutio. Frideri. de feu. hac edictali. §. præterea. quia dominus inter vaſallos de feudo cognoſcit. ſup. de fo. compe. verũ. & c. ex tranſmiſſa. ſimile s̃. de hære. c. vlt. arg. 15. q. 6. c. pen. & vlt. ſic & clericus qui contra eccleſiam ſuam aduocat, perdere debet beneficium. ſup. de poſtu. c. vlti.

CVm.] Tres ſunt partes: Secunda: ibi, *Prædicatores.* Tertia: ibi. *Si qui vero.* Abb.

C A S V S. In primo reſponſo dicitur, ꝙ ſi aliquis participat excommunicatis in his quę ad ſalutem vel correctionẽ eorum pertinent, in locutione: licet alia verba eis incidenter interponat, vt apud eos magis proficiat, non eſt excommunicatus. Secundò dicitur, quòd prædicatores dum prædicant excommunicatis & alijs detentoribus alienarum rerũ: & audiunt confeſſiones eorum, licite poſſunt recipere ab eis eleemoſynas: cũ ipſi quaſi gerant cauſam eorũ, ad quos res ipſæ pertinere noſcuntur: præcipue ſi aliàs in loco illo non poſſint ſuſtentationem habere. Tertiò dicitur, ꝙ clericus ratione officij quod in eccleſia obtinet, & alij clerici ſeniores zelo deuotiõis poſſunt percutere pueros vel adoleſcentes conſtitutos in minoribus ordinibus, turbantes diuinum officium, nec incurrunt excommunicationem. Item prælati, & magiſtri ſubditos & ſcholares ſuos cã correctionis leuiter poſſunt percutere ſine pęna excommunicationis: & idem dicendum eſt de his qui aliquos de familia ſua, vel propinquos ſuos inferiorum graduum ſimili modo corrigunt, vt eos cohibeat à vitijs, boniſque moribus informant. In omnibus premiſſis caſibus excõmunicationis ſententiam non incurrũt, cum huiuſmodi participatio & correctio bono animo, & non diabolo ſuggerente fiat. Not. quòd voluntas, & propoſitum alicuius inſpicienda eſt ad hoc vt de facto ſuo iudicetur. Item neceſſitas facit licitum quod aliàs eſt illicitum. Item ratione officij licet quod aliàs non liceret. Item nota hĩc plures caſus, in quibus licet corrigere, & percutere clericum ſine pœna excommunicationis.

¶ **Gregorius nonus.**

¶ ***Alloquens excommunicatum in tendentibus ad ſalutem animæ, etiã ſi alia verba interponat, excommunicatus non eſt.***

C A P. LIIII.

CVm † voluntate ac propoſito [g] maleficia diſtinguantur, excommunicationis ſententiam non incurrit, qui excommunicato, in his quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutem [h] animæ pertinent, in locutione participat: licet etiã alia verba incidenter (vt apud eum magis proficiat) interponat.

† Vide B. Thomã in qõnib. additis ad 3. par. q. 23. ar. 1. & citatos in c. à nobis. ſupra de exceptioni.

¶ *Prędicatores pręſertim, qui aliàs ſuſtentari non poſſunt, ab excommunicatis, & detinentibus bona aliena eleemoſynam recipere poſſunt. hoc dicit.*

¶ Prędicatores quoque, qui penes excõicatos, vel [i] alios alienarũ rerũ detentores, in prædicationibus & cõfeſſionibus quaſi gerunt cãm, [k] [vel † curã] eorum, ad quos res ipſæ ſpectare noſcuntur, eleemoſynas licitè poſſunt ab illis recipere †: præſertim [l] ſi aliàs non valeant in illo loco ſuſtentationem habere.

† Hæc duo verba, vel curam, deſunt in antiquioribus codicibus & in omnibus Vaticanis.

† Adde in contrario an debeat eis dari: no. Alb. de Roſate, & Bar. in l. 1. C. de men. vali. lib. 11.

g ¶ *Voluntate ac propoſito maleficia.*] Hæc verba ſumpta ſunt ex illa lege. ff. de furt. qui iniuriæ. in princi. ad cor enim & ſpontaneas voluntates reſpicit Deus, & non * ad actus. 15. quæſtio. 6. capitu. 1. & 14. quæſtio. 5. ſiquid. ſola enim temeritas hic attenditur. ſup. eod. c. 1. & 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & quia animus punitur, non opus. 50. diſt. contra animũ. & duobus cap. ſeq.

*Sano modo hoc accipias: qa vtrũque reſpicit De⁹, magis tñ cor, vt in c. 1. 16. q. 6.

h ¶ *Ad ſalutem.*] s̃. eo. 1. reſponſo. & 11. q. 3. cum excommunicato. vbi permittitur participare in his, quæ ad ſalutẽ pertinent, vt hic dicit, & quæcunque verba ad hoc proficere poſſunt, excommunicato dici poſſunt, alias non.

i ¶ *Vel alios.*] i. vſurarios, quorum eleemoſyna 2 recipi nõ debet. s̃. eo. de vſur. quia in omnibus.

2 Melius diceret oblatio, & tũc, demũ cum ſunt manifeſti: eſt. n. differentia inter hæc duo, vt dixi in text. Io. And.

k ¶ *Quaſi gerunt cauſam [vel curã.]* quaſi negotiorũ geſtores, & ideo poſſunt eorum eleemoſynas recipere, vt hic dicitur: quia ipſi quorum res aguntur, ab illis ſua recipere poſſunt: & ſic iſti prædicatores licitè ea recipiunt pro eleemoſynis: & licet res non habeat effectum, ſufficit quòd ab initio negotium ſit vtiliter cœptum. ff. de nego. geſt. ſed an vltro. §. is autem qui. & negotiorũ geſtor præterea poteſt agere ad ſumptus, quos fecerit, vt ibi dicitur. & eſt argumen. quòd ille qui gerit vicem alterius honorandus eſt ſicut ille cuius vicem gerit. 93. diſt. c. vlt. & 94. diſ. c. 1. & s̃. de offi. deleg. cum olim 2.

l ¶ *Præſertim.*] poteſt exponi pro maximè: 3 quia aliàs tempore neceſſitatis ab excommunicatis poſſunt recipi neceſſa-

3 In exponit pro tantum: quod eſt tutius, ſecundum Hoſt. alleg. in ar. ſupra eod. inter alia in fi. Io. And.

neceſſaria,& emi.11.q.3.quoniam multos. aliàs vero prædicatores non debent recipere eleemoſynas ab excommunicatis,vel vſurarijs,vel conſimilibus.90.diſt.oblationes. & c.eorum.& 17.q.4.miror.

¶ *Ponit quoſdam caſus, in quibus percutiens clericum excommunicatus non eſt.*

¶Si qui verò ratione [a] officij, quod in eccleſia obtinent,aut etiam alij [b] clerici ſeniores zelo deuotionis,pueros vel adoleſcentes in minoribus [c] ordinibus conſtitutos turbantes [d] diuinum officiũ, & hi qui obtentu prælationis [e], vel magiſterij [f], ſubditos & ſcholares correctionis cauſa leuiter fortè percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrunt. Quòd & de his dicendum eſt, qui aliquos de familia [g] ſua, vel propinquos inferiorum [h] graduum ſimili modo, vt cohibeantur à ſuis inſolentijs, & ſcientia boniſque moribus informentur, duxerint corrigendos.

¶ Idem Aſtoricen. Epiſcopo.

¶*Communicans excommunicato in crimine damnabili, incidit in excommunicationem maiorem.*

a ¶*Ratione officij.*] Nota, quòd ratione officij licet quod aliàs non liceret: 1 & hoc ideo, quia ex quo commiſſum eſt ei officium, & talia ſine quibus officium commodè expediri nõ poteſt: ſicut iudex poteſt compeſcere omnes impedientes iuriſdictionem ſuam. ſup.de offic. delega.c.1. & capitu.præterea. & c.prudentiam. & capitu.ſuſpicionis.& ſuprà de teſtib.cap.tam literis. imo & ſi non habeat officium.

1 Concor. text. in l.1. §.ſed eſt æquiſſimum cum gl. in ver.concedi. ff.de poſtu.

b ¶*Alij.*] ſcilicet ſeniores de eccleſia poſſunt inferiores in minoribus ordinibus conſtitutos coercere, etiam turbantes diuinũ officium, vt ibi dicitur.

¶ *Gloſſa ſequens arg. à contrario, & cauſam reddit.*

c ¶*In minoribus ordinibus.*]Ergo non poſſunt ſic compeſcere cõſtitutos in ſacris ordinibus licet turbent officiũ: quia ex eo quòd permittit ſpecialiter de iſtis, de alijs prohibet, ſicut quod de vno negatur, de alio conceditur. 25.diſtinctio.qualis. & s̃.de præſum. nonne.& quia honorabilia membra exceptis grauioribus culpis verberibus ſubijci non debent.45. diſtin.cum beatus. puniantur ergo aliàs admonitionibus: & ſi ſe non correxerint,poſſunt ſuſpendi.s̃.de celebra.miſ.dolentes.argumen.

d ¶*Turbantes.*]s̃.eodem veniens.& s̃.de appel.dilectis filijs. argument.

e ¶ *Prælationis.*] Sic ergo prælati poſſunt corrigere ſubditos,& percutere. leuiter ſine metu excommnicationis, cauſa correctionis,& non ex odio.s̃.eo.ex tenore.leuiter enim hoc facere debent. quia leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti.45.diſt.cum beatus.

f ¶*Magiſterij.*] Sic s̃.eo.c.1.modica enim & leuis caſtigatio permiſſa eſt doctori.ff.ad l.Aquil.l.5.in fi.& l.ſeq.& humilis debet eſſe doctrina magiſtri.s̃.de ma.& obe.humilis.vbi plures concor inuenies,ad hoc nimia ſæuitia culpæ annumeratur.ff.ad l.Aquil.præceptoris.

¶*Glo.ſeq.proſequitur quod dicitur de correctione familiæ,notans in textu.6.caſus,& quatuor addit.*

g ¶*De familia.*]Not.quòd qui, familiam ſuã corrigere debet,cum ei cõpetat iure patriæ poteſtatis. 23.q.4.duo iſta.& 45.diſ.c.cum beatus.§.Salomon.& c.diſciplina.& qui domeſticorum ſuorum curam non habet, fidem negauit.47.diſt.c.ſicut. §.neceſſe.ad fi.ver. hinc etiam Paulus. & C.de pa.po.ſi filius.& non ſolum pater, ſed etiam propinqui domeſticos ſuos corrigere debent.C.de emen.propin.l.vnica.& hic idem dicit,omnes prędictę perſonæ clericos inferiorum graduum corrigere poterũt ſine pęna excõicationis, vt hic patet de magiſtris & Pręlatis, 2 & non diſtinguitur in gradu.Hic habes ſex caſus in quibus licet corrigere,& percutere clericum ſine excõicatione,qui habẽt officium in eccleſia,ſeniores,& prælatus,magiſter,dñs domus,& conſanguinei. ſunt & alij caſus vbi quis non incidit in canonem, ſi iocoſa leuitate clericum percutit.s̃.eo.c.1.Item ſi inueniat eum cum matre,filia,vxore,vel ſorore. Item ſi vim vi repellat in continenti. s̃. eod.ſi vero alicuius 1. §. 2. & 3.Item ſi clericus poſt trinam admonitionem non ſe corrigat,perdit hoc beneficium. s̃. eo.contingit 2.& c.in audientia.

2 Idem no. 23.q.5.c.1. ad fi. in gl. magiſtri.

¶ *Glo. ſeq.no. à contrario aliud in ſacris, ſecundo quærit, & ſoluit.*

h ¶*Inferiorum graduum.*] Secus ſi ſint in ſuperioribus, puta ſubdiaconatu, vel alijs ſuperioribus: quia per ſacros ordines liberati ſunt à patria poteſtate: vnde nullum ius habent in eis: ſacer enim ordo liberat à patria poteſtate, quia liberat à ſeruili: quod plus eſt.54.diſ. ex antiquis.& cap. frequens. & cap. ſi ſeruus ſciente.& ſubdiaconus eodem gaudet priuilegio cum diacono. s̃up. de ſeru.non ordi.miramur.Et ita habes hic ꝙ clericus quãdiu eſt in minoribus ordinibus eſt in patria poteſtate, niſi expreſsè emancipetur.& ita nota dignitatem ſacrorũ ordinũ. 3 Quid ſi perſonæ ſuperius in litera nominatæ excedant modum, nũquid incidunt in canonem? Reſpondeo, niſi irato animo hæc faciant, & ex propoſito, non credo quòd incidant in canonem, qui ſolummodo dolũ proſequitur,quod colligitur ex verbis canonis. 17.q.4.ſi quis ſuadente.ibi, manus violentas iniecerit.& ſup. eod. capit. violentia non committitur ſine dolo: ſed huiuſmodi manus prædictarum perſonarum non ſunt doloſæ ſed charitatiuæ, licet fortuito caſu excedant modum diſciplinæ, quod probatur ex princ.huius cap.

† Contra clericos cõcubinarios vide ſancita in concilio Triden. ſeſſio. 25.de reforma.c.14.& de intellectu huius c. vide Couarruuiã in c.alma mater. de ſen. excom.lib.6. par.1. §.3.

3 De hoc vide in ca. indecorũ. ſup.de ęta. & quali.& an pater percutiens filium in ſacris conſtitutũ cauſa correctionis, ſit excõicatus. vide hic Io. And. & alios.

CAP. LV.

SI† concubinæ publicæ clericorũ eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione notentur, eoſdem concubinarios non eſt dubium ſententia maioris excõmunicationis inuolui, qui poſt latam ſententiam communicant in eodem crimine [i] criminoſis.

¶ Idem.

¶ *Excommunicatus minori poteſt ab excommunicatione aliquem abſoluere.*

CAP. LVI.

DVobus† collata poteſtas, vt à minori excommunicatione, ſi in ipſam inciderint†, inuicem ſe abſoluant, vtroque ligato vinculo excõmunicationis huiuſmodi non expirat. [k]

†Vide Henricũ Boich in c.ſi vere ſupra eod. diſt. vlt.

† incidant.

¶ Idem.

¶*Permittitur miniſtris eccleſiarum ſemel in hebdomada celebrare tempore interdicti,concurrentibus, quæ exprimuntur in textu.*

SI *concubinæ.*] Casvs. Publicæ concubinę clericorũ,quæ noluerunt ab eis recedere,excõmunicatæ fuerunt: clerici iſti concubinarij poſt latam ſententiam carnaliter ad eas habuerunt acceſſum: quæritur vtrum illi ſint eadem ſententia ligati? Rñdet Papa,quòd eadem ſententia inuoluuntur: quia participant in eodem crimine criminoſis. No. ꝙ participans in crimine, eadem ſententia notatur cum nominatim excommunicato.

i ¶ *In eodem crimine.*] Secus ſi aliàs participarent in locutione,vel aliàs quàm in crimine: quia tunc non eſſent excommunicati maiori,ſed minori.ſi.s̃.e.nuper. vbi ſatis de hac materia:& ea quę ibi dicta ſunt,hic poſſes repetere.& ſic ſententia per participationem,criminis extenditur ad perſonas contra quas lata non fuit.ſimile s̃.de immu.ec.aduerſus.in fin.& s̃.eo.nouerit. Ber.

4 Adde de hac.q.Car. Flo. in cle. 1. de relig. do.ver.prędictis.in 7. q.

DVobus.] Casvs. Duobus fuit collata poteſtas, vt ab excommunicatione minori,ſi eam incurrant,ſe viciſſim abſoluant: vterque incidit in huiuſmodi ſententiam: quæritur vtrum iſta poteſtas eis collata expiret: Rñdet Papa, ꝙ propterea nõ expirat quominus vnus alium abſoluat:tñ contradicunt quidam, quòd alter alium abſoluere non poteſt: niſi ab alio non ſuſpenſo primo fuerit abſolutus.

¶*Gloſſa ſequens obijcit, & dupliciter ſoluit.*

k ¶*Non expirat.*] Si poteſtas iſta abſoluendi non expirat. ergo vnus poteſt abſoluere alium. 4 Sed contra videtur, ꝙ cum vnus ſit priuatus à ſacramentis,alium reſtituere non poteſt.de conſe.diſ.4.ſanctum.quod enim non habet,dare non poteſt.1.q.1.c.1.& q.7.Daibertum.& argument. s̃.de cleric. excommuni.mi.cap.vltim. Quid ergo dicit quòd talis poteſtas non expirat? Reſpondeo 5 bene dicit, quòd in veritate poteſtas collata non expirat propter hoc cũ effectu,ſed dormit. i. poteſtas illa, cum vterque ſit excommunicatus, non poteſt habere effectum: quia alter alterum non poteſt abſoluere, niſi primo alter eorum ab alio quam à ſocio fuerit abſolutus, tunc demum habet effectum.ſi.s̃.de offic. delega. prudentiam.§.ſexta.& s̃.de conceſ.præben.& ec.non va.quia diuerſi-

5 Primam iſtam reſpõſionem reprehendebat Hoſt.dicens, ꝙ ſecundum eſt nihil eſſet ſpeciale in minori. qđ tamen vult ponderare. tenebat ergo ſecundã: poſtea dicẽs ſe audiuiſſe, ꝙ B.illam tenebat in additioni. dicit ſe additiones eius nõ vidiſſe. Ioan. And

diuerſitatem. 15.q.6.c.pe.& vlt.ſi.C.de cura.fu.l.pe. Vel dic quòd bene poteſt alter alterum abſoluere, licet ſit ligatus minori excommunicatione: & ita nullo modo expirat poteſtas, ſed durat cum effectu.ar.decre.prædi. ſi celebrat. quia minor excommunicatio priuat ſolummodo à perceptione ſacramētorum, ſed non à collatione, vt ibi dicitur.argu. ad hoc. ſup. eodem ſacro, & ſup.de reſcrip. ab excommunicato.

† Vide quæ poſtea diffiniuit Bonifacius octauus i c.vlt. de ſent.excom.lib.6. §.adijcim. & §.ſeq.

PErmittimus.] Hodie hoc cap. ſeruit de nihilo: quia hodie permittiť ſingulis clericis celebrare ianuis clauſis, excommunicatis, vel īterdictis excluſis: vt habetur in c.ſi. §. adijcimus.& §.ſeq.eod. tit.lib.6. Abbas.

CASVS. Permittit Papa rectoribus eccleſiarum, quòd tempore interdicti ſemel in ſeptimana cauſa conficiendi corpus Domini ad opus infirmorum (quod decedentibus in pœnitētia tempore interdicti non negatur) poſſunt Miſſarum ſolēnia celebrare, excluſis excommunicatis & interdictis. Not. ꝙ tempore interdicti conceditur corpus Chriſti decedentibus in pœnitentia.

¶Glo.ſeq.duplicem cauſam ponit, quare tempore interdicti celebrare permittitur quandoque fauore celebrantium, quādoque aliorum ver. ſed quando reci. per contrarium.

a ¶ *Excommunicatis & interdictis.*] & hoc idem facere debent religioſi & alij qui priuilegiū habent celebrandi tempore interdicti.ſup.de priui.quod nonnullis.& j. titu. proxi.cum in partibus.illud priuilegium per hoc c. extendiť ad omnes alios prælatos eccleſiarum, qui prius illud non habebant, ꝙ ſemel tantum in hebdomada celebrent cauſa conficiendi corpus Chriſti: & hic non attenditur fauor perſonarum. ſed ſanctitas ipſius corporis, & principaliter neceſſitas decedentium, ſiue infirmorum. Presbyter enim ſemper dēt habere Euchariſtiam paratam: ſed quando conſecratur pro populo, nihil in craſtino ſeruandum eſt.de conſe. diſt. 2. tribus. Item alijs conceditur fauore religionis, ſiue perſonarū, vt patet in c.quod nonnullis.s̄.de priuileg.

b ¶*Quod decedentibus.*] ſic.ſup.tit.proxi.quod in te. B.

CAP. LVII.

PErmittimus † eccleſiarum miniſtris ſemel in hebdomada tempore interdicti, non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa, ianuis clauſis, excommunicatis [a] & interdictis excluſis, Miſſarum ſolemnia celebrare cauſa conficiendi corpus Domini, quod decedentibus [b] in pœnitentia non negatur.

¶ Idem.

¶Satisfaciens clerico, quem verberauit, non poteſt propter hoc ab epiſcopo abſolui, niſi in certis caſibus hic expreßis.

CAP. LVIII.

QVamuis incidens in canonem latæ ſententiæ propter violentam manuum iniectionem, iuxtà proprias facultates eis ſatisfaciat, [c] quibus iniurias irrogauit, non tamen aliter, quam per ſedem Apoſtolicam, vel eius legatū abſolutionis poteſt beneficiū obtinere: Niſi imminente mortis [d] articulo, infirmitate, inimicitia [e], aut inopia [f], puerili [g] vel ſenili ætate, fragilitate ſexus [h], ſeu alia corporis impotentia [i], ſiue quolibet impedimento canonico [k] retrahatur, quo minus Romanum Pontificem poſſit adire: vel niſi iuris beneficio [l] à labore huiuſmodi excuſetur. Cæterum quibuſdam [m] prædictorum, videlicet qui temporali impedimēto laborant, exceptis pueris, ſub debito iuramenti (quod ſecundum eccleſiæ formam præſtare tenentur) conſueuit iniungi, vt impedimento ceſſante ad Apoſtolicam ſedem accedant mādatum ipſius humiliter ſuſcepturi.

¶ Idem.

¶Excommunicatio ſimpliciter lata intelligitur de maiori. hoc dicit. Et eſt textus notabilis, & quotidie allegatur.

QVamuis.] Diuiditur in duas partes: Secunda: ibi, *Niſi.* Abbas.

CASVS. Si aliquis incidens in excommunicationem propter violentam manuum iniectionem ſatisfecerit iniuriam paſſo, non tamen poteſt aliter quam per ſedem Apoſtolicā, vel eius legatum beneficium abſolutionis obtinere, niſi in quibuſdam caſibus, qui in ipſa litera continentur: Sed quibuſdam de prædictis, qui videlicet temporali laborant impedimento, exceptis pueris, præcipiendum eſt ſub debito iuramenti, vt impedimento ceſſante ad Apoſtolicam ſedem accedant mandatum Apoſtolicum ſuſcepturi. Not. quòd licet quis ſatisfecerit iniuriam paſſo, non tamen eſt abſolutus. Itē nota hic plures caſus, in quibus excommunicati propter violentam manuum iniectionem, Romanum Pontificem adire non debent. Item ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.

c ¶*Satisfaciat.*] licet quis ſatisfecerit iniuriam paſſo: nondum tamen haberi debet abſolutus, nec eſt ei communicandum niſi primo abſoluatur.s̄.eo.cum deſideres. 1. reſpon. & vlt. omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.j̄.de regu.iur.c.1. ſic enim excommunicatio quandoque ſolo verbo cōtrahitur, & ſolo verbo tollitur: ſed in hoc caſu ipſo facto inducitur, ſed ſolo verbo tollitur: & ſic ſatisfactio, vel iuramentum non ſunt de ſubſtantia abſolutionis. De hoc dictum eſt s̄. eodem cum deſideres.in fi.

d ¶*Mortis.*] ſup.eod. non dubium. & 17. q. 4.ſi quis ſuadente. & s̄. eo. quod de his.

e ¶*Inimicitia.*] ſupra eod. decætero.de infirmitate, inopia, ſenili ætate, habes ſup. eod. quod de his.

¶Gl.ſeq.ſignat contrarium, & ibi remittit.

f ¶*Inopia.*] ſi. ſup. de teſti. ſi qui teſtium.contra.ſup.eo.ea noſcitur. ſol. ibi.

g ¶*Puerili.*] pueri infra pubertatem nō mittuntur ad curiam: quia ætas eos excuſat ab itinere.ſup.eod. c. 1.& §. proxi.& inf.eod.c.vlti.

h ¶*Fragilitate ſexus.*] s̄.eod. mulieres.&c. de monialibus.

i ¶ *Corporis impotentia.*] qa ſcilicet ſit mutilatus in pede, quòd ire non poſſit, vel confractus.

k ¶*Impedimento canonico.*] ſup.eod.quod de his.Ber.

l ¶ *Iuris beneficio.*] Vt ſerui.ſup. eo.mulieres.& hoc intellige ſecundum diſtinctionem huius cap.ſupra eo. relatum.

m ¶*Quibuſdam prædictorum.*] ſ. qui timore mortis, infirmitate, inimicitia, ſenili ętate cōfracti, vel impotentia perpetua, inopia, omnes iſti poſſibilitate recepta ſedem Apoſtolicam viſitabunt pro mandato recipiendo: vt inf.ſequitur, & s̄.eo.decætero. & c. de his.

CAP. LIX.

SI quem ſub hac forma verborum, illum excommunico, vel ſimili [n], à iudice ſuo [o] † excommunicari contingat: dicendum eſt eum non tantū [p] minori, quæ à perceptione ſacramentorum, ſed etiam maiori excommunicatione (quę à communione fidelium ſeparat) eſſe ligatum.

† Dictio; ſuo, deeſt in pleriſq; recentioribus: ea ex antiqs codicibus & oībus Vaticanis eſt reſtituta: quā etiā agnouit gloſſa hic, & Hoſtienſis.

¶ Idem.

¶Beneficium indultum ratione minoris ętatis poſtquam cœpit habere locum, non extinguitur, licet minor peruenerit ad maiorem ætatem.

SI quem.] Non diuiditur.

CASVS. Si aliquis ſub hac forma verborum dixerit, excommunico illum, vel ſimilia verba protulerit, dicendum eſt eum non ſolum minori excommunicatione (quæ à perceptione ſacramentorum ſeparat) ligatum eſſe: verumetiā maiori. quæ à fidelium excludit communione. No. quòd idem eſt dicere, excommunico, & anathematizo.

n ¶*Simili.*] puta niſi hoc feceris, noueris te excommunicatum.s̄.de appel.c.præterea 2.& s̄.de teſt. cogen. c.2. & s̄.de rap.capitu.3.

o ¶*A iudice ſuo.*] ſentētia iudicis ſui ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet.11.q.3.c.1.& 2.ſed à non ſuo iudice lata eſt nulla. arg. de priui. cum olim eſſemus.& s̄.de conſuetu. ad audientiam & s̄.de iudi.at ſi clerici.& s̄.de offi.ordi.c.penult.

¶Glo.ſeq.tractat de maiori, & minori excommunicatione.

p ¶*Non tantum minori.*] ſic ergo patet, cum dico. excommunico illum, de maiori intelligitur, minor 1 enim excōmunicatio remouet à cōmunione ſacramentorum, vt hic dicitur: maior excommunicatio à corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, ſcilicet cōione fidelium. 3.q. 4. Engeltrudam. Eſt ergo maior excommunicatio à qualibet licita cōione, & legitimo actu ſeparatio: vnde Adam excōicatus fuit ex eſu ligni. 11.q.4.c.ad menſam.§.euidenter. Excommunicatio quę dicitur anathema, infligitur tam ab homine quam à iure, & pro contumacia & pro crimine.j̄.titu.proxi.ex parte.& 17.q.4.ſi quis ſuadente.& 24.q.1.c.1,2.& 3. & in titulo iſto per violētam manus iniectionem. Minor aūt excommunicatio infligitur

1 Præter canoniſtas hic, vide Theologos lib. 4. ſent. diſt. 22. & Couarruuiam in ca. alma mater. de ſen. excom.lib. 6.par. 1. in initio.

gitur qnque pœnitenti & impœnitenti. Pœnitenti qnque à ſeipſo, qnque à ſacerdote, de pę. diſt. 1. facilius. Sed melius faciat ſi auctoritate ſacerdotis hoc faciat, de pœ. diſt. 1. in actione: Impęnitenti qnque à Deo imponitur excõicatio minor, cum pp mortale peccatum Deus tradit aliquem ſatanę, & diſcedit à mente eius. 11. q. 3. audi denique. Qnque ipſemet ſe ſuſpendit à ſacramentis cum non vult pœnitere, & putat ſibi ſufficere: & male hoc fit. de pœnit. diſt. 1. ſunt qui arbitrãtur. ſed ſi reputat ſe indignum, & abſtinet, bene facit. de conſe. diſ. 2. qui ſcelerate. Qnq; imponitur à ſacerdote loco pœnæ: quia nõ vult pœnitere. 17. q. 4. miror. qnque p ſnĩam canonis. 11. q. 3. cum excõicato. & 81. diſt. ſi qui ſunt. Cum inflicta eſt excõicatio à ſe, vel à Deo, agat pœnitentiã, & ſequit recõciliatio: Si vero à ſacerdote inflicta fuerit, per eum reconcilietur: Cum vero à canone infligitur minor excõicatio, per ſimplicem ſacerdotem põt abſolui, & ſine iuramẽto, vel aliquo mãdato, niſi participet in crimine. ſ. eo. nuper. & cap. ſi concubinæ. Qui maiori excõicatione eſt notatus: ſi ab homine, ſemper ab eodem, vel eius ſuperiore dẽt abſolui. ſ. eo. per tuas. niſi incẽdiarij poſt publicationem. ſ. eo. tua. Si à canone eſt notatus, à ſuo epiſcopo poteſt abſolui, niſi conditor canonum ſibi abſolutionem retinuerit. ſ. eo. nuper. ſicut in his qui violẽtas manus mittunt in clericum. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. & ſ. eo. c. proxi.

†Oſee. ca. 10. ſunt verba gloſſæ interlinearis. Vide c. quid p nouale. ſ. eo. & l. ſylua. §. nouale. ff. de verb. ſig.

†Daniel. c. 5. & c. 1. eõ. tit. in 1. cõpilat.

CAP. LX.

PVeris[a], qui in canonem, inciderunt ſentẽtiæ promulgatæ, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem poſtulent ſe abſolui, poteſt diœceſanus epiſcopus abſolutionis beneficium impertiri: Cum propter defectum ætatis[b], in qua fuit commiſſus exceſſus, rigor[c] ſit manſuetudine tẽperandus.

PVeris.] Pueri excõicati pro iniectione manuũ, ab epo abſolui poſſunt: & ſi ante abſolutionem effecti ſunt pu beres. h. d. Et duæ ſunt partes. ſecunda: ibi, *Cum propter*. Abb. CASVS. Aliqui pueri infra xiiij. annos conſtituti violentas manus miſerunt in clericum: facti ſunt maiores ante abſolutionem: quæritur à quo debeant abſolui? Rñdet Papa, ꝙ ſiue ante ſiue poſt pubertatem poſtulent ſe abſolui, diœceſanus eps illos abſoluere poteſt: cum propter defectum ætatis, in qua commiſſus fuit exceſſus, rigor eccleſiæ ſit manſuetudine temperandus. No. ꝙ ratione ætatis rigor iuris aliquando temperatur: & ſic nota ꝙ ætati parcitur.

a ¶*Pueris.*] Intellige doli capacibus. ſ. de delic. pue. pueris. aliàs iniuriam facere non poſſunt, pati vero ſic. 15. q. 1. illud.

b ¶*Aetatis.*] ſic ergo parcitur ætati, licet non in totum, ſed quo ad minorem pœnam, vt in delictis. ff. de mino. auxilium. §. in delictis. 1 In delictis enim non parcitur niſi quo ad minorem pœnam, vt ibi.

1 Vide de delic. pue. ca. 1. ſuper vlt. glo. Io. And.

¶*Glo. ſeq. ponit quatuor caſus, quibus temperatur rigor.*

c ¶*Rigor.*] Iuris rigor temperatur quandoque ratione ætatis, vt hic, & 86. diſtinc. tanta. & de conſecra. diſtin. 3. eos qui. 35. quæſt. 9. ſententiam. quandoque ratione locorum, & temporum. ſup. eodem, ſuper eo. & quandoque ratione perſonæ & cauſæ, & loci, & temporis. ſup. de tranſact. capitu. vlt. & 23. queſtio. 8. occidit. & 29. diſtinc. ſciendum. quandoque ratione multitudinis & ſcandali. 50. diſtin. vt conſtitueretur. cum ſuis concordantijs.

TITVLVS XL.

De verborum ſignificatione.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

¶*Suprà viſum eſt de diuerſis conſtitutionibus circa iudices, iudicia, clericos, matrimonia, & crimina: Verumtamen quia in eis & alijs diſpoſitionibus dubitari poteſt de ſignificato verborum: ideo in fine operis annectit hanc Rubricam. Abbas.*

¶Hieronymus ſuper Oſee.†

¶*Nouale eſt terra nouiter ad culturam redacta.*

CAP. I.

INnouate[d] nouale. ¶Nouale[e] eſt ager nunc primum præciſus.[f]

INnouate.] Ex ponit hic Hieronymus verbũ nouale quod ſcribitur Oſee. 10. c. Abbas. CASVS. In Oſee Propheta verba iſta, Innouate nouale, reperiuntur: Hieronymus exponit hic quid ſit nouale, & melius exponitur. ſ. eo. quid per nouale.

d ¶*Innouate.*] verba ſunt Oſee prophetæ.

e ¶*Nouale.*] verba ſunt Hieronymi exponentis verba prophetę.

f ¶*Præciſus.*] dicit in lege terra. ſ. præciſa, q̃ anno ceſſat. ff. de ver. ſigni. ſylua. §. 2. Dicitur nouale terra de nouo ad culturã redacta: cuius non extat memoria ꝙ culta fuiſſet. 2 ſ. eo. quid per nouale. & qđ ſemel fuit nouale ſemper erit nouale quo ad decimarũ retentionẽ, vel ſolutionem. ſup. de priuileg. c. vlti.

2 Et eſt ſimile quod de loco deſerto dicitur. inf. eo. c. 1. li. 6. ſecũdũ Hoſt. 10. And.

¶ Idem ſuper Danielem. †

¶*Appellatione patris, veniunt in lata ſignificatione omnes aſcendentes.*

CAP. II.

NAm[g] & rex Nabuchodonoſor pater tuus. ¶Id eſt, proauus[h], more ſcripturæ, quæ auos, & deinceps patres[i] appellat.

NAm & rex.] In prima parte ponunt verba Danielis: In ſcđa verba Hieronymi exponentis illa: Secunda: ibi, *Id eſt proauus*. & vide hiſtoriam de conſe. diſt. 1. in c. veſtimenta. aliàs incipit, vaſa Abb. CASVS. In Daniele Nabuchodonoſor appellatẽ pater cuiuſdam, qui pater tñ non fuit: exponit hic Hieronymus quare dicat pater: hic. n. pater appellat p auus, more ſcripturæ, quæ auos, & omnes ſuperiores patres appellat.

g ¶*Nam & rex.*] verba ſunt Danielis.

h ¶*Proauus.*] Verba ſunt Hieronymi exponentis verba prophetæ.

i ¶*Patres.*] omnes aſcendentes parentis nomine continent. ff. de ver. ſig. appellatione. & appellatione filij omnes deſcendentes. ff. eo. liberorum. & ff. de gradi. cog. l. iuriſconſultus. §. parentes. Vſque ad tritauum patres dñr, vltra vero maiores appellantur: liberi vſque ad trinepotẽ: vlterius inferiores vocant, vt ibi dicitur: vnde Chriſtus dici põt filius Dauid. Ala.

¶Idem in parabolis.†

† Prouerb. c. 4. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

¶*Non dicitur natus, qui ſtatim deceſſit.*

CAP. III.

NAm[k] & ego vnigenitus fui coram matre mea. ¶ Quare vnigenitum[l] ſe nominat, quem fratrem vterinum[m] præceſſiſſe ſcriptura teſtatur? niſi quia ille mox natus ſine nomine quaſi nunquam[n] eſſet, de vita deceſſit.

NAm et ego.] In prima parte ponunt verba Salomonis: In ſcđa verba Hieronymi exponentis illa, ibi. *Quare*. Abb. CASVS. Salomon protulit hæc verba: Nam & ego vnigenitus fui coram matre mea: & tamen alium habuit fratrem, q̃ præceſſit ipſum: Exponit hic Hieronymus quare vocat ſe vnigenitum, ſ. quia ille mox natus ſine nomine quaſi nõ fuiſſet vita deceſſit: & ita dicitur non fuiſſe: ideo primogenitum ſe vocauit. No. non videt factum quod non durat factum.

k ¶*Nam & ego.*] verba ſunt Salomonis.

l ¶*Vnigenitũ.*] Verba ſũt Hiero. exponẽtis verba Salomonis.

m ¶*Fratrem vterinum.*] Fratres vterini dicuntur, qui ex eodem vtero nati ſunt: viuente. n. Vria cõcepit Berſabee ex Dauid: & peperit filium qui mortuus eſt: poſtea concepit ex eodem Salomone: vnde ipſe dicit, nam & ego vnigenitus, &c.

n ¶*Quaſi nunquam eſſet.*] & ita non videt fuiſſe q non durauit. ar. ſ. de reg. ad noſtrã. diſ. 63. quanto. ff. de in rẽ. ver. ſi p patre. §. in rem aũt verſum. 3 ſic nõ dicit eſſe q minus idoneus eſt. ſ. de transla. inter. & ff. qđ cuiuſque vniue. l. 1. ad fi. & C. de epi. audi. decreationib. & 19. diſ. pp totius. & 23. q. 1. paratus.

3 Secundũ Ala. ad idẽ 1. q. 1. conſtat. & qđ ibi no. ſ. ꝙ non habet poſtliminium q ſtatim reuerſus eſt. Io. And.

¶Idem ſuper Matthæum. †

†Math. c. 1. & c. 3. eod. tit. in 1. cõpil.

¶*Dictio, antequam, non ſemper implicat.*

CAP. IIII.

QVod dicitur, antequam[o] conuenirent, non ſequitur, vt poſteà conuenirent: ſed ſcriptura quod factum non ſit oſtendit.

QVod dicitur.] CASVS. In Euãgelio Matthæi ſunt hæc verba: anteq̃ conuenirent: ex hoc verbo volebant arguere quaſi à contrario, quòd poſtea conueniſſent Maria, & Ioſeph: dicit Hieronymus, non tñ ſequit, ꝙ poſtea cõueniſſent: ſed ſcriptura oſtendit ꝙ nunq̃ conuenerunt. No. ꝙ licet fortiſſimum ſit genus argumentandi à contrario ſenſu, fallit tamen hic. non enim ſequitur antequam conuenirent, ergo poſtea conuenerunt: ſcriptura enim non innuit ꝙ conuenerint.

o ¶*Antequam conuenirent.*] verba ſunt Euangelij Matthæi, quæ

quæ Hieronymus hic exponit.ſi.27.q.2. priuſquam. nec valet hic arg. à contrario ſenſu: & eſt quidam modus loquendi, ſicut ibi, ſede à dextris meis donec ponam, &c. non tamen ſequitur quòd poſtea poſuerit. R.& illud: Coruus non fuit reuerſus ad arcam donec aquæ ſiccarentur. ſic.ĵ. c.proxim.imo oſtenditur quòd non conuenerunt. contrarium innuitur eius qđ verba ſonare videntur, vt hic dicit in fine, &c.

† Math. c. 1.& c.4.e. ti.in 1.cõpilat.

IOſeph. Primo ponũtur verba Euangelij: Secundo verba Hieronymi exponentis illa: ibi, *Ex hoc loco*. Abbas.

†Aliàs, eã.

† Adde de hac dictione, donec, quod no. ĩ l.1.ĩ ſi.đ ſena. Bar. in l. ambiguitate.C. de vſufru.

CASVS. In eodem Mattheo dicitur: Ioſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium ſuum primogenitum: ex hac auctoritate quidam peſſimè ſuſpicabãtur Mariã alios filios habuiſſe: dicit Hieronymus, mos eſt diuinarum ſcripturarũ, vt primogenitus vocetur, qui primò natus eſt, non ille quem fratres ſequuntur. Not. in loquendo vſus intelligendi verba attendi debet. Item primogenitus appellatur, qui primo natus eſt, quamuis nullus ſequatur.

† Lib.4.de trini. refertur cap. 5. e. tit. in 1. compilat.

¶Idem in eodem †.

¶*Primogenitus dicitur, qui primò naſcitur, etiam ſi nullus ſequatur eũ.*

CAP. V.

IOſeph non cognouit Mariam †, donec [a] † peperit filium ſuum primogenitũ. ¶Ex hoc loco quidam peruerſiſſimè ſuſpicantur & alios filios Mariam habuiſſe: cum mos [b] diuinarum ſcripturarum ſit, vt primogenitum non vocent, quem fratres ſequuntur, ſed eum, qui primò natus fuit.

¶Hilarius †.

¶ *Verba ſunt intelligenda, non ſecundum quod ſonant, ſed ſecundum mentem proferentis.*

CAP. VI.

INtelligentia [c] dictorum [d] ex cauſis [e] eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res [f], ſed rei eſt [g] ſermo ſubiectus.

¶ Auguſtinus † ſuper Matthæum.

¶*Non vitiatur factum vario modo narratum, vbi idem in ſubſtantia concluditur.*

CAP. VII.

NIhil obſtat narrandi diuerſitas [h], vbi eadem dicuntur: maximè cum quiſque Euãgeliſtarum eo ordine credat ſe dicere, quo Deus voluit.

† Fortaſſis hæc dicit Auguſtin⁹ ĩ libris de conſenſu Euãgeliſtarũ, viđ ibi li.2. c. 11. 21.& 28.

a ¶*Donec.*] ſimile. ſ. eo.c.proxi.

b ¶*Mos.*] idem dicit lex quòd proximus eſt, quẽ nemo antecedit: 1 ergo & primogenitus eſt, ante quẽ nemo naſcitur, quicquid ſequatur.ff.eo. tit. proximus. & l.proximi.

1 Sequitur ſupremus eſt quẽ nemo ſequit̃ ſic iacet lex proxi. Io.And.

ADDITIO. Primus enim non ſolum is intelligitur, qui ante aliquem eſt, ſed etiã is, ante quem nemo ſit: vt ff. de vulga. & pupil. ſub l. ex duobus. in principio.

INtelligentia.] CASVS. Cum aliquis audit aliqua verba, conſiderare debet cauſam dicendi: & non ipſam ſignificationem verborum tantum: quia verba deſeruiunt intentioni, & non intentio verbis: verba enim inuenta ſunt, vt per ea intentionem ſuam quis exprimat. Nota, quòd cauſa dictorũ conſiderari debet.

c ¶*Intelligentia.*] ſic.ff.de regu.iur. in ambiguis. & 22. quæſtio. 5. humanæ.

d ¶*Dictorum.*] id eſt, verborum quæ prolata ſunt.

e ¶*Ex cauſis.*] non ſtatim debemus intelligere, vt verba prima facie ſonare videntur: maxime vbi ambigua ſunt, ſed debemus recurrere ad intentionem loquentis, vt hic dicit. arg. bo.ſ.de præben.c.vlt.& c.cum cauſam. ff.eo. tit.nepos Proculo. 2 & ff.de reg.iur.ſemper in ſtipulationibus. ad cauſam dicti recurrendum eſt ſ. de acc. cum dilecti. ſicut ad cauſam facti.23.q.vlt. occidit.ff.de furt.verum.

2 Si promiſit quis ꝓ te cẽtũ tribuere, cũ poterit: ad id qđ actũ eſt, redigitur interp̃tatio: alias intelligit̃ cũ ſine incõmodo poterit. Io. And.

f ¶*Res.*] id eſt, intellectus.ff.de ſupel. legat.l.Labeo. 31.q.1. quomodo virginibus. vbi dicitur, ſex maritos habuiſſe, quæ (domino teſtante) quinque tantum habuit. ibi enim Hieronymus reſpexit intentionem, & non verba Samaritanæ. Lau.

g ¶*Rei eſt ſermo ſubiectus.*] id eſt, intentioni, ſeu intellectui ſermo ſeruire debet: quia non in follijs, ſed in radice rationis, & in ſenſu conſiſtit Euangelium.1.q.1.Marcion.& ĵ.eo. c.2. & cap. in his. verba enim inſtituta ſunt vt per ea quis in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat.22.q.2.is autem.quia ſicut animus præfertur corpori, ita ſententia verbis.38.diſt.ſedulo.& 22.q.5. humanæ. & ff.de leg.ſcire. Item arg. eſt ꝙ verba ad extraneum ſenſum ſunt trahenda vbi res aliter ſalua eſſe non põt.arg.C.de ver.ſig.cũ quidam.& C. de lega.cũ quæſtio.

NIhil.] Diuerſitas verborum non vitiat, ſi idem in ſubſtantia concludatur. hoc dicit. Abbas Siculus.

CASVS. Euangeliſtæ diuerſo modo narrauerunt paſſionẽ Domini: dicit Auguſtinus, quòd nihil nocet narrandi diuerſitas vbi eadem dicuntur: quia quilibet euangeliſtarum narrauit eo ordine, quo Deus voluit. No. pro teſtibus qui diuerſo modo ferunt teſtimonium: quia non nocet dum tamen eadem dicant: ſecus ſi contraria dicerent.

¶ *Gloſſa ſequens argu. alleg. contrarium, & ſoluit.*

h ¶*Diuerſitas.*] quoniam nomina, & verba tranſpoſita idem ſignificant. vt dicit Ariſtoteles in Perihermenijs. & eſt arg. ad hoc. C. de teſta. quoniã indignũ. & hic vbi eadem dicuntur, prout ſequitur in litera, & hoc certum ſit & eſt ar.bonum pro teſtibus diuerſo mõ narrantibus.arg.ſ. de teſti. cap.cum tu. & 8.q.1. in ſcripturis. de conſe.diſ. 2.quotidie.& de pœni. diſt. 1. periculosè 3 Arg. contra.35.q.6. de parentela 2. ſed illud intelligitur de contrarietate ſententiæ. T.

†Lib. i.epiſtola. 28. regiſtri. & c.7. eo.ti. in 1.cõpil.

¶Gregorius †.

¶*Senſum, non verba conſiderare debemus.*

CAP. VIII.

PRopterea [i] ſi prolixam epiſtolam meam ad interpretandum [k] accipere te fortaſſe contigerit: rogo non verbum ex verbo, ſed ſenſum [l] ex ſenſu transferri: quia plerunque dum proprietas [m] verborum attenditur, ſenſus veritatis amittitur.

¶Iſidorus †.

¶*Dicit, quis propriè ſit prępoſitus.*

† Lib. 10. etymologiarum. & cap.8. eo. tit.in 1.cõpilatio.

CAP IX.

QVamuis omnes qui præſunt, præpoſiti ritè [n] vocentur, vſus tamen obtinuit eos vocari præpoſitos, qui quãdam prioratus [o] curam ſuper alios gerunt.

¶Idem † in libro Etymologiarum.

¶ *Non recipit congruam ſummationem.*

CAP. X.

FOrus eſt exercendarum litium locus à fando dictus, ſiue à Foroneo rege, qui pri-

PRopterea.] CASVS. Gregori⁹ ſcribebat cuidam amico ſuo aliquando, qui forte male interpretabatur dicta ſua: Greg. ſcribit ei dicens: Si epiſtolam meã prolixam ad interpretandum te recipere cõtigerit, rogo non verbum ex verbo transferri, ſed ſenſum ex ſenſu: quia aliquando dum proprietas verborũ attenditur, veritas amittitur. No. quòd non debemus conſiderare verba, ſed intentionem.

3 Per qđ ca.iſtud intellige. ſi loquatur. de varietate euangeliſtarũ circa horam mortis Xpi. Ioan. And.

† Idem ſcilicet Iſidorus lib.18. etymolo. cap.15. & cap. 10. e. tit.in 1.cõpilatio.

i ¶*Propterea.*] Aliàs, præterea.

k ¶*Ad interpretandum.*] id eſt, ad exponendum.

l ¶*Senſum.*] ſ.eod.intelligentia.

m ¶*Proprietas.*] non enim ſemper ad proprietatem verborum recurrẽdum eſt: ſed videndum eſt quod teſtator ſenſerit: in qua præſumptione ſunt qui morant̃ in eo loco.ff.de fun.inſtru.& inſtr.leg.cũ de lanionis.§.aſinam: quia potior eſt mẽs dicẽtis quã vox.ff.de ſupel.le. l.Labeo. nec plus verbũ q̃ voluntas inſpici dẽt.C.quæ res pig.ob.poſ.l.vlt.22.q.5.humanæ aures.1.q.1.Marcion.Itẽ arg.ꝙ.verba à ſua ſignificatione cadũt, cũ res aliter ſalua eſſe nõ põt, de qua agit̃.Inſtĩ.de inuti. ſtip.§. quotiẽs.& 2.q.2.oẽs.C.an ſeru⁹ ꝓ facto ſuo.l.vlt.ff.ſi qs cau.ſi cũ.§.qui iniuriarũ.55.diſt, qui partẽ.& 50. diſt. Dño ſancto 4 à ꝓprietate verborũ non eſt recedendũ, niſi qñ conſtat volũtatẽ loquẽtis aliter voluiſſe.ff.de leg.3.nõ aliter.& improprietates nõ ſunt trahendæ ad conſequẽtiã: ſed ſunt excuſandæ. Ala.

4 Ad idem iura alle. ſupra. eo. intelligẽtia.ĩ ñ.vlt. glo. Ioan. Andr.

QVamuis.] CASVS. Hoc nomen, prępoſitus, generale nomen eſt ad omnes qui præſunt: vſus tñ obtinuit eos prępoſitos vocari, qui quandam curam prioratus gerunt ſuper alios. Not.ꝙ vſus loquendi conſiderari debet.

n ¶*Ritè.*] id eſt, ſecundum originariam verbi ſignificationẽ.

o ¶*Prioratus curam.*] Sic ponitur.1.q.3.Saluator. 5 & eſt dignitas per ſe ſic dicta.

5 De æta. & qual. c. 1. de ap. cõſtitutus 2. de cle. nõ reſi. ex parte. de his q̃ fiunt à ma. par. ca. c. ex ore. cum multis in fi.I.

FOrus.] CASVS. Primò oſtẽdit Iſidorus qd ſit forus, & vñ dicat̃. Secũdò oſtendit ex qbus conſtet: conſtat.n. ex cã, lege, & iudicio: oſtendit ẽt quare dicatur cauſa: dicitur.n.cauſa à caſu quo venit, quæ dũ proponitur, cauſa eſt: dum diſcutitur, iudicium: dum finitur, dicitur iuſtitia: oſtendit etiam.vnde dicatur iudicium & iuſtitia. Tertio dicit, quid ſit negotiũ, ex eo quod ſupra dixit, materia & origo negotij, & c.oſtẽdit ẽt quid ſit iurgium: & vñ dicatur lis dicit inſuper: Cauſa aut argumento, aut probationibus conſtat: & oſtendit qualiter: Poſtquam oſtendit quid ſit negotium, dicit Iſidorus, quòd in omni

negotio quatuor perſonæ ſunt requirendæ, iudex, accuſator, reus, & tres teſtes: oſtendendo vnde dicatur iudex, & vnde dicatur accuſator, & reus, & teſtis. Vltimò dicit, ꝙ in teſte tria ſunt requirenda, conditio, natura, & vita: Conditio, vtrum ſit ſeruus, vel liber: natura, ſit vir, vel mulier: vita, ſi innocens ſit, & integer actu. oſtẽdit etiam cauſam quare iſta tria conſiderentur in teſte. Not. arg. quòd poſſumus inducere ꝓ nobis libros gẽtilium. Item teſtes, & inſtrumẽta æquiparantur. Item in omni negotio quatuor perſonæ requirũtur, iudex, accuſator, reus, & teſtis. Item tria conſiderantur in teſte, natura, vita, & conditio. Item nota contra mulieres, quòd varium & mutabiles ſemper ꝓducunt.

a ¶*Primus.*] 7. diſtin. Moyſes. Ber.

b ¶*Conſtat.*] ex tribus, vt hic dicit: non tamquam ex ſuis partibus competentibus, ſed ornantibus potius: & im propriè dicitur locus conſtare ex his: ſicut dicuntur veſtes partes hominis adornatiuè. vnde illud.

Cultu gemmiſque teguntur.
Omnia: pars quoq; minima eſt ipſa puella ſui. La.

† Vide l. cũ clericis. C. de epiſc. & cler.

c ¶*Cauſa à caſu.*] Et ita eſt cauſa antequam reſpondeat pars altera. eſt ergo cauſa res in dicẽdo poſita cum interpoſitione certarum perſonarum, ſcilicet actoris, & rei, iudicis, & teſtis. Et ideo dicitur caſu: quia frequenter caſualiter occurrunt præter voluntatem hominis.

Vergilius lib. 12.

mus [a] Græcis legem dedit. Conſtat [b] autem forus cauſa, lege, & iudicio. Cauſa [c] à caſu quo venit, dicitur. eſt enim materia, & origo negotij, necdum diſcuſſionis examine patefacta: quæ dum proponitur, cauſa eſt: dum diſcutitur [d], iudicium: dum finitur, iuſtitia [e]. Vocatur autẽ iudicium [f] quaſi iuriſdictio, & iuſtitia [g] quaſi iuris [h] ſtatus. Iudicium autem prius inquiſitio vocabatur: vnde & auctores iudiciorum, prępoſitos, quæſtores, vel quęſitores vocamus. ¶Negotiũ [i] multa ſignificat, modo actum alicuius rei, cuius contrarium eſt otium: modo actionem [k] cauſæ, quod eſt iurgium litis †: & dictum eſt negotium, id eſt, ſine otio. Negotium autem in cauſis, negotiatio in cõmercijs dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrentur. ¶Iurgium [l] quaſi iuris garrium: eo quòd hi qui cauſam dicunt, iure [m] diſceptant. Lis autem [n] à contentione limitis prius nomen ſumpſit, de qua [o] Vergilius: Limes erat poſitus, litem vt diſcernerent agris. Cauſa, aut argumento [p], aut probatione conſtat.

d ¶*Dum diſcutitur iudicium.*] & ſic videtur proceſſu tẽporis mutare nomen. & exemplificat de iudicio de tertia parte fori.

e ¶*Dum finitur iuſtitia*] Hic exemplificat ſecũdam partem fori. & ita ex iſtis tribus partibus conſtat forus, vt dictum eſt, & idem eſſe videntur iſta tria in ſubſtantia, ſed aliam denominationem aſſumunt diuerſo tempore.

f ¶*Iudicium.*] Iudicium eſt legitimus actus duarum perſonarum actoris, & rei ſuper eadem quæſtione ſub eodem iudice contracta. Lau.

g ¶*Iuſtitia.*] Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens. Inſti. de iuſti. & iur. in prin. & ſupra in principio libri, in conſtitu. Gregorij.

h ¶*Iuris ſtatus.*] Lex enim dicitur ſtatus iuris, & verè, quia per ſentẽtiam ius non conſtituitur, ſed ſtatus iuris declaratur. ff. ſi ſer. ven. ſicut. §. ſed ſi quæritur.

i ¶*Negotium.*] Quia ſuprà mentionem fecit de negotio ibi, origo negotij, &c. oſtendit quid ſit negotium: quaſi negans otium.

k ¶*Actionem cauſæ.*] In hac ſignificatione ſumitur ſ. vbi dicit, origo negotij.

l ¶*Iurgium.*] Hic exponit quod dixit ſupra quod eſt iurgium litis.

m ¶*Iure diſceptant.*] Arg. ꝙ iurgia non pertinent ad presbyteros. quia non tenentur eſſe iuris periti. 38. diſt. quæ ipſis. nec aduocare poſſunt, niſi in certis caſibus. ſ. de poſtu. c. vlt. ſecus de archidiacono. 25. diſt. c. 1. R.

n ¶*Lis autem.*] Quia fecit mentionem litis ſ. vbi dixit, iurgium litis, exponit modo quid ſit lis. lis enim ciuilem cauſam oſtendit tantum, & non criminalem. ff. eo. tit. litis.

o ¶*De qua Vergilius.*] Arg. habes hic ꝙ poſſumus inducere pro nobis libros gentilium, ſiue paganorum. 27. diſtin. ſiquid veri. & 1. & q. 1. Dominus declarauit. ibi: Si ergo, &c.

p ¶*Argumento.*] Argumentum vocat naturalem probationem, quæ fit per localem argumentationem. & ita arg. quòd in iudicio valet naturalis probatio. arg. contra. 1. diſt. conſuetudo. & ſ. de elect. bonæ 1. ibi, negantis factum per rerum naturam, &c. à contrario. & non per teſtes vel inſtrumenta, vt litera ſequẽs dicit: vnde dic tabulis, id eſt, inſtrumentis.

Argumentum nunquam teſtibus, nunquam tabulis dat probationem, ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatẽ: vnde † dictum eſt argumentum quaſi argutè inuentum. Probatio autem teſtibus, & fide tabularũ [q] conſtat. In omni quoque negotio [r] hæ perſonæ † quæruntur, iudex, accuſator, reus, & tres teſtes [ſ]. Iudex dictus quaſi ius dicens populo, ſiue ꝙ iure diſceptet. Iure autẽ diſceptare, eſt iuſtè iudicare: Nõ eſt ergo iudex [t], ſi non eſt in eo iuſtitia. Accuſator vocatus eſt, quaſi cauſator, ꝗa ad cauſam vocat eum, quem appellat. Reus [u] † à re, quæ petitur, nuncupatur: quia quamuis conſcius ſceleris non ſit, reus tamen dicitur, quãdiu in iudicium pro re aliqua petitur. ¶Teſtes antiquitus ſuperſtites dicebantur, eo ꝙ ſuper cauſæ ſtatu proferebantur: nunc parte [x] ablata nominis, teſtes vocantur. Teſtes autem cõſiderantur conditione, natura, & vita †. Cõditione, ſi liber [y], non ſeruus: nam ſæpè ſeruus metu dominantis [z] teſtimonium ſupprimit veritatis. Natura, ſi vir, non fœmina [a]:

q ¶*Teſtibus & fide tabularum.*] Hic æquiparantur teſtes & inſtrumenta, quia parem vim habent in litibus exercendis. C. de fid. inſtru. in exercendis.

† Aliàs ita: vnde dictũ eſt argũ, argutũ inuentum.

r ¶*Negotio.*] non notorio, quod exercetur in forma iudicij.

† Vide epiſtolã. 1. Fabiani Papæ, & Iuonem par. 6. c. 322.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & dupliciter ſoluit.*

ſ ¶*Tres teſtes.*] Arg. contra 4. q. 3. cap. ſi teſtes. §. vbi numerus. & 2. q. 4. cap. 1. & ſ. de teſti. licet vniuerſis. vbi dicitur, in ore duorũ, vel trium teſtium, &c. poteſt dici, quòd hic dicit tres teſtes propter triplicem modum probandi, ſcilicet per teſtes, inſtrumenta, & argumenta: de quibus præmiſit 1. vel potius dicas confeſſionem, ꝗa quodlibet iſtorum triũ legitimam facit probationem, ſiue per teſtes, inſtrumenta, & confeſſionem. ſ. de reſtit. ſpo. cum ad ſedem. in fin.

† Aliàs ita: Reus autẽ à re, ꝗa petitur, nuncupatur.

1 De hoc 4. q. 4. c. 1. ver. qđ dicit tres, ſupple vel duo, vt in contrarijs ſecundum Hoſtienſ. Ioan. Andr.

t ¶*Non eſt ergo iudex.*] Sic 23. q. 2. c. 1. & ſupple hic, bonus, quia quãdoque malus eſt iudex. 3. q. 7. c. iudicet. §. vlt. quia & pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita rectorum. 2. q. 7. c. 1. & 6. q. 1. ex merito. & 8. q. 1. audacter. Ber.

† Vide l. teſtiũ. & ibi gloſſam C. de teſtib.

u ¶*Reus à re.*] & non à reatu. 15. q. 3. cap. vltim. 3. quæſt. 11. non eſt. Bern.

x ¶*Parte ablata.*] Eſt hic figura quæ dicitur Aphereſis, cum principium dictionis aufertur: ſecundũm quod patet hic. Eſt & figura alia, quæ dicitur Proſopopeia. ideſt confirmatio 2 nouæ perſonæ. de conſecr. diſtin. 4 quęris à me. verſi. fin. Item Antonomaſia, cum per excellentiam aliquid alicui attribuitur, quod commune eſt plurium: vt cum dico Apoſtolus, intelligitur Paulus. 32. quæſt. 7. c. Apoſtolus. & cum dico, vrbs, intelligitur Roma. ſ. de pœn. & remiſ. ſignificauit. Synecdoche, cum pars ponitur pro toto. 32. q. 4. meretrices. 14. quęſt. 5. pœnale. Antiptoſis, cum ponitur caſus pro caſu. 75. diſtin. ordinationes. 18. quęſt. 2. quidam. Liptote, cum plus dicitur, & minus ſignificatur. 32. quęſt. 7. quid in omnibus. Pleonaſmos cum ſuperabundat dictio. vt iſte videt oculo monachum regularem. 20. q. 3. pręſens. Tmeſis, cum eadem dictio interdicitur. ff. de mino. l. quod ſi de ſpeciali. ff. de rei vendi. ſi poſt acceptum. Syncopa, cum quid aufertur de medio dictionis. 7. q. 1. audacter. pro audaciter. Ironia, cum quid per deriſionem, id eſt, per contrarium dicitur. O quanta integritas. 11. q. 3. ad menſam, in fin. Ephexegeſis, id eſt, expoſitio præcedentis ſermonis. 47. diſtin. quoniam. Item Anthropopathos, cum aliquid attribuitur Deo quod conuenit homini: 24. quęſt. 1. odi & proieci. & ſuprà de re. eccle. ali. vel non. ſi quis presbyterorum. Ala.

2 Aliàs, cõformatio. ſed vř legẽdum, confictio.

y ¶*Si liber.*] quia ſeruus teſtis eſſe non poteſt. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. vbi. §. item ſerui. ſed liberi, vt ibi dicitur. verſi. item liberi. & C. de teſti. Authen. ſi dicatur.

z ¶*Dominantis.*] 4. quęſt. 3. cap. ſi teſtes. §. item idonei. & 11. q. 3. quatuor.

¶*Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.*

a ¶*Non fœmina.*] Hoc intellige in criminali: in quo caſu mulier

mulier teſtis eſſe non poteſt ſecundum canones. 33. q. 5. mulierem. ſed in ciuilibus & matrimonialibus bene ferunt teſtimonium. ſ. de teſti. tam literis. & c. ſuper eo arg. contra. quòd poſſunt in criminali. 15. q. 3. ex eo. ſed aliud ſecũdum leges; tamen in crimine excepto admittitur mulier etiam malæ famæ ad accuſationem. ſ. de ſimo. tanta. & in inquiſitione admittitur ad teſtimonium, ſiue denunciationem. ſ. de teſti. tã literis. & c. quoniam. Item in teſtamẽtis mulier non admittitur. Inſti. de teſta. §. teſtes. Ber.

† In omnibus Vaticanis ita: nã varium & mutabile ſemper fœmina producit, abſque dictione. teſtimonium.

a ¶ *Varium.*] C. de inoffic. teſta. filia. & argu. C. de inſtit. & ſubſtitu. reprehendenda.

† Idem ſcilicet Iſidorus lib. 5. c. 24.

Additio. Vnde verſus.

Quid leuius fumo? flamem. quid flamine? ventus.

Quid vento? mulier. quid muliere? nihil.

b ¶ *Integer.*] quia debet eſſe teſtis bonæ famæ, & ſine omni ſuſpitione. 2. q. 7. teſtes. infamis repellitur. ſ. de teſt. cogen. præterea.

† Li. 5. etymolog. c. 25. & c. 12. eo. tit. i 1. compilat.

c ¶ *Fide carebit.*] id eſt, non credetur iuramento ſuo. arg. 2. q. 7. non poteſt. Bernar.

d ¶ *Iuſtitia cum ſcelerato.*] cum ſit virtus. 32. q. 1. cum renunciare. & eſt ſummum bonum in vita colere iuſtitiã. 12. q. 2. cum deuotiſſimam.

P*Actum.*] Casvs. Pactum dicitur, quæ ſit inter partes ſcriptura conueniens legibus, & moribus approbata: & dicitur pactum quaſi pro pace factum.

nam † varium [a] & mutabile teſtimonium ſemper fœmina ꝓducit. Vita, ſi innocens, & integer [b] actu: nam ſi vita bona defuerit, fide carebit [c]: non enim poteſt iuſtitia [d] cũ ſcelerato homine habere commercium.

¶ Idem †.

¶ *Dicit quid ſit pactum, & vnde dicatur.*

CAP. XI.

PActum [e] dicitur inter partes, ex pace cõueniens ſcriptura [f] legibus [g], ac moribus comprobata: dictum pactũ [h], quaſi ex pace factum.

¶ Idem † in eodem.

¶ *Hic Iſidorus ponit etymologiam iuris prout habetur in re, non prout eſt generale nomen.*

CAP. XII.

h ¶*Dum anſam.*] Dicitur quandoque anſa auricula ſcyphi, vel vrcei, vel calicis, quæ manu tenetur. ff. de rei ven. in rem. §. 2. hic dicitur anſa nodus curſilis & facilis ad ſoluendum, ita factus, ꝙ ſi rectè trahatur caput fili, omnimodè eſt ſolutus nodus: ſi malè trahitur, ligatus remanet. ita contingit Papæ in ſolutione quæſtionis præcedentis decretalis de offenſa manifeſta, quam modo hic ſoluit inferius apertè.

i ¶*Dicimur.*] à puerſè intelligẽtib. vt à canonicis Carnoteñ.

k ¶*Proponentibus*] & malè

¶Glo. ſeq. iuſtificat textum, obijcit & ſoluit.

l ¶*Non quæ iudici.*] Et hoc fatuum erat dicere, ꝙ ſibi credendum eſſet in præiudicium alterius: Imo iudex ſecũdũ motum animi, ſui & ſecundum ſenſum iudicare tenetur. ſ. de cõſue, ad noſtrã. & ſ. de renun. in præſentia. & ſ. de teſti. in noſtra. & 3. q. 7. iudicet. & ſecundum ꝙ ſibi videtur. ff. de arbi. qualẽ. dum tamen ſecundum leges, & canones. in Auth. de iudi. §. qa vero.

vero.col.6.in Auth.de defen.ciui.§. iuſiurandum. coll. 3. Sed videtur ꝙ illud dicatur manifeſtum, quod iudici videtur,ſicut illud dicitur probabile quod ei videtur, ſ. de app. vt debitus. Reſpondeo,licet ad opinionem iudicis referatur,quid dicatur probabile,vt per hoc poſſit & debeat appellationi deferri. ſ.de app.cũ ſpeciali.& ſ. tit. proxi.ſacro. ad fi.ſecus eſt in manifeſto. illud enim proprie dicit̃ manifeſtum,quod nõ eget probatione. 11.q.3.eorũ.ſed hic ſumitur manifeſtum pro notorio, prout in fi.dicitur.& 2. q.1.de manifeſta.

†Vide l.Iulia. ff. de cu.fu.no. in l.q mutuã.§.non iõ.ff.man. glo.in l.amiſſiõe.§. pen.ff. de cap.diminu.

illã nos reſcribimus intelligere [a] manifeſtam †, quæ vel per confeſſionem [b], vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatione celari.

a ¶*Intelligere.*] Ergo nos quoque ſic intelligere oportet.ſ co.venerabili.ſic ſ. de hære. cũ Chriſtus. quia interpretatio principis iusfacit. ſ.ti.ꝓx.inter alia. C.de leg.l.1.& vlt. 1 Ber. b ¶*Confeſſionem.*] & per ſententiam.ſic ſ. de coha. cleri. & mulie. c.vltim.

1 Vide ſ. codẽ i his ſuper vlti. gl.& c. venerabili. in glo. vlt. Io.And.

¶Idem Epiſcopo, & Cantori Attrebaten̄.

¶ *Verba priuilegiorum debent intelligi,vt aliquid afferant,& non remaneat ambiguitas: & ideo verbum, ſecundum, & iuxta, videntur appoſita cauſatiuè,non conditionaliter,hoc dicit.Panormitanus.*

CAP. XXV.

ABbate† ſancti Siluani Alciaten̄.viam vniuerſæ carnis ingreſſo,cum eiuſdem loci monachi elegiſſent quendam de ipſius eccleſiæ gremio in abbatem, & confirmationem electionis à Morinẽſi epiſcopo ne quiuiſſent aliquatenus obtinere, eam à ſede Apoſtolica petierunt. ¶ Cæterum procurator monaſterij ſancti Bertini propoſuit ex aduerſo, quòd † cũ ſecundum approbatam conſuetudinem [c], & priuilegia Romanorum Põtificum abbates Alciaten̄.debeant de monaſterio [d] ſancti Bertini ſemper aſſumi,huiuſmodi electio erat non immeritò reprobanda, vtpote contra conſuetudinem diuturnam, & contra priuileg. ſedis Apoſtolicæ attẽtata: & Alciaten̄. monachi debeãt † de iure compelli, vt de monaſterio ſancti Bertini perſonam idoneam ſibi eligerent in abbatẽ: & infrà: ¶.Nos igitur depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis, inuenimus eſſe probatum, quòd à quadraginta annis & infrà monachi Alciaten̄. abbatem ſibi de ſancti Bertini monaſterio elegerunt: & infrà. ¶ Et cum quadam vice Guarinum Alciaten̄. [e] monachum elegiſſent, eius electio robur habere non potuit, donec apud monaſterium ſancti Bertini profeſſione facta, poſt aliquantum † temporis, quando ſcilicet eiuſdem loci abbati & cõuentui placuit,in Alciaten̄. extitit abbatẽ aſſumptus. Ex priuilegijs quoque Roma-

† Cap. 10. eo.ti.in 3. compilat.

A *Bbate ſancti Siluani.*] Verba priuilegiorum largam habent ſignificationem: vnde verbũ,ſecũdũ, & iuxta, in eis poſitum cauſatiue tenetur, non conditionaliter. Ita communiter ſũmatur:ſed hęc ſummatio videtur nimis generalis, & nõ eſt vera indiſtinctè iudicio Panormitani, quia priuilegium inquantũ prę iudicat alteri, ſeu iuri cõi,nõ debet large, ſed ſtrictè intelligi.vt dixit ipſe Panormitanus in c.olim.ſ.eod. Prima pars narrat factum: ſecunda diffinit: ibi,*His igitur.* Prima ſubdiuiditur nam in prima ponitur petitio pro parte electi. In ſecunda: ibi,*Cæterum.* petitio & reſpõſio contra electum. In tertia: ibi, *Ad hoc.* reſponſio pro electo.In quarta: ibi,*Contra quod.* reſponſio contra electum.Abbas.

CASVS. Vacante monaſterio ſancti Siluani,monachi elegerunt,quendam de gremio ſuo in abbatem,& confirmationem electionis ſuæ petierunt à Morinen̄. epo confirmari, ſed monachis ſancti Bertini ſe opponẽtibus ex aduerſo eps electionẽ illam noluit confirmare : pp quod partes ad Papam habuerũt recurſum,coram quo ꝓcurator ſancti Siluani electionẽ præfatam canonice factam petijt confirmari: Sed procurator ſancti Bertini propoſuit ex aduerſo,ꝙ tam de cõſuetudine approbata,quam de ſpeciali priuilegio Romanorũ Põtificum, electio monaſterij ſancti Siluani debet de monaſterio ſancti Bertini celebrari,vnde huiuſmodi electio erat nõ immerito reprobãda, vtpote contra conſuetudinem & priuilegia ſedis Apoſtolicæ attentata:& monachi Alciaten̄. debebant de iure compelli, vt de monaſterio ſancti Bertini perſonam idoneã ſibi eligerent in abbatẽ:lite conteſtata & teſtibus receptis, Papa depoſitionibus teſtium diligenter inſpectis,inuenit eſſe probatũ, ꝙ à xl. annis & infra monachi Alciaten̄. elegerunt ſibi abbatẽ de monaſterio ſancti Bertini,& cum quadam vice Guarinũ monachum Alciaten̄.elegiſſent,electio effectũ habere nõ potuit, donec apud monaſteriũ ſancti Bertini profeſſione facta poſt aliquantulũ tẽporis, qñ placuit abbati & monachis ſancti Bertini,in abbatẽ ſancti Siluani extitit electus. Item in priuilegijs Romanorũ Pontificũ apparebat Alciaten̄. abbatem de monaſterio ſancti Bertini eligendũ. In priuilegio Paſchalis Papæ ita continetur: ſubrogationẽ abbatis penes monaſteriũ ſancti Siluani apud Alciaten̄.iuxta præteriti temporis morẽ in veſtra ſẽper concedimus diſpoſitione conſiſtere:& in priuilegio Calixti Papæ huiuſmodi capitulũ inuenitur: Porro iuxta Paſchalis Papæ decretum, abbatis ſubrogationem penes Alciaten̄. non aliũde,ꝗ̃ de monaſterio veſtro fieri Apoſtolica auctoritate cõcedimus. Ad iſta rñdebatur à parte aduerſa, ꝙ etiam ſi verum eſſet.ꝙ intra prædictum tempus de monaſterio ſancti Bertini ſemper fuit Abbas Alciaten̄.aſſumptus, ex hoc tñ dici non poterat, ꝙ aliqua conſuetudo quaſi contradicto iudicio fuiſſet obtenta,cum id quod dictum eſt de dicto Guarino, pro bono pacis factum fuerit. Præterea in priuilegio Paſchalis dicitur: iuxta preteriti tẽporis morem ſed de more pteriti tpis non fit fides, vnde per illud priuilegiũ monaſterio Alciaten̄. nullum præiudicium generatur. Sed cõtra hoc rñdebatur, ꝙ hæc determinatio, iuxta pteriti tẽporis morem, & cauſalis & conditionalis poteſt intelligi,& referri tam ad illud verbum, concedimus, ꝗ̃ ad infinitiuum, ſcilicet, conſiſtere: Si enim determinet verbum illud, conſiſtere, quod eſt imperſonale, conditionalis intelligitur, & eſt ſenſus:Concedimus ſubrogationem abbatis ſancti Siluani in veſtra diſpoſitiõe cõſiſtere,iuxta præteriti tẽporis morem, ideſt, ſi mos præteriti temporis talis fuit. Si vero determinet verbum imperſonale,cauſaliter debet intelligi, & eſt ſenſus: Concedimus iuxta præteriti temporis morẽ, ideſt,quia mos præteriti tẽporis ſic obtinuit. & iſte eſt verior intellectus, quia cum priuilegium ſit lex priuata, & & lex nõ debeat eſſe obſcura,ſed certa,nec eſſet priuata,niſi aliqd indulgeret: ꝓfecto ſic intelligẽda ſunt verba,vt res de qua agitur,potius valeat ꝗ̃ pereat:qa alias priuilegiũ inutile eſſet. ꝑterea Calixtus Papa determinationẽ illã dubiã remouit, dicens, ꝙ electio monaſterij ſancti Siluani non fiat aliunde,ꝗ̃ de monaſterio ſancti Bertini. His & alijs diligẽter auditis dñs Papa adiudicauit monaſterio ſancti Bertini huiuſmodi dignitatem, vt quotiẽs vacauerit monaſteriũ ſancti Siluani,electio eiuſdẽ fiat de monaſterio ſancti Bertini, ita videlicet vt tãdiu monaſteriũ ipſum hac debeat ꝓrogatiua honoris gaudere, donec ibi viguerit obſeruantia regularis,vt pſonæ idoneæ inueniantur in illo, ꝗ poſſint in abbatẽ aſſumi.Not.ꝙ confirmatio abbatis ſpectat ad epm. Itẽ priuilegiũ dicitur lex priuata.Itẽ lex nõ dẽt eſſe obſcura,ſed manifeſta.Itẽ priuilegiũ ſemper dẽt intelligi,vt aliquid indulgeat: aliàs deluſorium eſſet.Item res de qua agitur, potius dẽt intelligi vt valeat ꝗ̃ pereat.Itẽ aliqui tenentur eligere de aliena eccleſia.& hoc ius pſcribi põt,ſed verũ videtur ſi titulum habent qui præſcribunt. Item priuilegium amittitur per delictum.

†Aliàs ita: debeãt iure cõpelli

† Aliquantulum.

c ¶*Conſuetudinem.*] Ex hoc videtur ꝙ ſit bene recipiẽdus talis libellus,peto ius eligẽdi rõne cõſuetudinis, et ſi cã alia, ſiue titulus nõ alleget. ſic ſ. de cau.poſ. cũ eccleſia.& ſ.de elect.Cum mana.ff.cõmu.præ.venditor.§.ſi cõſtet.& ſ.de conſue.cũ dilectus.quæ ſimilis eſt huic.18.q.2.ſeruitiũ.ff.de aqua plu. arced. l.1.§.vlt.& 9.q.3.conqueſtus.63.diſt.quia. Sed cõtra,quia ex ſolo curſu tẽporis non tollitur obligatio: ergo nec inducit.ff. de act.& oblig. obligationũ.§.placet.& ſ.de pręſcrip.ſi diligẽti. Sol.circa ius eligendi ſufficit probare conſuetudinẽ præſcriptã.De hoc dictum eſt ſ.de cau.poſ.cũ eccleſia. Dic vt ibi.Io. d ¶*De monaſterio.*] Sed cum ſeruitutem ſibi debere dicat quomodo petit, vt aliquid ſibi fiat, cum ſeruitus potius ſit, ne aliquid fiat, quàm vt aliquid fiat. 2 ff. de ſerui. quotiens. §. 1. Sol. iure communi neceſſe habet eligere, ſed iure ſeruitutis debitæ petit ne aliunde eligat,quàm de ſuo etiam monaſterio: vt in fin.patet. & ita ne aliquid fiat,petitur. Vel verius dicas,quòd bene petitur iure ſeruitutis,vt aliquid fiat.ff. ſi ſer. vend. & ſi forte.§. 2.
e ¶*Alciaten. monachum.*] Hoc modo bene probatur ſer-

2 Vnde petere poſsũ vt parietẽ reædifices vſq; ad eũ modum, quo poſſim immittere tignũ dixit Hoſt. illud ſpeciale in ſeruitute oneris ferẽdi: vt ibi not. vel ſecundum eum hæc petebatur hic non iure ſeruitutis, ſed cõſuetudinis & priuilegij: quia nec ſeruitutes acquirunt̃ tempore. ff.de ſerui. l. ſeruitutes.3.i.pri. Io. And.

uitutis poſſeſſio, ſ. quia prohibitio facta eſt, ne ille eſſet abbas, & admiſſa fuit, quia per hoc ꝙ prohibebant, credebant vti iure ſuo, quod exigitur in ſeruitutibus. licet enim vtaris, niſi credas te iure tuo vti, vt paratus ſis prohibere impedientē, non acquires ſeruitutem tempore. ff. de itin. actuq; priua. l. vlt. arg. ff. quemad. ſer. amit. l. vlt.

Quid enim ſi vicinus tuus propter paupertatem, vel forte quia non curauit, per 100. annos habuit ędificium ſuum depreſſum non extollens illud, nunquid propterea debet tibi ſeruitutem altius non tollēdi? Certe non, 1 niſi crederes te ius habere, quod præſumitur ſi aliquando prohibuiſti in terrūpere præſcriptionem: interpellare enim deberes ſeruitutem, ſi vſucapere vis. ff. quemadmodum ſerui. amit. ſi quis alia. §. ſi cum ius haberes. Vinc.

1 Ita: & de his qui nuda volūtate per 40. annos. de certo loco platum elegiſſent, non ſic cū canonici admittunt extraneos ad electiones. ſed cū pro eſtatione: quæ tūc illi ſibi poſſeſſionē acquirūt, quam & canonici tradere videntur, quod non eſt in alio caſu. ſecūdum Pet. Io. And.

a ¶ *Porro.*] Hic incipiunt verba priuilegij Calixti Papę vſque ibi: ad hoc.

b ¶ *Iuxta Paſchalis.*] Hic allegatur priuilegium, & præterea præſcriptio: vt s. patet. ſed pſcriptio, & priuilegiū contraria ſunt. quia qui allegat priuilegium, iuri præſcriptionis renunciare videtur. s. de præſcrip. veniens. quia qđ meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt. s. de fi. inſtru. inter dilectos. Dic vt dixi ſuprà. de præſcri. auditis. in gl. quæ incipit. ſic ergo abbas, & c. ibi. ſimiliter allegabatur præſcriptio & priuilegiū. vel melius hic allegabatur conſuetudo, & non præſcriptio: & cōſuetudo debet eſſe pręſcripta. s. de conſue. cū dilectus. & ita conſuetudo probat vſum priuilegiorum.

† In pleriſque antiqs codicibus ita: cōtradictorio iudicio, &c.

† Aliàs ita: nec de more, vel cōſuetudine, &c.

c ¶ *Spatium.*] ſcilicet xl. annorum.

d ¶ *Cōtradicto iudicio.*] Ad hoc enim vt conſuetudo valeat, oportet vt ſit obtēta cōtradicto iudicio, id eſt, ſi ex aduerſo negetur cōſuetudo. ff. de legi. cum de conſuetudine. & alia de quibus habetur s. de conſue. cap. vlti. Contradictum iudicium dicitur, puta cū ego dicerem hanc eſſe conſuetudinem, aduerſarius dicebat non eſſe conſuetudinem, & iudicatum fuit ꝙ erat conſuetudo: ſicut enim in ſeruitute vel libertate præſcribenda requiritur proteſtatio. ff. quemadmodum ſerui. amit. ſi quis alia. §. 2. ſic videtur ꝙ requiratur in conſuetudine præſcribenda. Io.

¶ *Gloſſ. ſeq. alleg. 8. iura, & in contrarium alia quinque ponit tres opi. & tertiam approbat: cōtra quā all. 2. iura, & reſpōdet.*

e ¶ *Fiat fides.*] Ex hoc videtur, ꝙ ſi in priuilegio aliquo fiat mentio conſuetudinis, vel priuilegij, ꝙ neceſſe ſit illud priuilegium exhiberi 2 100. diſt. contra morem. 76. diſt. ieiunium. 9. diſt. vt veterum. 12. q. 2. ſancimus. in Authen. vt ſpon. lar. §. & hoc inſuper. coll. 9. Ar. cōtra, quia non videtur ꝙ hoc requiratur in publico inſtrumento. 19. diſt. ſi Romanorum. & in Authen. vt fratrum filij. §. 1. coll. 9. & C. de dona. ſi ea quæ. ff. de dona. ex hac ſcriptura. ff. de admi. tutorum. chirographis. Ad hoc diſtinguunt quidam inter publica inſtrumenta, & priuata, vt in publico inſtrumento non ſit neceſſe probare vel exhibere illud de quo fit mentio, licet in priuato ſic. Sed alij dicunt, ꝙ ſi in priuilegio inſeritur totus tenor alterius, non eſt neceſſe illud exhibere. Sed certe illud non ſufficit, quia adhuc poſſet eſſe falſitas in bulla, & in alijs. s. de priuileg. cum olim. in fin. Ali probabilius 3 dicunt, quòd ſi auctoritate iudicis priuilegium vel aliquod reſcriptum eſt renouatum, vel in alio priuilegio inſertum, non eſt neceſſe illud exhibere, ſecus ſi per tabellionem tantum, quia publicatio facta coram iudice fidem facit, licèt poſtea perdantur inſtrumenta: vt C. de teſta. publicati. Item quia iudex diligentius 4 ſingula facit quàm tabellio, quia non eſt credendum quòd iudex ſine cauſę cognitione aliquid faciat, ſicut veriſimile non eſt, quòd auferat alicuius legitimas exceptiones. ſuprà. de offic. deleg. ex parte. Sed prædictis omnibus obuiat. ſuprà de re iudic. cum inter. in fi. & ſuprà. de fi. inſtrum. inter dilectos. Sed dicas, quòd ſi conſtat quòd inſtrumentum publicum ſit, coram iudice non eſt neceſſe illud exhibere, niſi aduerſarius velit docere de falſitate illius, quia tunc debet exhiberi, licet primo impoſita ſit eis fides, niſi iurauerit ſe illud perdidiſſe. C. de fide inſtrum. l. vlti. Io.

2 Adde not. p Bar. in l. ff. ſi qs ius di. nō obtēp.

† conditionaliter.

3 Et hoc placet Inno. & Ho. Io. And.

† fuit.

4 Hinc eſt ꝙ tāta eſt iudicis auctoritas, q. facit valere, qđ aliàs non valeret. ff. qđ cum fal. tuto. l. 1. §. pe. in fi. ff. quod metus cau. l. fi. ff. de mino. ait prætor. § 1. Io. And.

† Adde qđ not. Bar. in in l. fi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam. infe.

norum Pontificum argui poterat Alciateñ. abbatem fore de ſancti Bertini collegio eligendum: nam priuilegio Paſchalis Papæ huiuſmodi capitulum apparet inſertum: Subrogationem abbatis penes monaſterium ſancti Siluani apud Alciateñ. monachos, iuxta præteriti temporis morem, in veſtra ſemper concedimus diſpoſitione perſiſtere. In priuilegio etiam Calixti huiuſmodi capitulum inuenitur: Porrò [a] iuxta [b] Paſchalis Papæ decretum, abbatis ſubrogationem penes Alciateñ. non aliunde, quàm de veſtro monaſterio fieri Apoſtolica auctoritate decernimus. ¶ Ad hoc autem pars aduerſa reſpondit, quòd ſi etiam probaretur, quòd infra prædicti temporis ſpatium [c] de monaſterio ſancti Bertini ſemper fuerit abbas Alciateñ. aſſumptus: ex hoc dici non poterat, ꝙ conſuetudo aliqua quaſi cōtradicto [d] † iudicio fuerit introducta, cum in memorati Guarini electione, pro bono pacis extra iudicium proceſſum taliter dignoſcatur: & infrà. ¶ Præterea cum Paſchalis Papa ſubrogationem abbatis ſancti Siluani monaſterio ſancti Bertini iuxta morem pręteriti tēporis duxeritis cōcedendam, nec † de more pręteriti temporis fiat fides [e] per eius priuilegiū & ſimilia, nullum ſuper hoc Alciateñ. monaſterio poterat præiudicium generari. ¶ Contra quod fuit ex aduerſo reſponſum, quòd hæc determinatio, ſecundum præteriti tęmporis morem: & cauſalis [f], & conditionalis poteſt intelligi, & tam ad perſonale [g], quam ad imperſonale [h] verbum referri. Si enim imperſonale verbum determinet, conditionalis † intelligitur, & eſt ſenſus: Concedimus ſubrogationem abbatis ſancti Siluani apud Alciateñ. monaſterium in veſtra ſemper diſpoſitione conſiſtere, ſecundum præteriti temporis morem: id eſt, ſi mos præteriti temporis talis fuerit †. Si verò verbum determinet perſonale, cauſaliter debet intelligi, vt ſit ſenſus, Concedimus ſecundum præteriti temporis morem, id eſt, quia mos præteriti temporis ſic obtinuit ſubrogationem, & cętera. Hic autem ſenſus [i] rectior eſſe videtur: quia cum priuilegiū ſit lex priuata [k] †, & lex non debeat eſſe obſcura, vel captioſa [l], ſed certa & manifeſta: nec eſſet priuata, niſi aliquid ſpecialiter indulgeret, profectò ſic intelligenda ſunt illa verba, vt res de qua agitur, valere poſſit potius [m] quam perire: maximè cum ſupradictus C. Papa, qui eidem Paſchali è vicino [n] ſucceſſit, verbis æquioribus vſus, determinationem illam prorſus amouerit, vt ambiguitas tolleretur: & quod dicebatur in conceſſione Paſchalis, vt videlicet ſubrogatio abbatis ſancti Siluani apud Alciateñ. in diſpoſitione abbatis & fratrum ſancti Bertini ſemper exiſteret, ipſe mutauerit, decernens ſubrogationem ipſius abbatis nō aliunde, quàm de monaſterio ſancti Bertini faciendam. ¶ His igitur diligenter auditis, monaſterio ſancti Bertini adiudicauimus huiuſmodi dignitatem, vt quotiens in Alciateñ. monaſterio abbatis electio imminet facienda, Alciateñ. monachi [o] de cœnobio ſan-

f ¶ *Cauſalis & conditionalis.*] Vt hæc dictio, ſecundum accipiatur pro quia: vel pro ſi. Ber.

g ¶ *Ad perſonale.*] ſcilicet hoc verbum, concedimus.

h ¶ *Imperſonale.*] ſcilicet hoc verbum, conſiſtere.

i ¶ *Senſus.*] ſcilicet, quòd referatur ad perſonale verbum.

k ¶ *Lex priuata.*] diſt. 3. priuilegia.

l ¶ *Captioſa.*] diſt. 4. erit autem. Vnde ſtatutum fuit, vt per conſequentiam literarum ſcriberetur lex. C. de vet. iu. enu. l. 1. in fi. ff. ad mu. l. 1. in fi. Ber.

¶ *Glo. ſeq. alleg. 10. côncor. & tria contraria.*

m ¶ *Valere poſſit potius.*] Simile ff. de vſu & habi. diuus. in princip. ff. de re. du. quotiens. ff. de ſer. ſi cui & l. ſeq. s. de priuileg. in his. 16. quæſtio. 4. capitu. primo. & 12. quæſtion. 2. ſi quos. & quæſtion. 5. quia. ſuprà. de conuer. coniugat. quidam. argu. ſuprà. de fid. inſtrumen. inter dilectos. Arg. contra. s. de off. dele. cum ſuper. & ff. de iure codicil. l. 1. & ff. de hære. inſti. quotiens. Ber.

n ¶ *E vicino.*] id eſt, proximo. Ber.

o ¶ *Alciaten. monachi.*] Vide qualiter Papa pronuntiat & ſecundum priuilegium, & ſecundum ius commune: ſecundum

dum ius commune adiudicat electionem ipſi capitulo ſancti Siluani Alciateñ. ſecundum priuilegium, vt eligant de monaſterio ſancti Bertini: & ſic habent electionem, ſed non liberā, quia non eligunt vndecunque volunt, ſed reducitur priuilegium ad ius commune. s̄. de conſue. cum dilectus. Io.

cti Bertini perſonam [a] idoneā ſibi eligant in abbatem: ita videlicet, vt tamdiu monaſteriū ipſum hac honoris debeat prærogatiua gaudere, donec ibidem [b] viguerit obſeruantia regularis, vt idoneæ perſonæ inueniantur in illo, qui † poſſint in abbatem aſſumi.

† Aliàs ita: ꝗ poſſint, &c.

¶ Idem comiti Tholoſañ.

¶ Dicit qui dicuntur hæretici manifeſti: ſecundò quæ ſint pedagia, guidagia & ſalinaria interdicta: tertiò dicitur quomodo intelligitur præceptum factum laico, quòd de ſe conquerentibus in eccleſiaſtico foro reſpondeat. hoc dicit.

CAP. XXVI.

SVper † quibuſdam mandatorum articulis: & infrà. deuotio poſtulauit à nobis, qui ſint dicendi hæretici manifeſti. Super quo tibi duximus reſpondendum, illos intelligendos eſſe manifeſtos hæreticos, qui contra fidem catholicam publicè prædicant [c], aut profitentur, ſeu defendunt [d] eorū † errorem: vel qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt, vel confeſſi, vel ab eis ſententialiter condemnati [e] ſuper hæretica prauitate: quorum bona propria cōfiſcantur [f], & ipſi iuxtà ſanctiones legitimas puniuntur [g]. ¶ Præterea cū pedagia [h], guidagia, ſalinaria tibi legatus interdixerit memoratus, auctoritate Apoſtolica duximus declarādum illa eſſe pedagia, ſalinaria, guidagia interdicta, quæ non apparent imperatorum [i], vel regū, vel Laterañ. † concilij [k] largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cuius non extat memoria [l], introducta: & infrà. ¶ Cum autem à legato receperis in mandatis, vt de te conquerentibus, ſecundum ſuum, vel alterius legati, ſeu iudicis

† Capit. 1. eo tit. in 4. cōpilatio. Et de intellectu primæ partis plenè Albertinus tract. de agnoſ. aſſer. cathol. & hæret. qō. 29.

† Dictio, eorum, deeſt in antiquis codicibus, & in oībus Vaticanis. in quorū pleriſque legitur ita: ſeu defendunt errorem ſuum.

† Lateran. cōcilij ſub Alexādro. iij. c. 22.

a ¶ *Perſonam idoneā.*] Et ſi hoc non eſſet dictum, tamen ſubintelligebatur s̄. de elect. cauſam quæ. ff. de ſeruitu. ſi cui. & pater concedens vxori vt filiam communem cuicunque voluerit copulet, non tamen intelligit vt eam copulet tutori. ff. de rit. nup. quamquam. Ber.

¶ Gloſſ. ſeq. arg. ad duo. ad primum alleg. duas cōcor. ad ſecundum octo quærit. arg. pro, & ſoluit.

b ¶ *Donec ibidem.*] Ar. ꝙ ſi priuilegium detur alicui monaſterio. deſtructo monaſterio 1 deſtruetur, & priuilegiū. arg. 16. q. 7. & hæc ſcripſimus. 25. q. 2. §. vlti. in fin. Item arg. ꝙ ceſſante cauſa ceſſat priuilegium. s̄. de deci. ſuggeſtum. & 16. q. 1. generaliter. C. de teſt. mili. l. vlt. & Inſtitu. de aucto. tuto. §. vlti. & Inſtitut. de pupil. ſubſtitut. §. qua ratione. 63. diſt. c. quia ſancta. §. verum. & 63. diſtin. c. ſtatuimus. §. his omnibus. s̄. de vi. & hone. cle. c. vlt. & s̄. de nou. ope. nun. cum ex iniuncto. Sed pone, ꝙ nullus reperiatur idoneus in monaſterio ſancti Bertini dum vacat monaſterium Alciateñ. vel ꝙ ibi non obſeruetur obſeruantia regularis: ſi eligant de alio monaſterio, nūquid ſit eis præiudicium quo minus teneantur eligere in alia electione de monaſterio ſancti Bertini, ſi perſona eſt idonea, vel obſeruantia eſt reformata? ꝙ præiudicetur eis, eſt arg. s̄. de conſtit. cum veniſſent. & s̄. de reſcrip. conſtitutus. quia vnico actu perditur priuilegium, vt ibi dicitur: & hæc litera etiā multum facere videtur ad hoc. Sed non credo, ꝙ fiat propter hoc præiudicium, cum poſtea aliquis erit idoneus. arg. s̄. de elec. quia diligentia. & ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. & Attilicinus. & hæc litera non contradicit, quia non priuantur niſi cum perſona non inueniretur idonea, vel ordo regularis non viget, ſed ceſſante cauſa illa, priuilegium locū habet. arg. C. de cur. fur. l. penult. & s̄. tit. proxi. duobus. ſecundum vnum intellectum. & melius s̄. de offi. deleg. prudentiam. §. ſexta. Sed pone ꝙ ille electus vixit xl. annis. nunquid præſcriptum eſt contra priuilegium? Videtur ꝙ ſic. s̄. de priui. accedentibus. ſupra de cauſa poſ. cum eccleſia. à contrario 2. nec adhuc credo ꝙ perdant priuilegium, quia non poteſt vti illo tempore priuilegio. Vnde non obeſt arg. l. prædictæ. & Attilicinus. quia priuilegium nō perditur niſi per abuſum. Vel ſi vis dicere, ꝙ currit præſcriptio, reſtituuntur ex clauſula generali. ff. ex quibus cau. maio. l. 1. quod innuitur in l. Attilicinus. ſecus videtur ſi ibi non viguit obſeruantia regularis, quia culpa illorum contigit, & culpa imputetur. contra videtur ꝙ delictum ipſorum non debet tollere priuilegium monaſterij. 10. q. 1. epiſcopum. Ber.

1 Nec reædificato: aliàs reædificatū habebit eadē priuilegia ſecundum. Inn. alleg. de electio. quia diligentia. vel ſecundum eum priuilegium datum ordini durat ordine durāte: datum vero loco, vel poſſeſſionibus, ꝗ ſunt ordinis, durat etiā remoto ordine. de reli. do. mi. c. 2. de ſtatu monacho. recolentes. Io. And.

SVper.] Tria ſunt dicta: Secundum ibi, *Præterea*. Tertium: ibi, *Cum autem à legato*. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam legatus Apoſtolicę ſedis exercens legationis officium in partibus Tholoſanis, fecit quædam mandata comiti Tholoſano, videlicet, vt manifeſtos hęreticos expugnaret, & ꝙ pedagia, ſalinaria, & guidagia non exigeret, & de conquerentibus, ad arbitrium ipſius vel alterius legati ſeu iudicis ordinarij vel delegati, iuſtitiam exhiberet: Comes Tholoſanus petijt à Papa, qui dicerentur hæretici manifeſti, & quæ dicantur pedagia, guidagia, & ſalinaria interdicta, & qualiter tertium capitulum ſit intelligendum. Ad primum reſpondet Papa, ꝙ illi dicuntur hæretici manifeſti, qui contra fidem catholicam publicè prædicant, aut profitentur, ſeu defendunt eorū errorem: vel qui coram Prælatis ſuis conuicti ſunt de hæreſi, vel confeſſi, vel ab eis per ſententiam cōdemnati de hæretica prauitate: quorum bona propria confiſcantur, & ipſi ſecundum leges puniuntur. Ad ſecundum mandatum reſpondet, ꝙ illa pedagia, guidagia, & ſalinaria dicuntur interdicta, quæ nō apparent imperatorum, vel regum, vel Laterañ. concilij auctoritate conceſſa: vel quę non apparent introducta ex antiqua conſuetudine à tēpore, cuius nō extat memoria. Tertium mādatum, ſcilicet vt de ſe conquerentibus, ſecundum arbitriū ipſius legati, vel alterius, vel ordinarij vel delegati iuſtitiam exhiberet, ſic eſt intelligendū, vt videlicet in omni cauſa, quæ ratione perſonarum, vel rerum ad eccleſiaſticum forū pertinet: & ſuper omnibus capitulis, quæ ꝓ pace ſeruanda ſtatuta ſunt per ipſum legatū, vel auctoritate Apoſtolica ſtatuenda, item viduis, pupillis, orphanis, & perſonis miſerabilibus in his omnibus tenetur in iudicio eccleſiaſtico reſpōdere. No. hic quis dicatur hæreticus manifeſtus. Itē bona hæreticorum cōfiſcanda ſunt. Item ſolus rex, vel imperator poteſt inducere pedagia. Item conſuetudo cuius nō extat memoria, ius ſiue priuilegiū inducit. Item verbum generale reſtringitur. Item ratione perſonæ, & rei ſortitur quis forum. Item cauſæ viduarum & miſerabilium perſonarum ad eccleſiaſticum forum ſpectant.

2 Et ȷ. de præben. cū de beneficio. lib. 6. Ioan. And.

c ¶ *Publice prędicant.*] Et iſti euidentia rei notorij hæretici ſunt, cum eorum factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. iſtis enim modis qui hic enumerantur. manifeſtum quod probari debet, redditur notorium. s̄. eo. cum olim. & s̄. de cohab. cle. & mulie. c. vlt.

d ¶ *Defendunt.*] Et iſti defenſores hæreticorum ſunt excommunicati. s̄. de hæret. excommunicamus. §. credentes. & tales damnabiliores ſunt quàm ipſi hæretici. 24. q. 3. qui aliorum. Et eſt ad hoc arg. C. de his qui latro. occul. l. 1. & 2.

e ¶ *Condemnati.*] ſupra de hæreticis. ad abolendam.

f ¶ *Confiſcantur.*] s̄. de hęreticis. excōmunicamus. 1. reſpon. 3

g ¶ *Puniuntur.*] per iudices ſeculares, etiam ſi clerici fuerint, prius à ſuis ordinibus degradati, præſente iudice ſeculari, qui ipſos recipit in ſuum forum. s̄. de hære. ad abolendam. §. 1. & c. excommunicamus. 1. reſpon. de quorum notatur pœna. s̄. de hære. cap. penulti.

3 De confiſcatione bonorū hæreticorū vide c. cū ſecundū leges. de hæret. libr. 6. & Zanchinum tract. de hæret. c. 25. & ibi notata.

h ¶ *Pedagia.*] Pedagia dicuntur, quæ dantur à tranſeuntibus in locis conſtitutis à principe, vt hic ſequitur. Guidagia dicuntur, quæ dantur pro ducatu per terram alicuius, vt ſecurus vadat. Salinaria dicuntur, quæ dantur pro ſale: omnia iſta dicuntur portitoria. C. de vec. & commiſſ. l. 3. nec danda ſunt illa, niſi cum negotiationis cauſa aliquid portatur, ſecus ſi ad propriā vtilitatem, vel ad vtilitatem fiſci aliquid feratur. C. eod. titul. vniuerſi. Ioan.

i ¶ *Imperatorum.*] Solus igitur princeps hoc poteſt conſtituere, ſed non ciuitas. C. no. vec. inſtit. non poſ. l. 2. & 3.

k ¶ *Lateranen. concilij.*] s̄. de cenſi. innouamus. quæ eſt Lateraneñ. concilij.

l ¶ *Non extat memoria.*] Nota diligenter, quòd illa conſuetudo, cuius non extat memoria, ius ſiue priuilegium inducit. ff. de aqua quoti. & æſti. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua pluuia arcend. l. 1. §. vltim. 3. q. 6. hoc quippe. 9. q. 3. conqueſtus. & 65. diſtin. mos antiquus. & C. de teſt. teſtamenta. & per hoc videtur quòd cum talis conſuetudo ius inducat, non ſit neceſſe titulum allegare, licet hoc requiratur quandoque in conſuetudine xxx. annorum. De hac materia dictum eſt s̄. de conſue. c. vlt. Item arg. quòd per mandatum generale non prohibentur niſi illicita. 33. q. 2. quos Deus. 11. q. 3. quod prædeceſſor. ff. de iure patro. adigere. in fin. Io.

a ¶ *Delegati*

a ¶*Delegati arbitrium.*] Propter hoc verbum facit ad titulum quod hic declaratur.

b ¶*Intelligendum.*] Vide qualiter interpretatur generale mādatum reſtringendo illud.ſic ſ. de iureiur. ad noſtram 2.

1 Hæc gloſſa, & duæ ſequētes impreſſæ ſunt iuxta fidē veterū exēplariū: nā in vulgaribus libris alio ordine referunt: eadem tamē manet ſententia, & ēt verba.

c ¶*Perſonarum, vel rerum.*] quia 1 comes cōuenitur hic, licet habeat ſuperiorē in temporalibus, ſcilicet regem Franciæ, tenetur reſpondere in iudicio eccleſiaſtico ex mandato legati in omni cauſa, quæ pertinet ad forum eccleſiæ: ſiue ratione perſonarū, quæ ſunt de iuriſdictione eccleſiæ, ſiue ratione rerum, ſcilicet ſpiritualium eccleſiaſticarum, & etiam ciuilium, quæ ſunt in iuriſdictione iudicis eccleſiaſtici. Item viduis, & pupillis, & orphanis, & miſerabilibus perſonis, & pro pace ſeruanda.

c ¶*Perſonarum.*] de iuriſdictione eccleſiæ: quia actor forum rei ſequitur. ſupra de for. cōpet. cum ſit generale. & 11. q. 1. experientiæ. & c. ſequenti. & Comes eſt hic reus: & ſubeſt in hoc eccleſiæ.

d ¶*Rerum.*] cum res, de qua quæritur, eſt in ſua, ideſt, in eccleſiæ iuriſdictione: quia ratione rei ſortitur quis forum. ſ. de for. compet. ſanè. & c. vlt.

e ¶*Pro pace.*] qa hoc pertinet ad eccleſiam. ſ. de iudicijs. nouit.

f ¶*Viduis.*] Ex hoc videtur, q cauſa viduarū ad eccleſiā ſpectet. arg. cōtra. ſ. de donatio. inter vir. & vxo. nuper. & ſ. de fo. compe. ex tenore. & hic. Dic vt ibi.

ordinarij, vel delegati arbitrium[a], iuſtitiam exhiberes, hoc taliter intelligēdum[b] eſſe cenſemus, vt in omni cauſa, quæ ratione perſonarum[c], vel rerum[d], ad eccleſiaſticum forum pertinet, ac ſuper vniuerſis capitulis, quæ pro pace[e] ſeruanda ſunt per dictum legatū ſtatuta, vel auctoritate Apoſtolica ſtatuenda: item viduis[f], pupillis, orphanis, & perſonis miſerabilibus tenearis in iudicio eccleſiaſtico reſpondere.

¶Idem Epiſcopo Pariſieñ.

¶*Clericus traditur curiæ ſeculari, quia degradatur ſeculari poteſtate præſente, cui denūtiatur, vt in ſuum forum illum recipiat. hoc dicit vſque ad §. pro illo.*

CAP. XXVII.

† Capit. 2. eo. tit. in 4. compila. Degradatio qualiter ſit faciēda, vide cōciliū Trid. ſeſſ. 13. de refor. c. 4. & doctores, & præſertim Albertinū in c. 1. de hæret. libr. 6. & c degradatio. de pœnis. lib. 6.

NOuimus† expedire, vt verbum illud, quod in antiquis[g] canonibus, & in noſtro decreto[h] contra falſarios edito continetur, videlicet, vt clericus per eccleſiaſticum iudicem degradatus, ſeculari tradatur[i] curiæ puniendus, apertius exponamus. Cum enim quidam anteceſſorum noſtrorum ſuper hoc conſulti diuerſa reſpōderint, & quorundam ſit opinio à pluribus[k] approbata, vt clericus, qui ꝓpter hoc[l], vel aliud flagitium[m] graue, nō ſolum damnabile, ſed damnoſum, fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali, ſeculari foro per conſequentiam applicetur: cum ab eccleſiaſtico foro fuerit proiectus, eius eſt degradatio celebranda, ſeculari poteſtate pręſente, ac pronunciandum† eidem cum fuerit celebrata, vt in ſuum forum recipiat degradatum, & ſic intelligitur tradi curiæ ſeculari: pro quo tamen debet eccleſia efficaciter intercedere[n], vt citra mortis periculum, circa eum ſententia moderetur.

† denūtiandum.

¶*Iſte §. non facit ad titulum, ſed ponit gratiam, ſecundum quoſdam.*

¶Pro illo verò falſario ſcelerato, quem ad mandatum noſtrum capi feciſti, hoc tibi duximus conſulendum, vt in perpetuum carcerem, ad agendam pœnitētiam ipſum includas[o], pane doloris[p], & aqua anguſtiæ ſuſtentandum: vt cōmiſſa defleat, & flenda vlterius non committat[q].

¶Honorius tertius Archiepiſcopo Turoneñ.

¶*Si Papa indulget reo, qui propter abſentiam actoris poſſeſſionem recuperare non poteſt, quòd ei lapſus anni non noceat, intelligitur hæc indulgentia ſecundum ius commune.*

CAP. XXVIII.

DIlecto[r] filio Iacobo Barba: & infrà. ¶Quia te pro

NOuimus expedire.] Diuiditur: Nam primò præmittit quæſtionem iuris, quā ſoluit: ibi, *Cum enim.* Secundò ad cauſam facti reſpondet: ibi, *Pro illo.* Abb. Sicul. CASVS. Epiſcopus Pariſieñ. de mandato Papæ fecit capi quendam falſarium literarum Apoſtolicæ ſedis, conſulens Papam quid de ipſo falſario ſit agendum: antequā Papa ad quęſtionem reſpōdeat, vult exponere verbum illud quod in antiquis canonibus, & in decretali ſua contra falſarios edita continetur, videlicet, vt clericus per eccleſiaſticum iudicem degradatus, ſeculari tradatur curiæ puniendus: quidam anteceſſores Innocentij ſuper expoſitione illius verbi conſulti, diuerſa dixerunt, & quorundam eorum opinio à pluribus fuit approbata, qui dixerunt, clericus qui propter hoc flagitium vel aliud fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali, ſeculari foro per conſequentiam applicatur, cum ab eccleſiaſtico foro ſit proiectus: ſed Innocentius apertius exponit verbum illud hoc modo: degradatio illius celebranda eſt ſeculari poteſtate præſente: & eſt nunciandum eidem, vt cum degradatio fuerit celebrata, in ſuum forum recipiat degradatum: & ſic intelligitur tradi curiæ ſeculari, & eccleſia pro illo intercedere debet, vt citra mortis periculum ſentētia moderetur. Vltimò reſpondet ad quæſtionem, vt falſarium illum quem epiſcopus de mandato ſuo capi fecit, in perpetuum carcerem ad agendam pœnitētiam includat, pane doloris, & aqua anguſtiæ ſuſtentandum, vt commiſſa fleat, & flenda vlterius non committat. Nota hic quomodo intelligi debeat verbum illud, clericus degradatus, &c. Item eccleſia ſanguinem defendit. Item pœnitentia eſt flere commiſſa, & flenda vlterius non committere.

g ¶*Antiquis canonibus.*] 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum. & 3. q. 4. clericus.

h ¶*Decreto.*] ſ. de crim. fal. ad falſariorum. Ber.

¶*Glo. ſeq. reci. per quæſtionem, & ponit opi.*

i ¶*Tradatur.*] hoc intellige de illo qui penitus eſt incorrigibilis. nec obſtat ſ. de iudic. at ſi clerici. in fin. & de illis qui deprehenduntur in maiori crimine puta hæreſi, & crimine falſi. ſ. de hęret. excōmunicamus. 1. reſpon. & c. penul. & ſ. de cri. fal. ad falſariorum. & in caſu. 11. q. 1. ſi qs ſacerdotum. Quidā tamen caſum iſtum vltimum intelligunt, ſi fuerit incorrigibilis, & benignus eſt talis intellectus, vt ſ. de iudi. cum nō ab homine. aliàs nō debet quis ſtatim poſt depoſitionem tradi curiæ ſeculari puniendus.

k ¶*A pluribus.*] licet ſit à pluribus approbata, tamen ſtabimus ei q Papa hic dicit, vt expreſſè tradatur, & non per conſequentiam.

l ¶*Hoc.*] ſcilicet vitium falſitatis. Ber.

m ¶*Aliud flagitium.*] puta hæreſim.

n ¶*Intercedere.*] 17. q. 4. rerū. C. de his qui ad eccl. confu. l. præſenti. arg. intercedere dico precibus, non per excōmunicationem. Ber.

o ¶*Includas.*] Magis rigidè cum eo agitur. ſ. de cri. fal. ad falſariorum. ſed hic ſic Papæ placuit.

p ¶*Doloris.*] 23. q. 4. Guiliſarius.

q ¶*Non committat.*] Hęc eſt vera pœnitentia. de pœ. diſ. 3. in prin. & exponere, non committat, ideſt propoſitū & voluntatem habeat ſimilia decætero non committere: quilibet 2 enim qui accipit pœnitētiam, illius propoſiti, & voluntatis eſſe debet, aliàs non eſſet pœnitentia.

2 Hęc ſentētia gloſſæ vera eſt & catholica cōciliū Tridē. ſeſſ. 14. c. 4. de cōtritione add̄ B. thomā 3. part. q. 85. ar. 3. & q. 90. ar. 4.

DIlecto filio.] In prima parte recitat tenorem indulgentiæ: In ſecunda declarat illam: ibi, *Auctoritate.* Abb. Sicul.

r ¶*Dilecto.*] Archiepiſcopus Turoñ. controuerſiam habebat cum Venetis, & procuratore eorū ſuper eccleſia ſancti Marci de Tyroñ 3. cauſa commiſſa fuit tempore Innocentij ad petitionem archiepiſcopi: Veneti citati legitimè nō venerunt: vnde archiepiſcopus miſſus fuit in poſſeſſionem illius eccleſiæ cauſa rei ſeruandę: archiepiſcopo deinde abſente ex cauſa neceſſaria, iſte Iacobus procurator Venetorum volebat recuperare poſſeſſionem, & ſtare iuri: ſed quia archiepiſcopus abſens erat iuſta de cauſa, non potuit eam rehabere: vnde Papa indulſit illi procuratori, vt lapſus anni non obeſſet, quo minus poſtea recuperare poſſet poſſeſſionem: archiepiſcopus poſtea hoc audiens, dubitabat, an per talem indulgentiam poſſet ille recuperare poſſeſſionem eccleſię quandocunque etiam poſt annum, cum ſimpliciter in ipſa indulgentia diceretur: q decætero ei lapſus anni non obſtaret, quo minus poſſeſſionem recuperaret: vnde ipſe ſignificauit Papę q tempore indulgentiæ conceſſę tantum tempus efluxerit, quod faciebat ei ad veram poſſeſſionem, ſecundum concilium generale, ſcilicet annus: vnde timebat archiepiſcopus, q indulgentia pręcluderet ei viam ad veram poſſeſſionem, & ſi forte tempus ipſum ante prędictam conceſſionem non effluxerat: quare quęſiuit à Papa interpretationem illius indulgentię: & Papa reſpondet, q non fuit intentio ſua ius auferre, quod ei competebat ex poſſeſſione,

3 Secundū Hoſt. erat qō de eccleſia ſancti Marci de Venetijs iter archiepm ex vna parte, & plebanū ex altera: cui Veneti aſſiſtebant: vt in decr. accedens. vt lit. nō coteſt. Ioan. And.

cauſa neceſſaria [a] tunc abſente, poſſeſſio tibi tradita cauſa cuſtodiæ, reſtitui parti aduerſæ non potuit, eidem indulſimus [b], vt ſibi lapſus temporis non obſiſteret, quo minus poſſeſſionem ipſam recuperare valeret. Quoniam verò tantum temporis ante conceſſionem ipſius indulgentiæ dicitur effluxiſſe quòd tibi ſufficere poſſet ad veræ poſſeſſionis effectum, ſecundum ſtatuta concilij† generalis [c]: & infrà. ¶Auctoritate præſentium declaramus [d], quod noſtræ intentionis [e] non fuit per ipſam indulgentiam ius perimere, quod tibi cōpetiit† ex poſſeſſione præterita, vel poſt reditum tuum competierit ex futura [f]: Sibi enim imputare poterit pars aduerſa, ſi negligens [g] fuerit in ſua iuſtitia proſequenda: cum abſentiæ tuę impedimēto ceſſante [h], conueniendi te habuit facultatem.

¶ Idem Priori, & clericis ſanctorum Ioannis, & Pauli Tudertiñ.

¶Oblationis nomine intelligitur qcquid offertur eccleſiæ, quocunque modo in Miſſa, vel extra, & in eccleſia, vel extra.

CAP. XXIX.

CVm inter vos dudum ex parte vna, & abbatē ſancti P. de monte Spoletañ. diœceſis ex altera, ſuper tertia parte oblationum capellæ ſancti Hilarij quæſtio verteretur: & à vobis probatum fuerit, per xl. annos [i] & amplius [k] tertiam partem oblationum eiuſdē capellæ veſtram eccleſiam recepiſſe à clericis inſtitutis per abbatem de Monte, tuiſque fili Prior eandem tertiam te commiſiſſe aliquando colligendā, bonæ memoriæ I. Papa prædeceſſor noſter ipſam tertiam ec

ſeſſione, quam habuit ante abſentiam, vel etiam poſt reuerſionem: & ſibi imputet pars aduerſa, ſi negligens fuit ſiue ante, ſiue poſt reditum archiepiſcopi: quia ceſſante impedimento abſentiæ ipſius archiepiſcopi, conueniendi ipſum habuit, facultatem. Ber. Nota ꝙ non intendit dominus Papa per indulgentiam alij præiudicare. Itē negligentia procuratoris nocet domino. Item currit tempus ei qui agere poteſt. Itē cōtra illum qui abſens eſt ex cauſa neceſſaria, non proceditur. Item ceſſante cauſa ceſſat effectus.

¶ Glo. ſeq. tractat de multiplici abſentia.

a ¶*Neceſſaria.*] puta cauſa reipublicæ: forte in ſeruitio Romanæ Eccleſię. ſ. de dila. c. vlt. vnde ſibi imputari non potuit nec debuit. Idē etiam contingit, ſi quis eſt abſens ex cauſa probabili: quia non fit reſtitutio ſpoliato. ſ. de offi. deleg. conſultationibus. ſi verò fuiſſet abſens contumaciter, vel ex volūtaria cauſa, tūc facta denunciatione ad eccleſiam ſuam mitteretur iſte ꝓcurator Venetorum in poſſeſſionem cauſa rei ſeruādæ, ſicut archiepiſcop⁹ primò fuit miſſus propter contumaciam procuratoris quouſq; veniat archiepiſcopus, & vterque iurabit de ſuis expenſis, & fiet hinc inde compenſatio expenſarum, & ſatisfactio ei qui plus expendit. Quando quis reſtituatur ex cauſa probabili, & neceſſaria, vel probabili tantum, vel neceſſaria tantum, notatur 2. q. 6. c. biduum. §. ſi aduerſus abſentem 1. ſed hic non habet locum, quia non agitur de reſtitutione tali.

¶ Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.

b ¶ *Indulſimus.*] Sed nonne de iure communi poterat ipſe procurator interrumpere annalem præſcriptionem offerendo cautionem in præſentia Papæ, licet archiepiſcopus eſſet abſens? Certè ſic. ſ. de off. ord. paſtoralis. ſ. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. cū ſicut. & 16. q. 3. c. placuit. §. poteſt. ver. is cuius. quid ergo indulſit ſibi Papa: parum vel nihil, niſi quia ſolet plus timeri, &c. 23. diſt. quamquam. & ſ. de hæreticis. ſi aduerſus. quandoq; enim ius cōmune conceditur. ſ. de iureiur. & ſi Chriſtus. in fi. ſed archiepiſcopus timebat, ne abſorberet ius ipſius, vt quandocunq; vellet recuperare poſſet poſſeſſionem.

c ¶ *Concilii generalis.*] ſ. de dol. & contu. contingit.

d ¶ *Declaramus.*] talis declaratio ius facit. C. de le. l. vltim. Bernard.

¶ Glo. ſeq. notat duo.

e ¶*Intentionis.*] Nota, ꝙ recurrendum eſt ad intentionē concedentis priuilegium ſiue beneficium. ſ. de præben. c. vlt. & c. cum cauſam. Item habes hic, ꝙ Papa nō intendit iuri alterius per ſuam indulgentiam derogare. ſ. de vſu pal. ex tuarum. & ſ. de off. ord. licet. 9. q. 3. conqueſtus. & 11. q. 1. peruenit. 85. diſt. archidiaconum Florentinum. & ſ. de cōſue. cum olim. & hoc ideo quia nemini conſulendum eſt cum alterius iniuria. 22. q. 2. primum. ff. de cond. indeb. nā hoc natura. & 14. q. 5. deniq;. & C. de eman. li. nec auus. & reſcriptum quod in totum abſorbet ius alterius, non tenet. C. de preci. impe. offe. quotiens. vnde iſta indulgentia intelligenda eſt ne alterum lædat, & reducitur ad ius commune. argu. ſ. eod. abbate. & ſ. de conſuetu. cum dilectus.

f ¶*Ex futura.*] Et ita tempus abſentiæ ex neceſſaria cauſa ſubducitur de medio, & cōtinuatur 2 tempus præſentiæ ante abſentiam, & poſt reuerſionem cōtinuatur tempus præſentiæ, ſiue etiam ſit primum, medium, vltimumve. C. de reſtitu. mili. quod tempore militiæ. ff. ex qui. cau. ma. nec non. §. ſi quis ſæpius. & l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & §. quotiens. verbi gratia, archiepiſcopus fuit præſens poſt miſſionem in poſſeſſionem per vj. mēſes, poſtea fuit abſens per alios ſex vel quatuor: poſt reuerſionem habebit ſex mēſes, in quibus procurator Venetorum adhuc poterit recuperare poſſeſſionem: & tempus illud medium ſubducitur de anno: & ſi poſtea per illos ſex menſes negligens fuerit Venetorum procurator, ſibi imputabit: quia vlterius non audietur ſuper poſſeſſione, ſi medio tēpore non poterat: ſic tempus vacantis eccleſiæ ſubducitur de præſcriptione. & continuantur tempora extrema, & tempus ſchiſmatis. ſ. de præſcrip. de quarta. c. auditis. & c. cum nobis.

g ¶*Negligens.*] Sic ergo negligentia procuratoris nocet domino. Quando imputetur factum procuratoris, & quando non, dicitur ſ. vt lit. non conteſta. ad hoc. ſibi ergo imputet, quia non egit cum tempus habuit. ſi. C. de proba. ex perſona. C. de diuiden. tu. l. vlt. ff. de his quæ in frau. cre. cū pupillus. & C. de his qui à non do. ma. l. vlt. in fi. & ſ. vt lit. non conte. quoniam. 1. reſponſo. & ſ. de reſcri. ſi autem. & c. plerunque. & cum potuit, noluit. ſ. de off. deleg. cum ſuper. Ber.

h ¶*Impedimento ceſſante.*] Ceſſante cauſa ceſſat effectus. de hoc plenè dicitur. ſ. de renun. poſt tranſlationē. ſuprà de iureiurando & ſi Chriſtus. ad fi.

C*Vm inter vos.*] Primò ponitur quæſtio prima, & eius deciſio per Inno. Secundò ponitur ſecunda quæſtio, & eius deciſio per eundem Inno. Tertiò ponitur tertia quæſtio, & deciſio per Honorium. Secunda: ibi, *Verum.* Tertia, ibi, *Ac capellani.* Abbas.

CASVS. Inter Priorem, & clericos ſanctorum Ioannis, & Pauli Tudertineñ. ex vna parte, & abbatem ſancti Petri Spoletañ. diœceſis ex altera, ſuper tertia parte oblationum capellæ ſancti Hilarij pertinentis ad dictum abbatem quæſtio vertebatur, receptis probationibus in quęſtione illa probatum fuit ex parte Prioris, & clericorū ſancti Ioannis, & Pauli, quod per xl. annos & amplius tertiam partem oblationum prędictæ capellæ ipſi receperant: & ꝙ Prior commiſerat clericis inſtitutis per abbatem de Monte, & nuncijs illius eandem tertiam colligendam: propter quod Innocentius Papa adiudicauit ipſam tertiam eccleſiæ ſanctorum Ioannis, & Pauli, ſtatuens, vt Priori liceat per eoſdem clericos tertiam illam colligere ſicut fuerat conſuetum: poſtmodum vero ſacerdos prędictæ capellę aſſerebat oblationū nomine non contineri ea, quæ ipſi capellę in feſtiuitate omnium ſanctorum mittuntur, vel portantur ad illam, & quędam alia, de quibus omnibus tertiam illam Priori denegat exhibere: de alijs nomine tertię perſoluendę pro rata partis contingentis Priorem retinere volebat ad expenſas neceſſarias faciendas ipſi capellę reficiendæ: Idem Innocē. de omnibus ſupradictis integrè perſolui voluit, & mandauit tertiam portionem: Adhuc tertio dicebant capellani dictę capellæ, ꝙ decimę, primitię, vel ea, quę offeruntur ſacerdotibus pro Miſſis mortuorum, & quædam alia quæ ſequuntur, non continebantur nomine oblationum: vnde de illis nolent dicto Priori tertiam partem perſoluere: ſuper his cauſa delata fuit ad Honorium Papam. ipſe vero auditis, & intellectis prædictis omnibus, ſtatuit, vt per clericum Prioris in eadē capella inſtitutum de omnibus prædictis & alijs oblationibus quocunque titulo ad capellam illam peruenerint, ſine aliqua diminutione integrè tertia portio Priori, & clericis prædictis perſoluatur. Not. ꝙ nomen oblationum generale eſt ad omnia, quę quocunque titulo ad eccleſiam perueniunt.

i ¶*Per xl. annos.*] Vnde legitimè pręſcripſerunt illam tertiā oblationum: quia quadragenalis pręſcriptio omnem tollit actionem. 16. q. 3. c. placuit. §. quas actiones. ſub illo §. poteſt. & ſ. de præſcrip. de quarta. & c. ad aures.

k ¶*Amplius.*] Hæc adiectio ad modicam quantitatem refertur. ff. de verb. ſignific. hæc adiectio. & licet ad modicam referatur,

† Hoc eſt. concilij generalis ſub Innocētio iij. c. 40.

† competebat.

1 Et ff. de i in inte. reſtit. l. vlt. Azo in ſumma. ex quibus cau. maio. in fi. Guid. in ſpe. 2. part. de reſti. in inte. §. 2. verſ. dicimus. & ſeq. Ioan. And.

2 Idē Vin. Inn. & Ho. ſed Gof. & Phi. cōtradicentes p oblationē cautionis ī terruptam annalem p ſcriptionē: ita ꝙ poſt reditū erit neceſſari⁹ nouus integer annus. puto dictū gl. verum. vbi non eſt interrupta pſcriptio p cautionis oblationē: ſed ſolū impedit curſus præſcriptionis p indulgētiā Papalē: & idē ſi aliàs de iure cōmuni. Secūda vero op po. vera, vbi interrupta eſt præſcriptio. Io an. And.

clesiæ veſtræ adiúdicans, ſtatuit, vt tibi Prior liceret ꝑ eoſdem clericos (ſicut fuerat cõſuetum) partem colligere memoratam. Verũ quia poſtmodum ſacerdos prædictæ capellæ aſſerens oblationum nomine minime contineri ea, quæ ipſi capellæ in feſtiuitate omnium ſanctorum mittũtur, vel portantur ad illam, ſeu ad domum ſacerdotis eiuſdem intuitu defunctorum: nec non, quę in ciminili ponũtur, quòd de altari ſuſcipit, & facit per eccleſiam deportari: & quę ante crucem, & in Miſſa Trinitatis: & ea, quæ pro deſponſatis dantur †: & lampades cum oleo, quæ prædictæ capellæ ab aliquibus offerũtur: vel quæ dantur nuncio, qui ad recipienda talia per pręfatę capellæ parochiam deſtinatur, de his omnibus vobis tertiam partem denegans exhibere, de † alijs nomine tertiæ partis perſoluẽdis pro rata veſtram eccleſiam cõtingentis retinere nitebatur ad expenſas capellæ ipſius neceſſarias [a] faciendas, dictus prędeceſſor de omnibus ſupradictis abſque ſubtractione aliqua integrè perſolui voluit, & mandauit tertiam portionem. At † capellani prędictæ capellæ dicentes primitias, & decimas, vel ea, quę offeruntur pro Miſſis mortuorum ſacerdotibus, & quę pro ſeptimis, & triceſimis, & anniuerſarijs, panes †, & alia quæ infrà hebdomadam offeruntur, & mortuorum iudicia, oblationum [b] nomine minimè contineri: de his omnibus tertiam partem ſoluere vobis nolunt: & infrà. ¶Volumus igitur, & mãdamus, vt per veſtrũ clericum à vobis in eadem eccleſia inſtitutum [c], de omnibus ſupradictis, & alijs oblationibus quocunque titulo [d] ad eccleſiã peruenerint, ſine diminutione [e] aliqua integrè tertia vobis portio perſoluatur.

¶Idem Epiſcopo.† F.& P.Bertrandi.

¶*Lis dicitur mota, cum fuerit conteſtata.*

CAP. XXX.

ij EX † parte veſtra fuit propoſitum, quòd Præpoſitus, & canonici Aretiñ. ſententiã, quam I. Papa prædeceſſor noſter ſuper molẽdino de Caliañ. ac alijs articulis promulgauit, in recidiuæ quæſtionis [f] ſcrupulum reducere molientes, aſſerunt capitulum illud eiuſdem ſentẽtiæ quo dicitur, ne canonica ipſa impediat, quo minus monaſterium veſtrum molendinum præfatum de Caliañ. reædificare valeat in eo ſtatu, in quo fuiſſe dignoſcitur tempore motæ litis, eſſe referendum ad tempus, quo lapilus [g] in denũciatione noui operis actus fuit: vobis econtrario aſſerentibus illud eſſe intelligendum de tempore, quo lis ſuper hoc inter vos, & præfatam canonicam extitit conteſtata. Nos igitur conſiderata eadem ſententia, quod in præfato capitulo dicitur de tẽpore motæ litis, interpretamur eſſe referendũ ad tempus, quo litis conteſtatio [h] facta fuit.

¶Idem Prælatis vniuerſitatis Francigenarum Conſtanti.

¶*Conſtitutio legati de ſoluenda tertia mortuariorum epiſcopo, intelligi debet, de his mortuarijs, in quibus de iure communi debetur.*

CAP. XXXI.

iij EX parte veſtra fuit propoſitum, quòd Patriarcha veſter occaſione conſtitutionis cuiuſdam, quã Albiñ. †

---

ratur, tamen ſi ponatur in libello, debet exprimi illud, amplius. ſ. de dila. c. literæ.

Vtrum lapſus in hæreſim ſi poſteà reuertatur ad fidem,recuperet iura ſua,& maximè iuſpatronatus amiſſum,vide gl.in c. maximum. in ver. dignitate.1.q.7.

Vtrum hæretici ſint ſpoliandi reb. ſuis, vide in tex.23.q.7.

Quæ ſit pęna hæreticorum. vi.in gl.ſum.23.q.7.

Vtrum reuerſus ab hæreſi recuperet bona, vide gl.ſum.23.q.7.

Vtrum quis poſſit excommunicari ab hæretico, vide in gl.ſum.23.q.1.

Vtrum per ſolum dictum quis efficiatur hæreticus,vide gl.in c.hæc eſt.24.q.1.

Quæ differentia ſit inter hæreticos & ſchiſmaticos.& quot ſunt genera hæreticorum, vide in tex.24.q.3.

Vtrum hæretici poſſint poſtulare, vide glo. in l. nemo.canonizata.de pœn.diſt.1.

Vtrum hęreticus vel infamis admittatur ad accuſandum epiſcopum de ſimonia, vide in tex. 11.q.1.

De homicidio.

VTrum iudex eccleſiaſticus poſſit cognoſcere de homicidio,& exercere cauſam ſanguinis,vide gl.in c.illi.5.q.5.

Vtrum homicida poſſit eſſe teſtis cōtra clericos, vide glo.in c.quia.5.q.6.

Vtrum ea quæ fiunt mente alienata, ſint imputanda,puta furioſo occidenti aliquem,vide in tex.& in glo.ſummę.15.q.1.

Vtrum miniſter iuſtitię dicatur homicida, & an peccet, vide in tex.15.q.1.

Qua pœna puniatur occidens vel vulnerans clericum.vide in tex.17.q.4.

Vtrum ſit peccatum iudici vel eius miniſtro occidere delinquentes,& punire eos, vide in tex. & in gl.ſummę.23.q.5.

Vtrum,& quando quis poſſit occidi,in quib.caſibus.vide in glo.ſummę.23.q.5.

De pœna occidentis matrem,vide in tex.33.q.2.

Vtrum occidens patrem ſpiritualem puniatur ea pœna,qua occidens patrem naturalem, vide gl.in l.aut facta.de pœn.diſt.1.

Vtrum clericus efficiatur irregularis qui voluit committere homicidium,& non potuit, vide glo.in c.periculosè.in verbo,ſi pœnitentię. de pœnit.diſt.1.

Quod ſit maius peccatum, occidere Chriſtianū vel paganum,vide in c.rebaptizare,in gloſſ. de conſec.diſt.4.

Vtrum liceat marito interficere vxorem in aliquo caſu,vide in tex.33.q.2.

De raptoribus.

VTrum rapiens rem propriam cadat à iure ſuo,vide in tex.& in gl.ſummę.16.q.6.

Quis dicatur raptor, vide in tex.& in gl. ſummę. 26.q.1.

Vtrum raptę poſſint nubere raptoribus, vide in tex.26.q.2.

Vtrum raptor ſpoliatus debet ante omnia reſtitui,vide gl.in §.quod autem.14.q.1.

De maleficijs.

VTrum crimen maleficiorum ſit publicum, vel priuatum,vide glo. in c. conſtituimus. in verbo,malefici.3.q.5.

De vſuris.

VTrum tutor exigens vſuras nomine pupilli teneatur eas reſtituere,vide gl.in c. ſicut. in ver.non ſuo.in diſt.46.

Vtrum ſit vſura exigere aliquid ultra ſummā debitam,uide in tex.& in glo.ſum.14.q.3.

Vtrum ſola ſpes reddat hominem uſurarium, & in quibus caſib. poſſit aliquid accipi ultra ſortem,& quando liceat clericis uel laicis negotiari,uide in tex.& in gl. ſummę.14.q.3.

Vtrum poſſint fieri eleemoſynę de uſuris, & de alijs illicitis quęſtibus,uide in tex.& in gl.ſummę.13.q.5.

Vtrum uſurarij poſſint pęnitere niſi effectualiter reſtituant uſuras,& malè ablata,uide in tex.& in glo.ſummę.14.q.6.

Vtrum ſit communicādum uſurario poſt mortem,uide glo.in c.nec quiſquam.24.q.2.

De ſortilegijs.

QVi ſunt ſortilegi, & de pœna eorum tā de iure ciuili quàm de iure canonico,uide in tex.in gl.ſummę,latè.26.q.1.

Vtrum ſortilegium ſit peccatum,uide in tex.26. quęſt.2.

Vtrum ſit peccatum perquirere ſtellas, & planetas.uide in tex.26.q.2.

Quę ſortes ſint reprobatę, & quę licitę, uide in glo.ſummę.26.q.2.

A quibus ſumpſit exordium genus diuinationis, & quot ſunt genera diuinationis:uide in text. 26.q.3.& 4.

Vtrum dęmones poſſint ſcire futura, & diſpoſitiones hominum in mente conceptas,uide in tex.26.q.4.

Vtrum ſortilegi ſint excommunicandi, uide in tex.26.q.5.

Vtrum aſtronomia ſit approbata uel ne,uide gl. in c.non liceat.26.q.5.

Vtrum ſint reprobatę incantationes,& obſeruationes dierum,& menſium,& annorum, uide in tex.26.q.7.

De clerico percuſſore.

VTrum ſacerdotes debeant eſſe percuſſores, uide in diſt.45.

De clerico per ſaltum promoto.

VTrum quis poſſit promoueri per ſaltum ad ſacros ordines,uide in diſt.67. & etiam in diſt.59.

De priuilegijs.

VNde dicantur prinilegia,& quid ſit priuilegium.uide in diſt.3.

Vtrum priuilegia conceſſa clericis extendantur ad eorū uxores,uide gl.in c.clericū.1.11.q.1.

Quot modis perdatur priuilegium,uide glo.in c. priuilegium.11.q.3.

Vtrum antiquioribus priuilegijs derogetur per ſequentia,uide in tex.15.q.2.

Quis poſſit concedere priuilegia in prędiudicium tertij,& quomodo priuilegia egrediantur perſonas eorum quibus conceduntur,& an in dubio pręſumātur perſonalia,uel realia,& de differentia inter priuilegium & confirmationem & an in dubio pręſumantur reuocata, uide gl. ſum.25.q.2.

Vtrum priuilegia requirant ſcripturam, uide gl. in c.inſtitutionis.25.q.2.

De purgatione vulgari.

QVando habeat locum purgatio vulgaris,& purgatio canonica,uide in gl.ſum.2.q.5.

De iniurijs.

VTrum licitum ſit bellum propulſando iniuriam & in repetendis rebus ſuis, uide in tex.23.q.2.

Vtrum iniuria ſociorū poſſit propulſari armis, uide in tex.& in gl.ſum.23.q.3.

Vtrum uindicta ſit permiſſa,uide in tex. & in gl. ſum.23.q.4.

Vtrum epiſcopus poſſit remittere iniuriam factam eccleſię ſuę,uide gl.in c.ſi is.23.q.4.

Quid requiratur ad hoc ut poſſit agi actione iniuriarum,an prouocatio ad animum, & quę alia,uide gl.in c.ſi is.23.q.4.

De pœnis.

VTrum pœna legalis & etiā conuentionalis poſſint extendi in infinitum,uide glo.in c. cum deuotiſſimam.12.q.2.

Quomodo pœna peti poſſit loco intereſſe, uide gl.in c.fraternitas.12.q.2.

In quibus caſibus poſſit epiſcopus punire exemptos,uide glo.in c.placuit.in uer.parochianū. 6.quęſt.3.

Quis magis puniatur, an ignobilis, uel nobilis, uide gl.in c.qui contra.24.q.1.

De pęnitentijs & remiſſionibus.

CIrca perplexitatem peccatorum mortaliū & etiam venialium quid eligi debeat,vide gl.1.diſt.13.

Vtrum & quando pollutio nocturna ſit peccatum,vide in diſt.6.

Vtrum quis poſſit peccare vt alij euitent maius peccatum,vide in diſt.14.

Quę ſint peccata mortalia, & quæ venialia. vide in diſt.25.

Quis magis peccet an laicus vel clericus in eo. genere delicti,vide gl.in c.homo Chriſtianus. in diſt.40.

Vtrum epiſcopus poſſit remittere pœnitentiam iniunctam à Papa,vid.gl.in c. accedēs.in ver. in tuæ.in diſt.50.

Quoties debeat quis facere pęnitentiam qñ peccat,vide gl.in c.imitare Petrum.6.q.1.

Vtrum ſacerdos poſſit iniungere pœnitentias ſi non eſt ſibi conceſſa cura animarum,vid.gl.in c.placuit.1.16.q.1.

Quanta pœnitentia imponatur pro peccato mortali,vid.gl.in c.qui ſacramento.22.q.4.

Vtrum morientib.ſit indicenda pœnitentia, vide in tex.26.q.7.

Quando debeant ſacerdotes iniungere pœnitentiam pro qualitate peccatorum,& quomodo, vide in tex.26.q.7.

Vtrum ſola contritio cordis ſine confeſſione oris ſufficiat ad impetrandam veniam peccatorum,vide in tex.& gl.ſum.de pœni.diſt.j.

Vnde dicatur pœnitentia , & quid ſit ſatisfactio, & quot conſiderentur in ſatisfactione, vide in gl.ſum.de pœn.diſt.j.

Vtrum charitas ſemel habita poſſit vlterius perdi,vide in tex.& in gl.ſum.de pęn.diſt.2.

Vtrum pœnitentia ſit reiteranda,vide in tex. & in gl.ſum.de pœ.diſt.3.

Vtrum ſit deneganda pœnitentia illi qui vult agere pœnitentiam de vno peccato tantùm, vid.in tex.de pœni.diſt.3.

Vtrum peccata remiſſa amplius redeant, vid.in tex.& in gl.ſum.de pœni.diſt.4.

Quot ſint ſeruanda circa confeſſionem , & quot debeat in ſe continere confeſſio , vide in text. de pœni.diſt.5.

Cui debeat fieri confeſſio , vid.in text. & in glo. ſum.de pœni.diſt.6.

Vſq; ad q̄tū tempus ſit recipiendus peccator : & an ēt in mortis articulo.vid.in tex.de pę.di.12.

Vtrum quis debeat confiteri peccata venialia, vide gl.in c.perfecta.de pęni.diſt.1.

Quid dicatur peccatum in Spiritum Sanctum, vide gl.in §.ſed huiuſcemodi.de pœn.diſt.1.

Vtrum,& in quib. caſib.confeſſus teneatur iterū cōfiteri,vid.gl.ī §.his auctoritatib. de pę.di.1.

Quæ pęna ponat pro quolibet peccato mortali, vid.etiam gl.in §.ſunt plures.de pęn.diſt.4.

Vtrum bona facta in peccato mortali valeant & proſint,vid.gl.c.quęrat.de pœn.diſt.4.

Vtrum peccata ſemel dimiſſa reuertantur amplius,vide gl.in §.eorum.de pęni.diſt.4.

Vtrum ſacerdos poſſit manifeſtare peccata pœnitentium,vide.gl.in c.ſacerdos. de pęni.di.6.

Vtrum confeſſio ſit vtilis quæ à non ſuo ſacerdote accipitur.vide gl.in c. placuit.de pęn.diſt.6.

Quæ ſint conſideranda in pœnitentia iniungenda,vide in gl.ſum.26.q.7.

Vtrum vſurarius poſſit pęnitere niſi effectualiter reſtituat vſuras, vide in tex.& in glo. ſum. 14.quæſt.6.

De ſententia excommunicationis.

DE materia excommunicationis,vide gl. in c. Engeltrudā. in ver.anathemate.3.q.4.

Vtrum ſit prohibitum communicare cum excommunicatis,vide in tex.11.q.3.

Quæ pęna imponatur presbyteris excommunicatis tangentibus ſacra,vide in tex. 11.q.3.

Vtrum poſſit appellari ab excommunicatione, vide glo.in c.ſi epiſcopus. 11.q.3.

Quotuplex ſit excommunicatio, vide gl. in ca.ſi inimicus.11.q.3.

Vtrum Papa communicans cum excommunicato ligetur etiam ipſe,& quid in epiſcopo,vide gl.in c.qui merito.11.q.3.

Vtrum excommunicatus iniuſtè poſſit celebrare,vide gl.in c.non debet.11.q.3.

Vtrum vaſallus teneatur obedire domino excommunicato.vide glo.in c.Iulianus.11.q.3.

Vtrum excommunicato domino intelligantur excommunicati omnes de familia , vide gl.in c.quoniam.11.q.3.

Vtrum vxor teneatur reddere debitum marito excommunicato,vide gl.in di.c.qm̄.11.quę.3.

Vtrum quis poſſit excommunicari vel abſolui vnico verbo,vide gl.in c.cum aliquis.11.q.3.

Si eligitur excommunicatus cum alijs non excommunicatis,an valeat electio in aliquo, vide gl.in c.nos in hominem.9.q.1.

Si promiſi ſoluere alicui intra certum tempus, & interim fuerit excommunicatus,vtrum poſſit ei ſolui,vide gl.in c. nos ſanctorum.15.q.6.

Vtrum magiſter percutiens clericum diſcipulū cauſa diſciplinæ,incidat in canonem, vide gl. in c.nullus. 17.q.4.

Vtrum ſcindens veſtimenta clerici incidat in canonem,& in quib.caſib. licitum eſt abſque pęna excommunicationis verberare clericum , vide gl.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.

Vtrum inijciens manus violentas in clericum vel detinens eum compedibus, ſit excommunicatus,vide gl.c.Guiliſarius.23.q.4.

Vtrum percutiens clericum etiam excommunicatum incidat in excommunicationem , vide gl.in c.excommunicatorum.23.q.5.

Quomodo geſta per excommunicatos valeant ſi tolerantur,vide in gl.ſummæ.24.q.1.

Vtrum quis poſſit excommunicari poſt mortē, & in quibus caſibus,vide in tex. & in gl.ſummæ.24.quæſt.2.

Vtrum pro peccato alicuius tota familia ſit excōmunicanda,vid.in tex.& in gl.ſum. 23.q.3.

Vtrum excommunicatio illicita lædat,ſeu liget, vide in tex. 24.q.3.

Qui debeant excommunicari , vide in text. 24. quæſt.3.

Vtrum laici poſſint excommunicare clericos de mandato ſuperioris, vide gl. in cap.præter.in verſi.ducibus,in diſt.32.

Vtrum ſacerdos pro quolibet peccato mortali ſit ſuſpenſus vel excommunicatus, vide in gl. in c.teſtamentum.in ver.humiliter.in diſt.6.

Vtrum excommunicatio tranſeat in tertiam generationem, vide glo.in c. detrahe.in ver.aliquis.1.quæſt.1.

Vtrum ſententia lata ab excommunicato valeat quando publicè tenebatur pro non excommunicato.vide gl.in c.tria.3.q.7.

Vtrum excommunicatus poſſit iudicare : vide gl.in c.re vera.3.q.9.

Vtrum excommunicatus poſſit agere vel reconuenire , vel excipere & compenſare, vide glo. ſummæ.4.q.1.

Vtrum ſit excōmunicatus citatus certa die ſub pęna excōmunicationis , ſi fuit impeditus cōparere ea die,vide gl.in c.quiſquis.4. quæſt.5.

Vtrum eleemoſyna poſſit fieri excommunicato , vide gl.in c. non omnis.5.q.5.

Vtrum habens à Papa potentiam excommunicandi poſſit etiam abſoluere excommunicatum, vide gl.in c.peruenit.7.q.1.

Quis dicatur excommunicatus,& an excommunicatus vel depoſitus conferat ſacramenta, & maximè an conficiat verum corpus Chriſti. vide gl.ſum.9.q.1.

Vtrum patrociniū ſimoniacorum poſſit admitti in electionibus,vide in tex.& in gl.ſum.8.q.2.

Vtrum vxor teneatur reddere debitum marito excommunicato,vel filius vel ſeruus communicare cum patre vel cum domino excommunicato,vide gl.in c.quoniam.11.q.3.

Vtrum excommunicatus admittatur ad accuſandum,vide in tex.4. q.1.

Vtrum ſortilegi ſint excommunicandi , vide in tex.26.q.5.

Vtrum excommunicatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à ſacerdote,vide in tex.26.q.6.

Vtrum excommunicatus poſſit cōmunicare cū excōmunicato,vide gl.in c.deuotam. 27.q.1.

Vtrum inijciens manum in veſtem clerici ſit excommunicatus,vide gl.in c.ſi quis pulſatus. de pęni.diſt.j.

Vtrum excommunicatus poſſit cōtrahere matrimonium,vide gl.in c.nullus. de conſe. diſt.4.

De verborum ſignificatione.

QVid ſit canon,vide in diſt.3.

Vnde dicatur ſacerdos,& antiſtes,& presbyter,& vates,& archiepiſcopus.vid.in di.21.

Quomodo capitur menſis,idus,& nonæ,vide gl. in c.propter.1.in ver.idibus.in diſt.18.

Vnde dicatur corepiſcopus , & quid differat ab epiſcopo,vide in diſt.68.

Qui dicatur primates, & in quibus debeatur eis reuerentia,vide in diſt.99.

Quot modis appellentur ſpiritualia, vide in glo. ſummæ.in prin. 1.q.1.

Quis dicatur doli capax,vide gl. in c. ſpiritus. in verſi.puerorum.1.q.1.

Quid ſit diſpenſatio, & ius diſpenſabile , vide gl. in c.requiritis in verſ.plerique.1.q.7.

Quid ſit notorium,& quid manifeſtum, vide gl. in c.manifeſta 2.quæſt.1.

Quotuplex ſit infamia,vi.gl.in c.omnes.1.6.q.1.

De multiplici ſignificatione huius verbi, perpetua,vide gl.in c.& authentica, perpetua canonizata.

Qui contineantur appellatione coniunctorum & domeſticorum, & an admittantur ad teſtificandum in cauſis criminalibus , vide in glo. ſummæ.3.q.5.

Quomodo capiatur alienatio , vide in glo.ſummæ.12.q.2.

Vtrum iudicans crimen alterius ſit habēdus inimicus,vide in tex.5.q.5.

Quot homines faciunt collegium, & quot populum,& quot familiam, vide glo. in c. ſi ex laicis.10.quæſt.1.

Quomodo capiatur verbum perpetuò, vide glo. in c.poſſeſſiones.16.q.1.

In quibus & quot pedibus conſiſtat paſſus, & in quot digitis pes,vide gl.in c.ſicut.17.q.4.

Quæ dicatur propriè reſpublica , vide glo. in c. quid ergo.23.q.4.

De ſignificatione verbi,abſque, vide gl.in c.non eſt noſtrum.23.q.5.

De ſignificatione verbi,competenter, vide gl.in c.paternarum.24.q.3.

De ſignificatione verbi, oportet, vide gl.in cap. confidimus.25.q.5.

Quæ ſit differentia inter peccatum & delictum. vide gl.in c.ſi peccatum.de pęni.diſt.1.

Vnde dicatur eleemoſyna, vide glo. in cap. qui vult.de pęni.diſt.3.

Quid ſit lex , & plebiſcitum , & ſenatus conſultum,& vnde ſumpſerunt nomen, vide in di.2.

Quis dicatur bigamus,vide in diſt.26.

F I N I S.

Ludouicus Bologninus vtriuſq; iuris doctor, & æques,iura ciuilia de mane ordinariè legens in almo,ac vetuſtiſſimo Bononien. ſtudio , anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoſecundo, præcedentem tabulam ingenioſè compilauit.

Marga-

MARGARITA DECRETALIVM,

Libellus admodum ſingularis omnes floſculos in ipſarum Decretalium textibus reconditos ſecundum alphabeti ordinem explicans.

A

ABBAS ea quæ ſunt epiſcopalis dignitatis non exerceat, vt cognoſcere de cauſis matrimonialibus,iniungere pœnitentias publicas, concedere literas indulgentiarum, & ſimilia huiuſmodi. de exceſ. præl. accedentibus. columna. 1987
Abbas fieri poteſt quis de apoſtaſia rediens. de æta.& quali.intelleximus. 309
Abbas infamatus aut conuictus appellatione remota, ſi nolit ſponte cedere, compellatur,de appel.quia nos. 1037
Abbas contra libertatem ordini indultam non tenetur epiſcopo obedire. de exceſ. pręl. ſanè. 1979
Abbas monachum ad vitam arctiorem tranſeuntem non reuocet,niſi cauſa leuitatis id faciat, de regula.ſanè. 1388
Abbas quis eſſe poteſt in neceſſitate, licet non poſſit eſſe presbyter.de ęta.& qual.tuam.308
Sed hoc fit per diſpenſationem ſecundum Ber. ibidem.
Abbas immediatè Papæ ſubiectus ſine eius licentia cedere non poteſt. de renunt. dilecti filij. 278
Item nec aliam abbatiam poteſt recipere, nec aliam religionem, de conſuet.cum venerabilis.Sic nec abbas epiſcopo ſubiectus.18.qu.2. abbas.cap.3. Nec clerici ſine licentia epiſcopi,de conſuet.c.cum venerabilis.Ber. 102
Abbas eſſe non poteſt non profeſſus.
Item de canonicis regularibus, de elect.cum in magiſtrum. 214
Abbas abſoluere poteſt monachum ab excommunicatione in ſæculo contracta,niſi mutilatio membri,vel effuſio ſanguinis ſit ſecuta,vel in epiſcopum aut abbatem manus iniecerit violentas.Idem de priore, de ſent.excommu. cum illorum. 2110
Cum talibus poſſunt etiam diſpenſare abbates in ſuſceptis ordinib. in excommunicatione, ſi memoriam facti non habeant, vel peritiam iuris,niſi factum ſit graue,& notabile. ibid.
Abbas vnus diuerſis monaſterijs præeſſe non poteſt.de rel.domi.ne nimia. 1461
Similiter nec monachus in diuerſis eccleſijs eſſe poteſt. ibidem.
Abbas poteſt excommunicare monachos ſuos vel canonicos. Idem poteſt prior. de mai.& obe.cum in eccleſijs. 484
Abbas non benedictus ab epiſcopo ſuper hoc tertiò requiſitus poteſt exercere ea quę ſunt officij ſui epiſcopo irrequiſito: ita tamen quòd ſit primò confirmatus.de ſupplen.negli.pręla. ſtatuimus. 279
Abbatem poteſt capitulum confirmare. de conſuet.c.cum dilectus. 103
In abbatem poteſt eligi eremita. de elect.c. cum monaſterium. 137
Abbates Ciſtercienſes obedientiam faciunt epiſcopo ſuo ſecundùm formam quæ habetur. de ſimo.c.ne Dei eccleſiam. 1829
ABBATISSA poteſt ſuſpendere moniales & clericos ſuos propter culpas ſuas ab officio & beneficio, & etiam propter inobedientiam: ſed non poteſt excommunicare, de maio.& obe.cap.dilecta. 487
Abbatiſſa nec pręedicare, nec confeſſiones audire poteſt,de pęni.& remi.c.noua. 2073
ABSENS in ſeruitio Papæ vel epiſcopi ſui, non debet priuari beneficio, de cle. non reſi. c.cum dilectus. Idem eſt ſi cauſam ſuam vel ſuorum agat. 1143
Contra abſentes non ſeruatur ſententia diffinitiua lite non conteſtata, & maximè ſi ſint abſentes cā ſtudij,& peregrinationis.de maio.& obe.c.inter quatuor. 483
Item de offi.iud.del.c.conſultationibus. 377
Abſens cauſa ſtudij in loco minus competenti fructus beneficij non recipiat.de cle.non reſi. cap.tuæ. 1142
Abſens diu ſi vocatus venire noluerit, priuetur beneficio ſiue dignitate.eo.ti.ex parte.2.
Et maximè ſi ſine iuſta cauſa, & neceſſaria, præſertim ſine licentia epiſcopi moratus fuerit, & congruo tempore expectatus non redierit. eo.ti.c.inter quatuor. 1140
Item ſi eccleſia patiatur defectum magnum de abſentia miniſtrorum,poſſunt reuocari. eo.ti. c. cum ad hoc. 1145
Abſens poteſt quis eſſe de licentia ſui prælati, vel cauſa ſtudij,ſiue alia cauſa honeſta. eod.ti. c.relatum. 1137
Abſente vno iudicum, ſententia alterius non valet.de off.dele.cauſam.1. 384
Abſens ad electionem vocari debet,ſi tamen cōmodè poteſt. de elect.in Geneſi.230.& c.coram. 192. aliàs electio caſſari poteſt niſi poſtea conſentiat.
Abſens contumax lit. cont. condemnari poteſt, de dolo & contu.c.prout. 733
ABSOLVTIO pecunia redimi non debet.de ſimo.c.ad aures. 1802
Abſolutionis formam de excommunicatione maiori & minori,& quis poteſt abſoluere,habes de ſent.excom.nuper. 2104.eo.tit.quamuis. 2141
Abſoluendus de iniectione manus violenta debet iurare,ꝙ nunquam in clericum vel monacum inijciat manus violentas,niſi ſe defendēdo,vel quòd ſtet mandato abſoluentis.de ſen. excommu.ex tenore. 2087
Abſolutus quis non habetur niſi probet per litteras,vel aliàs legitimè. eod. tit. cap.ſicut nobis. 2119
Abſoluitur quis in dubijs ad cautelam. eo. tit.c. per tuas. 2120
Abſoluitur quis ſub conditione in articulo mortis,vel ratione paupertatis, vel habens inimicitias capitales, vel iuſtam excuſationem, ita ꝙ habita opportunitate curiæ Romanæ pręſentet.eo.ti.de cætero. 2087
Et qui excuſentur à labore ad curiam Romanam.eo.tit.c.quamuis. 2141
Abſolui non debet quis niſi læſo ſatisfacto ſi manus violentas iniecit.cod. titu.capit.parochianos. 2086
Abſolui non debet quis antequàm audiatur. eo. tit.c.per tuas. 2120
Bbſolutio pro offenſa vel contumacia quomodo fieri debet,de ver.ſig.c.ex parte.1. 2158
Abſoluuntur monachi & canonici regulares à ſuis abbatibus.de ſent.excom. capit.2.Monachi. 2081
Abſoluitur de iniectione manus violenta oſtiarius à ſuo epiſcopo, niſi ſit caſus enormis. eo. tit.c.ſi verò 1. 2081
Abſoluitur à ſolo Papa laicus cuiuſcunque officij clericum percutiens.ibid.item & clericum percuti præcipiens.c.mulieres.2084.& c. non dubium.eo.titu.2083. item incendiarij eccleſiæ & fractores.cap.tua nos. 2094.& cap.conqueſti.2096.item ſcienter vtens literis falſis. c. dura.de crim. falſ. 1939
Abſoluuntur mulieres & perſonæ, quæ ſui iuris non ſunt ab epiſcopo ſuo.de ſen. excom. cap. mulieres. 2084
Abſoluuntur ab epiſcopo potentes & delicati, & qui modicam læſionem intulerunt.eo.tit.c. mulieres.2084.& c.peruenit. 2093
Item cum ex iuſta cauſa excommunicator quæri nō poteſt,vel difficulter inueniri, tunc abſolui poteſt ab epiſcopo,vel proprio ſacerdote,de ſen.excom.nuper.in ſi. 2104
Abſoluere poſſunt legati miſſi à latere Papæ de iniectione manus violenta.de ſen.excom.c.ad eminentiam. 2095
Sed legati non miſſi à latere, tantùm de prouincia eis commiſſa abſoluere poſſunt. Sed legati ſub prætextu ſuarum eccleſiarum nec de ſua nec de alia prouincia abſoluere poſſunt, de offic.leg.c.excommunicatis. 446
Abſolui poſſunt hoſpitalarij à prioribus ſuis. de ſent.excom.c.canonica. 2134
Abſoluitur quis in neceſſitate non obſtante contractione,vel etiam appellatione partis aduerſæ.de app.c.qua fronte. 1032
Abſolutus à delegato ad excommunicatorem remittitur.de offi.deleg.c.prudentiam. 387
Abſolui poteſt quis poſt mortem. Item legatus apud Deum abſoluitur ab eccleſia: & econuerſo.de ſent.excom.c.à nobis 2. 2102
Abſolutio occultato crimine non valet. eo. titu. c.cum pro cauſa.2124.& c.officij. 2100
Abſoluto in extremis non debent ſacramēta negari eccleſiaſtica,nec ſepultura.de ſepul.c.parochiano. 1352
Abſoluitur à ſolo Papa laicus iuſſu abbatis monachum vel conuerſum percutiens etiam ex iuſta cauſa.Et ſimiliter iubens,niſi cauſa diſciplinæ faciat per ſeipſum ſolum, vel clericum, & non laicum.de ſent.excom. cap. vniuerſitatis. 2098
Non abſolutus ſcienter ordinatus ſi ſit ſæcularis,perpetuò deponitur.ignorans factum, vel ignarus iuris,à ſolo Papa abſoluitur.Si autem ſit religioſus, à ſuo abbate abſoluit, niſi factū ſit graue & notabile.eod.tit. capitul.cum illorum. 2110
Abſoluitur ſeruus de iniectione manus violenta ab epiſcopo ſuo in fraudem faciens, vt ſeruitio domini ſui ſe ſubtrahat, aut dominus ſine culpa ſua graue damnum incurrat ex eius abſentia.eo.tit.c.relatum. 2117
Abſoluunt ſe mutuò à minori excommunicatione contracta aliqui poteſtate vtrique collata:de ſent.excom.c.duobus. 2140
Abſolutus non eſt quis ex ſola ſalutatione Papæ ſibi ſcripta eo.tit.ſi aliquando. 2123
Abſolutus non eſt qui pluribus excommunicationibus eſt innodatus,& ab vna tantùm abſolutus.tit.eo.c.officij. 2124
Abſoluendi poteſtas alijs poteſt committi in neceſſitate.de offi.deleg.c.ex litteris. 414
Abſoluere non poteſt quis alienum parochianū niſi de licentia ſui proprij ſacerdotis.de pœ.& re cap.omnis. 2075
ACCESSORIVM committitur cōmiſſo principali,& non tenet ſine principali.de offi. delega.capitulo,pręterea.374.& cap. prudentiam. 387
Item de nou.oper. nunt. capitul. cum ex iniuncto. 1997
ACCVSATIONEM debet præcedere admonitio,quia inſtituitur ad depoſitionem.de accu.ſi quis epiſcopus. 1749
Accuſare poteſt ſubditus prælatum. cod. tit.cap. illa. 1750
Accuſator tantùm legitimus admittatur. eo.tit. capit.1. 1749
Accuſantis iniuſtè pœna cod.titu. capit.accuſaſti. 1752
Accuſatione non indigent notoria, eo. tit.c.euidentia. 1752
Accuſari non debet de eodem crimine abſolutus.eo.tit.c.de his. 1751
Accuſari non poteſt inimicus vel eiuſdē amicus. eo.tit.

eo.tit.cap.repellantur.1751.& cap.meminimus. 1755

Accuſari poteſt matrimonium poſt tertiam denuntiationem, ſi ante non conſtabat impedimentum.qui matrimo.accuſa. poſ. cap. cum in tua. 1724. vel ſi prius minor ætate fuit. ibidem.

Accuſari poteſt quis de diuerſis criminibus in eo libello.de accuſa.c.licet. 1756

Ab accuſatione poteſt deſiſti ante inſcriptionem. ibidem.

In accuſatione,denuntiatione, & inquiſitione qualiter ſit procedendum.de ſimonia. capit. licet. 1810

Accuſatio contra inopem,& ſpoliatum,& contra vſurarium pauperem, eſt inanis.de reſtit. ſpo.ca.olim.2.723.& cap.frequens. eo. titu. lib.6.& de vſur.ca.cum tu. 1925

Accuſare me non poteſt qui contra me teſtimonium tulit.de accu.c.meminimus. 1755

Accuſator non admittitur qui iurauit non accuſare aliquem.eo.ti.c.veniens. 1758

Accuſatore deficiente nihilominus inducitur purgatio infamato.eo.ti.c.accedens. 1773

Accuſatio prælati non de facili admittitur. eo. tit.c.qualiter & quando.2. 1775

Accuſatio epiſcopi niſi corrigatur, ad prioritatem referenda eſt.eo.ti.ſi quis. 1749

Accuſatio laici contra presbyterum non admititur.eo.ti.c.cum P. 1752

Nec contra epiſcopum.de præſump.ca. cum in iuuentute. 892

Ab accuſatione repellitur infamis. de accu. ca. cum P. 1752

Accuſato interdicitur alienatio rerum eccleſiaſticarum.eo.ti.t.c.prælatorum. 1782

Contra accuſatum de ſimonia ſex notāda ſunt. de ſimo.c per tuas.1. 1814

Accuſatus de crimine & conuictus deponitur, per modum verò inquiſitionis conuictus remouetur,ſi eſt ſubditus ſimpliciter. prælatus verò ad tempus remouetur ab adminiſtratione.eo.ti.c.dilectus 1. 1806

Accuſatore deficiente reus abſoluitur,vt beneficia eccleſiaſtica ſine di. conſe. capit. vt noſtrum. 1235

Accuſandum non eſt per reſcriptum, ſed viua voce contra matrimonium. qui matr. accu. poſ.c.à nobis. 1721

Accuſare non poteſt laicus clericum coram alieno iudice,etiam de ſuo exceſſu, etiam ſi ſit iudex eccleſiaſticus, ſine licentia ſui epiſcopi.de fo.com.c.ſignificaſti. 628

ACOLYTHVS vxoratus tonſuram portare non tenetur.de cle.coniu.c.Ioannes. 1133

Acolythus vxoratus beneficium eccleſiaſticum amittit.eo.tit.c. ſi qui clericorum. 1128

ADQVISITA ab epiſcopo, vel presbytero poſt ſuam promotionem cedunt eccleſiæ poſt mortem.de ſucceſ.ab inte. cap.ſed hoc. 1336.de pecu.cleri.c.1.2.& 2. 1303

ACTA vel ſcripta iudicis non valent niſi teſtium adminiculo fulciantur.c.cum à nobis. de teſtibus. 811

Acta iudicij temerè violans non poteſt impugnare. de offic. & pot. iud. delega. cap. coram. 421

ACTORE non probante reus abſoluitur. de cauſa poſ.& prop.cum eccleſia. 685

Actor poteſt probare iuramento intentionem, ſcilicet in caſu.de ijs quæ vi, met. cau. fiunt c.ſuper eo. 547

Actor quando poteſt reum ſub quo vult iudice conuenire.de fo.comp.c.8.& 10.& 11.615. 616. 617

Actore abſente per contumaciam lite non conteſt.partis aduerſæ teſtes recipiuntur. de do. & contu.c.cauſam. 732

Actor niſi teſtib.& inſtrumentis deficientib.nō tenetur iurare.de prob. cap. ſicut conſuetudo. 765

Actor cadit ab actione ſi iuramentum calumniæ non vult præſtare.de iura. calum.in cap. vlt. 663

Actor ab accuſatione non repellitur quandiu oppoſita excommunicatio ſibi non probatur.de exce.c.exceptionem. 954

ADVENA debet probare ordinem antequàm admittatur in ordinum ſuſceptione,vel vlterius promoueatur. de cle.pereg.non ord.ca. inter quatuor. 351

ADVERSARIVS iniuſtè fatigans condemnatur in expenſis.de reſcriptis.c.cæterum. 36

Aduerſarij gratiæ ſe committens non cadit à iure ſuo ob hoc.de renunc.ſanè. 261

Aduerſarius per triginta dies eſt expectandus in cauſa appellationis.de appel.capi. 1.lib.6. 4.29. 70

ADVLTERANS vir vxorem adulteram dimittere non poteſt.de diuor.capit.ſignificaſti. 1727

Adulteræ occultæ non eſt deneganda pœnitentia.de pœn.& remiſ.c.officij. 2072

Adulter cum adultera poſt mortem viri contrahere poteſt, niſi fidem dederit de contrahendo,vel actu eam duxerit:& ante vel poſt vxor eius ſuperſtite ipſam cognouerit.de eo qui dux.in matr.quam pol. per adul.cap.veniens.& c. ſi quis.1652. 1653

Adulterini filij non ſunt,qui ex muliere ſuperducta in facie eccleſiæ ignoranter viuente prima gignuntur.qui fil.ſint legit.cap.ex tenore. 1718

Cum adulterinis filijs non faciliter diſpenſatur.eo.tit.c.per venerabilem. 1713

Adultera ſeparata ſine ſpe coniugij manet. de præſump.c.literis. 882

De adulterio non poteſt vir vxorem accuſare quam coegit adulterari.de eo, qui cog.conſan.vxo.c.diſcretionem. 1672

Adultera virum repetere non poteſt niſi & ipſe ſit adulter.de conuer.coniug. capitulo conſtitutus. 1416

Adultera pœnitens reconcilianda eſt viro ſecundum concilium.cap. gaudemus. cum ibi no.de conuer.coniu. 1420

ADVOCATVS non erit clericus in ſacris ordinibus conſtitutus coram iudice ſeculari,niſi pro ſe vel ſua eccleſia,vel pro miſerabilib. perſonis.de poſtula.cap.clerici.512.& capit. vlt. 514

Aduocare debent monachi,& canonici regulares.eo.ti.c.ex parte.513.niſi in cauſa ſui monaſterij de licentia ſuorum abbatum:de hoc habetur 16.q.1.monachi. 2. ibidem.

Aduocati confeſſio non reuocata præiudicat domino ſuo de appell.c.cum cauſam. 1083

Item de cenſibus olim. 1508

Aduocare non poteſt quis contra eccleſiam à qua beneficiatus eſt,de poſtul.cum ſacerdotis. 514

Aduocatum poteſt dare iudex requiſitus. de of ſic.iud.ord.c.ex literis. 474

Aduocatus à iudice ſic datus non poteſt recuſari per partem, quia iudex ſit domeſticus. ibidem.

Aduocati & procuratores iurabunt quòd iniuſtam cauſam non ſuſcipient, nec fouebunt, & in cauſa quacunque non plus accipient quàm 20. libras Turon. procurator. 20. de poſtula.Greg.in nouel.c.1.hoc c.non habemus hodie.glo.in c. 1. in §. nec etiam ſuper verbo ſalarijs.de fo.comp.lib.6.fol. 342

Pœna facientis contrarium eſt,receptor punitur reſtitutione, officij priuatione aduocati per triennium, procuratores puniuntur in perpetuum,Gregorius. ibidem.

AFFECTVS non ſufficit niſi ſequatur effectus,ſi tamen ex neceſſitate opus eſt facto.de eo.qui mit.in poſ.cau.rei ſer.c.1. 748

Affectus malus culpatur,licet non ſequatur effectus.de ſpon.c.adoleſcens. 1609

AFFINITATE non obſtante, permittitur neophytis conuerſis,vt ſtent cum relictis fratrum ſuorum,ſed non permittitur poſtea de nouo contrahere cum illis. de diuor. capit. Deus qui. 1735

Affinitas contrahitur per coitum fornicarium. de prob.c.per tuas. 779

Affinitas nulla eſt inter conſanguineos viri vxoris.de conſan.& affi.c.quod ſuper. 1681

Affinitas ſuperueniens ſponſalia futura ſoluit. de conſ.& af.c.ſuper eo. 1679

Affinitatis præcognitionem ſi ſequitur fornicatio, priuat facultate contrahendi matrimonium.de eo qui cog.conſan. vxo.cap.ex literis. 1674

Affinitas iniqua contracta non nocet ignoranti.eo.tit.c.2.& 11.1669.&. 1676

Affinitas prohibet abſtinere à conſanguineis vxoris ſicut à proprijs.de conſan.& af.ca.ex literis. 1677

Affinitatis tertium genus hodie ſublatum eſt eod.ti.c.non debet. 1684

AGERE non poteſt qui exceptione vel replicatione impeditur.de exce.c.3. 938

ALEÆ & taxillorum ludis non ludant, & nec interſint clerici.de vi.& ho.cler. clerici officia. 1118

ALIENATIO rerum eccleſiaſticarum interdicatur accuſato de crimine.de accuſa.& inquiſitio.c.prælatorum. 1782

Alienatio ſine conſenſu capituli reuocanda eſt. de rebus eccle.alie.c.ad audientiam. 1244

In alienatione rerum eccleſiaſticarum in caſu non conceſſo,nec tenet pignus,nec emphyteuſis eo.ti.c.nulli liceat. 1241

Alienatio malè de rebus eccleſiaſticis facta debet repeti.eod.tit.ſi quis. 1242

Alienationis nomine poteſt quis ſibi debitum recipere.de præſump. c.ad audientiam. 966

Alienationis verbum continet conceſſionem, dominationem,& permutationem,de rebus ec.alie.vel non c.nulli liceat. 1241

Alienationem rerum eccleſiaſticarum tenetur ſucceſſor etiam ſine conſenſu capit. reuocare,nec obligatur in tali alienatione.de prec. cap.2. 1248

Alienationē prædeceſſorem inconſultè factā ſucceſſor reuocat.de ſent.c.ex parte.1276.& c.epiſcopi.de re.eccl.non alienan. 1240

Alienare non poteſt epiſcopus res eccleſiæ ſine conſenſu capituli. de ijs quæ ſi. à præla.c. cum Apoſtolica.1225.& de reb. eccl.alie.c. epiſcopi. 1240

Alienare non poteſt abbas res eccleſiæ ſine licentia ſui epiſcopi.de reb.eccle. alienan.capitul.1. 1239

Alienari non debent res eccleſiæ,propter delictum alterius,de excep.capit.cum venerabilis. 942

Alienari poſſent res eccleſiæ de conſenſu capituli.de reb.ec.alie.c.vt ſuper. 1243

Alienantē feudum ſine licentia domini non defendit aliqua conſuetudo,nec habet vires huius alienatio.de conſt.cap.quæ in eccleſiarum. 21

ALIVS poteſt pro me, quod per me non poſſum,tamen melius per me facerem. de elect. c.quia propter. 202

Inter alios res acta, alijs non præiudicat. de fi. inſtr.c. inter dilectos. 866

ALTARE non magnam habens fracturam, nec tabula.mota non debet reconſecrari. de conſec.eccl.c.ligneis. 1517

Altare non reconſecratur ſi aliquid addatur nō conſecratum, quia ſacrum trahit ad ſe non ſacrum.de conſec.ec.c.quod in dubijs.1516

Altare ad cuius honorem eccleſia eſt conſecrata,ſi mota eſt menſa ſuperior, cum eccleſia reconſecratur.de conſec.eccl.cap.1.1515.& c.propoſuiſti. 1516

Altaris reconſecratio non cogit eccleſiam reconſecrari.

conſecrari.eo.tit.c.quod in dubijs. 1516
Altaria plura poteſt epiſcopus ſimul vna die cõſecrare.eo.tit.c.cum ſis. 1517
ANCILLA ſi neſcitur,poſt contractum matrimonium repudiari poteſt, niſi ipſam cognouerit poſt quàm ſciuit.de coniu.ſer.c.propoſuit. 1657
ANNVLIS non vtantur clerici, niſi quibus competit ex officio.de vita,& ho. cle.cap.clerici.2. 1118
Per annulum poteſt epiſcopus clericum inueſtire. de ſen.& re iu.c.cum olim. 988
Annulus delatus ſignum eſt matrimonij contracti.de præſump.c.illud quoque. 886
APPELLATIO ad quid inuẽta eſt. de appel. cum ſpeciali. 1079
Appellatio licet ſit remota de principali, appellatur tamen ſuper quæſtione incidenti. eod. tit.c.cum teneamur. 1026
Appellatio admittitur,& ante latam ſententiã, & poſt. eo.tit.c.ſuper eo.2. 1023
Appellatio non auditur in exceſſu notorio. eo. tit.c.peruenit.1. 1023
Appellatio fruſtratoria manifeſtè etiam ſi non ſit inhibita,non impedit negotium,& intelligitur inhibita,quæ à iure non indulgetur expreſsè.eo.ti.c.paſtoralis. 1060
Appellatio non debet remitti ad eos à quibus appellatur.eo. ti.c.accepta. 1038
Appellationi videtur renuntiaſſe cum poſtea inducias petit quis, vel teſtibus innititur. de offi.deleg.c.gratum. 386
Appellatur ab interlocutoria ſicut à diffinitiua. de appel.c.directè. 1041
Appellari poteſt à futuro grauamine.eo.tit. ca. bonæ memoriæ. 1057
Appellare facto plus eſt quàm verbo.eo. tit. c. dilecti filij.2. 1059
Appellans intelligitur qui iter arripit ad curiã Romanam.gl. ibidem.
Appellantes cogendi ſunt à iudice à quo appellatum eſt,ad certum diem proſequi appellationem,vel iudicio ſuo parere.ibi.c. conſuluit nos. 1024
Appellare contra publicam eccleſiæ vtilitatem non valet.de his quæ fiunt à maio. par.ca. c. ex ore. 1232
Appellatio non excuſat aliquem à periurio. de iureiu.c.breui. 907
Appellatio non tuetur aliquem in notorio delicto.de app.c.quia nos. 1037
Appellare poteſt quis pro parochianis.eo.tit.ca. ad audientiam. 1038
Appellatio poſt ſententiam excommunicationis latam non tenet.eod. titu.capit. paſtoralis. 1060
Si appellatione remota cauſa cõmittitur, poſt aduerſæ partis citationem in cauſa proceditur,ſecus ſi ante iter arripuit.eod.tit.c.meminimus. 1021
Appellatio admittitur in paruis ſicut in magnis.eo.ti.c.de appellationibus. 1022
Appellatio fraudulenter facta non valet.eo.tit. c.ſuggeſtum. 1025
Appellationis articulo prætermiſſo poteſt coram iudice à quo appellatum eſt litigari, nõ obſtante appellatione.eod.titu.c. cum teneamur. 1026
Per appellationem non excuſatur quis quin cõparere debeat vocatus à legato. eo.ti.ca.cum parati. 1027
Appellari non debet poſt iuramentum ad ſtandum mandatis eccleſiæ. eod. titul. capit. ad hæc.2. 1028
Poſt appellationem punitur delinquens grauiter appellatione non obſtante.eod.tit.c.præterea.1. 1030
In appellationis cauſa aduerſa pars per duos menſes eſt expectanda.de renuntiatione,ca. veniens. 275
Appellans à ſententia iniuſta debet probare eã iniuſtam.de ſent.& re iud.c.cauſam. 993
Appellare non poteſt de crimine notorio accuſatus,de offi.iu.or.c.licet. 462
Appellationi facienti contra iura non eſt deferendum.de appel.c.conſuluit.2. 1027
Appellans iniuſtè remittitur ad eum à quo appellauit:niſi fiat ſuper iudicis recuſatione.eo. tit.c.cum eccleſia. 1040
Appellari poteſt bis in eadem cauſa. eo.tit.cap. directè. 1041
Per appellationem eximitur quis à poteſtate ſui ordinarij.ibidem ſupra.
Appellatio generalis non admittitur. eod. titu. cap.2. 1014
Appellatio nullum tuetur in ſua nequitia.eod. tit.ca. ad noſtram. 1015
Appellationis proſequendę annus vnus vel duo ſecundum diſtantiam locorum, & perſonarum, & negotiorum qualitatem breuiatur. eo.tit.c.cum ſit Romana.1016.& cap.conſtitutus. 1049
Appellatio ante litis ingreſſum dicitur prouocatio,non appellatio. ibidem.
Appellans impotens proſequi, poſt biennium proſequi poterit.eo.tit.c.conſtitutus. 1049. & c.ex ratione. 1020
Appellans in criminibus manifeſtis non auditur.eo.tit.c.cum ſit Romana.in fi. 1016
Appellationem appellans proſequi intra terminum cogitur.eo.tit.ad hæc.1. 1018
Et cap.peruenit.1. 1023
Poſt appellationem ſententia lata non valet.de reſcrip. c.capitulum. 76
De appellatione facta ad ſuperiorem inferior cognoſcere non poteſt.de appel.c. ſolicitudinem. 1063
Appellationi in dubio deferendum eſt.de ſent. excom.ſacro approbante. 2129
Appellatione partis aduerſæ non obſtante abſoluitur quis cautione præſtita de iuſtitię obtemperando.de app.c.qua fronte. 1032
Appellationi alterius ſi quis non defert,nec ſuę deferendum eſt.eo.tit.c.an ſit. 1045
Appellari non poteſt ab executore niſi modum excedat.eo.ti.c.nouit ille. 1045
Appellatione interpoſita ſtatus cauſæ mutari non debet.de reſcript.c.ex parte.2. 44
Appellationem non proſequens condemnatur in expenſis. ibidem.
Appellationem ad terminum non proſequens cenſetur contumax.de app.capitu.ſæpe.contingit. 1046
Appellatio à correctione non auditur niſi modus excedatur.eod.titu.capitu.reprehenſibilis. 1033
Appellationis terminum prolixum iudex arctare poteſt.eo.tit.c.perſonas. 1016
Appellari poteſt ad Papam à ſeculari iudice de conſuetudine,non de rigore iuris. eod. titu. c.ſi duobus. 1019
Appellationis terminum præueniens caret impetratis tacita veritate,& pœnam contumaciæ non euadit.eo.tit.c.ſæpe. 1046
Appellantem reduci oportet ad ſtatum appellationis.eo.ti.c.ad præſentiam. 1026
Appellatio ab vno iudice ab omni grauamine in cauſa vna tenet: ſed ſimpliciter generalis appellatio non.eo.tit.c.conſuluit.1. 1024
Appellatio valet ratione priuilegij generalis, cum committitur cauſa appellatione remota.de reſcript.c.1. 32
Appellatio fraudulenter emiſſa ante citationẽ non valet,de app.c.ſuggeſtum. 1025
Et c.ad hæc.2. 1028
Appellari non poteſt contra conuenientem q impetrat litteras appellatione remota.de muta.pe.c.prudentiam. 636
Appellatio vnius valet omnibus, cum plures grauantur.de app.c.vna ſententia. 1096
Appellatio in conſpectu duorum virorum valet vbi metus iuſtus excuſat, vel copia iudicis haberi non poteſt.eo.tit.c.ſi iuſtus. 1096
Appellari non debet tertiò in eadem cauſa,nec tali appellationi eſt deferendum. eod. tit.ca. ſua nobis. 1087
Appellatio omiſſo medio à iudice non tenet niſi ad Papam.eo.tit c.dilecti.3. 1088
Appellatio ſimpliciter interdicitur quando in litteris dicitur appellatione remota.eo.tit.c. inquiſitioni. 1095
Appellatione pedente nihil innouandum eſt. eod.tit.c.dilecti filij.3. 1088
In appellationis termino præfigendo conſideranda. eo.ti.c.cum ſpeciali. 1079
Appellationem non proſequens cõdemnatur in expenſis. eo.tit.c.reprehenſibilis. 1033
Appellari contra formam regulæ à ſubditis nõ debet. ibidem.
Appellatio per nuntium poteſt tractari.de priuileg.c.ex parte.1. 2013
Appellatio contra electionem canonicam non valet.de appel.c.conſtitutus. 1049
Appellari ab auditore non poteſt. de of.iud.deleg.c.ſuper quæſtionum. 401
Appellare quis poteſt tàm pro ſe,quàm ſuis. de app.c.de priore. 1036
Appellationem non proſequens incidit in iuriſdictionem illius à quo appellauit. eo.ti.cap. reprehenſibilis. 1033
Appellari poteſt in caſu,licet cauſa committatur appellatione remota.eod.titu.ca.poſtremo. 1039
Appellatio non tenet in his quæ dilationem nõ capiunt.eo.tit.c.qua fronte. 1032
Appellare dicitur ſi protectioni Papæ quis ſe, & ſua committit.eod.titu.capitu.ad audientiam. 1038
Appellatio in omnibus articulis commiſſionis interdicta intelligitur, ſi in vno interdicatur articulo.eo.tit.c.ſecundò requiris. 1043
Appellari poteſt ad metropolitanum cum epiſcopus in viſitatione excedit,vel nouus caſus emergit de off.iud.ord.c.licet. 462
Appellare non poteſt cui indicitur purgatio ſuper infamia:niſi modus,excedatur.de ſent.& re iud.ca.quod ad conſultationem. 994
Propter appellationem friuolam in electionibus epiſcoporum, vel maiorum non debet negotium deduci ad ſedem apoſtolicam. de app.Greg.in nouel.ca.1.lib.6.
APOSTASIA impedit ordinatum ſine licentia Romani põtificis in illo ordine miniſtrare.de apoſta. c.conſultationi. 1879
Apoſtata non dicitur qui non depoſito habitu tranſit ad aliam religionem.de temp.ord.ca. ex parte. 290
Apoſtata dicitur qui habitum religionis,& monaſticum deponit.de apo.c.vl. 1879
Apoſtata clericus eſt qui habitum deſerit clericalem,& talis non vtetur libertate clericali. eod.tit.c.præterea. 1876
Apoſtatam clericum debet eccleſia reuocare, nec in habitu ſeculari permittere debet, eo. tit.c. tuæ fraternitati. 1877
Apoſtatę per epiſcopos compellendi ſunt redire ad religionem,& ſi noluerint,ſunt incarcerandi.de apoſt.c.à nobis. 1879
ARBITER ſuper ſpirituali non poteſt eſſe laicus niſi auctoritate ſuperioris de arb. ca. per tuas. 577
Ab arbitro non requiritur ſuper ſententiæ dubitatione interpretatio, ſed à ſuperiori. eod. tit.c.cum olim. 575
Arbitrio iudicum compelluntur partes ſtare,ſi iuſtè ſit arbitratum.cod. tit.c. dilecti. 572.& c.cum olim. 575
Arbitrium iniuſtum per ſuperiorem corrigi debet.eo.tit.c.non ſine multa. 570
Arbitrium contra ius,& formam compromiſſi non tenet.eo.tit.c.peruenit. 571
Arbitri quot eligantur.eo.tit.c.ſanè. 569
Arbitrium inter priuatos in damnum eccleſiæ non

non valet,eo.tit.c.peruenit. 571
Arbiter tantùm de his iudicat, de quibus eſt cõ promiſſum.eo.tit.c.cum dilectus. 574
In arbitrum ſub certa pœna compromitti poteſt.de præſump.c.literas. 890
In arbitrio in incertas perſonas non poteſt cõpromitti,nec valet.de arb.c.innotuit. 582
In arbitrium licet compromittere in rebus ſpiritualibus.de his,quæ fiunt à præ.c.cum apoſtolica. 1225
Arbitrium finitur vno aduerſario defuncto. de arbi.c.ex parte. 579
Arbiter non poteſt infirmare ſententiam per ius latam.eo.tit.c.expoſita. 581
Arbitrium valet auctoritate ſuperioris, quod aliter non valet.eo.tit.c.cum à nobis. 583
Coram arbitris conuentus non poteſt reconuenire conuenientem.eo.tit.c. cum dilectus filius. 574
Arbitra poteſt fœmina eſſe ſecundum conſuetudinem terræ,non aliter. eod.titu.c. dilecti filij. 572
Arbitrium, ſi male recognoſcatur arbitratum, non tenet.eo.tit.c.non ſine multa. 570
Arbiter in cauſa reſtitutionis in integrum eſſe non poteſt.de reſt.in inte.c.cauſa. 565
ARCHIDIACONVS poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus. de offic. archi. ad hæc. 356
Archidiaconus curam habet epiſcopatus poſt epiſcopum.eo.tit.c.1. 353
Archidiaconus de tertio anno in tertium viſitet.d.c. 1. Nec vltra ſeptem equitaturas habeat.de cenſi.c.cum apoſtolus. 1495
Archidiaconus cùm perſonaliter viſitat, poteſt procurationem petere.de offi.arch.c.1.353. & de cenſib.c.procurationes. 1512
Et c.cum apoſtolus. 1495
Archidiaconus debet inſtituere, & examinare promouendos,cum ſit maior poſt epiſcopũ. eo.tit.c.ad hæc. 356
Archidiaconus poteſt abbates & abbatiſſas inſtallare.eo.tit.c.vt noſtrum. 359
Archidiaconus nulli curam animarum ſine licentia epiſcopi committat.eo. tit.c. cum ſatis ſit. 355
Archidiaconi officium.eo.tit.c.officium. 354
Archidiaconus nemo ſit in duabus eccleſijs, ſed in vna poteſt habere præbendam,in alia archidiaconatum.de præben.præterea.1155. & de procur.c.ex inſinuatione. 519
Ab archidiaconi iuriſdictione non debet epiſcopus eccleſias eximere.de exceſ.præla.c.ad hæc. 1977
Archidiaconus exercet iuriſdictionem ſecundum conſuetudinem loci. de offic.arch.cap. archidiaconus. 355
Archidiacono detur coadiutor ſi efficiatur paralyticus.de cleri.ægro.c.vlt. 1188
ARCHIEPISCOPVS poteſt prouidere de epiſcopo vel abbate,ſi intra menſes non eligitur de conſilio capituli ſui,& aliorum virorum prudentum. de elec. capit.ne pro defectu. 201
Archiepiſcopus cum non poteſt epiſcopum cõſecrare poteſt committere.de offic.iud. ord. quod ſedem Apo. 458
Archiepiſcopus debet conſecrari in ſua eccleſia ab omnibus ſuffraganeis.de temp.ord.ca. ſi archiepiſcopus. 288
Archiepiſcopi prouiſio caſſatur, ſi non poſt ſex menſes prouidit,quando potuit. de conceſ. præb.c.dilectus. 1213
Archiepiſcopus prouinciam ſuam viſitans poteſt petere procurationem.de cenſi.c.ſopitę. 1501.& in nouel.de cenſi. capit. Romana. lib.6. 616
Archiepiſcopi legati non poſſunt abſoluere de iniectione manuum in clericos. de offi. leg. c.excommunicatis.446. & in nouel.eo.tit.c. officij. 269
Archiepiſcopus ſubdito ſui ſuffraganei non poteſt cauſam aliquam inuito delegare.de off. iu.or.paſtoralis. 459
Archiepiſcopus debet excommunicatos ſuffraganei vitare,& ſententiam eius tenere,& ad abſoluendum remittere, ſi ſit appellatum ad eum.eod.ti.c.ad reprimendam. 456
Archiepiſcopus cedens ſubeſt archiepiſcopo in cuius prouincia moratur.de renun.c.ad ſupplicationem. 263
Archiepiſcopus non debet ſtatuere in prouincia ſui ſuffraganei, vel acceptare contra ius ſine ſuo conſenſu.de exceſ. præla. capitu.ſicut. 1980
Ad archiepiſcopum poteſt appellari à ſuffraganeo in cauſa,etiam ſi videatur interdicta.de off.iudi.or.c.licet. 462
Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, niſi in caſibus expreſſis,eo.ti.c.paſtoralis.in glo. 459
Ad archiepiſcopum non deuoluitur poteſtas conferendi beneficia, ſi intra ſemeſtre tempus non conferantur, nec quando collatio ad capitulum,& ad epiſcopum ſimul pertinet, & ipſi ſimul non conferunt, ſed tunc confert ſuperior.de conceſſ.præb. c. poſtulaſtis. 1215
In archiepiſcopum confirmatus poteſt epiſcopum confirmare etiam non conſecratus. de transla.epi.c.cum ex illo. 239

De pallio archiepiſcoporum quære ad literam T. vbi de pallio fit mentio.

ARCHIPRESBYTERI,qui & decani rurales dicuntur, archidiacono ſubijciuntur. de offi.archi.c.ad hæc nos. 356
Archipresbyteri officium,& miniſterium.de offic.archipresby.c.1. 361
Et c.miniſterium.361.& c.3.& 4.362. 363
ARGVMENTVM dicitur quod non per teſtes vel tabulas, ſed naturali probatione inducitur.de ver.ſig.c.forus. 2146
ARMA portantes clerici excommunicentur. de vita,& honeſt.cler.cap.clerici. 1110
In armis inuenti clerici poſt trinam admonitionem epiſcopi non defendantur,quia ius perdunt clericale.de ſen.excom. cap.in audientia. 2099
Arma portantes,& ſeditionem facientes clerici ſi occidantur,non mittuntur ad curiam occiſores eorum.eod.tit.c.perpendimus. 2097
Armis ſe defendere poſſunt clerici ab inimicis. ibidem.
Armis clerici aſſociati alijs ſi aliqui & ſine eorum conſilio occiduntur ab alijs non ſunt promouendi.de clerico percuſ.c.vlt. 1957
ARCTA non poteſt contrahere matrimoniũ, & contractum dirimitur.de frigi. & malè.ca. fraternitatis. 1693
Arcta probanda eſt per aſpectum, qui præfertur iuramento.ibi. & de pro. cap. propoſuiſti. 767
ASSESSOR eſt qui aſſenſu partium eligitur ad cauſas dirimendas.de off.iudi.del.c.ſuper quæſtionum. 401
ATTESTATIONES vnius iudicis alius Iudex recipere poteſt. de teſti. capitu. cauſam. quæſt.1. 798
Atteſtationib.publicatis cõtra matrimonium, alij teſtes & inſtrumenta alia admittuntur. eo.ti.c.feries. 809
Atteſtationibus clauſis iterato poſſunt produci teſtes.eo.tit.c.cum cauſam. 826
Atteſtationes quando non valent, patet in titu. vt lite non conteſt.non pro.c.vlt. 647
Atteſtationibus publicatis poſſunt inſtrumenta exhiberi, de fid. inſtru. capitu. cum dilectus. 873

Cætera quære de teſtibus ad literam T. vbi de teſtibus agitur.

AVCTORITAS conſequitur pallium archiepiſcopale. de auct. & vſu pal. per totum. 249
Auctoritas ſuperioris non excuſat delinquentem.de tempo.ord.c.dilectus filius. 294
Auctoritas eligentium præfertur numero eligentium.de elect.c.dudum.1. 154
Auctoritas regalis, & ſacerdotalis tenetur defendere res eccleſiæ.23.q. 5. res autem omnes.
AVDITVS teſtium contra matrimonium nõ valet niſi ſint graues perſonæ teſtantes factum.de teſti.c.præterea. 810
Auditur quis veniens contra factum ſuum: de ſen.& re iud.c.lator. 984
Ab auditore dato à iudice ordinario non poteſt appellari.de offi.deleg.ſuper quæſtionum.§. verum. 404
AVTHENTICA ſcriptura quæ.de fide inſtr. c.1.& 2. 861

B

BAlliſtariorum ars contra Chriſtianos non exerceatur.de ſagitta.c.1. 1909
BAPTISMVS verus eſt à quocunque conferatur in forma eccleſiæ. de ſum. tri. cap. firmiter. 7
Baptiſmi nec ſuſcipit rem nec characterem,qui publicè contradicit, nec pòſt conſentit. de baptiſ.maiores. 1541
Baptizare nemo poteſt ſe ipſum.eod.tit. capit. debitum. 1548
Baptizari qualiter poſſunt dementes,& dormientes. ibidem.
Baptizatus habendus eſt qui inter Chriſtianos natus honeſtè conuerſatus eſt,niſi euidentibus ſignis contrarium probetur. de presbytero non bapt.c.veniens. 1552
In baptiſmo crimina dimittuntur, ſed matrimonium non ſoluitur.de diuort. ca.gaudemus. 1732
Non baptizatus baptizetur, & iterum ordinetur,de presby.non bapti.c.veniens. 1552
Baptiſmus conferre debet, & poteſt interdicti tempore.de ſenten.excommu.capit. reſponſo. 2124
Baptizandi modus quando dubitatur baptizatus aliquis.de baptiſ.c.de quibus. 1541
Baptizatus à latino non rebaptizetur à græco, nec econuerſo.eo.tit.c.licet. 1550
Baptizatus bis non promoueatur ad ordines ſi eſt publicum,nec intret religionem. de apo. c.ex litterarum. 1877
Baptizatus non poteſt accipere filiam eius qui eum baptizauit.de cognat.ſpir. cap. ex litteris. 1667
BENEFICIA principum largè ſunt interpretanda.de verb ſig.c.olim. 2152
Ad beneficia non debent aliqui promoueri niſi caſtitate promiſſa. de cleric. coniug.capit. ſanè.1. 1128
Beneficium contra ius poſſeſſum iuſtè poſſidetur per tolerantiam ſuperioris. de ſupplen. negl.prela.c.litteras. 282
Beneficium vacans ex cauſa poteſt retineri ad tempus.de cenſi.c.præterea. 1498
Beneficiorum tempus computatur à notitia. de ſup.negl.prælat.c.licet. 281
Et de conceſſ.præb.quia diuerſitatem. 1200
